AVGVSTINI
BARBOSÆ,
I.V.D. LVSITANI,
PROTONOTARII APOSTOLICI,

OLIM S. CONGREGATIONIS INDICIS CONSVLTORIS,
& insignis Ecclesiæ Vimaranensis Thesaurarij maioris,

NVNC VERO EPISCOPI VGENTINI,
& à Consiliis D. PHILIPPI IV. Hispaniarum Regis Catholici,

IVRIS ECCLESIASTICI VNIVERSI:

ALTERA PARS,


In qua de Locis, & Rebus Ecclesiasticis simul abundè agitur.



LVGDVNI,
Sumptibus PHILIPPI BORDE, LAVRENTII ARNAVD,
& CLAVDII RIGAVD.

M. DC. LX.

CVM PRIVILEGIO REGIS.



IVRIS ECCLESIASTICI VNIVERSI,

LIBER SECVNDVS,

DE LOCIS ECCLESIASTICIS.

CAPVT PRIMVM.

De Ecclesiis, & Ecclesiasticis locis in genere.

SVMMARIVM.

1 *Locorum tria sunt genera, quibus Ecclesia, & persona Ecclesiastico, cæterique fideles vtuntur.*
2 *Ecclesia vnde dicatur? ostenditur.*
3 *Ecclesia idem est quod congregatio fidelium.*
4 *Ecclesia est corpus quoddam morale, cuius membra sunt homines, & Angeli, caput autem est Christus.*
5 *Ecclesia in iure passim accipitur pro prælatura, seu beneficio Ecclesiastico.*
6 *Ecclesia frequentissimè accipitur pro Templo, seu Æde sacra.*
7 *Ecclesia, Templi, Basilica, ac Ædis sacra nomen pro eodem accipitur.*
8 *Ecclesia vocatur quasi conuocatio, vel cætus, eo quòd ibidem conueniunt ad diuina peragenda fideles.*
9 *Templum Ecclesia nominatur ad cœli similitudinem, quod Templum ab intuendo, seu conspiciendo appellatur.*
10 *Basilica nomen non propriè ad omnes Ecclesias pertinet, sed ad eam tantum, quæ princeps est, & aliarum maior, ac dignior.*
11 *Ædes sacra vocatur etiam Ecclesia, id est sacra domus, aut ædificium.*
12 *Sanctuarium dicitur abditissimus Templi locus vbi Sancti ponuntur, ac seruantur.*
13 *Sacrarium est Sacrorum custodia.*
14 *Ecclesia materialis vsus a quo tempore ceperit ostenditur.*
15 *Ecclesia prima post aduentum Christi apud Christianos Catholica fuit.*
16 *Ecclesia appellatione indistinctè veniunt omnia quæ intra Ecclesiæ septa tanquam portiones ipsius continentur.*
17 *Ecclesiarum quot sint species, ostenditur.*
18 *Ecclesia Episcopalis, seu Cathedralis illa dicitur, quæ est sedes Episcopi.*
19 *Vicarius perpetuò adscriptus Ecclesia Cathedrali est de corpore Cathedralis.*
20 *Matrix Ecclesia propriè dicitur Cathedralis.*
21 *Matrix Ecclesia dicitur ea, quæ habet alias Ecclesias sibi subiectas.*
22 *Ecclesia an sit Matrix cognosci debet secundum subiectam materiam.*
23 *Baptismalis Ecclesia est in qua insunt fontes Baptismales, & Parochiani baptizantur.*
24 *Baptismales plures Ecclesiæ nō possūt esse in vna Parochia, sed vna tantùm cum capellis suis.*
25 *Baptismalis Ecclesia regulariter est quoque curata, & quandoque dicitur Matrix.*
26 *Parochialis Ecclesia quæ dicatur, & quæ concurrere debeant ad constituendam Ecclesiam Parochialem? ostenditur.*
27 *Ecclesia vna eo ipso quòd sit Parochialis, consequenter est beneficium curatum, & habet curam non tamen è conuerso.*
28 *Ecclesiam esse Parochialem asserenti incumbit onus probandi.*
29 *Beneficium vbi habuerit Populum, vel clerum, Ecclesia præsumitur curata.*
30 *Parochialibus Ecclesiis certos fines non habentibus, certi fines constituendi sunt.*
31 *Ecclesias parochiales profanare potest Episcopus ad præscriptum Concilij sess. 21. c. 7. de reform.*



BSOLVIMVS iam primum de personis Ecclesiasticis librum; nunc verò quid sacri Canones de locis Ecclesiasticis constituerint, in hoc secundo libro est videndum; quæ quidem in Iure Ecclesiastico in triplici differentia inueniuntur; sunt enim tria locorum ge-

oera, qoibus Ecclesia & personæ Ecclesiasticæ,
cæterique fideles vtuntur. Primò sunt materiales
Ecclesiæ, siue Basilicæ, aut Templa & loca his
adhærentia, in quibus diuina officia peraguntur.
Secundò sunt Monasteria, vel Cœnobia, in
quibus Regulares personæ simul commorantur.
Tertiò sunt Hospitalia, & pia loca, in quibus
pauperes & infirmi aluntur, & curantur. Cùm
namque Ecclesia in diuino cultu, & dublici cha-
ritatis lege fundata permaneat, non immerito
primum locorom genus pro cultu diuino. Secun-
dum pro charitatis lege præcipuè erga Deum.
Tertium verò pro dilectionis mandato erga pro-
ximum exercendo habere dignoscitur; agitur au-
tem in Iure de locorum huiusmodi constructione,
seu erectione, & de ipsorum regimine, & priui-
legiis, vel immunitate, & de eorum destructione,
aut violatione. Primi generis loca sunt hæc, ve-
luti Ecclesia, quæ & Basilica, prisco verò voca-
bulo Templum appellatur; præterea Oratorium,
& Capella sacrarium, & sanctuarium, altare, & cœ-
meterium. Loca similiter secundi & tertij generis
diuersa nomina ac species sortiuntur; vt suis locis
ostendimus.

2 Nunc verò de Ecclesiis agere incipiemus, & de
nomine tantùm agendo, aduertimus quod Eccle-
sia dicitur à verbo Greco ἐκκαλεῖν quod significat
euocare, vnde spiritualiter sumpta pro significatu
habet euocationem, seu cœtum vocatorum, ad
hanc enim quotquot veniunt, Dei vocatione vo-
cati veniunt, nullus proprio instinctu adiungi-
3 tur congregationi Saluatoris, & ideo Ecclesia idē
qood congregatio fidelium, Actor. cap. 15. ibi,
erat enim Ecclesia confusa, c. Ecclesia, de consecr.
dist. 1. glos. 2. in cap. cùm clerici 19. de verborum si-
gnific. gloss. vltim. in cap. fin. ne Prælati vices suas.
Greg. de Valent. tom. 3. disp. 1. q. 4. Rota in Cæsaran-
gustana Cathedralitatis. 1. Martij 1630. coram Re-
uerendissimo D. meo Coccino Decano, vers. vnde ve
enitetur. faciunt multa, quæ circa Concil. Trid.
sess. 5 in decreto de edit. & vsu librorum, vers. præ-
terea, ibi Ecclesia cuius est iudicare de vero sensu
Scripturarum, congerunt Doctores, constatque
potestatibus aliis, de quibus Gig. de Ecclesiast. hie-
rarchia lib. 1. c. 1 Can. de locis Theolog. lib. 4. c. 2. Vi-
ctor. in relect. de potest. Eccles. in princ. Cardin. Bel-
larmin. tom. 1. controuer. 4. lib. 3. c. 2. Isidor. Moscon.
de maiest. militantis Eccles. in prælud. lit. B, fol. 4.
Nicol. Gimont. de gratia expectat. in c. 1. vers. Eccle-
sia n. 34. Silu. de benefic. p. 1. q. 5. n. 1. Sanch. de ma-
trim. lib. 3. disp. 15. n. 24. Cardin. Tusch. tom. 3. lit.
E, concl. 2. Ouid. de Amicis de iure emphyt. in repet.
cap. Ricciul. de iure person. extra gremium Eccle-
siæ existent. lib. 1. c. 1. ex num. 1. Mallobr. in sua pra-
xi habendi concursum, prælud. 1. num. 26. cum seqq.
Ludou. Cortes in repet. c. inter alia, de immun. Ec-
cles. p. 1. à n. 7. eleganter Illustriss. D. meus Roderic.
4 à Cunha in comment. ad cap. vidua, vlt. n. 3. dist. 81.
vbi dicit Ecclesiam esse corpus quoddam morale,
cuius membra sunt homines, & Angeli: caput
autem est Christus, qui sanguine suo fecit vtram-
que vnam, triumphantem scilicet, & militantem,
illam inuisibilem, hanc visibilem. Suar. de fide
disp. 9. sect. 1. Ludou. Correa d. p. 1. n. 8. apud quos
videbis varias huius nominis Ecclesiæ acceptio-
nes, & de hoc latè Steph. VVeyms ad constitutio-
nes 24. ex antiquo Iure desumptas, & per Concil.
Trid. innouatas, constat. 18. num. 1. p. 213. vbi tradit
vniuersam Christi fidelium multitudinem, seu col-
lectionem, Ecclesiæ nomine non raro vocari,
eamque Catholicam, seu vniuersalem, vnam, san-
ctam & Apostolicam, (vti in symbolo Fidei Ni-
cænæ Synodi & Apostolorum habetur) quia sub
vnitate eiusdem Fidei in Deum, sanctitateque
Religionis inter omnes Christi fideles sit consti-
tuta, & per Apostolos propagata, cuius Dominus
noster Iesus Christus caput est, cap. nuptiarum 27.
q. 1. c. Romani, de iureiur. Sponsus. cap. Ecclesia 97.
dist. Clem. 1. de sum. Trinit. Concil. Trid. sess. 22. de
reform. c. 1. & Castor, cap. alienes 24. q. 1. cap. Ec-
clesia paradiso de consec. dist. 4. eiusque Vicarij in
Terris Summi Pont. successores S. Petri Apostoli,
quem Christus ipse in potestatem illam assumpsit.
Mat. c. 16. Exinde & particulares Catholicorum
collectiones, ac Clericorum diuinis Officiis man-
cipatorum collegia, Ecclesias quoque nuncupa-
mus, in 1. tit. C. de de sacros. Eccles. Et denique ipsa
loca, seu Templa similibus officiis destinata, eodem
nomine intelligimus, per vsitatam figuram, qua
contentum denominationem suam à continenti
nonnunquam recipit, vt in c. sciens. 88. dist. c. om-
nes Basilicæ, 16. q. 7. c. Ecclesia, immun. Eccles.

Passim in Iure nostro accipitur etiam Ecclesia
pro Prælatura, seu beneficio Ecclesiastico, præcipuè 5
Curato, vt in rub. & in c. 3. ne Prælati vices suas, &
in c. non ignores, de præbend. & in c. consuluit, de in-
repatren. notauit glos. vlt. in c. vlt. ne Prælati vices
suas, Rebuff. in praxi benefic. tit. quare institutæ
sint benef. n. 9. Petr. Greg. instit. rei benef. c. 6. n. 3.
Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glos. 4. n. 178. Illustriss. D.
meus Roderic. à Cunha in commentar. ad c. quorū
6. n. 2. dist. 68 Frequentissimè verò accipitur Eccle- 6
sia pro Templo, seu æde sacra, vt in toto tit. de Ec-
cles. ædific. & in c. non oportet. 42. dist. & apud Paul.
1. ad Cor. 2. Nunquid domos non habetis ad man-
ducandum, & bibendum: aut Ecclesiam Dei contem-
nitis? cum aliis multis quæ plenè adducit Steph.
Durant. de ritibus Eccl. Cathol. lib. 1. c. 1. à princ.

Ecclesiæ namque, vel Templi, & Basilicæ, ac
Ædis sacræ nomen pro eodem accipitur, hoc est, 7
pro materiali loco constructo, in quo diuina Of-
ficia celebrantur. Vocatur autem Ecclesia, quasi 8
conuocatio, vel cœtus; eo quòd ibidē conueniunt
ad diuina peragenda fideles, vt suprà tetigimus,
& videtur asserere Lezana in sum. quæst. Regul. tom.
3. verb. Eccles. n. 1. dum dicit Ecclesiam esse locum
publicum Episcopali auctoritate constitutum, &
consecratum, ad quem Fideles conueniunt ad
percipienda Fidei Sacramenta. Templum verò
eadem nominatur ad Cœli similitudinem quod 9
Templum quoque ab intuendo, seu conspiciendo
appellatur, quòd ex eo quamlibet eius partem in-
tueri valeamus, scilicet Orientem & Occidentem,
& reliquas; sic enim Ecclesia, vt alterum Cœlum,
tum propter Diuina, tum etiam propter quatuor
eius partes Templum nominatur. Basilica autem
verbum non propriè ad omnes Ecclesias perti-
net, sed ad eam tantùm, quæ princeps est, & alia- 10
rum maior ac dignior, & ad quam princeps con-
uenire ad diuina Officia consueuit; nam & locus
publicus causarum cognitioni destinatus, quò
Principes ad ius dicendum conueniebant, Basilica
Græco vocabulo, id est, Regia dicebatur. Illustriss.
D. meus Roderic. à Cunha in comment. ad cap. non
oportet. n. 1. dist. 32. quamuis glos. in c. 1. de relig. do-
mib. & Panor. in rub. de consecrat. Eccles. velint Ba-
silicam dici Ecclesiam quamlibet non sacratam;
sed vsus comprobat priorem significationem, cùm
hodie maiores Ecclesiæ Basilicæ nominentur, sicut
est Romæ Basilica Saluatoris, & Basilica Aposto-
lorum

11 lorum. Ædes sacra vocatur etiam Ecclesia, id est, sacra domos, aut ædificium: antiquitus quoque ea Templa delubra dicebantur, in quibus homines luxoriæ, & voloptati deseruiebant, quasi Deorum habitacola, & asylum, dicitur Templum quasi refugium, vnde nullus vi est extrahendus, vt *infra de immunitate*, videbimus. Est autem in Ecclesia
12 locus quod Sanctuarium dicitur, abditissimus scilicet templi locus, vbi Sancta pononłur, ac seruantur; aliàs sumitur pro Altari, vt *in c.de fabrica, ad fin.* iuncta gloss. *de consec. dist.* 1. & dicitur Sanctuarium, quasi locus Deo dicatus, iuxta illud Psal. *Domum tuam decet sanctitudo.* Sacratium ve-
13 rò dicitur vbi res aliæ sacræ conducuntur, id est, sacrorum custodia; vel locus, vbi sacrarum rerum ablutio asseruatur, *c.si per negligentiam, de consec. dist.* 2.
14 Ecclesiæ materialis, siue huius Templi vsus iam olim cœpit; in prima enim Mundi origine Enoch cœpit inuocare nomen Domini, vt *Genes. c.*4. tradit Philo Iudæus *pag.*140.*lit.*D. Abulens.*in eodem c.*4. In secunda verò Mundi restauratione primum Altare fuisse erectum à Noè, non verò à Gentilibus (vt multi existimarunt) constat ex *Genes.c.*20. tradit Girandus *de historia Deorum, syntagmate* 17.lo. ad Morales *de sacrificio Missæ lib.*1. *c.*15. *& lib.*3.*c.*10. Postea verò labente ætate fuerunt apud Gentiles, & Iudeos Templa quædam, & statuæ, in quibus erant expressæ imagines virorum præstantissimorum, propter quorum reuerentiam,
15 qui eas tenebat, immunis abibat. Post aduentum Christi apud Christianos prima Ecclesia Catholica fuit, cuius fundamentum erat Christus, petra autem, & ædificium Petrus, *c.in nouo* 21. *dist.c.omnibus.* 24.*q.*1.*c.*1.*de immun. Eccles.lib.*6. Simanch. *de Cathol.instit.c.*23 *per tot.* Secunda autem Ecclesia fuit Constantinopolitana, *c.Constantinopolitana, c.sacrosancta, c.quamuis* 22.*dist.* deinde S.Marcus fecit Ecclesiam Alexandrinam, *c. cum. Baptismus* 24.*q.*1. postea aliæ Ecclesiæ constructæ fuerunt. Ita Ludouic. Correa *in rep.cap. inter alia, de immun. Eccl.p.*1.*n.*12. *&* 13. Et sic quoad nostrum propositum sumenda est Ecclesia, ita vt sit ædes publica Episcopi auctoritate constituta, in quam Christiani ad rem diuinã audiendã, & Sacramenta suscipienda conueniãt, ex quo proinde colligi potest tria potissimum requiri ad huiusmodi Ecclesiæ cõstitutionem. Primò, vt sit locus Episcopi auctoritate erectus, seu fundatus, nam alioquin sacer & religiosus esse non potest. Secundò, vt sit fundatus ad officia diuina peragenda, & Sacramenta suscipienda, in quibus præcipuus eiusdem vsus versatur. Tertiò, vt sit consecratus, siue Deo solemni ritu dicatus. Ita Steph. VVeims *d.constit.*19.*n.*2.*p.*223.
16 Appellatione Ecclesiæ indistinctè veniunt omnia quæ intra Ecclesiæ septa, tanquam portiones ipsius continentur, arg. *c.si quis in atrio, c.si quis contumax, c.id constituimus* 17.*q.*4. Abb.*in c.Ecclesia, n.*10.*de immun. Eccles.* Decian. *in tract. crimin. lib.*6.*c.*14.*n.*31.*& c.*25.*n.*12 *cũ seqq.* Farin. *de immun. Eccl.n.*268. Steph. Gratian. *discept. forens.c.*617.*n.*2. vbi quòd concessum de toto, videtur etiã concessum de parte, quos refert & sequitur Rot. *in Cæsaraugustana præminẽtiarum* 6. *Nouemb.*1628. *coram Reuerendissimo D.meo Coccino Decano.*
17 Ecclesia alia est Episcopalis, seu Cathedralis, alia Collegiata, alia Matrix, alia Baptismalis, & alia Parochialis: prout colligitur ex notatis per glos. & Doctores *in c.plures* 10.*q.*1. *& in c.cum contingat, de decim. & in c.cum clericis, & in c. venerabili, de verbor. signif. & toto tit. Eccles.ædifican.* Tyndar. *in tract.de decim.num.*71. *cum seqq.* Rebuff. *eodem tract.q.*6.*cum seqq.*

Ecclesię Episcopalis, seu Cathedralis illa vocatur, 18
quæ est sedes Episcopi, & Parochia totius Ciuitatis, & diœcesis dicitur, vt *suprà* ostendimus *lib.*1. *c.*26.*de Archipresbytero, vers.*4. & non potest per alium, quàm à Papa erigi, diuidi, vel mutari, vt probauimus *eodem lib.*1.*c.*2. *de potest & auctorit. summi Pont.versic.primò igitur, cum seqq.* differt tamen quodammodo Ecclesia Episcopalis à Cathedrali; potest enim sumi Ecclesia vt est sedes Episcopi, vel vt Ecclesia maioris Capituli, vt patet ex adductis per gloss. *verb.matricem, in Clem.*1.*de sẽt. excom.* Sicut etiam differt mensa Episcopi à mensa 19
Capituli, & Episcopus à Capitulo. De Ecclesia Cathedrali, *inf.c.*5. tractabimus. Est autẽ hac in re aduertẽdum quòd Vicarius perpetuò adscriptus Ecclesiæ Cathedrali, est de corpore Cathedralis, & consequenter debet incedere sub Cruce eiusdẽ, & non sub Cruce Collegiatæ, vt censuit S. Rituum Cõgr. *in vna Macerat.* 21. *Mart* 1609. De Ecclesia Collegiata peculiariter tractabimus *inf.hoc lib.c.*6.

Matrix autem Ecclesia licèt propriè dicatur de Ecclesia Cathedrali; vt patet ex *d.c. venerabili, de* 20
verbor.signif. ibi *per matricem Ecclesiam Cathedralẽ intelligi volumus*, Rebuff. *d.q.*6.*n.*6. Dicitur etiam 21
ea, quæ habet alias Ecclesias sibi subiectas, Suar. *de Relig.tom.*1.*tr.*2.*de decimis.lib.*1.*c.*24.*n.*1. Rebuff. *d.q.*6.*n.*7. Azor. *inst.moral.p.*2.*lib.*9.*c.*3. *in fin.* Rot. *decis.*272.*n.*3.*p.*1. *recent.* Quasi aliarum ædicula- 22
rum, & Capellarum matet, Azor. *d.p.*2. *lib.*3.*c.*12. *q.*13. *& lib.*9.*c.*3.*q.*14.*vers.matrix.* Et an Ecclesia sit Matrix, cognoscitur secundùm subiectam materiam, Abb. *in d.c.venerabili, n.*2. *& in c. vt singula n.*1.*de offic. Archiep.* Rebuff. *d.q.*6.*n.*19.23. Rot. *d. decis.*272.*n.*2. *vbi numeris seqq.* ostendit quando larga significatione dicatur Ecclesia Matrix.

Baptismalis verò Ecclesia est in qua insunt fon- 23
tes Baptismales, & Parochiani baptizantur, *glos.*a. & Abb. *in c.cum contingat, de decimis.* non possunt 24
autem esse in vna Parochia plures Baptismales, sed vna tantùm cum capellis suis. *c. plures* 10. *q.*1. Regulariter verò Ecclesia Baptismalis est quoque Curata, licèt non necessario, nec semper, vt post 25
Franc. *in c.ad decimas, notab.vlt. de restit.Spoliator. lib.*6. scripsit Paris. *in repet.c.ex transmissa, n.*4. *de praescr.* & Baptismalis Ecclesia dicitur etiã Matrix, secũdùm glos. *in Clẽ.vnic. de baptismo, & verb.matricem, in d.Clem.*1.*de sent.excomm.* ibi *id est, maiorem & baptismalem, quæ dicitur Matrix*; quia sicut mater generat, sic illa regenerat, per Baptismum.

Parochialis denique Ecclesia illa dicitur, in qua 26
populos eidem deputatur sub certis locorum finibus, & limitibus constitutus degit, & vnius Rector suo nomine, & non cum aliis ad eius regimen assumitur com potestate fori pœnitentialis. Quæ autem debeant concurrere ad constituendam Ecclesiam Parochialem, tradunt Staphil. *de literis gratia, tit.de qualit. & statu benef. §.circa. secundum, à n.*7. Samen. *in reg. de idiomate q.*11. Rebuff. *in concord.tit.de collation.§.statuimus, il* 2. *verb.Parochiales Ecclesia*, Cuch. *in inst.maior.lib.*2. *titul.*15. Mascard. *de probat. conclus.*469. Quintanad. *Ecclesiast.lib* 4.*à n.*68. Zerol. *in praxi Episc. p.*1. *verb.Parochia.§.*1. Rot. *dec.*52.*p.*2.*diuers. & in Florentina Parochialis* 22. *Maij* 1630. *coram Reuerendissimo D.meo Coccino Decano*, vbi quatuor requisita enumerat, Gonzal. *d. regul.*8. *Cancel.gloss.* 6.*num.*34.*cum seqq.* vbi *num.*48. ait quòd quamuis deficeret.

deficeret fons baptismalis, non propterea desinceret esse Parochialis Ecclesia, & *n.* 53. idem dicit quoad sepulturam, & actum sepeliendi, *num.* 56. subdit quòd non sequitur, ista Ecclesia non percipit decimas, vel primitias, vel alia Sacramenta (excepto Pœnitentiæ, & Eucharistiæ Sacramento) non percipiunt: nec præstant: ergo non est Ecclesia Parochialis, nec per contrarium ista iura habet talis Ecclesia: ergo necessariò sequitur quòd sit Parochialis; nam quamuis ista sint iura, & quædam signa Ecclesiæ Parochialis, ac præsumptionem non leuem inducant; non tamen necessariò ex illis infertur ad curam Parochialem, cùm possit adesse ex aliquo accidenti, de quo vivideas, quæ latè diximus *lib.* 1. *c.* 21. *vers. superioris*
27 *auctoritate*. Aduertere tandem oportet eo ipso quòd vna Ecclesia sit Parochialis, cõsequenter esse beneficium Curatum, & habere curam; non tamen è conuerso, omnis Ecclesia habens curam dicitur Parochialis, gloss. *verb. impedit, in Clem. dudum, de sepultur.* vbi Imol. *n.* 32. Abb. *in cap. de multa, n.* 24. *vers. sed adde, de prebend.* Mantic. *decis.* 24. *n.* 5. Rot. *in d. Florentina Parochialis*, quia potest esse beneficium Curatum absque eo quod sit Parochialis; veluti si sit aliqua Ecclesia ruralis, & ad eam de nouo veniant homines ad illic inhabitandum, licèt possit dici Ecclesia Curata, non dicitur tamen Ecclesia Parochialis, si non habet certum territorium, vt post Ioan. Andr. & alios *in cap. super eo, de præb. lib.* 6. tradunt Rebuff. *in concord. tit. de collat. §. statuimus, il* 2. *verb. Parochiales*, & iterũ *in forma mandati de prouidendo, in verb. cum cura, vers. an sufficiat*, vbi propterea dicit melius esse exprimere quòd sit Ecclesia Parochialis, quàm quòd sit beneficium Curatum, Alphons. Hoied. *de incompatibilib. benefic. p.* 1. *c.* 13. *sub numer.* 2. *post med. vers. at verè potest esse*, Rot. *dict. decis.* 52. *num.* 37. & 38. *p.* 2. *diuers.* vbi *numer.* 39. dicit quòd hinc est quòd in Iure Canonico, & in Concilio Tridentino passim fit mentio simpliciter de Ecclesiis Parochialibus absque expressione qualitatis curæ.

28 Quamuis in dubio asserenti Ecclesiam esse Parochialem incumbat onus probandi, eo quòd beneficia præsumantur simplicia, & non Curata Staphil. *in* 2. *p. de statu & qual. benefic. n.* 2. Ægid. *decis.* 676. Hieronym. Gabr. *cons.* 191. *num.* 1. *lib.* 1.
29 tamen vbi beneficium habuerit populum, vel Clerum, Ecclesia præsumitur Curata, Staphil. *loco citato num.* 1. & 2. Rebuff. *in praxi benefic. tit. secul. benefic. quotuplex.* Ægid. *d. decis.* 676. Seraph. *decis.* 1227. Sed an & quando Episcopus possit constituere nouam Parochiam? vide Vgolin. *de*
30 *officio & potest. Episcopi cap.* 53. *in princip.* Et demum Parochialibus Ecclesiis certos fines non habentibus certi fines constituendi sunt, & Rectoribus proprium populum non habentibus proprius populus constitui debet, ac parochia, vt statuit Concilium Tridentinum *sess.* 24 *de reform. cap.* 13. his verbis, *In iis quoque ciuitatibus ac locis vbi Parochiales Ecclesiæ certos non habent fines, nec eorum Rectores proprium populum, quem regant, sed promiscuè petentibus sacramenta administrant, mandat S. Synodus Episcopis pro tutiori animarum eis commissarum salute, vt distincto populo in certas & proprias Parochias, vnicuique suum perpetuum peculiaremque Parochum assignent, qui eas cognoscere valeat, & à quo solo licitè Sacramenta suscipiant, aut alio vtiliori modo, prout sibi qualitas exegerit, prouideat*, refert Vgolin. *d. c.* 54. §. 2.

Prophanare autem Ecclesias Parochiales potest Episcopus ad præscriptum Conc. *sess.* 21. *cap.* 7. *de reform.* vt censuit S. Congreg. *in Thelesin.* 13. *Septembris* 1631.

CAPVT II.

De Ecclesiis ædificandis & consecrandis.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesias construere, dicitur opus necessarium, & religiosum.*
2 *Ecclesiarum ædificationem nullus impedire potest aut aliquo modo prohibere.*
3 *Princeps statuendo ne in eius statu possint ædificari de nouo Ecclesiæ, & monasteria sine eius licentia, derogat Ecclesiasticæ immunitati.*
4 *Ecclesiam nouam construere quilibet potest duabus conditionibus obseruatis.*
5 *Episcopi auctoritas, siue consensus requisitus ad Ecclesiam ædificandam sufficit tacitus, etsi accedat post constructionem.*
6 *Episcopus Ecclesiæ cuilibet ædificandæ dat facultatem.*
7 *Ecclesia noua quando possit ædificari propter nimiam distantiam Ecclesiæ Parochialis.*
8 *Parochias nouas erigendi iusta causa videtur, incommoditas Populi ad recipienda sacramenta & audienda diuina Officia.*
9 *Curatus quando eodem tempore pluribus infirmis prouidere non potest, tunc non datur iusta causa diuidendi Parochiam, sed adhibendi ministros coadiutores.*
10 *Episcopus in vim decreti* Concilij sess. 21. de reform. c. 4 in princ. *non potest erigere coadiutoriam, sed cogere Rectorem ad adiungendum sibi tot Sacerdotes, qui sufficiant Ecclesiis in Sacramentis administrandis.*
11 *Ecclesiæ nouæ ædificari possunt de Superioris consensu, etiam in præiudicium alterius, vbi multitudo fidelium excreuit, & vna non sit euidenter sufficiens.*
12 *Ecclesiæ duæ iustis de causis vniri possunt.*
15 *Ecclesia aliqua si sit constructa sine causa & auctoritate Pontificis in præiudicium alterius, est destruenda.*
14 *Præiudicium, quod alteri Ecclesiæ inferri potest per alterius ædificationem, quale, ostenditur.*
15 *Superioris auctoritas, quæ in cõstruẽdis Ecclesiis requiritur, est diœcesani Episcopi, nisi sit locus exẽptus, in quo sedis Apost. auctoritas requiritur.*
16 *Ecclesiæ sunt per loca congrua construendæ ad iudicium Episcopi, non autem in alieno solo.*
17 *Episcopus in ædificanda Ecclesia quid primarium debeat efficere? ostenditur.*
18 *Episcopus per se, vel per alium potest primùm lapidem ponere, & crucem figere.*
19 *Ecclesiæ caput debet sũper Septentrionẽ respicere.*
20 *Episcopus loci debet ab eo, qui Ecclesiam ædificat, dotis ipsius Ecclesiæ ad luminaria, & stipendia custodum assignationem exigere.*
21 *Episcopus permitte Ecclesiam ædificari sine dote ad dotandum de proprio obligaretur.*
22 *Mansus* in c. 1. de censib. *accipitur pro titulo, qui constituitur in Præbendis, aut possessionibus, quibus dotata est Ecclesia.*

23 *Ecclesia*

23 *Eccloſia Mendicantium poſſunt ſine dote ædificari.*

24 *Eccleſia conſtructa debet ſub Epiſcopi poteſtate, & ordinatione conſiſtere, in cuius diœceſi eſt ſita, nec ab eius iuriſdictione ſeparanda.*

25 *Conſecrare, & dedicare eſt idem.*

26 *Dedicatio Eccleſiæ cum conſecratione fiebat.*

27 *Ritus, quos in conſecrandis Eccleſiis, & Altaribus Romana ſeruat Eccleſia, B. Silueſter Papa primus inſtituit.*

28 *Conſecratio Eccloſiæ neceſſariò non requiritur, vt in ea valeant Diuina celebrari.*

29 *Eccleſia eſt conſecranda cùm fieri poterit, & ſi non conſecrata violetur, reconciliãda eſt.*

30 *Conſecrare Eccleſiam nemo poteſt niſi ſolus Epiſcopus ille, in cuius diœceſi eſt ſita.*

31 *Epiſcopus non poteſt in aliena diœceſi cõſecrare Eccleſiam abſq; proprij Epiſcopi permiſſione.*

32 *Conſecratio Eccleſiæ non poteſt ſimplici Sacerdoti demandari.*

33 *Epiſcopus ſi pro Eccleſiis conſecrandis à Fratribus requiſitus ipſorum Eccleſias noluerit conſecrare, priuilegium habetur vt quilibet alius Epiſcopus id ipſum efficere poſſit.*

34 *Epiſcopus in conſecranda Eccleſia primò obſeruare debet, vt illi facta ſit dotis competentis aſſignatio.*

35 *Eccleſiam non conſecret Epiſcopus, quæ non in honorem Dei, & Sanctorum ſit conſtructa.*

36 *Epiſcopus Eccleſiam conſecrans, & patroni illius debent eſſe ieiuni tempore conſecrationis.*

37 *Miſſa in conſecratione Eccleſiæ celebranda eſt, non tamen de eſſentia.*

38 *Eccleſia pro conſecratione nihil debet exigi.*

39 *Eccleſia decet vt in die feſtiuo conſecretur, quamuis omni tempore, & qualibet die valeat conſecrari.*

40 *Conſecrationem Eccleſiæ fieri poſſe conceſſit Sacra Congregat. Rit. quamuis illa ob aliquod impedimentum non poſſit ab omnibus quatuor partibus circumiri.*

41 *Eccleſia conſecrata non eſt iterum conſecranda.*

42 *Eccleſia in dubio eſt conſecranda, ſi id non probetur, vel nullum appareat conſecrationis indicium, vel argumentum.*

43 *Eccleſia præſumitur conſecrata cùm de hac re aliquid conſtat, quamuis non certò ſciatur.*

44 *Teſtis vnus etiam de auditu probat conſecrationem Eccleſiæ.*

45 *Sculptura in lapide, vel teſtis vnicus fidem facit vbi non agitur de præiudicio alicuius.*

46 *Parietes Eccleſiæ ſi combuſti ſint, & exterius diruti, vel igne decruſtentur intus & exterius, Eccleſia ex eo execrata cenſebitur.*

47 *Conſecratio Eccleſiæ tantùm habet reſpectum ad Eccloſiam ipſam quatenus ex lapidibus compaginatur, & conſtruitur.*

48 *Eccleſia tectum ſi ſolummodo corruat, integris & illæſis remanentibus parietibus, vel in totum, vel pro maiori parte, Eccleſia minimè execrata cenſetur.*

49 *Eccleſia vbi tota corruit, vel aliis lapidibus, aut eiſdem refecta ſit, eſt iterum conſecranda.*

50 *Eccleſia vbi per partes tota fuit refecta ſimul, & in totum, non paulatim eſt iterum conſecrãda.*

51 *Eccleſia ſi deſtructa ſit auctoritate ſuperioris, & nulla ſpes ſubſit reædificationis, non comprehenditur nomine Eccleſiæ.*

52 *Caſus, qui accidit in Archiepiſcopatu Vlixbonen. refertur.*

53 *Conſecratio Eccleſiæ maximè conſiſtit in vngendis ſacro Chriſmate duodecim crucibus per Eccleſiam, & in proferendis illis verbis,* Sanctificetur & conſecretur, *&c.*

V n c verò videndum eſt de conſtructione Eccleſiarum, id eſt, quibus de cauſis ſit noua Eccleſia conſtruenda, & cuius auctoritate id fiat, quo loco, & quomodo ſit conſecrãda, & quando, & quomodo ſit conſecranda. Sciendum eſt igitur primò, quòd conſtruere Eccleſias dicitur opus neceſſarium, & religioſum, vt per Spin. *in ſpeculo teſtam. gloſſ. 3. in princ. n. 5.* Vnde Herodes Agrippa in tanta tamque immani impietate pius haberi volens, regni ſui decimooctauo anno, vt inquit Genebrard. *in Chronic. anno mundi* 4054. Templum Domini à fundamentis inſtaurauit, ac magnificentius reddidit, quod opus tam Deo gratum fuit, vt ſit in teſtimonio multorum quòd dum per annos octo immenſi ſumptus ædificio inſumerentur, nunquam diu plueret, & noctu ſoluerentur nubes imbres, vt agri fructus darent vberrimos, & nulla foret operis intermiſſio. Ita Didacus Fiel. Contreras *in proſapia Chriſti 4 ætate, cap. 5. §. 3.* Nullus igitur Eccleſiarum ædificationem impedire poteſt, aut aliquo modo prohibere; derogabit enim Eccleſiaſticæ immunitati Princeps ſtatuendo ne in eius ſtatu poſſint ædificari de nouo Eccleſiæ, & monaſteria ſine eius licentia, vt per tex. *in cap. vlt. de Eccleſ. ædific.* reſoluunt Colleg. Bononien. *pro libertate Eccleſ. contra Venetos num* 43. Patres Theologi Religionis Seruorum *in defenſ. cenſurarum Paul. V.* Vgolin. *in reſponſ. ad Iureconſ. gymnaſij Patauini contra Venetos c. 6. §. 1. cum quatuor ſeqq.* Philipp. Maynard. *de priuileg. Eccleſ. contra Venetos p. 2. art.* 24. Ioan. Franc. Fagnan. *in tract. de iuſtitia cenſurarum Pauli V. p. 2. pag. 16.* Ferdinand. de Baſtida *in antidoto contra Paulum Venetum p. 1. arg. 10. & ſeq.* Anton. Boni. *in reſp. pro cenſur. Pauli X. contra Venetos,* Paul. Comitol. *in tract. apologetico. contra Venetos c. 1. n. 17.* Valenzuela *in defenſ. monitorij Pauli V. p. 2. n. 28. & ſeq.* Et licèt à Valente, Theodoſio, & Arcadio Imperatoribus fuerit prohibitum Eccleſias ædificari ſine Principis licentia, vt patet ex *l. nemo C. de relig. & ſump. funer.* hoc tamen Imperatores illi effecerunt de facto, & propterea totum hoc fuit poſtea reuocatum à Iuſtiniano *in l. ſancimus §. ſiquidem. C. de Epiſcop. & cleric. & in Auth. vt nullus fabr. orat.* &c. 1 2 3

Secundò notandum quòd nouam Eccleſiam conſtruere quilibet poteſt, duabus conditionibus obſeruatis; vt ſcilicet alteri Eccleſiæ non inferat præiudicium, & vt adſit Superioris auctoritas, abſque illa enim Eccleſiam ædificari non poſſe probat tex. *in cap. nemo, & in c. placuit, de conſec. diſt. 1.* & *in cap. ad hæc, de relig. domib. & in cap. cùm olim 14. verſ. inſuper, de priuileg. & in Auth. de Eccleſ. tit. §. ſi quis autem, collat. 9. & in Auth. de Monach. verſ. illud igitur, collat. 1.* Paul. Fuſc. *de viſitat lib. 2. cap. 10. n. 2.* Zerol. *in praxi Epiſcop. p. 1. verb. Eccleſia, princip.* Piſſec. *in ſimili praxi par. 1. cap. 5. à num. 1.* Stephan. Durand. *de ritibus Eccleſ. lib. 1. cap. 2. num 7. & cap. 24 numer. 5. & cap. 25.* Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea reſol.* 11. plures quos refero *de officio, & poteſt. Epiſcopi p. 2. alleg. 26. num. 1.* Stephan. VVeyms *ad conſtitutiones 24. ex antiquo Iure deſumptas, & per Concil. Tridentin. innouatas, conſtit. 19. n. 4. pag.* 224. Solorzan. *de iure* 4

Indiar.tom.2.lib.3.cap.23.n.18. Quæ quidem Superioris Episcopi auctoritas, siue consensus sufficit tacitus, veluti si sciuerit Ecclesiam construi, & non impedierit, nec contradixerit, cùm tamen facile potoisset, Selu. *de benef. p.1.q.6. num.21.* Azor. *instit.moral.p.2.lib.9 cap.3.q.6.* quos refero ego ipse *d.alleg. 26.num.2.* vbi etiam cum Selua *n.8.*& Azor.*q.5.citatis locis*,addo consensum Episcopi sufficere si accedat post constructam Ecclesiam. Stephan.VVeyms *d.conf.tit.19.n.9.* dum aie quòd iste assensos Episcopi accessisse censebitur si scienter passus sit Ecclesiam extrui in sua diœcesi,nam ea in parte sufficit tacitus assensos ob fauorem piæ intentionis, quasi satis videatur consensisse,qoi operi faciendo non contradixerit, & *n.8.* resoluit quòd si quis priuatus ædificare voluerit Ecclesiam cum assignatione dotis competentis & Episcopus assentiri recuset absque causa, poterit is,qui ædificare intendit,confugere ad Episcopi superiorem, non minus quàm in aliis casibus grauaminum, vt superior, vel ipsemet assensum suum præstet, vel Episcopum compellat ad præstandum consensum.

6 Episcopus Ecclesiæ cuilibet ædificandæ dat facultatem, non modò simpliciter, sed quandoque etiam in alterius Ecclesiæ præiudicium;sunt enim causæ ob quas potest Superioris auctoritas etiam in præiudicium alterius nouam Ecclesiam ædificare; veluti si castrom, aut noua ciuitas sub alterius Ecclesiæ limitibus construatur, cuius incolæ ad priorem Ecclesiam difficile conueniant, arg. *c.vnio,§ fin.10.q.3.* sicuti quandoque etiam ob nimiam distantiam potest alia Ecclesia sub eadem Parochia ædificari, *c.ad audientiam 3.de Eccl.adific.* vbi dicitur quòd quando propter nimiam di-
7 stantiam Ecclesiæ Parochialis, Parochiani sine magno incommodo ad percipienda Sacramenta, & diuina Officia audienda accedere non possunt, noua potest Ecclesia in ipsios Parochia ædificari, & in ea Sacerdos poni sublato appellationis obstaculo ad præsentationem Rectoris Ecclesiæ maioris certa portione de antiqua illi deputata : de cuius materia latè agunt lex Hispana *9. tit.10. part.1.* Lap.*alleg.67.n.2.*Bimi.*consult.184.vol.2.*Menoch. *consil.477.*Henriq.*conf.80.*Ioan.Baptista Costa *de remed.subsid.remed.75.* Card. Tusch. *tom.6. lit.P, concl.98.à princ.*Salgado *de protect.regia,tom.1.p.3. c.5.n.31.cum multis seqq.*qui quidem tex.innouatus,& ampliatus est per Concil.Trid.*sess.21.de reforma,c.4.*his verbis. *Episcopi etiam tanquã Sedis Apostolicæ delegati in omnibus Ecclesiis Parochialibus, vel Baptismalibus,in quibus populus ita numerosus sit,vt vnus Rector non possit sufficere Ecclesiasticis Sacramentis ministrandis, & cultui diuino peragendo, cogant Rectores,vel alios ad quos pertinet,sibi tot Sacerdotes ad hoc munus adiungere,qui sufficiant ad Sacramenta exhibenda, & cultum diuinum celebrandum, In iis verò, in quibus ob locorum distantiam siue difficultatem Parochiani sine magno incommodo ad percipienda Sacramenta & diuina Officia audienda accedere non possunt, nouas Parochias etiam inuitis Rectoribus,iuxta formam constitutionis Alexandri III.quæ incipit, Ad audientiam, constituere possint.* &c. de cuius decreti materia agunt Piasec. *in praxi Episc.p.1.c.5.n.1.* vbi refert sacram Cong. declarasse Episcopo Adrien. *de anno* 1594 procedere sine præiudicio, nimirum possidentis, Zerol. *in simili praxi p.1. verb. Parochia §.6.*Azor. *instit. moral.p.2. lib.3. c.12.q.7.* Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori Eccles.decis.554.in 1.edit.* *aliàs resol.476.in 2.edit.*Rot. *deci.484.num.1.p.1.* 8
recent. vbi quòd Parochias nouas erigendi iusta causa videtur incommoditas populi ad recipienda Sacramenta, & ad audienda diuina Officia,& *n.3.* quòd non sufficit quælibet distantia, sed ea duntaxat, quæ præbet difficultatem Parochianis audiendi cum magno incommodo ad percipienda Sacramenta, & diuina officia audienda, eadem Rot. *decis.204.num.2. p.2. recent. & decis.745. num. 2. d.p.1.recent.* Quod quidem limitatur nisi in loco minimè difficili, nec incommodo Oratorium adesset, vel Ecclesia cum fonte baptismali; & cæteris ad Parochiam necessariis, ibique poneret Rector sacerdotem in sui adiutorium, vt per Menoch. *d.conf.477.n.9.* Ioan. Baptista Costa *d.remed.76.*Aloys.Ricc. *d.resol.476.num.6.*Quando verò solus Curatus eodem tempore pluri- 9
bus infirmis prouidere non potest, tunc non datur iusta causa diuidendi Parochiam, sed adhibendi ministros coadiutores, Rot. *dict. decis.484. n.5.in fine.* Vnde Sacra Congregat.censuit Episcopum in vim decreti Concil. Trident. *cap.4. in princ.* non posse erigere coadiutoriam, sed vri- 10
que cogere Rectorem ad adiungendum sibi tot Sacerdotes, qui sufficiant Ecclesiis in Sacramentis ministrandis, prout refert Armendar. *in addit. ad recopilat. legum Nauarræ lib.1.tit.18.leg.7. de Episcopis num.43.*

Possunt quoque de Superioris consensu etiam 11
in præiudicium Alterius nouæ Ecclesiæ ædificari, vbi multitudo fidelium excreuit, & Ecclesia vna non fit euidenter sufficiens, propter nouarum habitationum distantiam, *cap. precipimus 16. q.1.* Et denique ex aliis causis, quæ ex temporis qua- 12
litate, & situ locorum possunt accidere, noua potest Ecclesia construi, *cap.& temporis, ead. q.1.* sicutè conuerso contrariis de causis duæ simul vniri possunt, *d.cap.& temporis, d.cap.vnic. §.fin. 10.quæst.3.* Si verò sine causa & authoritate Pontificis in præiudicium alterius Ecclesia aliqua sit 13
constructa, est destruenda, si præsertim ritè præcesserit noui operis nunciatio, *cap.1.* & per tot. *de noui operis nunciat.* Præiudicium autem quod 14
alteri Ecclesiæ inferri potest præter damnum ædificij cohærentis, est participatio sumptuum in constructione, aut expensarum pro sustentatione Rectoris *d.cap.ad audientiam*, Concil. Trid. *d.cap.4.* vel damnum in iurisdictione, vt in oblationibus, quæ fieri solent Ecclesiæ, *d.cap. Ecclesia, cum seqq. 16.q.1.* Vbi verò aliquod præiudicium simile nulli generator Ecclesiæ, potest quilibet in sua proprietate construere Ecclesiam, accedente permissione Episcopi, *dict. cap. quicunque, ead. quæst.* cuius officio ea, quæ diximus prouidere incumbit, qui etiam propria auctoritate in sua Diœcesi Ecclesiam construere absque alterius præiudicio potest, *cap.pen. 12. quæst.2.*& de rebus Ecclesiæ eam competenter dotare, ita vt competens subsidium ei conferat, & Ecclesiæ suæ cui tollit, damna grauia non infligat, vt dicitur in Toletano Concilio IX. *cap.5.* relato *in d.cap. pen.*

Superioris ergo auctoritas, quæ in construen- 15
dis Ecclesiis requiritur, est diœcesani Episcopi, vt probant iura in principio huius cap.citata, nisi sit locus exemptus; in locis namque exemptis à iurisdictione Episcopi nullus potest absque Apostolicæ Sedis auctoritate Ecclesiam ædificare, *c.de locorum,cum seq.* vbi gloss. & Doct. *de consec. dist.1.cap. auctoritate, de priuileg. lib.6.* Stephan.

Stephan. VVeyms *d. loco num.* 4. aliàs totum acquiritur Episcopo cum fructibus, Erasm. à Cochiee *de iurisdict. Ordin. in exemptos p.* 2. *q.* 45. *n.* 36. Ego ipse *d. p.* 2. *alleg.* 26. *n.* 3. *in fine*, Sed in locis non exemptis requiritur Episcopi auctoritas, etiamsi persona ædificans sit exempta *d. cap. auctoritate*, notant omnes *in d. cap. cum olim*, post gloss. *verb. reuocari, de priuileg.* si expendas ibi Pontificem Innocentium III. in fine pronuntiasse monasterium exemptum esse liberum à iurisdictione, & obedientia Episcoporum, ex priuilegiis concessis à Romanis Pontificibus prædecessoribus suis, & tamen Ecclesias in Leiriensi castro, & aliis locis fundatas sine Episcopi Conimbricensis assensu in eiusdem Episcopi, & suæ Ecclesiæ iusesse reuocandas, explicant *ibi* Host. & Card. *n.* 3. Butr. *n.* 56. Abb. *n.* 9. & Socin. *n.* 19. quos refero Ego ipse *d. p.* 2. *alleg* 26. *n.* 3.

16 Sunt autem Ecclesiæ per loca congrua construendæ ad iudicium Episcopi, non autem in alieno solo *cap. Ecclesias, de consec. dist.* 1. nam si in alieno fundetur Ecclesia inscio domino, siquidem laicus est, debet seruari indemnis ab eo, qui fundauit; Ecclesia libera remanebit, nec fiet laico censualis; si verò solùm erat alterius Ecclesiæ, vel personæ Ecclesiasticæ, Ecclesia constructa, erit ei iure patronatus subiecta, *c. Apostolicos, iusine*, 12. *q.* 2. *& c. si quis* 16. *q.* 5. *cap. quesiti sunt*, 17. *q.* 4. nec solùm tenetur fundator in alieno loco, sed etiam Episcopus, qui in designando loco, aut in consecrando constructam negligens in veritate indaganda extiterit, arg. *cap. comperimus* 14. *q.* 6. Quòd si id sciente domino nec contradicente factum fuerit, Ecclesia libera remanebit, arg. *cap. si seruus*. 54. *dist.*

17 In ædificanda autem Ecclesia debet primùm Episcopus ciuitatis ad locum accedere, & atrium, ac cœmeterium publicè designare, ibique Crucis Dominicæ signum cum præcibus figere, lapidemque ponere primarium; *d. cap. nemo*, vbi gloss. *verb. veniat, de consec. dist.* 1. *Auth. de Eccles. tit. § si quis autem voluerit, & auth. de monachis*, §. *illum igitur ante alia*, *Auth. vt nullus fabricet Oratory domos præter voluntatem Episcopi*, vbi in initio sic dicitur. *Sancimus igitur præ omnibus quidem illud fieri, & nulli licentiam esse, neque monasterium, neque Ecclesiam, neque orationis domum incipere ædificare antequam ciuitatis Deo amabilis Episcopus orationem in loco faciat, & crucẽ figat, publicum processum ipsi faciens, & causam manifestam omnibus statuens*; adstipulaturque Concil. Agathense *c.* 27 registratum *in c. de monachis* 18. *q.* 2. & Concil. Chalcedonen. *act.* 11. *can.* 4. registratum *in cap. verè*. 16. *q.* 1 & *in c. quidam*, 18. *q.* 2. Stephan. VVeyms *d. loco*. *n* 4. Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 9. *cap.* 3. *q.* 4. vbi subdit posse Episcopum per se, vel per alium primarium lapidem ponere, & Crucem figere, & *q.* 8. tenet
18 posse Episcopum absque rationabili causa nolentem primarium lapidem ponere, & suum consensum præstare compelli auctoritate superioris Antistitis, videlicet Archiepiscopi, vel Primatis. refero Ego ipse *d p.* 2. *alleg.* 26. *n.* 1. Et debet semper
19 Ecclesiæ caput Septentrionem respicere, vt innuit Nazianz. *Epist.* 60. *aliàs* 66. *ad Filagriũ, & ibid.* latius adnotat scholium, & communiter seruari deductis rationibus notat Tostat. *super Matth. c.* 6. *q.* 91. & huiusmodi consuetudinem ab Apostolorum Constitutionibus traductam esse asserit Francisc. Turrian. *pro epistol. Decretal. summorum Pontif. lib.* 2. *c.* 19 *fol. mihi* 183. *vers. neque hoc solum.*

Debet quoque loci Episcopus ab eo, qui Ecclesiam ædificat, dotis ipsius Ecclesiæ ad luminaria, & stipendia custodum assignationem exigere 20
d. c. nemo Ecclesiam, de consecr. dist. 1. notatur *in c.* 1. *de censib* & notat gloss. *in c. secundum canonicam*
23. *q.* 8. Azor. *d. p.* 2. *lib.* 9. *c.* 3. *q.* 7. Ego ipse *de Offi-* 21
cio, & potest. Episc. p. 3. *alleg.* 64. *n.* 3. alioquin Episcopus permittens Ecclesiam ædificari sine dote, ad dotandum de proprio obligaretur, *c. cum sicut*, iuncta gloss. *de consecr. Eccles. vel Alt. Auth. de Ecclesiast. tit. §. si quis ante collat.* 9. Piasec. *in praxi Episc. p.* 1. *c.* 5. *n.* 2. Ego ipse *d. alleg.* 64. *n.* 2. Hæc autẽ dos
mansus appellatur *in. d. c.* 1. *de censib.* id est, saltem 22
tota pars agri fertilis, quanta per bouẽ colere potest, S. Antonin. *p.* 3. *tit.* 12. *c.* 2. §. 2. Cassan. *in consuetud. Burgund. rub.* 9. §. 4. *in princ. n.* 1. *pag.* 304. Otalora *de nobilit.* 2. *p. tertia partis n.* 3. Azor. *d. p.* 2. *lib.* 6. *c.* 1. *q.* 2 *propè fin. & in d. cap.* 1. accipitur pro titulo, qui constituitur in præbendis; aut possessionibus, quibus donata est Ecclesia, vt docent Lambertin. *de iure patronatus p.* 1. *l.* 1. *q.* 5. *art.* 21. *n.* 8. Cuiac. *in lib.* 1. *feud. tit.* 1. *in princ.* Belsarao. *in c.* 1. §. *similiter si quis n.* 2. *si de inuest. feudi fuerit contron.* Petr. Gregor. *de benefic. c.* 15. *n.* 4. *ante fin.* Perez de Lara *de anniuersar. & Capellan. lib.* 1. *c.* 8. *n.* 13. & 14. & nisi aliud obtineat Ecclesia, non tenetur ex eo soluere censum, aut aliam exactionẽ, nec aliud beneficij onus sustinere, nisi pro facultatibus suis, *d. c.* 1. *de cẽsib.* nisi fuisset priùs tributarius, vt *ibi* resoluit gloss. *verb. vlla*, quam esse communiter receptam, testatur *ibi* Abb. *n.* 4. Azor. *instit. moral. p.* 1. *lib.* 7. *cap.* 35. *q.* 5. Bellet. *disq. cler. p.* 1. *tit. de clerico debitore*. §. 12. *n.* 36. Ad Ecclesiarum reparationem qui, & quo ordine teneantur, & quomodo collecta, seu taxa imponatur, consuetudo quomodo introducatur, & probetur; vide latè Sperel. *in decis. fori Ecclesiast. decis.* 67. *per tot.*

Ecclesiæ tamen Mendicantium possunt sine do- 23
te ædificari, sicut & quæ in monasteriis illis ædificantur, quæ habent reditus, vt notatur *in d. c.* 1. In faciendis autem fundamentis debet Episcopus ponere primarium lapidem, vt suprà diximus, & forma Ecclesiæ antiquitus quidem erat forma Crucis, quatuor scilicet partes continens; quare hodie, vbi talis forma in ædificio non seruatur, Crucis Dominicæ signum in capite Ecclesiæ constituitur in conspectu intrantium.

Constructa autem Ecclesia debet sub Episcopi 24
potestate, & ordinatione consistere, in cuius diœcesi est sita, nec ab eius iurisdictione separanda *c.* 1. *cum seqq.* 10. *q.* 1. & quamuis possessio territorij esset alterius; illius tamen Episcopi erit Ecclesia, cuius est populi Conuentus ad eam,
cap. possessio. 16. *q.* 1. Nunc verò de consecratione 25
Ecclesiæ est notandum primò, quod *consecrare*, & *dedicare* sunt idem, sed dedicari Ecclesia dicitur, quæ consecratur, eò quòd ad Dei honorem, vel Sanctorum sacra dicatur. Vnde dicimus dedicationem Basilicæ Saluatoris, Basilicæ Apostolorũ, & *in lib. Machab.* dicitur, *dedicauerunt*
Altare Domino. Hæc autem dedicatio cum conse- 26
cratione fiebat, cuius rei origo ex veteri Testamento descendit, cùm Moyses Tabernaculum, & Salomon templum Deo dicantes præcibus & vnctione sacrarunt, *de cons. dist.* 1. §. 1. Galganet. *de iure publico lib.* 3. *tit.* 108. *ex n.* 18. & plenius *infra lib.* 3. *c.* 3. videbimus. Si ergo Iudæi loca, in quibus Domino Sacrificia offerebant, diuinis habebant supplicationibus consecrata, multò magis conuenit, vt idem apud nos habeatur, qui verita-

tis manifestationem post legis antiquæ vmbras accepimus.

27 Ritus autem quos in consecrandis Ecclesiis, & Altaribus Romana seruat Ecclesia, B. Syluester Papa primus instituit; nam etsi iam ab Apostolorum tempore loca fuerint Deo dicata, quæ à quibusdam Oratoria, ab aliis Ecclesiæ dicebantur, non tamen illa chrismate vngebantur, nec in eis adhuc in titulum erectum erat altare; at vbi Constantinus Imperator per Baptismum salutem, & sanitatem est consecutus, tamen primum lege ab eo lata concessum est Christianis toto Orbe terrarum, vt Ecclesias ædificarent, quod ille primus opere adimpleuit, nam plures in vrbe Romana construxit Ecclesias, quas præfatus Pontifex Syluester consecrauit. Quarum prima extitit Basilica Saluatoris, quam in suo Lateranensi Palatio idem Imperator construxit, ac deinde ea, quæ B. Apostolorum Principi, & quæ Doctori Gentium Paulo ab eodem fuit erecta.

28 Verùm notandum est non necessariò requiri consecrationem Ecclesiæ, vt in ea valeant Diuina celebrari, nam & non consecrata Ecclesia iisdem gaudet priuilegiis, quibus & consecrata, *cap. pen. de immun. Eccles.* vt *in sequenti cap.* dicemus. Satis est autem locum esse Deo dicatum in profanos vsus non conuertendum, vt ibi Missa valeat celebrari quæ quidem Missæ celebratio sanctificationis reuerentiam Ecclesiæ affert, *cap. de fa-*
29 *brica, de consec. dist.* 1. Est tamen cum fieri poterit, consecranda, & si non consecrata violetur, est reconcilianda, *cap. Ecclesias* 16. *q.* 7. *cap. fin. in fine, de consecrat. Eccles. vel Altar.* nec potest Ecclesia consecrari, quæ infidelium corporum sepultura polluta fuerit, quomodolibet violata, *cap. Ecclesia, cum seq. de consecrat dist.* 1. vt infrà suo loco videbimus: nisi violationis causa amoueatur; consecratio verò pollutæ, seu violatæ Ecclesiæ, reconciliationem procul dubio operatur.

30 Consecrare autem Ecclesiam nemo potest nisi solus Episcopus, *cap. nemo il* 1. *de consec. dist.* 1. vbi *gloss. pen.* Archid. *num.* 4. & Turrec. *q.* 6. Abb. *in cap.* 1. *num.* 1. *de censib.* Bellet. *disquisit. cleric. p.* 1. *tit. de clerico debitore.* §. 15. *num.* 2. Rot. *decis.* 141. *num* 5. *p.* 2. *diuers.* Vgolin. *de offic. Episcop. cap.* 28. *in princ. num.* 1. Lezana *in sum. tom.* 3. *verb. Ecclesia num.* 2. ille scilicet, in cuius diœcesi est sita Ecclesia *cap. tua fraternitas, de consec. Eccles. vel Al-*
31 *tar.* ibi, *licet tibi*, & ibi, *in tua diœcesi*, Ego ipse *de officio, & potest. Episcopi p.* 2 *alleg.* 27. *num.* 1. nec enim in diœcesi aliena potest Episcopus consecrare Ecclesiam absque proprij Episcopi permissio-
32 ne, *cap. pia mentis*, & *cap. seq.* 16. *q.* 7. quamuis Ecclesiam ipsam ibidem construxerit, *cap.* 1. 16. *q.* 6. Non potest autem huiusmodi consecratio Sacerdoti simplici ab eo demandari, *cap. aqua, de consecr. Eccles. vel Altar.* docent Azor. *instit. moral. p.* 1. *lib.* 10. *cap.* 26. *q.* 10. & *p.* 2. *lib.* 9. *cap.* 4. *quæst.* 1. Vgolin. *de offic. Episcopi. cap.* 28. *à num.* 1. Piasec. *in praxi Episcop. p.* 1. *c.* 5. *num.* 2 *vers. ædificata*, Ludouic. Miranda *in man. Prælator. tom.* 2. *q.* 39. *art.* 1. *concl.* 3. Et olim nulla Ecclesia, aut Oratorium poterat consecrari absque Apostolicæ Sedis licentia, *cap. de locorum, cum seqq. de consec. dist.* 1.
33 Si autem Episcopus diœcesanus pro Ecclesiis consecrandis à Fratribus requisitus ipsorum Ecclesias noluerit consecrare, priuilegium habetur, vt si id facere vltra quatuor menses distulerit, quilibet alius Episcopus id ipsum facere possit, de quo Honorius IV. & Leo X. in Concilio Lateranensi pro Mendicantibus ait: *Nec ab alieno Episcopo consecrationem Ecclesiæ, vel Altaris, aut cœmeterij benedictionem petere, seu in Ecclesiis per eos pro tempore ædificandis primum lapidem per alienũ Episcopum poni facere possint, nisi vbi Ordinarius bis, aut ter cum debitis reuerentia & instantia requisitis, sine legitima causa id recusauerit*, Lezana *in sum. quæst. Regul. tr.* 3. *ver. Ecclesia n.* 5. Tamburin. *de iure Abbatum tom.* 1. *disp.* 23. *q.* 7. Ludouic. Miranda *d. concl.* 3. Portel. *verb. benedicere, num.* 4. Hieron. Roderic. *resol.* 13. *n.* 4.

In consecranda verò Ecclesia nonnulla obseruare debet Episcopus; primò prouidere vt consecrandæ Ecclesiæ facta sit dotis competentis assignatio. *c. pia mentis*, & *ibi* gloss. *in verb. collata* 16. *q.* 7. Piasec. *d. cap.* 5. *n.* 2. Vgolin. *d. cap.* 28. *n.* 3. Ego ipse *d. alleg.* 27. *n.* 3. si hoc priùs in eius cõstructione factum non fuerit, vt suprà ostendimus: compellendus est enim is, qui Ecclesiam petit consecrari, vt eidem competentem dotem assignet, ad quod ipse, & eius hæredes adstricti tenentur, *cap. cum sicut*, & *ibi* Panor. *de consecr. Eccles.* quod non solùm de eo qui eam construxit, sed de eo etiam, qui ab alio constructam curat consecrari, meritò est intelligendum, si dotem non habeat, quia videtur eam in suam tutelã accipere: quamuis enim absque dotis assignatione fortè admittatur Ecclesiæ ædificatio, nullatenus tamen est absque tali assignatione sacranda, ne locus consecrationis dignitate donatus sine debiti cultus impensa quasi profanus maneat derelictus. Vnde in Bracharen. Concil. de quo *in cap.* 1. 1. *q.* 2. dicitur; *meminerit Episcopus, vt non prius Ecclesiam dedicet, quàm dotem Basilicæ, & obsequium illius per donationem chartula confirmatam accipiat*; nam non leuis culpa, inquit, est ista temeritas, vt sine luminarus, vel sine substantiali sustentatione eorum, qui ibidem sunt seruituri, tãquam domus priuata consecretur Ecclesia, Lambertin. *de iurepatron. l.* 1. *p.* 5. *q.* 5. *art.* 18. Viuian. *in praxi iurispatron. p.* 3. *lib.* 2. *cap.* 4 *à num.* 25. vbi *num.* 16. cum Lambert. *vbi sup. artic.* 10. subdit, quòd si Episcopus Ecclesiam consecret, non accepta dote, de suo eam dotare tenetur. Secundò, vt Ecclesiam non consecret, 35
quæ non in honorem Dei, & Sanctorum, sed sub tributaria conditione sit constructa, id est, ad lucrum eleemosynarum participandum, aut pro alia re simili, *cap. si quis Basilicam de consecr. dist.* 1.
Tertiò, vt tam ipse Episcopus consecrans, quàm 36
patroni Ecclesiæ consecrandæ sint ieiuni tempore consecrationis, & pridie quoque eius diei ieiunent, vt Leo Pont. instituit *in Epist. ad Diodor.*
Quartò, in consecratione ipsa ritus, & ceremo- 37
nias attendat, & seruet, quæ ab Ecclesia in ea re fieri consueuerunt, & habentur in Pontificali, specialiter autem Missæ celebrationem ea in re fieri debere exprimitur *in cap. omnes Basilicæ, de consecr. dist.* 1. quãuis non sit de essentia; quia si aliter fiat; licèt non careat culpa, factum tenet, Ludou. Miranda *in man. Prælat. tom.* 2. *q.* 39. *art.* 1. *concl.* 3. *in fine*, Azor. *d. p.* 2. *l.* 9. *c.* 4. *q.* 2. quos refero Ego ipse *d. p.* 2. *alleg.* 27. *n.* 19. Quintò vt in Ecclesiæ consecratione Reliquiæ ponãtur, nam eas requirit Pontificale Romanum, & idem videtur probari ex *c. placuit*, & *ex c. de fabrica, de consec. dist.* 1. & sic Reliquias esse de substantia consecrationis censuerũt, gloss. *in d. c. placuit*, Sil. *in sum. verb. Reliquiæ.* Fusc. *de visit. lib.* 1. *c.* 23. *sub n.* 1. Guilelm. Durand. *in ration. diuin. l.* 1. *c.* 8. *n.* 23. Sot. *in* 4. *dist.* 13. *q.* 2. *art.* 3. Stephan.

Stephan.Durant. *de ritib.Eccleſ.lib.1.cap.25.ſub num.5.* Ioannes Baptiſta Signius *in tract.de Relig. cap.41.circa fin. verſ. quærunt Doctores.* Azor. *inſtit.moral.tom.1.lib.10.cap.27.quaſ.8.* Franc. Leo *in theſaurum fori Eccleſ.p.1.cap.5.n.11.* Piaſec. *in praxi Epiſc.p.1.c.5.n.7.verſ. Altaria etiã*, Gauant. *in rub. Miſſalis p.1.tit.20.verſ. ab Epiſcopo conſecratur.* Sed poſt omnes doctiſſimus D. Anton.Ricciul.*Lucubrat. Eccleſiaſt. lib.1.c.4.* multis probare intendit conſecrationem cum Reliquiis decentiſſimè fieri, ac ſine illis Eccleſias, & altaria poſſe conſecrari, & *n.11.* reſoluit quòd ſi Epiſcopus, vbi poteſt habere Reliquias Sanctorum faciat conſecrationem Eccleſiæ, vel Altaris, ſine illis peccat mortaliter, quia licèt conſecratio ſit valida, tamen facit contra communem Eccleſiæ morem, & conſuetudinem in Pontificali deductam. Sex-
38 tò, & vltimò, vt quicquam non exigat pro conſecratione Eccleſiæ, ſed tantùm ſponte oblatum, ab his tamen qui non ſint indigentes, & procurationes Canonicos licitè accipiat, alioquin labem Simoniæ non effugiet, *cap.cum ſit Romana, de Simonia, cap.ſi quis audiuerimus il.1.1.q.1.*

Decet autem vt in die feſtiuo conſecretur Ec-
39 cleſia, quamuis omni tempore, & qualibet die valeat conſecrari, *c.tua, de conſec. Eccleſ. vel Altar.* Salzed.ad Bernard.*in pract.c.26.lit.A.verſ. virginum conſecratio.* Piaſec.*in praxi Epiſcop.p.1.c.5 n. 2.verſ.ædificata.* Azor.*d.p.2.lib.9.c.4 q.5.* Vgolin.
40 *d.c.28.n.1.* quos refero Ego ipſe *d.p.2. alleg.27. n.2.* Et non ſemel S. Rituum Congr. conſecrationem Eccleſiæ fieri poſſe conceſſit, quamuis illo ob aliquod impedimentum non poſſit ab omnibus quatuor partibus circumiri, dummodo Epiſcopus quantum fieri poteſt, ſe conformet rubricis, & regulis libri Pontificalis, *vt in Cortonen.10. Octobr. 1600.& 17.Iulij 1604. Aſten.17. Nouēbris.1600. & 24.Sptemb.1605. Collent.25.Ianuarij 1602.*

41 Conſecrata verò Eccleſia, non eſt iterum conſecranda, *cap. Eccleſiis 63.diſt.c.Eccleſiis, de conſecrat.diſt.1.c.propoſuiſti, iunctâ gloſ.c.ligneis, de cōſec.Eccleſ.vel Altar.* Durand.*in ration. diuin. offic. lib.1.cap.6.n.31.& 36.* Suar.*tom.3.q.83.& tom.5. diſp.81.ſect.5.* quos refero Ego ipſe *d.alleg 27.n. 12.* Galganet. *de iure publico lib.3.tit.108.n.23.* præterquam in aliquibus caſibus; primus eſt vbi nullatenus conſtat de eius conſecratione, *c.ſolemnitates il 2.c.Eccleſia, vel Altaria, de conſec. diſt.1.*
42 eſt enim in dubio conſecranda, ſi id non probetur, vel nullum appareat conſecrationis indicium, aut argumentum, gloſſ. *in cap. propoſuiſti, de conſecr. Eccleſ.* Azot.*p.1.lib.10.c.26.quaſ.12 & p.2.lib.9. c.4.q.5.* Eccleſia enim conſecrata non præſumitur niſi probetur, Ioan.Bapt. Coſta *de remed. ſubſid. remed.116.n.8.* Maſcard.*de probat.concl.582 à n.1.* vbi *in fine* diſtinguit inter Cathedrales, & inferiores Eccleſias, Cened.*ad Decretal.collect.135.n.6.* non enim dicitur iteratum quod factum antea neſciatur, *d.cap.ſolemnitates,cap.placuit, de conſecr. diſt.4.* præſumitur tamen conſecrata cùm de hac
43 aliquid conſtat, quamuis non certò ſciatur, aut in libris Eccleſiæ, vel in lapide aliquo ſcriptum inueniatur *cap.fin.24.quaſt.2.* Ioan.Baptiſt. Coſta *d. compend. 116. num. 7.* aut etiam extet teſtis aliquis etiam de auditu, Maſcard. *de probat.concl.*
44 *415.n.4.* Azot. *d.p.1.10.c.26.q.11.& p.2.lib.9. cap.4.q.4.* Vgolin.*d cap.28.n.3.* Mat.Alter. *de cenſur.tom.2.diſp.3.c.4.prope fin.* Vbi enim non agitur de præiudicio alicuius ſculptura in lapide, vel
45 teſtis vnicus fidem facit; ſecùs verò vbi contradictio exiſteret, vel intereſſe alterius, vt docent Nell. *de teſtibus n.85. caſu 9. & n.87.in fine*, Maſcard. *de probat.in proœm.quaſt.11.num.14.* Farin. *in praxi crim.quaſt.63.n.26.* quos refero Ego ipſe *d.alleg. 27.num.6.*

Secundus caſus eſt ſi parietes ſint combuſti, & 46
exterius diruti, non autem ſi pauimentum, aut tectum ſolum deſtruetetur, *cap.ligneis, de conſec. Eccleſ.* & hinc ſi parietes ipſi igne decruſtentur intus & exteriùs, Eccleſia ex eo execrata cenſebitur, gloſſ. *verb.exuſta.in d.cap. Eccleſiis*, Piaſec. *in praxi Epiſc.p.1.c.5. num.4. verſ. 2.* Ludou. Miranda *in man.Prælat.to.2.q.39.art.4.concl.1.* Vgolin. *d.c.28.n.4.verſ.poſtremo.* quia conſecratio, & linitio fit in parietibus, gloſ. *in d.cap. Eccleſiis, de conſec. diſt.1.* etſi conſecratio Eccleſiæ tantùm 47
habet reſpectum ad Eccleſiam ipſam quatenus ex lapidibus compaginatur, & conſtruitur; & ita potius reſpicit parietum formam, quàm vniuerſi ædificij, per conſecrationem namque conſtituitur in ſtatu diuinæ domus, quam non aliter repræſentat, niſi iuxta lapidum diſpoſitionem, ſecundùm illud, quod in illius dedicatione decantat Eccleſia, *quæ conſtruitur in Cœlis, viuis ex lapidibus, & ibi, expoliti lapides ſuis coaptantur locis.* Ego ipſe *d. alleg.27.ex num.13.* Vnde ſi tectum 48
Eccleſiæ ſolummodo corruat integris, & illæſis remanentibus parietibus, vel in totum, vel pro maiori parte, Eccleſia minimè execrata cenſebitur *d.cap. ligneis*, Gambarupt. *de caſibus reſeru. caſu 6.num.16.fol.204.* Axot.*d.p.1.lib.10.cap.26. quaſ.12.*

Tertius caſus eſt vbi tota corruit Eccleſia, vel 49
ſi aliis lapidibus, vel eiſdem refecta ſit, nam non eadem Eccleſia eſt omnino. Hinc vſusfructus nauis ac domus tota extinguitur ſi tota nauis diſſoluta ſit, & domus tota corruit, eſto nauis eiſdem tabulis ſit reſtaurata, & domus eiſdem cæmentis, ac lignis reſtituta *l. quod tamen, §. ſi autem diſſoluta ſit, ff. quib. mod. vſusfr. amit.* Demum conſecratio adiecta Eccleſiæ qualitas quædam eſt, & accidens quoddam; ergo Eccleſia vti ſubſtantia ſublata, & ſubiectum conſecrationis vti accidens tollitur. *arg.l.1.& 2 ff.de vſufr.* Ita Abb. *in cap. propoſuiſti, num.8. de conſec.Eccleſ.* Vgolin.*d. cap. 28.num.4. verſ.2.*

Quartus caſus eſt vbi Eccleſia per partes tota 50
fuit refecta, nam eſto eadem Eccleſia ſit, hoc tamen fictione eſt, & non veritate, at in ſpiritualibus fictio non conſideratur, ſed veritas, tum quia conſecratio Eccleſiæ fit per vnctionem Chriſmatis in parietibus, at illis ſublatis vnctiones illę tolluntur, vt per ſe patet, ergo conſecrata dici non poteſt. Nec obſtat quod dicitur de oleo non conſecrato addito ad oleum conſecratum, quo caſu non conſecratum fit conſecratum, *d.cap. quod in dubiis*, nam locum illud habet in illis rebus, quæ commixtione confunduntur, quod hic fieri non poteſt. Ita Abb. *d. num. 8.* Verùm gloſſ. *in cap. propoſuiſti, de conſec. Eccleſ.* Axot. *d. parc. 1. libr. 10. cap. 26. quaſt. 12. verſ. vt in dubium, & p. 2. libr. 9. cap. 4. quaſt. 6.* Mat. Alter. *d. cap. 1. verſ. quando autem*, Fagundez *in quinque Eccleſiæ præcepta, præc. 1. lib. 3. cap. 15. num. 59.* tenent quòd quando Eccleſia non ſimul, & in totum, ſed paulatim, ſeu per partes deſtruitur, & ſic à primis fundamentis ſucceſſiuè reficitur, tunc pars habita per modum acceſſionis etiam conſecrata habebitur; ſed has contrarias opiniones fœdere diſtinctionis componit Vgolin. *d.cap.28. num.4.*

num. 4. vers. 3. vt scilicet prima procedat, si consuetudine introductum sit, vt non consecretur, posterior verò vbi talis consuetudo non
51 adest; in his enim quæ positiui iuris sunt, consuetudo primùm valet. Si verò Ecclesia destructa sit auctoritate Superioris, & nulla spes subsit reædificationis, non comprehenditur nomine Ecclesiæ, & ideo nec copola in ea habita, aut sanguinis, vel seminis effusio, seu furtum in ea factum, est sacrilegium, nec loci circunstantia est confitenda vt per *text. in cap. Abbate, ad fin. de verbor. significat. & in cap. 2. de noui operis nunciat. & in cap. hoc diximus 16. quæst. 7.* probant Sanch *de matrim. lib. 9. disp. 15. num. 37.* Fagundez *in quinque Ecclesiæ præcepta, precept. 2. lib. 4. cap. 4. n. 37.*

52 Cùm in diœcesi Vlixbonen. quidam Suffraganeus Archiepiscopi, & de eius ordine, & mandato Ecclesiam quandam in ipsa Vlixbonen. diœcesi sitam consecrare incœperit cum omnibus ceremoniis descriptis in Pontificali Romano de Ecclesiæ dedicatione, seu consecratione; & circa medium consecrationis improuiso accidenti correptus ipse Episcopus defecerit, & consecrationem Ecclesiæ perficere non potuerit, pro parte ipsius Archiepiscopi per Simonem Costa de Amaral eius procuratore à S. Rituum Congreg. quæsitum fuit, an ab alio Episcopo Ecclesiæ prædictæ incœpta consecratio continuanda sit, vel potiùs de nouo inchoanda, quæ quidē sacra Rituū Cong. commissa prius huiusmodi articuli examinatione Illustrissimo D. Cardinali Bellarmino, qui in alia Congregatione sententiam suam declarauit, posse vtroque modo sine scropulo fieri, nempè vel de nouo inchoare à principio consecrationem, vel iam inceptam continuare, & perficere; sed meliùs sibi videri vt de nouo ab alio Episcopo inchoaretur. Et iterum postea proposito huiusmodi dubio in Congreg. *sub die 12. Aprilis 1614.* eadem S. Rituum Congreg. auditis sententiis, & votis singulorum Illustrissimorum DD. Cardinalium in Congregatione præsentium consecrando, quòd consecratio Ecclesiæ maximè consistit in vngendis sacro Chris-
53 mate duodecim crucibus per Ecclesiam, & in proferendis illis verbis, *Sanctificetur, & consecretur hoc templum in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti*, &c. Quæ Cruces cùm adhuc ab Episcopo, qui in consecratione defecit, non fuerint inunctæ, vt in facto præsupponitur, censuit, & iudicauit consecrationem dictæ Ecclesiæ de nouo, & à principio ab alio Episcopo inchoandam, & continuandam esse vsque in finem. Et demum *die 12. Aprilis eiusdem anni 1614.* declarauit eadem S. Congr. consecrationem de nouo ab initio esse inchoandam ab alio Episcopo delegato.

CAPVT III.

De Immunitate Ecclesiarum.

SVMMARIVM.

1 *Immunitas Ecclesiastica à libertate Ecclesiastica in quo differat.*
2 *Sacramenta omnia, & præcipuè Missa, non nisi in Ecclesia celebrari debent.*
3 *Orationes, ac precum oblatio, & diuinorum Officiorum ac laudum decantatio, in Ecclesia fieri debent.*
4 *Prædicatio verbi Dei in Ecclesia fieri consueuit.*
5 *Negotia omnia sæcularia, ac placita, vel contractus in Ecclesia fieri prohibentur.*
6 *Iudicium sæculare etiam ciuile non potest in Ecclesia fieri.*
7 *Citatio cùm sit actus iudicialis, in Ecclesia fieri non potest.*
8 *Placiti nomine venit qualibet lis, iurgium, & causa forensis, quæ in iudicio agitur.*
9 *Aduocatum consulere, & procuratorem de lite priuatim agere licet in die festo.*
10 *Sententia à iudice in Ecclesia ferri non potest, alioquin est ipso iure nulla, prætterquam in causa Ecclesiastica, & voluntaria iurisdictionis.*
11 *Actus Ecclesiastici ad iurisdictionē volūtariam pertinentes possunt in Ecclesiis celebrari.*
12 *Actus in Ecclesia facti an & quando validi sint, ostenditur.*
13 *Contractus omnes in Ecclesiis celebrati validi sunt.*
14 *Conclamationes, & seditiones, aut impetus, & publica parlamenta in Ecclesia fieri prohibentur, nisi pro actu pietatis, aut spiritualibus exercitiis, & negotiis.*
15 *Ludi theatrales, & monstra laruarum, ac cantica puellarum in Ecclesia nullatenus fieri debent.*
16 *Saltantes in Ecclesia S. Magni per totum annum sine cibo, & somno saltarunt.*
17 *Honesta & deuota spectacula, ac pia repræsentationes in Ecclesia fieri permittuntur.*
18 *Silentium, & tranquillitas in Ecclesia habenda.*
19 *Episcopus debet prohibere ne sedes laicorū, etiā Præfecti, locentur in Presbyterio apud altare.*
20 *Magistratus ciuitatum non debent proprias canonicatuum, & dignitatum sedes, seu stalla in choro vel presbyterio occupare.*
21 *Magistratus ciuitatum in processionibus etiam sanctissimi Sacramenti debent incedere in loco in quo secundum antiquam consuetudinem consueuerunt incedere.*
22 *Conuiuia in Ecclesia cum irreuerentia loci sacri non sunt permittenda nisi aliquod frugale, & parum in angulo Ecclesiæ sine tumultu, & luxu ex causa rationabili.*
23 *Pernoctationes, & vigiliæ, quæ in Ecclesiis olim fieri solebant, hodie non sunt in vsu.*
24 *Scholasticorum obiurgatio qui vadunt ad Templa videndarum fœminarum causa.*
25 *Supellectilia, seu vtensilia domus reponi non debent in Ecclesia, nisi propter hostiles incursus, aut incendia repentina.*
26 *Ecclesia non debet in propugnacula ædificari occasione belli, nisi ex maxima necessitate, & cum auctoritate Romani Pont.*
27 *Mortui in Ecclesia iure antiquo attento non sepeliebantur, sed in atri, aut in porticu; hodie verò omnibus permittitur sepultura in Ecclesia, exceptis, &c.*
28 *Cadauerum omnia conditoria super terram existentia amoueri iubentur, & infra terram defunctorum corpora collocari.*
29 *Ecclesiam intrare quibus prohibeatur, ostēditur.*
30 *Pœnitentes solemniter ad tempus, & notorie criminosi ab ingressu Ecclesiæ arcentur.*
31 *Ecclesiam ingressu singuli aquâ quare aspergātur.*

32 *Mulier*

32 *Mulier nisi velato capite Ecclesiam ingredi prohibetur.*

33 *Fœmina à viris separata in Ecclesia stare debeat.*

34 *Violentia aliqua in Ecclesia fieri prohibetur.*

35 *Sacrilegium in quas species, & modos distinguatur, ostenditur.*

36 *Pius V. quas pœnas statuerit contra illicita in Ecclesia facientes referuntur.*

37 *Immunitas in Ecclesiis quando fuerit inchoata; ostenditur.*

38 *Ecclesia maior habebat per circuitum quadraginta passus immunitatis, minor verò triginta.*

39 *Domus Clericorum existentes intra quadraginta passus maioris Ecclesiæ, & 30. minoris, gaudent Ecclesiastica immunitate.*

40 *Passuum quilibet habet quinque pedes, & pes quindecim digitos.*

41 *Violatio Ecclesiæ etiam circuitus eius, & finem comprehendit.*

42 *Immunitas non se extendit ad 30. & 40. passus Ecclesiæ maioris, vel minoris, ubi fuerint intra ambitum castellorum.*

43 *Seruus si à Domino suo ad Ecclesiam confugiat non extrahitur quidem, sed præstito iuramento à Domino de impunitate ei restituetur.*

44 *Iudæi & infideles gaudent Ecclesiastica immunitate.*

45 *Hæretici, & apostatæ non gaudent Ecclesiastica immunitate.*

46 *Debitor ad Ecclesiam propter debitum confugiens an possit ab ea extrahi; ostenditur.*

47 *Debitores falliti, seu decocti, an gaudeant Ecclesiastica immunitate? remissiuè.*

48 *Libertos sibi commendatos, aut ad eam confugientes, ne in seruitutem reuocentur, aut peculium amittant, tueri debet Ecclesia.*

49 *Expositos ante Ecclesiam defendere debet Ecclesia.*

50 *Confugientes ad Ecclesiam ob commissum delictum non sunt ab ea non solùm per iudicem sæcularem, sed etiam Ecclesiasticum violẽter extrahendi.*

51 *Extractus ab Ecclesia per iudicem sæcularem in casu non excepto per Bullam, qualiter liceat tali iudici resistere.*

52 *Iudex sæcularis Ecclesiæ restituere tenetur illũ quem vi & contra immunitatẽ ab ea extraxit, nec potest pro aliis delictis detinere.*

53 *Ecclesiæ restituendus est qui captus fuerit, dum ab ea exierit ad exonerandum corpus, modò statim, & rectà via redeat.*

54 *Ecclesiæ restituendus est, qui verbis dolosis inductus à iudice præstita securitate, & impunitate Principis exiit ab Ecclesia in casu quo delinquens iure non poterat ab Ecclesia extrahi.*

55 *Bona confugientis ad Ecclesiam non possunt exinde extrahi.*

56 *Confugiens semel sub Ecclesiæ præsidium tantum tum pecuniaria multatione, aut alia satisfactione poterit emendari, sed quid attenta Bulla Gregorij XIV.*

57 *Laicus à iudicibus semel in Ecclesia captus, & ab eadem repetitus, an possit immunitati post à se aduersus regios iudices producta renunciare? ostenditur, & n. 58.*

59 *Ecclesia licet non consecrata gaudet immunitate. Immunitate Ecclesiastica gaudet,*

60 *Interdicta Ecclesia,*

61 *Polluta,*

62 *Destructa,*

63 *Cœmeterium,*

64 *Atrium, seu porticus Ecclesiæ adhærens,*

65 *Fores, seu ianua Ecclesiæ,*

66 *Scalæ Ecclesiæ,*

67 *Hospitale auctoritate Episcopi fundatum,*

68 *Oratoriũ publicũ auctoritate Episcopi cõstructũ,*

69 *Sacerdos portans in manibus sanctissimam Eucharistiam,*

70 *Palatium Episcopi,*

71 *Cardinalium domus, seu Palatium,*

72 *Monasteria Religiosorum.*

73 *Immunitatis circuitum non habent loca sacra & religiosa præter Ecclesias.*

74 *Immunitate gaudet se proiiciens intra muros monasteriorum, & in locum illis circunseptum.*

75 *Monasteria sunt Ecclesia, cellula, area, hortus, & similia usui regularium necessaria.*

76 *Villæ, quas Monachi habent recreationis gratia, vel ad recipiendos hospitio illac transeuntes, non gaudent immunitate Ecclesiastica.*

77 *Loca omnia quæ religioni, aut pietati sunt destinata, habent immunitatem.*

78 *Latrones publici immunitate Ecclesiastica non gaudent.*

79 *Latro publicus quis propriè dicatur, ostenditur.*

80 *Confessus, & condemnatus de furto si postea cum illo deprehendatur, & ad Ecclesiam confugiat, illius immunitate non gaudet.*

81 *Fures qui publici non sunt ad Ecclesiam confugientes Ecclesiastica gaudent immunitate, nisi consuetudo seruaret contrarium.*

82 *Consuetudo habet magnam vim circa immunitatem Ecclesiasticam.*

83 *Viarum grassatores ad Ecclesiam confugientes illius immunitate non gaudent.*

84 *Grassator viarum dicitur ille, qui vias obsidet, ut viatores deprædetur, seu spoliet, & renitentes occidat.*

85 *Depopulatores nocturni agrorum immunitate Ecclesiastica non gaudent.*

86 *Depopulator nocturnus agrorum ille dicitur, qui segetes in agris deprædatur, comburit, & destruit, vel ad agros alienos diripiendos destructor nocturnus accedit.*

87 *Depopulator nocturnus agrorum in quo differat à publico latrone, ostenditur.*

88 *Proditoriè, seu insidiosè homicidium committens Ecclesiastica immunitate non gaudet.*

89 *Proditoriè quemquam occidere, aut per insidias apud nostros pro eodem in hac usurpatur tractatione.*

90 *Vulnerans tantùm proditoriè, aut ex insidiis, dum occidendi animo adoriatur, & percutiat, non gaudet immunitate.*

91 *Proditorium homicidium committit occidens à tergo, vel quocunque alio modo nihil tale præcauentem.*

92 *Immunitate Ecclesiastica non gaudet proditoriè quemquam occidens, si faciat sub pace, & simulata amicitia.*

93 *Immunitate gaudet qui à tergo, & proditoriè vulnerat, occidit ve rixantem cum filio, vel consanguineo, si ad Ecclesiam confugiat.*

94 *Veneno occidens vel proditorius homicida immunitate non gaudet.*

95 *Pater filium aut filius patrem insidiosè, vel incautè occidens immunitate non gaudet.*

96 *Socium occidens, & in itinere, vel alibi insidiosè, vel incautè interimens, immunitatem amittit.*

97 *Assassinus*

163 *Poenitentiam publicam subeunt,*
164 *Oblationes non dant, nec recipiuntur ab illis,*
165 *Excommunicationem incurrunt.*
166 *Excommunicatio lata sententia, & non ferendae incurrunt violantes immunitatem extrahendo confugientes ab Ecclesia per Bullam Gregorij XIV.*
167 *Absolutio à censuris ob violatam immunitatē Ecclesiasticam iuxta Bullam Gregorij XIV. est Sedi Apost. reseruata.*
168 *Reus ad Ecclesiam fugiens minimè illius gaudet immunitate in criminibus exceptis, si integra, veráque probatione delictū admissum fuisse constaret.*
169 *Collectae non possunt poni Ecclesijs à laicis, &c.*
170 *Praelati ipsi Ecclesiarum non possunt quicquam pro causis etiā vrgētissimis laicis ipsis de bonis Ecclesiae soluere, aut etiam sponte offerre.*
171 *Necessitas publica vbi concernit de directo, & principaliter aequè vtilitatem Ecclesiasticorum, & laicorum quomodo Ecclesiastici contribuere debeant, ostenditur.*
172 *Ecclesiae reditus, seu fructus laïcis non conceduntur, nisi ob necessitatem, aut vtilitatem, vel pietatem concernentem ipsas Ecclesias.*
173 *Ecclesiarum calices, libri, & alia ornamenta diuinis officijs deputata ex causa pigneris, vel distractionis capi non possunt, nisi vrgente necessitate.*
174 *Aurum, & argentū Ecclesiae capi potest ad captiuos redimendos, & carcere detentos liberandos, aut propter imminens belli periculum.*
175 *Bona Ecclesiae possunt pro alimentis pauperum non solùm Parochianorum, sed etiam exterorum pignerari, & vendi.*
176 *Ornamenta Ecclesiae an possint pro pretio locari? remissiuè.*
177 *Decimis concessis super fructibus beneficiorum quae includantur.*
178 *Ecclesia non tenetur de deposito facto apud suū Clericum, nisi versum sit in ipsius Ecclesiae vtilitatem.*
179 *Eccles. obligatur efficaciter ex deposito apud se facto cū cōsensu Episcopi, & Capituli, vel recipiēte thesaurario, seu alijs ad recipiēda deposita designatis, licèt deponēs non probet depositum versum in vtilitatē ipsius Ecclesiae.*
180 *Donationem validam omnium suorum bonorum potest ipsius Ecclesiae facere.*
181 *Dominium in Ecclesias transfertur nudo pacto, seu nuda promissione.*
182 *Ecclesia rem priuati 30. annorum spatio praescribit, sed contra illam 40. annorum possessio requiritur.*
183 *Praescriptio 40. anorum requiritur contra priuilegium Ecclesiae.*
184 *Ecclesia Romana centum annorum gaudet praescriptione contra ipsam.*
185 *Ecclesia habet restitutionem in integrum in multis causis cū laesa fuerit adinstar minoris. Ecclesia cùm vult in integrū restitui, necesse illa habet probare quòd adsit laesio, quamuis modica, & quòd illa manifesta sit, ibid.*
186 *Iniustitia quaelibet sufficit pro causa restitutionis in integrum, etiamsi non sit notoria.*
187 *Priuilegio restitutionis vtitur Ecclesia intra quadrienniū tantùm, quo elapso non auditur nisi sit in curia, vel nisi fuerit legitimè impedita, aut rationabilis causa concurrerit.*
188 *Restitutio post quadriennium indulgetur stante enormissima laesione.*
189 *Sententia lata contra Ecclesiā praetextu iniquae consuetudinis retractatur.*
190 *Consuetudo in praeiudicium, & contra Ecclesiam introducta non valet.*
191 *Citatio peremtoria non debet esse nimis breuis in causa Ecclesiastica.*
192 *Statuta contra Ecclesiasticam libertatem fieri prohibentur.*
193 *Statuta quando dicantur fieri contra libertatē Ecclesiasticam, ostenditur.*
194 *Domini temperales non possunt interdicere subditis suis ne cum Ecclesia contrahāt, aut cum eius personis negotia tractent, néve eis in rebus necessarijs seruiant, sub poenis, &c.*
195 *Statutum prohibens omnino laicos contrahere cum Clericis non valet.*
196 *Principes statuentes ne in eorū statu possint aedificari de nouo Ecclesiae, & monasteria sine eorum licentia, derogāt libertati Ecclesiasticae.*
197 *Statuta laïcorum tangentia iura Ecclesiasticorum, etiamsi per indirectum ipsa minuerent, dicuntur contra libertatem Ecclesiae.*
198 *Statutum excludens Clericos, vel Monaehos à successione parentum, agnatorum, seu cognatorum non valet.*
199 *Magis sunt contra Ecclesiasticā libertatē, quae tollunt beneficium iuris communis, quàm quae auferunt competentia per priuilegium.*
200 *Statutum quod non opponatur exceptio excommunicationis, vel non possit probari per testes, est contra libertatem Ecclesiasticam.*
201 *Statutum prohibens ingredientem monasterium posse succedere, est cōtra libertatē Ecclesiasticā.*
202 *Aquipendij statutū volens quod alueus derelictus à flumine Palea sit communitatis, nō autem habentium praedia adiacentia, non habet locum vbi praedia adiacentia sunt Ecclesiarū.*
203 *Eccles. vel Clericus vēdēs patrimonialia bona, vel emens à laïco vbi fuerit statum in loco rei sitae praeferens consanguineum, vel vicinum in vēditionibus rerū, an sit locus praelationi excluso Clerico emptore, vel vēditore, remissiuè.*
204 *Statutū cauēs ne certa bona immobilia à laicis possessa in Ecclesias alienētur, aut ab eis retineri possint, an valeat ostenditur, & numeris seqq.*
205 *Lex, vel consuetudo prohibens ne bona aliqua in exteros non subditos alienentur, iusta est.*
206 *Bona aliqua ne in Ecclesiam transferantur potest fieri per priuatam conuentionem, & dispositionem.*
207 *Conuentio valet ne emphyteusis ad Ecclesiam, vel Clericum deueniat.*
208 *Conditio, vel prohibitio facta à testatore ne bona deueniant ad Ecclesiā, vel monasteriū, valet.*
209 *Statutū in praeiudiciū Ecclesiae valet in quaerēdis, quando laïci non odio Ecclesiae, sed bono zelo, & pro familiarum conseruatione faciūt.*
210 *Praelatus solus licet non possit praeiudicare in quaesitis, potest praeiudicare in quaerendis.*
211 *Libertas Ecclesiastica propriè loquendo nihil aliud est quam exemptio, & priuilegium à Deo, Pontificibus, vel Principibus saecularibus concessum omnibus Ecclesijs, vel Clericis quatenus tales sunt.*
212 Cap. 1. de immunitat. Eccles. lib. 6. *declaratur.*
213 L. 1. & vltim. Cod. de sacrosanct. Eccles. *declaratur.*

214 Cap. vlt. de rebus Eccles. non alien. *declaratur.*

215 Cap. cum causa 8. de sent. & re iudic. *declaratur.*

217 *Violantes Ecclesiasticam libertatē, quas pœnas incurrant? remissiuè.*

218 *Immunitates, & libertates tam Ecclesiarum, quàm personarum alia generales, alia speciales, & quæ sint ostenditur.*

219 *Iudex Ecclesiasticus potest inhibere sæculari ne procedat in causa, cuius cognitio ad ipsum pertinet, sub pœna excommunicationis, etiam sine causæ cognitione, quando sumus in casu notoriæ iurisdictionis.*

220 *Episcopus quid facere debeat quando statuta sunt contra libertatem Ecclesiæ? ostenditur.*

221 *Vniuersitas an & quando possit censuris affici? ostenditur.*

222 Concilium Trid. *immunitates, ac priuilegia omnia Ecclesiæ restituenda, & conseruanda, statuit.*

223 *Doctores referuntur de immunitate Ecclesiarum, & personarum agentes.*

2 HRISTIANORVM Ecclesiæ, quæ domus Dei, & domus orationis sunt dictæ, multas habent immunitates, & priuilegia, non solùm ab ipsis Ecclesiasticis, sed etiā à sæcularibus legibus tradita; vt scilicet profana quædam in eis committi non debeant, & nonnulla negotia in eisdem gesta vim quamdam ex earum priuilegio trahant, & eædem in multis grauaminibus releuentur indemnes, præter priuilegia personarum, & rerum, quæ ad Ecclesias pertinent, quæ partim suprà *l. proximo c. 39.* vidimus, partim infrà videbimus, quæ magis propriè ad Ecclesiasticam libertatem, quàm immunitatem pertinere videntur; iuxta distinctionem Caietan. *verb. immunitas.* §. 1. Gambacurt. *de immunit. l. 8. c. 2. n. 4.* scribentium immunitatem Ecclesiasticam à libertate Ecclesiastica in eo differre, quòd libertas ad personas, immunitas verò ad Ecclesias, res, & Templa pertineat; quamuis alij non immeritò inter libertatem Ecclesiasticam, & immunitatem nullam faciant differentiam; ex quorum numero sunt Cou. *l. 2. var. cap. 20. n. 1.* Suar. *de defens. Fidei, l. 4. c. 1. n. 5.* per tex. *in c. aduersùs*, ibi, *Ecclesias, & Ecclesiasticos viros*, &c. *& in c. non minus, de immunit. Eccles.* vbi fit mentio libertatis, quæ tam rebus, quàm personis Ecclesiasticis promiscuè competit; nunc enim solùm de ipsarum Ecclesiarum immunitatibus agentes breuiter exponemus, quæ specialiter sub præmissis tribus generibus priuilegiorum comprehenduntur.

2 Primò igitur est notandum, quòd quædam sunt, quæ nonnisi in Ecclesia fieri debent, & quædam alia, quæ in ea fieri omninò prohibentur. Sacramenta enim omnia, & præcipuè sanctissimum Missæ Sacrificium nonnisi in Ecclesia celebrari, non autem in campis, & in priuatis domibus, debere, probat *c. non oportet de consecrat. distinct. 1.* Concil. Trid. *sess. 22. in decreto de obseru. & euit. in celeb. Missa*, Filliuc. *tom. 1. tractat. 5. num. 115.* Fernandez *in examine Theolog. moral. par. 3. cap. 5. §. 10.* Ioan. Valer. *de different. inter vtrumque forum, verb. Missa, differ. 2. in princ. vers. Missa*, Raguc. *de voce Canonicorum, in tractat. de Missa in Ecclesia q. 57. in princ.* plures, quos refero *de offic. & potest. Episcopi, part. 2. alleg. 25. num. 1.* Sic namque Fœlix Pont. *in cap. sicut, de consecr. dist. 1.* inquit, *Sicut non alij quàm sacrati Deo Sacerdotes Sacrificia super Altare offerre debent; sic non in aliis, quàm in Domino, sacratis locis, id est, Tabernaculis diuinis precibus delibutis Missas cantare, aut Sacrificia offerre licet;* vnde, inquit, scriptum est, Deuteron. 12. *Vide ne auferas holocausta in omni loco, quem videris, sed in omni loco, quem elegerit Dominus Deus tuus.*

Non solùm autem Sacramenta, & Sacrificia in Ecclesia, sed etiam orationes, ac precum oblatio, diuinorumque Officiorum, ac laudum decantatio in ea fieri ex præcepto, & consuetudine Catholicæ Ecclesiæ debet, sicut in Actibus Apostolor. legimus, quòd Petrus, & Ioannes ascendebant in Templum ad horam orationis nonam. Ad hoc namque Templa, atque Ecclesiæ constructæ abinitio fuerunt, vt in eis exoratus Deus adueniens supplicum exaudiret preces, sic enim dixisse legimus Salomonem 3. *Reg.* 8. postquam Templum Deo construxerat. *Sint*, inquit, *oculi tui aperti super domum hanc nocte, ac die, super domum, de qua dixisti: Erit nomen meum ibi, vt exaudias orationem, quam orat in loco isto ad te seruus tuus*, &c. Et quamuis non in manufactis habitet Deus cui Cœlum sedes est, & quem Cœli cælorum capere nequeunt, vt idem Salomon dixit; voluit tamen, vt nomen suum ibi inuocaretur, & domus orationis locus ille appellaretur, quamuis vbique aliquis constitutus Deum valeat exorare. Et S. Ioan. Chrysostom. *homil. 79. ad populum Antiochen.* multis argumentis suadet esse satius, ac melius in Ecclesia, quàm alibi Deum deprecari; tamen cùm Templi adeundi facultas non est, posse, & debere Deum inuocari, & coli quolibet in loco. 3

Præterea verbi Dei prædicatio in Ecclesia fieri consueuit, *cap. Sacerdote, cap. Episcopus nullum, de consecr. dist. 1.* etsi vbique etiam iuxta opportunitatem fieri possit, ita, & consecrationes in Ecclesia celebrantur, vt *infra de Consecrat.* videbimus. Cùm igitur ad hæc, & alia huiusmodi tantùm, quæ ad diuinum cultum, & ædificationem fidelium pertinent, Ecclesiæ fuerint institutæ, propterea omne aliud ab his diuersum, vel omnino contrarium in eis fieri nullatenus conuenit: *sic enim*, inquit August. *in cap. fin. 42. dist. in Oratorio præter orandi, & psallendi cultum penitus nihil agatur, vt nomini huic, & opera iugiter impensa concordent.* 4

Quare primò omnia negotia sæcularia ac placita, vel contractus, & alia huiusmodi in Ecclesia fieri prohibentur, *cap. 1. & cap. cùm Ecclesia, de immunit. Eccles.* Nau. *de horis Canon. cap. 5. num. 31. cum seq.* Azor. *instit. moral. part. 3. lib. 8. cap. 9. q. 7.* Ludou. Correa *in repet. cap. inter alia, de immunit. Eccles. part. 2. num. 26.* Nouar. *in sum. Bullar. tit. de Ecclesiar. venerat. n. 3. pag. 614.* Spetel. *decis. 51. n. 1. cum seqq.* & ita seculare iudiciū etiā ciuile non potest in Ecclesia fieri, Rebuff. *ad l. appellatione 72. vers. item sicut p. 350 ff. de verb. signif.* Azor. *d. p. 2. l. 9. c. q. 1.* Ac proinde nec citatio, quia est actus iudicialis *c. quoniam 11. de probat.* Tiraq. *de retract. lign. ad fin. tit. n. 82.* Azeued. *ad Cur. Pisan. l. 1. c. 5. n. 4. lit. E*, Valasc. *cons. 41. n. 1. cum seqq.* Correa *d. par. 2. n. 27.* Donat. Anton. de Marinis *quotid. resol. cap. 44. num. 3.* me citato Nouar. *d. num. 3.* Intelligo de citatione iudiciali, quia eatenus est de processu, quatenus concernit reum, vel Iudicem, non verò quatenus concernit nuncium, quia tunc est quædam executio facti, quæ bene 5

potest

potest fieri à nuntio in loco sacro, Bald. *in l. 2. n. 9. C. de sacros. Eccl.* Sperel. *d. decis.* 51. *n.* 26. vbi subdit prudenter agere nonnullos Ordinarios, qui dictarum citationum executiones in Constitutionibus synodalibus vetant sine ipsorum licentia fieri, ne Nuncij Diuina turbent, & Ecclesias vilipendant. Multo minus causas criminales agere in Ecclesiis vel cœmeteriis licet, *c. cùm Ecclesia, de imm. Eccles.* Sperel. *d. decis.* 51. *n.* 6. vbi probat Ordinarium non posse, nec debere auctoritatem tribuere iudici laico vulneratos, vel testes examinandi in loco sacro, & *num.* 18. refert hac de re Sacram Cong. *super controuersiis iurisdictionalibus*, ita censuisse. *Quæritur à sacra Cong. declarari, an Episcopus tanquã Ordinarius possit cõcedere licentiã Iudici laico vt examinet, præsertim cum iuramento, & formaliter aliquem reum, vel testem in Ecclesia, vel in alio loco immuni. Et an Episcopus teneatur etiã inuitus licentiã concedere eidem Curiæ exhumandi cadauer occisi ad recognitionem faciẽdam?* Die 2. Maij 1629. Sacra Cong. *super controuersiis iurisdictionalibus censuit Episcopum non posse huiusmodi licentiam concedere, etiam vigore litterarum sacræ Cong. super electione, sed petendam à sede Apost. nec quod cadauera exhumentur, vt fiat recognitio in ipsa Ecclesia, sed extra, & arbitrio ipsius Episcopi.*

8 Placiti autem nomine venit quælibet lis, iurgium, & causa forensis, quæ in iudicio agitur. Azor. *d. par. 2. lib. 1. c. 27. q. 11.* vbi subdit licere in
9 die festo Aduocatum consulere, cum procuratore de lite priuatim agere, apud iudicem totam causam referre, vt ea prolè cognita, sententiam postea commodiùs ferat, refert Filliuc. *in moralib. quæstion. tract. 27. cap. 10. n.* 183.

10 Secundò sententia à iudice in Ecclesia ferri non potest alioqnin est ipso iure nulla, præterquã in causa Ecclesiastica *c. decet, §. fin. de immun. Eccles. lib.* 6. in causa verò sanguinis lata, etiam excommunicationi subditur iudex, *cap. cum Ecclesia, eod. tit. in Decretal.* Franc. Leo *in thesauro fori Eccl. part. 1. c. 13 n. 9.* Suar. *de Relig. tom. 1. lib. 3. c. 4. n. 5.* In causa tamen voluntariæ iurisdictionis, quamuis sæculari, valeret sententia lata in Ecclesia, veluti interpositio auctoritatis in aliquo actu legitimo, aut amicabilis compositio, & aliud simile iuxta doctrinam Panor. *in d. c. cùm Ecclesia.*

11 Vnde à fortiori actus Ecclesiastici ad iurisdictionem voluntariam pertinentes possunt in Ecclesiis celebrari, vt sunt disputationes litterariæ, & promoueri aliquem ad Doctoratum, & similia. Ita Syluest. *in sum. verb. immunitas 1. num. 3. ad fin.* Armil. *eod. verb. num.* 3. Ludou. Correa *in repetit. ad cap. inter alia, de immun. Eccles. part. 2. num.* 26. pietatem enim huiusmodi functiones respiciunt, & sunt Ecclesiasticæ, quod etiam dictat vetus consuetudo grauissimarum Academiarum; vt per Abb. *in cap. cum Ecclesia, num. 9. de immunit. Eccles.* Duard. *in Bull. Cœnæ, can. 15. q. 16. n.* 16. Sperell. *in decis. fori Eccles. decis. 51. n.* 30.

12 In summa quærimus pro faciliori explicatione qui actus in Ecclesia licitè fieri possint, & an facti valeant? sub distinctione videtur res explicanda. Vel actus in Ecclesia gesti sunt Ecclesiastici tantùm; vel sunt iudiciales, & extraiudiciales. Si sint Ecclesiastici tantùm, subdistinguendum est; vel sunt spirituales, & pij, hoc est, pietatem respicientes, & tunc licitè, & validè in Ecclesia fieri possunt, vt numero præcedenti ostendimus. Aut merè spirituales, & pij non sunt, quo casu licitè non fiunt, prout in confratribus, qui in Ecclesiam, vel Oratorium conuenire non possunt, vt sua consilia peragant, & negotia tractent, Abb. *in d. cap. cum Ecclesia, num.* 10. Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 9. q.* 5. Suar. *de Relig. tom. 1. lib. 3. cap. 4. num.* 16. Duard. *d. can. 15. q. 16. n.* 36. D. Sperell. *d. decis. 51. num.* 20. & 21. facta tamen tenent, vt ipse Sperell. aduertit *ibidem n. 22. in princ.* Quando verò actus sunt iudiciales, aduertendum est laïcis Iudicibus interdictum esse, *in cap. cum Ecclesia, de immun.* quocunque modo in Ecclesiis, vel cœmeteriis causas criminales agitare, & hoc sub pœna excommunicationis non vnque latæ sententiæ sed ferendæ, vt *ibi* gloss. communiter receptam. *Absurdum est enim* (inquit *ibi* Lucius III. Summus Pont.) *& Crudele ibi iudiciũ sanguinis exercere, vbi est tutela refugij constituta*, & Franc. Leo *in thesauro fori Eccles. p. 1. c. 13. num.* 9. Postea non modò ad acta causarum criminalium, sed & ciuilium quoque laïcis in Ecclesiis prohibentur, vt *in cap. decet, de immun. Eccles. in* 6. in illis verbis, ibi, *Omnes in Ecclesiis secularium iudiciorum strepitus conquiescat, nulla inibi causa per laicos, criminalis maxime agitetur, sint loca eadem laïcorũ cognitionibus aliena*, &c. & prosequitur deinde ad annullãdũ ipso iure quicquid secus in dictis locis actum fuerit, vt *in § Ordinariis*, ibi, *Et nihilominus processus Iudicum secularium, ac specialiter prolata sententia in eisdem locis omni careant robore firmitatis*, &c. Franc. Leo *d. c. 13. sub n.* 9. Sperell. *d. decis. 51. n.* 7. vbi *n.* 8. post Suar. *d. c. 4. num.* 12 subdit dispositionem illius text *in d. cap. decet*, vt pote de materia graui, & necessaria ad communem pacem, & specialem Ecclesiæ vtilitatem, obligare sub mortali. Et demom quòd actus contentiosæ iurisdictionis, etiamsi pij sint, à Iudice laïco in loco sacro, vel religioso tractari nequeunt, cùm tex. *in d. cap. decet*, generaliter, & indistinctè loquatur, resoluunt Abb. *in d. cap. cum Ecclesia n.* 8. Deci. *in cap. qua frente, num. 4. de appellation.* Azor. *d. p. 2. lib. 9. cap. 9. q.* 3. quos refert & sequitur Sperel. *d. decis. 51. num.* 23. vbi *num.* 24. extendit ad domos Ecclesiæ, nisi tamen eas conduxerit, vel à Prælato licentiam obtinuerit, ex tex. cum gloss. *in c. 1. de immunit. Eccles.* Idem in puncto Iuris videtur dicendum de causis fori Ecclesiastici ad contentiosam iurisdictionem pertinentibus, quia licèt fiant per personas Ecclesiasticas, strepitum tamen iuris habent, quo in Ecclesia prohibetur, *d. c. qua frome, de appellat.* ibi, *iam enim non in Ecclesia, sicut est Canonicum*, &c. & *ibi* resoluit Dec. *n. 1. cum seqq.* tenet Ludou. Correa *in d. c. inter alia, p. 2. n.* 26. Quamuis non improbabiliter cõtrarium, imo prohibitionem *d. c. decet*, nõ porrigi ad causas fori ecclesiastici ad contentiosam iurisdictionem spectãtes, existimarunt gloss. & Panor. *n. 4. in d. c. cùm Ecclesia*, Decian. *d. lib. 6. c. 24. sub n.* 10. Suar. *d. c. 4. n.* 10. Duard. *d. q. 16. sub n.* 35. Azor. *d. l. 9. c. 9. q. 1. vers. iterum*, quos refert & sequitur Sperell. *decis. 51. n.* 29. In omni casu isti actus Ecclesiastici iudiciales, etiam sequendo nostram opinionem suam habent firmitatem licèt sint contentiosi & prohibiti, ex eo enim quòd sunt Ecclesiastici, videntur concedere ipsi Ecclesiæ, vt per Ludou. Correa. *in d. c. inter alia p. 2. num.* 27.

Quoad actus verò extraiudiciales, & voluntariæ iurisdictiones, nisi pietatem concernat, in Ecclesia fieri non debent, facti tamen tenent, Abb. *in d. cap. cùm Ecclesia n.* 6. Decian. *d. lib. 6. cap. 24. num.* 10. Sperell. *d. decis. 51. num.* 25. quia

text. *in d. cap. decet*, loquitur de iudicialibus solummodò, & cùm pœnalis sit, non debet extendi ad extraiudiciales, & voluntariæ iurisdictionis, iuxta *reg. in pœnis lib. 6.* resoluunt, Suar. *d. cap. 4. num. 13. & 14.* Azor. *d. lib. 9. c. 9. q. 3.*

13 Vnde contractus à Laïcis in Ecclesia fieri non possunt, nisi ad opus pium; si tamen de facto fiant, valent, quia pœna nullitatis *in d. cap. cùm Ecclesia*, reperitur duntaxat apposita quoad processus, & sententias, & ideo tanquam odiosa ad contractus extendi non potest; sed tamen contrahentes mortaliter peccant: ita text. & gloss. *in d. cap. decet*, Syluester. *verb. immunitas 1. sub num. 3. in fine*, Suar. *d. cap. 4. num. 18.* Azor. *d. cap. 9. q. 1.* quos refert & sequitur Sperel. *d. decis. 51. num. 22.*

14 Tertiò, in Ecclesia conclamationes, & seditiones, aut impetus, & publica (vt vocant) Parlamenta, Vniuersitatum concilia, aut congregationes, & his similia fieri prohibentur *d. cap. decet, de immunit. Eccles. lib. 6.* Nouar. *d. tit. de Ecclesiarum venerat. num. 4.* nisi pro actu pietatis, aut pro spiritualibus exercitiis, vel piis operibus, Congregatio etiam per laïcos fieret, secundùm Ioan. Andr. quem refert, & sequitur Panorm. *in d. cap. cùm Ecclesia*, Franc. *in cap. decet, de immun. Eccles. lib. 6.* puta pro faciendo aliquo festo, vel instituendo aliquam Confraternitatem, vel eligendo iudicem in ea, vel tutorem Ecclesiæ, aut curatorem dando, Bald. *in l. nemo 1. C. de sacros. Eccles. ex num. 2.* Ludou. Cortea *in repet. d. cap. inter alia, part. 2. num. 27.* me non citato Nouar. *d. num. 4. in fine* vel nisi in Ecclesia tractarentur Ecclesiastica, & spiritualia negotia, vt est Synodum facere, tractare de libertate Ecclesiæ, de statu clerici, & reformatione morum in populo, vt tenet Domin. *in cap. decet, num. 16. de immunit. Eccles. lib. 6.* vbi tamen *num. 17.* declarat, dummodo fiat non tumultuosè, & *ibi* Archid. *num. 6.* Præpos. *in cap. qua fronte, num. 4. de appellat.* vbi inquit, quòd omnia iudicia Ecclesiæ possunt fieri in Ecclesia, refert Illustrissim. D. meus Roder. à Cunha *comment. ad c. Oratorium 6. n. 3. dist. 42.*

15 Quartò. Ludi theatrales, & monstra laruarum, au ludicræ festiuitates, & chori sæcularium, vel cantica puellarum, & profana huiusmodi in Ecclesia fieri nullatenus debent *cap. cantates 92. dist. cap. cum decorum, de vit. & honest. Cleric.* Nau. *in tract. de oration. cap. 5. num. 25.* Paul. Fusch. *de visitat. lib. 1. cap. 26. sub num. 1.* vbi Episcopos monet, ne in Ecclesiis, & diuinis officiis theatrales ludos exercere permittant, Zerol. *in praxi Episc. part. 1. verb. repræsentationes*, Fructuos. Bisbe *en el trattado de las comedias, cap. 3. fol. 13.* Nouar. *d. tit. de Ecclesiar. venerat. num. 5.* De his ludis theatralibus, & scenicis agit Illustrissimus D. meus Roder. à Cunha *in comment. ad cap. præterea 3. num. 1. dist. 51.* Vnde Gloss. *verb. theatrales in cap. 1. 92. dist.* ait non esse in Ecclesia canendum theatralico more, id est, corporis gestus exercendo, quos magis ostentationis causa, quam deuotionis faciunt veluti histriones, & comici. Vide Thom. *2. 2. q. 91. artic. 2. ad 2.* Durant. *de ritibus Ecclesiæ lib. 3. cap. 21. num. 8.* nam, vt bene ait S. Chrys. homil. 19. in cap. 6. Matthæi, *Cum nostrum orationem non gestibus corporis, neque clamoribus vocis, sed intentione optima voluntatis orationum vota reddamus.* Et Concil. Trid. *sess. 22. de obseruãd. & euitand. in celebrat. Miss.* monat cantores Ecclesiasticos, vt honestè, religiosè, & non lasciuè in Ecclesia decantent; religiosum autem cantum iudicat S. Bernard. *in epist. ad Aramanen.* qui ita est grauitate plenus, vt neque lasciuiam resonet, neque rusticitatem, quia ita est suauis, vt non sit leuis, ita demulcens aures, vt promoueat corda, sensum litteræ non euacuans, sed fœcundãs, alioquin (ait) non est leuis iactura gratiæ spiritualia leuitate cantus adduci à sensu, vtilitate, & plus sinuandis attendere vocibus, quàm rebus insinuandis: & ideos eligendos esse ad Ecclesiæ cantores homines probæ vitæ, & deperditos è choro deiiciendos, propter morum cum diuinis laudibus dissonantiam, aduertit Durant. *d. cap. 25. ex num. 9.*

Sic etiam saltationes fieri in Ecclesia permitti 16
non debent: saltatoribus enim huiusmodi recordandum est, quòd in Saxonia accidit saltantibus in Ecclesia S. Magni, qui in pœnam, vt creditur, per totum annum sine cibo & somno saltarunt, vt referunt Pined. *in monarch. Eccles. par. 3. lib. 19. cap. 17. §. 1. fol. 180.* Fr. Alphons. Veneto *en el enchiridion de los tempos, fol. 139.* Libellus, qui inscribitur, *Instrucion de la muger christiana, lib. 1. cap. 16.* & alter, cuius titulus est, *Compendio de las historias prodigiosas, part. 2. c. 13.* Honesta verò, & quæ deuotionem inducunt specta- 17
cula, aut piæ repræsentationes in Ecclesia fieri permittuntur, arg. *cap. semel Christus, de consec. dist. 2.* Concilium autem Tridentinum de profanis huiusmodi ita statuit *sess. 22. in decreto de obseru. & vit. in celebr. Miss. Ab Ecclesiis*, inquit, *musicas eas, vbi siue organo, siue cantu, lasciuum, aut impurum aliquid miscetur, item sæculares omnes actiones, vana atque adeò profana colloquia, deambulationes, strepitus, clamores arceantur, vt domus Dei verè domus orationis esse videatur, & dici possit*; refert Sanch. *in præcepta Decalogi tom. 1. lib. 2. c. 37. n. 7.*

Vnde S. Augustin. *serm. 215. de tempore*, inquit, 18
Qui in Ecclesia verbosari voluerit, & pro se, & pro aliis redditurus est rationem, dum verbum Dei nec ipse audit, nec alios audire permittit. Et B. Cæs. Arelaten. sermon. 12. *Rogo*, ait, *vos fratres, & admoneo vt venientes ad Ecclesiam hoc solum quod in Ecclesia competit, agite, id est, aut orate, aut psallite, aut orando psallite.* Et S. Chris. homil. 38. ad populum Antiochen. *Nihil*, inquit, *Ecclesia tã congruũ quàm silentium, & tranquillitas; Theatris conuenit tumultus, & balneis, & pompis, & feris; vbi verò de talibus, dogmatis doctrina, tranquillitas, & quies, & Philosophia, & multa pax esse debet. Dic mihi, numquid vllus est in mysteriis tumultus? numquid vlla turbatio, cùm baptizamur, cùm alia cuncta facimus. nónne quiete, & silentio cuncta sunt ornata? Hoc in Cœlo disseminatum est ornamentum.*

Episcopus potest remouere indecentia, & scan- 19
dalosa ab Ecclesiis suo arbitrio, & prohibere, ne sedes laïcorum, etiam si sint Præfecti, & Commendatarij, locentur in Presbyterio apud Altare, non obstante quacunque consuetudine in contrarium, vt censuit sacra Rit. Cong. *in vna Egitanen. 10. Iunij 1602. in dub. 5. & 6.* Ioan. Anton Nouar. *d. tit. de Ecclesiarũ vener. n. 5. vers. quare*; vnde præcedentiam sedendi in Ecclesia ab Episcopo non esse permittendam, sed scamna debere esse cõmunia dicit Marta *voto 88.* Nec etiam Magistratus ci- 20
uitatu debent proprias Canonicatuũ, & Dignitatum sedes, seu stalla in choro, vel presbyterio occupare, etsi aliquando id ei permissum fuerit, ex ead.

sacra

sacra Cong. *in Compostellana 4. Februarij* 1600. & 21. *Februarij* 1604. & *in alia Granaten*. 24. *Octobr*.
21 1609. Et in processionibus, etiam sanctissimi Sacramenti debent incedere in loco, in quo secundùm antiquam consuetudinem consueuerunt incedere, eadem S. Cong. *in Forolivien*. 4. *Aprilis* 1615.

22 Quintò. Conuiuia in Ecclesia cum irreuerentia loci sacri non sunt permittenda, nisi aliquod frugale, & parcum in angulo Ecclesiæ, sine tumultu, sine luxu, & perturbatione adstantium fiat ex causa rationabili, verbi gratia, quia non est alius locus sufficienter accommodatus. Ita Nau *de orat. cap. 5. num* 4. Raph. de la Torre *in 2. 2. D. Thomæ tom. 2. q. 99. art. 5. disp. 7. pag. 621. cum seq.* Suar. *de Sacram. tom. 1. disp 82. sect. 8. art. 3. vers. secundò ex hoc princ. & tom. 1. de Relig. lib. 3. de reuerentia debita loco sacro, c. 6. n. 7.* Nouar. *vbi suprà num. 6.* Illustriss. D. meus Roder. à Cunha *in comment. ad cap. nulli, num. 1. dist. 42.* vbi excusandas esse ait mulieres, quæ ob deuotionem in Ecclesiis per aliquot dies commorantur, comedunt, & dormiunt; ideò pernoctationes, & vigiliæ, quæ in Ecclesiis fieri solebant pro solemnitatibus ad
23 Martyrum corpora, de quibus Pined. *in monarch. Eccles. lib. 12. cap. 12* §. 3. Fr. Hieron. Roman. *de republ. Christ. lib. 5. cap. 13.* Illescas *in Chronica Pontif. lib. 4. c. 11. f. 145.* Cened. *ad Sextum collect. 11. n. 4.* Card. Baron. *in addit. ad Martyrolog. Roman. die 15. Ianuarij pag. 13.* iam hodie sublatæ sunt multis ex causis, quas referunt Raban. *de instit. clericor. lib. 2 cap. 9.* Sot. *de instit. lib. 10. q. 5. art. 1. vers. sed tertiò*, Cou. *var. lib. 4. cap. 16. num. 10.* Boër. *decis. 212. num. 13.* Marcel. Francolin. *de Horis Canon. par. 1. cap. 1 ex num. 8.* Fusc. *de visitat. lib. 1. cap. 28. num. 8.* quòd experimento pateat frequentissimè vigilantes Templis abuti, & quòd certè scelus deplorandum sit videre interdiu religionis prætextu Templa frequentari, & Martyrum sancta loca visitari, ea animi libidine, vt viri, & mulieres se se aspiciant, & opportunitatem alloquendi nanciscantur, aduersùs quas personas scribunt Tiraq. *l. 15. connub. ex num.* 108.
24 Cened. *ad Sextum collect. 11. num. 3.* Vnde gloss. *verb. sed suas, in cap. odi 24. q. 1.* inuehit aduersùs scholasticos, qui vadunt ad Templa videndarum fœminarum causa, cuius glossæ dictum extollunt Nauar. *in man. cap. 16. num. 13. vers. nonò qui vadit*, Tiraq. *d. l. 15. num. 110. in fine*, Ferdinand. Paez *in repet. cap. Missas, de consec. dist. 1. n. 102.* prout eos refert Cened. *citato loco*.

25 Sextò In Ecclesia non debent supellectilia, seu vtensilia domus reponi, nisi propter hostiles incursus, aut incendia repentina: vel similem necessitatem id fieri oporteat, *cap. relinqui, de custodia Euchar.* Fagundez *in quinque Eccl. præcepta, prac. 2. lib. 4. c. 4. num. 10. in med.* sed nec in ea accubitus sterni debent, *cap. non oportet, cum seq. 42. dist.* imagines verò vanæ, & nugaces, aut inhonestæ, in eisdem fieri, aut haberi omnino prohibentur, Concil. Nicen. II. *act. 4. in Epist. B. Nyli*, & in Sexta Synodo Constantinopolitana *can.* 100.

26 Septimò. Ecclesia non debet in propugnacula ædificari, occasione belli, nisi ex maxima necessitate, & cum auctoritate Romani Pontificis. *cap. Sanctorum 10. q. 1.* Panor. & Doctores *in d. cap. cùm Ecclesia, de immun. Eccles.* nec cùm opus est eam ab incursibus, & scandalis custodire, cum armis, & machinis bellicis castrorum more est defendenda, siquidem aliter fieri potest, *cap. conuenior, v. horrebam 23. q. 8.* Archid *in d. cap. sanctorum. 10. q. 1.* & in gestis B. Thomæ Cantuarensis Archiepiscopi legitur.

Octauò. In Ecclesia iure antiquo attento mor- 27
tui sepeliri non debebant, sed in atrio, aut in portico, vel in exedris Ecclesiæ erant antiquitùs sepeliendi, *cap. præcipiendum 13. q. 2.* Albert. *in l. nemo Apostolorum, C. de sacros. Eccles.* Azor. *in sum. eod. tit.* omninò autem non prope Altare, vbi Christi Corpus, & Sanguis consecratur, *d. cap. præcipiendum, in fine*. Permittebantur tamen in ea sepeliri Episcopi, Abbates, & digni Presbyteri, aut fideles laïci, vt dicitur in Moguntino Concilio, de quo *in cap. nullus 13. q. 2.* quod quidem aliqui intelligunt de laïcis, qui miracula ediderunt; alij verò extendendum putant ad quemlibet laïcum in dignitate constitutum; sed hodie talis differentia non attenditur, solis namque infidelibus, & excommunicatis, vel interdictis, ac notoriis peccatoribus exclusis, omnes in Ecclesiis sepeliuntur, vt diximus *in cap. 10. de sepulturis, statim post princ.* quamuis antiqua laudabilis consuetudo in plerisque locis seruetur, vt circa Ecclesiam in porticis, vel cœmeteriis mortui sepeliantur, abusus autem ille superbiam, atque irreuerentiam redolens; introductus, vt aliqui nobiliores intra Ecclesiam ornatis loculis sublimes ponerentur, hodie sublatus est, atque inter-
dictus, iuxta Constit. Pij V. iussum est enim, vt 28
omnia cadauerum conditoria super terram existentia amouerentur, & defunctorum corpora infra terram collocarentur; si verò intra Ecclesiam infidelium, vel excommunicatorum corpora sint sepulta, tanquam polluta reconciliatur, sicut ex certis quoque criminibus intra eam commissis, vt *in seq. cap.* ostendemus.

Nonò. Ecclesiam intrare prohibentur excom- 29
municati, & nominatim interdicti; & quibus specialiter interdictus est ingressus Ecclesiæ, sicut *inf. lib. vlt. de excommunicatione, & interdicto*, videbimus. Infideles verò permittuntur ingredi Ecclesiam ad verbum Dei audiendum, & ibidem stare possunt, vsque ad Missam Catechumenorum, *cap. Episcopus nullum, de consec. dist. 1.* quod & de hæreticis dicitur, quamuis excommunicati existant, si tamen reuerti desiderant, *cap. excommunicamus, de hæretic.*

Ab Ecclesiæ quoque ingressu arcentur ad tem- 30
pus solemniter pœnitentes, & notoriè criminosi, *cap in capite 50. dist.* præsertim sacrilegi quandiu sunt contumaces, *cap. quis iubente 11. q. 5.* imò, & olim vir, qui cum propria vxore fuisset nisi lotus aqua, Ecclesiam intrare non poterat, sicut consueuisse Romanam Ecclesiam B. Gregorius testatur relatus *in cap. vir cum propria 33. q. 4.*
Quare in ingressu Ecclesiæ singuli aqua asper- 31
guntur ad veniales saltem maculas abluendas, Ioan. Pined. *super Iob. part. 1. c. 9. pag. 360.* citati per me *in collect. ad cap. aqua, num. 3. de consec. Eccles.*
vel Altar. sed & mulier, nisi velato capite Eccle- 32
siam ingredi prohibetur ex Apostol. traditionib. per *Clem. lib. 1. c. 9.* & habetur *in cap. pen. 33. q. 5.* qui etiam Apostoli statuerunt *in Constit. Apostolicis*
lib. 2. cap. 61. vt fœminæ à viris separatæ in Eccle- 33
sia starent.

Decimò In Ecclesia prohibetur violentia ali- 34
qua fieri, siue ipsi Ecclesiæ fiat per destructionem, vel incendium, aut quamlibet violationem, *c. 2. & c. in literis, de raptorib.* siue personis,

aut rebus, quæ in ea continentur, sub pœna criminis sacrilegij, *cap. sicut antiquitus, & quisquis*
35 *inuentus* 17. *q.*4. De sacrilegio autem, & in quas species, & modos distinguitur, vide S. Thom. 2. 2. *q.* 93. *art.* 3. Decian. *in tract. crimin. l.* 3. *cap.* 14. *&* 15. Iacob. de Graff. *in aureis decis. part.* 1. *lib.* 2. *cap.* 48. Azor. *instit. moral. par.* 1. *lib.* 9. *cap.* 27. *q.* 2. Suar. *de Relig. tom.* 1. *tract. de sacril. l.* 3. *c.* 1. *&* 5. Card. Tusch. *tom.* 7. *lit. S, conclus.* 6. Lessi. *de instit. lib.* 2. *c.* 45. *de sacrileg.* qui tres modos præcipuos sacrilegij distinguunt, scilicet in personas, vel loca, vel res, quod contingit quoties directè agitur contra sanctitatem eis debitam, hoc est contra illam rationem, secundùm quam persona, locus, vel res sacra sunt, & sanctitatem habent; ex quibus modis quoad præsentem materiam interest, tertius de sacrilegio ratione loci, est à nobis declarandus, & ideò sciendum, quòd multipliciter committitur, per quos sanctitas loco debita violatur, vt est effusio sanguinis, vel seminis humani in loco sacro, vel si in Ecclesia, aut cœmeterio excommunicatus sepeliatur, aut si Ecclesia ab Episcopo excommunicato fuerit consecrata, *cap. seq.* dicemus; vel si reus ad Ecclesiam confugiens violenter extrahatur, iis casibus, quibus Ecclesiastica gaudet immunitate, vt infrà tractabimus. Ad eandem sacrilegij speciem pertinet, si quis de loco sacro aliquid non sacrum abstulerit, vt probat tex. *in d. cap. quisquis*, Nau. *in man. cap.* 6. *n.* 4. Clar. §. *sacrilegium n.* 1. Iacob. de Graff. *d. cap.* 48. *n.* 4. Suar. *d. l.* 3. *c.* 5. Card. Tusch. *tom.* 7. *lit. S, concl.* 6. *in princ.*

36 Vndecimò. Quòd vltrà pœnas per sacros Canones, & leges Ciuiles comminatas contra illicita in Ecclesia facientes, sunt aliæ pœnæ statutæ per Constitutionem Pij V. incip. *Cum primum. sub dat. Romæ Kalend. Aprilis* 1566. cuius particulam hîc apponere duximus, prout sequitur. *Vt igitur Deo Opt. Max. Gloriosæ Virgini, & Sanctis omnibus debitus honor deferatur, Gregorij X. Prædecessoris nostri constitutionem innouantes, ac statuta Trid. Conc. obseruare volentes, statuimus, & ordinamus, vt ad Ecclesias sit humilis, & deuotus ingressus, quieta conuersatio, deuotis orationibus insistant, & omnes genibus flexis sanctissimũ Sacramentũ adorẽt, ad nomen Iesu Christi D. N. cum exhibitione reuerentiæ caput inclinent, nullus in dictis Ecclesiis seditionem faciat, tumultũ excitet, clamores moueat impetúmque committat, cessent vana, fœda, & profana colloquia, risus immoderati, & strepitus omnes iudiciorũ, & alia quæcunque quæ diuinũ Officium perturbare possũt. Nullus intra Eccles. deãbulare audeat, siue prasu.nas, dũ celebrantur sacra Missarũ mysteria, & alia diuina Officia. Qui verò prædicta petulanti animo contẽpserint, præter diuinæ vltionis acrimoniam, nostri quoque arbitrij pœnas incurrent, quæ omnia locorum quoque Ordinarij in suis Ecclesiis faciant obseruari. Quicunque verò in Ecclesiis, dum ibi sacrificiũ Missæ, & diuina celebrãntur officia, ac verbũ Dei prædicatur, deambulare, vociferari, aut verso tergo ad sanctissimũ Sacramentũ irreuerenter sedere, aut aliquid, quod scandalum gereret, aut diuina perturbet Officia, facere præsumpserit, pœnam vigintiquinque ducatorum incurret, præter alias arbitrio nostro imponẽdas, & moderãdas pœnas, & qui non habuerit in ære, luat in corpore, aut in exilio mulctabitur. Qui verò in Ecclesiis cum mulieribus impudicis siue etiã honestis colloquiũ scurrile habuerit, aut alios inhonestos actus fecerit, vigintiquinque ducatorũ pœnã incurrat, & carceris per mensẽ. Qui in Ecclesiis, vt suprà, obscœnis, & inhonestis verbis, aut signis vsus fuerit, aut alia fœda colloquia cũ personis quibuscunque habuerit, decem aureorum pœna mulctetur, aut aliàs corporaliter puniatur. Mãdamus præterea omnibus, & singulis Cathedralium, Collegiatarũ, & Parochialium Ecclesiarum Capitulis, Rectoribus, Vicariis, Sacristis, Ostiariis, & aliis ipsarum custodibus, quatenus præfatos omnes in Ecclesiis delinquentes admoneant, & vt in eis vetita fieri non permittant, vel saltẽ ipsis Ordinariis, vel officialibus nostris puniendos deferant; quòd si facere neglexerint, pœnam duorum aureorum vice qualibet incurrent. Pauperes quoque mẽdicantes, seu eleemosynas petentes per Ecclesia tẽpore Missarũ, prædicationũ, aliorumque diuinorũ Officiorũ, non sinant, sed eos ad valuas Ecclesiarũ stare faciant sub pœna duorum aureorum Capitulis intelligenda pro qualibet vice, nisi eiici curauerint, & Parochi dimidij aurei. Religiosis etiã claustralibus, siue Regularibus præcipimus in virtute sãctæ Obedientiæ, vt in Ecclesiis suis deputent aliquẽ, qui tales eiiciat, et si negligẽtes fuerint, grauissime ab Ordinario corripiantur; quòd si illi parere recusauerint, grauissimas pœnas incurrent, & pro qualitate personarum etiam corporaliter punientur arbitrio nostro, siue Superiorum, & vt in Ecclesiis nihil indecens relinquatur, iidem prouideant vt capsæ omnes, & deposita, seu alia cadauerum conditoria super terrã existentia omnino amoueantur, prout aliàs statutum fuit, & defunctorum corpora in tumbis profundis infra terram collocentur.*

Vnde ad secundum genus immunitatis transeuntibus nobis est sciendum, quòd immunitas 37
in Ecclesiis fuit, prout probabiliter creditur, inchoata eodem tempore, quo Templa solemni dedicatione cœpta fuerunt, id est, tempore Constantini, vt tradit Suar. *tom.* 1. *de Relig. lib.* 3. *cap.* 9. *num.* 12. innouatum postea fuit hoc priuilegium, nempè quòd confugientes ad Ecclesias non extrahantur ab illis, in concilio Toletano XII. habito *anno Domini* 682. *die* 9. *mensis Ianuarij*, vt refert Ludou. Correa *in repet. cap. inter alia, de immunit.*
Eccles. par. 1. *num.* 53. Etiam antiquitus Ecclesia 38
maior, id est, Cathedralis, aut Matrix, quadraginta passus per circuitum immunitatem habebat, minor verò triginta, *cap. sicut antiquitus, & cap. frater, & cap. minor.* 17. *q.* 4. Syluest. *in sum. verb. immunitas* 3. *num.* 1. *vers. & similiter spatium*, *Angel. de malef. verb. in scalis sancti Petronij n.* 3. Nau. *in man. c.* 25. *n.* 18. *vers. spatium item*, Villag. *de extens. legum cap. fin. num.* 30. Anastas. Germon. *de Sacror. immunit. lib.* 3. *cap.* 16. *num.* 38. *cum seqq.* Alexand. Ambrosin. *de immunit. & libert. Ecclesiæ, cap.* 10. *num.* 4. Galganet. *de iure publico, lib.* 3. *tit.* 69. *ex n.* 20. Card. Tusch. *verb. Ecclesia, concl.* 9. *n.* 1. *& concl.* 10. *n.* 4. *& verb. immunitas, concl.* 59. *n.* 2. 23. *&* 27. me citato *in hoc loco* Trullench. *in præcepta Decalogi l.* 1. *c.* 11. *dub.* 1. *n.* 5. Castro Palao *tom.* 2. *tract.* 11. *disp. vnic. puncto* 6. *num.* 26. Bonacin. *de censur. extra Bullam disp.* 2. *q.* 3. *punct.* 16. §. 4. *n.* 6. Farin. *in praxi crimin. q.* 28. *num.* 12. *& de immun. Eccles. num.* 284. vbi *num.* 294. subdit hanc immunitatem triginta, seu quadraginta passuum circa Ecclesiam de consuetudine non seruari, quod etiam tenet Villalob. *in sum. to.* 2. *tract.* 39. *diffic.* 5. *num.* 3. Fagund. *d. l.* 4. *c.* 4. *n.* 61. Layman. *d. lib.* 4. *t.* 9. *c.* 3. *n.* 2. Castr. Palao *d. punct.* 6. *n.* 15. contra quos insurgit Diana *d. p.* 6. *tract.* 1. *resol.* 2.

Sic etiam domus Clericorum existentium in- 39
tra dictos triginta, aut quadraginta passus Ecclesiæ, cui seruiunt, gaudere debere immunitate

Ecclesia

Ecclesiastica, resoluunt gloss. verb. vel domos, in c.
quisquis inuenis 17.q.4. Alex.consi.145.num.11.lib.
7.Decian.d.lib.6.cap.25.num.12.vbi num.16. sub-
dit quòd non solùm domus Clericorum, sed etiam
laïcorum, constructæ tamen intra dictos passus,
gaudere debeant immunitate Ecclesiastica, præser-
tim si illi laïci inseruiuent ipsi Ecclesiæ, vt putà
pulsando campanas, mundam Ecclesiam tenendo,
& similia, & num.15. pariter firmat quòd domus
Canonicorum, vel Clericorum existentes intra
dictos passus gaudent hac immunitate, secùs si
sint extra dictos passus, Barbat. cons.33.col.1.lib.4.
Galgan. d.tit.69. num.22. Nou. in man. cap.25.
num.18.vers.domus etiam, Franc. Leo in thesauro
fori Eccles.p.1.c.13.num.6.in fine. Alex.Ambrosin.
40 de immun.& libert.Eccles.cap.10.n.8. Mari. Ital.
d.lib.1. cap. 4. § in discursu, vbi declarat domos
intra hos passus prope Ecclesiam existentes gau-
dere immunitate, si in illis habitent Religiosi, se-
cùs si alij; vide infra num.77.in fine.

41 Horum autem passuum quilibet habet quinque
pedes, & pes quindecim digitos, glos. verb.passus
in d.cap.sicut antiquitus, Franc.Leo d.p.1. cap.13.
num.4.& 6. Decian. d.lib.6. cap.25. num.9. vers.
passus autem sunt quinque pedum, Anastas.Germon.
d.lib.3.cap.16.num.41.cum seqq. Alex. Ambrosin.
d.c.10.n.4.vers.passus verò Trullench.d.dub.1.n.5.
vers.horum.

Quare violatio Ecclesiæ (seclusa consuetudi-
ne) etiam circuitum eius, & fines comprehendit;
qui enim Ecclesiæ fines confregerit, aut perso-
nam hominis, vel bona eius inde subtraxerit, est
pœna excommunicationis plectendus, donec
emendauerit, & raptum reddiderit, vt habetur in
cap.eos qui, cum seqq.87.dist.& in d.c. sicut anti-
quitus. Vnde si aliquis ob delictum commissum,
vel quemcunque persecutionis metum ad Eccle-
siam confugerit, aut intra eius confinia steterit,
non est inde per vim extrahendus, d. cap. eos qui
cum seqq.d.c.sicut antiquitus, c.definiuit, cum seqq.
42 17.q.4. c.inter alia, de immun. Eccl. Hæc autem
immunitas non se extendit ad triginta, vel qua-
draginta passus in Ecclesiis, quæ sunt intra ambi-
tum Castellorum, & hoc propter angustiam loci,
d.c.quisquis inuentus 17.q.4 Decian.d.lib.6. c.25.
n.9. Anastas.Germon.d.lib.3.c.16.n.4.Alex. Am-
bros. d.c.10.n.4.Farin.d.tract n.290.Trullench.d.
dub.1.n.5.vers.& exceptis. Sunt autem circa hoc
plura notanda, &

43 Primò, quòd seruus qui à Domino suo ad Ec-
clesiam confugiat, non extrahitur quidem, sed
præstito iuramento à Domino de impunitate, ei
restituitur, cap.inter nemes 17.q.4.d.cap.inter alia,
de immunit. Eccles.vbi Host.n.5. Ioan. Andr. n.7.
Anch.& Butr.in sum.Panorm. num.1. vers. seruus
fugiens ad Ecclesiam. Zabarel.ante num.1.& 5.&
Aoan.num.1.& Boët.Epo n.50. Nau. in man.c. 25.
num.19.Con. lib.2.var.cap.20.n.14. vers.his suf-
fragatur, Mascard. de probat. concl.533. Suar. de
Pace in pract.part.5. tom.1. cap.3. n.153. Gutier.
pract.lib.1.n.3.& 18. Anastas.Germon. de Sacror.
immun.lib.3.c.16.num.55.Erasm.à Cochier.de iu-
rid.Ordinarij in exemptos par.4.q.65.n.2.vers.item
seruus.Cardos.in praxi iudicum,& aduocat.verb.ser-
uus num. 69. Cur.Philip.part.3.§.12.num.45. Fr.
Raph.de la Torre t.2.in 2.2.S Th.q.99.art.3. disp.
7.prope fin.Guid. Panzirol. in thesauro var.lect.lib.
2.c.182.Azor.instit.moral. part.2.lib.8. c.9. q.9.in
fine, vers.quid. dicendum de seruo, Suar. de Relig.
tom.2.lib.3.tract.2.c.10. n.2. Ludou. Rodolphin.
var.lib.2.q.36.num.11. Gambacurt.de immun. Ec-
cles. lib.4.cap.12.num.2.& c.13.per tot. Ludou.
Correa in repet.dict.c.inter alia part.3.num.6.Fa-
gundez in quinque Ecclesia precepta, prac.2. lib.4.
cap.4.num.51. Illustriss. D.meus Roder. à Cunha
in commento ad c.eos qui 6. num.7. dist.87. Castro
Palao d.tom.2.tract.11. disp. vnica punct.7. n.19.
Villalob.in sum.p.2. tract.39. diffic. 7. n.6. Giurba
cons.30. num.2. vbi quod si seruus præ timore
Domini ad Ecclesiam confugiat, eius non gaudet
immunitate, sed Ecclesiæ restituitur, Sanch. d.
p.2.lib.6.cap.1.dub.8.num.30. me citato in hoc loco
Trullench d.lib.1.cap.11.dub.3. num.27. verùm si
cum armis confugerit, de Iure Ciuili est extra-
hendus, iuxta l.si seruus, C. de his qui ad Eccles.
confug.

Secundò quòd si Iudæus, vel alius infidelis ad 44
Ecclesiam confugerit, si quidem causa Fidei vene-
rit, vel etiam metu persecutionis, petat tamen
verè Baptismum, eodem priuilegio gaudet, alias
verò minimè. Sed quia Doctores varia loquuntur,
& in plures diuisi sunt sententias, & distinctio-
nes, ideo lectorem remitto ad Siluest. verb. Immu-
nitas 3.n.2.vers.primus Iudæus, Boët. decis. 110.
num.4. Tiraq. de iure primog. q.65. n. 8. Marsil. in
vnic.num.14. C.de raptu Virg. Cou. cap.20. n.11.
Clar.§.fin.q.30.n.16.Abb.in d. cap.inter alia num.
17. Rebuff. tom. 2.ad leges Galliæ gloss.2. num.22.
tit.de immunit. Eccles. Mascard. de Iuda p.1. cap.8.
Gut.pract.lib.3.q.7.num.51. Ceuall. commun. con-
tra commun.q.269.Suar.de Paz in pract.dict.cap.3.
§.3.num.106.Ioan.Franc.Leo in thesauro fori Ec-
cles.p.1.cap.13. num. 30. Ambros. in tract. de im-
munit. Eccles.p.8.n.8.Azori instit.moral p.2. lib.3.
c.19.post P.qu. vers. si queras an Iudæus. Boët. Epo
de iure immun. Eccles.ad dict. c.inter alia num.12.
cum seq.Mari.Italia.de immun. Eccles.lib.1. c.3. n.
3.Raph.de la Torre d. disp.7.gradu 8.vers. secun-
dum, Marta de iurisdict.p.4. casu.176. n.6. Farin.
in praxi crim. q.28. n.68. Anton. Ricciul. de iure
personar. extra gremium Ecclesia exist.lib.2. c.12.
per tot.Galganet.de iure publico lib.3. tit.69. n.37.
Portel.in dub.Regul.verb. Ecclesia immunitas n.10.
Gabr.Pereira de manu Reg.p.2.c.51.num.5. Duard.
in Bullam Cœnæ Domini lib.2. can.15. q.16. n.15.
Fagund.in quinque Ecclesiæ precepta prac.2. lib.4.
c.4.n.49.Bonacin.d.puncto.16.§.10.num.3.Ludou.
Corte in repet. d.c. inter alia p.3.num.3. Gauant.
in enchirid.Episcop. verb. Immunitas Ecclesiastica.
n.9.Castro Palao tom.2.tract.11. disp.vnica puncto
7.n.7.& 8,Sanch.in consil.moralib.par.2. lib.6.c.5.
dub.8.num.5.D. Mari. Cuteli. de prisca & recenti
Eccles.imm.lib.1.q.21.Ciarlin.d.c.10.à n.13.Ca-
rol.Maranta in controuers.p.1.resp.51.num.3.Ant.
Diana moral.resol.p.4.tract.1.resol.50.& p.5.tra.
2.& p.6. tract.1. resol.23. me citato in hoc loco
Trullench d.c.11. dub.2. num.5. Verùm quia pro-
pter varias Doctorum opiniones nimis dubiú erat
veritatem inuestigare, ideo proposito dubio in
sacra Cong.controuersiis iurisdictionalibu, præ-
posita de anno 1631. fuit resolutum eos gaudere
immunitate.

De hæreticis si ad Ecclesiam confugiant, dicen- 45
dum est illos immunitate non gaudere: tum quia
in ipsam Ecclesiam delinquere dicuntur; tum
quia dici possunt proditores Dei. Et ideo ita do-
cent Remig. de imm. Eccles.fallent.18. Gondisalu.
de haret.q.11.Boër.decis.119. n.6. Rojas sing. 93.
Nau.d.c.24. num.20. Suar. de Paz dict.p.5.cap.3.
num.108.Petr.Greg syntagm.Iuris lib.33.cap.22.

*num.*1.Decian.*tract. crimin.lib.*5.*c.*40.*n.*7. P.Suar. *b. c.*10.*n.*9.*&* 13. Cardos.*d.verb. Ecclesia.num.*82. Erasm.à Cochier.*d.p.*4.*q.*65.*n.*4. Sayr.*in claui Regia.lib.*9.*c.*15.*num.*16. Bonacin. *de legibus disp.*3. *q.*7.*§.*3. *n.*3.*& de censur.extra Bul.disp.*2. *quaest.*3. *puncto* 16.§.10. Galganet.*d.tit.*69. *num.*38. Boër. Epo *ad d. c.inter alia, n.*15. Sanch. *in consil. Moralib.p.*2.*lib.*6.*cap.*1.*dub.*8.*n.*2.Fagundez *in quinque Ecclesia praecepta lib.*4.*cap.*4.*n.*49. Gabr. Pereira *d.cap.*50.*num.*5. Azot. *d.q.*9. *vers.si quaeras*, Alex.Ambros.*de immunit.Eccles.cap.*8. Marta *de Iurid.p.*2. *cap.*51.*n.*29.Antonin. Diana *moral. resol.p.*1.*tract.*1.*resol.*29. me citato *in hoc loco* Trullench.*d.lib.*1.*cap.*11.*dub.*2.*num.* 2.*in princ.* vbi intelligit in crimine haeresis,Farin. *d.q.*28.*num.*68. *& de immun.num.*167.vbi quòd in Constitutione Gregorij XIV. haeresis crimen expresse inter exceptos casus numeratur ; quod quidem etiam locum habere videtur in vehementi suspecto de haeresi, vt voluerunt Peregr. *de immunit. cap.*8. *num.*8.Farin.*in simili tract. num.* 175. Diana *dict. tract.*1.*de immunit. Ecclesiae.resol.*38. *& p.*6. *tract.* 1.*resol.* 24.Castr. Palao *in opere morali tom.*2. *tract.* 11 *disp.vnica, puncto* 7.*num.*41. Trullench.*d. dub.* 2.*num.*2. *in med.* vbi idem tradit de praebentibus refugium , vel auxilium haereticis. Nouar. *d. tit. de immun.num.*43.D.Mari.Cutel.*d.lib.*1.*quaest.*29. vbi an ob alia delicta distincta ab haeresi gaudeat immunitate. Et multò magis procedit in apostata, vt per Simanch. *de Cathol.instit. tit.*7. *num.*4. *&* 5.Peña *in direct.Inquisit.par.*2.*q.*49.*commento* 74.Decian.*lib.*6.*cap.*26.*num.fin.* Suar. de Pace *d. §.*3.*num.*109.Bobadil. *in sua Politica lib.*2.*cap.* 14. *num.*56.Marta *d.c.*51.*num.*29.Marin. Ital. *d.lib.*1. *cap.*3.*§.*1.*n.*17.*vers.ex his ergo apparet*, Mari. Cutel.*d.lib.*1. *c.*23. Farin.*d. tract. num.*169. & idem esse dicendum in apostata à Religione, existimauit Peregrin. *de immun.cap.* 12.*num.*16. quod verum esse in Ecclesiis, & monasteriis eiusdem Religionis, à qua apostatauit, non autem in aliis, resoluunt Bobadil.*in sua Politica lib.*2.*c.*14.*num.*57. Mari.Ital. *d.cap.*3.*§.*1.*num.*17. *vers.ex his ergo apparet*.Duard.*in Bullam Coenae lib.*2.*canon.*15.Dian. *d.tract.*1.*de immun. Eccles.resol.*23.*& d.p.tract.*1. *resol.*16.*n.*10.Trullench.*d.lib.*1.*cap.*11. *dub.*2.*sub num.*2.*prope fin.& num.*3.*in fin.* Capi posse sortiarios, seu maleficos in Ecclesia, existimat Martin.Delri.*disquisit. magic.lib.*5.*sect.*6.Erasm.à Cochier.*d.par.*4.*q.*65.*n.*9. me citato *in hoc loco* Trullenc.*d.dub.*2.*sub num.*2.*in fine.* tum quia crimen est atrocissimum, tum quia proditorij haeretici, & apostatae dici possunt.

46 Tertiò si propter debitum soluendum aliquis ad Ecclesiam confugerit,ne capiatur, an possit extrahi? distinguunt Doctores *in l.praesenti.C.de iis, qui ad Eccles.confug.* quòd si sit debitum Principi, potest extrahi ; aliàs non extrahetur inuitus, sed dabitur ei, vt quidam volunt, spatium competens ad respondendum, & se defendendum & interim remanebit illaesus, vel praestito creditoribus iuramento de non carcerando , aut corporaliter affligendo, poterit eis dimitti, vt scilicet ciuiliter tantùm contra eum procedere valeant aut ipse debitor cogi poterit praestare cautionem de soluendo intra terminum competentem , vel aliter creditoribus satisfiat secundùm consuetudines, aut statuta locorum , salua Ecclesiae immunitate. Et sic de Iure Ciuili immunitate Ecclesiastica gaudere debitores in causis ciuilibus tenent Remig. *de immun.fallent.*27. Rebuff.*tom.*2.*ad leges Galliae,* *sub eod.tit.art.*1.*gloss.* Anast. Germon.*de sacror. immunit. lib.*3. *cap.*16. *à num.*109. Parlad. *lib.*1. *rer. quotid. cap.fin.par.*5.*§.*6.*n.*2. Decian. *d.lib.*6.*c.*28. *n.*34.Soar.de Pace *in pract.tom.*1. *par.*5.*c.*3.*§.*3.*à num.*150.Gutier. *in l.nemo potest,n.*183. *vers.sed contrarium.ff.de legat.*1.*& pract.lib.*1.*q.*1.*num.*13. Bobadill.*in sua Politica,lib.*2.*cap.*14.*num.*62.*lit. C,* Cardos.*d.verb. Ecclesia,num.*86.Suar. *d.lib.*3.*c.*11. *num.*3. Azor.*d.p.*2.*lib.*9.*cap.*9.*q.*9. *post vers. item dubia quaestionis est* , Alex.Ambrosin. *in tract. de immunit.cap.*13.*num.*1.*cum seq.*Mari.Ital. *d.lib.*1. *cap.*5.Galganet. *d. lib.*3. *tit.*69. *n.*42. Gambacutt. *de immunit. Eccles.lib* 4.*c.*12. *n.*3. Ludou. Correa *in repet.d.c.inter. alia, part.*3. *numer.*10.Sanch.*in consil.moralib.p.*2.*lib.*6.*cap.*1.*dub.*8.*n.*8. me citato *in hoc loco* Trullench. *d.lib.*1.*c.*11. *dub.*3. *n.*2. Aor. Nouar.*dict.titul.de immunit. Eccles. numer.*28. vbi *num.*29.resoluit eadem immunitate gaudere debitores Ecclesiae ad eam confugientes. Fagundez *d.lib.*4.*cap.*4.*num.*53. latè Farin.*d.tract.à num.*57. vbi *n.*58.Ampliat,vt procedat etiam stante statuto quòd debitor carcerati possit, & *n.*60. pariter ampliat in debitore suspecto de fuga. Sacra autem Congregatio negotiis Episcoporum , & Regularium praeposita, *in Cotronen.* 21. *Iuly.* 1617.*& in Bonouentana* 10. *May* 1619.*& in Senogallien.*22. *Nouembris eiusdem anni*, censuit immunitate Ecclesiastica gaudere pro debito ciuili ad Ecclesiam confugientem.

Vtrùm autem debitores falliti, seu decocti gaudeant immunitate Ecclesiastica ? vide Nau. *d.cap.* 25.*num.*19.*in fine. vers. & mercator qui decoxit,* Remig. *de immun.limit.*38.Duen.*reg.*389.*vers.& isti mercatores.* Strac. *de mercat.part.*3.*à n.*41.Marant.*de ordine iud.part.*4.*dist.*9.*num.*131. Cou. *d. lib.*2.*var.c.*20.*n.*14.*vers.nec Iasonis*, Rebuff.*tom.*2. *ad leges Galliae tit.de mercator. art. vlt. gloss. vnic. num.*7.*&* 8. Petrz *l.*2.*tit.*16.*lib.*8.*Ordinam.* Azeued.*l.*13.*n.*6.*tit.*2.*lib.*1. *noua recopil.* Suar.de Paz *d.§.*3.*num.*156. Gutier. *pract.lib.*1.*quaest.*1.*n.*16. Anast. Germon.*d.cap.*16.*num.*113.Bobadil.*in sua Politica lib.*2.*cap.*14.*n.*67.*&* 70. Decian. *d.lib.*6. *cap.*28.*num* 34.*ante fin.*Ambrosin. *d.c.*13. *in fine num.*4.Cuti. Philip. *part.* 3, *§.*12.*n.*42. Stephan. Gratian.*discept.forens.cap.*380.*num.*29. *cum seqq.* Tanner.*in* 2.2.*S.Thom.disp.*4.*q.*8.*dub.*1. *num.*17. Peregr. *de immun.c.*12.*n.*4. Giurb. *cons.*100. *num.* 17.Megal.*p.*4.*lib.*4.*c.*2.*q.*2.*n.*33. Nouar. *d.tit. de immunit. Eccles.num.*12. Flaui.Cherubin.*in compend.Bullar.ad constit.*117. *Pij V.schol.*2. Fernandez *in examine Theolog.moral.par.*4.*c.*10.*§.*1.*num.* 10.Camil.Borrel.*in summa omnium. decis. titul.*3. *num.*97.Mari.Ital.*d.lib.*1.*cap.*5.*in initio, num.*16. Farin.*d.q.* 28.*n.*33.*& in d.tract. de immunit. Eccl. num.*64.*&* 65. Ioan.de la Cruz *in direct. conscien. prae.*8.*q.*3.*art.*1. *dub.*1. *conclus.*1. Gambacutt. *de immunit.lib.*4.*cap.*16. *n.*7. Bonac. *de legib. disp.*3. *q.*7.*§.*4.*n.*2.Fagundez *in quinque Ecclesia praecepta.*2.*lib.*4.*c.*4.*n.*53.Duard. *in Bullam Coenae lib.*2. *can.*5.*q.*16.*n.*16.Ludou. Correa *in repet. d.c.inter alia, part.*3.*num.*12.*in fine*, Diana *dict. tract.*1. *de immunit Eccles.resol.*32.*& p.*4.*tract.*1. *resol.*47.*in fine.*Gabr.Pereira *de manu Regia p.*2.*cap.*50. *n.*16. Sanch.*in consil.moral p.*2.*lib.*6.*c.*1.*dub.*8. *num.*24. Castr.Palao *d.tom.*2. *tract.*11. *disp. vnic.puncto* 8. Trullench *d.l.*1.*c* 11. *dub.*3. *n.*2. apud quos affirmatiua sententia est magis communis , exceptis Couar.Remigio,Rebuffo, Suar. Paz,Deciano, Bobadil. Villadieg. Azeued. Gutier. & aliis , ac nouissimè D.Mari.Cutel. *in suo tract. de prisca , de recenti* 47

recenti Eccles. immunit. lib. 1. q. 32. qui contrarium resoluunt. Quando huiusmodi decoctores, vel fures cum bonis & rebus alienis ad Ecclesias confugerent, nullatenus Iudex Ecclesiasticus poterit illia rebus eosdem spoliare, *cap. diffinimus 17. q. 4.* Boër. *decis. 109. num. 3.* Bellet. *tit. de fauore cleric. reali §. 4. num. 21.* Sperell. *in decis. fori Eccles. decis. 49. n. 25.* sed solùm de licentia Episcopi, vt Vicarij possint illis expoliari ad effectum vt veris dominis redderentur, Decian. *lib. 6. cap. 28.* Suar. *d. tract. 2. lib. 3. c. 12. num. 3.* Alex. Pereg. *de immunit. cap. 12. n. 7.* Sperell. *d. decis. 49. num. 26.* vbi refert Sacram Congreg. *super controuers. iurisdictionalibus in Nerttonen. 17. Ianuarij* 1628. censuisse bona propria confugientis, & per ipsum asportata posse per Ordinarium extrahi, sed pro licentia ad eandem Sacram Congregationem recurrendum esse.

48 Quartò, quòd Ecclesia tueri debet etiam libertos sibi commendatos, aut ad eam confugientes, ne in seruitutem reuocentur, aut peculium suum
49 amittant, *cap. libertos, cum seq. 87. dist.* ita & expositos ante Ecclesiam defendere, id est, infantes, vel seruos, aut libertos languidos, qui à parentibus, vel dominis, aut patronis, relegato pietatis officio in enutriendis, vel curandis, in loco publico exponunt, vel ab aliqua persona manifesta ratione suscipiantur, *cap. vnic. de infant. expos.* vbi est constitutum, vt à patria potestate, vel seruitute, aut libertinitate sint ipso iure soluti. Si ergo tales ante Ecclesiam exponantur, fiunt sub protectione Ecclesiæ, non tamen aliquod ius in eos vendicat, sicut nec alius quisquam suscipiens, *d. cap. vnic. in fine.* Verùm si infra decem dies talis expositus quæsitus, aut agnitus à patre, vel domino fuerit, in eorum potestatem reuocatur; prædicto verò termino elapso eos amplius recuperare non possunt, nec excusantur necessitatem suam, aut alimentorum inopiam opponentes, quia poterant eos in hospitali, vel alio pio loco facilè collocare; sic autem eos exponentes, vt homicidæ à legibus iudicantur, *c. fin. iuncta gloss. 87. dist.* De his expositis latè agimus *ad tit. de infantib. expos. & de offic. & potest. Episcop. part. 3. allegat. 51. n. 144. cum seqq.*

50 Quintò, quòd ad Ecclesiam confugientes, etiam ob commissum delictum, non sunt ab ea violenter extrahendi, *cap. id constituimus, cum similibus, 17. q. 4. d. c. inter alia, de immun. Eccles.* non solùm per iudicem sæcularem, sed nec per Ecclesiasticum, vt docent *in d. cap. inter alia,* Ioan. Andr. *n. 4.* Butr. *n. 11.* Zabarel. *num. 4. vers. sextò quæro,* An n. *num. 9.* & Panor. *num. 11. & 12.* Villag. *de extens. legum, c. fin. post num. 4. vers. nec non iudices omnes* Bon. *de censur. extra Bullam disp. 2. q. 3. punct. 16. §. 3. num. 10.* Baiard. *ad Clar. q. 30. num. 3.* Decian. *resp. 80. num. 7. vers. imò neque Episcopus, lib. 3.* me citato *in hoc loco* Trullench. *d. lib. 1. cap. 11. dub. 4. num. 1.* Galganet. *d. lib. 3. tit. 69. num. 7.* Farin. *dict.*
51 *tract. de immuni. Eccles. n. 32.* vbi *num. 33.* extendit vt nemo cuiuscunque conditionis sit, qui ad Ecclesiam confugerit, inuitus extrahi possit: si enim inuitus quis extrahatur à iudice sæculari, in casu non excepto per Bullam, licitum erit tali iudici resistere, vt latè per Suar. *d. l. 3. cap. 13. num. 4* Mari. Ital. *d. lib. 1. cap. 6. §. 2. num. 45. cum. seqq.* Farin. *d. tract. num. 6.* vbi *num. 47.* agit an, & quando hæc resistentia fieri possit, & licita sit. Ludouic. Correa *in repet. d. cap. inter alia, part. 4. num. 11.* vbi quòd hæc resistentia, præcipuè spiritualis esse debet, censuris nempè cogendo iudicem, vt à tali violentia desistat, vel fores claudendo, vbi *n. 12.* quærit vtrùm liceat Ecclesiæ, & Ecclesiasticis personis sumere arma, & vti bello aliquo actiuo pro defensione confugientis ad eam, de quo etiam Fagundez *d. lib. 4. c. 4. n. 19.*

Vnde colligitur teneri iudicem sæcularem Ec- 52
clesiæ restituere eum, quem vi, & contra immunitatem extraxit, Archid. *num. 2.* Bellam. *post n. 1.* & Turrec. *col. 1. vers. in secunda, in c. miror 17. q. 4.* Syluest. *in sum. verb. immunitas, col. 3. num. 11.* Baiard. *ad Clar. § fin q. 30. n. 26.* Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 9. c. 9. q. 15.* Suar. *de Relig. tom. 1. tract. 2. l. 3. cap. 13. num. 6. in fine,* Ludouic. Correa *d. part. 4. n. 13.* Marc. Anton. Genuens. *in pract. Archiep. Neapol. c. 22. num. 7. vers. anno sequenti, in antiqua impress.* aliàs *cap. 17. num. 5. in vltima impress.* vbi quòd isto casu sufficit extractum restitui Episcopo, vel eius Vicario, Mari. Ital. *d. lib. 1. cap 6. §. 2. num. 25. cum seqq.* vbi *à num. 41.* reprobato Gam. *decis. 51.* subdit adeò verum esse, vt per vim extractus ab Ecclesia illi restituendus sit, vt nec etiam interim possit pro aliis delictis à iudice seculari detineri, Giurb. *cons. 100. num. 23.* Nauar. *d. tit. de immun. num. 91.* latè Farin. *d. tract. de immun. Eccles. num 48. cum multis seqq.* vbi *num. 63.* ampliat non solùm si exactus sit per vim expulsiuam, sed etiam si per vim compulsiuam, subditque inde inferri, quòd si ad Ecclesiam confugiens ex ea non per vim expulsus fuerit, sed inde sufugerit, timens capi à curia sæculari, & extra Ecclesiam capiatur, Ecclesiæ restituendus est, non solùm si timor in fugiente ab Ecclesia fuerit iustus, & cadens in virum constantem, sed etiamsi fuerit timor in constantem virum non cadens.
Ecclesiæ etiam restituendus est, qui captus fuerit, 53
dum ab ea exierit ad exonerandum corpus, modò statim, & recta via redeat, *cap. diffinimit 17. q. 4.* Mantu. *cons. 60. post num. 17.* Decian. *in tract. crimin. lib. 6. cap. 27. num. 6. in fine.* Mari. Ital. *d. lib. 1. cap. 4. §. 7. num. 12. vers. ratio autem, & cap. 6. §. 2. num. 16.* vbi tamen declarat, si intra fines Ecclesiæ non fuerit alius locus opportunus ad id perficiendum, refert Nauar. *d. tit. immunit. num. 20. & n. 38.* post Genuens. *in praxi c. 17. num. 5.* & Ricc. *collect. 1742.* ampliat etiamsi constaret reum non gaudere immunitate, adhuc secularis non posset illum extrahere ab Ecclesia absque licentia Episcopi.

Qui verbis dolosis inductus à iudice præstita 54
securitate, & immunitate Principis exiit ab Ecclesia, in casu quo delinquens iure non poterat ab Ecclesia extrahi, iste erit Ecclesiæ restituendus; & iudex tenebitur seruare illi fidem præstitam de non puniendo illum pœna mortis, vide Couar. *var. lib. 1. cap. 2. num. 16. in fine,* Anton. Gom. *t. 3. var. cap. 12. num. 7.* Baiard. *ad Clar. §. fin. quæst. 30. num. 27.* Suar. de Paz *in pract. tom. 1. part. 2. cap. 3. §. 3. num. 166.* Petr. Martinez *in cap. afferte, part. 1. n. 19. de præsumpt.* Bobadil. *in sua Politica lib. 2. c. 14. num. 79.* Cened. *canon. quæst. lib. 1. q. 9. num. 9.* Mastril. *Siciliæ decis. 169. num. 12. lib. 1.* Mari. Ital. *d. lib. 1. c. 6. §. 2. num. 82.* Azor. *d. cap. 9. q. 11.* Farin. *d. tract. num. 301.* Megal. *in 3. part. lib. 4. cap. 2. q. 1. num. 32.* Villadieg. *in polit. c. 3. numer. 222.* Filliuc. *tract. 15. cap. 6. n. 154.* Duard. *in Bull. Cœn. Domin. lib. 2 can. 15. q. 16. n. 34.* Fagund. *in quinque Ecclesiæ præcepta tract. 2. lib. 4. n. 56.* Diana *moral. resolut. tract. 1. de immun. resol. 26.* me citato *in hoc loco* Trullench. *d. lib. 1. c. 11. dub. 1. n. 14. & dub. 4. num. 8.*

*num.*8.Mastril.*lib.* 2.*decis.*196.*n.*12. Nouat. *d.tit. de immun.num.*41.D.Mari.Cutel.*d.lib.*1.*quaest.*26. Et nota quòd extractus ab Ecclesia per vim contra formam Bullæ Gregorij XIV. eidem Ecclesiæ est restituendus, nec sufficit restitutio alteri Ecclesiæ, vel Episcopo. Ita Archid.& Turrec. *in cap. miner.*17.*q.*4. Farin.*cens.*168.*n.*49.*ad fin.* S. Congreg. Immunitatis *in vna Ferrarien. de hoc anno* 1632.in tantum, vt si eidem Ecclesiæ non restituatur,extrahens violenter incidat in censuras,Farin. *de immun.n.*312. & 313. de quo tamen vide Suar. *d.l.*3.*cap.*13.*num.*6.Castr.Palao *tom.*2.*tract.* 11.*disp. vnic. puncto* 11. *n.*12. & 13. Trullench. *d.lib.*1.*c.*11.*dub.*4.*num.*6.*in fine*, Nouat. *d.tit.de immun.Eccles.num.*90.vbi *n.*92.quòd non sufficit fuisse dimissum liberum, me citato *in hoc loco* Diana *d.p.*6.*tract.*1.*resol.*27.vbi hac de re consilium refert.

55 Bona etiam confugientis ad Ecclesiam non possunt exinde extrahi, nec ei aliud quodcunque nocumentum inferendum est ad hoc, vt ab Ecclesia egredietur, *d.cap.diffinimus*, vbi Archid. *post. n.*1.*in verb.damni, & in verb.spolij.* Turrecrem. *in sum.*Suar.*de Relig.t.*1.*l.*3.*c.*12. *n.*3. Farin. *d. tract. de immunit.num.*55. Ille enim cum eius omnibus bonis inde subtractis est Ecclesiæ restituendus, idem Farin. *loco proximè citato num.*53.& 300. Et an ministri laicalis iurisdictionis possint in Ecclesia auferre à reo arma prohibita? vide latè disputantem D.Mari. Cutel. *in tract. de prisca ac recenti Ecclesiæ libert.lib.*1.*q.*8. Vnde non est imponendum impedimentum, quo existenti in loco sacro non deferantur alimenta, vestitus, aut alia, quæ ad vitam necessaria sunt, Bonscin. *de legibus disp.*3 *q.*7.§.5.*n.*1. *vers.secundus*, Sanch.*in consil. moral.lib.*1.6.*dub.*13.*num.*4. Ioan.Anton. Nouat. *d. tit.de immunitate num.*18.Castr.Palao *d. disp.vnica.punct.*11.*n.*7. Trullench.*d.l.*1.*c.*11. *dub.*4.*n.*2. vbi *num.*3.ait licere Iudici seculari extra locum sacrum obsidere delinquentem in Ecclesia existentem, vt illam capiat dum se receperit extra locum sacrum, & *n.*4.subdit non posse absque sacrilegio Iudicem laicum in Ecclesia vinculis ligare reum ne aufugiat.

56 Nec permittendum vt aliquid ibi damni patiatur, nec ob idem delictum corporaliter affligatur, cùm semel sub Ecclesiæ præsidium confugerit, tantùm pecuniaria mulctatione, aut alia satisfactione poterit emendari, gloss. *verb. reum*, & *verb.ad mortem,in fine,in d.c.reum* 17.*q.*4.vbi Archid. *num.*2.& 3. Bellam. *num.*1.*in fine*,Farin.*dict. tract.n.*330. scilicet ad satisfactionem partis Archid. *num.*1.*ad med.in verb.compenso.* Bellam. *n.*4. *ad fin.*& Turrec.*num.*1.*ante fin. in d.cap.id constituimus* 17.*q.*4.Mari.Ital.*d.lib.*1.*c.*6.§.3.*in discursu* non autem corporali pœna, seu effusione sanguinis,gloss.*verb.puniendus in d.cap.inter alia, de immunit.Eccles.*vbi Host.*num.*1.*in verb.ad pœnam*, Ioan.Andr.*num.*3.*in verb.pœnam corporalem.* Anchar.*num.*2.Butr.*num.*5.*in fine*, & *num.*6. Zabarel. *num.*4.*vers.quintò quære*, & Anania *num.*3. Villadieg. *de extens.legum cap. fin. num.*5. & *à num.*8. Franc.Leo *in thesauro fori Eccles.p.*1.*cap.*13. *num.* 13.*vers.reos criminis.*Suar.*d.l.*3.*c.*12.*n.*5.& 6. Mari. Ital. *d.l.* 1.*c.*1.§.1.*à n.*1. & *c.*6.§.3.*n.*1. Farin. *d. tract.de immun.n.*335.Trullench. *d.cap.*11.*dub.*4. *n.*5.Imò nec pœna exilij, vel ad perpetuos carceres,vt resoluit Antonin.Diana *moral.resol.p.*2.*t.*1. *de immun.Eccles.resol.*12.

Et ideo confugiens ad Ecclesiam, non consignabitur seculari Iudici, etiam in quibuscunque casibus exceptis, Iure communi attento, nisi ab eo recepto iuramento, & cautione, si Iudici Ecclesiastico visum fuerit, de non puniendo ipsum corporaliter, *d.cap.reum ad Eccle.immun. cap. constituimus* 17.*q.*4.Decian.*d.lib.*6.*c.*29.*sub num.*6. & *cons.*80.*num.*9.*lib.*3. Alex. Ambrosin. *de immun. Eccles.c.*11.*num.*5.*vers.sed constito*, *num.*6. Castro Palao *d.puncto* 13.*num.*2. Trullench. *d.c.*11. *dub.* 6.*num.*6. Farin. *d.tract. num.*341. subdens hodie stante Constitutione Gregorij XIV. de consuetudine contrarium seruari: quia quando sic ad Ecclesiam confugiens, & ab ea extractus in casibus exceptis Iudici seculari traditur, potest tunc idem Iudex illum sibi traditum etiam corporaliter punire, nec tenetur seruare promissionem de non puniendo corporaliter; si promissionem, seu cautionem præstiterit, & amplius Iudex Ecclesiasticus absque alia receptione promissionis,& cautionis de non puniendo corporaliter, & absque irregularitatis periculo, à qua absoluitur in dicta Constit. Gregorij XIV. consignare debet extractum, refert Trullench.*d.dub.*6.*n.*6.vbi *n.*7.subdit posse delinquentem non gaudentem Ecclesiæ immunitate, puniri à iudice seculari pœna mortis, seu corporis, & consequenter non teneri Iudicem cauere de immunitate.

Quæstio est dubia, an laicus à Iudicibus semel in Ecclesia captus, & ab eodem repetitus, possit immunitati post à se aduersùs Regios Iudices productæ renunciare? In qua videbatur dicendum non posse, quoniam ius Ecclesiæ quæsitum fuit, & illius libertati, & iuribus minimè potuit reus renunciare; Etsi enim (quod notabile est) posse quisque iuri suo renunciare, cæterùm vbi actus non solùm renunciantis fauore inductus est, sed alterius, nequit renuntians renuntiare,vt ex aliis tradit Suar. *decis.*194. *num.*35. atqui immunitas Ecclesiarum inducta est non confugientis tantùm, sed Ecclesiasticorum fauore, vtpote quia immunitatis iura Ecclesiis, non personis fuisse tributa omnes existiment,tum quia Ecclesiarum immunitas siue iuris sit diuini, naturalis, vel Canonici, nullo Regum imperio tolli, aut minui potest, vt docent Decian. *c.*80.*num.*28. Gutier. *pract. lib.*3. *q.*5.*n.*4.Mastrill. *decis.*169.*p.*2. Giurba *cons.* 100. *num.*36.Ioan.Ancon.Nouat. *d.tit.de immun. Eccl. n.*17.Anton.Diana *moral.resol.p.*6.*tract.*1.*resol.*32. *post.q.*4. 57

Verùm quamuis hæc opinio vt probabilis, & in fauorem Ecclesiarum introducta recipienda esset, & omnino in iudicando, & consulendo seruanda, contraria tamen in puncto Iuris verior videtur; cùm non principaliter Ecclesiarum intuitu concessa immunitatum iura fuisse ex pluribus edocemur, sed potiùs personarum quærentium subterfugium Ecclesiarum sit factum, vt voluntariè captus in Ecclesia, & abductus, si nolit Ecclesiæ restitutionem postulare, possit Iudicis secularis sententiam, pœnasque subire, non enim volenti iniuria infertur, *cap.scienti, de regul. Iuris n.*6. & nisi vim fieri in Templis Iura interdicant Canonica vt *in d.cap.inter alia,de immun.* ibi, *non est violenter ab Ecclesia extrahendus*, &c. *c.id instituimus*, ibi,*ab Ecclesiis, atriis,vel demo Episcopi reos abstrahere omnino non licent*;&c.*cap.diffinimus,* ibi,*vel residentes inde abstrahere*,&c.*cap.reum*,ibi, *reum ad Ecclesiam confugientem nemo abstrahere audeat.*&c.17.*q.*4.Si quispiam igitur volens exeat, neque Ecclesiæ operculo, & illius immunitate 58

gaudere

gaudere velit, & ſe ſe abduci patiatur, minimè ab Eccleſia vindicabitur. Inde præſentiens Remig. dubitationem iſtam *in tract. de immun. falleat.* 11. *ad fin.* hæc verba proferi. *Licèt fugiens ad Eccleſiam non debeat inuitus extrahi, tamen ſi voluntariè velit exire, poteſt extrahi, etiam contradicentibus miniſtris Eccleſiaſticis, cùm talis fugiens per hoc renunciet priuilegio, quod licitum eſt, c. vxor.* 17. *q.* 4. Et ideo hanc partem tenet. Nau. *in man. c.* 25. *n.* 21. Caſtro Palao *tom.* 2. *tra.* 11. *diſp. vnic. punct.* 11. *n.* 1. Trullench. *d. lib.* 1. *c.* 11. *dub.* 1. *n.* 13. *& dub.* 3. *n.* 26. R. P. D. Sperel. *in deciſ. fori Eccleſ. deciſ.* 59. *n.* 1. *&* 2. Vtrùm detentus à birroariis ſi illos intra Eccleſiam trahat, Eccleſiæ immunitate gaudere debeat? Gaudere videtur tenere Caſtro Palao *dict. tom.* 2. *diſp. vnic. puncto* 7. *num.* 11. quem ſequitur Diana *in moral. reſol. p.* 4. *tract.* 1. *reſol.* 106. Sed non gaudere rectiùs tenent Bobadil. *d. lib.* 2. *c.* 54. *n.* 61. Ioan. Anton. Nouar. *d. tit. de immun. Eccleſia n.* 14. dummodo tamen è manibus familiæ non euadat etiam vinctus catenis. Giurba *conſ.* 30. *num.* 17. D. Marius Cutel. *d. lib.* 1. *q.* 30.

59 Sextò quòd Eccleſia licèt non conſecrata gaudet immunitate, *cap. Eccleſia, de immun. Eccleſ.* vbi gloſſ. *verb. admittur.* Hoſt. *ante num.* 1. Anchar. *in ſum. & in* 1. *notab.* Butr. *in ſum.* Abb. *num.* 1. *cum ſeqq.* Anania etiam *num.* 1. Anaſtaſ. Germon. *de ſacror. immun. lib.* 3. *c.* 16. *num.* 22. *in fin. verſ. hic opportunè. & à num.* 23. Azot. *inſtit. moral. p.* 2. *lib.* 8. *c.* 8. *q.* 2. Card. Tuſch. *verb. Eccleſiar. concl.* 9. *n.* 12. Suar. *de Relig. tom.* 1. *lib.* 3. *c.* 3. *n.* 1. *verſ. imò etiam.* Alex. Ambroſin. *de immunit. c.* 10. *num.* 2. Galet. *in margarita caſuum conſcient. verb. Eccleſia etiam nondum conſecrata*, Bonacin. *de cenſur. extra Bull. diſp.* 2. *q.* 3. *puncto* 16. §. 4. *num.* 2. Ludou. Miranda *de ordine iudic. q.* 16. *art.* 7. *concl.* 2. Galganet. *d. lib.* 3. *tit.* 69. *n.* 24. Camill. Borrel. *in ſum. deciſ. tom.* 1. *tit.* 3. *n.* 33. Piaſec. *in praxi Epiſcop. p.* 2. *c.* 4. *n.* 54. Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſiaſt. p.* 1. *c.* 13. *n.* 7. Fagundez *in quinque Eccleſia precepta punct.* 2. *lib.* 4. *c.* 4. *num.* 38. Mari. Ital. *de immun. lib.* 1. *c.* 4. §. 3. *num.* 12. Fr. Raphaël. de la Torre *in* 2. 2. *q.* 99. *art.* 3. *diſp.* 7. *gradu* 8. Pereg. *de immun. cap.* 4. *num.* 3. *& cap.* 16. Ludou. Correa *in rep. d. cap. inter alia p.* 2. *numer.* 8. Filliuc. *tract.* 15. *c.* 6. *q.* 8. *num.* 150. Giurba *conſ.* 10. *num.* 1. *&* 2. *& conſ.* 20. *num.* 19. Gabr. Pereira *de manu Regia p.* 2. *c.* 50. *num.* 3. Cratlin. *controu. forenſ. cap.* 116. *num.* 17. Ioan. Anton. Nouar. *d. tit. de immunit. Eccleſ. n.* 15. me citato *in hoc loco.* Trullench. *d. lib.* 1. *cap* 11. *dub.* 1. *num.* 2.

Intellige procedere etiam quòd non adhuc in Eccleſia non conſecrata diuina Officia celebrata fuerint, dummodo Pontificali auctoritate canonicè interueniente, & primarium lapidem ponente conſtructa fuerit, interpretando verba *dict. ca. Eccleſia*, ibi. *in qua diuina myſteria celebrantur*, id eſt, celebrari poſſunt, cùm ad id Eccleſia apta ſit. Ita docent *in d. cap. Eccleſia*, Hoſt. *ante num.* 1. *in ver. celebrantur, & in verb. dicata*, Ioan. Andr. *n.* 4. *verſ. in gloſſ.* 1. Anchar. etiam *num.* 4. Butr. *num.* 6. Abb. *num.* 5. *&* 6. Anan. *num.* 3. *in fine*, Clar. §. *fin. q.* 3. *num.* 5. Anaſt. Germon. *d. cap.* 16. *à n.* 23. Card. Tuſch. *d. verb. Eccleſia concl.* 9. *num.* 12. Villaguc. *de extenſ. legum c. fin. à n.* 18. Farin. *d. tract. n.* 258. Mari. Ital. *d.* §. 3. *num.* 14. Ludou. Correa *in repet. d. cap. inter alia p.* 2. *ſub num.* 8. Giurba *dict. conſ.* 10. *num.* 2. *in fine, & conſ.* 20. *num.* 19. Ioan. Anton. Nouar. *d. num.* 15. Lezana *in ſum. quæſt. Regular. tom.* 3. *verb. Immunitas Eccleſiarum n.* 2. Quamuis ſumpto argumento à contrario ſenſu ex *d. cap. Eccleſia*, ſupradictam reſolutionem procedere, dummodo in Eccleſia non conſecrata diuina Officia celebrentur, aliàs ſecus, dicant gloſſ. *ibi, verb. celebrantur.* Butr. *num.* 2. *&* 3. Zabarel. *ver. quæro ſi in Eccleſia.* Decian. *d. c.* 24. *n.* 24. *verſ. conciliando tamen.* Alex. Ambroſin. *dict. cap.* 10. *numer.* 2. *verſ. quod præcipuè*, & alij, quos probat nouiſſimè Diana *moral. reſolut. part.* 6. *tract.* 1. *reſol.* 1. *verſ. verum.*

Interdicta quoque Eccleſia iſtum obtinet immunitatis priuilegium, vt docent *in d. c. Eccleſia*, Hoſt. *num.* 3. *verſ. ſed nunquid*, Ioan. Andr. *num.* 2. Anchar. *num.* 3. Abb. *num.* 8. *verſ. tertiò quæro*, Anan. *num.* 3. Decian. *d. cap.* 24. *num.* 26. *& cap.* 25. *n.* 20. *in fine*, Card. Tuſch. *d. conc.* 9. *n.* 9. Curia Philip. *p.* 3. §. 12. *num.* 15. Azor. *d. cap.* 8. *q.* 4. Farin. *dict. tract. num.* 259. Piaſec. *in praxi Epiſcop. p.* 2. *c.* 4. *num.* 54. Villag. *d. cap. fin. num.* 29. Camil. Borrel. *dict. tit.* 3. *num.* 38. Galet. *citato loco.* Mari. Ital. *d.* §. 3. *à num.* 7. Fagundez *d. lib.* 4. *cap.* 4. *n.* 62. Fr. Raph. de la Torre *d. gradu* 8. *ver. ſingula*, Ludou. Correa *in d. rep. cap. inter alia p.* 2. *num* 9. Pereg. *de immun. cap.* 4. *num.* 13. Villalob. *in ſum. p.* 2. *tract.* 39. *diffic.* 5. *n.* 1. Caſtro Palao *d. tom.* 2. *tract.* 11. *diſp.* 1. *puncto* 1. *n.* 5. Ioan. Anton. Nouar. *d. tit. de immunit. Eccleſ. n.* 15. Giurba *d. conſ.* 10. *num.* 19. Diana *d. p.* 6. *tract.* 1. *reſol.* 1. *verſ. nota ſecundo*, Trullench. *d. lib.* 1. *cap.* 11. *dub.* 1. *num.* 3. 60

Polluta etiam Eccleſia einſdem immunitatis priuilegio gaudet, Remig. *de immun. ampl.* 4. Suar. *d. lib.* 3. *cap.* 9. *num.* 1. Giurba *d. conſ.* 20. *n.* 19. Bonacin. *d.* §. 4. *num.* 3. Bobadil. *d. lib.* 2. *cap.* 14. *n.* 80. Fagundez *d. c.* 4. *n.* 62. 61

Deſtructa, ſiue diruta Eccleſia, cuius ſpes ſubſit quòd aliquando in priſtinum reſarcietur, nec ſuperioris auctoritate diruta ſit, Eccleſiaſtica adhuc gaudet immunitate, *l. æde ſacra* 73. *ff. de contrah. empt. c. quæ ſemel.* 19. *q.* 3. Cou. *var. lib.* 2. *c.* 20. *num.* 4. *verſ.* 2. Ambroſin. *de immunit. c.* 10. *num.* 3. Clar. §. *fin. q.* 30. *verſ. maius dubium q.* 6. Remig. *ampl.* 20. Suar. de Pace *in pract. tom.* 1. *p.* 5. *c.* 3. §. 3. *num.* 38. Decian. *d. lib.* 6. *cap.* 24. *num.* 27. *& cap.* 25. *n.* 22. Farin. *in praxi criminali dicta p.* 1. *q.* 28. *n.* 70. *& in tract. de immun. n.* 269. Villagut. *d. c. fin. num.* 38. Camil. Borrel. *dict. tit.* 3. *num.* 39. Card. Tuſch. *dict. concluſ.* 9. *num.* 10. Sanch. *de Matrim. lib.* 9. *diſp.* 15. *num.* 37. Bonacin. *d.* §. 4. *num.* 4. Mari. Ital. *d.* §. 3. *num.* 13. Gambacurt. *d. lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 11. Giurba *conſ.* 20. *num.* 19. *in fin.* Fagundez *in quinque Eccleſia præcepta præc.* 1. *lib.* 3. *cap.* 14. *num.* 49. Caſtro Palao *d. tom.* 2. *tract.* 11. *diſp. vnica puncto.* 6. *num.* 7. Ludou. Correa *d. p.* 2. *n.* 18. *in fine*, vbi dicit pro hac iudicandum, licet eam numquam ſibi placuiſſe affirmet, Ioan. Ant. Nouar. *d. tit. de immun. Eccleſ. n.* 15. *in fine*, Diana *p.* 6. *tract.* 1. *reſol.* 1. *verſ. verùm affirmatiua.* Vnde Eccleſiam ipſam, quæ ſub artifice adhuc eſt, nec completam, eam immunitate gaudere, cùm ſat eſſe debeat primarium lapidem ibi ab Epiſcopo defixum iam fuiſſe, & locum Altiſſimi Dei ſeruitio, ac cultui deſtinatum, reſoluunt. Sanchez. *d. diſp.* 15. *n.* 36. Farin. *d. tract. de immunit. num.* 261. Fagundez *d. cap.* 14. *num.* 48. Aloyſ. Ricc. *p.* 1. *deciſ.* 199. *num.* 1. 62

Cœmeterium ſiue coniunctum Eccleſiæ, ſiue ab ea ſeparatum, auctoritate tamen Epiſcopi deſignatum, & ſacratum, obtinet quoque iſtud immunitatis priuilegium, *c. cùm Eccleſia, de immun. Eccleſ. gloſ. verb. cœmeteria in cap. conſuluiſti, de conſec. Eccleſ.* Decian. *d. cap.* 24. *num.* 28. *& d. cap.* 25. *num.* 10. Anaſtaſ. Germon. *d. cap.* 16. *numer.* 30. *verſ.* 63

vers.cœmeterio, cum seqq. Card.Tusch. d.verb. Ecclesia, conclus.10.num.3.Azor.d.c.8.q.6. Suarez d. lib.3.cap.8.n.3.& cap.9.n.8. Franc Leo d. cap.13. num.2. Alex.Ambrosin.d.cap.10.n.5.Gambacurta d.lib.4.cap.3.num.16.Valasc.tom.1.cons.81.num.1. Mari.Italia.d.cap.4 §.7.Fagundez d. lib.4. num 6. Trullench. dict.cap.11.dub.1.num.4. Ciarlin.controuers.forens.cap.12.n.46.Diana d.p.6.tract.1. resol.6. Farinac.d.tract. de immunit. numer.262. vbi num.264. intelligit etiamsi cœmeterium separatum sit ab Ecclesia, Ludou. Correa in rep. d. c.inter alia p.2.num.12.vbi num.13.cum Parente meo resoluit immunitate gaudere, qui in area, cœmeterio respondente fuerit apprehensus:quia eo ipso quòd cœmeterium sepulturæ fidelium destinatum est, præsumitur benedictum fuisse, ac authoritate Episcopali sacratum. Castro Palao d.tom.2. disp.vnic.punct.6.num.16. Diana. moral. resol.p.4. tract.1.resol.108.

64 Atrium, seu porticus Ecclesiæ adhærens præfatum obtinet immunitatis priuilegium, c. si quis contumax 17.q.4. Decian.d.c.24.n.31.vers.atrium verè,& cap.25.n.12.& 13.Card.Tusch.d.concl.9. n.3.& 7. & concl.20. Villagut. dict.c.fin. num.36. Mantua cons.211.num.25. Menoch.de arbitr.casu 95.n.11.Boër.Epo ad d.c.inter alia,num.55.Alex. Ambrosin.d.c.10.num.6.Azor d.cap.8. q.7. Curia Philip.d.§.12.num.14.Bobadil. dict.lib.2. cap.14. num.82.Suar.d.lib.3.c.9.num.7.& sub num.9. Farin.d.tract.num.268.Diana d.p.6. tract.1. resol. 1. propè fin.& resol.7.Gambac.de immun.lib.4.cap.1. n.12. Ludou.Correa in repet.d.cap. inter alia,p.2. num.5. quorum duo vltimo loco citati id intelligunt de porticu Ecclesiæ priuato, qui propter eius coniunctionem pars ipsius Ecclesiæ reputatur.

65 Fores, seu ianua ipsius Ecclesiæ, si ad minus manibus tangantur cùm clausi reperiantur, eadem gaudent immunitate. Barbat. cons.33.n.9.& 10. Remig.ampl.8.num.1.Nouar.in man.cap.15.n.17. ad fin.Decian.d.lib.6.c.25. num.17. Suar. d.lib.3. cap.9.n.8.Gambac. d.lib.4.c.1. num.9. Franc. Leo d.cap.13.num.11.in fine.Farinac.d.tract. num.279. Ludou. Correa d.p.2. num.16. Giurba d. cons.20. num.20. vbi dicit reum immunitate gaudere si portæ clausæ Ecclesiæ adhærens eius vectem manu retineat. Diana moral resol.p.3.tit. de immunit. resol.71. vbi subdit illum eadem gaudere immunitate si parietem Ecclesiæ partis exterioris tangat, vel fuisset amplexus, Ioan. Anton.Nouar. dict. tit.de immun.Eccles. num.16. idem Diana d. p.6. tract.1.resol.3.

Scalæ exteriores Ecclesiæ eius gaudent immu-
66 nitate. Vincent. de Franchis dec.401. Decianus d. lib.6.cap.28.sub num.5.vers.ex quo infero. Anastas. Germon.d.lib.3.cap.16.n.81.Suarez d.tom.1.tra.2. lib.3.cap.11.num.9.Mastril.decisione 12. Gambac. de immunit.lib.5.c.19.num.4. Mari.Ital. eod.tract. lib.1.cap.4.§.7. num.18. vers. hinc ergo, vsque ad num.28.& c.5.§.3.num.4.in princ.Farinac. d.tract. de immun. num.180. vbi refert Sacram Cong. ita censuisse, Tasson.in obseru. iurisd. vers.13.obseruat.2.num.31.Ludouicus Correa d.p.2. numer.14. Peregrin.de immunit.cap.6.n.30.Castill.decis.156. num.14.cum seq.Aloys.Ricc.p.3. decis.250. Ioan. Anton.Nouar.d. tit.de immun. Eccles. num.14. in fine latè R.P.D. Sperell. in decisionibus fori Eccles. decis.60.

Apotheca Ecclesiæ, quæ ad eam habet aditum immunitate illius gaudet, non sic quando habet aditum ad viam publicam, Giurba d.cons.10.n.14. Thoro in compendio decis. verb. immunitas, Ioan. Franc de Ponte decis.35. Ioan. Ant. Nouar. d.tit. de immunit. Eccles n.11.

Tectum Ecclesiæ illius gaudet immunitate, cum supra illud existens dicatur esse intra situm Ecclesiæ, Suarez d.lib.3.cap.9.n.8.vers.sed quid si quis supra tectum, Peregrin de immunit. num.282. Diana moral.resol.p.3. tract.1. resol.73. Ioan. Anton.Nouar. d tit.de immunitat. Eccles. numer.39. R. P. D. Sperell.in decis.fori Eccles. decisione 63. num.9.

Campanile Ecclesiæ illius immunitate potitur, quamuis ab ipsa disiunctum sit. Diana moral.resol. p.4.tract.1.resolut.108. Ioan. Ant.Nouar. d.tit.de immunit.Eccles.num.26.

Cortile Ecclesiæ quando gaudeat eius immunitate, Aloys. Ricc.p.3. decis. 250. Ioan. Anton. Nouar.d.tit.de immunit.Eccles.num.55. Et de Sacristia, quæ est extra Ecclesiam & cœmeterium, nullumque in ea sit Altare ad celebrandum, quod immunitate non potiatur, R.P.D. Sperell.dict.decis.61.à princ.& decis.62.num.19. Et de Palatio Monialium, idem Sperell. d. decis.62. à princ. reprobans Aloys.Ricc. d.part.3. decis. 179. Et de claustro idem Sperell. decis.63.num.4.Et de mansionibus Canonicalibus quòd gaudeant Ecclesiæ immunitate quatenus sint intra septa, vel ambitum Ecclesiæ, & sic Templo adhærentes, Farinac. d.q.28.num.14. Decian.d.lib.6. c.25.n.15.Sperell. num.1.

Hospitale auctoritate Episcopi, vel sub eius 67
cura fundatum, gaudet etiam huiusmodi immunitatis priuilegio, Decian. d.cap.24.num.32.Mascard.de probat.conclus.869.num.18. Villag. d.cap. fin.num.34.& 35 Franc.Leo d.cap.13.n.8. Azor. d.cap.8.q.2. Suarez d.lib.3.cap.9.n.9. Mari. Italia. d.lib.1.cap.4.cap.4.§.8.à Ponte decis.35. Galet in margar. casuum conscient. verb. Ecclesia nondum consecrata,in fine,& verb.hospitale 2. Aloys.Ricc. in collect.decis.p.3. collect.648. in princ. Flores de Mena var.lib.2.q.21.n.175.& seq. Piasec.in praxi Episcop.p.1. cap.4. n.54. Valsac. cons.105. n. 34. Remig de immun.ampl.19.Raph.de la Torre in.2. 2.tom.2.q.99. art.3.gradu 8. Scortia in selectas summorum Pont.Constit.epi.152.theor.382.Donat. Anton.de Marinis variarum resolut.cap.79.num.2. Bellet disquisit.clerical.p.1.tit. de fauore cleric.reali,§.4.num.36. Nald.in sum.vers. hospitale. num.3. Cardos.in praxi iudicum,& aduocat.verb. Ecclesia, num.75.Erasm.à Cochier,de iurisdict. Ordinarij in exemptos p.4.q.65. num.1. Nicol. Garc. de benefic. p.5.cap.1.num.601.& 602. Ludouic. Correa in repet.d.cap.inter alia,p.2.num.21. Fr. Ludouic. Miranda d.art.7.concl.2.in fine. Curia Philip.d.§.12. num.1.Galganet. d.lib.3. titul.6. num.25. Camill. Borrell.d.tit.3.num.64.Duard.d.can.15. q.16.n.9. latè Carol.Maranta.tom.3. resp.35. Castro Palao d.puncto 1.num.17. Giurba cons.10. num.4. Ciarlin.controuers.forens.c.116.num.7. Diana dict. p.6. tract.1.resol.6.vers.sed transeamus, me citato in hoc loco Trullench.d.lib.1.cap.11.num.7. Felician. de Vega ad d.cap.cum sit generale. n.45. de iudic. R. P. D. Sperell. in decision.fori Eccles.decis.85. num.19.

Oratorium publicum si auctoritate Episcopi 67
constructum fuerit, istud quoque obtinet immunitatis priuilegium, secus si priuata in domo sint, ita docent in d.ca.inter alia, Hostiens. ante num.1. vers. Vnde Oratoria, Ioan.Andr.num.1.in verb. Ecclesia,

clesia, Anchat. num. 2. Botr. num. 3. Abb. num. 7. vers. 2. Zabarel. vers. secundò quæro; Ansn. num. 2. vers. virum autem, Anastas. Germon. d. cap. 16. n. 29. & 30. Card. Tusch. dicto verb. Ecclesia, concl. 9. num. 15. & verb. immunitas concl. 59. num. 24. Azor. d. cap. 8. q. 3. Suar. d. lib. 3. c. 9. num. 10. Mari. Ital. d. cap. 4. §. 4. Bonacin. d. §. 4. num. 14. Filliuc. tract. 15. cap. 6. q. 8. num. 150. Peregr. d. c. 4. à n. 62. Piasec. d. p. 2. c. 4. num. 54. Duard. in Bulla Cœnæ can. 15. q. 16 n. 6. Giurb. cons. 10. num. 5. Boët. Epo. ad cap. Ecclesia 9. num. 11. de immunit. Eccles. Lud. Correa in repet. d. cap. inter alia, p. 2. q. 9. à num. 21. Fagundez d. præcepto 2. lib. 4. cap. 4. num. 64. Sanch. in consil. moralib. lib. 6. c. 1. dub. 7. num. 2. D. Roder. à Cunha in comment. ad cap. oratorium. n. 1. dist. 2. Ioan. Anton. Nouar. d. tit. de immunit. Eccles. n. 8. Ciarlin. controu. forens. cap. 10. num. 6. Trullench. d. dub. 1. n. 9. Vnde Capella priuatorum palatiorum immunitate ecclesiastica non gaudet. Sacra Cong. Episc. & Regul. in Marsicen. 17. Nouembris 1617. cuius meminit me citato Lezana d. loco num. 4.

69 Sacerdos manibus portans sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, & ad illum confugientes Ecclesiarum immunitate gaudent. Ita Clar. §. fin. q. 30. n. 24. Remig. ampl. 18. à num. 1. Cou. d. c. 20. num. 6. Nauar. in man. cap. 25. n. 18. vers. & Presbyter, Anastas. Germon. d. c. 16. à n. 52. Palat. Rub. in repet. rub. de donat. inter virum §. 38. num. 5. Paul. Fusc. lit. I. sing. 156. Bonacol. commun. crimin. verb. condemnatus ad mortem, Perez l. 1. in glos. Iglesias vers. unde notanter tit. 1. lib. 1. Ord. pag. 17. & in l. 3. in gloss. del cuerpo de nuestros cod. tit. & lib. pag. 24. Curia Philip. p. 3. §. 12. n. 8. Boët. Epo. in d. cap. inter alia, n. 56. Iacob. de Graff. in aureis decis. p. 2. lib. 1. cap. 1. num. 32. Megal. in 3. p. lib. 4. c. 2. q. 1. n. 38. Suar. de Pace in pract. tom. 1. p. 5. c. 3. §. 3. n. 36. Tanner. in 2. 2. disp. 5. q. 8. dub. 1. num. 14. Farin. d. p. 1. q. 28. num. 11. Ceuall. commun. contra commun. q. 169. & in tract. de cognit. per viã violent. p. 2. q. 42. Fr. Lud. Mirand. de ordine iudic. q. 15. art. 5. concl. 2. & q. 16. art. 7. concl. 2. in fine, Petr. Greg. Syntag. Iuris lib. 33. c. 21. n. 14. Card. d. verb. Ecclesia. n. 78. Gal. d. lib. 3. tit. 69. n. 26. Marta de Iurisd. p. 2. c. 5 n. Card. Tusch. d. verb. Eccles. concl. 10. n. 33. Suar. d. lib. 3. c. 9. n. 10. vers. tandem non omittã, Bonac. d. §. 4. n. 27. Alex. Ambros. d. c. 10. num. 1. Cened. ad Decretal. collect. 54. n. 2. & practic. ac Canon. quæst. lib. 1. q. 42. num. 13. Erasm. à Cochier. d. p. 4. q. 65. n. 1. propè fin. Gambacurt. de immunitate Eccles. lib. 4. c. 6. n. 4. Villag. in sum. p. 2. tract. 39. diffi. c. 5. n. 5. & 24. Pereg. d. c. 4. num. 78. Mari. Ital. d. lib. 1. c. 4. §. 10. Ludou. Correa in d. repet. c. inter alia, p. 2. n. 24. Sanch. in consil. moralib. p. 2. lib. 6. c. 1. dub. 7. n. 3. Guazzin. d. defens. 1. c. 36. num. 36. Duard. d. can. 15. q. 16. n. 8. Fagundez in quinque Eccles. præcepta, præcept. 2. lib. 4. c. 4. n. 54. Ciarlin. contr. forens. c. 10. n. 25. R. P. Sperell. in decis. fori eccles. decis. 49. n. 5. D. Mari. Cutel. d. lib. 1. q. 28. me citato in hoc loco Trullench. d. lib. 1. c. 11. dub. 1. n. 9. post med. Diana moral. resol. p. 1. tract. 1. resol. 28. vbi in fine post Aloys. Ricc. p. 3. decis. 88. num. 5. resolui quòd confugiens ad Sacerdotem portantem Oleum sanctum infirmis, non gaudet immunitate Ecclesiæ, prout illum refert R. P. Sperell. d. decis. 49. n. 5. Idem Diana earundem resol. moral. p. 4. tract. 1. resol. 48. vbi etiam loquitur de confugiente ad Reliquias Sanctorum, de quo etiam nouissimè Anton. Ric. ecclesiast. lucubrat. lib. 1. cap. 51. Quæ quidem immunitas non clypeò Sacerdotis, sed Sacramenti conceditur, vt ea extendatur etiam ad eam quæ Sacerdotem non tangit, nec hastam baldachini, sed se immisceat personis associantibus sacrosanctum Sacramentum, ex quo illæ vnà cùm sacerdote Redemptionis nostræ venerabile pignus gestante conficiunt vnam Ecclesiam, vt per Mari. Ital. d. lib. 1. cap. 4. §. 10. in fine, Pereg. de immun. c. 4. num. 79. in fine Sperell. d. decis. 49. num. 6. Diana d. resol. 28. eo maximè, quia immunitati ecclesiasticæ in dubio semper fauendum, Decian. cons. 80. num. 22. vol. 3. Giurba d. cons. 10. num. 25. Sperell. decis. 60. n. 33.

70 Palatium Episcopi istud quoque obtinet immunitatis priuilegium, cap. id constituimus 17. q. 4. vbi gloss. verb. domo Boët. Epo. ad cap. inter alia, num. 54. Villag. d. cap. fin. num. 37. Anastas. Germon. d. cap. 16. à num. 45. Suar. d. cap. 9. n. 9. in fine, Bobadil. d. lib. 2. c. 14. n. 84. Pereg. d. cap. 4. n. 69. Azor. d. c. 8. q. 5. Camil. Borrel. d. tit. 3. n. 50. Ambr. d. cap. 10. num. 7. Mari. Ital. d. lib. 1. c. 4. §. 9. n. 1. Bonacin. de censur. extra Bullam disp. 2. q. 3. punct. 16. §. 4. num. 13. Galgan. d. lib. 3. tit. 69. n. 23. Erasm. à Cochier d. q. 65. num. 1. Farin. d. q. 28. num. 38. & d. tract. de immunit. num. 269. Ciarlin. d. cap. 116. num. 14. Giurba cons. 10. num. 3. Ioan. Anton. Nou. d. tit. de immunit. num. 10. me citato in hoc loco Trullench. d. dub. 1. num. 8. Diana d. p. 6. tract. 1. resol. 4. ampliantes resolutionem procedere quamuis domus, seu palatium Episcopi non sit ioria confines ad quadraginta passus, sed ab Ecclesia distet, de quo etiam Megala in 3. p. lib. 4. cap. 2. q. 1. num. 36. Giurba d. cons. 10. num. 13. Gambacurt. de immun. Eccles. lib. 4. cap. 3. num. 7. Fagundez d. lib. 4. cap. 4. num. 60. Ciarlin. d. cap. 10. num. 7. Correa d. p. 2. num. 19. Alzed. in praxi Episcop. p. 1. cap. 12. n. 77. Diana moral. resol. p. 1. tract. 1. resol. 27. Dummodo palatia huiusmodi sint intra, non extra diœcesim, Peregr. d. cap. 4. num. 73. Mari. Ital. d. lib. 1. cap. 4. §. 9. num. 19. Anton. de Mariois quotid. resol. cap. 180. num. 12. Ciarlin. d. cap. 10. num. 10. Sperell. in decis. fori. Eccles. decis. 49. n. 9. Quamuis contrarium, immò quòd reus confugiens ad palatium Episcopi, quod non sit intra quadraginta passus, sed longe ab Ecclesia distet, nõ gaudeat immunitate, teneant Bobadil. lib. 2. c. 14. num. 85. Ambrosin. d. c. 10. num. 7. Guazzin. d. defens. 1. cap. 37. num. 25. Bonacin. de legibus d. 3. q. 7. §. 2. num. 8. Piasec. in praxi Episcop. 2. cap. 4. n. 2. Mari. Cutel. d. lib. 1. q. 27. & licèt Ciarlin. d. c. 10. n. 10. resoluat palatium Episcopi titularis non gaudere immunitate, illum tamen conuincit Diana d. p. 6. tract. 1. resol. 5. per tot.

71 Palatium, seu domus Cardinalium, in quo extat oratorium, vbi diuina celebrantur officia gaudet immunitatis Ecclesiasticæ priuilegio, vt per Clar. d. §. fin. q. 30. vers. item addo, Card. Tusch. d. concl. 9. num. 12. Mari. Ital. d. §. 9. n. 22. Farin. d. tract. de immun. num. 274. Peregr. d. cap. 4. num. 75. Gambacurt. d. lib. 5. c. 5. Duard. in Bulla Cœnæ lib. 2. con. 15. q. 16 n. 12. Guazzin. d. defens. 1. c. 27. n. 26. Erasm. à Cochier. d. q. 65. num. 1. Diana d. tract. 1. resol. 37. Sperell. d. decis. 49. n. 8. obseruantes huiusmodi priuilegium hoc tempore non seruari in vrbe Romana, vt consulatur bono publico, & delinquentes puniantur, qui vix puniri possent si hoc priuilegium in Vrbe seruaretur, de quo etiam Castro Palao vbi suprà num. 23. Diana. p. 4. tract. 1. resol. 40. in fine, Trullench. d. dub. 1. n. 8. in fine, Sperell. d. decis. 49. num. 8. D. Mari. Cutel. d. lib. 1. quæst. 37. vbi limitat nisi in vrbe palatium Ecclesiæ sui tituli adhæreat.

Domus Seminarij gaudet immunitate Ecclesiæ, quia est locus pius & Religiosus. Pereg. *de immun. c. 4. n.* 67. Giurba *consʃ.* 10. *n.* 52. Ciatlin. *contr. forensʃ. cap.* 116. *n.* 15.

Domus Parochi annexi Parochiæ immunitatis Ecclesiasticæ priuilegio potitur, quicquid enim Ecclesiæ inhæret, siue sit dormitorium, siue refectorium, claustrum & simile, illa gaudere debet, Cou. *lib. 2. var. c.* 20. *n.* 8. Ambrosin. *d. cap.* 10. *n.* 3. Farinac. *d. q.* 28. *n.* 18. Mari Antonin. *var. resol. lib. 1. resol.* 18. *num.* 4 Guazz. *d. defensʃ. 1. c.* 37. *n.* 24. Ioan Anton. Nouat. *d. tit. de immun. num.* 24. Sperell. *d. decisʃ.* 49. *n.* 7. Et addit Giurba *d. consʃ.* 10. *num.* 7 *& consʃ.* 100. *num.* 35. *in fine*, quòd an sit locus sacer, à solo loci ordinario, non autem à sæculari Iudice est cognoscendum, vide sup. *num.* 39.

72 Monasteria, seu domus Religiosorum, aliaque loca sacra, aut religiosa, istud etiam obtinent immunitatis priuilegium, vt patet ex Bulla Gregorij XIV. ibi, Monasterij domibus, locisque sacris, aut religiosis, *&c.* Ita Couar. *d. lib. 2. c.* 20. *n.* 4. Sayr. *de censur. lib. 3. cap.* 19. *num.* 16. Suar. *d. c. 9. n. 1.* Mari. Ital. *d. lib. 1. c. 4. §. 8.* Portel. *in dub. Regul. verb. Ecclesiæ immunitas, num* 9. *cum seq.* Hieron. Roderic. *in compendio quæst. Regul. resol.* 57. *n.* 7. Card. Tusch. *tom 4. lit. I, concl.* 59. *n.* 34. Erasm. à Cochier. *d. p. 4 q. 65 num.* 1. Farinac. *d. tract. n.* 265. Bonacin. *d. puncto* 16. *§. 4. num.* 10. Peregr. *d. cap.* 4. *num.* 49. *cum seqq.* me citato *in hoc loco* Trullench. *d. lib. 1. cap.* 11. *dub. 1. num.* 6. Lezana *d. tom.* 3. *verb. immunitas Ecclesiarum, num.* 3. Ludou. Correa *in repet. d. cap. inter alia p. 2. num.* 2. vbi subdit per monasterium ad effectum de quo agimus intelligi non solùm Ecclesiam, in qua diuina mysteria celebrantur, sed etiam totum circuitum & habitationem, qui vno clauduntur ostio, & *num* 4. similiter omnia loca, quæ interiacent vsque ad vltimas fores, veluti cellolas, domos, hortulos & balneas, ac septa Ecclesiæ, id est, Templi ambitum claudentem Ecclesiam quadripartito muro, ipsam citat Gambacurt. *d. lib.* 4. *cap.* 1. *n.* 7. resoluit Carolus Maranta *tom.* 2. *responsʃ.* 36. *num.* 2.

73 Non videtur tamen loca huiusmodi, præter Ecclesias, circuitum immunitatis habere; tum quia id de Ecclesiis solùm exprimitur *in d. cap. sicut antiquitus*, tum etiam, quia id de Ecclesiis solis exprimitur in eodem *cap. sicut antiquitus*; tum etiam, quia minores Ecclesiæ, quæ sunt intra ambitus castellorum, huiusmodi spatia non habere dicuntur propter loci angustiam, sed tantùm maior Ecclesia vt supà ostendimus. Verùm nec hodie spatia huiusmodi attenduntur; cùm vix extra muros ipsius Ecclesiæ, aut monasterij aliquis sit securus, quod quidem non videtur consuetudine legitima abrogatum, cùm id in domibus Principum plenissimè obseruetur: posset tamen consuetudo minorum Ecclesiarum fines auferre, cùm earum numerus adeò excreuerit, vt suis finibus totam ferè occupent ciuitatem, sicut dictum est in iis, quæ sunt intra ambitus castellorum, de quo tamen vide Villalob. *in sum. tom.* 2. *tract.* 39. *diffic.* 5. *n.* 3. Ambrosin. *de immunit. c.* 10. *n.* 4. Fagundez *in quinque Ecclesiæ præcepta, præc.* 2. *lib. 4. cap. 4. n.* 61. Castro Palao *tom.* 2 *tract.* 1. *disp. vnica, puncto* 6. *n.* 13. Gauant. *in addit. ad manuale Episcopor. verb. immunitas Ecclesiastica n.* 1. latè Diana *moral. resolut. p. 6. tract.* 1. *resol.* 2. Lezana *d. tom. 3. verb. immunitas Ecclesiarum, num.* 3.

Verùm autem si quis confugiens ad monasteria se proiiciat intra muros eorum, & in locum illis circumseptum, gaudeat ecclesiastica immunitate? In hoc dubio Gambacurt. *de immun. Eccles. lib. 4. c.* 4. *num.* 3. affirmatiuè respondet, ex eo 74

quòd monasterium nihil aliud est nisi Ecclesia, 75 cellolæ, areæ, horti, & similia vsui Regularium necessaria, vt colligitur ex iis, quæ in simili tradunt Fr. Emman. *quæst. Regul. tom.* 1. *q.* 36. *art.* 1. *in fine*, Coriolan. *de casibus reseruat. p.* 2. *casu* 3. *q.* 2. *n.* 29. Sanch. *in præcepta Decalogi tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 16. *num.* 11. Suar. *de Relig. tom. 4. lib. 1. cap.* 10. *num.* 6. *&* 7. Bonacin. *de clausura q.* 4. *puncto* 1. *num.* 1. Sed circuitus ille continetur sub nomine areæ, horti, & etiam inseruit vsui Regularium; ergo immunitatem habebit, sequuntur Villalob. *d. diffic.* 5. *n.* 6. Sanch. *de matrim. lib.* 9. *disp.* 15. *n.* 42. Ludou. Correa *d. p.* 2. *n.* 2. *cum seqq.* Diana *d. p. 6. tract* 1. *resol.* 6. *versʃ. & tandem.*

Quid dicendum de domibus, seu villis, quas Monachi habent recreationis causa, vel ad recipiendos hospitio illac transeuntes, an habeant immunitatem? Negatiuè respondet Gambacurt. *d. c. 4. num. 7. in fine*, quod refert & sequitur Trullench. *d. lib. 1. cap.* 11. *dub.* 1. *num.* 6. ex eo, quia immunitas non conceditur domibus Regularium, sed omnibus regularibus, in quibus sub clausura & regula habitant: quicquid aliter resoluant Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 2. q.* 75. *art.* 2. Villalob. *in sum. p. 2. tract.* 39. *diffic.* 5. *n.* 6. Diana. *disp. 6. tract.* 1. *resol. 6. versʃ. & tantum, in fine.* 76

77 Et demum generalia verba Gregorianæ Constitutionis dicẽtis loca religiosa immunitatem habere, comprehendunt omnia loca quæ Religioni aut pietati sunt destinata, licèt proprio nomine non exprimantur, cuiusmodi sunt orphanorum domus, & virginum reparatarum ac mulierum ad meliorem frugem se recipientium, & ideo hæc omnia & similia loca immunitatem habere, si tamen sint auctoritate Episcopi fundata, resoluit Gambacurt. *d. lib. 4. cap.* 4. *n.* 15. vbi *à num.* 10. *vsque ad* 12. ait verba alia eiusdem Constitutionis dicentis loca sacra secularia immunitatem habere, comprehendere omnia loca habitata per clericos seculares simul instar Religiosorum viuentium, de quibus enumerat monasteria plura Romæ existentia; refert me citato *in hoc loco* Lezana *d. tom. 3. verb. immunitas Eccles. num.* 3. *prope fin.*

78 Septimò est notandum quòd si Ecclesia confugientes ad se tueatur, vt vidimus, ne tamen fauere criminibus, & iniquos defendere videatur, non solùm pœna quacunque, pecuniaria scilicet, vel alia satisfactione præter corporalem eos plectendos censuit, & Clericos mitius canonicè eos defendentes corripuit, vt *in d. c. constituimus, & in c. reum, in fin.* 17. *q.* 4. *& in d. c. inter alia*, vbi gl. & Doctores, *& in c. de raptoribus.* 36. *q.* 1. cum aliis adductis per Ludou. Correa *in repet. ad eundem text. in d. c. inter alia p.* 3. *n.* 41. verùm etiam quorundã enormium criminum patratores à se omnino reiiciendos, ac quantumuis confugientes nullatenus defendendos esse decreuit. Hi autem sunt latrones publici, id est, piratæ, & qui transeuntes in viis publicis deprædantur, & quicunque publica latrocinia, & rapinas exercent, *d. c. inter alia*, vbi gloss. *verb. nisi publicus latro*, Clar. §. *fin q.* 30. *n.* 8. *&* 9. Cou. *pract. c.* 20. *num.* 13. Villag. *dicto cap. fin. n.* 41. Gam. *Lusit. decisʃ.* 17. Dician. *d. lib* 6. *cap.* 28. *num.* 2. *&* 3. Gutier. *pract. lib. 3. q.* 4. Anastas.

Germ.

Germon. *de sacror. immunit. lib. 5. cap. 16. n. 56.* Perez *l. 2. in fine, tit. 18. lib 8. ord.* Card. Tusch. *d. verb. Ecclesia, concl.* 1. *n.* 1. Cardos. *in praxi iudicũ, verb. Ecclesia, n.* 87. Mott. *de iurisd. part. 2. c. 5. n. 21. cum seqq.* Fagnndez *in quinque Ecclesiæ præcepta, prac. 2. lib. 4. cap. 4. num. 45.* Camill. Borrel. *d. tit. 3. num. 69. cum seqq.* Trullench. *d. lib. 1. cap. 1. dub. 3. num. 4.* Lezana *d. verb. immunitas Ecclesiarum num.* 8. Farinac. *d. q. 29. num. 50. & d. tract. num.* 147. vbi *num. 150. cum. seqq.* ampliat, vt locum habeat in eo, qui publice, & palam furatur, vel in eo, qui in via publica, & frequentata homines aggreditur, vel latrocinia committit cum armis, & violenter.

79 Quis autem propriè dicatur publicus latro, ostendunt Decian. *d. cap. 28. num.* 2. Villagut. *d. cap. fin. num. 45. vers. quapropter,* Mari. Ital. *d. lib. 1. cap. 5. §. 1.* Sylvestr. *in sum. verb. immunitas 3. n. 2. in princ.* Couar. *d. lib. 2. cap. 20. num. 13. vers.* 19. me citato *in hoc loco* Lezana *d. verb. immunitas Ecclesiarum, num.* 8. Ludou. Cortea *in repet. d. c. inter alia, part. 3. num.* 27. vbi ita ait. *Publicus latro aliquando dicitur propter iuris, aliquando propter facti notorietatem: priori modo dicitur, quando semel in iudicio furtum confessus fuit, vel iudicis sententia fuit condemnatus, iuxta text. in cap. vestra, & in c. vlt. de cohab. cleric. si enim si postea in furto deprehendatur publicus latro appellatur; posteriori modo dicitur publicus latro ille, qui publicè latrocinium commisit, vt sunt piratæ, & ij qui publicas stratas grassantur, de*

80 quibus infrà. Vnde sequitur illum, qui antea confessus, vel condemnatus fuit, si postea cum furto deprehendatur, & ad Ecclesiam confugiat, illius immunitate non gaudere, siquidem iste talis, iuxta modò dicta, publicus latro censetur, secundùm Gambacurt. *de immunit. lib. 5. cap. 35. n. 3. & 4.* me citato *in hoc loco* Trullench. *d. dub. 3.*

81 *num. 4.* Castro Palao *d. tom. 2. tract. 31. disp. vnic. puncto 9. num.* 2. Hinc etiam colligitur fures, qui publici non sunt, ad Ecclesiam confugientes illius gaudere immunitate, vt per Clar. *in pract. lib. 5. q. 30. num.* 54. Ludouic. Correa *in repet. d. cap. inter alia, part. 3. n.* 28. Gutier. *pract. lib. 1. q. 1. num.* 21. Ciarlin *controu. forens. c. 18. num. 33. cum seqq.* Lezana. *d. verb. immunitas Ecclesiarum num. 8. post. med.* quia *d. cap. inter alia,* constituit specialitatem in publico latrone, quasi contrarium sentiens in simplici fure. Verùm si consuetudo seruaret contrarium, id vtique esset obseruandum; vt in specie notant Couar. *d. cap. 20. n.* 13. Gamba-

82 curt. *de immunit. lib. 3. cap. 14. n.* 10. Nam circa immunitatem ecclesiasticam magnam habet vim consuetudo, quapropter multis in casibus ad illam Iudices recurrunt, vt per Germon. *de sacror. immunit. lib. 3. cap. 16. num.* 25. Gambacurt. *d. lib. 3. cap. 19. num.* 1. Ludou. Correa. *in repet. d. cap. inter alia. part. 1. num.* 18. me citato *in hoc loco* Trullench. *d. c. 1. dub. 3. n. 4. propè fin.*

83 Item viarum grassatores ad Ecclesiam confugientes illius immunitate non gaudent *d. c. inter alia,* vbi Innoc. *col.* 2. Host. *post n. 3. verb. impunitatem.* Ioan. Andr. *n.* 6. Butr. *n.* 8. & Zabarel. *n. 4. ante fin. vers. octauo quæro,* Nou. *d. c. 25. n. 20. vers. non item gaudet viarũ grassator.* Decian. *d. c. 28. n. 2. vers. aduertendũ tamen.* Anast. Germ. *d. c. 16. n.* 56. Farin. *d. q. 28. n. 50. & d. tract. n.* 162. Bonac. *de censur. extra Bull. disp. 2. q. 3. punct. 16. §. 6. n.* 3. Castro Palao *d. punct. 9. n.* 6. Trullench. *d. dub. 3. n. 4. in med.* Nou. *d. tit. de imm. Eccles. n.* 44. me citato *in hoc loco* Lezana. *d. verb. Immunitas Eccl. n.* 9. Carol. Matant. *t.* 2. *resp.* 14. Grassator autem dicitur ille, qui vias obsidet, vt viatores deprædetur, seu spoliet, & renitentes occidat. Decian. *d. c. 8. n.* 2. Alex. Ambrosin. *d. tract. de imm. c.* 2. Mar. Ital. *d. lib. 1. c. 5. §. 1. Nou. n.* 44. Per vnicam tamen grassationem non priuatur ecclesiastica immunitate, nec hic est comprehensus in Bulla Gregorij XIV. vt per Decian. *tract. crimin. lib. 6. c. 28. n.* 1. Ambrosi. *de immun. c. 2. n. 4. & c. 3. n. 5.* Farin. *de imm. c. 12. n.* 164. me citato *in hoc loco* Trullench. *d. dub. 3. n. 4. in med.* Giurb. *cons. 50. n. 27. & cons. 90. n.* 12. Ioan. Anton. Nouar. *d. tit. de immun. Ecclesiarum, n.* 45. vbi *n.* 46. censet non esse exclusos ab immunitate grassatores, qui sæpiùs tentarunt delicta, sed illa non perfecerunt, & *n.* 47. subdit Bullam non loqui de furantibus in viis priuatis, cùm loquatur de grassatoribus vias publicas obsidentibus, &, *n.* 48. quærit an ad effectum vt quis dicatur viarum grassator requiratur, vt de duobus delictis disturbationis fuerit punitus, vel sufficiat de illis esse inquisitum, me citato *in hoc loco* Diana *d. p. 6. tract. 1. resol.* 15. 84

Præterea nocturni depopulatores agrorum, *d. c. inter alia,* Boër. *decis. 109. num. 3. ver. secundo fallit,* Mantu. *cons. 60. n.* 7. Nau. *d. c. 25. n. 20. vers. non item gaudet.* Anastas. Germ. *d. c. 16 n* 56. Villag. *d. c. fin. n.* 45. Card. Tusch. *d. verb. Ecclesia, concl. 1. n.* 1. Ambrosin. *d. tract. de immun. c. 4. n.* 5. Farin. *d. q.* 28. *n. 50. & d. tract. n.* 158. Ludou. Correa *in repet. d. c. inter alia. part. 3. n.* 16. Fagund. *d. præc. 2. lib. 4. c. 4. n.* 45. Bonac. *d. § 6. n.* 5. me citato *in hoc loco* Trullench. *d. lib. 1. c. 1. d. 5. n.* 5. me citato *in hoc loco* Lezana *d. verb. immunitas Ecclesiarum, n.* 10. 85

Nocturnus autem agrorum depopulator dicitur, qui segetes in agris deprædatur, comburit, & destruit, vel ad agros alienos diripiendos destructor nocturnus accedit, ita in *d. c. inter alia.* Host. *n.* 5. Innoc. *col.* 2. *in verb. nocturnus,* Ioan. Andr. *n.* 6. Butr. *n.* 7. Panormit. *n.* 6. Zabarel. *num.* 3. Anton. Gom. *tom. 3. var. c. 10. n.* 2. Greg. Lop. *l. 4. verb. ladrones manifestos, & verb. las mieses, tit. 11. part.* 1. Gabr. Pereira, *de manu regia part. 2. c. 50. num.* 8. vbi limitat in comburente messes absque animo delicto, licèt culpa sua, Decian. *d. c. 28. n.* 3. *vers. depopulatores autem,* Villag. *l. c. fin. num.* 45. *vers. num secundum,* Card. Tusch. *d. conclus. 1. sub num.* 1. Alex. Ambrosin. *d. cap. 4. num.* 4. Ludou. Correa *d. par. 3. n. 17. in fine,* Farin. *d. tract. n.* 159. vbi *n.* 160. dicit in eo differre nocturnum agrorum depopulatore à publico latrone, quia depopulator clandestinè furatur, & clandestinè moratur in loco, in quo furatur; latro verò publicus, palàm, & publicè furatur, & *num.* 161. resoluit quòd licèt attento Iure communi resolutio supraposita non procedat in diurno agrorum depopulatore, cùm expressè loquatur text. *in d. c. inter alia,* de nocturno, vigore tamen Constitutionis Gregorij XIV. in qua illud verbum, *nocturnus,* ademptum est, procedet etiam in diurno agrorum depopulatore, refert Trullench. *d. dub. 3. n. 6. in fine.* 86 87

Qui autem proditoriè aut per insidias homicidium commiserit, ecclesiastica immunitate non gaudet, *c. 1. de homic.* Rebuff. *tom. 2. ad leges Galliæ, tit. de imm. eccl. a. 1. q.* 5. Lezan. *de verb. immunitas eccles. n.* 12. Carol Matan. *tom. 2. resp.* 46. Suar. de Paz *d. §. 3. n.* 313. Azeu. *l. 3. n. 6. tit. 2. lib. 1. noua recopil.* Galg. *d. lib. 3. tit. 69. n.* 30 Anast. Germ. *dict. c. 16. à n.* 58. Gut. *pract. lib. 1. q. 2. & lib. 3. q. 7. n.* 52. Far. *d. q.* 28. *n. 24. & cons. 76. n. 7. cũ seqq.* Trull. *d. lib. 1. c. 1. dub. 3. à n.* 16. Tasson. *in tr. obser. iurisd. pag.* 437. *à num.* 88

Augus. Barbos. de Iur. Ecclesi. Pars II. C 2

*à num.*4.Nouat.*d.tit de immunit. Eccles.à num.* 73. Gabr.Pereira *d.c.* 50. *num.*9. Carlin. *controu. c.* 12 *num.*4.vbi plures refert. & *cap.*16. *num.*28. Villagut.*d. cap. fin. num.*53. & 54.Marta *de iurisdict. p.* 2.*c.* 52.*n.* 4. Petr. Gaball. *de omni genere homicidij num.*388.*cum seqq.* Snat.*d.lib.*3.*cap.* 11. *n.* 10. 11. & 12 Camil. Borrell.*d.tract.* 3.*n.*76. Curi. Philip. *p.*3.*n.*12.§.30.Card. Tusch. *d. verb. Ecclesia,concl.* 31. *n.* 3. Fr. Raphaël de la Torre *in* 2. 2. *S.Thoma, tom.*2.*q.*99.*art.*3.*disp.*7.*gradu* 8.*except.*3.*vers.numquid*,Melch. Phœb.*decis.*81.*num.*5. Gambacurta *de immun.Eccles.lib.*5.*cap.* 4. Ludou. Correa *in repet. d. cap. inter alia*, *part.* 3. *num.* 17. vbi etiam Boët. Epo *n.*330 *pag.mihi* 101. Bonacin. *de censur.extra Bull.disp.*1.*q.*3.*punct.* 16.§.8.& expresse approbatur & recipitur *in d. Constit. Gregorij XIV.* ibi, *qui proditoriè proximum suum occiderit.*Proditoriè enim quemquam occidere, aut per insidias, pro eodem apud nostros in hac vsurpatur tractatione, Gutier.*lib.*1.*pract.q.*1.*n.*9.Menoch.*de arbit. casu.*361. *num.*25.&. 26. Suar.de Pace *d.*§.3.*n.* 113.*cum seq.* Bobadil.*d.c.* 14.*num.* 35. Peguer. *decis.* 54. *num.* 8. *ad med.* etiamsi proditoriè occidat infidelem.Farin. *vbi suprà num.* 120,Trullench.*d.dub.*3.*n.* 17.Pereg. *de immunit.c.*7.*n.*13.Castro Palao *tom.* 2 *disp.vnic. de immun.punct.*9.*n.*31. Contra Diana.*p.*4.*tract.*1. *resol.*103.

90 Vulnerans tantùm proditoriè, aut ex insidiis, dum occidendi animo adoriatur, & percutiat, an ecclesiastica perfruatur immunitate, poterit ab aliquibus in dubium reuocari. Quidam tenent hunc minimè gaudere immunitate, quia occidere is dicitur, qui occidendi animo vulnera incutit,*l.* 1.§.*diuus,ff.ad leg.Cornel. de sicar.*tum quia id probat apertè locus *Exod. c.*21. Vnde proditoriè vulnerantem, si mors sequuta non fuerit, minimè gaudere immunitate Ecclesiarum tenent Ioan.Domin.Tasson. *in pragm. de antifato vers.*13. *obseru.*3.*num.*33.Lud.Correa *de immun.Eccles.p.*3. *q.*6.*num.* 19.Spetell. *decis.*22.*num.*2.Alij existimarunt non ab Ecclesia hunc euellendum, quia non occidit, atque ideò cùm de occidente Gregorius IX. verba fecerit *in d. cap.* 1. *de homicid.* ad vulnerantem in pœnis protendi non debet; iuxta vulgares regulas, Carlin. *d.cap.* 14.*n.*19. Sperell. *decis.*22.*n.* 4.me citato *in hoc loco* Diana. *d.p.*6. *tr.* 1.*resol.* 12. Verùm cum quisquam insidiosè aggreditur,non occidit,aut vulnerat;si animo tamen,vel occidendi, aut vulnerandi aggrediebatur, non gaudere immunitate, tenet nouissimè D. meus Mari. Cutel.*d. p.* 1. *q.* 4. post Gambacurta *de imm. lib.* 5.*cap.* 30. *num.* 6. Sed contrarium post dictam Gregorianam constitutionem meliùs tuentur Peregr. *de immun.c.*7.*num.* 13. Bonacin. *de legib.disp.* 3.*q.*7.§.5. *num.*16.Anton.Nouar.*in sum. Bullar.tit. de immun.Eccles.n.*75.Diana *mor. resol. p.*4. *tract.*1. *resol.*83.& *p.*3.*tract.*1.*resol.*4.& *p.* 6. *tract.* 1.*resol.* 12. vbi me citato Farin.*d.tract.n.*145. vbi *n.* 146. subdit hanc opinionem hodie secundùm Bullam Gregorij omni difficultate carere, se retractans à contraria sententia, quam docuerat *dict. quest.* 28. *num.*43.

91 Occidens inimicum à tergo, vel quocunque alio modo nihil tale præcauentem, proditorium homicidium committit, ac proinde Ecclesiasticà immunitate non gaudet. Ita Villag. *d. c.fin. n.* 53. Gutier.*pract.lib.*1.*q.*2.*n.*3.Snat.*d.c.*11.*n.* 12. Anast. Germ.*d.lib.*3.*c.*16.*n.*64 Bobadil. *d. c.*14. *n.* 35. & 37. *ad med.* Ambros.*d.lib.*5.*c.*28.*n.*3.Steph.Grat.*discept. forens.c.*380.*n.*40.Petr. Gaball. *d. tract.de omni genere homicidij,à n.*398.Grilenzon.*cons.*45.*n.*3.& 4. & *cons.*149.Marc. Anton.Genuens. *in pract. curiæ Archiep. Neapol.c.*76.*n.*2. Verùm non sine fundamento hunc immunitate gaudere, quoniam occisus debuit præcauere sciens occidentem inimicum, existimauit Bart.*in l. respiciendum*, §.*delinquunt. ff. de pœnis*, quem sequuti sunt Bald. Anchar. Gerar. & alij quos recenset Suar.de Pace *d.*§.3.*n.*117.Burg. de Pace *cons.*22.*n.* 17.Cialin. *d.c.* 10.*n.*109.& 112. *num.*3. Diana *dict.tract.*1.*de immun.resol.* 33.Ricc. *collect.* 172. Nouar. *vbi suprà n.* 74. vbi resoluit immunitate gaudere occidentem inimicum ex præmeditata animi deliberatione, & *num.* 79. immunitate non gaudere ait illum, qui nullo rancore præcedente eum occisu, sed potiùs sub simulatione amicitiæ ipsum occidit, & post Gnrb.*consil.*10. *num.* 13. ait non dici proditorem,qui occidit inimicum suum à tergo, vel ex fenestra cum archibusio, & tandem quod hunc effectum firmat, proditorium dici homicidium,quando nulla interueniente rixa secute ita quis occidatur, vt non poterat is præcauere, aut se defendere, de quo etiam Diana *d.p.*6. *tract.* 1. *resol.* 12.*vers.sed ego.*& sic quòd dicitur tantùm proditoriè quis occidere aliquem quoad hunc effectum, quando inter illum, & occisum nullus precedebat rancor, sed potiùs simulabatur amicitia, vtpura, quia insimul comedebant, vel simul erant in itinere, tradunt Ambrosin. *d.cap.*6.*n.*1.Spetel.*decis.*23 *àn.* 6. Peregr.*de immun.cap.*7.*n.*2.Marc.Anton.Genuens. *d.cap.*76.*num.*2.Vincent.de Franch *decis.*713. vbi subdit in regno Neapolitano non intelligi homicidium proditorium, nisi fiat sub colore amicitiæ, idque colligi videtur ex declaratione S. Congregationis Cardinalium negotiis Episcoporum, & Regularium præpositæ, tenons sequentis,videlicet.*Cùm Ioannes Baptista Helsa Trapanus, vt sacra Congregationi expositum extitit, proditoriè, ac sub pace quadam Ioannem Bernardinum interfecisset, posteàque ad quandam Ecclesiam cōfugisset,sacra eadem Congregatio in vna Mileuitana* 2.*Augusti* 1619.*respondit, quòd si homicidium proditoriè commissum est, non gaudet immunitate.*Hinc occidens inimicum, cui fideiussionem dederat de non offendendo, non gaudet immunitate, qua proditoriè dicitur in tali casu occidisse, Peregr. *in tract.de immun.Eccles.c.*7.*num.* 10.quicquid velint Anton. de Matinis *resolut.quotid.cap.*174.*num.*3. Diana *p.*4.*tract.*1.*resol.*34. Nec gaudent immunitate qui amicum reconciliatum occidit, vt multis probat Giurba *cons.*60.contra Ricc.*p.* 1. *decis.*158. quem in reconciliato de recenti, sequitur Ioann. Anton.Nouar.*d.loco num.*78.Cutel.*d. lib.* 1. *q.* 33. 92

Vnde illud egregiè sequitur eum, qui à tergo, & proditoriè vulnerat occiditve rixantem cum filio, vel consanguineo, ad Ecclesiam fugientem immunitate gaudere, quoniam non id ex proposito, consulrove contingit, se casu defendendi, vel coadiuuandi consanguineum gratiâ, naturæque impulsu,vt multis ostendit Gutier. *d.lib.*1.*q.*2. *per tot.* 93

Veneno occidens immunitate non gaudet, proditorius enim homicida est, & tutò, incautéque intentat ansu insidioso. Ita Tiber. Decian.*d.cap.*28.*num.* 19. Anastas. Germon. *d. c.* 16. *n.*63. Fr. Emman.*quest. regular. tom.* 2.*q.*33.*art* 4. Bobadil. *in sua politica lib.* 2. *c.* 14. *n.* 74. & 75. Curi. Philip.*d.*§. 12.*n.*35.Suar.*d.c.*11.*n.* 12.*in fine*, Megal.*in* 3 *part.lib.*4.*c.*1.*q.*1. *num.*18. Mari.Italia. *d.lib.* 94

d.lib.1.cap.5.§.4.num.3. verf.& quemadmodum, & *in.* 36 Petr. Caball *d. tract. de omni genere homicidij, num.* 583. Iacob. de Graff. *tom.1.lib.3.conf.vnic. num.* 16. Farinac. *d. quæst.* 28. *num.* 24. *in fine*, Homobon. de Bonis *de examine ecclesiastico tom.* 2. *tract.*11.*cap.*5.*q.*5. *resol.*4. Castel. *decis.* 154. *n.* 5. Ioan. de la Cruz *in direct. conscient. part.*1.*prac.* 8. *q.* 3. *art.*2. *dub.*1. *concl.*1. Diana *d. tract.* 1. *de imm. Eccles. resol.* 36. Lud. Correa *in repet. d. cap. inter alia, par.* 3. *sub n.*19. *verf. ampliatur* 3. Gabr. Pereira *d. p.*1. *cap.*64. *num.*9. me citato *in hoc loco* Trulleoch. *d. lib.*1. *cap.*11. *dub.*3. *num.*19. Ioan. Anton. Nouar. *d. tit. de immun. Eccles. num.*42. vbi *num.*76. intelligit nulla existente inimicitia, & sic sub colore amicitiæ, quia tunc dicitur proditor, ex Ricc. *p.* 3. *decis.*262. Diana *d. p.*6. *tract.*1. *resol.*12. latè D. Spetell. *decis.*23. *per tot.* D. Mari. Cutel. *d. lib.*1. *q.* 36.

95 Patet filium, aut filius patrem occidens, immunitate non gaudet, quâ enim fieri potest, vt tantam, tamque diram & execrandam præcauere patet filij audaciam possit, vt per Parif. *conf.* 96. *lib.* 1. Suar. de Pace *d. §.* 3. *n.* 123. Villalob. *in sum. p.*2. *tract.*37. *diffic.*7. *num.* 14. Sanch. *in consil. moral. p.* 2. *lib.* 6. *cap.*1. *dub.*8. *n.*16. me citato *in hoc loco* Trullench. *d. lib.* 1. *c.* 11. *dub.*3. *n.*20. quorum tamen resolutio non procedit in quouis parricidio in patrem admisso, sed in insidioso, vel incauto, alioqui si simul patet, & filius digladiaretur, & vnus alterum in rixa occideret, non ex qualitate sola parricidij filius immunitatem amitteret, nullibi enim id Iure cautum, vel ab aliquo dictum reperitur.

96 Socium occidens, & in itinere, vel alibi interimens, immunitatem amittit, quomodo enim potuit socius id præcauere ab eo, cuius personam itineris sociam elegerat, tutamque credebat, Bart. *in d. l. respiciendum, §.* 1. *ff. d. pæn.* Remig. *de immunit. fallent.* 14. Suar. de Pace *d. §.* 3. *n.* 125. Sed horum traditio, sicut superiorcasus, interpretanda venit, vt procedat, cùm socius insidiosè, & incaute socium interimit, id enim insidiosi hominis est, & sceleftissimi, non autem si socius forsitan cum socio rixans eum occideret, quia ex sola societatis qualitate immunitas non amittitur.

97 Assassinus, qui pecunia quemquam occidi iusserit, is certè non gaudet immunitate, quod crimen vsque in cœlum detestabile sit, & grauissimum, *cap.* 1. *de homicid. in* 6. insidiosè enim agit, vt alter occidatur, is igitur mandans, & mandatarius minimè Ecclesiæ indultis, & libertate perfrui poterunt; sic multorum auctoritate scripsit Remig. *de immun. falleus.* 16. *n.* 8. *&* 9. Cou. *d. cap.*20. *n.* 10. *ad fin.* Plac. *in epit. delict. cap.*19. *num.*24. Suar. de Pace *d. §.* 3. *num.* 140. Gutier. *pract. quæst. lib.*3. *q.*7. *num.*50. Bonacin. *de comscer. extra Bullam disp.*2. *q.*3. *punct.*16. *§.*9 Bubadil. *d. cap.*14. *num.* 76. Ludou. Correa *d. p.* 3. *num.* 38. Castro Palao *tom.* 2. *tract.* 11. *disp. vnica punct.* 9. *num.*22. Trullench. *d. dub* 3. *num.*21. Ioan. Anton. Nouar. *d. tit. de immun. à num.* 59. Ciarlin. *d. c.* 10. *num.*144. Diana *d p.*6. *tract.*1. *resol.*1. D. Mari. Cutel. *d. lib.*1 *q.*19. Farinac. *d q.* 28 *num.* 6. vbi extendit, etsi sequutus non fuerit effectus, & etiam in acceptatoribus, & cooperatoribus, ea ratione, quia in grauioribus, & atrocissimis, quorum ausu Clerici exauctorantur, & Curiæ traduntur sæculari, immunitas minimè delinquentibus conceditur Ecclesiarum. Et propterea socij & complices huius criminis assassinij, qui habue-

rint scientiam qualitatis assassinij, non gaudent immunitate. Caball. *in tract. de omni genere homicidij num.*412. Peteg. *de immun. Eccles. cap.* 7. *n.* 37. Ioan. Anton. Nouar. *d. tit. de immun. n.* 61. Verum contrarium sustinent Massulo *ad Capic. decis.* 112. Marc. Ital. *lib.* 5. *c.* 34. *n.* 14. Donat. Anton. de Marinis *in resol. quotid. c.* 171. *n.* 5 quos refert, & sequitur Dian. *p.*4. *tract.* 1. *res.* 38. Sed in mediatoribus, seu proxenetis fauore Ecclesiæ contra alios admittunt Gambacurt. *lib.* 5. *c.* 34. *n.* 4. Ioan. Anton. Nouar. *vbi supra n.* 72. Accipiens verò pecuniam pro aliquos frigiando, seu verberando, non animo occidendi gaudet immunitate ecclesiastica, quia assassinus tantùm dicitur, qui pecuniam accepit ad occidendum, Gabr. *commun. tit. de crim. concl.* 1. *n.* 30. Steph. Grat. *discept. foren. c.* 598. *num.* 9. Farin. *conf.* 99. *num.* 52. Nouar. *d. loco, n.* 76. Giurba *conf.* 100. *n.* 13. & nota quòd in hoc casu assassinij requiritur promissio certa, & specifica certæ quantitatis, Farin. *in praxi q.* 123. *num.* 145. Ambrosin. *cap.*7. *num.* 9. Gratian. *discep. forens. c.* 598. *num.*13. Sed an infidelis assassinus gaudeat immunitate? vide Dianam *p.*4. *tract.* 1. *resol.* 105. *in fine, & p.* 6 *tract.*1. *resol.* 11. *verf. sed quoad.* Assassinij criminis declaratio ad iudicem ecclesiasticum spectat, ex Bulla Clementis VIII. Mastrill. *decis.* 288. *p.*3. Ioan. Anton. Nouar. *in sum. Bullarum tit. de assassinio. num.*1.

Occidens, vel grauiter vulnerans aliquem 98 actu, ie ipsa confitentem Sacerdoti, Ecclesiæ immunitate non gaudet, qui enim in sacramento Confessionis vilipendium tantum admittunt facious, Ecclesiam, Deum maximum, Sacramentorum, & bonorum omnium auctorem, & largitorem, & Sacerdotem etiam contemnunt, & lædunt, iniuriam Sacramentis inferunt, & veluti impudici hæretici existimandi, qui digni non sint, vt ab Ecclesiam recipiantur, arg. *cap. fin. de immunit. Eccles.* Quòd si insidiosa homicidia patrantes, & proditoria, & qui in Ecclesia occidunt, vel extra Ecclesiam spe ad eam confugiendi immunitate priuantur, maiori hercle ratione qui in dedecus tanti Sacramenti interimunt, & de sumentibus reliqua Sacramenta id ipsum censeo: referunt, & sequuntur me citato *in hoc loco* Diana *d. p.*6. *tract.*1. *resol.*26. *q.* 12. Trullench. *d. c.* 11. *dub.* 3. *num.*21.

Quæstio est dubia, an immunitas ecclesia- 99 stica amittatur homicidio consultò, & scienter admisso? In qua vna sententia tenet illam nusquam perdi, nisi simul insidiæ adsint, & sic proditoriè sit facta occisio, cuius sectatores textum *in c.*1. *de homicid.* ibi, *Si quis per industriâ occiderit, & per insidias*, interpretantur, id est, per industriam insidiosam. Ita Bossi. *in pract. crimin. tit. de captura, art.* 21. & secundùm hanc partem aliquando iudicatum in Regnis Castellæ testatur Suar. de Pace *in pract. part.* 5. *tom.*1. *c.* 3. *n.* 311. & eam de iure veriorem scribit Couarr. *var. lib.*2. *cap.* 20. *n.*7. *in fine.* Suar. *d. tom.*1. *de Relig. lib.*3. *c.* 11. *n.* 13. Castro Palao *d. tom.*2. *tract.* 11. *disp. vnica punct.* 9. *n.*19. Diana. *d. p.*6. *tract.*1. *resol.* 13. Altera ex diametro contraria sustinet homicidem omnem, etsi insidiosum, immunitate gaudere, quia *d. c. inter alia*, generaliter & per modum regulæ statuit quemuis, etsi enormia patrantem, immunitate perfrui, cùm ad Ecclesiam confugerit, tum quia quando ille tex. duos casos excepit, de populatorem scilicet agrorum, & insidiosum viarum latronem; in aliis tam firma regula permanet, vt

nihil amplius quærendum videatur, iuxta l. nam quod, §. fin. ff. de supell. leg. cum vulgarib. Ita post Paoorm. Albertin. de haret. q. 11. n. 69. Ioao. de Visch. in tractat. de immun. Eccles. fallent. 5 Gutiet. pract lib. 3. q. 3. num. 1. & 5. Tiber. Decian. resp. 80. àn. 18. lib. 3. Tertia demum, & receptior opinio meritò sustinet eum, qui consultò occidit, etsi nullis interiectis insidiis, immunitate minimè gaudere, cùm sufficiat si id sponte admittat; ita namque locus Exodi cap. 21. expressè statuit, & cap. 1. de homicid. si rectè expendatur; & tuentur ibi gloss. Abb. antiq. Anchar. Butr. & Anan. Remig. d. tract. de immunit. fallent. 12. num. 12. cum seqq. Clar. §. homicidium, num. 12. Plac. in epit. delict. cap. 12. num. 3. vers. rursus, Boët. decis. 109. Menoch. de success. creat. lib. 3. §. 22. num. 53. Anton. Gom. tom. 3. var. cap. 9. num. 2. Nau. in man. cap. 23. num. 21. Ioseph. Ludou. Lucensi decis. 16. num. 33. Azeued. l. 3. num. 9. tit. 2. lib. 1. noua recap. Humad. in schol. ad Greg. Lap. l. 4. tit. 11. part. 1. Suar. de Pacc d. §. 3. num. 132. Anastas. Germon. d. lib. 3. cap. 16. num. 59. Bobadil. d. lib. 2. cap. 14. num. 33. Peguet. decis. 14. n. 1n. Farin. d. q. 28. n. 25. limit. 2. Tiber. Decian. sibi contrarius. lib. 6. cap. 28. num. 12. & lib. 7. cap. 30. num. 6. Fachin. contran. Iuris lib. 9. cap. 93.

100 Consultò, sedatovè animo, non dicitur quis occidere quoties interimit paulo post rixam; iustumve dolorem, aut iniuriam sibi illatam, durat adhuc impulsio, & iracundiæ calor, quo homicidium committitur, arg. l. lecta, vers. dicebam ff. de reb. credit. resoluit Menoch. de arbitr. casu 361. à num. 18. num. 20. & 21. ex multis, licèt minus laxè, tradit homicidium fieri incontinenti; vel paulo pòst cùm triginta dierum non transeunt interualla.

101 Qui sese simul ad rixam prouocauerint, & duellum indixerint, immunitate minimè gaudent, quis enim dixerit excommunicatos & ab Ecclesia deiectos, quibus sacro sepulturæ loco interdicitur, iuxta Trid. Concil. sess. 25. de reform. cap. 19. eos Ecclesiæ posse perfrui immunitate, quos nolit mortuos intra Ecclesiam, vel cœmeterium sepeliri, quòd si mortuos Ecclesia à sacro loco depellit, & exhumari iubet, quis viuos illius subterfugio gaudere affirmet. Idem dicendum puto, cùm duo simul decertantes, se certo in loco ad duellum prouocarent, & alterum vnus occideret, nam animus occidendi præmeditatus adest, qui, si veriorem sequimur sententiam, & receptam, solus sufficit vt quis Ecclesiæ immunitatem amittat, quamuis Bobadil. d. cap. 14. n. 39. & 40. aliud iudicatum fuisse scripserit. Id ipsum existimo, cùm se duo simul quærunt interficere, & quod vterque vno, & eodem, quo Ecclesiæ amittitur immunitas, malo præmeditati laborant animo, quicquid nos improbet Diana d. p. 4. tract. 1. resol. 46. & p. 6. tract. 1. resol. 16. q. 13.

102 In Ecclesia occidens, vel grauiter vulnerans, eius immunitate minimè gaudet, qui enim in illa deliquit, aspernari eam videtur, & contemnere, cap. de vero 12. q. 2. c. an sit, de appellat. cap. quia frustrà, de vsur. Ita expressè probat cap. fin. & ibi Panor & Doctor. de immunit. Eccles. & habetur in dicta constit. Gregorij XIV. Couarruu. lib. 2. var. cap. 20. num. 15. Anton. Gom. tom. 3. var. c. 10. num. 2. Boët. decis. 109. num. 3. vers. fallit quartè. Clar. §. fin. q. 30. n. 15. & q. 59. n. 12. Vulpel. de libert. Eccles. part. 1. n. 17. Perez l. 6. tit. 2. lib. 1. ordin. pag. 43. Menoch. de præs. lib. 5. præs. 10. Anastas. Germon. d. lib. 3. c. 16. n. 79 Azeued. l. 3. num. 23 cum seqq. tit. 2. lib. 1. noua recep. Gutier. pract. lib. 3. q. 1. Curi. Philip. part. 3. §. 12. num. 2. Suar. d. lib. 3. cap. 31. num. 6. cum seqq. Aloys. Ricc. in collect. decis. part. 3. collect. 313. Bonacin. de censur. extra Bul. disp. 2. q. 3. punct. 16. §. 7. Card. Tusch. dict. verb. Ecclesia, concl. 11. num. 10. & 21. cum seq. Alex. Ambrosin. de immun. cap. 5. num. 1. & 2. Franc. Molin. de sacra homicidio amittenda immunit. vers. tandem quæsita, num. 39. Farin. d. q. 28. num. 52. cum seqq. & d. tract. num. 203. Bobadil. in sua politica lib. 2. c. 14. num. 24. Lezana d. vers. immunitatis num. 11. Carol. Marant. num. 2. resp. 36. Ioseph. Sesse Aragonia decis. 141. per tot. Fr. Raph. de la Torre in 2. 2. q. 99. art. 3. disp. 7. gradu. 8. vers. numquid, Ludou. Rodolphin. var. quæst. c. 36. num. 5. Erasm. à Cocbici. de iurisd. Ordinar. in exemptas, part. 4. q. 65. num. 5. vers. neque, Mandez à Castro in praxi Lusita. lib. 5. c. 1. num. 34. & 35. Camill. Bortel. in sum omn. decis. tit. 3. num. 82. Ludou. Correa. in repet. d. c. inter alia, part. 3. n. 30. Fagundez d. lib. 4. cap. 4. num. 45. vers. 3. me citato in hoc loca Trullench. d. cap. 11. dub. 3. num. 6. Mar. Curel. d. lib. 1. q. 11. vbi extendit etiamsi accidentaliter, & calore iracundiæ.

Intelligunt aliqui, quando ex proposito, & sub spe impunitatis quis in Ecclesia deliquit, secus si non deliberatè, & ex proposito: vtpura casu, vel in rixa, hoc est, circa vllam immunitatis consequendæ spem, occidit fortuitò & præter intentionem; non enim Ecclesiam aspernari videtur, vel iniuria afficere, qui immunitatis illius consequandæ nullo proposito in ea delinquit. Ita Host. in d. c. vlt. num. 2. in verb. quamsi, Ioan. Andr. n. 1. & 2. Zabarel. col. 1. & 2. Abb. n. 1. & 8. Anan. num. 1. 7. & 8. Ioan. de Visch. de immunit. num. 30. Remig. de Gonni in 3. fallent. à num. 2. Menoch. de præsump. lib. 3. præs. 10. num. 10. & 11. Tabien. verb. immunitas sub num. 9. Anton. Nouat. d. tit. de imm. Eccles. n. 58. Diana p. 4. tract. 1. resol. 107. Sesse decis. 141. n. 8. Gazzin. de defens. lib. 1. cap. 38. num. 13. Gambacurt. de immun. lib. 3. cap. 17. num. 2 vbi videtur sibi contrariari, Ludou. Correa d. par. 3. num. 31. Gutier. d. cap. 1. num. 3. vers. at quamuis, & à num. 3. Azeued. d. l. 3. à num. 24. Card. Tusch. d. concl. 11. num. 13. & 14. Azor. instit. moral. part. 2. lib. 9. cap. 9. q. 9. Villag. d. cap. fin. num. 47. Mari. Ital. d. lib. 1. c. 3. §. 3. à num. 1. Ioseph. Sesse. d. decis. 141. à num. 8. Aloys. Ricc. in praxi aurea res. 137. vbi subdit spem, de qua in d. c. vlt. esse finalem. Sub spe autem immunitatis dicitur quis delinquere in Ecclesia, quando ex electione, & proposito delinquit, vt cum aliis resoluit idem Aloys. Ricc. d. resol. 157 num. 2. & delictum commissum in Ecclesia sine spe gaudendi probatur, quòd non ex proposito, & consultò sed ex repentino animi affectu sit commissum, vel casu fortuito, vt tenet Ioseph Sesse decis. 141. n. 9. In dubio autem spe immunitatis occidisse præsumendum est, Alciat. de præsumpt. reg. 3. præs. 33. num. 3. Azeued. lib. 3. num. 26. tit. 2. lib. 1. noua recep. Gutier. d. q. 1. n. 8. post princ. audacior enim efficitur talis ad occidendum animo consequendæ immunitatis, qui forsan extra locum minimè ausus fuisset occidere, arg. lib. 1. §. 1. & §. hac actio, ff. si quis testam. lib. 103

Contrarium tamen, imò quòd immunitate Ecclesiæ non gaudeat delinquens in ea, etiam quòd deliquerit non ex proposito, aut sub spe impunitatis, sed casu, tenent alij non contemnendæ 104

dæ auctoritatis viri, ea ratione, quis delinquens intra Ecclesiam, & occidens summa afficit ipsam iniuria, quæ cum munda sit, & immaculata, impium sane est deturpare eam, vel inficere; & vbi crimina obsecrationibus, & piis dimittuntur precibus, ibidem mala instruere, & grauiora committere, d.cap. de viro, d.cap. quia frustrà. Quare hanc partem sustinet Aufret. Tholos. decis. 422. Nan. in man. cap. 25. numer. 20. vers. nec refert, Suar. de Pace d.§.3.n.68. ad fin. Azeued. dict. lib. 3. num. 26. Ansstal. Germon. d. lib. 3. cap. 16. num. 79. vers. imò. Prosp. Farin. d.q.28. num.54. & seq. Suat. de Reliq. tom. 1. lib. 3. cap. 11. num. 6. in fine, Bobadil. d.cap. 14. num. 25. in fine, Castro Palao in opere moral. tom. 2. disp. vnic. de immunit. Eccles. puncto 9. num. 12. Sanch. in consil. moral. p. 2. lib. 6. cap. 1. dub. 8. num. 18. me citato in hoc loco, Trullench. d. lib. 1. cap. 11. dub. 3. num. 6. Addo negari non posse occidentem, vel vulnerantem in Ecclesia illius iura lædere, aspernari, & contemnere, qui ea amittat, quæ tantopere Ecclesia detestatur; sicuti igitur qui verbs amplexus adnersùs legis nititur voluntatem, in eam incidit pœnam, quæ ab eadem irrogatur, l. non dubium, C. de legib. ita is, qui etsi se non lædendi Ecclesiam animo in ea occidisse dixerit aduersùs illius agens in præsciptam pœnam incidit, quæ iure Canonico aduersùs eos datur, qui sacra violant, & in Ecclesiis licentiosè delinquunt, ex quibus hæc vltima sententia non videtur improbabilis; sed primam communem admitti posse existimo, vbi quis aggressus, & se defendens alterum occideret, vel grauius mutilaret.

105 Atque adeò veteres religiosè sacram Ecclesiarum immunitatem custodiêre, vt ne dum in eis homicidium, aut membri mutilationem, vt supià, committentes, sed etiam alia delicta enormia, pura adulteria, vel virginum raptus patrantes, minimè ecclesiastica gaudeant immunitate. De quo in c. vlt. vide host. in verb. homicidia, num. 3. vers. dicas ergo. Ioan. Andr. num. 1. in verb. membrorum, Anchar. num. 1. notab. Abb. num. 9. Anan. post n. 1. Bœr. decis. 110. num. 1. Clar. d.q.3.30. num. 15. Gutier. d.q.1. num. 17. Decian. d.cap.24. num. 17. Card. Tusch. verb. immunitas, concl. 59. num. 4. & 5. Villag. d.c. fin. num. 59. Suat. d. lib. 3. cap. 11. num. 6. Raph. de la Torre dict. q.99. art. 3. disp. 7. Tanner. in 2.2. disp. 5. q.8. dub. 1. num. 16. Iacob de Graff. tom. 1. lib. 3. cons. vnic. n. 10. & 18. de immun. Eccles. Pottel. in dubiis Regular. verb. Ecclesia immunitas num. 15. Gambacurt. de immunit. Eccles. lib. 5. c. 18. n. 3. Duard. in Bullam Cœna, lib 2. cap. 15. q. 16. num. 25. Ludou. Correa in repet. d.c. inter alia, part. 3. num. 34 Pereg. de immun. Eccles. cap. 6. num. 23. Scott. in Bull. Pont. apis. 153 theor. 385. Diana moral. resol. p. 1. tract. 1. resol. 2. Sanch. in consil. moral. p. 2. lib. 6. c. 1. dub. 8. num. 24. Castro Palao tom. 2. tract. 11. disp. vnic. puncto 10. à num 5. Trullench. d. lib. 1. cap. 11. dub. 3. n. 3. & 12. quorum plures & præcipuè qui vltimis locis citantur post Bullam Gregorij XIV. hos immunitate Eccles. gaudere affirmant, cùm in ea non excipiantur, nam cùm Bulla excipiat aliquos casus cum dictione taxatiua tantùm, & dictio hæc tollat extensionem ad non expressa, ideo hæc Bulla non est extendenda, quod tenet Spetel. decis. 60. n. 42. & consoluit Far. cons. 76. n. 7. & 9. ac secundum illam committentes grauia delicta extra homicidia, & mutilationes membrorum intus Ecclesias, gaudere immunitate ecclesiastica, resoluit Nouar. dict. tit. de immunit. num. 4. nam specificatio dictorum duorum fuit facta per modum formæ, ibi, ad vnam tantùm formam reducimur, ac proinde nihil addi, diminui, vel subintelligi potest, sed ad vnguem est seruanda, Ambrosin. d.cap. 1. in fine, Giurba cons. 60. num. 10. Spetell. in decis. fori Ecclesiastici, decis. 60. num. 44. & decis. 59. n. 12. & 13. cum seqq.

Quod locum sibi vindicat non solùm pro his delictis in Ecclesia commissis, sed etiam pro aliis ante, vel post per eum extra Ecclesiam perpetratis: iustum enim visum est, vt qui sacram Ecclesiæ dignitatem, & sanctimoniam læserint, illius careant perpetuo subterfugio, cap. ad Episcopos, cum seqq. 17. q. 4. d. c. fin. de imm. Eccles. Robert. lib. 1. rerum decis. 13. Neque Dignus est Ecclesiarum ingressu, qui illius violat, & intermit libertatem d.cap. ad Episcopos, & ideò sic docent Capell. Tholos. decis 422. Clar. §. fin. q. 30. n. 15. ad fin. vbi Baiar. num. 22. Suar. de Pace d.§.3. num. 82. Farin. d.q.28. n. 60. Card. Tusch. d. verb. Ecclesia, concl. 11. num. 12. Aloys. Ricc. d. collect. 513. ampl. 4. quicquid dicat Cou. d. cap. 10. numer. 15. vers. verius est, quem sequitur Gutier. lib. 3. pract. q. 1. n. 18. Hæc tamen resolutio venit temperanda, vbi de homicidio in Ecclesia patrato punitus fuisset homicida, aliud tunc delictum admittens, vt ad Ecclesiam fugiens illius gauderet immunitate; vindicata enim Ecclesia fuit, & iniuria illa criminis multa abolita, sic intelligunt Baiard. ad Clar. d.q.39. num. 22. Boër. decis. 110. num. 10. Decian. d. cap. 20. num. 9. Azeued. d.l.3. num. 27. tit. 2. lib. 1. noua recop. Gutier. d.q.1. num. 18. Alex. Ambrosin. d.cap. 5. num. 10. 106 107 108

Amplia principalem resolutionem quatenus habet in Ecclesia occidentem, vel grauiter vulnerantem, eius immunitate minimè gaudere, vt procedat, cùm quis iuxta Ecclesiam, cœmeterium ve occidens, vel mutilans, in Ecclesiam, vel cœmeterium aufugit, non hic immunitate gaudebit, spe enim proximæ Ecclesiæ cœmeteriique deliquisse videtur non aliter occisurus, d.cap. fin. immunit. Eccles. qui, etsi de occidente in Ecclesia verba faciat, ad hanc etiam speciem Interpretes protendunt, cùm & in Ecclesiis delinquere censeatur, qui proximè occidit, vel mutilat; loci enim propinquitas, actusque confugij statim subsequens, animum arguit. Ita docent Alciat. de præs. reg. 3. præs. 23. n. 3. Remig. d. tract. fallent. 25. n. 1. & 2. Nau. d. cap. 25. num. 22. Couat. d. cap. 20. n. 15. vers. 26. Decian. dict. lib. 6. cap. 28. num. 5. vers. ex quo infero, Menoch. de præsumpt. lib. 5. præs. 10. n. 12. & de arbitr. cas. 361. num. 38. Gutier. d.q.1. n. 15. & 16. Tapia de iure Neapol. rub. 1. n. 37. Raudens. cons. 17. num. 5. tom. 2. Danza in tract. de pugna Doctor. tit. de immun. Eccles. cap. 2. num. 6. Selse decis. 141. num. 2. Giurba cons. 90. n. 4. Fragoso in regimine Reip. Christiana p. 1. lib. 4. disp. 11. §. 2. n. 27. Farin. d.q.28. num. 56. Bobadil. d.c. 14. n. 26. Villadieg. in Politica, cap. 5. num. 4. Erasm. à Cochier d. par. 4. q. 65. n. 7. Gambacort. d. lib. 5. cap. 19. Taonet. d. dub. 1. num. 17. Contrarium tamen; imò quòd delinquens propè Ecclesiam, etsi ad eam confugiat, gaudere debeat illius immunitate, quia verè in Ecclesia deliquisse non dicitur, tenent Alex. Ambrosin. d. cap. 5. num 4. Suar. dict. cap. 11. num. 4. & 9. Mart. Ital. d. lib. 1. cap. 4. §. 7. à num. 18. & cap. 5. §. 3 à n. 5. Ioan. de la Cruz in directi. conscient. p. 1. prae. 8 q. 3. art. 2. dub. 1. concl. 2. Pereg. de immun. cap. 6 n. 30. Fagundez in quinque Ecclesiæ præcepta, tract. 2. lib. 4. cap. 8. n. 45. Mastril. 109

*decis.*22. Stephan.Gratian. *discept. forens.cap.*619. *num.*35.Nouar.*d.tit.de immun.Eccles.num.*5.Ambrosin. *de immunit. cap.*5.*sub num.*4.*vers.praterea*, Duard. *in Bull.Cœna, lib.*2. *can.*15.*q.*16.*n.*10. latè Sperel.*decis.*60.*à n.*18. Diana *resol.moral. part.*1. *tract.*1.*de immun.Eccles.resol.*5.*& p.*6.*resol.*10.*t.*1. Sed distinctionis fœdere vna, & altera opinio componitur, vt scilicet prima procedat vbi quis spe proximæ Ecclesiæ, cœmeterijve deliquisse videtur; secunda verò vt habeat locum quando quis propè Ecclesiam, non sic studiosè, ex proposito & animo ad Ecclesiam confugiendi, sed puta casu, vt per Vitalin. Alex.Vulpel. Decian. Gutier.Card. Tusch. & alios, quos refert, & sequitur Farin. *d. tract.num.*212.& *num.*214. subdit, quòd in dubio delinquens propè Ecclesiam præsumitur deliquisse ex proposito, & vt faciliùs se in Ecclesia tueretur, refert me citato *in hoc loco* Trollench. *d.lib.*1. *cap.*11.*dub.*3.*num.*13. Giurba *consil.*90.*num.*6.vbi latè eandem adducit distinctionem, nouissimè sequi videtur D.Mari.Cutel.*de prisca ac recenti Eccles.libert.lib.*1.*q.*3.*per tot.*

110 Amplia secundò, vt delinquens in vna Ecclesia, possit etiam capi in alia, ad quam spe immunitatis consequendæ aufugit, etiamsi in ea non deliquerit. qui enim vnam offendit Ecclesiam, & illius iura lædit, Ecclesias omnes offendisse videtur, vna est Ecclesia, vnum Baptisma, & vno regitur diuino Spiritu, *Extrauag. vnam sanctam, de maior.& obed.*ita Syluest. *d.verb.immunitas* 3. *num.*6. Remig. *fallent.* 11. *num.*1. Couar. *d.cap.*20.*n.*15. *vers.*13.Suar.de Pace *d.§.*3.*n.*79. Decian.*d. c.* 18. *num.*8. Anastas.Germon. *d.c.*16. *num.*80. Villag. *dict.cap. fin.num.*60. Azor.*institut. moral. part.* 2. *lib.*9.*cap.*9.*q.*9.*vers.quid si quis*, Alex. Ambrosin. *d.cap.*5.*num.*3. Gambacurt.*de immun. lib.*5. *c.*26. *à num.*1. Mari.Ital.*d.lib.*1. *cap.*5.§.5. *num.*20. *in fine*, & *num.*21. Card. Tusch. *d.verb.Ecclesia, conclus.* 11.*num.*11. Farin. *d.q.*28.*num.*59.& *d.tract. num.*219. Ludou. Correa *in repet.d.cap. inter alia, part.*5. *n.*36. me citato *in hoc loco* Trullench. *dict. dub.* 3.*num.*15.

111 Amplia tertiò, vt etiam Ecclesiastica immunitate non gaudeat ille, qui in Ecclesia existens aliquem existentem extra Ecclesiam occiderit, vel membrum illi mutilauerit: in delictis enim regulariter inspicitur initium; & Ecclesiam sic offendit suo ausu occidens extra Ecclesiam existentem, ac si in Ecclesia occidisset. Quare sic resoluunt Abb. *d.cap. vlt.num.*11. & Anan. *num.*5. Axeued. *d.l.*3.*num.*28. *ad fin.*Nauarr. *d.cap.*15. *numer.*21. *vers. nemo item*, Gutier.*d.q.*1. *à num.*19. Decian. *d.lib.*6.*cap.*24.*numer.*7. *vers.an autem*, & *cap.*18. *num.*6. Alex. Ambrosin.*d. cap.*5. *num.*7. Iacob de Graff. *tom.*1.*l.*3.*cons.vnic.de immunit.Eccles.n.*10. Pereg.*de immunit.c.*6.*num.* 17.Ciarlin. *controuers. forens.cap.*12.*num* 48. nouissimè D.Mari.Cutel.*d. tract.de prisca ac recenti Eccles.immunit.lib.*1.*q.*9. Megal. *in* 3.*part.lib.*4.*cap.*1.*q.*1.*n.*12. Azor.*d.c.*9. *q.*14.*vers.*3.Villag. *d.cap.fin.num.*61. *& seq.* Suar. *d.lib.*3.*cap.*11.*num.*7.Mari. Ital. *d.lib.*1. *cap.*5.§.3. Gambacurt. *d.lib.*5.*cap.*24.*n.*21. Erasm.à Cochier *d.part.*4.*q.*65.*num.*8. Portel.*in dubiis regularibus verb. Ecclesia immunitas, num.*15. Ludou. Correa *in repet.d.c.inter alia, part.*5.*n.*53.Duar.*in Bullam Cœnæ lib.*1.*Can.*15.*q.*16.*n.*2. Sanch. *in consil.moral.p.*2.*lib.*6.*cap.*1. *dub.*8. *num.* 20. Castr. Palao *d. puncto* 9.*n.*16. me citato *in hoc loco* Trullench. *d. cap.*11.*dub.*3. *num.*7. Quicquid dicant Bonacin. *tom.*2.*disp.*3.*q.*7.§.4.*sect.*1.*n.*8.Nouar.*d.tit.de immunit.num.*51. *vers.& quamuis.* At communis resolutio est temperanda, nisi ab Ecclesia occidens fuisset priùs prouocatus, seque defendens homicidium patrasset, nullam enim tunc iniuriam Ecclesiæ infert defendens, neque occidit spe immunitatis qui intra Ecclesiam aggressus alterum interimit extra Ecclesiam se occidere volentem. Provt etiam declaranda venit, ne tunc vendicet locum cùm obsessi in Ecclesia non aliter se se ab hostium possunt liberare incursu, quàm occidendo, alioquin, cùm pauci forent inimici, & multi intra Ecclesiam, Ecclesia etiam tutissima foret turris, & propugnaculum in ea vix est, vt illius occidentes immunitate gauderent, quod voluntariè occiderent: id autem cùm incertum sit, & ex varietate casuum contingere posset, certa regula definiri non potest; iudicis igitur recti arbitrio terminandum est. 112

113 Amplia quartò existentem extra Ecclesiam si vulneret stantem in Ecclesia, illius immunitate non gaudere, quoniam Ecclesiam suo fœdauit ausu, & illius sacram deturpauit auctoritatem, *d. cap. fin.* fuit enim verè homicidium in Ecclesia patratum, etsi alibi cœptum; ampliationem sequuntur, Remig. *fallent.*4. Couar. *d.cap.*20. *n.*15. *vers.*27. Decian. *d.lib.*6. *cap.*26. *n.*6.*in fine.* Alex. Ambrosin. *d.cap.*5.*num.*8. Suar.*d.cap.*11.*post n.*7. & 8.Suar. de Pace *d.* §.3. *num* 99. Bobadil.*d.c.*14. *n.*29. Mari. Ital. *d.lib.*1.*cap.*5.§.3.*num.* 47. Farin. *d.q.*18.*n.*61.& *d.tract.num.* 214. Mart. *de iurisd. part.*1.*cap.*51.*n.*26. Ludou. Correa *d.part.* 3. *n.*53. *vers.vel denique.* Aloys.Ricc.*in collect. decis.collect.* 1791. Nouar.*d.tit. de immunit. Eccles.n.*51. licèt contrarium tutari præsumpserit Gutier.*d.q.*1.*n.*25. cuius opinionem in vno tantùm casu recipiendam fore existimo, vbi scilicet extra Ecclesiam occidens eum, qui intra ipsam foret, se defendens occideret, vel mutilaret, defensio siquidem licita est.

114 Amplia quintò, vt etiam Ecclesiastica immunitate non gaudeat ille qui eum extraxit per vim qui in Ecclesia erat, saltem per vestes extrahendo, quia in Ecclesia delinquit: provt neque gaudet ille, qui extrahi eum iussit, quoad delictum in hoc commissum, quamuis secùs sit quoad delictum, quod interficiendo, aut percutiendo post eum extractum committeret, quia hoc extra, illud verò intra Ecclesiam commissum censetur. Ita post Remig. & Nauar. resoluit Erasm. à Cochier *de iurisd. ordin.in exemptos p.*4. *q.*65. *num.*8. *vers. neque*, vbi *in vers.seq.* subdit Ecclesiastica immunitate non gaudere, qui ex ipsa Ecclesia se iniustè defendens pugnat; ampliationem sequitur Suar. de Pac. §.3.*numer.* 101. me citato *in hoc loco* Trullench.*d.c.*11.*dub.*5.*n.*14.

115 Idipsum censeo cùm dolo quispiam ab Ecclesia extrahit aliquem, vt postea occidat, nam ob dolum in Ecclesia amissum dolosus minimè immunitate gaudere potest; id autem verissimum est, neque dubitari potest, si enim insidiosè quempiam ad locum quispiam duxerit, vt occidatur, minimè immunitate gaudet, arg. *l. si obstetrix*, vbi gloss. *verb.factum ff.ad l. Aquil.* maiori certè ratione qui in Ecclesia ipsa dolum parans, & insidiosè ducens occisum, non immunitate gaudere potest, quòd Ecclesiam dolo, & sua iniuria violauerit. Neque aliud dici potest in eo, qui mandauit cuipiam, vt existentem in Ecclesia adduceret, & foras mitteret, vt occiderent,

vel

vel mutiletur, ex mandato læditur Ecclesia; atque ideò mandans minimè illius frui potuit immunitate; si verò homicidio ageretur, potest, vt post antiquiores Remig. *falleat*. 10. *num*. 4. Nau. *d.cap*. 25. *n*. 21. Suar. de Pace *d*. §. 3. *num*. 102. refert me citato *in hoc loco* Trullench. *dict. dub*. 3. *num*. 14.

116 Ampla sextò, vt etiam Ecclesiæ immunitate non gaudeat mandans in Ecclesia occidi aliquem existentem extra Ecclesiam, eò quòd is turpi mandato ecclesiam fœdasse videtur, & sicut ille, qui in Ecclesia deliquit, illius nequit subterfugio gaudere, *d.cap.vlt*. pariter ne qui ab eadem Ecclesia homicidium alibi fieri instruxit; & ideò ampliationem tenent Abb. *in d.cap.vlt. num*. 12. & Anan. *num*. 5. *vers. quid autem si existens*. Nau. *dict. cap*. 25. *n*. 21. *vers. neque qui existens* Gutier. *d.l*. 3. *q*. 2. *ex n*. 1. Azor. *d.cap*. 4. *q*. 14. *vers. quartò qui in Ecclesia*, Mari. Ital. *d.lib*. 1. *c*. 5. §. 3. *num*. 48. Suar. *d.lib*. 4. *cap*. 11. *n*. 7. *vers. & ex eodem fundamento*, Gambacurt. *d.lib*. 5. *cap*. 24. *num*. 25. Duar. & Portel. *locis proximè citatis*, me citato *in hoc loco* Trullench. *dub*. 3 *n*. 11. Erasm. à Cochier *d.par*. 4. *q*. 65. *n*. 8. Quamuis post Bullam Gregorij XIV. contrarium sentiant Megal. *in* 3. *part. lib*. 4. *cap*. 1. *q*. 1. *num*. 13. Bonac. *de legib. disp*. 3. *q*. 7. §. 4. *n*. 11. Farin. *d.tract. num*. 231. Castro Palao. *d. puncto* 9, *num*. 17.

117 Limita tamen in delinquentibus in portico Ecclesiæ, nam cùm Bulla Gregorij XIV. & tex. *in cap. fin. de immunit. Eccles*. loquantur expressè de delinquentibus in ipsis Ecclesiis, vel cœmeteriis, non autem de porticu Ecclesiæ, & cum simus in pœnalibus, & odiosis, non est facienda extensio, etiam ex identitate, & maioritate rationis, ex regulis vulgaribus, & tanto minùs in hoc casu, vbi adest Bulla Gregorij cum clausula *Sublata*, vt optimè in puncto notauit Farinac. *cons*. 76. *num*. 14.
118 *l*. 1. vide Diana *p*. 6. *tract*. 1. *resol*. 7. *propè fin*. Quòd autem in isto casu delictum in porticu commissum non possit dici commissum in Ecclesia, patet propter dictionem illam *in*, quæ denotat intrinsecitatem, hoc est, intus Ecclesiam, Bald. *in rubr. ff. solut. matrim. num*. 7. Bart. *in l. Gallus*. §. *ille casus, num*. 2. *ff. de liber. & posthum*. Tiraquel. plura de more cumulat *in tract. de retract. lignag*. §. 1. *gloss*. 11. *num* 34. Mari. Ital. *de immun. Eccles. lib*. 1. *cap*. 4 §. 7. *n*. 2. cum multis per me citatis *dict*. 152. *num*. 16. *in vlt. impress*.

119 Et hinc dicunt Doctores statutum loquens de insultu facto in domo, non habere locum in insultu facto in porticu, tex. *in l. cætera*, §. *quòd senatusconsultum ff. de legat*. 1. vbi porticus venit per extensionem, & ibi notat Doctores omnes, & Alex. *num*. 3 & licet quis non possit capi in domo, *l. plerique ff. de in ius vocando*; potest tamen capi in porticu, Gabr. *de malefic. concl*. 7. *num*. 23. & in puncto, quòd dispositio loquens de Ecclesia non habet locum in porticu, Abb. *in cap*. 1. *num*. 4. *de decim*. in fortioribus terminis Beroit. omninò videndus *cons*. 77. *lib*. 3. vbi de statuto imponente pœnam apponenti manus ad arma in Ecclesia, consuluit, & optimis rationibus, non habere locum in apponente manus ad arma in ostio, vel porta Ecclesiæ, & tamen porta est magis priuilegiata, quàm porticus, vt notabiliter dicit Bald. *in rub. ff. solut. matrim. num*. 3. & tamen, quia Bulla, & dictus tex. *in cap. fin*. non sunt contenti dictione illa *in*, sed dicunt, in ipsis Ecclesiis, & sic dictio illa *ipsis*, denotat ad oculum, & est personalissima, Ias. *in l. si quis filiam*, *n*. 12. *ff. de acquir*. Dec. *cons*. 456. *num*. 2. Non obstat, quòd porticus est immunis, ergo, & in ipso delinquens dicitur committere in Ecclesia, quia respondetur porticum esse immunem, sicut Ecclesiam per extensionem, vt suprà notaui, & ratio est, quia in fauorabilibus fit latior interpretatio, sed in odiosis, & pœnalibus strictior, ita vt delinquens in porticu non possit dici delinquere in Ecclesia, notant Remig. *de immun. ampl*. 2. Ioan. de Visch *in eod. tract. n*. 60. latè Floren. de S. Petro *in l. quidam, ff. de seruit. vrban*. Mari. Anton. *var. resol. lib*. 3. *resol*. 11. *num* 18. Nam locus sacer ad effectum inducendi sacrilegium non ita latè sumitur sicut ad effectum gaudendi Ecclesiastica immunitate, Vincent. de Franchis, *decis*. 402. *num*. 9. & 11. vbi etiam adducit rationem, quia quando agitur de immunitate, sumus in fauorabilibus, quando autem agitur de graduando delictum, sumus in odiosis, & pœnalibus, Nald. *in sum. verb. sacrilegium n*. 4. Suar. *de Relig. tom*. 1. *lib*. 3. *cap*. 9 *num*. 1. Sperell. *in decis. fori Eccles. decis*. 62. *num*. 24.

Plurea autem casus & delinquentium genera 120
Iure Ciuil. *in d.l. præsenti. C. de his, qui ad Eccles. confug*. excipiuntur, qui si ad Ecclesiam confugiant, minimè illius gaudent immunitate; sed in hac materia semper recurrendum est ad *d. Constitutionem Gregorij XIV*. incip. *Cum alias*, 9. *Kalend. Iunij* 1591, apud. Piasec. *in praxi Episcop. p*. 2. *c*. 4. *sub tit. de immun. Eccles*. in qua omnia priuilegia, & immunitates Ecclesiis concessa reducuntur, & moderantur ad certam formam, & ibi sic statuitur. *Vt laicis ad Ecclesias, locaque sacra, & religiosa prædicta confugientibus, si fuerint publici latrones, viarumque grassatores, qui itinera frequentata, vel publicas stratas obsident, ac viatores ex insidiis aggrediuntur, aut depopulatores agrorum, quive homicidia, & mutilationes membrorum in ipsis Ecclesiis, earumve cœmeteriis committere non vereatur; aut qui proditoriè proximum suum occiderunt, aut assassini, vel hæresis, aut læsæ maiestatis in personam ipsiusmet Principis Rei immunitas Ecclesiastica non suffragetur*, &c.

Quæ quidem Gregoriana Constitutio non alium ab Ecclesiarum immunitate excludit, quàm nominatim in ea expressum, vt per Anastas. Germon. *d.lib*. 3. *cap*. 16. Cened. *d. q*. 42. *num*. 10. & alios, quos refert, & sequitur Giurba *cons*. 30. *num*. 5. nec ex identitate, aut maioritate rationis extendenda est ad alios quam expressos, Farinac. *in tract. de immunit. numer*. 98. Ambros. *d.cap* 1. *n*. 14. Giurba *cons*. 100. *n*. 14. Et sic cum Bulla loquatur de occidente, vel mutilante membrum intus Ecclesiam, non est trahenda ad abscindentem partem aliquam quæ non sit membrum, scilicet digitum, qui non dicitur propriè membrum, sed officium membri, cui deseruit, ex Giurba *cons*. 40. *num*. 10. *cum seqq*. Ioan. Anton. Nouar. *d. tit. de immun. Eccles. num*. 54. qui & alij resoluunt Bullam procedere quando truncaretur, mutilaretur, seu abscinderetur membrum, secus autem si debilitaretur; si enim membrum non sit à reliquo corpore separatum, licèt sit inutile, est pars corporis, ipsumque corpus diceretur integrum ex omni sui parte, de quo latè R.P.D. Sperell. *in decis. fori Eccles. decis*. 59. *num*. 11. *cum seqq*. & idem Giurba *d. cons*. 40. *num*. 24. & 25. post Gambacurt. *d. cap*. 17. *num*. 6. subdit quòd immunitate non gaudet si quis totaliter membrum non secet, nec illud à reliquo corpore separet, sed ita grauiter

lædat

lædat ne possit amplius in corpore conseruari, vt medicorum consilio abscindatur, tantundem est ac si ipse abscidisset; is enim abscidit, qui ita malè afficit, vt abscindi necesse sit; at si ex malo ipsius regimine, vel aliunde orietur postea secandi membri necessitas: non ex illios percussione; tunc nec est in ipsum percipientem insligenda mutilationis culpa, sed percussionis tantùm, & ideo si in Ecclesia commiserit, ab Ecclesia adhuc defendendus est reus. Vnde regula est quòd omnes fruuntur immunitate Ecclesiæ, quantumcumque grauia delicta commiserint, nisi sint de illis in dicta Bulla exceptis. Guazzin. *d.p.1.defens.1.c.37.num.52.* Giurba *cons.30.num.5.* Duard. *num. Bullam Cœnæ cons.15.q.16.num.17.* Carol. Maranta *tit. a resp.36. n.19.* Decian. Farin. Gratian. Azor. & alij, quos refert & sequitur Ciarlin. *controuers. forens. c.10.n.4.* Sperell. *decis.22.n.8.*

Nihilominus de aliquibus crimina atrocia committentibus controuertitur inter Doctores, an propter atrocitatem fiant huius sacræ immunitatis indigni. In primis de raptoribus Virginum loquens Gab. Pereir. *de manu Regia p.2.c.50.num.11. vers. verum,* resoluit eos Ecclesiastica immunitate non gaudere in Regno Portugaliæ, si in tali raptu insidiæ, & proditiones misceantur, Ludou. Correa nobilis etiam Lositanus *in repet. ad d.c. inter alia, p.3. num.14.* absolutè dicit Virginum raptores hac immunitate non potiri, & multipliciter respondet ad text. *in cap. raptoribus 36. quæst.1.n.16.* cum parente meo resoluit deflorantem Monialem si ad Ecclesiam confugiat, minimè gaudere eius immunitate, prout refert, licèt non sequatur, Diana *p.4. tract.1. resol.43.*

121 De adulteris quòd gaudeant Ecclesistica immunitate, tenent Ludou. Correa *d. part.4. num.1.* Sperell. *decis.59. num.32.* Diana *d. part.6. tract.1. resol.26.q.7.*

122 De reo criminis peculatus quòd gaudeat Ecclesiastica immunitate, docent Decian. *l. lib.6. cap.28. num.15.* Farin. *d. tract. num. 97.* refert me citato *in hoc loco* Trullench. *d. lib.1.c.11. dub.3.n. 28. in fine.*

De fabricatoribus falsæ monetæ idem resoluunt Gutier. *pract. lib.3. quæst.4.* Farin. *d. tract. de immun. num.92.* Giurba *cons.20.n.1. & consil. 30. num.6.* & de illius tonsoribus Mari. Itali. *d. lib.1. cap.5. §.1. num.15.* Bonacio. *d. puncto 16. §.6. n.4.* Diana *part.1. tract.1. resol.31. prope fin.* & me citato *in hoc loco p.6. tract.1. resol.19.* Et ideò *cùm ad Ecclesiam sancti Antonij extra mœnia ciuitatis Neapolis quidam monetarij confugisset, excellentissimus Prorex, bonæ memor. Paulo V. supplicauit quatenus eius Nuncio vt eosdem monetarios ex dicta Ecclesia ad Regiam Curiam consignare in mandatis iniungere dignaretur. Sanctissimus autem sub die 19. Iunij 1619. mandauit dari litteras Nuncio, vt constito sibi summariè & ex processibus laicorum quòd isti sint monetarij, eos consignari mandet.*

123 De reo criminis sacrilegij, vnde Nau. *d. cap.35. num.19. vers. gaudet etiam,* Remig. *fallent.3. num.2.* Villag. *d. cap. fin. num.59. & 43.* Alex. Ambrosi. *d. c.5. num.6.* Mari. Italia. *d. lib.1. cap.5. §.3. numer.75. cũ seqq.* Diana *d. part.6. tract.1. resol.26. vers. quare sextò,* Ludou. Correa *in repet. d. cap. inter alia, p.3. num.35.* vbi resoluit quòd sacrilegium committens extra Ecclesiam, & ad ipsam confugiens, illius gaudet immunitate, secus si in ipsa Ecclesia sacrilegium commiserit, & *n.37.* resoluit quòd occidens, aut notoriè percutiens clericum, si ad Ecclesiam confugiat, non gaudet eius immunitate, de quo etiam Bobadilla *in politica lib.2. cap.14.n. 47.* Aloys. Ricc. *in praxi aurea resol.309.* Ioan. Sanci. *in select. disput.44. n.52.* Giurba *cons.70. n.1.* D. Mari. Cutel. *d. lib.1.q.34.* Furtum committeos in Ecclesia de re ipsius Ecclesiæ, quamuis sit sacrilegus, nihilominus tamen gaudet Ecclesiastica immunitate. Ita Farin. *in tract. de immun. n.101. & 217.* qui loquitur in furto pyxidis, Ambrosin. *eod. tract. cap.5. num.6.* Pereg. *in simili tract. cap.11. num.15.* Bonacin. *circa primum Decalogi præceptum disput.3.q.7. puncto 5. num.11.* me citato *in hoc loco* Diana *d. part.6. tract.1. resol.9.* & sic censuit Sacra Congreg. Immunitatis *in Squillacen. 18. Martij 1631.* & latiùs *n.164.*

De blasphemo quòd gaudeat Ecclesiarum im- 124
munitate, tenent Nau. *d. cap.25. num.20. vers. quod nostro iudicio,* Erasm. de Cochier. *d. part.4. quæst.65. n.2. vers. Iudas,* Alex. Ambrosin. *de immun. cap.8. ex num.10.* Pereg *eod. tract. cap.12. num.12.* Diana *part.4. tract.1. resol.51.* præcipuè vbi vsu sic receptum fuerit, ex Trullench. *dict. lib.1. cap.11. dub.2. num.3.* Ioan. Anton. Nouar. *d. tit. de immun. num.4.* Diana *part.6. tract.1. resol.28. quæst.8.* nisi blasphemias hæreticales proferat, hunc enim immunitate non gaudere certum est, & in his terminis accipienda sunt quæ resoluunt Remig. *fallent.24.* Cou. *d. num.11. vers.14.* Suar. de Pace *d. §.3. numer.110.* Boër. *decis.110. à princip.* Decian. *dict. li.6. cap.16. n.6.* Baiard. *ad Clar. §. fin. q.30. n.15.* Marta *de Iurisdict. part.2. cap.51. num.10.* Ludou. Correa *dict. part.3. n.35.* D. Mari. Cutel. *d. lib.1. q.39.* Farin. *d. q.28. num.67. & d. tract. de immun. num.173.* vbi *n. 175.* benè aduertit non solùm blasphemum hæreticalem, sed etiam quemcumque alium de hæresi quouis modo suspectum si ad Ecclesiam confugiat, ab ea à ministris sancti Officij indifferenter extrahi posse, de quo etiam Ioan. Anton. Nouar. *d. tit. de immunit. n.43.*

De sortiariis, seu maleficis, Martio. Delri. *dis-* 125
quis. magic. lib.5. sect.7. Erasm. à Cochier. *d. part.4. q.65. num.9.* de abortum procurantibus vide Trullench. *dict. lib.1. cap.11. dub.2. num.30. prope fin.* vbi refert apud me haberi dominos Cardinales *sub die 3. Septembris 1632.* declarasse procurantem malis medicamentis abortum non gaudere immunitate, & *in principio dicti n.30.* post Sanch. *d. lib.6. cap.1. dub.10.* ex Castr. Palao *d. disput. vnica puncto 10. num.3.* addit mulieres, quæ partum exponunt, seu alio modo occidunt, si de tecto flagitio in Ecclesiis se recipiunt, gaudere Ecclesiæ immunitate.

De Simoniaco quòd gaudere debeat Ecclesia- 126
stica immunitate, præcipuè stante Bulla Gregorij XIV. vbi non reperitur exceptus, Bonacin. *dict. puncto 16. §.5. num.12.* Farin. *dict. tract. de immun. num.177.* me citato *in hoc loco* Diana *d.p.6. tract.1. resol.26.q.9.*

De Sodomita quòd gaudere debeat Ecclesia- 127
rum immunitate, attenta Bulla Gregorij XIV. resoluunt Danza *de pugna Doctorum tit. de immun. Eccles. cap.4. per tot.* Anton. de Sousa *in aphorismis Inquisit. lib.2. cap.26. n.30.* Pereg. *de immun. cap.6. num.23.* Aloys. Ricc. *in collect. decis. part.5. collect. 1792.* Scortia *in selectas summorum Pont. Constit. capit.153.* Giurba *cons.100. num.15.* Ioan. Anton. Nouar. *d. tit. de immun. Eccles. n.4. vers. & de clerico sodomita,* Carol. Maranta *part.2. resp.36. n.21.* Farin. *d. tract. de immun. n.206. & 209.* Trullench. *d.c.11. dub.3. num.30.* post Castr. Palaum, Sanch.

&

& Bonacin. Diana *part. 4. tract. 1. resolut. 45.*

Contrarium verò immò Sodomitam Ecclesiastica immunitate non gaudere; resoluunt Salzed. *ad Bernard. cap. 89. vers. laicus*, Auendan. *de exequendis mandat. part. 1. cap. 29.* Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 2. q. 30. art. 4.* Mati. Ital. *dict. l. 1. cap. 5. §. 3.* Curia Philipp. *part. 3. §. 12. num. 29.* Homad *ad Greg. Lopez in l. 4. tit. 11. num. 5. p. 1. pag. 96.* Iacob. de Graffi. *tom. 1. lib. 3. consil. vnico, num. 10. & 18. de immun. Eccles.* Gambac. *lib. 2. c. 18.* Bobadil. *in sua politica lib. 2. cap. 14. num. 20.* Castill. *Sicul. part. 2. decis. 155. per tot.* Raph. de la Torre *in 2. 2. tom. 2. q. 99. art. 3. disp. 7.* Valer. Reginal. *in praxi fori pœnit. l. 9. cap. 26. n. 38. in fine tom. 1.* Portel *in dub. Regular. verb. Ecclesia immunitas num. 15.* Tanner. *2. 2. disp. 5. q. 8. dub. 1. num. 16.* D. Mari. Cutel. *d. lib. 1. q. 2.* Hieron. Roderic. *in compendio quæst. Regular. resol. 56. n. 5.* Ludou. Correa *d. part. 3. n. 4.* Melch. Phœbos *Lusit. decis. 81. n. 7. tom. 1.* Verùm quamuis hæc opinio sit maiori Doctorum calculo recepta, nihilominus primo loco relata magis conformis est dispositioni Gregorij XIV. & iden in praxi sequenda.

128 De offendentibus personam alicuius Principis inferioris superiorem recognoscentis, Alex. Ambrosin. *c. 9. num. 5.* Pereg. *d. tract. de immun. cap. 9. num. 8.* Mari. Ital. *dict. lib. 1. cap. 6. §. 7. num. 29. cum seqq.* Farin. *d. tract. de immun. n. 187.* Melch. Phœbos *Lusitan decis. 81. num. 6. tom. 1.* vbi post Rebuff. Clar. Bobadil. & alios resoluit crimen læsæ maiestatis committentem non gaudere Ecclesiæ immunitate, quia est de exceptis in bulla, Diana *p. 1. tract. 1. resol. 6. & part. 6. tract. 1. resol. 18.* D. Mari. Cutel. *d. lib. 1. q. 6.*

129 De frangente carceres, & inde ad Ecclesiam confugiente, vide Boër. *decis. 110. n. 8. & 9.* Nau. *d. cap. 25. num 19. vers. & etiam.* Villagut. *d. cap. fin. num. 41.* Anastas. Germon. *d. lib. 3. cap. 16. num. 77.* Suar. *d. lib. 3. cap. 11. num. 18. & 19.* Alex. Ambrosi. *d. cap. 10. num. 21.* Cardin. Tusch. *d. verb. Ecclesia concl. 10. num. 30.* Gambacurta *lib. 3. cap. 5. num. 6.* Erasm. à Cochier *d. part. 4. q. 65 num. 2. vers. effractores*, Ludou. Correa *d. part. 3. n. 13.* Melch. Phœbos *d. decis. 81. num. 21.* Gabr. Pereira *d. cap. 50. n. 17.* Ciarlin. *controu. forens. c. 14. num. 8.* D. Mar. Cutel. *d. lib. 1. q. 9. n. 16.* Diana *d. p. 6. tract. 1. resol. 26. quæst. 5.*

130 De bannitis, vide Nau. *d. cap. 25. n. 19. ad fin. vers. exules etiam, siue banniti*, Ludou. Correa *d. p. 3. n. 40. vers. de bannito*, Clar. *§. fin. q. 30. vers. sciatis autem*, Cochier *vbi suprà*, Bonacin. *d. punct. 16. §. 5. num. 15.* Farin. *d. q. 28. n. 47. & d. tract. de immunit. num. 37.* vbi *num. 42.* tenet bannitos, & condemnatos gaudere Ecclesiastica immunitate, si banniti & condemnati fuerint pro crimine non excepto, secus pro crimine excepto à Bulla Gregorij XIV. referunt me citato *in hoc loco* Trullench. *d. lib. 1. cap. 11 dub. 3. num. 28.* & Diana *d. p. 6. tit. 1. resol. 21.*

131 De excommunicato Boër. *decis. 110. n. 5. & 7.* Nau. *d. cap. 25. n. 19. vers. certum quod ex hoc infertur*, Erasm. à Cochier *d. p. 4. quæst. 65. n. 2. vers. præterea excommunicati*, Azor. *d. c. 9. vers. quid de pagano*, Card. Tusch. *d. concl. 10 n. 26.* Suar. *d. l. 3. cap. 10. num. 3. & 4.* Alex. Ambrosin. *c. 8. num. 12. vers. & propterea*, Catharin. *crimin. decis. 95. n. 17.* Anastas. Germon. *d. lib. 3. c. 16. num. 72. cum seqq.* Villagut. *d. c. fin. num. 44.* Franc. Leo *d. cap. 13. n. 19.* Mari. Ital. *d. lib. 1. cap. 2. §. vnico à num. 1.* Farin. *dict. q. 28. num. 39. & d. tract. de immun. n. 44.* Peregrin. *eod. tract. cap. 12. num. 2.* Aloys. Ricc. *p. 1. decis. 94.* Ioan. Anton. Nouar. *d. tit. de immunit. n. 22.* Diana *d. p. 6. tract. 1. resol. 26. q. 3.* Trullench. *d. lib. 1. cap. 11. dub. 2. num. 6.* vbi ait eum gaudere hac immunitate, & idem dicit de personaliter interdicto, degradato, & suspenso.

De strigis inferentibus in Ecclesia, sciendum 132 est quòd stante dicta Bulla Gregorij XIV. dubitatum fuit per Archiepiscopum Ianuensem, an inferentes strigia in Ecclesia dictæ immunitatis priuilegio gaudere debeant? Sacra Congreg. Cardinalium negotiis Episcoporum, & Regularium præposita *sub die 16. Nouembris 1618.* affirmatiuè respondet.

De condemnato ad triremes, vel ad aliquod 133 opus publicum, vide Donat. Anton. de Marinis *quotid. resolut. cap. 177. num. 1.* Gabr. Pereira. *de manu Regia p. 2. cap. 50. num. 17.* Ioan. Anton. Nouar. *d. tit. de immunit. Eccles. num. 27* Ludou. Correa *in rep. dict. cap. inter alia, p. 3. n. 9.* Diana *p. 1. tract. 2. resolut. 40. & part. 4. tractat. 1. resolut. 47. & part. 6. tract. 1. resol. 21.* Giurba *cons. 30.* vbi latè an voluntarij remiges, quos *bonauoglia* appellant, aut perpetuo, vel ad tempus in triremes damnati, si ab eis in Ecclesiam confugerint, facti loci immunitate gaudeant, D. Mari. Cutel. *dict. lib. 1. quæst. 40.*

Quæstio superest examinanda, an is qui duo 134 commisit delicta, alterum quo immunitate non gaudet, alterum quo Ecclesiæ libertatem potest acclamare, possit ab Ecclesia iustè abduci, & puniri ex eo crimine, quo Ecclesiæ immunitatem amisit? Et non abduci posse videbatur, quòd Ecclesia eum tueri debeat ex eo crimine, quo Ecclesiastica immunitate gaudet, & cùm semel illius subterfugium susceperit, nequit ab Ecclesia reus diuelli, quam olim opinionem Ioan. de Visch. defendere visus est *in tract. de immunit. Eccles. num 64.* Sed contrariam meritò tenerunt Aufrer. *Tholos. decis. 422.* Nicol. Boër. *decis. 110 n. 10. & 11.* Remig. *in tract. de immun. Eccles. fallent. 11. ad med.* Gam. *Lusit. decis. 52. n. 1. & 2.* impium enim foret, & ab omni religionis cultu alienum, vt eos Ecclesia defenderet, qui illius nequeunt immunitate gaudere; porrò cum delicta suas pœnas habeant, & diuersorum multa diuersa sint, fieri non potest, vt alterius criminis, cuius Ecclesia immunitatem noo concedit, reus libertatem consequatur. Quam tamen vltimam sententiam temperandam esse existimo, nisi criminis reus punitus illo fuisset, propter quod Ecclesiæ immunitate gaudere non poterat, tunc sanè extrahi ab Ecclesia propter aliud non posset, non enim de alterius iam prioris nunc, sed de illius agitur mulcta, cuius Ecclesiæ gaudet immunitate, ita Boër. & Remig. *citatis locis*, Flores de Mena *ad dict. decis. 52.* Gam. Gutier. *l. 3. pract. q. 1. n. 18. ad fin.* Azeued. *l. 3 n. 27. tit. 2. lib. 1. nouæ recop.*

Sed quæstio est magis dubia, an Clerici, & Re- 135 gulares personæ de manibus Prælatorum suorum ad Ecclesiam confugientes gaudeant Ecclesiastica immunitate in illis casibus, in quibus laici ea gaudere possunt? In qua vna sententia tenet non gaudere, tamque expressè tuentur Abb. Panor. *in d. cap. inter alia, n. 13.* vbi adducit sex rationes, asseritque se nō reperiri aliquem textum, qui de hoc prouideat, Guilielm. Mayn. *in l. nemo, ff. de regul. iuris, fol. 45 t. col. 1. n. 31.* Syluestr. *in sum. verb. immunitas 3. n. 2. v. tertium Clerici*, vbi sequitur Abbatem Panor. Mench. *de success. progressu, l. 3. 22. num. 54.*

num. 54. Gutier. *pract. lib.* 3. *q.* 3. *num.* 3. vbi dicit ita tenendum intrepidè, Barbet. *in viatico iuris, tit. de violator. immun.* dicens, quòd Clericus, qui disciplinæ fugiendæ causa confugit, potest extrahi, Fr. Emman. *quæst. regul. tom.* 2. *quæst.* 51. *art.* 4. dicit tenendam opinionem Clari dicentis de consuetudine; & quod credit Religiosos non gaudere, quia rarò exeunt è claustris, Suar. *de Relig. tom.* 1. *lib.* 3. *de personis, quæ gaudeant Templ. immun. c.* 10. *num.* 5. vbi dicit hanc sententiam, scilicet Abb. probandam, & respondet contrariis, Baptist. de Salis *in sum. verb. immunitate*, il. 2. *fol.* 77. *part.* 2. vbi de Religiosis loquitur, quia rarò exeunt à claustris. Bellet. *disquisit. Cleric. p.* 1. *tit. de fauore cleric. personali*, §. 15. vbi hanc probat sententiam, si iudex ipsius causâ disciplinæ, & non odij vult eum arcere ab Ecclesia, & extrahere, incarcerare, & punire, Suar. de Pace *in pract. tom.* 1. *cap.* 3. §. 3. *n.* 143. Humad. *in l.* 4. *glos.* 8. *n.* 2. *tit.* 11. *part.* 1. Montalu. *in l.* 3. *tit.* 20. *l.* 15. *glos.* 1. Villadieg. *ad forum iudicum lib.* 9. *tit.* 3. *l.* 1. *n.* 10. Villagut. *de extens. leg. cap. fin. num.* 64. Guazin. *de defens. rerum lib.* 1. *c.* 37. *n.* 49. Bobadil. *in sua politica lib.* 2. *cap.* 14. *n.* 57. Aloys. Ricc. *part.* 2. *decis.* 89. Curi. Philipp. *part.* 3. §. 12. *num.* 17. Tanner. *in* 2. 2. *disp.* 5. *quæst.* 8. *dub.* 1. *n.* 16. Megal. *part.* 3. *lib.* 4. *cap.* 2. *n.* 34. Zipæ. *in analytica postremi iuris Eccles. enarrat. lib.* 3. *tit. de immunit. Eccles. n.* 9. Peregrin. *de immun. Eccles. c.* 11. *num.* 3. Bonac. *de legib. disp.* 3. *q.* 7. §. 3. *n.* 7. *& de censur. extra Bull. disp.* 2. *q.* 3. *punct.* 16. §. 5. *num.* 5. Portel. *in dubiis regularib. verb. Ecclesia immunitas, n.* 13. Fagundez *in quinque Ecclesiæ præcepta, tract.* 2. *l.* 4. *cap.* 4. *n.* 52. Homobon. de bonis *de examine Eccles. tract.* 12. *quæst.* 26. *suppos.* 3. Erasm. à Cochier. *d. part.* 4. *q.* 65. *n.* 8. *propè fin.* nouissimè Hieronym. Roderic. *in compendio quæst. regular. resol.* 56. *n.* 5. Castro Palao *in opere morali tom.* 2. *tract.* 11. *punct.* 7. *n.* 17. vbi hanc opinionem propter consuetudinem reputat probabiliorem Sanch. *in consil. moral. lib. part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 1. *dub.* 8. *num.* 6. Gabr. Pereira *de manu Regia part.* 2. *cap.* 50. *num.* 4. nouissimè D. Mari. Cutell. *in doctissimo tract. de prisca ac recenti Ecclesiæ immun. l.* 1. *q.* 24. *per tot.* vbi *quæst.* 25. de Religiosis in propriis Monasteriis delinquentibus.

136 Horum autem opinio vndecim præcipuè rationibus comprobatur. Primò, quia hoc videtur sentire glos. *in c. nullus clericorum* 11. *q.* 4. vt asserit Panor. *d. num.* 13. Secundò, quia leges ciuiles loquuntur tantùm de laïcis ne extrahantur ab Ecclesia, nam de Clericis statuere non possunt; Canonica verò iura, licèt non distinguant inter Clericos, & laïcos, tamen & ipsa videntur respexisse tantùm laïcos non Clericos, nam omnia iura Canonica videntur loqui quòd Ecclesiastici iudices debene impetrare à sæcularibus ne ipsos condemnent ad mortem, quod non potest considerari in Ecclesiasticis. Panor. *de loco vers. secundò considero.* Tertiò mouetur idem Panorm. quia Episcopi Clericos, & Abbates religiosos castigant, verberant & puniunt in Ecclesiis, & monasteriis, vt notatur *in c. vniuersitatis, de sentent. excomm. & cap. fin. de regularib.* & de Episcopo condemnante in Ecclesiis, & tenente carceres in Palatio suo, traditur *in cap. præceptum* 2. *q.* 2. *cap. qua fronte, de appellat.* Quartò, considerat idem Panor. quòd si verum esset, quòd Clericus gauderet hac immunitate, hoc tenderet non ad decorem, sed ad maximum dedecus Ecclesiæ, cùm videretur velle defendere facinora Clericorum, qui tamen Sancti esse debent, & in suis actibus relucere, *c. oportet Sacerdotes* 81. *d.* & cùm non possint in corpore puniri, non possent etiam puniri in fortunis, si nullas fortè haberent, & sic remaneret impunitum facinus. Quintò, adducit Panorm. *Clem.* 1. *de priuileg. in vers. si qui contra præmissa, & in cap. non solùm, de regular. lib.* 6. vbi Religiosi delinquentes in religione mandantur subiici grauibus pœnis. Sextò mouetur, quia cùm Clerici frequenter delinquant in Ecclesia, & sic Religiosi, vel saltem intra triginta passus, sequeretur, quòd de his delictis non possent puniri, si non possent ab Ecclesia extrahi contra *c.* 1. *& cap. cum illorum, de sent. excom.* Septimò, quia ista immunitas fuit adinuenta contra sæculares potestates, non Ecclesiasticas, arg. *cap. frater, & cap. definiit* 17. *q.* 4. Ioan. Andr. *cap. inter alia n.* 4. *vers. per hanc glos.* refert Mench. *de success. progressu* §. 22. *n.* 54. *vers. quasi Ecclesiastica illa immunitas*, vbi dicit, quòd & generaliter constat non iure diuino, aut naturali, sed tantùm positiuo Ecclesiarum immunitatem inuentam fuisse, vt affatim probat Cou. *var. lib.* 2. *cap.* 20. *in prin.* sicque videtur non procedere contra ipsos iudices Ecclesiasticos, dum Clericum delinquentem prosequuntur, idem tenuit Gulicl. de Monte Lauduno *in Clem.* 1. *de pœnit. & remiss.* quem refert Mayn. *citato loco.* Octauo, quia Ecclesia non præsumitur priuilegiasse contra se, *c. cum instantia, de censib.* Ioan. Andr. *in d. c. inter alia, n.* 4. *vers. ad secundum.* Nonò, quia maior est immunitas personalis Clerici, quæ illi conceditur ratione suæ consecrationis, quàm illa, quæ prouenire potest ex circunstantia loci, sed prior non impedit quominus à suo Prælato possit Clericus incarcerari, & corporaliter puniri intra Ecclesiasticos limites, *cap. vniuersitatis, de sent. excomm.* ergo nec locus sacer impediet, Suar. *d. c. c.* 10. *num* 6. *vers. item maior est.* Decimò, quia Ecclesiasticum iudicium censetur magis medicinale, quàm vindicatiuum, & spirituale potius, quàm temporale, & ideò tale iudicium intra Ecclesiam fieri non prohibetur, ergo nec prohibetur fieri circa personam Clerici, extrahendo illum ab Ecclesia. Vndecimò, quia indecorum est iudicem Ecclesiasticum violare Ecclesias, cuius est proprium eas tueri, Mench. *d.* §. 22. *num.* 54. *ad fin.*

Altera sententia, cui tanquam probabiliori adhæreo, negat etiam attenta sola Iuris communis dispositione ipsos Clericos ab Ecclesiastico Prælato extrahi posse ab Ecclesia, ac proinde, tenet quòd si ad eam confugiant, Ecclesiastica gaudere immunitate, eamque defendunt Card. Zambar. *in d. cap. inter alia, num.* 7 *q.* 6. iunctis iis, quæ dicit *in Clem.* 1. *num.* 9. *de Pœnis.* qui tenet Clericum homicidam confugientem ad Ecclesiam gaudere immunitate, & hoc esse de iure verius, vt confugiens fit tutos etiam ab Ecclesiastico iudice. 137

Roman. *consil.* 126. *per tot.* vbi concludit Presbyterum non potuisse capi in claustro Ecclesiæ, sed proinde fuisse relaxandum, subdens se in sua conscientia Clericum sic captum relaxaturum, & *consil.* 234. *per tot.*

Ioan. de Vischis *de immunit. numer.* 3. vbi ita dicit. *Stat ergo regula, & vera conclusio, quòd iudex etiam Ecclesiasticus non potest fugientem ad Ecclesiam immunem etiam subditum suum, siue Clericum, siue laicum extrahere, nec pœnam corporis afflictiuam imponere* & *numer.* 9. *& seq.* diluit argumenta Abb. *& numer.* 72. *vers. prima conclusio, & vers. secunda conclusio*, vbi, quòd nec

iudex

iudex sæcularis laicum, nec iudex Ecclesiasticos laicum, vel clericum disciplinæ causâ potest extrahere.

Remigius de Gonni *de immun. eccles. fallent.* 21. vbi post relatos hinc inde Doctores *n.* 2. per hæc verba concludit: *Possumus consiteri dicta Panor. procedere in Clericis, & religiosis delinquentibus in Ecclesia, per c. fin. eod. tit. in aliis verò videant superiores, quid sit in istis iudicandum, posset dici, quod alij gaudeant, prout expressè dicit Roman. vbi suprà. Nam Clerici, vt plurimum, maximè hodie alibi, quā in Ecclesia viuunt & resident, secundum Ludou. & Ioan. de Vischis vbi sup. Hodie tamen opinio Panor. indistinctè seruatur, & ita vidi practicari*.

Ioan. Bernard. Diaz *in pract. crimin. cap.* 125. vbi quòd opinio Ioannis de Vischis est verior, & communis, subdit tamen ex consuetudine posse Clericos à suis iudicibus extrahi ab Ecclesiis, quam limitat non procedere in casibus, vt Clericus post degradationem tradendus esset Curiæ sæculari; tunc enim ait, aut non est extrahendus, aut si extrahatur post degradationem restituendus, ad Ecclesiam re cedendum esse indicat æquissimum.

Bonifacius de Vitalinis *in Clem. I. n.* 70. *vers. nec obstat, de pœnis, & remiss.* vbi quòd gaudet immunitate Nobilis, ignobilis, pauper diues, iuuenis, senex, Clericus, laicus, criminosus, vel ære alieno suppositus, nulla facta distinctione.

Ioannes Maria Monticel. *in praxi crim. reg.* 12. *de capturarei, n.* 18. *fol.* 114. ibi, *Amplia, vt tanto magis verum sit, quando delinquens, qui moraretur in Ecclesia esset Clericus.*

Bernardus de Landcino *in addit. Ad Angel. Aretin. de malefic. vers. quod fama publica precedente, n.* 59. *lit. A.* vbi sequitur Romanum.

Couarruuias, *var. resol. lib.* 2. *cap.* 20. *num.* 16. sequitur etiam Bernardum Diaz, quem in secunda parte reprobat dicendo, quòd si Clericus commisit delictum dignum de gradatione, & traditione curiæ sæculari, non obtinet locum Ecclesiarum, & Templorum immunitas, & quod ideò potest extrahi, & tradi curiæ sæculari.

Nauarrus *in man. c.* 25. *n.* 12. sic ait; *Neque persona Ecclesiastica gaudent immunitate, iuxta Panor. in d. c. fin. vsu receptum, quod videtur limitandum, quoad iudicem Ecclesiasticum, nō autem quoad iudicem secularem, quem arbitror non posse extrahere ab Ecclesia Clericum in minoribus constitutum, etiam ob delictum quoad illud post Concil. Trid. sess.* 23. *cap.* 6 *habeat in eum iurisdictionem.*

Iulius Clar. *in pract. crimin. lib.* 5. §. *fin. q.* 30. *vers. vlterius quero.* vbi quòd Clericus gaudet immunitate Ecclesiarum, itaut ab illis inuiti extrahi non possint ab eorum iudicibus Ecclesiasticis, & est communis opinio.

Baptista à Villalobos *in commun. opinion. verb. immunitas num.* 8. *vers. amplia istam communem*, vbi quòd Clericus homicida per insidias gaudet immunitate Ecclesiastica.

Petr. Rebuff *tom.* 2 *ad leges Galliæ tit. immunitates Ecclesiastica quando, & quibus concedantur, art.* 1. *gloss.* 1. *n.* 13. *fol.* 539. *per cap. reum* 17. *quæst.* 4. & *num.* 24. dicit apostatam ab Ecclesia extractum, qui subtraxerat Bullas, & sigilla, fuisse restitutum.

Ferdinandus Vasquez Mench. *de success. progress. lib.* 3. §. 22. *limit.* 17. *num.* 54. vbi primò refert opinionem dicentium Clericum non gaudere, & deinde refert opinionem eorum, qui dicunt Clericum gaudere, & ideò censetur in hac opinione residere, sicut affirmat Fr. Emman. *d. qu.* 31. *art.* 4. *vers. quod est tenendum*, & Gutier. *loco proximè citando.*

Ioan. Gutierez *pract. lib.* 3. *q.* 3. *n.* 1. *in fine*, vbi quòd in puncto iuris hæc opinio est verior, & tenenda, & quòd rationes Abbatis non concludunt, licèt (vt ait *n.* 3.) in suo regno nunquam viderit Clericorum aliquem hoc refragari, nec contendere gaudere se debere immunitate Ecclesiæ, fortè quia sciant praxim communem, & consuetudinem notoriam, & *n.* 4. subdit Clericum in minoribus constitutum non posse extrahi ab Ecclesia à iudice laico, etiamsi in illum propter delictum habeat iurisdictionem.

Anastasius Germonius *de sacror. immunit. lib.* 3. *cap.* 16. *num.* 91. vbi sequitur opinionem, & distinctionem Ioannis Bernardi Diaz.

Tiberius Decian. *in tract. crimin. tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 26. *eit. de casibus, qui respiciunt personas confugientium ad Ecclesiam, num.* 1. *vers. puto ego*, vbi quòd opinio Romani contra Abb. de iure est verior, exceptis tamen grauioribus criminibus, & vlterius subdit, quòd si Clericus venit ad Ecclesiam, vel Palatium Episcopi, seu locum sacrum ex alia causa, quàm vt gaudeat immunitate, & dicit non gaudere, & posse incarcerari & puniri, & extrahi, aut verò præcisa intentione confugit ad Ecclesiam, vt gaudeat immunitate, & eo casu est tutius, & concludit cum Abb. consuetudinem esse seruandam.

Prosper Farinac. *de carcerib. & carceratis, q.* 28 *n.* 7. vbi quòd hæc opinio est verior, & communior, licèt non neget in hoc multum esse attendendam consuetudinem, sed vbi tal s consuetudo non adest, seruandum esse ius, & iterum, *de immunit. Eccles. cap.* 2. *n.* 34. vbi latè, & *n.* 36. *in fine*, hanc dicit veram, & magis communem, & refert ita declarasse Sacra Congreg. Concil. Trident.

Dominic. Card. Tusch. *pract. conclus. verb. Ecclesia, concl.* 9. *n.* 17. *concl.* 11. *n.* 27.

Marcus Antonius Genuens. *in pract. Archiep. Neapol. c.* 22. *num.* 11. vbi quòd secundùm magis communem opinionem Doctorum, Clerici gaudent immunitate Ecclesiastica, & subdit vsu seruari opinionem Abbatis in curia Archiepiscopali Neapolitana, quæ opinio est intelligenda, vt à iudice Ecclesiastico possit extrahi Clericus ad finem ipsum puniendi, non à iudice sæculari, qui nec Clericum in minoribus posset extrahere, & dicit opinionem Abb. approbari in Bulla Gregorij XIV. in qua fit mentio solùm de laicis, &c. quæ Bulla reducit omnes Canones antiquos ad vnam formam & idem tenet *in impressione parua, cap.* 17. *num.* 11. Boët. Epo *de Iure immunitatis Eccles. ad cap. inter alia, num.* 21. vbi hanc contra Panorm. sequitur opinionem, cum Ecclesia suis ministris, vel maximè debeat patrocinari.

Marius Giurba *cons. crimin.* 40. *per tot.* vbi postquam hinc inde plura adducit fundamenta, & quam plurimos pro vtraque parte citanit Doctores, eum hac sententia remanet *num.* 4. asserens se iuxta eam in Archiepicopali Curiâ Messanensi non semel obtinuisse.

Hieron. Ceuall. *comm. contra comm. q.* 689. vbi *in fine*, relatis hinc inde Doctoribus concludit hanc opinionem in puncto Iuris esse magis veram, licèt contraria durum, & fortassis ridiculum esset recedere, saltem in his locis, vbi hæc practica viget,

Thomas Zerola *in praxi Episc. part.* 1. *verb. immunitas,*

munitas, num. 8. *vers. amplia istam communem*, vbi quòd clericus homicida per insidias gaudet immunitate Ecclesiastica.

Alexander Ambrosinus *de immun. Eccles. c.* 12. *num.* 3. vbi quòd opinio Romani est verior, & sequenda, & in confugiente ad Palatium sequitur distinctionem Deciani.

Franciscus Molinus *de sacra homicidio amittenda immunitate, sub tit. Immunitas Ecclesiæ, quals homicidio amittatur*, vbi postquam *à n.* 122. retulit Doctores, & rationes, *n.* 137. concludit Clericos, & Religiosos admisso extra Ecclesiam homicidio si ad eam confugiant, gaudere immunitate, & subdit tutius esse eam sequi opinionem, quam amplexata fuerit consuetudo.

Marius Itali *de immun. Eccles. lib.* 1. *c.* 3. *§.* 1. *n.* 2. relatis hinc inde Doctoribus concludit opinionem esse magis communem vt Clericus gaudeat, & inuehitur *n.* 3. *& seq.* contra contrariam consuetudinem.

Petrus Cenedus *pract. & canon. quæst.* 42. *libr.* 1. *q.* 41. *per totam, & n.* 9. *vers. ex quibus, & n.* 10. vbi concludit Clericum gaudere Ecclesiarum immunitate, & quòd opinio Romani est verior, & inuehitur contra consuetudinem contrariam, & dicit illam esse contra ius diuinum, vel saltem contra Dei ordinationem, & quòd hodie est sublata omnis consuetudo per Concil. Trident. *sess.* 25. *de reform. cap.* 10. & Constitutionem Gregorij XIV. & quòd solus Pontifex, non autem Episcopi, vel inferiores possunt dictum Ius diuinum interpretari.

Franciscus Salgado *de protest. Regia tom.* 2. *par.* 2. *c.* 4. *n.* 115. probat non solùm clericos de iure Canonico habere immunitatem, sed tenet maiorem esse rationem cur clericus in Ecclesia capi nequeat, quàm laicus.

Antoninus Diana *resol. moral. p.* 1. *tract.* 1. *de immun. Eccles. resol.* 14. vbi probat, quia iura Canonica, & Ciuilia indistinctè loquuntur, & indefinitè, & generaliter proindeque tam laicos, quàm Clericos complectuntur, arg. *l. de pretio ff. de publ. in rem action.* Idem Diana *p.* 5. *in fine in collect. declarat.* refert vnam in qua dicitur non posse extrahi Clericos præterquam in casibus degradatione dignis, & si oppositum fiat, debere restitui: & nouissimè *p.* 6. *tract.* 1. *resol.* 25. *in fine*, vbi post Cæs. Loccatel. *in Breuiario de tortura insp.* 5. *num.* 164. ait ideo Sacerdotem indutum cotta & stola extra Ecclesiam præcedente Cruce ad efferendum defunctum, non posse capi licentia Episcopi.

Melch. Lotter. *de re beneficiaria lib.* 1. *quæst.* 13. *n.* 113. vbi hanc sententiam sequitur.

Ioan. Baptista Ciarlin. *controuers. forens. cap.* 20. *n.* 17. *cum seqq.* vbi postquam contrariam opinionem sibi non displicere affirmauit, hanc probasse *Sacram Cong. Episcoporum* testatur, proindeque ei recedendum non esse asserit.

Ioan. Baptista de Lezana *in sum. quæst. Regular. tom.* 3. *verb. immunitas Ecclesiarum, n.* 6. dum ait quòd in casibus in quibus laici gaudent immunitate, ea gaudere debent Clerici seculares & Religiosi respectu suorum superiorum stando in rigore Iuris.

Leander Galganette *de iure publico lib.* 3. *tit.* 69. *n.* 27. vbi probat immunitatem hanc confugiendi ad Ecclesiam omnibus ad eam confugientibus competere, siue laici sint, siue clerici.

Lud. Correa Nobilis Lusit. Iuris Pont. Doctor insignis, *in sua elaboratissima repet. ad c. inter alia, de immun. Eccl. p.* 3. *n.* 25. vbi distinctè tenet Clericos crimina perpetrantes, si ad Ecclesiam confugiant, illius gaudere immunitate, quando crimina commiserint, propter quæ gaudeant immunitate.

Carol. Maranta *controuers. tom.* 2. *resp.* 50. vbi me citato dicit Sacram Cong. secundùm hanc opinionem declarasse.

Ioan. Anton. Nouar. *in summa Bullarum tit. de immun. Eccles. num.* 2. vbi postquam pro vtraque parte citauit plures Doctores, asserit iuxta hanc opinionem Sacram Cong. rescripsisse Episcopo Neocastren. die 10. *Augusti* 1618.

Ioan. Ægid. Trullench. *in præcepta Decalogi lib.* 1. *cap.* 11. *dub.* 2. *num.* 5. vbi me citato *in hoc loco*, hanc nostram sententiam approbat, quia Canones generaliter loquuntur, nec distinguunt de Clerico, aut laico.

R.P.D. Alexander Sperell. *in decis. fori ecclesiast. decis.* 59. *num.* 35. *vers. contrarium*, vbi attestatur de veriori & communiori, vt quòd articulo maturè discusso Sacra Congreg. hanc Romani sententiam fuit amplexa.

Sacra Congr. Episcop. Regular. *in Tropien.* 29 *Ianuary* 1617. declarauit quòd Clerici gaudere debent Ecclesiæ immunitate, qui post delicta patrata ad Ecclesias confugiunt extra casus in Bulla Gregorij XIV. expressos, & *die* 17. *Augusti* 1618. iterum decreuit non posse Clericos ab Ecclesia extrahi, præterquam in casibus degradatione dignis, & si secus fiat, restitui mandatur, vt refert Diana *part.* 6. *tract.* 1. *resol.* 26. *quæst.* 10. & de anno 1633. sic responsum fuisse Episcopo Auersæ attestatur Carol. Maranta *tom.* 2. *resp.* 50. *num.* 6.

Quorum opinio validioribus fulcitur fundamentis. Primum est, quia Canones generaliter 138
loquuntur, non distinguendo Clericum à laico, vt *in cap. rerum* 9. *& in cap. diffiniuit* 35. *& in cap. constituimus* 36. 17. *quæst.* 4. *& in d. cap. inter alia. & in cap. fin. de immunit. eccles.* vnde generaliter indistinctè debent intelligi, vt scilicet comprehendant Clericos, & laicos, prout arguit Roman. *consil.* 234. *in princip.* Remig. *de immunit. fallent.* 21. *vers. Primò quia text.* Decian. *in tract. criminal. tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 26. *num.* 1. Gutier. *pract. lib.* 3. *quæst.* 3. *num.* 1. *vers. contrariam tamen sententiam*, Suar. *dict. lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 5. Farinac. *d. quæst.* 28. *num.* 7. Ambrosin. *de immun. Eccles. c.* 12. *n.* 2. *vers. primò per omnes leges*, Vital. *in Clem.* 1. *n.* 70. *vers. nec obstat, de Pœnit. & rem.* Ioan. de Vischis *in d. cap. diffiniuit; de immunit. eccles. n.* 17. *vers. nota secundo*, Franc. Molin. *d. loco n.* 129. Cened. *d. q.* 41. *num.* 1. *& 9.*

Secundum, quia *in dict. cap. num.* 17. *quæst.* 4. sic dicitur. *Nullus Clericorum seruum, aut discipulum suum fugientem ad Ecclesiam extrahere audeat, vel flagellare præsumat.* Si ergo non licet Clerico seruum proprium, in quo habet ius necis, & vitæ, *l.* 1. *C. de emendat. seruor.* ab Ecclesia extrahere, nec etiam disciplinæ gratiâ licet discipulum flagellationes timentem extrahere, qui poterat esse, tam Clericus, quàm laicus, multò minus licebit iudici Ecclesiastico delinquentem extrahere, ita Decian. *dict. cap.* 26. *numer.* 1. *vers. quartò pro hac opinione*, Suar. *d. numero* 5. *vers. maximè.* Ambrosin. *d. cap.* 12. *vers. quartò pro hac opinione.* Cened. *d. q.* 42. *num.* 1. *vers. secundò pro hac.*

Tertium

140 Tertium, quia hoc priuilegium est concessum loco ipsius Ecclesiæ, seu personis propter honorem, & reuerentiam, quæ locis sacris diuino cultui dicatis debetur, Imol. *in d. Clem.* 1. *n.* 8. *de Pœnit. & remiss.* Suar. *d. cap.* 10. *n.* 5. ergo suffragatur cuilibet in Eclesia reperto, siue sit Clericus, siue laicus, & multò magis Clericus debet exhibere reuerentiam, & honorem locis sacris, Roman. *d. consil.* 234. *in princip. vers. tertio quia*, Remig. de Gooni *d. fallent.* 21. *vers. tertiò hoc priuilegium*, Decian. *d. cap.* 26. *num.* 1. *vers. tertiò quia*, Ambrosin. *d. c.* 12. *n.* 2. *vers. tertiò quia*, Franc. Molin. *d. loco num.* 129. *vers. tertiò immunitatis iura*, Cened. *d. q.* 42. *n.* 1. *vers. tertiò facit*, Mar. Ital. *d.* §. 1. *n.* 1. *vers. quam opinionem, & n.* 15. *vers. & quoniam hoc priuilegium.*

141 Quartum, quia maior est ratio in clerico, vt in Ecclesia capi non possit, quàm in loco, cùm clericis Ecclesia sit veluti domus; in domo autem propria quia capi non potest, *nemo de domo, ff. de regul. iuris*, ita arguit Roman. *d. cons.* 234. *in princ. vers. secundò quia*, quem sequutur Decian. *lib.* 6. *c.* 26. *n.* 1. *in princ. vers. secundo quia.* Ambros. *d. c.* 12. *n.* 1. *vers. secundò quia*, Franc. Molin. *d. n.* 129. *v. secundo cum Ecclesia*, Monticel. *in praxi crimin. reg.* 12. *de captura rei*, *n.* 18.

142 Quintum, quia Ecclesia multò magis tueri debet Clericos, vt subditos suos sibi seruientes, quorum habet curam magis specialem, quàm laicos, igitur priuilegium, & immunitas indistinctè concessa confugientibus ad Ecclesiam competit etiam Clericis, Decian. *d. c.* 26. *n.* 1. *vers. præterea durum est*, Cened. *d. q.* 42. *n.* 1. *propè fin.*

143 Sextum, quia si Ecclesia priuilegium concessit laicis, vt omnes fatentur, & hoc in aliis statuit, debet etiam in suis idem pati, iuxta illud, *patere legem quam tu ipse tuleris*, vt arguunt Decian. *d. c.* 26. *vers. item si in aliis*, & Ambros. *d. c.* 12. *n.* 2. *vers. quintò facit.*

144 Septimum, quia Clericis ante assumptum clericatum competebat immunitas, ergo etiam post assumptum clericatum competit dicta immunitas, nullibi enim reperitur cautum, quod Clericus ea, quæ sibi vt laico competebant, per clericatum amittat.

145 Octauum, quia si aliter diceremus, clerici essent deterioris conditionis, quàm laici, quod videtur inconueniens, Iul. Clar. §. *fin. q.* 30. *vers. vlterius quæro.*

146 Quarta recenta opinione, absque consuetudinis distinctione, de qua infrà, non obstant quæ pro priori adduxi, nam ad primum d. glos. *in d. cap. nullus Clericorum* 17. *q.* 4. respondetur illam id non dicere, sed tantummodo quòd iudex Ecclesiasticus potest verberare in Ecclesia Clericum, Decian. *d. cap.* 26. *num.* 1. *vers. Panormitanus tamen.* Secundò respondetur, quòd auctoritas glos. probabilis est, non necessaria, Franc. Molin. *dict. loco num.* 123.

147 Ad secundum respondetur argumentum illud leue esse, quia præsupponit iura Canonica de laicis tantùm loqui, quæ cùm generaliter, & indefinite loquantur per verba, *nullus, nemo*, & similia, debent generaliter intelligi, Decian. *d. num.* 1. *vers. sed certè hoc argumentum.* Secundò, respondetur, quòd quamuis *d. cap. inter alia*, de laicis meminit, non de Clericis, ideo factum existimandum est, quia raò Clerici, quorum eximia sanctitas esse debet, in tam graue homicidij scelus prorumpunt, lex autem ad ea, quæ frequentius accidunt, constitui solet, *l. nam ad ea, ff. de legib.* Franc. Molin. *d. loco. v. secunda ratio.* Tertiò, optimè respondet Mar. Ital. *d.* §. 1. *num.* 18. quòd ideò constitutum fuit hîc solùm de laicis, quia ista constitutio est lata in fauorem ipsorum laicorum, quia temporales iudices aduersùs illos plura priuilegia impetrauerant, vt potuissent ab Ecclesia eos extrahere, imò etiam hoc non contenti in Ecclesiasticas personas prædictam facultatem extendebant, sed quia iudex sæcularis nullam habet potestatem aduersùs has personas Ecclesiasticas, ideò de laicorum personis tantùm tractare videtur.

Ad tertium est facilis responsio, quia isti non 148
confugiunt ad Ecclesias ea mente, vt sint tuti in Ecclesia, & gaudeant eius immunitate, sed vel ducuntur ad Ecclesiam inuiti, & ad carceres, vel spontè, vt se in iudicio tueantur, deueniunt in Ecclesiam, non vt in ea sint tuti, sed nos quærimus an si Clericus attentaretur & caperetur extra Ecclesiam, & ipse ad Ecclesiam confugeret, tutus esset sicut sæcularis? non negatur, ergo, quòd in Ecclesia possit capi, si illuc non confugit, sed iudicij causa venit, prout præsupponit in hoc argumento Panor. Nec etiam negatur, quin in Ecclesia possit etiam verberari, sed tantùm hoc contenditur, quòd cum ea fide confugerit ad Ecclesiam, vt tutus sit, non possit inde extrahi, quod apertè probat text. *in d. cap. nullus clericorum* 17. *q.* 4. Secundò respondetur siue laici sint, siue Clerici, siue Religiosi delinquentes in Ecclesia, immunitatem non consequentur, quia Ecclesiam spernere, & eidem iniuriam irrogare censentur, Franc. Molin. *d. loco n.* 124.

Ad quartum negatur, quòd remaneret impuni- 149
cum factum, nam illud facile tollitur cum censuris Ecclesiasticis, excommunicatione scilicet, & depositione, & sic posset puniri, Decian. *d. n.* 1. *vers. quartò considerat.* Secundò respondetur, quod hæc argumenta Panorm. procedunt in illis, qui se seruis, & illicitis immiscentes ab eorum Prælatis extra Ecclesiam capiuntur, non sic in illis, qui se se receptui dederunt Ecclesias ingressi, alioquin (absurdum foret) deterioris conditionis Clerici, quàm laici essent, sanctos autem esse Clericos oportet, neque Ecclesia eorum defendit scelera, id enim de his criminibus regulariter intelligendum est, quibus immunitate non gaudent, quia eam amiserint, Franc. Molin. *dict. loco n.* 125. *&* 126.

Ad quintum respondetur, quòd hoc non nega- 150
tur, sed tantùm quæritur, an confugiens ad Ecclesiam sit tutus, Decian. *d. n.* 1. *vers. adducit, & quintò.* Secundò respondetur, quòd illa *Clem.* 1. *de priuil.* intelligitur de iis criminibus, quorum grauitas non immunitatem tollit Ecclesiarum, Franc. Molin. *d. loco n.* 127.

Ad sextum respondetur, quòd sicut sæcularis si 151
delinquat in Ecclesia, tutus non est, ita pariter Clericus, vel Religiosus delinquens in Ecclesia, vel intra septa monasterij, aut intra illos triginta, vel quadraginta passus, quia in hoc tutus non erit, nam Clericus in hoc sæculari æquiparatur. Secundò respondetur, quòd hoc argumentum fragile est; quid enim, vbi extra Ecclesiam delinquunt, nam sæpius homicidia, quæ ab his admittuntur, extra Ecclesiam patrantur, quibus immunitatis iura subtrahere impium videretur. Ad cætera verò fundamenta facilè ex dictis responderi potest, ne vltra solitum modum in hac materia spatiari videar.

152 Ad distinctionem consuetudinis quam Doctoies asferunt, respondetur, quòd iusta consuetudo est potiùs abusus & corruptela dicenda, quæ pro lege minimè fe[r]uanda est, *cap.cum causâ.de sent.& re iudic.* Vnde legitur *in c. 1. & 2.dist.* 11. quòd vsus auctoritati cedere debet, nam prauum vsum lex, & ratio vincit, quapropter quicquid ab Apostolicæ Sedis Rectoribus plena auctoritate sancitur, nullius consuetudinis præpediente occasione propria transigendo voluntates remoueatur, sed firmiter, atque inconcussè teneatur; hinc igitur prædicta consuetudo, qua fulcitur Clarus, & alij nullius roboris, vel momenti esse debet, præsertim cùm sit contra libertatem Ecclesiasticam, quod enim contra disciplinam, & libertatem Ecclesiasticam fit, irritum esse debet, *cap.illa autem,vers.quod enim,dist.* 12. cum aliis pluribus, quæ in hanc responsionem congerit Mar.Ital.*dict.lib.1.cap.3.§.1. num. 3. cum seqq.vsque ad fin.* vbi *num.17.vers.ex his*, dicit se à quodam Religioso fide dignissimo accepisse, sa-
153 cram Congregationem Episcoporum ita respondisse, quæ itidem declarauit *in vna Cremonen. 27.Iuly* 1618. quòd ad extrahendum delinquentem à loco immuni, & Curiæ sæculari consignandum, non sufficit sententia contumacialis, quia non probat delictum, sed plenior probatio requiritur.

154 Octauò, circa Iudicem, qui debeat cognoscere de immunitatis causâ, est notandum Iudicem Ecclesiasticum esse competentem ad cognoscendum, vt probat text. *in cap. ad Episcopos 17. q. 4.* vbi Pontifex præcipit Ecclesiarum violatores per Episcopos iudicari, & *in cap.vlt. de immunit. Eccles.* vbi Papa Archipresbytero Toletano, & Compostellano Ecclesiasticis personis mandat, vt publicè nuncient committentes in Ecclesiis homicidia, seu mutilationes membrorum, immunitate non gaudere; ergo ad illos, & non ad sæculares pertinet hoc declarare, quod tradunt Fr.Emman.*quæst.regular.tom.2.quæst.51. art.3.post med.* Gambacurt.*de immunit.Eccles.lib. 6.c. 2.n.1. cum seqq.* Farin.*de immunit.c.vlt.num.366.* Lotter. *de re benefic.lib.1.quæst.13.n. 96. cum seqq.* Diana *moral.resol.part.4 tract.1.resol.49.& part.6.tract. 1.resol.30.* Ciarlin *dict cap.10.n.2.* Trullench.*dict. c.11.dub.6.à princip.* Giurb.*consil.20.num. 17.fin.* Ludou.Correa *in repet.d.cap.inter alia,part.4 n.2.*
155 hinc inferens, quòd quando fugiens ab Ecclesia abstrahitur sub dubio, an gaudeat immunitate, in carcere Ecclesiastico est pro interim seruandus, & semper cùm Episcopi, vel eius Vicarij licentia ab Ecclesia erit tollendus, itavt si iudex sæcularis delinquentem sine tali licentia extrahare voluerit, poterit delinquens absque pœna se defendere à iudice sæculari, vt præ cæteris expressiùs declarant Fr.Emman.& Ludou. Correa *proximè citatis locis.*

156 Vnde colligitur ad Iudicem Ecclesiasticum spectare decidere, & iudicare, an reus in loco sacro vel profano captus sit, dum satellites asserunt cœpisse in loco profano, reus verò testatur se captum in loco sacro. Ita per text. *in cap.si iudex, de sent.excom.lib.6.* resoluunt.Mar.Ital.*de immun.l. 1. cap.6.§.2.n.100.cum seqq.* Gamb.*eod. tract. lib. 4. cap.22.num.25.* Pereg.*in simili tract. cap.13.n. 18. cum seqq.* Farin.*eod.tract.num.54.* Diana *dict. resol. 49.in fine*, Ioan.Anton.Nouat.*in sum.Bullar.tit. de immunit. Eccles.num 95.* me citato *in hoc loco* Lezana *in sum.quæst.Regular.verb. immunitas Eccles. num.28.* In dubio enim non credendum satellitibus & birruariis, si isti negent reum captum in loco sacro, & reus affirmaret cùm agatur de graui præiudicio. Decian.*d.lib.6.cap.29. num.10.* Farinac.*d.tract.de immunit.num. 54.* Giurba *consil. 100.num.35.* Ioan.Anton.Nou. *d. tit. de immunit. Eccles.num.93.* vbi *num.94.* limitat nisi aliter consuetudine obseruaretur, vel esset de maioribus birruariis, qui aliquam haberent iurisdictionem, quod etiam tradit Giurba *d.cons.100.num.35.* vbi subdit quòd si pro reo deponerent birruarij, illum nempe captum fuisse in loco sacro, standum eis esset, cùm eorum relatio dicatur de actis, & faciat notorium, & *num. 36* quòd reo extra Ecclesiam se captum affirmanti, nulla fides adhibenda est, si testibus probatur contrarium.

In hac causa immunitatis ita solus Episcopus, 157
vel ab eo deputatus iudex est competens, vt nulli alij Ecclesiarum, & monasteriorum Prælati aliquam cognitionem super ea sibi vsurpare valeant, sicut bene resoluunt Gambacot.*dict.lib. 6. cap.9.à num.1*, Ludou. Correa *d p.4.num.3.* idque ex aperta dispositione Gregorij XIV. *in §. 8. prope fin.* ibi *nec inde extrahi, aut Curiæ seculari consignari, aut tradi possint, nisi cognito prius per Episcopum, seu ab eo deputatum, an ipsi verè crimina superius expressa commiserint.* Farinac.*tom.1.consil.76. n.2.* Trullench.*dict.cap.11.dub.6.num.2.* Ioan. Anton. Nouar.*dict.tit.de immunit.Eccles. num. 100.* Laurer.de Franchis *de controuers.inter Episcop. & Regular.in quæst.diuers.quæst.29.pag. 342.* Vnde Vicarius Capitularis non poterit cognoscere causas confugientium ad Ecclesias, vel ab illis extractorum, contra Diana *p. 6. tract. 1. resol. 30.q. 1.* quia hæc facultas competit Episcopis, eorùmque Vicariis iure extraordinario, vt patet ex Constit. Gregorij XIV. ibi. *Sine expressa licentia Episcopi, vel eius Officialis, ad quos soles, & non alios Episcopis inferiores, etiamsi aliàs Ordinarij sint, licentiam dandi facultas pertineat*, &c. & ibi, *Occurrente autem casu in loco exempto, & nullius diœcesis, tunc ad Episcopum viciniorem deuoluitur hæc cognitio*, &c. Ita Mar.Italia *dict. lib. 1. c.6.§.1.à n. 37. vsque ad num.55.* Diana *d.part.6.tract.1. resol. 30. quæst. 2.* R.P.D. Sperell.*in decis.fori Eccles.decis.31.num.8.* vbi Refert hanc sententiam approbasse Sacram Congreg.*super controuers. iurisdict. in Conuersana* 25.*Februarij* 1633. Quicquid contra teneat Pereg. *de immun.Eccles.cap. 3. num. 33. vers.opinio verò.* Sed an Episcopus, quando cognoscit vtrùm reus gaudeat immunitate Ecclesiastica, debeat illum citare, quærit Diana *part.4.tract. 1.resol. 112.* vbi cum Pereg.*de immunit.c. 3. à n. 9.* & Castro Palao *d.tom. 2.disput.vnica de immun.punct.13. num. 11. & 12.* affirmatiuè respondet, eiusdem sententiæ videtur esse Farin.*cons. 168.n. 48.* Sed contrariam ipsemet apertè tenet in addit. & nunquam citari confugientes pro eorum extractione in Curia Neapolitana, dicit Ioan.Anton. Nouat. *dict.tit.de immun. Eccles. num. 96.* Hinc reddimur omnino certi Iudicem laicum non posse suo arbitratu extrahere ab Ecclesia reum ad eam confugientem, quia necessaria est licentia Episcopi, vel eius Officialis, vt legitur in dicta Bulla Homobon.de Bonis *tom.2.tract 11. c. 12. suppposit.3. vers. hæc*, Caball. *resol.crimin.194.num. 2.* Ambros.*d.tract.cap.11.in princip.* Peregrin *d.tract.cap. 13.num. 5. vers.dixi*, Duard *d. q.16.n.30* Diana *d.p.6. tract.1. resol. 28.* Ciarlin. *d.c. 10. n. 30. & 33.* Appellatione Episcopi

scopi

scopi venit proprius Episcopia etiam electus, & confirmatus, licèt nondum consecratus. Diana d. p.6 tract.1 resol.30.q.2. non autem habentes iura Episcopalia, propter quod si delictum exceptum committatur in loco exempto alicui Prælato seculari, vel Regulari, recurrendum est ad Episcopum viciniorem pro licentia prædicta, vt legitur in dicta Bulla, Fr.Emman. quæst.regul. tom.x.q.50. ar.3.vers.verum, Ambros dict.tract. cap.11.num.1. vers.vt Curia, Guazzin, d.c.31.num.4. Pereg. dict. c.14.sub num.6. Ciarlin. dict.cap.50.n.34. Trullench dict. cap.11. dub.6. num.2. Nomine autem officialis Episcopi, intelligitur solùm eius Vicarius generalis, Sanch. de matrim. lib.8.disp. 27. n. 29. Bonac.d.q.7.§.7.n.2. vers. nomine officialis, Pereg. c.3.n.18.vers.pro parte, & c.16.n.32.Mari. Ital. d. lib.1.cap.6.in princip.num.15. Ciarlin.dict.cap.10. num. 35.

158 Cognitio igitur huiusmodi, & quæuis quæstio in materia immunitatis ecclesiasticæ superueniens, potius summorum Pont. decretis, quàm Imperatorum legibus decidi debet, secundùm glos.vlt in c.sicut antiquitus 17.q.4. Syluest.in sum. verb. immunitas. & hæc ad honorem, & reuerentiam rebus sacris exhibendam pertinet, d.l.præsenti, C.de his, qui ad Eccl.confug. d.c.reum.17.q.4.vbi, vt honor Ecclesiarum conseruetur, Remig. de immun.reg.1.n.x. Gou.d.c.20.n.2.

159 Decimò est notandum diuersas pœnas imponi illis, qui violant immunitatem ecclesiasticam abstrahendo confugas ab Ecclesia, de quibus agunt Dec.d.lib.6.c.28. il 2.n.1.Ludou. Peguera in pract.crim.c.26.sub.n.5.vers. præterea text. Suar. d.tom.1.de relig.l.3.c.3.n.7.vers.sed quærit aliquis, Alex. Amb. de immun. eccl.c.15.n.4.Farin.in simili tract.n.311.cum seqq.Lud.Correa in repet.d.c.inter alia,sub n.7.vers.videamus, cum seqq Erasm.à Cochier d.p.4.q.65 ad fin.Io.Ant.Nouar.d.tit.de immun. Eccles.n.30.vbi quòd licèt de Iure Canonico iudex spiritualis repetere debeat per monitiones, & censuras extractum per vim ab Ecclesia, nihilominus Iure Ciuili attento extrahens puniendus erit,& n.33.subdit laicum nec ex consuetudine excusari si reum extraxerit. Et an iudex laicus extrahens reum ab Ecclesia, teneatur ad restitutionem damnorum, quæ inde passus est? Affirmatiuè post Bonac. Castr. Palaum, Villalob. Scott.& alios,respondet Diana p.6.tract.1.res.32. quæst.3.

160 Prima igitur & omnium antiquissima pœna est, vt qui abstraxerint quemquam ab Ecclesia, rei sint læsæ maiestatis. vltimoque supplicio puniantur, vt habetur in l.fideli,& in l. præsenti. C. de his.qui ad Eccles.confug.eleganter Guid. Pancirola in thesauro var.lectionum lib.2.cap.183. vbi de miraculo ob quod Imperator Leo condidit d.l.præsenti; quam pœnam sacri Canones contra laicos approbarunt, vt in cap. definiuit 17.quæst.4. vbi constitutum est vt seueritatis regiæ sententia feriantur; quæ quidem pœna videtur in desuetudinem abiisse, de quo Suar. dict.tract.2.cap.13.n.6. Castro Palao dict. disputat. vnica punct. 12. n. 1. Trullench dict. cap. 11. dub. 5. num.3.in princ.Lezana in sum.quæst.Regul. verb.Immunitas Ecclesiarum. n. 21.

161 Secunda pœna temporalis pecunia est, scilicet nongentorum solidorum, hoc est, aureorum pro immunitate violata, vt expressè probat text.in. c. si quis contumax. 17. q. 4. ibi, nongentos solidos Episcopo componat, vbi gloss. in illo verb. componat, in fine, sic ait. *Vel dic & melius quòd si quis violat immunitatem, nullum damnum faciendo soluit solidos nongentos, sed si damnum aliquod fecerit, soluet triplum pro immunitate, & damno*, &c. Videtur igitur huiusmodi solidos soluendos esse Episcopo ex adductis verbis dict. c. si quis contumax, cui contrariari videtur text. in cap. si quis in atrio, eadem causa & quæst. ibi, *quicquid pro immunitate violata emendandum est Altari soluatur, cuiuscumque fuerit Ecclesia*; sed gloss. dict.verb. componat, Iura illa conciliare nititur hoc modo, videlicet, quòd satis videtur dari Ecclesiæ id, quod eius Prælato datur, & sic quamuis Prælato solidi soluantur. ipsi Ecclesiæ solui videntur. Quapropter si Ecclesia Cathedralis sit, detur Episcopo, si verò Ecclesia inferior, detur eius Prælato. Vel fortè meliùs com Archid. in dict. cap si quis in atrio, dici potest quòd in hoc textu definitum fuit cui pœna soluenda sit: at verò in dict. cap. si quis contumax, statutum est quanta, & per quem taxanda sit, nempe vt per Episcopum in nongentis solidis.

Tertia pœna imposita violatoribus immunitatis extrahentibus ab Ecclesia confugientes, ea est, nempe quòd immunitate careant, si ad Ecclesiam confugiant, probat expressè text. in cap. frater, iuncta gloss. verb. ab omnibus, & in cap. ad Episcopos 17. quæst. 4. ibi, *ad Episcopos direximus iussionem, vt eos, qui Ecclesias violasse perhibentur accessu earum, iudicent esse indignos*, &c. 162

Quarta pœna est poblica pœnitentia, ex cap. miror, & ex dict.cap. si quis contumax 17. quæst. 4. Episcopi arbitrio taxanda, de qua priscis temporibus vsus erat, modò verò minimè. 163

Quinta pœna est, vt non recipiantur oblationes à domo illius, qui de Ecclesia hominem extraxit, dict. c.miror.17.quæst. 4.quæ pœna ignominiosa est, & excommunicationis particeps, quasi eius sit, cuius oblationem Ecclesia execretur, & quem indignum iudicet, vt eius oblatio à Clericis recipiatur, Gambac. de immunit. Eccles. lib.8.c.n.10. 164

Sexta pœna est, vt eam subeant, quæ contra sacrilegos imponitur: ille enim qui delinquit in Ecclesia vulnerando, vel alia delicta faciendo, dicitur committere sacrilegium secundùm Canones punibile, cap si quis, cap. quisquis.§. sacrilegium, & cap. si quis 17.quæst.4.cap.decet, de immunit. eccles. lib. 6. Cardin. Tusch. verb. Sacrilegium, concl 6.num. 12. Decian. tract. crimin.lib.4. cap.26.sub num.1.Menoch. de arbitr. casu 389. num.33.cum seqq.Mart.de iurisdict.part.2.cap. 11. num.23.Cabal resolut. crimin.resolut. 194.num.5. & 7. Farinac. dict.quæst. x8.num.62.in fine, Guazzin. de defens.reorum lib.1.defens.1.c.11.num. 19. ad fin. & num.20.in fine, Alexan. peregrin. de immunit. Eccles.cap.6. num.28.Bellet. disquis.cleric. tit. de fauore cleric.reali. §.4. n. 20. Cirlin. controu. forens.c.15.n.11.

Sacrilegium autem, præsertim Iuris humani) quod requiritur ad tribuendam iurisdictionem Episcopo) ad tria capita secundùm omnes Theologos reducitur. Primum cùm persona sacra violatur, vt si percutitur clericus, vel ad seculare Tribunal trahitur. Secundum cùm res sacra, vel ad diuinum cultum dedicata violatur, vt abusus Sacramentorum, sacrorumque vasorum, vel sanctarum Reliquiarum, Monialium

violatio, bonorum Ecclesiasticorum vsurpatio, vel collectatio, & cætera huiusmodi. Tertium sacrilegij genus committitur circa locum sacrum cum sanguinis, vel seminis humani effusione, vel alicuius rei furto polluitur, Lessi. *de Instit. lib. 2. cap. 45. dub. 3.* Sperell. *in decis. fori Eccles. decis. 62. num. 11.* vbi *num. 12.* idem in percutiente ex rationis identitate dicendum putat, & *num. 13.* nomine loci sacri ad hunc effectum intelligit quemlibet locum, siue publicum, siue priuatum auctoritate Episcopi consecratum, vel benedictum, ac ad Sacra peragenda, vel ad sepeliendos mortuos deputatum, vt Ecclesias, Templa, cœmeteria, hospitale, in quibus est Altare ad Sacra peragenda, qui per totam illam decisionem contra Ricc. *p. 3. decis.* 179. resoluit laïcum percutientem laïcum in loco ad colloquendum cum Monialibus deputato (quod vulgo dicitur *Parlatorium*) non committere sacrilegium, & *num. 24.* aduertit locum sacrum ad effectum inducendi sacrilegium non ita latè sumi, sicut ad effectum gaudendi Ecclesiastica immunitate, ex ea ratione, quia quando agitur de immunitate, sumus in fauorabilibus: quando autem de graduando delicto, sumus in odiosis, & pœnalibus.

Cùm igitur sacrilegium sit delictum mixti fori, siue peccati, offendendo Ecclesiam, siue personas, aut res Ecclesiasticas, sequitur iure optimo posse iudicem Ecclesiasticum procedere contra laicum in Ecclesia delinquentem, vel aliter sacrilegium committentem, adeò vt sit locus præuentioni inter iudicem Ecclesiasticum, & secularem. Cou. *var. lib. 2. cap. 20. n. 18. vers. 35. in fine,* Menoch. *casu 389. num. 33. & 36.* Bajard.. *ad Clar. §. fin. quæst. 38. num. 31.* Mart *d. c. 11. num. 20. cum seqq.* Caualcan. *de brachio Reg. part. 1. sub. num. 75.* Farinac. *q. 18. num. 132. & quæst. 28. n. 61. in fine,* Caball. *resol. 194 num. 7. & 8.* Decian. *dict. cap. 26. num. 1.* Alex Pereg. *de immun. cap. 6. num. 28.* dum dicit quòd dum reus est in Ecclesia, non datur locus præuentioni respectu iudicis sæcularis, Franc. Leo *in Thesau fori Eccles. part. 1. capite 13. n. 23.* Bonac. *de legib. disput. 10. q. 2. punct. 1. §. 1. num. 32.* Mari Anton. *var. resolut. lib. 3. resol. 38. n. 2.* Belles *disquis. cleric. p. 1. tit. de fauore cleric. reali §. 4. n. 9.* Guazzin, *de defens. rerum lib. 1. defens. 1. c. 11. n. 19.* Ciarlin. *controuers. forens. cap. 15. num. 32. cum seqq.* Alex. Sperel. *in decis. fori Eccles. decis. 3. à princip.* Gabr. Pereira *de manu Regia part. 2. cap. 56. n. 32. cum seqq.* Non obstat quòd post Bart. *in l. si cui §. fin. num. 3 ff. de accusat.* tenet Ab. *in cap. fin. num. 5. & in cap. inter alia num. 29. de immun. Eccles. & in cap. cum sit generale num. 27. de foro compet.* quem alij sequuntur, quòd laïcus committens in Ecclesia delictum seculare, non debet puniri per iudicem Ecclesiasticum, sed per secularem; quia loquuntur in delicto merè laïcali resultante ex percussione à laïco in alterius laïci personam facta in Ecclesia, circumscripto sacrilegio, quod non mirum si duntaxat ad iudicem laicum spectet, & in hoc Abb. sequuntur Alex. *consil. 131. sub. n. 2. lib. 1.* Gom. *variar. tom. 3. cap. 10. sub num. 2. vers. & adde,* Cou. *dict. cap. 20. num. 38. vers. 35.* Roland. *cons. 26. num. 5. cum seq. lib. 2.* Vulpel. *in tract. de libert. Eccl. part. 5. sub num. 29. vers. quod absque ratione,* Clar. *§. fin. quæst. 38. n. 18. vers. vidi etiam,* Decian. *tom. 1. lib. 4. cap. 17. num. 34.* Menoch. *de arbitr. casu 389. num. 40. cum seqq.* Viui *decis. 492. n. 1.* Caball. *resolut. crimin. lib. 1. casu 194. n. 2. cum seqq.* Farinac. *dict. quæst. 28. num. 62.* Sperelli *dict. decis. 3. n. 10.* Non negat tamen Abb. sacrilegium ex dicta percussione sequuta in Ecclesia, esse crimen mixti fori, & inter vtrumque iudicem locum esse præuentioni, nec diffitentur Roland. *dict. cons. 24. n. 13.* Decian. *dict. lib. 4. capite 19. num. 34.* Cabal. *dict. casu 193. sub. num. 8.* Menoch. *d. casu 389. num. 32. & seq.* Vulpel. *a part. 1. n. 29.* Franc. Leo *d. part. 1. capit. 13. n. 33.* Zerol. *in praxi Episcop. part. 2. vers. laici. §. 6. & 8.* Farin. *de immun. n. 236.* Ciarlin. *d. c. 15. n. 23.* Sperel. *d. decis. 3. n. 13.*

Quibus autem pœnis iudex Ecclesiasticus contra laïcos procedere possit, superest modò vt videamus. Non defuerunt plures scriptores qui existimauerunt laïcum iudicem procedere ad pœnas corporales & pecuniarias, Ecclesiasticum verò non posse laïcum corporaliter capi & carcerari facere, nec temporaliter punire, sed contra eos dumtaxat ad pœnas spirituales, & ad censuras procedere posse, & debere, ex quorum numero sunt Clar. *in §. fin. quæst. 36. num. 46. vers. quæro quid si per laicum, & quæst. 37. num. 8.* Camil. de Curte *in diuers. feud. part. 2. cap. 2. num. 17.* Decian. *lib. 4. capite 26. n. 15.* Mench. *de success. lib. 3. §. 22. post num. 17.* Seacc *de iudic. part. 1. capite 12. num. 80.* Mastril. *decis. 68. num. 7.* Carol. de Crassis *de effectu cleric. effectu 1. num. 620.* Giurba *cons. crimin. 70. num. 16.* dum refert inueteratam esse Regni Siciliæ praxim quòd iudices laïci in his, quæ mixti fori sunt, quoad pœnas temporales ipsi soli cognoscant, Ecclesiastici verò quoad spirituales, Duard. *in Bull. Cœna lib. 2. can. 16. quæst. 5. num. 2.* vbi quoque testatur in Regno Neapolitano propter Bullam Honorij III. & antiquam consuetudinem non dari præuentionem iudicibus Ecclesiasticis, nisi quoad censuras.

Contrarium verò, immo in huiusmodi sacrilegiis, alijsque criminibus mixti fori posse iudicem Ecclesiasticum tam ad spirituales, quàm etiam ad temporales pœnas circa sanguinem contra laicos procedere, meritò tenent Innoc. *in cap. cùm pro causa, sub. num. 1. in fine, de sent. excomm.* Butr. *in cap. cùm sit generale num. 11.* vbi etiam Abb. *num. 15. de foro compet.* Oldrad. *cons. 86. & 89.* Calderin. *cons. 11. num. 2. de iudic.* Roman. *sing. 53. vers. fui interrogatus,* Nau. *consil. 1. de foro compet.* Osach. *Pedem. decis. 103. num. 7.* Læli. Iordan. *in tract. de Romana Sedis origine cap. 8. num. 19.* Giachar. *in addit. ad Clar. in §. sacrilegium addit. 1.* Caball. *resolut. crimin. 1. casu 194. num. 10. & 11.* Marta. *de iurisd. p. 2. capite 29. n. 1. cum seqq.* Guazzin. *de defens. rerum, defens. 3. c. 12. n. 20. in fine* Bellet. *disquis. cleric. tit. de fauore cleric. reali §. 5. n. 103.* Marc. Anton. Genuen. *in pract. Archiep. Neap. c. 8. n. 8.* vbi inquit fuisse quendam laïcum ob verba obscœna in contemptum Sacerdotum prolata ad triremes condemnatum, & *in c. 13. n. 3.* dicit veriorem esse opinionem quòd laïci in casibus, in quibus possunt conueniri coram Episcopo, possunt etiam ab eo carcerari, & alijs pœnis temporalibus puniri, & quòd hodie istud est expressum in Conc. Trid. *capite tertio sess. 25. de reform.* vbi disponitur quòd iudices Ecclesiastici non procedant ad censuras nisi quando realem, aut personalem executionem facere non possunt contra reos etiam laïcos, Salzed. *ad Bern. in p. c. 87. vers. apud Hispanos, & vers. pœna verò,* vbi tenet quòd iudices Ecclesiastici laïcos sacrilegos possunt in carcerem mittere, & punire, & quod solet eis imponi pœna pecuniaria, quæ locis pijs applicatur pro modo, & consuetudine regioni.

Cardin.

Card. Tusch. *lit. S. concl. 6. num. 12.* vbi aduertit quòd in his causis Iudex Ecclesiasticus punit laicum in omnes pœnas ex delicto, per quas non imponitur pœna sanguinis, & si est irroganda mors, traditur Curiæ seculari, latè Ciarlin. *dict. cap. 15. num. 32. cum multis seqq.* vbi *num. 39.* de Giurbæ dicto de inueterata Regni praxi, & *num. 42.* idem asserit de alia simili, quam Duardus testatur vigere in Regno Neapolitano vigore Bullæ Honorij III. & tandem *à num. 56.* firmat quòd Episcopus in causis non solùm spiritualibus, sed etiam mixti fori potest laicos pœnis temporalibus punire, siue in pecunia, siue in fustigatione, vel pœna perpetui carceris, seu triremium, dummodo abstineat pœna sanguinis, Steph. Grat. *Marchia, decis. 118. n. 17.* Bellet. *d. tit. de fauore clericor. reali. §. 5. n. 103.* latè R. P. Spetell. *in decis. fori ecclesiast. decis. 4. n. 3. cum seqq.*

165 Septima pœna contra Ecclesiasticæ immunitatis violatores est excommunicatio, à qua absolui non possunt, nisi exactum restituant, *cap. quisquis, & cap. sicut antiquitus 17. q. 4.* Peguera *in pract. crimin. cap. 26. sub num. 5. vers. præterea text.* Alex. Ambrosin. *de immunit. cap. 15. num. 4.* Suarez *dict. tom. 1. de Relig. tom. 3. cap. 13. num. 7.* Gambacurt. *d. lib. 8. cap. 1. num. 11.* Eriam, à Cochier. *d. q. 65. ad fin.* Farinac. *d. tract. de immun. num. 312* Villalob. *in sum p. 2. tract. 39. diffic. 8. num. 4.* Castro Palao *d. punct. 12. n. 3.* Trullench. *d. lib. 1. cap. 11. dub. 5. n. 3.* Carol. Maranta *tom. 2. resp. 50. n. 18.* Ioan. Anton. Nouar. *d. tit. de immunit. num. 32.* vbi ampliat quòd extrahens confugientem incurrat adhuc in excommunicationem, quamuis fuisset facta restitutio extracti, ex verbis Bullæ, ibi, *si aliquis attentare præsumpserit*, &c. Thesaur. *in praxi p. 2. verb. immunitas cap. 1.* Lezana *d. verb. immunitas Ecclesiarum, num. 21.*

166 Quam quidem excommunicationem esse latæ sententiæ, & ipso iure incurri, (quicquid sit fore communi asserto) insinuat expressè Constitutio Gregorij XIV. *in §. 10.* ibi, *Declaramus eum ipso facto censuras & pœnas easdem incurrere, quæ contra libertatis, iuris, & immunitatis Ecclesiasticæ violatores per sacros Canones, & Conciliorum generalium nostrorum prædecessorum Constitutiones sunt promulgata*, &c. & ex ea colligunt Gambacurt. *dict. lib. 8. cap. 4. n. 2. & 6.* Lud. Cortez. *in repet. d. c. inter alia, p. 4. n. 8. in fine,* Anton. Diana *moral. resol. p. 6. tr. 1. resol. 34. in fine.*

167 Sed an sit Sedi Apost. reseruata, verti solet in dubium. Nonnulli existimarunt locorum Ordinarios ab hac excommunicatione absoluere posse facta restitutione; ex quorum numero sunt Marc. Anton. Genuens. *in pract. Neapol. cap. 22. num. 3. 4. & 12.* Homobon de bonis *de examine Eccles. p. 2. tract. 11. suppos. 3. vers. porrò centum*, Anton. Diana *moral. resolut. p. 1. tract. 1. resol. 41.* Ioan. Anton. Nouar. *d. tit. de immun. Eccles. n. 97.* alij verò multo meliùs resoluunt absolutionem ab hac censura pertinere ad solum Pontificem, ita Quarant. *in sum. Bullarum verb. casus reseruatus, pag. 162. & seq.* Iul. Laurr. *de Indulgent. p. 2. c. 21. num. 90. & cap. 28. num. 16.* Pereg. *de immun. Eccles. cap. 13. num. 9. vers. sed contra, & num. 10. 11. 12. 16. & 18.* Mart. Anton. *var. resol. lib. 3. resol. 15.* Marc. Ital. *de immun. Eccles. lib. 1. c. 6. §. 2. n. 31. & seqq.* Farin. *d. tract. de immun. n. 313. & 316.* Duardus *in Bullam Cœnæ can. 15. q. 16. n. 19.* Ciarlin. *controuer. forens. cap. 10. num. 38.* vbi *num. 39.* subdit semper etiam in dubio absolutionem spectare ad Sedem Apost. Lezana *in sum. Regul. quæ tom. 1. cap. 19. num. 15.* Carol. Maranta *tom. 2. resp. 35.* Trulleoch. *in præcepta Decalogi lib. 1. c. 11. dub. 5. num. 4.* vbi attestatur iam à Clemente VIII. fuisse cautum ne vllus virtute & prætextu priuilegiorum posset absoluere ab excommunicatione ob violationem immunitatis Ecclesiasticæ in terminis dictæ Constitutionis. Et sacra Congreg. Conc. *de anno 1617.* censuit absolutionem à censuris ob violatam immunitatem Ecclesiasticam iuxta dictam Constitutionem Gregorij XIV. esse Sedi Apost. reseruatam.

Vndecimò est notandum reum ad Ecclesiam fugientem minimè illius perfrui immunitate in criminibus exceptis, si integra, veraque probatione delictum admissum fuisse constaret, secus vbi vel indicijs, vel præsumptionibus tantùm, eo quòd nemo ex illis damnari pœna ordinaria debeat, vt apertè docet Auend. *de exequendis mandat. part. 1. cap. 12. à num. 3.* & præcipuè *num. 9* cuius opinionem non improbat Gambacurt. *Lusit. decis. 181. ad fin.* quamuis ipse Gambac. *decis. 179.* asserat in Lusitania semiplenam sufficere probationem, & *ibi* Flores de Mena *in addit.* subdit. apud Regna Castellæ decisionem illam obseruatam sæpiùs fuisse, nam contra huiusmodi praxim stat ferè omnium Doctorum hac de re agentium auctoritas. Auendanus enim *dict. cap. 22. numer. 4. vers. si verò præsumptiuè*, apertiùs docuit iusdictum, vel proditionis qualitatem, qua quispiam ex homicidio sacram amittit immunitatem, plenissimè fore probandam, neque præsumptiones, aut indicia sufficere. Hieron. Gabr. *cons. 170. num. 26. lib. 1.* respondit aduersùs assassinum minimè posse ius dici, nisi veris, integris, plenisque probationibus assassinij qualitas fuerit explorata; hoc ipsum in hac specie consuluerunt Dec. *cons. 13. num. 2.* Menten da *cons. 88. num. 7. vol. 2. consil. crimin.* Rimin. iun. *cons. 685. num. 9. lib. 6.* Fatio. *d. cons. 76. num. 3. cum seq.* dum tenet non posse Episcopum delinquentes Curiæ seculari consignare, nisi priùs sibi constito de delicto plenè, certè, & concludenter, non autem per indicia, præsumptiuè, & *cons. 160. vol. 2.* Castill. *decis. 156. num. 5.* Aloys. Ricc. *in collect. decis. collect. 1792.* Castro Palao *d. disp. vnica, puncto 13. num. 8.* Sanch. *in consilijs moralib. lib. 6. cap. 1. dub. 11.* Ioan. Anton. Nou. *d. tit. de immunit. n. 88.* Diana *moral. resolut. p. 6. tract. 1. resol. 31. in cons. 2.* vbi etiam quod non teneatur Episcopus stare processui facto à laica potestate, ne citato *in hoc loco* Trulleoch. *d. cap. 11. dub. 6. a. 4. in fine* Et quòd testes examinati in processu informatiuo sunt postea repetendi citato fisco Ecclesiastico, & ipso reo, contra Guazio. tenent Ciarlin. *d. cap. 10. num. 150.* & Diana *d. p. 6. tract. 1. resol. 30. q. 3.* vbi *q. 4.* contra Giur. resoluit reo & Ecclesiæ esse distinctos assignandos, & *quæst. 6.* cum R. P. Spetell. *decis. 60. num. 13.* & Carolo Maranta *p. 6 resp. 36. num. 11. & resp. 51. num. 52.* ac alijs tenet Iudicem Ecclesiasticum, vbi dubium fuerit inter Doctores, an delictum gaudeat immunitate, debere pro reo iudicare, vt gaudeat immunitate. 168

Lata sententia super remissione eorum, qui ad Ecclesias confugerunt, siue ad Curiam secularem, siue ad Ecclesiam, non licet alteri partium appellare, quia appellatio sublata est per Bullam Gregorianam in illis verbis, ibi, *quacunque appellatione postposita*, & decretum super hoc emanatum non potest reuocari, sed executioni demandandum est, non attenta appellatione, etiam

quoad effectum deuolutiuum, Ita Mari. Ital. *d. cap.*
6. §. 1. num. 33. Farin. *d. tract. de immun. num.* 372.
Guazzin. *de defens. rerum, d. defens. 1. cap.* 31. *num.* 6.
& 11. Pereg. *de immunit. cap.* 16. *num.* 33. Ciarlin.
controu. forens. cap. 10. *num.* 154. Et licèt fisco, vel
actori nequaquam deneget appellationem à sen-
tentia remissionis rei ad locum immunem, vnde
fuerat extractus, contendat Mari Ital. *lib. 6. cap.* 17.
per tot. differentiam inter vtrumque casum consti-
tuens, quia reus præsumitur tali casu per calum-
niam appellare, fiscus verò, vel actor non ita; ni-
hilominus contrarium, immò fiscum à sententia
super remissione rei lata appellare non posse me-
liùs tuentur Alex. Pereg. *d. cap.* 16. *num.* 33. Diana
moral. resol. p. 3. *tract.* 1 *resol.* 33. *in fine, & part.* 6.
tract. 1 *resol.* 30. Ciarlin. *d. c.* 10. *num.* 155. *cum seqq.*
R. P. Sperell. *decis.* 65. *per tot.* vbi respondet funda-
mentis Mariæ Italij.

Nunc verò circa tertium genus priuilegij, quod
propriè immunitas appellatur, sciendum est pri-
mò, quòd Ecclesiis non possunt imponi collectæ
à laïcis, aut Principibus sæcularibus, seu commu-
nitatibus locorum super earum redditibus, & bo-
nis, etiam pro locis publicis reficiendis, vel ex-
peditionibus, aut exercitibus ducendis, etiam ad
defensionem ciuitatis, vel Catholicæ fidei, vel
alia quacunque de causa sine Romani Pontifi-
cis auctoritate, sub excommunicationis, latæ sen-
tentiæ pœna, *non minus, cap. aduersus, de immu-
nit. Ecclesia*, Nauar. *in man. cap.* 17. *numer.* 107.
Mari. Alter. *de censur. lib.* 5. *disp.* 19. *cap.* 1. Duard.
in Bullam Cœnæ Domini, can. 18. *quæst.* 3. Carol. de
Grassis *de effectibus Cleric. effect.* 3. *num.* 287. Franc.
Leo *in thesauro fori eccles. part.* 3. *c.* 6. *num.* 113. *cum
seqq.* Beller. *disquisit. Cleric. part.* 1 *tit. de exemptio-
nib. Cleric. & eorum bonor. numer.* 1. Nec Prælati
170 ipsi Ecclesiarum possunt quicquam pro causis hu-
iusmodi ipsis laïcis de bonis Ecclesiæ soluere, aut
etiam sponte offerre, antequam Romanum Ponti-
ficem consulant, *dict. cap. aduersus.* Quòd qui-
dem procedit in casu, vbi agitur de vtilitate tan-
tùm publica, non verò, vbi contributio non fit so-
lùm propter vtilitatem publicam, sed etiam ob pri-
uatam ipsorum clericorum, veluti pro expensis fa-
ctis tempore pestis, ita Siluest. *in summ. verb. im-
munitas quæst.* 5. *numer.* 20. Megal. *in part.* 3. *lib.* 2.
cap. 17. *q.* 6. *num.* 121. *& consil.* 72. *num.* 18. Molin.
de iustit. tom. 3. *disp.* 972. *num.* 2. *concl.* 3. Paul. Lay-
man. *in Theolog. morali, lib.* 4. *tract.* 9. *cap.* 6. *num.* 7.
Quando enim necessitas publica concernit de di-
171 recto, & principaliter æquè vtilitatem Ecclesiasti-
corum & laïcorum, tunc debent Ecclesiastici con-
tribuere, non tamen ad deliberationem solius po-
puli, sed oportet, quòd clerus, & populus simul
conueniant, & deliberent, quia quod omnes tan-
git, debet ab omnibus approbari; & si in tali casu
clerus sine legitima causa nollet consentire, pos-
sent laïci implorare auxilium superioris Ecclesia-
stici, vt compellat Clericos; vide Salon. 2. 2. *tom.* 2.
q. 78. *art.* 5. *controu.* 1. Azor. *institut. moral part.* 3.
lib. 5. *cap.* 19. *q.* 11. Petr. de Ledesm. *in summ. tom.* 2.
tract. 7. *cap.* 2. *concl.* 27. Beller. *disquis. clerical.
part.* 1. *tit. de exempt. cleric.* § 2. *num.* 6. *cum seqq.*
Carol. de Grassis *de effectib. cleric. effect.* 3. *n.* 241.
Ioan. de la Cruz *in direct. consc. part.* 1. *prac.* 7. *q.* 7.
art. 3. *dub.* 1. *concl.* 5.
172 Non conceduntur autem redditus, seu fructus
Ecclesiæ laïcis, nisi ob necessitatem, aut vtilitatem,
vel pietatem concernentem ipsas Ecclesias, *Ex-
trauag. Declarationes, de decim. inter comm.* Cùm
verò ex certa causa Romanus Pontifex decimas, vel
aliam partem fructuum Ecclesiasticorum concedit
laïcis ad tempus, declarauit Clemens V. in Vien-
nensi Concil. relatus *in Clem.* 2. *de decimis*, vt
solui, & exigi deceat secundùm decimæ taxatio-
nem, quæ fit in illis partibus, vbi concessio fiet, &
ad monetam ibi communiter currentem. Colle-
ctoribus autem, & exactoribus ipsius Decimæ est
interdictum, ne Ecclesiarum calices, libros, aut 173
alia ornamenta diuinis officiis deputata ex causa
pignoris, vel distractionis capere, aut vsurpare
præsumant, *cap.* 1. *de pignorib.* Ordin. Reg. Lusit.
lib. 2. *tit.* 24. *& apud Castellanos, l.* 7. *titul.* 2. *lib.* 1.
nouæ recopil. Cou. *lib.* 2. *var. cap.* 16. *num.* 8. Mozz.
*de contractib. tract. de pignor. cap. de rebus, quæ pi-
gnor. num.* 13. Vasq. *in opusculo de pignoribus cap.* 1.
§. 2. *num.* 6. Rebell. *de obligat. iustit. part.* 2. *lib.* 16. *q.*
vnic. de obligat. contract. pignor. num. 4. Azor. *instit.
moral. p.* 3. *lib.* 7. *c.* 6. *q.* 4. nisi iustissima vrgente ne-
cessitate, vt probatur *in d. c.* 1. & docent Cou.
d. cap. 16. *num.* 8. Gutier. *pract. lib.* 3. *q.* 8. *num.* 2. vbi
num. 3. quòd causa præcipua ad alienationem re-
rum Ecclesiæ est redemptio captiuorum, imò ad 174
captiuos redimendos, & carcere detentos libe-
randos, aut propter imminens belli periculum
posse aurum, & argentum Ecclesiæ capi, re-
soluunt Surd. *decis.* 367. *num.* 43. Mol. *in emporio
Iuris, part.* 1. *tit.* 1. *q.* 16. *n.* 26. Mart. *de iurisdict. part.*
4. *cas.* 10. *num.* 3. sic eodem modo Ecclesiæ bo- 175
na posse pro alimentis pauperum non solùm Paro-
chianorum, sed etiam exteriorum pignorari &
vendi, tenent Cou. *d. cap.* 16. *n.* 8. *vers. cæterùm res
Ecclesiarum*, Surd. *de aliment. tit.* 8. *priuil.* 46. *n.* 5.
Vtrùm autem huiusmodi ornamenta locari pro pre- 176
tio possint? vide Vgolin. *de simon. tab.* 1. *capite* 44.
§. 1. *num.* 3. *vers. quoad primum casum*, Bonacin. *in si-
mili tract. q.* 2. *num.* 12. Suar. *de Relig. tom.* 1. *lib.* 4. *de
simon. cap.* 14. *num.* 25. Filliuc. *tract.* 45. *cap.* 3. *quæst.*
11. *num.* 18.

Nunquid verò concessis decimis super fructi- 177
bus beneficiorum includantur hospitalia, & pia
loca, & fabricæ, & quotidianæ distributiones,
Capellæ etiam, vel Altaria, & pensiones, decla-
rationes nonnullæ, & Breuis quædam Apostoli-
ca emanarunt, & in ipsis litteris concessionis
nonnulla ex his exprimi, & declarari consueue-
runt. De solutione autem tributorum & gabel-
larum ab Ecclesiis, vel Ecclesiasticis personis fa-
cienda, extant Canonum, & sanctorum Patrum
decreta *in cap. tributum, cum seqq.* 23. *q.* 8. *& in cap.
si tributum.* 11. *q.* 1. quæ docent de exterioribus Ec-
clesiæ persoluendum esse principibus sæculari-
bus tributum pro pace, & quiete, quia nos tue-
ri, & defendere debent, sicut & Christus tribu-
tum per Petrum præstitit in ore piscis inuentum,
vt eleganter disserit Vrbanus Pontifex *in d. cap.
tributum.*

Secundò, sciendum est, quòd neque Eccle- 178
siæ ipsæ neque res, aut bona earum possunt alie-
nari, vt infrà *lib.* 3. *cap.* 3. videbimus; nec possunt
pro alienis debitis obligari, *cap.* 2. *de solution.*
nec tenetur Ecclesia deposito facto apud suum
Clericum, nisi versum sit in ipsius Ecclesiæ vtilita-
tem. *cap.* 1. *de deposito*, Cened. *ad Decretal. collect.*
24. *num.* 1. Caroc. *in tract. de deposito, part.* 2. *q.* 1.
à num. 1. Cardos. *in praxi iudicum, verb. depositum
n.* 9. Molin. *de iustit. tract.* 2. *disp.* 525. *num.* 4. Ste-
phan. Gratian. *discept. forens. c.* 196. *num.* 8. vbi po-
nit tres casus, in quibus contrahens cum Eccle-
sia debet esse sollicitus de conuersione in eius
vtili

vtilitatem, scilicet mutuo, deposito, & venditione facta pro debito Ecclesiæ, cùm in aliis liberetur debitor si soluat, etsi non fuerit versum in vtilitatem Ecclesiæ, Marc. Anton. Genuens. *in pract. Archiep Neapol. cap. 89. num. 7.* vbi tenent ementem rem Ecclesiæ cum euidenti vtilitate non teneri docere de conuersione pretij in vtili-
179 tatem Ecclesiæ. Efficaciter verò obligatur Ecclesia ex deposito apud se facto cum consensu Episcopi, & Capituli, vel recipiente thesaurario, seu aliis ad recipienda deposita designatis, cæterisque solemnitatibus à Iure requisitis interuenientibus, licèt deponens non probet depositum versum fuisse in vtilitatem ipsius Ecclesiæ. Ita gloss. *verb. persona, in d. cap. 1.* Molin. *dict. disp. 525. num. 4. vers. de deposito,* Sum. Angel. *verb. depositum. §. 4.* Cardos. *d. verb. depositum, numer. 9.* Sanch. *in præcepta Decalogi, tom. 2. lib. 6. c. 14. n. 35.* Quicquid contrarium tenuerint gloss. 2. *in c. vlt. ne Prælati vices suas,* Innoc. Abb. *num. 10.* Henric. *n. 2.* Ioan. Andr. *v. 9.* & Host. *n. 3. in d. c. 1.* Rebuff. *in compendio alienat. n. 39.*

180 Tertiò, quòd quantum ad acquisitionem quilibet potest res suas Ecclesiæ relinquere, *l. generali, & l. iubemus. l. 2. C. de sacrosanct. Eccles.* & omnium suorum bonorum donationem validam ei facere, vt per Abb. *n. 2.* & Paris. *num. 36. in cap. in præsentia, de probat.* Bart. *in l. fin. num. 13. de pract.* Cou. *in rub. de testam. part. 2. num. 6.* Spin. *in speculo testam. gloss. 11. princ. num. 29. cum seqq. & gloss. 12. à num. 45.* Gambacurt. *Lusit. decis. 185. n. 2.* Molin. *de iustit. tr. 2. disp. 280. vers. nostram,* Card. Pereira *quæst. forens. cons. 29. n. 5.* Card. Tusch. *tom. 2. lit. D. concl. 648. n. 41.* Card. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. tom. 2. lib. 13. tit. 28. per tot.* Rebell. *de obligat. iustit. part. 2. lib. 18. q. 7. n. 4.* Et transfertur do-
181 minium in Ecclesias nudo pacto, seu nuda promissione, contra reg. *l. traditionibus, C. de pactis,* Tiraq. *de pia causa, priuil. 107.* Card. Mantic. *vbi supra lib. 4. tit. 32. n. 70. cum seqq.* Molin. *de iustit. tract. 2. disput. 3.* ita vt vendicare possit Ecclesia rem sibi concessam sine traditione, *l. fin. C. de sacros. Eccles. cap. ex litteris, de consuet.* Ita & legata, seu relicta Ecclesiis multa habent specialia contra Iuris communis dispositionem fauore Eccle-
182 siæ, vt infrà *c. 17.* dicemus. Præscribit quoque Ecclesia rem priuati triginta annorum spatio, *cap. Sanctorum, de præscript.* sed contra illam quadraginta annorum possessio requiritur ad præscriben-
183 dum, *cap. illud autem. cum gloss. eod. tit. cap. 2. eodem titul. in 6.* Similiter & contra priuilegium Ecclesiæ præscriptio quadraginta annorum requiritur, *cap. accedentibus, & cap. si de terra, de priuileg.* in quibus Iuribus Collectanea posuimus,
184 vbi latè de materia; Ecclesia verò Romana centum annorum gaudet præscriptione contra se ipsam, *Authen. quas actiones, & l. fin. C. de sacros. Eccles. c. ad audientiam, iunct. gloss. de præscript.* Pinel. *in Auth. nisi, num. 57. C. de bonis mat.* Couar. *in reg. possessor part. 2. §. 2. num. 3.* Molin. *de iustit. tract. 2. disp. 42. vers. secunda.* Præscribi autem non possunt à laicis vllo tempore Ecclesiæ ipsæ, aut loca religiosa, siue iura Ecclesiastica, vt decimæ, primitiæ, vel oblationes, & cætera huiusmodi spiritualia, quæ ab ipsis possideri non possunt, *cap. causam, de præscript.* & de Ecclesiastica præscriptione infrà etiam de bonis Ecclesiæ immobilibus nonnulla dicemus.

185 Quartò, quòd Ecclesia habet restitutionem in integrum in multis casibus, cùm læsa fuerit ad instar minoris, *cap. 1. & per tot. de integr. restit.* Sfort. *de integr. restit. q. 3. art. 4. per tot.* Molin. *de iustit. tom. 2. disp. 574. num. 1. & 2.* Steph. Gratian. *discept. 601. à num. 35.* & quando vult in integrum restitui, necesse illa habet plura deducere, & probare, nempe quòd adsit læsio, & quòd illa manifesta sit, Menoch. *cons. 114. num. 12.* Rot. *in Lunen. Sarzanen. iurispatronatus 18. Maij 1622. corã R. P. D. Merlino*; modica autem sufficit, vt per gloss. *in l. 2. C. si aduersus vendit.* Tiraq. *in l. si vnquam, verb. omnia, num. 15. C. de reuoc. donat.* Pinel. *in l. 2. C. de rescind. vendit. part. 1. cap. 1. n. 26.* Mascard. *de probat. concl. 1058. num. 5.* Card. Pereira *in d. l. si curatorem, verb. vel aduersarij dolo, num. 7.* Valasc. *cons. 112. num. 2. & de partit. cap. 39. num. 38.* quælibet verò iniustitia sufficit pro causa restitu- 186
tionis in integrum, etiamsi non sit notoria, Cæs. de Grassis *decis. 10. num. 12. de re iudic.* Seraph. *decis. 251. num. 2.* Rot. *decis. 351. n. 5. part. 1. diuers. & decis. 381. num. 1. & decis. 635. n. 4. in fine, par. 2. recent. & in Reatina bonorum 10. Ianuarij 1625. coram bon. mem. Vbaldo. & in Romana restitutionis in integrum 20. Maij 1624. coram bon. mem. Patriarcha Manzanedo.* Buratt. *decis. 452. num. 6.* vbi Ferentil. *lit. A,* & sufficit quòd sententia ex nouiter deductis iniusta detegatur, Rot. *in Perusina societatis 20. May. 1624. coram bona mem. Vbaldo.* Hoc tamen priuilegio vtitur Ecclesia in- 187
tra quadriennium tantum, *cap. 1. & 2. de in integr. restit. lib. 6. Clem. vnica, eod tit.* Bernard. *reg. 653.* Vincent. de Franc. *Neapol. decis. 206. n. 20.* Surd. *decis. 136.* Sfort. *de in integr. restit. part. 1. q. 20.* Card. Pereira *quæst. forens. lib. 1. q. 22. num. 20.* Mori *in emporio iuris, part. 1. tit. 5. q. 5.* Masc. *de probat. concl. 1276.* Card. *in praxi iudicum, verb. restitutio, num. 5.* eo autem elapso non auditur; nisi sit in Curia, vt sæpissimè fuit dictum in Rota, & signanter *in Borgomen. legati 15. Nouembris. 16. 0. coram Reuerendissimo Attrebaten. & in Adrien. iurisdictionis 17. Iunij 1621. corã R. P. D. Pironano, & in Romana restitutionis in integrum 20. May 1624. & 18. Aprilis 1625. coram bon. mem. Patriarcha Manzanedo, & coram Buratto, dec. 452. n. 7. & dec. 604. num. 13.* & nisi fuerit legitimè impedita, secundùm gloss. *verb. quadriennij, & verb. causa, in d. c. 1.* vbi Host. *n. 6.* Domin. *n. 9.* & Franch. *n. 8. & 9.* Cald. Pereira *in l. si curatorem, verb. infra legitimum, n. 3. cum seqq.* & nisi sit probabiliter ignorans, *d. cap. 1. ibi, negligenter omiserit,* Cald. Pereira *d. verb. infra legitimum n. 3.* Capotaq. *decis. 418. n. 6. part. 1.* Surd. *cons. 576. n. 13.* Marescott. *var. resol. lib. 2. cap. 98. num. 9.* Giurba *Siciliæ decis. 106. num. 10.* & nisi sententia esset notoriè iniusta, Cæs. de Grass. *decis. 15. num. vlt. de prob.* & fuit dictum *in Prænestina bonorum 21. Februarij 1614. coram bon. mem. Bard. Sacrato.* & denique nisi rationabilis causa concurrat, *d. cap. 1.* ibi, *aut alia rationabilis causa,* Menoch. *illustr. lib. 1. c. 31. n. 25.* Sfort. *q. 19. n. 65. & 82. & gloss. vlt. in d. cap. 1.* inter rationabi- 188
les causas enumerat eminentissimum damnum, id est, enormissimam læsionem, qua stante post quadriennium restitutionem indulgeri cum eadem gloss. resoluunt Cassador. *decis. vnic. n. 5. de empt.* Alex. *cons. 150. n. 6. lib. 7.* Ioan. Garc. *de expens. c. 18. num. 36.* Cald. Pereira *d. verb. infra legitimum, n. 9.* Sfort. *q. 19. n. 66.* Giurb. *dict. decis. 206. num. 12.* Cocc. *decis. 445. num. 7.* Buratt. *decis. 414. num. 10. & decis. 452. in fine,* Rot. *decis. 247. in fine, part. 4. diuers. & in Romana restitutionis in integrum, 18. Aprilis 1625. coram bon. mem. Card. Manzanedo.*

Senten

189 Sententia quoque lata contra Ecclesiam præ-
textu iniquæ consuetudinis retractatur, cap. cum
causa, de sent. & re iudic. non enim valet consue-
190 tudo in præiudicium, & contra Ecclesiam intro-
ducta, cap. omnia, dist. 12. c. 1. cap. cum inter 5. c.
cùm venerabilis 7. de consuet. cap. 1. de his quæ fiunt
à maiori parte, Cap. c. 3. de inst. Cou. lib. 2. var. cap.
17. num. 4. Rebuff. in compend. alienat. à n. 20. Surd.
cons. 101. n. 54. cum seqq. Sperell. decis. 37. num. 41.
191 Et in causa Ecclesiastica citatio peremptoria non
debet esse nimis breuis, cap. 1. de dilat. & alia spe-
cialia habet causa Ecclesiastica in iudicio, de qui-
bus infrà c. 13. agimus.

192 Quinimò, & vltimò notandum, quòd statuta
contra Ecclesiasticam libertatem fieri prohiben-
tur in cap. nouerit, & cap. grauem, de sentent. excom-
munic. exornat Sperell. in decis. 6. fori Ecclesiast. de-
cis. 10. cum duabus seqq. & si facta fuerint, nulla
sunt, & inualida, & conditores eorum ipso iure
excommunicationem incurrunt, cap. fin. de rebus
193 Eccles. non alienan. Dicuntur autem statuta fieri
contra libertatem Ecclesiasticam quando per illa
aufertur Clericis, & Ecclesiasticis personis bene-
ficium à iure concessum; vel restringitur, seu
limitatur dispositio Iuris; vel efficiuntur timi-
diores, seu retrahentur à clericatu homines:
item quando coarctaretur tempus à Iure datum,
& si de Clericis mentionem facit, vllo modo li-
gat, & demum quando directè seu indirectè,
sunt contra priuilegia, aut prærogatiuas conces-
sas Ecclesiis, & Ecclesiasticis personis, seu piæ
causæ à Papa, vel principe seculari. Ita Innoc. in
d. cap. nouerit, num. 1. & 2. & ibi Butr. n. 9. & Abb.
num. 2. idem Abb. cons. 63. in princ. part. 1. Barbat.
cons. 31. n. 1. & 2. vol. 4. Card. Tusch. tom. 5. lit. L,
concl. 342. n. 12. Beller. disquisit. cleric. part. 1. tit. de
exempt. cleric. à stat. secul. §. 1. num. 9. Duard. in Bull.
Cœna, can. 15. q. 10. num. 5. Filliuc. tract. 16. c. 10.
194 quæst. 7. num 270. Bonacin. de censur. in Bulla disp.
1. q. 16 sect. 1. punct. 2. num. 2. Nec possunt Domi-
ni temporales interdicere subditis suis ne cum
Ecclesia contrahant, aut cum eius personis nego-
tia tractent, neve eis in rebus necessariis, seruiant,
sub eiusdem sententiæ pœna, cap. fin. de immunit.
Eccles. lib. 6. Nao. in man. cap. 27. n. 130. vers. 23.
Iul. Lauor. de indulg. part. 2. c. 23. num. 16. Bonacin.
d. punct. 2. num. 4. & 5. Ego ipse de offic. & potest.
195 Episcop. part. 3. alleg. 50. num. 93. & n. 112. secun-
dùm Lugdunen. impress. Statum enim prohibens
omninò laïcos contrahere cum Clericis, non va-
let, & est contra libertatem Ecclesiæ, Vulpel. de
libert. Eccles. part. 1. num. 7. Mart. de iurisd. 4. casu
62. in fine.

196 Hinc etiam Principes statuentes, ne in eorum
statu possint ædificari de nouo Ecclesiæ, & mona-
steria sine eorum licentia, derogant libertati Ec-
clesiasticæ. Ita per tex. in cap. vlt. de Eccles. ædific.
resoluunt per me citati suprà hoc lib. c. 2. in princi-
pio, vbi plures Doctores citaui: addo Duard. in
Bullam Cœna, can. 15. q. 19. à num. 68 Bonacin. de
censur. in Bulla, disput. 1. q. 16. sect. 2. punct. 2.
num. 10.

197 Hinc etiam statuta laïcorum tangentia iura
Ecclesiasticorum, etiamsi per indirectum ipsa mi-
nuerunt, dicuntur contra libertatem Ecclesiæ, vt
ex Calder. Anchar. & Pereg. resoluit Marta de iu-
risd. par. 4. cas. 85. num. 33. Huiusmodi enim sta-
tuta, seu edicta Principum sæcularium etiamsi fa-
uorabiliora sint Ecclesiasticis, eos non ligant, nisi
à Romano Pont. confirmentur, Carol. de Graffis
de effectibus clerical. effectu 2. ex n. 42. Surd. cons. 2.
ex n. 15. & cons. 201. num 14. Suar. de legib. lib. 3.
cap. 34. n. 12. Salas eod. tract. disp. 14. sect. 8 n. 101.
Bonacin. in simili tract. disp. 11. q. 1. punct. 6. n. 27.
Castell. tom. 7. de Tert. c. 9. n. 10. Baldel. in Theolog.
moral. lib. 5. disp. 33. n. 1.

Eodem modo statutum excludens Clericos, vel 198
Monachos à successione parentum, agnatorum
seu cognatorum, non valet, cùm sit contra liber-
tatem Ecclesiasticam, quia aufert Clericis bene-
ficium succedendi de iure communi; tum quia
Clerici per ipsum efficiuntur timidiores. Ita Re-
doan. in tract. de spol. q. 8. tit. de success. Clerici sæ-
cularis ab intestato, n. 4. Marta d. part. 4. casu 25.
Bonacin. d. punct. 2. num. 21. & magis sunt contra 199
Ecclesiasticam libertatem, quæ tollunt beneficium
Iuris communis, quàm quæ auferunt competen-
tia per priuilegium, vt ex multis probat Mart. dict.
part. 4. casu 98. num. 4.

Vnde statutum, quòd non opponatur exceptio 200
excommunicationis, vel non possit probari per
testes, est contra libertatem Ecclesiasticam, vt la-
tè tradit Mart. d. part. 4 casu 59. sicut pariter est, 201
quod prohibet ingredientem monasterium posse
succedere, idem Mart. d. part. 4. casu 76. n. 10. &
casu 80. n. 1.

Hinc etiam statutum Aquipendij volens quòd 202
aluus derelictus à flumine Paleæ sit Communita-
tis, non autem habentium prædia adiacentia,
non habet locum, vbi prædia adiacentia sunt
Ecclesiarum, Sac. Congreg. Concil. sub die 5. Iulij
1628.

An autem vbi Clericus, vel alia persona, seu 203
corpus gaudens iure Ecclesiæ, vendit patrimonia-
lia bona, vel emit à laïco, & extet in loco rei sitæ
statutum præferens consanguineum, vel vicinum
in venditionibus rerum, quæ fiunt à consangui-
neo, vel vicino, sit locus Prælationi, excluso Cle-
rico emptore, vel venditore? vide Cassan. in con-
suet. Burgund. §. 1. gloss. 2. verb. l'homme, num. 1. &
seq. Afflict. de iure prothomis. §. 9. n. 14. & seqq. Ne-
nizan. cons. 39. n. 1. & seq. Tiraq. de retract. lignag.
§. 1. gloss. 1. num. 6. & gloss. 8. n. 41. & gloss. 13. n. 2.
cum multis seqq. Boër. decis. 231, Matiens. l. 7 gloss.
11. n. 11. & seq. tit. 1. lib. 5. noua recopil. Alderan.
Mascard. de interpret. statut. concl. 1. num. 71. & seq.
Hond. cons. 3. lib. 1. Petr. Pechi tract. de amortization.
q. 22. Surd. cons. 2. Marta de iurisd. p. 4. casu 30 Hon-
ded. cons. 3. per tot. lib. 1. Sperell. in decis. fori Eccles.
decis. 11. n. 11.

Quæstio est controuersa, vtrùm valida sit con- 204
suetudo, siue statutum cauens ne certa bona im-
mobilia à laïcis possessa in Ecclesias alienentur,
aut ab eis retineri possint? In qua pro validitate
in defensionem obseruantiæ aliquorum Regno-
rum pugnant Bellug. in speculo Principum, rub. 14.
de amortizat. §. veniamus, num. 36. Ambros. de
Opizonibus in l. filiosf. §. diui, ff. de legat. 1. à n. 69.
Iacob. de Graff. in aureis decis. p. 1. lib. 4. c. 18. num.
238. Driedon. de libertat. Christiana lib. 2. c. 3. Si-
gnorol. cons. 21. per tot. Grasal. Regal. Franciæ lib. 2.
iure 20. Papon. lib. 1. tit. 6. Aresto 3. Tiraq. de iure
mar. gloss. 8. n. 171. & de retract. lignag. §. 1. gloss. 13.
n. 5. Con. in reg. possessor, part. 2. §. 4. n. vlt. vers. 3.
Mex. in tr. saxa panis, conc. 5. n 27. cum seqq. Molin.
de iustit. tract. 2. disp. 140. vers. quin de iure, Ceuall.
commun. contra commun tom. 4 q. 899. n. 175. cum
seqq. Fr. Emman. quæst. regul. tom. 1. q. 66. art. 4. Lud.
Mirand. in manual. Prælator. tom. 2. q. 27. art. 7. D.
Barbos. in priuatis scholiis ad l. filiusfam. ff. de le-
gat.

legat. 1. vers. ad Ordinat. lib. 2. tit. 8 Cald. Pereira in l. si curatorem, verb. venumdedisti, n. 2. & de empt. cap 8. num. 17. 33. & 34 & lib 1. quaest. forens. q. 23. num 9 a. latè Benedict. Ægip. in repet. l. 1. C. de sacros. Eccles. part. 5. §. 2. num. 3. cum seqq latissimè Gabr. Pereira in tract. de manu regia, tom. 2. cap. 67. Anguian. de legib. lib. 2. contron. 15. Ceuall. communi. contra commun. tom. 4. q. 859. num 107. cum seqq & num. 177. Gail. lib. 2. obseru. 32. num. 7. cum seqq. Peteg. tom. 1. consf. 91. ex num. 10. Choppin. de domanio Franciæ lib. 1. tit. 14. & lib. 2. monasticon. tit. 2. num. 2. Hieronym. Leo decis. 77. Menoch. cons. 800. num. 23. & cons. 1000. n. 34. Hieronymus Arnisæ. de except. clericorum cap. 4. per tot. Bernar. Argent in consuet. Burgundiæ. tit. de feudis art. 46. gloss. 1. n. 3 Mari. Curel. de leg. Federici c. 24. not. 26. & c. 85. not. 90. Quas quidem leges præcitati Doctores defendunt procedere ex priuilegio Apost. Sedis, quod præsumunt interuenisse saltem ex consuetudine temporis immemorialis: adduntque id quoque Iure communi comprobari posse, primò quia huiusmodi leges quæ inter subditos præcipiunt, ne illi immobilia in Ecclesias alienent, principaliter intendunt prouidere vtilitati Reipublicæ, cuius maximè interest ea bona inter subditos retineri, & conseruari, vtque Ecclesiis & Clericis exemptis imponi non possunt, cap. non minus, de immun. eccles. onera & tributa Reipub. per laicos commodè præstentur, arg. l. cura 4. vers. inopes, ff. de muneris. & honorib. & quamuis Ecclesiis & Clericis ipsis aliquod exinde damnum proueniat, id tamen præter intentionem legis, secundariò, & per accidens contigit, ac subinde, nec attenditur, l. si quis nec, ff si cert. pet. l. qui exemptionem, ff. de condict. indebit. nec imputari debet ei, qui rei licitæ operam dat, id est, legislatori, qui dum in suos iure suo vtitur, nemini facit iniuriam, cap. cùm Ecclesia 31. vers. quia de elect. l. fluminum 24. §. vlt. l. Proculus 26. ff. de damno infecto.

205 Secundò, quia receptum est iustam esse legem, vel consuetudinem prohibentem, ne bona aliqua in exteros non subditos alienentur, Bart. in l. filiusfam. §. Diui, num. 11. vbi communis secundùm Rip. num. 79. ff. de legat. 1. plures per Tiraq. in præfat. retractus, num. 14 idque ex eo potissimum quia consuetudo, vel lex potest ex causa rem aliquam commercio eximere siue simpliciter, siue absolute, l. si in emptione 34. §. 1. ibi, mores ciuitatis, &c. ff. de contrah. emption. per tot. C. quæ res vendi, siue respectu exterorum, vt per tot. C. quæ res exportari; igitur poterit lex vel consuetudo prohibere eadem, vel maiori ratione, ne alienatio fiat in Ecclesias, vel Clericos; qui quamuis exempti sunt; tamen partes ipsius Reipublicæ, & ciuitatis membra, cuius conseruationem procurare debent, & cui in nonnullis subiiciuntur, cùm tamen exteri, nec partes sint, nec ita subiiciantur.

206 Tertiò facit, quia ea, quæ possunt ex priuata partium conuentione, & dispositione fieri, possunt etiam per legem, vel consuetudinem ex causa statui, ex reg. l. vlt. C. de fideiussoribus, at per conuentionem, & dispositionem priuatam fieri potest ne bona aliqua in Ecclesiam transferantur, l. vlt. C. de pact. inter empt. vbi Doctores, gloss. vlt. in l. si ita 135. §. ea lege, ff. de verb. obligat. vbi communis, Rip. in d. §. Diui, num. 32. Palat. in d. rubr. de donat. inter vir & uxor. § 16. à num. 12. sic
207 valet conuentio, ne emphyteusis ad Ecclesiam, vel Clericum deueniat. gloss. verb. prohibetur, in cap. potuit, de locato, vbi Abb. num. 10. Imol. n. 26. Palat. d. §. 16 n. 13. Clar. §. emphyteusis, q. 22. & 33. Ias. in l. vlt. num. 91. C. de iure emphyt. idque in bonis maioratus, vel quibuscunque aliis restitutioni subiectis, ex multis resoluit Cou. lib. 1. var. c. 19. num. 8. & 11. Molin. de primog. lib. 2. cap 4. num. 54. & demùm valere conditionem, vel prohibitionem factam à testatore, ne bona deueniant ad Ecclesiam, 820
seu monasterium, resoluit Cened. pract. & canon. quæst. lib. 1 q. 35. n. 5. & 6.

Quartò, quia in quærendis valet statutum in 209
præiudicium Ecclesiæ, quando laici non odio Ecclesiæ, sed bono zelo, & pro familiarum conseruatione faciunt, vt tradunt Dec. in Auth. cassa, numero 17. C. de sacros. eccles. Curt. sen. cons. 27. n. 8. Couar. in reg. possessor. part. 2. §. 4. num. 9. vers. tertium, Menoch. vsufreq. cap. 9. Menoch. cons. 350. n. 6. Card. Pereira de empt. cap. 8. n. 33. & 37. & cons. 48. num. 2 a Cened. d. q. 35. num. 19. & 20. plures refert, sed non sequitur Mart. de iurisdict. part. 4. casu 68. Decian. tract. crimin. lib. 2. cap. 35. num. 4. Gail. lib. 2. obseru 32. num. 7. Bellet. disquisit. clerical. p. 1. tit. de exempt. cleric. à stat. cleric. §. 4. num. 26. nouissimè Sperel in decis. fori eccles. decis. 10. num. 12. Diana d. p. 6. tract. 3. resol. 9. & Prælatus solus, li- 210
cèt non possit præiudicare in quæsitis potest præiudicare in quærendis. Mandos. ad Lap. alleg. 25. verb. Prælatus, in princ Gratian. discept. forens. cap. 568. num 51. cum seqq Gregor. decis. 401. num. 9. & 10. Buratt. decis. 775 n. 3.

Quintò facit, quia libertas ecclesiastica, pro- 211
priè loquendo, nihil aliud est, quàm exemptio, & priuilegium à Deo Pontificibus, vel principibus, secularibus concessum omnibus Ecclesiis, vel Clericis quatenus tales sunt, ex Innoc. in cap. nouerint, num. 2. & 2. de sent. excom. recepto; vt per Abb. ibi, num. 2. Felin. in cap. Ecclesia, num. 79. vbi Dec. num. 2. de constitut. Nau. in man. cap. 27. n. 119. & 130. Quæ explicatio suadetur ex text. in d. Auth. cassa, ibi, contra libertatem Ecclesiæ aduersus Canonicas, vel imperiales sanctiones, cap. vlt. de rebus eccles. non alien. ibi. immunitatem ecclesiasticæ libertatis, quam non tantùm sancti Patres, &c. c. 1. de immun. eccles. in 6. ibi, libertatem, & ibi, honoris, & priuilegij Ecclesiarum. Deinde, quia ex proprietate sermonis libertas in proposito est idem, quod exemptio, seu immunitas, cap. aduersus, de immun. Eccles. cap. 1. de priuileg. lib. 6. tradit Cou. lib. 2. var. cap. 20. in princ. Ecclesiastica verò denotat ecclesiasticam, qua talis est, & ita aliquid peculiare in Ecclesiis, vel Clericis, quod aliis non sit commune: aliter enim non ecclesiastica, sed communis, non Clericorum, sed hominum, vel ciuium libertas dicetur. Sic sanè, vbi Ecclesiis, vel Clericis tolluntur, ea quæ eisdem nullo speciali priuilegio competunt, sed cum laicis communia sunt, & omnibus æqualiter competunt, non libertas ecclesiastica, sed humana societas, politica, ciuilis, vel iurisgentium libertas tollitur, secundùm præcitatos; sic etiam si Ecclesiæ, vel Clericis aliquibus auferantur ea, quæ non omnibus Ecclesiis, aut Clericis, sed aliquibus tantùm priuilegio concessa sunt, non dicetur infringi libertas ecclesiastica, quæ tantummodo infringitur vbi Ecclesiæ, vel Clerico alicui tolluntur ea, quæ sunt libertatis, & priuilegij concessi omnibus Ecclesiis, aut clericis, non verò vbi huic, vel illi concessum priuilegium tollitur, quia magis huius, vel illius, quàm

absolu

absolutè libertas Ecclesiæ dicitur, secundùm Innoc. *& suprà citatos*; quare negaodum est in proposito casu infringi ecclesiasticam libertatem; eteoim nullibi reperitur circa huiusmodi emptionem rerum immobilium, sot eorumdem acquisitionem à Deo, Pontificibus, vel Principibus sæcularibus concessum priuilegium Ecclesiis, vel Clericis, qua tales sunt, ac subinde libertas ea in re comperens Ecclesiis, vel Clericis, communis est illis cum omnibus laicis à iure gentium, & regulis generalibus procedens; igitor per consuerudinem, vel legem, de qua suprà noo ecclesiastica, sed ciuilis, vel humana libertas infriogitur, & ita non habet locum *d. Auth. cassa, & d. cap. nouerint*, cum similibus.

212 Huius opinionis sectatores, & acerrimi defensores respondent ad text. *in cap. 1. de immun. eccles. lib. 6.* qui io contrarium facere videbatur, vt scilicet illic non cogator Ecclesia simpliciter alienare bona acquisita, stante lege, vel consuetudine, de qua agimus, quæ prohibet bona in Ecclesiam alienari ex iusta causa, vt ioter subditos in Reipub. vtilitatem cooseruenent, iuxta prædicta; quinimò tex. ille agit de dominis temporalibus, qui Ecclesiam, vel Clericos cogebaoe ad soluenda tributa imposita pro domibus, & bonis, quæ acquirebantur, vel vt domos ipsas, & bona alienarent, vt patet ex *vers. sanè*; & quia io ea specie principaliter pertimebatur finis contra libertatem Ecclesiæ, scilicet exactio tributorum per secularem potestatem, à quibus Clerici, & Ecclesiæ per priuilegium sunt exemptæ, *d. cap. non minus, & l. placet, C. de sacros. Eccles.* meritò sicut finis, ita & medium, quo laïci ad finem prohibitum assequendum putabantur, libertati ecclesiasticæ repugnat, ac subinde ne fraus fiat immunitati quam Ecclesia habet à tributis, & ne vna viâ admittatur id, quod alia omnino prohibetur, respondet textus non licere Ecclesiam cogere ad alienanda bona, ex eo quòd tributa non soluit, sicut oec licitum est ad tributa soluenda compellere, iuuat reg. *l.*
213 *verum*, ibi, *causa faciendi, ff. de furt. cap. cum voluntate, in princ. de sent. excomm.* Nec aliud probat *capit. vlt.* etiam *de immun. eccles. lib. 6.* nec etiam *lib. 1. C. de sacros. Eccles.* siquidem, vt benè aduertit Fulgos. & alij ibi, Constantinus Imperator, illic circa acquirenda, & retinenda bona Ecclesiis relicta non concedit illis priuilegium aliquod, quod aliis de Republ. nun competat iure commuoi, sed tantummodo remouet impedimentum, quo olim artcotis legibus antiquis Romanorum nihil poterat testamento relinqoi Ecclesiis tanquam Collegiis illicitis, & ioter Romanos approbatis, iuxta *l. Collegium, C. de hared. instituen. lib. 1. C. de Iudæis*; statoit ergo *d. l. 1.* iam hodie liberum esse vnicuique Ecclesiis vt potè licitis, & approbatis Collegiis relinquere, perinde ac cuiquam alij in Republ. capaci, & iure non prohibito, ac sobiode sublato impedimento illo illicito vtitur Ecclesia iure sibi, & aliis commoni; & sicut stante illa *l. 1.* quæ tam rerum, quæ relinquuntur, quàm persooarum relinquentium habilitatem supponit non potest aliquis rem alienam, vel quæ in Ecclesiam alienari prohibetur, aut aliàs contra prohibitionem, & formam Iuris relinquere, ex gloss. 1. commoni, ibi, nam nec potest ea bona relinquere quæ lege, vel consuetudine iusta in Ecclesiam alienari prohibita sunt. Sic etiam intelligitur *l. vltima C. de sacros. Eccles.* quia vt benè aduertit Paul. *ibi*, Angel, *cons. 48. numero 2.* Ias. *lect. 2. numero 111.* Dec. *in d. capit. Ecclesia, numero 55.* illic non conceditur Ecclesiis priuilegium, quod possint emere, vel per donationem, aut vltimam voluntatem bona laicorum accipere, & retinere; sed tantummodo, vt illorum, quæ sibi legitimè donata, vendita, vel relicta fuerint, dominium Ecclesia absque traditiooe acquirat: & ita supposito contractu, vel dispositione valida, & legitima, quæ in aliis per traditionem domioium transferret, ex *l. nunquam nuda, ff. de acquir. rer. domin.* qualis non datur in proposito stante prohibitione legis, vel consuetudinis, de qua suprà. Sic etiam *d. cap.*
vlt. de rebus Eccles. non alien. & d. capit. Eccle- 214
sia, procedunt vbi laïcorum constitutio principaliter, & directè disponit super alienandis rebus Ecclesiæ, quæ ad illam libere pertinent, & ab illa simpliciter retioentur absque vllo onere alienandi; id quod secùs est in terminis prædictæ consuetudinis, vel legis, de qua agimus, in quibus directa, & principalis prohibitio fertur in bona sæcularium subditorum, quibus præcipitur ne in Ecclesiam alieoeot, & non ioconuenit per consequentiam, & per indirectum Ecclesias respicere, sicut per iodirectum præcepta imposita subditis possuot respicere, & efficere non subditos, secundùm commuoem, vt per Bart. *in d. §. Diui, numero 11.* quem sequuntur multi suprà citati, intendit tex. vbi notant Doctores *in*
capit. post miserabilem, de vsuris. Nec deniqoe 215
ex tex. *in capit. cum causa 8. de sent. & re iud.* aliquid, quod contradicat, colligi potest; licèt enim in illo text. (io quo non satis exprimitur quænam fuerit consuetudo, secundùm quam sententia prolata, & domus laïcis adiudicata fuit, & tamen Pontifex consuetudinem, veluti omnino illicitam improbat, sententiam reuocat, & domum Ecclesiæ appellanti adiudicat) cooiectentur Host. Ioan. Andr. *numero 7.* & Abb. *numero 16. ad fin.* ibidem agi, & intelligeodum fore de consuetudine, qua cautum erat ne bona immobilia in Ecclesias alienati, aut ab eisdem retineri possent, tamen is iotellectus diuinatorius est: nec vllatenus colligitur ex verbis text. quæ aliud loogè diuersum supponunt: etenim text. simpliciter refert domum fuisse venditam per Archipresbyterum, nec adiicit secundùm consuetudinem, quamoon ad venditionem, sed ad sententiam proferendam considerat, quin & ratio illa generalis quæ redditur *in vers. Nos autem*, nihil commune habet com consuetudine prædicta, de qua, si text. ageret, multò pleniùs, & magis in specie concluderet, adiiciens rationem, quia consuetudo libertati contraria erat, prout dicitur *in d. cap. vlt. de rebus Eccles. cap. 1. & cap. vlt. de immun. eccles. in 6.*

Verùm quamuis hæc senteotia, quæ statuta 216
præfata approbat, & defeodit, noo videatur rationibus, & auctoritatibus destituta, imò disputando defendi possit: attamen, si respiciamus statuentis potestatem in hoc euentu defectuosam, non videtur admittenda, vt in specie adnotarunt Roman. *in l. si publicanus, §. 1. col. 2. vers. aut statutum, ff. de publicanis*, Dec. *in cap. Ecclesia S. Mariæ, num. 63. de constit.* Maran *disp. 8 n. 2.* Surd. *cons. 3. num. 34.* Sperell. *in decision. fori eccles. decis 11. n 35.* latè Diana *p. 6. tract. 9 resol. 1. cum seqq.* Marta *de iurisd. part. 4. cas. 6. n. 38 & de success. legali p. 3 q. 13. art. 1. a n. 1.* Card. Alban. *tract. de immun. Eccles. à n. 8.* Episcop. Oxomens. *en el descurso*

derscurso 8. *contra dos tratados sia nombre de Autor en fauor de la senoria de Venecia ca la 6.proportion, fol.*348. Menchaq. *de succeß. creat.lib.* 1. §. 10. *n.* 648.*vers denique leges humana*, Perez *l.*7 *tit.*1.*tit.* 1.*lib.*2. *Ordin.* Azeued. *l* 8.*n.*3.*tit.*18.*lib.*9.*Recop.* Schrader. *post quaest. ad Institutan. tract. de rebus* §.16.*a num.* 87 Adam Contenz. *lib.* 6. *politicor. cap.*6 2.*cum seqq.* Ioan. Domin. Tasson *in pragm. de Aatesato vers.*8. *obsera.*1. Ciarlin. *var. cap.* 23.*n.* 40. Baldel. *in Theolog.mor.lib.*5.*disp.*36.*a.*20 Ioan. à Cochier *de vindic. liber. Eccles. p.*1.*c.*11. Araujo *in* 2.2.*S.Thom.q.*91.*disp.*3.*sect.*5.*dissic.*14.*vers.hiac colligo*, Diana *resol.moral.p* 4.*tract.*1.*resol.*13. 14. 15.& 57.& *p.*5.*tract.*1.*resol.* 3.& 8.& *p.*6.*tract.* 3. Nec in alium sensum retorqueri potest tex. *in d. cap.* 1. *de immunit. Eccles. lib.*6. cuius hæc sunt formalia verba. *Nec etiam liceat illis ipsas Ecclesias, vel personas ad distrahendam, vel alienandam, aut extra manum suam ponēdam acquisita iam, vel quæ deinceps acquirent, aliquatenus coarctare.* Et nihil refert quod tempore, quo talia statuta condita fuerunt, statuentes habuerin t bonam mentem, ratione scilicet conseruandi bona inter ciues, vt subditi fiant locupletiores, atque possint, publica Reipublicæ onera sustinere: quia an quid sit contra libertatem Ecclesiæ, non videtur considerandus animus disponentis sed dispositionis effectus; quo inspecto talia statuta valere nou possint ex defectu potestatis, non autem ex malo animo statuentium. Nec absolute est verum argumentum. Hoc fieri potest per pactum, ergo & per statutum, quia in hoc casu maxima est differentia; siquidem priuata persona paciscens potest apponere conditionem rei suæ, quam vult, quia ipse est Dominus; at statuentes nequaquam sunt Domini rerum, super quibus disponunt, nisi quoad iurisdictionem, vt per Dec. *in dicto cap. Ecclesia S. Mariæ n.* 75.*vers. non obstat*, Cæpol. *cons.*3.*cimils,in princ.* Nec vera est ex supradictis ratio illa, quod statuto laicorum possit disponi super iure quærendo Ecclesiæ, illique fieri præiudicium in quærendis; cùm tale statutum impediens ne bona deinceps quærerentur Ecclesiæ, corrigeret Ius commune, quo disponitur dominium ipso iure transire in Ecclesiam absque traditione, *l. fin. C. de sacros. Eccles.* cum aliis citatis *infrà hoc lib. cap.* 12. *vers.* 8. sed statutum auferens Ecclesiis sibi competentia, de Iure communi, dicitur contra libertatem Ecclesiasticam, vt suprà diximus *in vers. hinc etiam*, *num.* 198. Igitur, &c. Nolo pro hac parte plura fundamenta adducere, quia ea eleganter, vt solet, cumulat, & contrariis respondet diligentissimus & de Ecclesiastica iurisdictione optimè meritus P. Diana *dicta p.* 6. *tract.* 3. *per totum*, vbi *resolut.* 6. plures DD. suæ sententiæ assertores citat, & *resol.* 11. ad exemplum Regni Portugaliæ respondet.

171 Superest nunc, vt videamus quæ pœnæ imponantur violantibus Ecclesiarum immunitatem, & libertatem Ecclesiasticam, vltra illos, qui eam violant abstrahendo confugas ab Ecclesia, de quibus suprà latè *hoc eod. cap.* egimus; sed quia aliqua de hoc diximus *lib.*1.*cap.*39. §. 2. *vers. imponentes*, ad illum locum lectorem duximus remittendum, & de his affatim Gambacurt. *de immunit. Eccles. lib.*3. *c.* 1. & 2. & *lib.* 8. *cap.* 5. Ludouice Correa *in repet. cap. inter alia, de immun. Eccles. part.*4.*num.*7. Sciendum nihilominùs hîc & illic Iudicis Ecclesiastici partes esse in monendo personaliter quoscunque à quibus hîc grauamen, seu violentia timetur, vel creditur illata, vt desistant à molestandu, vel molestari faciendo per se, vel per alios, directè, vel indirectè, clericos, & eorum bona, & si quid hac occasione receperunt, restituant, vel vt desistant à condendis statutis contra Ecclesiasticam libertatem, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, quod nisi destiterint, poterunt seruatis seruandis, & verificatis verificandis declarari incidisse in Bullam Cœnæ, vt per Vgolin. *cap.* 18. §.1. *vers. sexto afficit.* Franc. Leo *in thesauro fori Eccles. part.* 1.*cap.* 14.*num.* 32. *cum seqq.* Sperel. *decis.* 42. *num.* 5. vbi *num.* 6. testatur *sacram Congreg. super controuers. iurisdict. in Verulana* 14. *Nouemb.* 1626. censuisse procedendum esse in materia immunitatis per viam censurarum, non autem per viam capturæ personalis. Præceptum autem sub aliquo breui termino peremptorio fieri debet, vt si intra illum non pareat, vel desistat, statim ipso facto censura incurratur, Alter. *de censur. disp.* 3. *lib.* 3. *cap* 1.*solut. vlt. vers solent.* Suar. *de censur. disp.* 3. *tract.* 8. *num.* 10. vbi subdit terminum illum tantum debere esse, quantum ad deliberandum & humano modo agendum moraliter sufficiat, quod iuxta causæ, & negotij qualitatem Prælati prudentiæ remittitur, prout eum refert Sperell. *decis.* 49. *num.* 53. *propè fin.* Potest tamen Iudex Ecclesiasticus pro violata iurisdictione sine monitione ad excommunicationem procedere, *cap. dilectio*, *de senteat. excommunic. in* 6. Lap. *alleg.* 73. *n.* 3. *ver. item quando*, Menoch. *de arbitr. casu.* 543. *num.*29. Marc. Anton. Genuens. *in pract. Archiep. Neapol. cap.* 18. *num.* 2. & *cap.* 30. *sub num.* 4. Sayr. *de censur. lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 20. Aloys. Ricc. *in praxi part.* 3. *resol.* 83. Sperell. *d. decis.* 49. *num.* 53. *in princ.* quia quando censuræ feruntur pro defensione violatæ iurisdictionis, & ad resistendum executioni de facto, subsistunt etiam si de facto relaxentur non seruatis seruandis, *capite, reprehensibilis*, vbi gloss. *verb. proferatur*, & *ibi* Abb. *numer.* 13. *de appellat.* Sayr. *d. cap.* 12. *num.* 26. Sperell. *dicta decis.*49. *num.*53.

Nec est prætereundum immunitates, & libertates huiusmodi rerum Ecclesiarum, quàm personarum in duplici esse differentia, aliæ enim sunt generales seu vniuersales, aliæ speciales, seu particulares: vniuersales Ecclesiarum immunitates fuerunt, quæ vniuersim personis Ecclesiasticis, rebúsque ac bonis Ecclesiarum, ipsísque vniuersis Ecclesiis per Romanos Pontifices concessæ sunt, Ecclesiis, scilicet ne sæcularia placita, processúsve iudiciales in eis fiant, néve sententiæ in causa præsertim sanguinis proferantur, nec etiam Parlamenta, nundinæ, seu hospites inibi constituant; de quibus diximus *sup. in principio huius cap.* Personis autem, ne scilicet eis violentas manus iniiciant, de quo pluta cumulaui *dicto cap.* 39. §. 1. & ne ad laica Tribunalia, aut inuiti pertrahantur, aut ipsi sponte accedant, & in eis consentiant se cognosci, aut causam suam dicant, vt *ibidem* §. 3. ostendimus; & vt excusentur à publicis muneribus Reip. laicæ à grauaminibus tutoris, sut curatoris, & à muneribus onerosis, ac sordidis & etiam ab honoratis, de quibus *eod. cap.*39. §.3. vidimus. Bonis verò 218

verò ac rebus Ecclesiarum, & personarum communes immunitates concessæ sunt, vt scilicet bona omnia, tam Ecclesiarum, quam personarum Ecclesiasticarum libera sint ab omni victigali, oneréque reali, gabella, talea, pedagio, *&c.* de quibus etiam diximus *d.§. 3.* Speciales autem seu particulares Ecclesiarum immunitates illæ dicuntur, quæ particularibus Ecclesiis sunt tributæ, putà Ordini S. Francisci, S. Benedicti, aut alteri cuipiam siue Ordini, siue Ecclesiæ, siue conuentui; particularium verò libertates personarum sunt quæ S. R. E. Cardinalibus conceduntur; vt *in cap. felicis, de pœnis*, vel Cisterciensibus specialis immunitas vt *in cap. cùm ordinem, de rescript.* & similes. Inter vtrasque tamen immunitates, ea differentia est, quòd quando frangitur priuilegium particularis immunitatis, non dicitur violari ipsam immunitatem, secùs verò quando frangitur vniuersale priuilegium, Syluest. *verb. immunitas. 2. num. 2.* Caiet. *in sum. verb. immunitatis violatio*, Ludou. Correa *in repet. d. cap. inter alia, part. 4. num. 5.* & ideò quando fit mentio libertatis, atque immunitatis Ecclesiasticæ simpliciter, & absolutè, de libertate atque immunitate generali est intelligendum, & non verò de particularibus libertatibus, & immunitatibus, vt per Abb. *in c. nouerit, n. 2. de sent. excom.* Caiet. *vbi proximè*, Gambacurt. *d. lib. 8. c. 3. n. 7.* Ludou. Correa *loco suprà citato.*

219 Quando iudex Ecclesiasticus agit pro libertate Ecclesiæ, putà pro remissione clerici, vel laïci, casu quo delictum est mixti fori, & in eius cognitione ipse præuenit; scribit Mart. *de iurisdict. part. 2. casu 32.* quòd si cognitio ad ipsum spectat, potest mandare, & inhibere iudici laïco, ne procedat sub pœna excommunicationis, allegat Bald. *in margarita, verb. iudex.* gloss. *in c. decernimus, de sent. excomm. lib. 6.* & licèt aliàs, inhibitio non valeat sine causæ cognitione, & canonica inhibitio est, quæ fit cum causæ cognitione &, partis citatione, Cou. *pract. c. 24. n. 3.* tamen in præfatis causis potest inhibere etiam sine causæ cognitione, *alleg. 63.* Abb. *in cap. suum, in vlt. not. de ordin. cogn.*

220 Sed adhuc Marta distinguit, aut sumus in casu notoriæ iurisdictionis Ecclesiasticæ, putà quia iudex laïcus vellet se ingerere super administratione Sacramentorum, vel similem sibi expresse prohibitam actionem vsurpare, & tunc si procederet contra prohibitionem annonum, peccaret, & ratione peccati Ecclesiasticus est competens, & procedit contrà quoscunque. *cap. nouit, de iudic.* item quia iurisdictio iudicis laïci in similibus, est suspensa; ideò statim fieri potest huiusmodi inhibitio, ne vlteriùs procedat, sub pœna excommunicationis, & hæc inhibitio erit potius declaratio, quàm actus disponens, quo casu nunquam requiritur citatio, arg. *cap. pastoralis, de appell.* Feder. de Senis *cons. 211.* & si iudex inhibitus noluerit inhibitioni parere, poterit Episcopus, admonita priùs vniuersitate, vt consulat de remedio opportuno, submittere locum interdicto, vbi degunt officiales temporales obedire recusantes, *cap. Canonici, de offic. ordin. in 6. cap. licèt, de iureiur.* Secundo casu, quando dubitatur, & ex parte vtriusque iudicis adest interesse iurisdictionis, putà vbi pro forma statuti peto exequutionem instrumenti contra debitorem, & hic coram Ecclesiastico dicit instrumentum esse vsurarium, & petit inhiberi iudici laïco in hoc, & simili casu iudex Ecclesiasticus inhibere non potest, parte non citata; Federic. de Senis *cons. 300.* Abb. *in cap. debitores, de iureiur.* Anch. *in d. cons. 234.*

Sed quid faciet, & facere debeat Episcopus quando statuta sunt contra libertatem Ecclesiæ, superest, vt videamus. Imprimis poterit tollere, & declarare ea esse contra libertatem Ecclesiæ, atque mandare sub pœna excommunicationis illa non esse obseruanda, etiam non citatis statuentibus, Felin. *in cap. Ecclesia, num. 158. & seq. de constitut.* nec sufficit illa reuocare sed debet cessare facere, nec satisfacit debito officij sui, si declaret tantùm statuta esse contra libertatem Ecclesiæ, Lap. *alleg. 92. in fine.* & nisi obedierint, declarandi sunt excommunicati, atque eorum loca interdicto supponenda, donec obedierint. 221

Nec obstat, quòd vniuersitas censuris affici non potest, quia Episcopus potest vniuersitatem excommunicare dummodo alios non includat quam culpam habentes, Syluest. *in sum. verb. excommunicatio. 1 num. 10.* Vniuersitas autem multipliciter delinquere, esse in culpa potest, vel committendo, & hoc quando pulsata campana & conuocato consilio in loco solito præuia deliberatione aliquid commiserit, Innoc. *in cap. graui, de sent. excomm.* Item delinquit ratificando, quod eius nomine gestum est, quia vniuersitas negligendo, & non desistendo à delictis successiuis temporibus permanentibus, dicitur delinquere. Natt. *cons. 449.* Anch. *cons. 158.* quo casu non requiritur solemnis congregatio, sed sufficit sola scientia popularis, quæ præsumitur ex qualitate facti, quando est tale, quod solet in notitiam deuenire. Potest etiam vniuersitas interdicto affici, vel à iure, vel ab homine, si à iure, vt *in Clem. si quis suadente, de pœnit.* vel ab homine, *cap. quæreats, verb. signif. cap. cum ab Ecclesiarum, de offic. ordin.* si ab homine ob contumaciam supponitur interdicto, est necessaria monitio, & forma, quæ traditur *in cap. 1. de sent. excom.* poterit etiam aliis pœnis affici, de quibus per Farin. *in praxi crim. quæst. 28. num. 122.* & hæc vera sunt, quando clarè liquet statuta esse contra libertatem Ecclesiæ: si verò sunt dubia, Episcopus debet præcipere laïcis statuentibus, vt declarent illa Ecclesiis non inferre præiudicium.

Meminerint igitur omnes quantum Ecclesiæ priuilegia, atque immunitates omnia restituenda, & conseruanda statuerit Concil. Trid. *sess. 25. de reform. cap. 20.* ad quod omnes etiam Principes sæculares admonet, & hortatur his verbis, *Propterea que admonet Imperatorem, Reges, Respublicas, Principes, & omnes, & singulos cuiusque status, & dignitatis extiterint, vt quo largius bonis temporalibus, atque in alios potestate sunt ornati, eo sanctius quæ Ecclesiastici iuris sunt, tanquam Dei præcipua, eiúsque patrocinio tecta venerentur, nec ab vllis Baronibus, Domicellis, Rectoribus, aliísque Dominis tēporalibus, seu Magistratibus, maximéque ministris ipsorum Principum, lædi patiantur, sed seuerè in eos, qui illius libertatem, immunitatem, atque iurisdictionem impediunt, animaduertant, quibus etiā ipsimet Exemplo ad pietatem, religionem, Ecclesiarúmque protectionem existant, imitantes anteriores optimos, religiosissimósque Principes, qui res Ecclesiæ sua in primis auctoritate, ac munificentia auxerunt, nedum ab aliorum iniuria vindicarunt.* 222

De

223 De immuoitate Ecclesiarom, & de persoois confugientibus ad eas, speciales tractatus ediderunt Remig.de Gooni *tom.13. tractatuum Doctorum part.1.* Ioan.de Vischis *ibidem pag.11.* Hieron.Albanus *eod. tom.13. part.2. pag.18.* Marius Italia, Alexander Ambrosin.& petrus Gambacurt. Augustinus Vagiaous, Laorentius Ortis, & Prosper Farin. *de immunitatis Ecclesiastica Iure*, Boët. Epo, & *de sacrorum immunitatibus* Anastasius Germonius.

De eaden incidenter plura cumularunt Rebuff. *tom 2. ad leges Gallia, sub tit. de immun. Ecclesia*, Couar. *lib.2.variar.cap.10.* Chassan. *in consuetud. Burgund.rub.1.§.15.à num.111.* Cancell. *in institut.Canon.l.2.sub.tit.de immun.Eccles.* Ioan.Berber. *in viator.Iuris,rub.33.de violatorib.immunitat.* Peguer. *in crimin.decis.cap.40.* Menoch. *de prasumpt. l.5.pras.2.* Gutier.*practic.lib.1.q.1.& l.3.q.4.* Ceuall.*commun.cotra commun.quest.689.* Quesad. *in practic.quast.c.1.* Suar de Pace *in practic.p.5.tit.1. c.3.§.3.* Valasc.*cons.81.* Bobadil.*in sua Politica,lib.2.cap.14.* Decian.*tractat.crimin.lib.6.cap.24.* Cur. Philip.*par.3 §.22.* Farin.*in praxi crimin.p.1.q.28.* Iodoc.Coec.*in suo thesauro Christiana tom.2.lib.8. art.8.* Aloys. Riec. *in collect. decis.p.1.collect.109. & part.3. collect.513.& p.5.collect. 1762.* Franc. Catasco *in explicat. ad aliquas leges noua Recop. c.3.* Card.Tusch.*practic.concl.tom.3.littera C,concl.11.* Cardos.*in praxi iudicum,verb.Ecclesia, à n.71.* Ludouic. Miranda *de ordine iudic.quest.16. art.7.* Pradil.*in sum. legum pœnalium, part.2. casu 48.* Soar.*tom.1.de Relig.l.3.c.8.& de defensione Fidei, lib.4.* Paul. Comitol. *respons.moral.lib.1.q.92. cum seqq.* Ioan.Franc.Leo *in thesauro fori Eccles.part.1. c.13.* Azor.*institut.moral.part.2.l 9.c.8. cum seqq.* Fr.Raph.de la Torre *in 2.2. S.Thoma q.99. art.3. gradu 8.cum seqq.* Piasec.*in praxi Episcop. part.2. c.4.ex num.53.* Camill.Borrel.*in summ.omn. decis. t.1.tit 3.de his qui ad Eccles.confug.* Franc.Molin. *post tractat.de brachio seculari sub tit. de sacra homicidio amittenda immunitate*, Lodou. Correa,*in repet.c.inter alia,de immun.Eccles.* Gabr.Pereira *de manu regia.part.2.c.50.* Antonio.Diana *moral.resol.part.1.2.3.4.5.& 6. de immun.Eccles.* Illustriss. D.Roderic.à Cunha *in comment. ad cap. eos qui, distinct.87.* Erasm.à Cochier *de iurisd. Ordin. in exemptos,part.4.q.65.* Stephan. Fagundez *in quinque Ecclesia pracepta,prae.2.lib 4. c.4.* Trullench. *in pracepta Decalogi l.1.c.11.* Nouar. *in sum. Bullar.tit.de immunit. Ecclesiastica.* Danza *in pugna Doct.sub eod.tit.* oouissimè de Mari.Cureli.in suo doctissimo *tra. de prisca ac recenti Ecclesia libert. lib.1.* Carol.Maraoi.*tom.2.resp.36.cum seqq.* Circa hoc immuniratis pliuilegium multas, & quotidie plures nascentes controuersias sopiuit Gregorius XIV. *Constitut.sua*, incip. *Cum aliàs, sub Dat. 9. Kalend. Iunij anno Incarnationis Domini* 1591. quam transcribunt Piasec. *dicta part.2.c.4. n.55.* Qoarant. *in sum. Ballar.verb.reuerentia diuinorum Officiorum, & Ecclesiarum*, & Erasm.à Cochier *d. part. 4.q.65.*

CAPVT IV.

De Destructione, & Violatione Ecclesiarum.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia si ob vetustatẽ, vel aliquo casu fortuito minetur ruinã, tenetur primo loco ad eius reparationem is, qui fructus, seu reditus fabrica eius Ecclesia percipit, & illo deficiẽte Rector, aut Beneficiati etiam beneficiorũ simplicium.*

2 *Beneficiati non solum tenentur ad fabricam Ecclesia, sed etiam ad calices, pluuialia, & alia quacunque ornamenta.*

3 *Ecclesia reparatio, seu adificatio pertinet ad Populum vbi hoc habeat consuetudo.*

4 *Ecclesiarum circa adificationem & reparationem inspicitur, & attenditur obseruantia, & quid hactenus fieri consueuerit, & n.9.*

5 *Rectores Ecclesiarum Parochialium possunt compelli ad earum reparationem.*

6 *Consuetudine si sit introductum, vt Populus, quem curat Sacerdos, suis opibus Ecclesia prouideat, ea consuetudo retinenda est.*

7 *Rector si non habeat ab Ecclesia tot reditus, quibus prastare possit talem reparationem, tunc tenebuntur Parochiani in tali Ecclesia Sacramenta, & alia quacunque Diuina percipientes, non per capita hominum.*

8 *Nobiles, & alij exempti tenentur contribuere ad Ecclesia reparationem.*

9 *Consuetudo de iure communi attendit circa Ecclesiarum reparationem.*

10 *Episcopus solus teneatur ad reparationem Ecclesia Cathedralis de quarta redituum suorum, non solum futurorum, sed etiam prateritorum, etsi fuerit diues etiam, vltra quartam.*

11 *Canonici tenentur & compelli possunt ad reparationẽ Ecclesia Cathedralis de superabundantibus reditibus suarũ Prabendarum, vel aliarũ rerum Capitali, si Episcopus non fuerit diues, & quarta pars fabrica nõ fuisset sufficiẽs.*

12 *Episcopus & Canonici si simul non sufficerent ad reparandam Ecclesiam Cathedralem, tunc ipse vnà cum Capitulo posset statuere quod alij inferiores Clerici de superabundantibus fructibus deductis sibi necessariis ad contribuendum dicta fabrica tenerentur.*

13 *Episcopus potest assignare fabrica distributiones quotidianas deficientium.*

14 *Locus sacer, aut religiosus non est in vsus profanos conuertendus.*

15 *Ecclesia materialis corpus inuiolatum, atque impollutum coram Deo, & Sanctis omnibus esse debet.*

16 *Ecclesia polluitur quando in ea sanguis humanus in quantitate notabili ex iniuria effunditur.*

17 *Ecclesia polluitur quando in ea occiditur aliquis, etsi sanguis non effundatur.*

18 *Iudex suspendens licitè reum aliàs supplicio dignum intra Ecclesiam, illam violat secùs dicendum si super Ecclesia tectum, vel ex parietibus hominem suspendat.*

19 *Martyris occisio facta in Ecclesia illam violat, si talis occisio consideretur iniqua, & iniuriosa ex parte occidentis.*

20 *Ecclesia non censetur polluta si extra Ecclesiam quis lethale vulnus recipiat, & postea ex eadem causa moriatur intra eandem.*

21 *Ecclesia non censetur violata vbi quis cùm esset intra illam hominem existentem extra iaculo occiderit, secùs è contra.*

22 *Ecclesia polluta censetur vbi humanum semen in Ecclesia criminosè, & notoriè est effusum.*

23 *Ecclesiam non polluit humanum semen in Ecclesia citra peccatum effusum.*

24 *Excõmunicati, vel hæretici, aut cuiuscumq; infidelis corpus in Ecclesia sepultum eã polluit.*

25 *Ecclesia quæ fuerat à notoriè excommunicato Episcopo consecrata, est prius reconcilianda antequam in ea diuina celebrentur officia.*

26 *Ecclesia non polluitur nisi prohibita intra ipsam veram contingant.*

27 *Ecclesia polluta est statim reconcilianda.*

28 *Reconciliatio Ecclesiæ consecratæ fit per proprium Episcopum, seu alium de ipsius licentia, & non potest simplici Sacerdoti ub Episcopo delegari.*

29 *Sacerdos simplex solùm de licentia sedis Apost. potest Ecclesiam consecratam reconciliare.*

30 *Episcopus si ex longa absentia reconciliare Ecclesiam consecratam non valeat, poterit ex iusta causa concedere licentiam, vt in Ecclesia polluta ante reconciliationem celebretur.*

31 *Ecclesia si non fuerit consecrata, sed tantum benedicta reconciliari potest per quemcunque simplicem Sacerdotem per solum aquæ lustralis aspersionem.*

32 *Ecclesia consecrari non potest antequam reconcilietur.*

33 *Officia diuina, & præsertim Missa in Ecclesia polluta celebrari non possunt.*

34 *Missam celebrans, aut defunctum sepeliens in Ecclesia publicè violata, nisi vrgente necessitate, peccat mort. irregularis tamen, aut suspensus non efficitur.*

35 *Ecclesia si polluatur dum Missa celebratur, an & quando sit illa dimittenda? ostenditur.*



ICVT Ecclesiarum erectionem suprà diuisimus in ædificationem, & consecrationem; ita nunc postremum earum tractatum in destructionem & violationem distinguentes videamus quid de his rebus Ecclesiastica iura disponant.

1 Quod igitur ad primum attinet, est sciendum, quòd si Ecclesia aliqua ob vetustatem, vel aliquo casu fortuito minetur ruinam, tenetur primo loco ad eius recuperationem is, qui fructus, seu redditus fabricæ eius Ecclesiæ percipit, *cap. decernimus*, vbi gloss. 10. *q.* 1. *c. vnic* 10. *q.* 3. quia de illis redditibus sine dubio erit reparanda; *gloss.* 1. *in c.* 1. *de Eccles. ædif.* Host. *num* 1. & Abb. *num.* 3. *ibidem*, idem Abb. *in q.* 3. *incipit, Sempronius, n.* 13. Barbat. *cons.* 26. *num* 4. *vol.* 3. Beroi. *cons.* 3. *numer.* 3. & 15. *vol.* 2. Lambert. *de iure patron. lib.* 3. *q.* 2. *n.* 2. *vers.* & *primus*, & *n.* 4. *vers. tertiò intelligit*, Bellet. *disquisit. cleric p.* 1. *titul. de clerico debitore* §. 13. *numer.* 11. Quibus omninò, vel ex parte deficientibus Rector, aut beneficiati eiusdem Ecclesiæ iuxta dispositionem Episcopi cum maiori parte Capituli, si est Collegiata, per text. *in cap. vlt. de his quæ fiunt à maiori parte Cap.* totum, vel parte muneris, prout necesse fuerit, sustinebunt, *cap. si monachus* 16. *q.* 1. *d. cap.* 1. & *cap. de his, de Eccles. ædif.* Barbat. *cons.* 26. *incip. Difficile est, n.* 3. *vol.* 3. Beroi. *d. cons.* 3. *à numer.* 12. Rip. *cons.* 1 *numer.* 7. *sub titul. de cons.* Lambert. *d. artic.* 2. *n.* 7. *vers. aut sumus.* Cæpol. *de seruit. vrban. præd. cap.* 59. *n.* 22. Bellet. *d. tit. de cleric. debitore* §. 14. *n.* 1. Salgado *de protect. regia tom.* 1. *p.* 3. *c.* 5. *n.* 5. Quod procedit in quibuscunque beneficiatis beneficiorum etiam simplicium, vt per *l.* 11. *tit.* 10. *part.* 1. Abb. *in d. c.* 1. *n.* 3. Gutier. *alleg.* 10. *sub n.* 1. Nau. *de spoliis cleric.* §. 8. *num.* 11. *vers.* 2. Velasc. *cons.* 179. *n.* 13. Zerol. *in praxi Episcop. p.* 1. *verb. visitatio*, §. 6. *dub.* 9. Salgad. *d. c.* 3. *num.* 19. vbi *n.* 23. subdit quod ideò beneficiatus simplicis Ecclesiæ condemnatus ad impensas pro reædificatione & reparatione Ecclesiæ dirutæ compellendus est, etiam non obstante ab eo interposita appellatione, reparatio & ædificatio à pari procedunt, Martin. Mager. *de aduocat. arm. cap.* 9. *n.* 627. *cum seqq.* Solorzan. *de iure Indiarum tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 12. 2

Et huiusmodi beneficiatos non solùm teneri ad fabricam, sed etiam ad Calices, pluuialia, & quæcunque ornamenta, tenet Surd. *decis.* 62. *n.* 3. Caualcan. Fiurz. *decis.* 24. *p.* 2. Campan. *in diuers. iuris Canon. rub.* 12. *c.* 13. *n.* 19. Bellet. *d.* §. 14. *n.* 4. Salgado *d. c.* 3. *n.* 6. Intelliges autem supradicta 3 omnia procedere si non sit consuetudo quòd populus Ecclesiam reparare debeat, siue ædificare, quia tunc ad populum pertinebit ædificatio, seu reparatio, vt docent *in d. c.* 1. Host. *n.* 1. Abb. *n.* 3. idẽ Abb. *d. q.* 3. *n.* 17. Beroi. *d. cons.* 3. *n.* 1. & 2. Barbat. *d. cons.* 16. *n.* 4. Lamb. *d. art.* 2. *n.* 2. 4. & 7. *vers. omnia prædicta*, Bellet. *d. tit. de clerico debitore*, §. 13. *n.* 2. nam in hac materia primitus inspicitur, & atten- 4 ditur obseruantia, & quod hactenus fieri consueuerit, Paul. de Citad. *de iure patr. art.* 5. *princ. vers. secundo.* Campan. *sub n.* 173. Ioseph. Lud. *cons.* 38. *illat.* 235. *Intelligo, d. dub.* 12. *cap.* 13. *sub num.* 19. Salgado *d. cap.* 5. *n.* 13. vide *infra n.* 9. 5

Quoad reparationem verò Ecclesiarum Parochialium in specie dicit tex. *in d. c. de his, de Eccles. ædif.* vt earum Rectores possint compelli, vt de bonis Ecclesiæ, quæ eis supersunt, conferant ad reparationem, & instructionem Ecclesiarum, innouatur per Conc. Trid. *sess.* 21. *de reform. cap.* 7. his verbis, *Parochiales verò Ecclesias, etiamsi iurispatronatus sint, ita collapsas refici, & instaurari procurent ex fructibus, & prouentibus quibuscunque ad easdem Ecclesias quomodocunque pertinentibus, qui si non fuerint sufficientes, omnes patronos, & alios, qui fructus aliquos ex dictis Ecclesiis prouenientes percipiunt, aut in illorũ defectum Parochianos omnibus remediis opportunis ad prædicta cogant, quacunq; appellatione, exceptione, & cõtradictione remota. Quòd si nimia egestate omnes laborent, ad matrices, seu viciniores Ecclesias transferantur, cum facultate tã dictas Parochiales, quàm alias Ecclesias dirutas in profanos vsus non sordidos, erecta tamen ibi Cruce, conuertendi.* De cuius decreti materia agunt Paul. Fusc. *de visit. lib.* 1. *c.* 10. *n.* 15. & 16. Cened. *ad Decretal. collect.* 153. Zerol. *in praxi Epis. par.* 2. *verb. Parochia.* §. 6. Valasc. *cons.* 179. *n.* 7. & 13. Io. Bapt. Costa *remed. subsid. remed.* 106. *illat.* 2. Io. Garc. *de expens. c.* 12. *n.* 69. & 73. Guizarel. *decis. Neapol.* 38. Solorzan. *d. lib.* 3. *c.* 23. *n.* 14. Franc. Leo *in thesauro fori Eccl. p.* 2. *c.* 16. *n.* 51. *cum seqq.* Aloys. Ricc. *in decis. curia Archiep. Neapol. p.* 2. *decis.* 255. Bellet. *dicta p.* 1. *tit. de bonis clericorum* §. 14. Salgado *d. cap.* 5. *per tot.* latè Paulus Comitol. *respons. moral. lib.* 1. *quæst.* 82. *concl.* 3. & 5. vbi ait quòd quando est consuetudine introductum, vt plebs,

&

& populus, quem curat Sacerdos, suis opibus Ecclesiæ prouideat, ea consuetudo retinenda est, refert Illustriss. D. meus Roderic. à Cunha *in comment. ad c. puchra* 18. *n.* 3. *dist.* 86.

Vnde colliges quòd si Rector non habeat ab
7 Ecclesia tot reditus, quibus præstare possit talem reparationem, tunc tenebuntur Parochiani in tali Ecclesia Sacramenta, & alia quæcunque Diuina percipientes, Abb. *cons.* 70. *num.* 2. *p.* 1. Beroi. *d. cons.* 3. *num.* 43. *vers. quicquid tamen, vel.* 2. Lambert. *d. art.* 2. *num.* 4. *vers. tertius est casus, & num.* 5. *vers. & si beneficiati*, Bobadil. *in sua politica, lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 135. *& lib.* 3. *cap.* 5. Gutier. *d. alleg.* 10. *num.* 2. Campan. *d. cap.* 13. *num.* 18. Salgado *d. cap.* 5. *num.* 7. *&* 9. Altamir. *de visit fol.* 357. Petr. Greg. *syntag. Iuris lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 12. *& lib.* 15. *c.* 12. *n.* 34. Caluacan. *decis.* 22. *num.* 24. *p.* 2. Grassal. *Regal. Franc. lib.* 2. *cap* 6. Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 9. *c.* 4. *q.* 10. Ioan. Baptist. Costa *de rata q.* 137. *ex num.* 9. *& q.* 203. *ex num.* 6. *& de remed. subdit. remed.* 106. *illat.* 2. Solorzan. *de iure Indiar. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 23. *num.* 9. non per capita hominum, nec per capita domorum, sed quòd ad solidum & libram ædificationes, & restaurationes Parochialium Ecclesiarum, vbi ex reditibus Ecclesiasticis fieri non possunt, sunt faciendæ. vt docent Beller. *d.* §. 14. *vers. vbi verè*. Franc. Leo *d. cap.* 16. *num.* 73. & cùm hoc sit opus publicum, & com-
8 mune concernens omnium vtilitatem, & necessitatem, tenentur semper contribuere nobiles, & alij exempti, Auendan. *de exequend. mandatis, lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 9. Cened. *d. collect.* 153. *n.* 2. Gutier. *d. alleg.* 10. *num.* 5. *&* 6. Bobadil. *d. cap.* 18. *num.* 133. *ad fin.* Salgad. *d. cap.* 5. *num.* 11. vbi etiam dicunt quòd quando non supersunt reditus Clericorum ad reædificationem Ecclesiæ, potest expendi pecunia publica vniuersalis, & ea deficiente debet deueniri ad collectam inter vicinos.

Circa autem Ecclesiæ Cathedralis reparatio-
9 nem seclusa consuetudine (quæ de iure communi circa eam attenditur, Bero. *d. cons.* 3. *num.* 1. *&* 2. quem refert. Rot. *decis.* 627. *num.* 1. *p.* 1. *recent.* vide *sup. num.* 4.) est aduertendum Episcopum solum
10 ad illam teneri de quarta redituum suorum, *cap. decernimus* 10. *q.* 1. *cap. quatuor*, & *ibi* Archid. *num.* 3. 12. *q.* 2. Bero *d. cons.* 3. *num.* 6. *&* 7. *cum seqq.* Barbat. *d. cons.* 26. *num.* 4. Bell. *d. tit. de clerico debitore*, §. 13. *numer.* 12. non solùm futurorum, sed etiam præteritorum, vt post Bero. & Barbat. *citatis locis*, bene docent Surd. *cons.* 62. *num.* 23. & Rot. *d. decis.* 627. *num.* 2. & si fuerit diues, etiam vltra quartam partem compelli potest, Abb. *d. q.* 3. *in fine, vers. & aduerte*. Sed si nec Episcopus diues
11 fuerit, & illa quarta pars non fuisset sufficiens, tunc tenentur, & compelli possunt Canonici supplere de superabundantibus reditibus suarum præbendarum, vel aliarum rerum Capituli, *cap. fin. de his quæ fiunt à maiori parte Cap.* vbi Host. *n.* 1. & Abb. *num.* 7. idem Abb. *in d. cap.* 1. *num.* 3. *de Eccles. ædific. & in d. q.* 3. *in fine, vers. & aduerto*, Barbat. *d. cons.* 26. *n.* 4. *&* 3. Bero. *d. cons.* 3. *n.* 8. 21. 26. *&* 37. *vers. sed glossa*. Lambert. *d. art.* 2. *n.* 3. *&* 4. *vers. tertius est casus*, Bellet. *d.* §. 13. *num.* 16. Si de-
12 nique Episcopus, & Canonici simul non sufficerent, tunc Episcopus vnà cum Capitulo posset statuere quòd alij inferiores Clerici de superabundantibus fructibus deductis sibi necessariis ad contribuendum dictæ fabricæ tenerentur. Barbat. *d. cons.* 26. *num* 4. Bero. *d. cons.* 3. *num.* 23. & 24. Lambert. *d. artic.* 2. *n.* 4. *vers. si autem dato*, Veller. *d.* §. 13. *num* 17. vbi cum Abb. *in dicto c.* 1. *num.* 6. *& d. q.* 3. *in fine*, tenet posse etiam Episcopum cum Capitulo deputare fructus beneficiorum vacantium pro fabrica Ecclesiæ Cathedralis, si ipse, & Canonici non sufficiunt. Et Rot. 13
d. decis. 627. *num.* 5. aduertit quòd licèt Episcopus possit assignare fabricæ distributiones quotidianas deficientium, vt ex sententia Illustriss. interpretum ipsa censuit *decis.* 325. *p.* 2. *diuers.* vbi Domini intelligebant istam sententiam procedere iuris ordine seruato, scilicet in euentum quòd quarta Episcopi non sufficeret, tunc posset applicare distributiones Canonicorum, & ita censuit ad applicationem distributionem beneficiatorum non esse deueniendum, priusquam videretur an applicanda per Canonicos sufficerent.

Omninò autem facit locus, aut religiosus, non 14
est in vsus profanos conuertendus, *cap. quæ semel, cap. quoniam* 19. *q.* 3. *cap. ad hæc, de relig. domibus*. Hermosil. *in addit. ad Gregor. Lop. l.* 15 *gloss.* 1. *n.* 11. *tit.* 5. *part.* 3. & infrà *cap.* 12. *de monaster. in fine*, dicemus. Et si contingat Ecclesiam, aut monasterium destrui, ligna, & lapides eius loci non debent ad aliud opus conuerti, quàm ad aliam Ecclesiam, aut monasterium, vel monasterij locum in profectum Fratrum, vel potiùs igni sunt comburenda, *cap. ligna, de consec. dist.* 1. gloss. *in dict. cap. quæ semel*, Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 9. *cap.* 3. *q.* 11. Zerol. *in praxi Episcop. p.* 1. *verb. Visitatio, pag. mihi* 346. Suar. *tom.* 1. *de relig. tract. de sacrileg. lib.* 3. *c.* 8. *n.* 5. Galganet. *de iure publico, lib.* 3. *tit.* 68. *num.* 1. & infrà etiam *de consecrat.* videbimus. Et de loco Ecclesiæ dirutæ auctoritate Episcopi quòd possit vendi, si non adest spes reædificandi, vide Hermosil. *loco citato numer.* 12. De cura autem reparandarum Ecclesiarum monentur Episcopi, & visitatores à Consil. Trident. *sess.* 21. *cap.* 8. *& sess.* 7. *cap.* 8. *de reformat.* vt *suprà lib proximo de visitat.* ostendimus. Et quando resarcita, vel reædificata Ecclesia valeat iterum consecrari? Superiùs vidimus *hoc lib. cap.* 2. *de Ecclesiis ædific.*

Nunc verò circa Ecclesiæ violationem, seu 15
pollutionem est sciendum, quòd sicut vir Deo spiritu, & corpore consecratus, & Virgo Deo sacrata, non solùm spiritu sancta, sed etiam debet manere incorrupta, iuxta doctrinam Apost. *ad Corinth.* Sic etiam corpus Ecclesiæ materialis inuiolatum, atque impollutum coram Deo, & Sanctis omnibus esse debet, quamuis spiritu in Diuinorum celebrationibus sanctum existat. Quare fuit sacris Canonibus constitutum, vt quomodocumque Ecclesia violetur, & polluatur, non possint in ea diuina Officia celebrari, antequam reconciliationis benedictionem acceperit, vt ostendemus.

Quinque autem casibus violatur, seu polluitur 16
Ecclesia. Primus est, quando in ea sanguis humanus in quantitate notabili ex iniuria effunditur, *cap. Ecclesiis, de consecrat. dist.* 1. *cap. proposuisti, cap. vlt. de consecrat. Eccles. vel Altar.* Nauar. *in manual. cap.* 27. *à num.* 236. Henriq. *in sum. lib.* 9. *de Missa, cap.* 27. §. 5. Sayr. *in Claui regia lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 8. Vgolin. *de potest. Episcopi c.* 29. §. 1. Mari. Alter. *de cens. tom.* 2. *disp.* 3. *de interdicto, c.* 1. *vers.* 2. Suar. *tom* 3. *disp.* 81. *sect.* 4. *vers. secundò violatur*, Iacob. de Graff. *in aureis decis. p.* 1. *lib.* 2. *c.* 48. *num.* 22. Fagundez *d. prec.* 1. *lib.* 3. *cap.* 14. *num.* 14.

Pia sec. *in praxi Episcop.p.*1.*cap.*5 *num.*5. *in princ.* Ludouic. Miranda *in man. Prælat.t.*2. *q.*39. *art.*5. *concl.*1 *vers.*1. Raguc. *de Missa in Eccles. quæst.*60. Diana *moral.resolut.p.*6.*tract.*6.*resol.*24.*&* 25. Lezana *in summ. quæst. Regul. tom.*3. *verb. Ecclesia num.*12. Lugo *de sacram. Eucharistia disp.*10.*s.*2. *num.*52.*cum seqq.* Ego ipse *de officio, & potest. Episcopi,p.*2.*alleg.*28.*n.*30.vbi *n.*31. intelligo quoties humanus sanguis effunditur; nam si fuerit cuiusuis alterius animalis irrationalis, non esset per hoc Ecclesia polluta censenda, & *num.*34. pariter intelligo non quidem de modica effusione, veluti si gutta sanguinis etiam iniuriosè intra Ecclesiam cecideric, sed potiùs de notabili, seu considerabili, & enormi, de quo etiam Fagundez *dict. cap.*14. *num.*19. vbi *num.*15. subdit non pollui Ecclesiam si ipsa effusio facta sit per iocum, vel ludum.

17 Secundus est, quando in ea occiditur aliquis, etsi sanguis non effundatur; veluti si laqueo suspendatur, aut aliter citra sanguinis effusionem violenter, & cum iniuria occidatur, siue ab alio, siue etiam à seipso, si est compos mentis, itavt iniuriam sibi ipsi, & peccatum commisisse dici possit, *d.cap. proposuisti*, vbi Gloss. & Doctores *de*

18 *consec. Eccles. vel Altar.* Licèt enim huiusmodi homicidium fieri licitè possit per iudicem, suspendendo intra Ecclesiam reum aliàs supplicio dignum; sit tamen illi iniuria, quia licèt supplicio dignus sit, ius tamen habet ne in tali loco talem vim patiatur, & deinde fit etiam iniuria loco sacro, & ipsi Deo, in cuius honorem Ecclesia specialiter dicata, & consecrata est; secùs tamen dicendum si idem iudex, aut quiuis alius super Ecclesiæ tectum, vel ex parietibus eiusdem hominem suspendat, cùm in tali casu non intra, sed extra homicidium contingat, tenet post.Silu. & Nauar.Mari.Alter.*d.c.*1.*vers.sed quid*, Suar.*tom.*3. *disp.*81.*sect.*4. *in princ.* Fagund. *d.prac.*1.*l.*3.*c.*14. *sub n.*9.

19 Martyris autem occisio facta in Ecclesia, etsi secundùm quosdam non videatur Ecclesiam polluere per rationem ad sanguinem in ea diffusum, quo potiùs lauatur, & magis sanctificatur, *cap. fundamenta, vers. isti sunt, de elect. lib.*6.*c.gloriosus, de reliq. & vener. Sanct.* Abb. *in d. cap.proposuisti, num.*2.*in fin.* Quoad iniquam verò, & iniuriosam effusionem Ecclesia polluta censebitur, quia licèt per mortem illius, qui Sanctus est, intra Ecclesiam contingentem, quatenus habet rationem martyrij, non polluatur Ecclesia; polluitur tamen quatenus iniustum consideratur ipsum homicidium, & iniuriosum ex parte occidentis, vnde citari solet versus.

Actio displicuit, passio grata fuit.

Ita Vgolin.*d.§.*1.*statim in princ.vers.id quod locum habet*, Mari. Alter. *d.cap.*1.*vers.verum*, Ego ipse *d. alleg.*28.*n.*29.Fagund.*d.n.*9. *in fine.*

20 Si verò extra Ecclesiam quis lethale vulnus recipiat, & postea ex eadem causa moriatur intra eandem, minimè per hoc erit polluta censenda; quia tunc non homicidium, sed sola mors in Ecclesia contingit; cùm tamen è conuerso, si quis intra vulnus lethale recipiat, & postea extra moriatur, polluta haberi debeat. Ita gloss. communiter recepta *in d.cap. vnico, de consecr. Eccles. lib.*6. Nauarr. *in man. cap.*27. *num.*256. Vgolin. *d. §.*1. *vers. tertiò non polluitur*, Fagundez *d. prac.*1. *lib.*3. *cap.*14. *num.*9. Ego ipse *d. alleg.*28. *num.*23. Vbi

21 autem quis cùm esset intra Ecclesiam hominem existentem extrà iaculo occiderit, non erit per hoc violata Ecclesia censenda, cùm tunc verum sit dicere quòd homicidium non fuerit intra Ecclesiam patratum, licèt intra eandem initium sumpserit, Nauar. *in man. cap.*27.*num.*256. Fagundez *d. cap.*14. *num.*11. Secùs è conuerso vbi quis extra Ecclesiam alium existentem intrà iaculo percusserit, aut vulnerauerit, itavt sanguis intra eandem effundatur, quia tunc verificatur homicidium patratum, sicut & sanguinis effusio contingens, vtrumque verò volontarium, & iniuriosum intra Ecclesiam, prout tenet Vgol. *d. §. vers. quartò non polluitur*, quem refero. Ego ipse *d. alleg.*28.*n.*26.

Tertius est, quando humanum semen in Ecclesia criminosè, & notoriè est effusum, *dicto cap. Ecclesiis, de consec. dist.*1. *cap. fin. de consec. Eccles. vel Altar. lib.*6. Vgolin. *dicto cap.*29. *§.*3. Azor. *d.cap.*2.*lib.*9 *cap.*5.*quæst.*3. *& part.*1.*lib.*10.*c.*26. *quæst.*13. Ludouic. Miranda *d. quæst.*19. *art.*5. *concl.*1. *vers. secundus casus*, Marius Alter. *dict. cap.*1.*vers.*3. Suar.*tom.*3. *disp.*81. *sect.*4. *vers. tertio violatur*, Iacob. de Graff. *in aureis decis. p.*1. *lib.*2.*cap.*48. *num.*26. Lugo *de sacram. Euchar. disp.*10. *sect.*2. *num.*51. Lezana *in summ. quæst. Regul. tom.*3. *verb. Ecclesia num.*12. *vers. tertius.* Fagundez *d.cap.*14. *num.*20. Piasec. *d. p.*1. *cap.*5. *num.*5. *vers. item polluitur*, Ego ipse *d. alleg.*28. *num.*41. *cum seqq.* vbi à *num.*46. disputo in idem dicendum quando intra Ecclesiam contigit coitus coniugalis, quod etiam disputat latè Fagundez *dicto capite* 14. *num.*22. *cum seqq.* sicut & cuiusque fidelis corpus, quod est Templum Dei, præsertim verò eius, qui est Domino consecratus, simili admissione polluitur: citra peccatum verò, tale quid admissum non polluit, nec propter occulti criminis pollutionem Ecclesiam reconciliare oportet; cùm illud signum exterius fuit potiùs ad deuotionem fidelium reparandam, & scandalum amouendum; quod inde acciderat, quàm ad loci sanctificationem, quia ipsa celebratione Missarum vtique sanctus efficitur, *cap. de fabrica, de consecr. dist.*1. & *infr. de Consecrat.* dicemus. Et quamuis plurimi censuerint ob quamlibet effusionem etiam citra peccatum, Ecclesiam pollui, eo quod in *d. cap. Ecclesiis, de consec. dist.*1. *& in d. cap. fin.* dicitur, *cuiusque, aut quocumque semine*; illud tamen intelligendum videtur de cuiuscunque hominis semine, siue fidelis hominis, siue pagani, non autem quomodocumque sit effusum, nam *in cap. si motum, eadem dist.*1. dicitur Ecclesiam repurgandam, quæ fuerit adulterio violata, propter quod peccatum, hac in re attendendum demonstrat, & sic coitus etiam coniugalis intra Ecclesiam contingens si fuerit illicitus, & peccaminosus, vtpote quia coniuges intra Ecclesiam mutuo cohabitant absque vlla necessitatis causa, vel licèt detur causa cohabitandi intra Ecclesiam, non tamen detur necessitas petendi, & reddendi debitum, quia nullum subest periculum incontinentiæ, ipsam Ecclesiam polluet, vt resoluimus *d. allegat.* 38. *num.*48. 22 23

Quartus est quando in Ecclesia excommunicati alicuius, aut hæretici, vel cuiuscumque infidelis corpus est sepultum, *cap. consuluisti, de consec. Eccles. vel Altar.* Azor. *d. part.*1. *lib.*10. *cap.*26. *quæst.*13. *vers.*3. *& p.*2. *lib.*9. *cap.*5. *quæst.*1. *vers.*4. Marius Alter. *d.cap.*1. *vers. quartò violatur*, Galganet. *d.l.*3. *tit.*108. *num.*30. Vgolin. *d. cap.*29. *§.*4. Ludou. 24

Ludou. Miranda *d.q.39. art.5.concl.1.verf. tertius casus.* Suar. *tom.3.in 3.disp.81. sect.4. vers. quarto violatur*, Fagundez *d.c.14.num.55.* Piasec. *d.p.1. c.5.n.5.vers.3.* Gal. *in margarita casuum conscientia verb. Ecclesia* 1. Ergo ipse *d.alleg.28.num.52.* qui ferè omnes intelligunt procedere tantum in excommunicato nominatim denunciato, vel notorio Clerici percussore, iuxta Martini V. & Basiliensis Consilij Constitutionem, incipit, *Ad euitanda scandala*; vnde si talium corpora ibi inique sepulta ab aliis dignoscantur, exhumanda sunt, & reconcilianda Ecclesia, vel cœmeterium; si verò non dignoscantur à fidelium ossibus, sinit potius dimittenda, *cap. sacris de sepultur.* Verùm ex sepultura hæreticorum scienter facta etiam locus ille propterea caret sepultura, *c.2. in princ. de heret.lib.6.* eorum verò fidelium corpora, qui in damnationis statu decesserunt, quamuis non sint in Ecclesia sepelienda, si tamen fuerint ibi sepulta, eam non polluunt, neque ea, quæ in Ecclesia à Schismaticis sunt sepulta, nisi excommunicatorum corpora fuerint, *cap. à nobis, de Sacram. non iter.*

25 Quintus est atque vltimus, cùm Ecclesia fuerit ab excommunicato Episcopo consecrata, si videlicet notoriè erat excommunicatus, est enim prius reconcilianda antequam in ea diuina celebrentur Officia, Abb. Ioan. Andr. & Host. *in cap. consuluisti, de consecr. Eccles.* Syluest. *verb. interdictum, 4. q 3.* Tolet. *in instruct. Sacerd. lib.5.cap.8. prope fin. vers. quinta.* Gambarupt. *de casibus reseruatis.c.15. casu 6.num.15.pag.204.* Henriq. *in sum.lib.9.c.27. §.6.in fine.* Nau. *in man.cap.27.n.259.* Piasec. *d.p. 1.c.5.n.4.* Mari. Alter. *d.c.1.vers.& quamuis.* Ego ipse *d.p.2. alleg.27. n.28.* Quicquid dicat Suar. *d. disput.81. sect.4.vers.quarto violatur Ecclesia.* Fr. Emman. *in sum.p.1. cap.153.n.2. concl.1.* Fagundez *d.c.14.n. 56.* Vgolin. *de potest. Episcop. c.29.§. 6.n.1.* quorum opinio non mihi displicet, quia pollutio Ecclesiæ supponit consecrationem, aut benedictionem illius, consecratio autem quæ fit ab ipso Episcopo excommunicato non supponit consecrationem, sed facit Ecclesiam consecratam, & circa illam consecratam nihil amplius operatur; non est ergo cur polluatur, vt de se patet.

26 Notandum est autem circa casus prædictos non pollui Ecclesiam nisi hæc intra ipsam Ecclesiam verè contingant, extra portam verò etsi propè Ecclesiam, imò & in ipsa porta, sed extra claustrum ostij, aliquod horum commissum, non intelligitur Ecclesiam violare, vt infrà quoque *de cœmeterio* exponemos. Vnde si sanguinis, aut seminis effusio accidat supra tectum, vel infra Ecclesiam in aliqua taucrna, vel spelunca, vel in aliqua camera, aut cella, vel in choro, sacristia, turri cymbalorum, tribuna, aut Confessionariis extra Ecclesiam, non polluitur Ecclesia, quia illis omnibus, & similibus casibus dicitur extra Ecclesiam contigisse. Ita Sayr. *d.c.16.n.8* Fagundez *in quinque Ecclesiæ præcepta, præc.1. lib.3. cap.14.n. 35. cum seqq.& præc.2.lib.4.cap.4.*

27 Polluta verò Ecclesia est statim reconcilianda, ne diuinæ laudis organa suspendantur, vt loquitur text. *in cap. fin. de consecr. Eccles.* & si consecrata non erat, postmodum erit quàm citiùs consecranda. Fit autem huiusmodi reconciliatio, si Ecclesia consecrata sit per proprium Episcopum, seu alium de ipsius licentia, & hoc cum aqua ab Episcopo benedicta vino admixta & cineri, & cum verbis, quæ habentur in Pontificali, vel Manuali Romano. Ita expressè probat text. *in c. aqua & in c. proposuisti, de consecrat. Eccles. vel Altar.* Azor. *instit. moral.p.1.lib.9.c.5.q.5.* Vgolin. *d.cap. 29.§.8. num.1.* Ludouic. Miranda *d.q.39. art. 8. concl.2.* vbi subdit Episcopos huiusmodi facultatem reconciliandi Ecclesiam consecratam pollutam non posse simplici Sacerdoti delegare etiamsi in contrarium sit consuetudo, per *c. aqua, de consec. Eccles. vel Altar.* refero Ego ipse *dict. alleg. 28.num.55.& 56.* & nouissimè Ioan. Anton. Nouar. *in sum. Bullar. tit. de pollut. Eccles. num.2.* Diana *moral. resol.p.6.tract.6.resolut. 22.* hoc enim solùm
28 fit à simplici Sacerdote de licentia Sedis Apostol. vt censuit S.Cong *in vna Placentina 19. Maij* 29
1607.*in 10. dub.* vbi etiam fuit resolutum quòd quando fit reconciliatio à simplici Sacerdote de 30
licentia Sedis Apost. eadem debet esse, quæ fit ab Episcopo; potest tamen Episcopus, si ex longa absentia reconciliare Ecclesiam consecratam non possit, ex iusta causa concedere licentiam, vt in Ecclesia polluta ante reconciliationem celebretur, secundùm Sà *verb. Ecclesia num. 23. vers. Episcopus*, & alios, quos refero *dict. alleg. 28. num. 61.* vbi *num. 62.* ex Henriq. hoc non benè probari aduerto, ac proinde facilius esse attento Iure communi, quòd concedat Episcopus vt in loco non sacro, in Altari celebretur, vel post Concil. Trid. in priuatis Oratoriis institutis ad Diuina celebranda, & *n. 64.* obseruo ex priuilegio Leonis X. posse Regulares Prælatores reconciliare Ecclesias quacumque ex causa violatas, atque pollutas aqua per ipsos benedicta, si Episcopus, qui illam benedicat, distet vltra duas diætas, aliàs debere habere aquam benedictam ab Episcopo, & ibi citatis addo Marchin. *de sacram. Ordinis tract.3.p.3.c.11.n.14.* Megal. *in promptuar. tom.2. verb. Ecclesia num. 21. in fine*, Peirin. *de officio Sacerd.lib.1.dub.13.n.121.* Diana *d.part. 6. tract.6.resol.1.per totam*, Portel. *in dub. regul. verb. benedicere*, & Hieron. Roder. *in compend. resol. 13. num.1.* Nouar. *d.tit. de pollut. Eccles. n.5. cum seqq.* vbi *num.8.* tenet huiusmodi Prælatos Regulares non posse hanc facultatem reconciliandi subdelegare. Si autem Ecclesia non fuerit consecrata, sed tantummodo benedicta, reconciliari potest 31
per quemcumque simplicem Sacerdotem per solam aquæ lustralis aspersionem, *cap. si Ecclesia*, iuncta glos. *verb. lauetur, de consec. Ecclesiæ*, Henriq. *d cap.27.§.6.* Vgolin. *d.cap. 29. §.8. n.3.* Ludou. Miranda *d.q.39.art.8. concl.1.* Homobon. de Bonis *de examine Eccles. tract.12.c.3. quæst.13. 1. resol. quæst. 447.* Fagundez *in quinque Ecclesiæ præcepta, præc.1.lib.3.cap.14. n.66.* Nouar. *de loco n.4* Marchin. *de sacram. Ordin. tract.3.part.3.c.11. n.14.* Diana *moral. resolut.p.6.tract.6.resol.22.* Ego ipse *d. alleg.28. n. 57.* Illud verò est notandum, quòd aspersio aquæ exorcizatæ non est de reconciliationis essentia, quamuis de necessitate præcepti non sit omittenda, si potest haberi, vt probatur *in d.c. fabrica, de consec. dist.1.& infr. de consecratione*, videbimus.

Effectus pollutionis, aut violationis Ecclesiæ 32
sunt duo: primus est quòd consecrari non potest antequam reconcilietur, & pollutionis causa amoueatur, *d.c. Ecclesia, il 1.& 2. de consecrat. dist.1.d. cap.fin.* Alius est quòd in Ecclesia polluta non 33
possunt diuina Officia, præsertim vero Missæ, celebrari, *d.c. Ecclesia, il 1.& 2. ad cap. fin. cap. ex tuarum, de priuil.* qui enim in Ecclesia publicè violata

lata Missam celebrat, aut alia peragit diuina Officia, seu defunctum sepelit (vrgente necessitate id fiat de licentia Episcopi, secundùm S. Thom. *in 3.q.83.art.3.ad* 2. Fagundez *in quinque Ecclesiæ præcepta, præc.1.lib.3.c.14.n.2.*) peccat mortaliter; irregularis tamen, aut suspensus non efficitur, cùm id expressum in Iure non reperiatur. Ita per *cap.is qui. de sententia excom.in* 6. Syluest. *verb.consecratio*, 2.q.9. Henriq.*d.lib.9.de Missa, cap.17.§.7.lib.13.de excomun.cap.51.§.5.* Nau. *in man.cap.25.num.* 8. Vgolin.*de irregular. lib.1.c.1. num.2.& de potest. Episcop.cap.29.§.7.* Ludou.de Miranda *d.q.39.art.6.* Azor.*d.cap.5.q.6.* Fagundez *d.cap.14.num.3.* Diana *moral.resolut. part.6. tract. 6.resol.28.vers.notandum est.* Quamuis celebrantem fieri suspensum, & si iterum celebret post suspensionem, contrahere irregularitatem, asserat Piasec. *in praxi Episcop.p.1.c.5.n.5.vers.ante.* nam text. *in d.cap.is qui, de sentent. excom.lib.6.* solummodo loquitur de eo, qui celebrat, aut celebrare facit in loco interdicto, non autem de celebrante in Ecclesia polluta.

35 Nam etsi in ipsa Missæ celebratione polluatur Ecclesia, est statim à Sacrificio cessandum, nisi post consecrationem Eucharistiæ illud contigerit, aut occulta fuerit violatio: nam si iam fuerat consecratum, non est Sacrificium dimittendum, sed eo completo debet reconciliari Ecclesia, si id fuerit, vt diximus, notum. Ita Suar.*d. sect.4.in fine*, Vgolin.*d.censur.tab.2.cap.8.§.4. & de potest. Episcop.cap.29.§.7.num.3.* Mari. Antonin.*var. resol.lib.1 resolut.11.casu* 60. Nald. *verb. Ecclesia,n. 24.* Scott.*lib.1.de Missa,c.13.* Homobon. de Bonis *de exam.Eccles.tract.4.c.14.q.138.* latè Fagundez *in quinque Ecclesiæ præcepta,p.1.lib.3.c.18. à n.7.* An & quando polluta Ecclesia, censeatur pollutum Cœmeterium, & è conuerso, diximus *cap.9. à n.8.hoc lib.*

CAPVT V.

De Ecclesia Cathedrali.

SVMMARIVM.

1 *Papa solus Ecclesiam erigit, & constituit in Cathedralem.*
2 *Ecclesiam Cathedralem reparare quis teneatur, remissiuè.*
3 *Ecclesia Cathedralis intelligitur sub verbo* Ecclesia, *absque vlteriori expressione alicuius Sancti.*
4 *Cathedralis dicitur Ecclesia Episcopalis, quia penes ipsam est Cathedra, in qua magistrorum magna dignitas designatur.*
5 *Ritus Celebrandi festum Dedicationis facit indicium Cathedralitatis.*
6 *Cathedrali soli competit facultas exigendi decimas in territorio ciuitatis.*
7 *Cathedralitatis indicium plura quæ faciunt, referuntur.*
8 *Cathedralitatem ostendit delatio sanctissimi Sacramenti in die eius festo, cùm processio in die Corporis Christi à Cathedrali debeat inchoari, & ibidem finiri.*
9 *Oleum sanctum debet asseruari in Cathedrali.*
10 *Cathedralitas probatur in testibus, & historiis, atque etiam ex sola quasi possessione, quando de ea agitur incidenter.*

IAm *suprà lib.1.c.2.de potestate, & authoritate Romani Pont. à n.* 139. vidimus 1
quatenus solus Papa Ecclesiam erigit, &
constituit in Cathedralem, & *in tract.de Canonicis* plura diximus de his, qui in Cathedralibus Ecclesiis Canonici constituuntur, & *cap. præcedenti. num.10.cum seqq.* vidimus qui tenerentur ad Ec-
clesiæ Cathedralis reparationem; nunc verò bre- 2
uiter de ipsa Ecclesia Cathedrali, quomodo talis
probetur nonnulla adducemus. Et in primis ad- 3
uertendum duxi, quòd sub *verb. Ecclesia*, absque
vlteriori expressione alicuius Sancti, apud Iuris
Interpretes tanquam antonomasticè sumpta intel-
ligitur Ecclesia Cathedralis iuxta antiquum sty-
lum Curiæ Romanæ, Monach. *in c.quamuis, n.5.*
post gloss.ibid.in verb.non extendit, de præbend.in 6.
vbi Gemin.*§ fin.num.10.post med.* Abb. *in cap.cùm*
super,n.6.de sepultur. Mandos. *super reg. 26. q. 3.*
n.3.& 6.in fine, ver. Romana autem. Gambar. *de of-*
ficio Legati à latere, lib.10.n.270. Steph. Grat. *dis-*
cept.forens.cap.89.n.32. Rot. *decis.233.n.4.& 13.*
part.1.diuers.& in Cæsaraugustana Cathedralitatis
1. Martij 1630.coram Reuerendissimo D meo Coc-
cino Decano, admirabilis eruditionis viro. Quæ
est cæteris dignior, & ideo ei sublimior locus est
assignandus, Rot. *decis.3.n.1.& 2.tom.5.recentior.*
Dicitur autem Cathedralis, quia penes ipsam est 4
cathedra, in qua magistrorum magna dignitas de-
signatur, vt ex Hieron. notat Tostat. *super Mat-*
thæ.cap.19.q.70. asserens Cathedram proprie accipi
pro sede doctoris, ac Prælati, prout etiam in ca-
thedra Petri Ecclesia Romana denotatur, ex tra-
ditis per Ioan. Scotanum *contra hæreticos interrog.*
5.de Primatu Petri, & Ecclesia Romana, fol.mihi
87.vers.subiiciam.

Ad probandam Cathedralitatem plura ponde- 5
rauit adminicula Rot. *in d.Cæsaraugustana Cathe-*
dralitatis, in vers.quintum, videlicet antiquissimum
ritum celebrandi festum Dedicationis, qui sanè
ritus nec tolerari, nec seruari poterat, nisi admissa
Ecclesiæ Cathedralitate, Gregor. *decis.493.n.12.*
Rot. *dec.616.n.4.& 6.p.1.recent.* Item facultatem 6
exigendi decimas in territorio ciuitatis soli Ca-
thedrali competentes, iuxta terminos *c. quoniam,*
& cap.cùm contingat, vbi gloss. & Doctores, *de de-*
cim. & tradita per Rebuff. *tract.eodem, q.6.num.12.*
Rot. *in Pampilonem. congrua 7. Aprilis 1595 co-*
ram. Bonæ mem. Card. Millino, quæ loquitur de
Ecclesiis Hispaniarum, eam sequitur etiam *in de-* 7
cis.429.num.6.coram Gregor. XV. Dignitatem quo-
que maioris Capellaniæ, quæ in illis partibus
nonnisi in Cathedralibus erigi consueuit: Ius ex-
trahendi defunctorum cadauera ex alienis Paro-
chiis, illaque sepeliendi, quod Ecclesiis omni-
bus de Iure prohibitum, solis Cathedralibus
indulgetur, *c.ex parte il 1.cap.cùm liberorum, cap.*
cùm super, cap.in nostra, vbi doctores, *de sepultur.*
Indistinctam saltem de consuetudine (quicquid
sit quoad moderationem per concordias & sen-
tentias.) Sacramentorum omnium administratio-
nem, iuxta terminos *cap.3.& vlt.* vbi Scribentes
de Paroch.& cap.Presbyteri, de consec. dist.4. Nec-
non prærogatiuas præeminentiarum, atque alia
huiusmodi, de quibus in simili Puteo. *decis. 343.*
lib.2.in correctis.

Item Cathedralitatem ostendit delatio sanctis- 8
simi Sacramenti in die eius festo, cùm proces-
sio in die Corporis Christi à Cathedrali debeat
inchoari, & ibidem finiri, vt censuit S. Ri-
tuum Congreg. *in vna Tuscanen.sub die 19. Augu-*
sti

sti 1619. vbi etiam quòd Oleum sanctum debet asseruari in Cathedrali, ab eiúsque Dignitatibus dispensari, & quòd non competit Priori Colegiatæ præcedentia supra Canonicos Cathedralis.

10 Circa eandem probationem Cathedralitatis vide Rotam coram Durand. *decis.* 331. vbi qoòd illa probatur ex testibos & historiis, atque etiam ex sola quasi possessione, quando de ea agitur incidenter.

CAPVT VI.

De Ecclesia Collegiata.

SVMMARIVM.

1 *Papa solus potest Parochialem Ecclesiam in Collegiatam erigere.*
2 *Episcopus proprius debet statuta dare Collegiata per Papam erecta.*
3 *Collegiata in publicis processionibus potest deferre propriam crucem, etiam præsente Capitulo Cathedralis, dummodo locus dignior relinquatur Cathedrali.*
4 *Collegiata Ecclesia debet pracedere omnibus aliis simplicibus, vel qua tantum Parochiales sunt, etiamsi antequam erigeretur in collegiatam illis cederet.*
5 *Collegiatas, vbi non constat de fundationis initio, ex coniecturis, & indiciis probatur.*
6 *Collegialitatis coniectura, & indicia qua sint, referuntur.*
7 *Collegialitatis qualitas probata est sufficienter, etiam ex collationibus Canonicatuum, & assignatione stalli in choro, & loci in capitulo, factis per Canonicos capitulariter congregatos, prouisis de Canonicatibus.*
8 *Numerus trium Canonicorum congruus est ad Collegiatam constituendam.*
9 *Collegiata adhuc esse censetur si recesseriat Canonici, quia adhuc existit habitu.*
10 *Collegialitatis potissima coniectura est si in Ecclesia adsit aliquis vti caput, & clerici, vel Canonici vti membra.*
11 *Collegiata signum est manifestum quando Canonici, seu Clerici in Ecclesia faciunt propria statuta.*
12 *Coniectura omnes Collegialitatis non est necessarium vt simul concurrant, sed sufficit aliquos adesse ex quibus id argui possit.*
13 *Collegialitatis sufficiens indicium non est actus congregandi se ad sonum campana, nisi alia signa concurrant ad faciendum collegium necessaria.*
14 *Collegiata ex coniecturis est existimanda, licèt de priuilegio, & fundatione non constet.*
15 *Collegiata insignis, qua dicatur, ostenditur.*
16 *Collegiata insignis ab eius erectione pracedit Collegiatis, quamuis antiquioribus.*



1 VAMVIS nonnulli non contemnendæ auctoritatis viri existimauerint Episcopum posse erigere Parochialem Ecclesiam in Collegiatam, vt per text. *in cap quoniam, de vita & honest. cleric.* tenent ibidem Abb. *antiq. num.* 1. Ioan. Andr. *num.* 3. Butr. *n.* 2. *ad fin.* Panor. *num.* 2. *&* 6. Imol. qui attestatur de communi, *n.* 1. quos retulit, & sequi visa est Rota *in Regien. vnionis* 12. *Maij* 1615. *coram Reuerendissimo D. meo Coccino.* & Nicol. Garc. *de benefic. p.* 12. *cap.* 5. *num.* 4. dixit aliquando Ecclesiam erigi in Collegiatam per Episcopum, licèt soleat fieri auctoritate Papæ. Et Selu. *de benefic. p.* 2. *quæst.* 23. *n.* 16. Io. Mari. Nouar. *in quæst. forens. part.* 1. *q.* 24. *n.* 4. Diana *moral. resol. part.* 1. *tract.* 6. *resol.* 38. existimauerint Episcopum posse erigere Collegiatam cum nouis Canonicis, vel addere nouum numerū Canonicorum aliis antiquis. Ego tamen verius credo Episcopum sua ordinaria auctoritate, vel alium quemuis inferiorem à Papa non posse erigere Collegiatam, vt meritò concludunt Rebuff. *in sua praxi benefic. tit. de erect. in Collegiatam,* Fuscus *de visitat. lib.* 2. *cap.* 1. *n.* 6. Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 5. *n.* 112. Aloys. Ricc. *decis.* 66. *p.* 3. *in decis. Curia Archiep. Neapol.* Fillsuc. *de benefic. c.* 3. *num.* 112. Rot. apud Paul. de Rubeis *decis.* 99. *n.* 9. *tom.* 3. *diuers.* alias *p.* 7. *recens.* Massobr. *in sua praxi habendi concursum, pralud.* 2. *dub.* 1. & censuit Sac.
Congregatio Concilij *in vna Conuersana* 27. *Ia-*
aij 1619. prout refert Lotter. *de re benefic. lib.* 1.
q. 14. *num.* 49. Statuta autem quærenda sunt à pro- 2
prio Episcopo, vt censuit sacra Rituum Cong. *in*
Mediolanen. 28. *Septēbris* 1602. Potest Collegia-
ta in publicis processionibus deferre propriam
Crucem, etiam præsente Capitulo Cathedralis, 3
dummodo locus dignior relinquatur Cathedrali,
vt censuit S. Rituum Congreg. *in vna Acenitana*
24. *Augusti* 1609. Et debet præcedere omnibus
aliis simplicibus, vel quæ tantùm Parochiales sunt
eadem S. Congreg. *in Nolana* 10. *Iulij* 1602. *&* 4
Senogalien. 13. *Martij* 1619. etiam antequam erigeretur in Collegiatam, illis cederet, vt in *Terracibea. Sonaissa* 25. *Februarij* 1606.

Collegialitas, vbi non constat de fundationis
initio, ex coniecturis, & indiciis probatur, In- 5
noc. *in cap. postulasti, de iurepatron.* Io. Andr. & alij *in c. nobis, eod. tit.* Alex. *cons.* 75. *n.* 2. *lib.* 4. Rom. *cons.* 436. *num.* 6. Decian. *cons.* 6. *num.* 1. *&* 2. *lib.* 2. Rot. *decis.* 584. *num.* 2. *&* *decis* 585. *num.* 2. *p.* 4. *diuersor.* & apud Card. Mantic. *decis.* 215. *num.* 1. *& inter recent. decis.* 637. *sub n.* 2. *p.* 1. *& in Asculana Parochialis S. Laurentij* 20. *Maij* 1586. *coram Orano, & in Cremonen. Præpositura* 24. *Maij* 1621. *coram R. P. D. Rembeldo, & in Placentina Archipresbyteratus* 17. *Martij* 1623. *coram R. P. D. meo Pironano, & in Asculana Plebania* 13. *Ianuarij* 1624. *coram R. P. D. Merlino, & in Cremon. Archipresbiteratus* 6. *Iunij* 1633. coram Patriarcha Panzirolo, impressa per Paul. de Rubeis *decis.* 221. *num.* 2. *diuers.* aliàs *p.* 6. *recent.*

Coniecturæ autem, & indicia collegialitatis 6
potissima sunt, quòd Canonici consueuerunt congregari ad libitum principalis Dignitatis illorum capitis, seu illius ad quem de iure, vel consuetudine spectat congregare Capitulum, & ad sonum campanæ, & quod haberent sigillum commune, ac esset quoque communis arca, itavt fructus communiter diuiderentur, vt colligitur ex text. *in cap. tertio loco, de probat. & in c. cum Ecclesia Sutrina, de causa possess. & propriet.* & de cōmuni sigillo *in cap. significauit, de apellat, & in c. dilecta, de excess. Pral.* de arca, & massa communi, *in l.* 1. *§. quibus autem, ff. quod cuiusque vniu. nom.* & demum quòd ex huiusmodi indiciis, vniuersali scilicet congregatione, seu tractatu in forma Capituli,

Capituli, ac sigillo, & arca communi, plenè &
concludenter desumatur probatio collegialitatis
Ecclesiasticæ, tradunt Doctores *in cap. nobis, de
Iurepatron.* vbi Abb. *num.* 28. Felin. *in cap. acceden-
tes, num. 2. de præscript.* Roman. *cons. 436. n. 7.* De-
cian. *cons. 6. n. 1. & 2. lib. 2.* Aym. *cons. 134. num. 5.*
Barbat. *cons. 17. n. 3. & 4. lib. 1.* Card. *in Clement.
statutum q. 4. de elect. & in Clem. 2. n. 10. de ætate,
& qualit.* Alex. *cons. 75. n. 2. lib. 4.* Mascard. *de pro-
bat. concl. 584. num. 3.* Rebuff. *in concord. tit. collat.
in §. volumus, vers. collegialitatis*, & passim sequi-
tur Rot. *decis. 584. num. 1. & decis. 585. n. 2. p. 4. di-
uers. & decis. 133. num. 1. & 2.* apud Paul. de Ru-
beis *tom. 3. diuers.* aliàs *p. 7. recent.* Verall. *cons. 142.
n. 1.* Card. Mantic. *decis. 175. n. 1. & decis. 215. n. 1.*
& coram sanctæ mem. Gregorio XV. *decis. 482.
num. 4.* & fuit resolutum *in Placentina Præpositu-
ra 4. Decembris 1628. coram R. P. D. Pirouano, &
in dictis Asculana Parochial. & Cremon. Præpositu-
ra, in d. Placentina Archipresbyteratus*, in qua fuit
7 dictum qualitatem Collegialitatis probatam esse
sufficienter, etiam ex collationibus canonica-
tuum, & assignatione stalli in choro, & locis in
Capitulo factis per Canonicos capitulariter con-
gregatos prouisos de canonicatibus, quippe quæ
fieri non possunt absque collegiali nomine, Rot.
d. decis. 221. n. 5.
8 Numerus autem trium Canonicorum con-
gruus est ad Collegiatam constituendam, Innoc.
in c. postulasti, n. 1. in princ. de iurepatron. Felin. *in
c. accedentibus n. 1. vers. & nota, de præscript.* Rom.
cons. 436. n. 6. Lambert. *de iurepatron. p. 1. lib. 2. q. 5.
in princ. n. 3.* Caualer. *decis. 649. n. 6.* Reuerendissi-
mus D. Coccinus *dec. 296. num. 4.* Rota *in d. As-
9 culana Plebaniæ coram R. P. D. Merlinà*; qui si re-
cesserint, vel saltem de præsenti non existat Col-
legiata, adhuc tamen sufficit illam habitu esse ad
hoc vt censeri debeat Collegiata. Felin. *in d. cap.
accedentes, n. 2. vers. possis etiam*, Innoc. *in c. postu-
lasti, n. 1. de iurepatron.* Archid. *in c. licèt canon. sub
num. 2. de elect. lib. 6.* Mascard. *de probat. concl. 584.
n. 5.* cum aliis quos refert, & sequitur Rot. *in Cre-
monen. Præpositura 25. February 1622. coram bo-
na mem. Remboldo. & d. decis. 221. à n. 26.*
10 Item potissima collegialitatis coniectura est, si
in Ecclesia adsit aliquis vt caput, & Clerici, vel
Canonici vt membra, Alex. *cons. 74. n. 4. libr. 4.*
Mantic. *decis. 215. sub n. 1. vers. vnde*, Rota *in d.
Cremonen. Præpositura, coram bona mem. Remboldo,
11 & in d. Asculana Plebaniæ coram R. P. D. Merlino*,
Manifestum quoque est signum Collegiatæ, quan-
do Canonici, seu Clerici in Ecclesia faciunt pro-
pria statuta, Mantica *decis. 575. sub num. 1. vers.
item quia habent, & d. decis. 215. sub num. etiam 1.*
12 Aduertas tamen quòd non est necessarium, vt om-
nes hæ coniecturæ simul concurrant, sed sufficit
aliquas adesse, ex quibus id argui possit, & vero
simile creditur, Rot. *d. decis. 584. sub num. 2. part.
4. diuers.* Mantic. *d. decis. 215. sub num. 5. vers. nec
13 etiam.* Non est tamen sufficiens Collegialitatis
iudicium actus congregandi se ad sonum cam-
panæ, nisi alia signa concurrant, ad faciendum col-
legium necessaria, Caputaq. *decis. 295. num. 2.*
Gunzal. *ad reg. 8. Cancel. glos. 19. num. 14. & 15.*
14 Beltramin. *in annot. ad Gregor. XV. decis. 482. lit. C.*
Ex quibus signis, & aliis sufficientibus Collegia-
tam esse existimandam, licèt de fundatione & pri-
uilegio non constet, censuit S. Rituum Congreg.
in vna Caputaquen. 16. Ianuarij 1620.
15 Quæ autem dicatur Collegiata insignis, non
est in iure determinatum; Doctores enim diuersi-
modè loquuntur, nam Cardin. Mantic. *decis. 175.
num. 2.* ad ostendendum quòd Collegiata, de qua
in ea decisione agebatur, non esset insignis, asse-
rit hoc probari ex numero Canonicorum exiguo,
modicis redditibus, & qualitate seruitij, ac depo-
sitionibus testium, traditque hoc esse arbitrarium,
citans Doctores *in c. statutum, de rescrip. libr. 6.*
& Alberic. *in Diction. verb. Insignis*, quibus addo
Lap. Specul. Tiraq. & alios apud Menoch. *de ar-
bit. cons. 1580. n. 4.* In diiudicatione huiusmodi
insignitatis fieri potest consideratio ex qualitate
loci, prout decisum fuit à Sacra Rituum Con-
gregatione *in vna Collegiata Ecclesia S. Pauli ciui-
tatis nouæ Firmanæ diœcesis*, ad instantiam D. Lu-
douici Centofloreni, qui obtinuit prædictam
Collegiatam dici insignem, eo quòd oppidum,
quo sita est, insigne reddat numerus quatuor mil-
le habitatorum, hoc est, focularia 820. quatuor
Regularium, & vnum Sanctimonialium mona-
steria ibi existentia, copia peritorum & nobi-
lium, refert Ioan. Anton. Massobr. *in tract. de Sy-
nodo Episcopi, cap. 4. dub. 14. n. 9. & seq.* Ego ipse
in collect. ad cap. vlt. num. 3. de verbor. signific. Et lo-
cus insignis quis dicatur, tradit Nat. *cons. 1. aliàs
3. de verbor. signif.* Et Collegiata insignis ab eius 16
erectione præcedit aliis Collegiatis, quamuis an-
tiquioribus, vt censuit sacra Rituum Congr. *in
Firmana 24. Maij 1612.* Etenim primus om-
nium Syluester per vnctionem Chrismatis Alta-
ria lapidea in titulos erexisse scribitur, obscuriùs à
Damaso quidem, sed clariùs ab aliis antiquis qui-
busdam, qui Breuiaria Romana digesserunt in le-
ctionibus, quæ recitantur in festo Dedicationis
Basilicæ Saluatoris, quod in diem nonum No-
uembris, cùm ad aliud vsque sancti Syluestri tem-
pus Altaribus ligneis atque portatilibus vsa fuis-
set Ecclesia latitans adhuc nunc in cryptis, nunc
in ædibus priuatorum, vt per Boët. Epon. *in com-
ment. ad cap. 1. de testament. n. 16.*

CAPVT VII.

De Altaribus.

SVMMARIVM.

1 *Altare est mensa super quam conficitur, & offertur Eucharistiæ Sacramentum, & sacrificium.*

2 *Altarium duo sunt genera, vnum dicitur firmum, seu stabile, aliud viaticum, seu portatile.*

3 *Altare firmum & stabile est, quod toti Altari superimponitur, & in consecrata Ecclesia non potest constitui, nisi ab Episcopo consecretur.*

4 *Altare viaticum, seu portatile etsi de loco ad locum deferatur, debet tamen ab Episcopo consecrari.*

5 *Altare viaticum fit quandoque ex tabula, & lapide.*

6 *Altare ligneum cum ara lapidea permitti debet non obstante constitutione Synodali.*

7 *Reliquiæ Sanctorum & præcipuè Martyrum in Altaribus collocantur, etiam portatilis.*

8 *Altaribus in consecratione sacra Vnctio, & benedictio requiritur.*

9 *Nomen*

9 *Nomen Episcopi Altare consecrantis, & Sancti illius, in cuius honorem consecratur, includitur in fouea reliquarum.*

10 *Altaria plura in eadem Ecclesia, & eodem die possunt consecrari.*

11 *Altare principale debet ex consuetudine Orientem Mundi plagam respicere.*

12 *Altare in Ecclesia non consecrata minimè est consecrandum absque Romani Pontificis auctoritate.*

13 *Consecratio Altarium non potest nisi per Episcopum fieri.*

14 *Altare ab Episcopo consecratum, aut in Ecclesia consecrata erectum dirui absque eius permissione non potest.*

15 *Altaris lapis profanatus potest vendi, & licitè teneri ab emptore, sed in loco decenti.*

16 *Episcopus si bis, aut ter requisitus à Mendicantibus pro suorum altarium consecratione, renuerit, possunt adire quemcumque Catholicum Antistitem.*

17 *Sacerdos simplex Altaria consecrare non potest, & qui ad hoc habeant priuilegium recensentur.*

18 *Sepulchra hominum super Altaria esse non debent.*

19 *Altare firmum, & stabile, quibus modis execretur, seu violetur, ostenditur.*

20 *Altare portatile quando execretur, ostenditur.*

21 *Altare portatile consecratum, & nullatenus execratum de vno loco ad alium absque vlla execratione deferri potest.*

22 *Altare execratum est iterum consecrandum antequam super illud Missæ celebrentur.*

23 *Altaris propter execrationem non execratur Ecclesia, secus è conuerso, intelligendo vt ibi.*

24 *Mulier ad Altare accedere prohibetur, aut ministrare.*

25 *Altari in quo Episcopus solemniter Missam celebrauit, Presbyter eodem die non potest aliam celebrare.*

26 *Iuspatronatus fundari potest constructo, vel construendo Ecclesia Conuentualis cum solo consensu Regularium.*

27 *Altari iam constructo potest in abstracto fundari noua Capellania, & in ea reseruari iuspatronatus.*

28 *Altaria de iurepatronatus in Ecclesiis Regularium existentia si propter vetustatem ruinam minentur, quid faciendum, ostenditur.*

29 *Visitare non potest Episcopus Altaria in Regularium Ecclesiis, etiam per sæcularium Confraternitates constructa.*

30 *In Altari portatili celebrari prohibetur.*

31 *Eius priuilegia, & num. 32. & 33.*

1 
LTARE, quod in Ecclesiis, de quibus proximè egimus, primum obtinet locum, est mensa super quā conficitur, & offertur Eucharistiæ Sacramentum, & sacrificium, de cuius etymologia, institutione & vsu scribunt Gulielm. Durand. *in ration. Diuin. lib. 1. cap. 2. & 7.* Paol. Fusch. *de Visitat. lib. 1. cap. 21. n. 4 & 6.* Iacob. de Graff. *in aureis decis. p. 1. lib 2. cap. 47. n. 6.* Henriq. *in sum. lib. 9. cap. 28.* Suar. *tom. 3. disp. 81. sect. 3. & 5.* Stephan. Durant. *de ritib. Eccles. lib. 1. cap. 15. & 25.* Nouar. *in sum. Bullar. tit. de Altari portatili numer. 2.* frater meus Simon Vas Barbosa *de significatis mysteriosis Officij diuini cap. 23.* Est autem sciendum duo esse Alta-
rium genera, vnum dicitur firmum, seu stabile, 2
aliud viaticum, seu portatile, de quibus Fagundez
in quinque Ecclesiæ præcepta, præcep. 1. lib. 3. &
22. à princip. & Vgolin. *de officio Episcopi, cap.*
30. num. 3. Nouar. *in sum. Bullarum tit. de Altari*
portatili n. 3. Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 10. cap. 27.*
q. 1. Tambur. *de iure Abbatum t. 1. disput. 23. q. 4.*
Lezana *in sum. quæst. Regular. tom. 3. verb. Altare*
num. 1. Firmum, & stabile est, quod toti altari su-
perimponitur, & in consecrata Ecclesia non po- 3
test constitui, nisi ab Episcopo consecretur, *cap.*
nullus Presbyter, il 2. de consecrat. dist. 1. Galganet.
de iure publico lib. 3. tit. 60. num. 2. & dicitur tota
mensa, in qua integrum sacrificium fit, de hoc
est intelligendus text. *in c. si motum, de consecrat.*
dist. 1. & in cap. 1. de consecrat. Eccles. Et aliud 4
altare viaticum, seu portatile nuncupatum, quod
etsi de loco ad locum deferatur, debet tamen ab
Episcopo consecrari, de quo *in cap. in his, de pri-*
uileg. & in cap. fin. eod. tit. in 6. Et fit quandoque 5
ex tabula, & lapide, itaue in tabula sit sepul-
chrum, idest, Sanctarum Reliquiarum locus, &
lapis sit superpositus pro sigillo; quandoque
etiam fit ex lapide tantùm, quod in sepulchrum
contineat; ex ligno autem solo esse non potest,
cum SS. Patres statuerint, vt Missæ nonnisi su-
per Altari lapideo celebrarentur, *c. Altaria il 1. de*
consec. dist. 1. Fusc. *de visit. lib. 1. c. 21. n. 9.* Vgolin.
de officio Episcopi, cap. 30. n. 1. Nouar. *d. tit. de Alta-*
ri portatili num. 3 vers. & istud Altare. Boër. Epo.
in comment. ad d. cap. 1. num. 17. & 18. vbi etiam
quòd Altare lapideum Chrismate delibutum, fi-
guram Domini nostri Iesu Christi (qui altare, ho-
stia, Sacerdos noster est) significat. Et ideo Ara
debet esse ex lapide confecta, quia Christus, qui
ibi immolatur, vocatur petra, secundùm Apost. 1.
ad Corinth. 10. *Petra autem erat Christus.* Alia
causa est quia sepulchrum Christi, quod repræ-
sentat Altare, fuit excisum de petra, Fray Diego
de Guzman. *p. 2. de la excelencia del sacrificio de*
la ley Euangelica cap. 9. in princip. Vnde Sacra
Congreg. Rit. *in Caietana 10. Nouembris 1612.* 6
censuit Altare ligneum cum ara lapidea permit-
ti debere, non obstante Constitutione Synodali,
refert Lezana *vbi suprà n. 2. in fine.*

Reliquiæ autem Sanctorum, & præcipuè Mar- 7
tyrum in Altaribus collocantur, arg. *cap. placuit,*
& cap. non oportet, de consecr. dist. 1. Fusc. *dict. c. 21.*
n. 2. Bonac. *de Sacramēt. disp. 94. vlt. punct. 9. n. 13.*
quia super memorias, & Reliquias Martirum
Missæ celebrari debent, vt suo loco dicemus; in
Altari verò portatili quidam volunt non necessa-
riò Reliquias exigi. Sed vsus est in contrarium, vt
contra Coninch, Vasq. & Suar. aduertit Bonac. *vbi*
proximè.

In consecratione autem Altaris sacra Vnctio, 8
& benedictio requiritur, *d. cap. Altaria, il 1. & 2.*
de consec. dist. 1. Paul. Fusc. *d. lib. 1. cap. 22. num. 9.*
Vgolin. *d. cap. 30. num. 1.* atque in fouea Reliquia- 9
rum nomen Episcopi consecrantis, & Sancti il-
lius, in cuius honorem consecratur, includitur,
cum cæremoniis, & ritibus Ecclesiæ consuetis,
de quibus Suar. *tom. 3. disput. 80. sect. 5.* Azor. *instit.*
moral. pag. 1. lib. 10. cap. 27. q. 8. Valer. Reginal. *in*
praxi fori pœnit. lib. 29. n. 190. Hieron. Roderic.
in compendio quæst. Regular. resol. 9. n. 9. Et possunt 10
in eadem Ecclesia, & eodem die plura Altaria
consecrari, siue sola, siue vnà cum Ecclesia, *cap.*
cùm sit, de consec. Ecclesiæ, vel altar. Piasec. *in praxi*
Episcop.

Episcop p.1.c.6.num.7.vers.altaria, quamuis olim vnicum tantum Altare in Ecclesia consecratum fuisse probetur *in cap.si motum, & in cap. nullus Presbyter,il 2.& in cap.Ecclesie vel altaria,de consecr.dist.1.* Vbi verò sunt plura, vnum est principale, quod ad consecrationem Ecclesiæ pertinet,
11 vt *in cap.ligneis, de consec. Eccles.vel altar.* & debet ex consuetudine orientem mundi plagam respicere, cùm etiam antiqua consuetudine seruatum sit,vt versùs Orientem Ecclesię ædificarentur, vt testatur Clemens *lib.2.Apostolic.Constitut.c.61.* Durand. *in ration.lib.1.cap.4.* Piasec.*in praxi Episcop.p.1.cap.5.num.2.* Azot. *instit.moral.p.2.lib.9.c.3.q.12.* Bonac.*de Sacrament. disp.4. q.vlt. punct.*
12 *9.num.13. vers. praterea.* Neque in Ecclesia non consecrata altare consecrandum esse similiter comprobatur, absque Romani Pontif. auctoritate, arg.*nullus Presbyter,& cap.placuit,de consecrat.dist.1.*

13 Consecratio autem Altarium non potest nisi per Episcopum fieri,*cap.quamuis 68.dist.cap nullus Presbyter, & c.quod in dubiis, de consec.Eccles. vel altar.* Fagundez *d.cap.22.num.3.* Hieron. Roder. *in compendio quaest.Regular.resol.9.n.2.* Suar. *tom.3.in 3.disp.81.sect.5.* Leazana *d.verb. Altare*
14 *num.3.* Nec Altare ab Episcopo consecratum, aut in Ecclesia consecrata erectum diuti absque eius permissione potest arg.*d.cap.placuit*, innota glos.
15 *de consecr. dist.1.* Eius autem lapis profanatus potest vendi, licitè tamen ab emptore, sed in loco decenti, & honesto, S.Congreg. Rit.*in Reatina 9.Maij 1606.* Si autem Episcopus bis, aut
16 ter requisitus à mendicantibus intra Diœcesim existentibus pro suorum Altarium consecratione, renuerit, possunt adire quemcumque Catholicum Antistitem ex concessione Sixti V. non reuocata per Concil. Trid. Item Sede vacante idem potest Episcopus vicinior requisitus à Fratribus, ex Sixto IV. & Eugenio IV. quæ etiam decreta non sunt derogata per idem Concil. Trid.*sess.6.de reform.cap.5.* quando diœcesanus bis, aut ter requisitus tenuit consecrare præfata Altaria. Ita,Emman.*in addit.sum. tom.3. cap.19. n.1.*Hieronym. Roder.*in compendio quaest. reg. resol.9.num.2.* Lezana *in sum. d.tom.3. verb. Abbas num.5.*

17 Simplex verò Sacerdos id nunquam valet efficere, *cap.ministrare 26.q.6.* At in partibus Indiarum Presbyteri Religiosi Societatis IESV, vbi Episcoporum copia non habetur, habent à Paulo III. priuilegium Alteria in suis Ecclesiis consecrandi, Chrismate accepto ab aliquo Episcopo, eodémque gaudent Prouincialis Minorum, & illi quibus ipsi duxerint, committendum etiam pro vsu alieno in casu necessitatis Episcopis in prouincia non existentibus, ex Leone X. & Adriano VI. referunt Fr Emman. *quaest.regular. tom.1.q.18.art.2.* Suar.*tom.3.disp.81.sect.5.* Portel. *in dub. Regur. verb. Altare,n.2.* Villalob. *p.1.sum. tract.8.diffic.25.n.2.*

18 Altaria quæ in agris, vel villis tanquam memoriæ Martyrum falsò à populis ac superstitiosè coluntur, ac frequentantur, esse ab Episcopis aduertenda, constituit Africanum Concil. *in d.cap. placuit.* Demum in erigendis Altaribus illud est maximè obseruandum, ne sepulcra hominum supra illa sint, vt admonet Archid. per text. ibi *in cap.non oportet, de consec. dist.1.* quem refert, & sequitur Paul. Fusc.*d.cap.21.num.15.* vnde meritò respondit Sacra Congregatio Archiepiscopo Tranen. 8. *Nouembris* 1599. non esse consecranda Altaria, sub quibus sepulta sunt corpora mortuorum, nisi eis remotis, prout refert Piatec. *d.cap.5. num.7. in fine.* Exempta Ecclesia an Altare in ea situm censeatur exemptum, vide *sup.hoc lib.cap.8. num.23.*

Execratur autem Altare fixum, & stabile, diuersio modo ab Altari viatico, seu portatili, fixum enim & stabile, vbi tota tabula consecrata fuit, execratur, seu violatur si fuerit enormiter læsum, vel sigillum sub quo reliquiæ conduntur, frangatur, seu lapis, sub quo sunt reliquiæ, amoueatur; quod reliquitur Episcopi iudicio, qui ex re oculis subiecta faciliùs dignoscere poterit an sit sequuta execratio. Ita Piasec. *d.par.1.cap.5. num.8.vers.violatur*, Fr.Ludou. Miranda *in man. Prelat.tom.2.q.39.art.3.concl.1.* Vgolin.*d.cap.30. num.4.vers.2.* Nou.*d.tit.de Altari portatili num.3. vers. Altare verò.* Deinde violatur, & execratur Altare huiusmodi, si mota fuit iunctura, qua mensa stipiti adhæret, & hoc siue sepulchrum in latere altaris, siue etiam, & multo magis, si sit sub ipsa mensa, vel si quid de lapidibus stipitis tangens ipsam mensam moueatur, Fr. Ludouic. Miranda *d.concl.2.* At Altare portatile execratur quando notabiliter fractum in residuo non potest commodè contineri pes calicis, & hostia cum patena sine periculo labendi, aut quando omnia cornua, quæ inunguntur, sunt fracta, itavt moueatur sigillum sepulchri existentis in lapide, sine lapis sit in ligno, siue non, aut quando frangitur, vel amouetur loco sepulchrum, in quo sunt reliquiæ. Ita Fusc. *d.lib.1. cap.22. num.3.* Henriq.*d.lib.9.c.28.§.1.* Valer. Reginald. *d.lib.29.n.192.* Azot.*instit.moral.p.1.lib.10.c.26. q.10.& cap.27.q.12.*Fr.Ludou.Miranda *d.q.39. art.3.concl.2.* Vgolin.*d.c.30.n.4.* Portel.*in dub.reg. verb. Altare,num.4.* Villalob. *in sum.part.1.tract. 8.diffic.25.num.3.& 4.* Hieron. Rodetic.*dict.resol. 9. num. 10.* Lezana *dict.verb. Altare num.20.* Altare hoc portatile consecratum, & nullatenus execratum de vno loco ad alium absque vlla execratione deferri potest, nam idcirco portatile dicitur, quoniam de vno loco ad alium portari potest, & in Ecclesia,vbi non est,de altero Altari sumi potest, & eò deferri,& communiter appellatur hoc Altare portatile consecratum, *Petra sacra.* Ita Fusc.*d.lib.1.cap.21.n.6.& c.22.n.2.* Vgolin.*d.cap. 30.num.4.* 19 20 21

Execratum igitur Altare his modis est iterum consecrandum, antequam super illud Missæ celebrentur, *d.cap.1.& cap. quod in dubiis, de consec. Eccles.vel Altar.* non autem propter execrationem Altaris execratur Ecclesia, secùs verò è conuersò, quia Altare habet se vt accessorium respectu Ecclesiæ, Ecclesia autem habet se vt principale, arg. text. *in d.c.1. num.2. resp. de consec. Eccles.* vbi habetur quòd propter execrationem Altaris, motu, aut fractione contingentem, non debet Ecclesia de nouo consecrari, quod quidem de Altari portatili videtur intelligendum; nam in firmo, seu stabili dicendum est quòd execrata Ecclesia, non proinde execratur Altare, nec reconciliatione indiget. Ita Syluest. *in sum. verb. Altare,q.11.* Hieron.Roderic.*dict.resol.9.num.12.* Nouat.*d.tit.de Altari portatili n.2. vers. ut etiam execrata.* Fr. Ludou. Miranda *d. q. 39. art.7.* vbi reddit rationem, quia consecratio Ecclesiæ consistit in parietibus, & separata est de consecratione altaris, vnde illa violari potest, combustis 22 23

&

& collapsis parietibus, consecratione Altaris inta-
cta remanente, & è contra potest destrui Altare
Ecclesiæ parietibus illæsis remanentibus. Secùs
est si polluatur Ecclesia, quia polluitur & Altare,
quòd in ea erectum est atque stabile, & est non
secùs ac ipsa Ecclesia reconciliandum: non autem
pollutum intelligitur Altare illud, in quo Presby-
ter degradatus celebrare præsumpserit, vt Honor.
III. Pont. respondit *in cap. à nobis, de Sacr. non iter.*
Fusc. *d. l. 1 c. 12. n. 6.*

24 Postremò de Altari duo notanda supersunt, quæ
ad eius pertinent dignitatem, primum est illud
quòd mulier ad Altare accedere prohibetur, aut
ministrare; vt habetur *in cap. 1. in fine, de cohabit.
cleric. & mulier.* Bonacin. *de Sacram. disp. 4. q. vlt.
punct. 9. n. 32.* Bellet. *disquis. cleric. p. 1. tit. de disci-*
25 *plin. cleric. §. 8. n. 6.* Alterum est, quòd in Altari, in
quo Episcopus Missam cantauit, Præsbyter eo-
dem die aliam celebrare non debet, *cap. fin. de con-
sec. dist. 2.* Henriq. *d. lib. 9. cap. 28. §. 1.* Azor. *d. part.
1. lib. 10. cap. 27 q. 10* Raguc. *de Missa in Eccle-
sia, q 36. n. 5.* Bonac. *d. disp. 4. q. vlt. punct. 9. n. 15.*
Lezano *d. t. 3. verb. Altare n. 11.* Fog. *in quinque
Ecclesia precepta, prac. 1. lib. 3. c. 22. n. 5.* vbi intel-
ligit de Missa solemni, & pontificali; quem refero
Ego ipse *de officio & potest. Episcopi p. 2. alleg. 24.
sub n. 1. ante vers. Sacerdos,* secundùm Lug. Imp.

26 Demum aduertere oportet, quòd licet in Ec-
clesia Conuentuali fundari non possit iuspatrona-
tus enim solo consensu Episcopi, sed vlteriùs re-
quiratur priuilegium Apostol. in limine fundatio-
nis, etiam ad effectum præsentationis, vt probat
tex *in c. nobis 25. de iurepatron.* id tamen verum
est si iuspatronatus esset reseruatum in toto Eccle-
sia, secùs verò si fuit reseruatum in Altari constru-
cto, vel construendo de ordine testatoris in dicta
Ecclesia, quia tunc sufficeit solum consensus Regu-
larium, vt citato Paris. *cons. 35. n. 10 lib. 4.* censuit
Rota *in Segonien. Capellania 27. Februar. 1625.
coram bona mem. Vbaldo, in vers. non obstat secundò,*
refert Ferentil. *in annat. ad dec. 1. Burratti n. 16.* In
27 Altari quoque iam constructo potest in abstracto
fundari noua capellania, & in ea reseruari iuspatro-
natus, vt per Roch. *de iurepat in verb. & dotauit,
q. 1.* Lambertin. *eodem tr. l. 1. p. 1. q. 5. art. 15 in princ.
vers. nota tamen, & q 6. art. 1. n. 30. vers. in circa,* &
fuit dictum *in Gerund. iurispatronatus 20. Aprilis
1622. coram R. D. meo Coccino Decano.*

28 Quoniam in Ecclesiis Regularium quandocun-
que reperiuntur Altaria de aliorum iurepatrona-
tus, quibus vel nulla vel exigua sanè est dos assi-
gnata, quæque paramentis necessariis priuata ac
vetustate consueta ruinam minantur, in graue
dedecus Ecclesiarum huiusmodi, ac diuini cultus
præiudicium, moneri debent patroni huiusmodi à
locorum Ordinariis vt infra breuem aliquem, sed
competentem terminum, ea restaurent, dotent, ac
ornent alioquin si id facere detractauerint, vel de-
molliantur huiusmodi Altaria, vel iidem patroni
omni iure, & actione in iis competentibus priuen-
tur, ita declarauit sacra Cong. Cardinalium nego-
tiis Episcoporum, & Regularium præposita *in
Modenen. 16. Ianuarij* 1604.

29 Altaria & Capellas in Regularium Ecclesiis
etiam per sæcularium Confraternitates constructa
visitare non potest Episcopus: S. Song. negotiis
Episcoporum, & Regularium præposita *in Papien.
21. August. 1615. & in Terracinen. 22. Ianuarij*
1616. refert Lezana *dict. verb. Altare n. 18.*

30 In Altari portatili sub graui pœna celebrari

prohibetur, de qua Aloys. Ricc. *in decis. Curia Ar-
chiep. Neapol. p. 3. decis. 218.* illius tamen vsum
Religiosis, siue Monachis Ordinis Carthusiensis
concessit Vrbanus V. *in quadam sua Bulla,* incip.
Sincera deuotionis affectus, de anno 1363. Et Fra-
tribus Minoribus Sixtus IV. *in alia Bulla,* incip.
Regiminis vniuersalis Ecclesia de anno 1474. Et
Fratribus Prædicatoribus Alexander VI. & Greg.
XIII. secundùm Fr. Emmon. *quæst. Regular. tom. 1.
q. 43. art. 4.* Et Patribus Societatis IESV Paulus
III. vt referunt Henriq. *in sum. l. 9. c. 27. §. 3. lit. T,*
Suar. *tom. 3. disp. 81. sect. 3. vers. quarta exceptio,*
quos refero *de officio, & potest. Episcopi p. 2. alleg.
23. n. 3.* Episcopi quoque olim poterant permittere
alicui vt celebraret quocumque loco honesto in
Altari portatili, *c. Missarum, de consec. dist. 1.*

Quæ quidem priuilegia & facultates Altaris 31
portatilis reuocata esse à Concilio Trid. *sess. 21. in
decreto de obseruandis, & euitandis in sacrificio
Missa,* tenent Nouar. *in man. c. 25. n. 81.* Bela *in resp.
casuum Consciens. p. 4. casu 33. vers. & quamuis,*
Azor. *instit. moral. p. 1. l. 10. c. 26. q. 7.* Miranda *in
man. Prælat. t. 1. quæst. 41. art. 9. concl 4* Fagund. *in
quinque Ecclesia precepta, p. 1. l. 3. c. 13. a num. 16.*
Trullench. *in Bulla Cruciat. l. 1. §. 3. dub. 4. n. 3.* Lot-
ter. *de re benef l. 1. q. 30. n. 15.* Nouar. *d. tit. de Altari
portatili n. 0. vers. sed aduertere,* plures per me *dict.
alleg. 23. n. 4.* nisi post ipsum Concilium à Sede
Apost. prædicta priuilegia confirmata sint, prout 31
confirmasse Pium. V. viuæ vocis oraculo priuile-
gium prædictum Minoribus & Prædicatoribus
quoad forum Conscientiæ tantùm cum deroga-
tione Conc. Trid. referunt Ioan. Valer *de different.
inter vtrumque forum, verb. Missa. differ. 2. n. 1.* &
Aloys. Ricc. *in decis. 128. n. 5. p. 3.* sicut etiam con-
firmasse cum eadem derogatione priuilegium So-
cietatis IESV Paulum III. & Gregorium XIII.
testatur Henriq. *d. c. 27. §. 3. in commento lit. T,* Ad- 32
uertit tamen Trullench. *citato loco n. 4.* post Nou.
Suar. & Cened. quos citat, non videri per Triden-
tinum omnino Episcopis ablatam potestatem,
quin in aliquo casu raro extraordinariæ necessita-
tis possint dispensare, & licentiam dare in Altari
portatili in loco apto, & honesto, etiamsi non sit
ad diuinum cultum deputatus.

CAPVT VIII.

De Oratoriis, & Capellis.

SVMMARIVM.

1 *Oratorium propriè est locus aptus ad orandum,
precesque Deo offerendas.*

2 *Oratorium aut est publicum, aut priuatum.*

3 *Oratorium priuatum quisque in domo propria
habere permittitur, sed non debet esse in for-
ma Ecclesia, nec tanquam Ecclesia conse-
crandum, neque in eo Missa est celebranda.*

4 *Oratorium priuatum absque congrua dote con-
strui potest.*

5 *Oratorium priuatum qui habuerit ad Missam,
& pro suo commodo audiendam, debet nihi-
lominus in festis solemnioribus Ecclesiam
Parochialem, si potest, adire.*

6 *Missa celebratio si concedatur ex priuilegio
Apost. in priuato Oratorio, in quibus festiui-
tatibus non potest in eo celebrare, ostenditur.*

7 *Oratoria, præsertim vbi Missa est celebranda,
sunt auctoritate Episcopi construenda, & ad
Dei tantummodo cultum dedicanda.*

8 *Oratoria si pellui, vel violari centingant reconciliari, & benedici peſſant.*

9 *Oratoria Eccleſiaſtica an gaudeant immunitate? remiſſiuè, & num.13.*

10 *Oratorium præſumitur auctoritate Epiſcopi à principio erectam quande haberet altare lapideum ſtabile, & non portatile.*

11 *Oratorium publicum auctoritate Epiſcepi conſtructum venit appellatione beaeficij, & ſi habeat detem cum allis requiſitis,& campanulam, cenſetur Eccleſia.*

12 *Oratoria publica, & priuata qua dicantur, & in quo differant,remiſſiuè.*

14 *Oratorium publicum gaudet ſolemnitate requiſita circa alienationem rerum Eccleſia, non autem priuatum.*

15 *Oratoria ſi non tractentur honeſtè, poteſt Epiſcopus ſub cenſuris ordinare quòd deſtruãtur.*

16 *Oratoria priuata non gaudent priuilegiis Eccleſia.*

17 *Capella plerumq; accipitur pro modica Eccleſia.*

18 *Capella hodie ex communi vſu loquendi apud noſtros pro loco in Eccleſia accipitur cum altari ab aliquo erecta,vel dotata,in qua iuſpatronatus obtineat.*

19 *Capella vnde dicatur? oſtenditur.*

20 *Capella tribus modis ſic appellatur.*

21 *Capella in priuatis domibus haberi poſſunt quemadmodum Oratoria.*

22 *Capella in Eccleſia ſita non grauantur in fructibus pro ſolutione decimarum, niſi de eis mentio ſpecialis habeatur.*

23 *Exempta Eccleſia non intelligitur etiam Capella exempta in eadem Eccleſia ſita, niſi expreſsè cum Eccleſia ipſa eximatur.*

24 *Capella, vel altare in Eccleſia exiſtens, & proprios reditus habens, non reputatur beneficium ab Eccleſia ſeparatum quoad Rectorem Eccleſia.*

25 *Capella erecta in Eccleſia, & dotata cum Epiſcopi auctoritate dicitur beneficium Eccleſiaſticum.*

26 *Capellas in Regularium Eccleſiis etiam per ſecularium Confraternitates conſtructas viſitare non poteſt Epiſcopus.*

27 *Capella plures in eodem Altari ſub eadem inuocatione cum diuerſis oneribus Miſſarum an poſſiat ab vno retineri, oſtenditur.*

28 *Capella priuatorum Palatiorum immunitatis priuilegio non gaudent.*

29 *Capellarum inſtitutiones maioratibus ſimiles, licet in multis differant,*



1 RATORIVM quandoque accipitur pro ipſa Eccleſia,ſed propriè
eſt locus aptus ad orandum, preceſque Deo offerẽdas,quem quiſque in domo ſua ædificare poteſt,
*c.vnicuique, de conſec. diſt.*1. Galgan.*de iure publico, lib.*3.*tit.*59.*a.*1.Reboff.*de pacif.poſſ.n.*286.Steph.VVeyms *ad conſtitutiones* 24.
*ex antiquo Iure deſumptas,& per Conc.Tri.innouatas. conſtit.*19.*a.*5.*pag.*224.Trullench.*in Bull.Cruc.*
*l.*1.§ 3.*dub.*4.*n.*6. & exinde Oratoria ſunt dicta vt
2 operi nomen conueniat,Fuſc.*viſit.l.*2.*c.*12.*à.princ.*
quem refert D. Roder. à Cunha *in comment. ad c. Oratorium,n.*1. *diſt.*42. vbi quòd Oratorium aut
eſt publicum, aut priuatum, & citat Socin. *in* 1.*de*
3 *viſit.n.*13. cuique Oratorium priuatum in domo
propria habere permittitur, *cap,vnicuique, de conſacr.diſt.*1. Sed Oratoria huiuſmodi non habent
eſſe in forma Eccleſiæ, nec ſunt tanquam Eccleſiæ conſecranda, nec in eis habendæ campanæ,
cap.petentibus, de priuileg. nec in eis Miſſa eſt celebranda, *d.cap.vnicuique,cum ſeqq.* & ideò abſque 4
congrua dote conſtrui poteſt,Card. *conſ.*11. *col.*2.
Trullench. *d.lib.*1. §.3. *dub.* 4.*n.*6. Vnde ex Rota
*deciſ.*508.*p.*1. *recent.* colligit Alphonſ. Leone *de officio Capellani p.*1.*q.*3.*a.*10. & dicit quòd ſit Eccleſia, & non Oratorium priuatum, aliqua Capella, cognoſcitur ſi habeat dotem, campanile,vel
percipiat decimas, aut primitias. Et qui huiuſ- 5
modi Oratorium priuatum habuerit ad Miſſam,
& pro ſuo commodo audiendam,debet nihilominus in feſtis ſolemnioribus Eccleſiam ſuam Parochialem, ſi poteſt,adire, *c.ſi quis etiam, de conſecr.*
*diſt.*1. In Altari priuati Oratorij, cui conceditur 6
ex priuilegio Apoſtol. celebratio Miſſæ, exceptis
ſolemnioribus feſtis, non poteſt in eo celebrari
in Natali Domini, Epiphania, Paſchate, Penteeoſte, Annunciatione, Aſſumptione Beatæ Mariæ
Virginis, Feſto SS. Apoſtolorum Petri & Pauli,&
omnium Sanctorum, vt cenſuit S. Rituum congreg.*ſub die* 17.*Nouembris* 1617. Cæterum Oratoria quoque, præſertim vbi Miſſa eſt celebranda, 7
ſunt auctoritate Epiſcopi non ſecùs ac Eccleſiæ
ipſæ conſtruenda,*cap. quidam* 18. *quæſt.* 2. *Auth. vt nullus fabr.Orat.* & ab eodem antea deſignanda,
Concil. Trid.*ſeſſ.*22.*in decreto, de obſeruandis & euitan.in celeb.Miſſ.* & ad Dei tantummodo cultum dedicanda, *cap.fin.*42. *diſt.* Sed ſi ea pollui, 8
vel violari contingeret, reconciliari, & benedici
poſſunt; quinimò & Eccleſiaſtica quoque gaudent immunitate, vt *ſup.hoc lib.cap.*3.*n.*68. diximus; & late Aloyſ Ricc. *in praxi p.*4.*reſol.*417. Ex 9
auctoritate Epiſcopi præſumitur Oratorium à 10
principio erectum, quando haberet Altare lapideum ſtabile, & non portatile, vt per Decianum
*in tract.crim.lib.*6.*cap.*25. *n.*19. Farin. *de immun. Eccleſ.n.*267.

Oratorium publicum dicitur quod in aliquo 11
loco publico ad inſtar Baſilicæ,vel Capellæ auctoritate Epiſcopi eſt fundatum, & habet campanam, & oſtium patens in via publica, vt me citato *in hoc loco* dicit Trullench. *vbi ſuprà*, ei venit appellatione beneficij, & ſi habeat dotem
cum aliis requiſitis, & campanulam, cenſetur
Eccleſia, & eius appellatione venit, ſecundum
Dec. *conſ.*148.Hieron. Catat. *in opuſc. de iuribus Parochial. tit.*2.*cap.*14. Quando autem dicantur Oratoria publica, & quando priuata, oſten- 12
dit Mari. Ital.*de immun.Eccleſ. cap.*4. §.4.Fuſch.
*dict. cap.*12.*numer.* 2. D. Roderic. à Cunha *dict. num.*1.vbi ponit plures differentias inter vnum,&
alterum. Illa autem eſt principalior, quòd Ora- 13
torium publicum gaudet immunitate Eccleſiaſtica,vt reſoluunt Doctores per me citati *hoc eod. lib. cap.*3.*de immun.Eccleſ.n.*68. Item publicum gau- 14
det ſolemnitate requiſita circa alienationem rerum
Eccleſiæ, non autem priuatum, vt per Rebuff. *in compendio alienation. num.*57. Verùm ſi Oratoria 15
non tractentur honeſtè, poteſt Epiſcopus ſub
cenſuris ordinare quòd deſtruantur, ſecundùm
Abb. *in cap.fin.num.*3.*de cenſib.* Fuſcus *d. cap.*12.
*num.*7.

Oratoria autem priuata, dicuntur illa, quæ 16
ſunt in priuatis domibus, in angulis earum, in
quibus oratur, & non habent campanam, neque
oſtium patens in via publica, & quoad effectum
furti, copulæ, aut pollutionis, nomine Eccleſiæ,
aut

aut loci sacri non comprehenduntur, quamuis de Episcopi licentia Missæ in illis celebrentur, ac proinde non est ea loci circunstantia cōfitenda, tum quia ea Oratoria ædificātur in domibus absque licentia Episcopi; tum quia ad nutum fundatoris huiusmodi domus ad profanos vsus redire possunt, & ideò hæ priuata Oratoria non gaudent immunitate, & priuilegiis Ecclesiæ, vt per Syluest. *in sum.verb.loca religiosa, q.2. & verb.interdictum 6.q.5. & verb. immunitas 1.q. 2. in fine*, Greg.Lop.*l.4.verb.la Iglesia.tit.11.p.1.* Mant.*dec.38.* Nouar.*in sum.Bullar.tit.de immun. Eccl.n.84.* Trullench.*d.dub.4.n.6.* Sanch.*de matr.l.9.disp.15.n.39.* Fagundez *in quinque Ecclesia precepta, prec.2.lib.4.c.4.n.36.* Sed an & quando possit ab Episcopo visitari, vide *inf hoc eodem lib.c.11.n.49.*

In his priuatis Oratoriis Missæ celebrandæ non sunt, nisi de licentia summi Pontificis, vt Sacra Cong. Cardinalium Conc.Trid. Interpretum respondit Archiepiscopo Bononien. *sub die 10. Martij 1615.* rescribens licentias celebrandi in priuatis Oratoriis nonnisi à Sede Apost.esse concedendas, ibique sanctitatis suæ iussu Archiepiscopis, & Episcopis vniuersis significandom dixit facultatem huiusmodi licentia dandi ipsius Conc.decretis vnicuique ademptam esse, solique Beatissimo Romano Pont.esse reseruatam; quarum litterarum tenorem refert Ant Nouar.*in sum. Bullarum tit. de Missarum celebratione prohibita in Oratoriis priuatis absque summi Pont. licentia.* Et tandem S.Cong.de mandato S.D.Pauli V.*die 25. Octobris 1615.* irritasse licentias omnes celebrandi in Oratoriis ab Episcopis concessas, prohibuisseque ne concedere possent facultates celebrandi in priuato Oratorio absque Sedis Apost. licentia: insuper declarasse concessionem huiusmodi licentiæ spectare,& semper pertinuisse ad solum summum Pont.& nunquam Ordinarium eam potuisse concedere vigore Trid.*sess.22.in decreto de euitandis*, tradit Trullench. *in exposit.Bulla Cruc. lib. 1. §.3. dub.4.n.5.* vbi *n.7.* dicit,quòd licèt verissimum sit licere per Bullam Cruciatæ celebrare,vel celebrari facere in Oratorio priuato ab Episcopo approbato, tamen per illa verba Bullæ, *item conceditur vt possint in Oratorio,&c.* nullo modo concedi eam habenti existimat, vt possit habere in domo sua Oratoria ad diuinum cultum,& ad missam celebrandam,per fundamenta quæ adducit,contra Ludou. à Cruce *super ead.Bulla disp 1.c.5 dub.1.n.5.*

Episcopi verò ob priuilegium eis concessum *in c.fin.de priuil.in 6.* valent in Oratoriis priuatis celebrare absque licentia summi Pont. non obstante Conc.Trid.dispositione, per quod non fuit dicto priuilegio derogatum, Azor.*d.c.26.q.4.* Beia.*in resp.casuum consc.p.4.casu 34.ferè per tot.* Io. Valer.*de different.inter vtrumque forum,verb. Missa diff.2.vers.hac tamen regula*, Fagundez *in quinque Eccles.pracepta prac.2.lib.3.c.13.n.19.* Alzed. *de precellentia Episcop.dignit.p.1.c.13.n.4* Nouat. *vbi suprà n.4.* vbi refert Sacræ Cong. decisionem, Ego ipse *de officio, & potest. Episcop.p.2. alleg.13. n.5* Etiamsi Episcopi extra suas diœceses existant, Vgol. *de officio Episcopi p.1. c.2.§.2. n 4.* Hieron. Venero *de exam Episcop.l.4.c.17. n.14.* dum non sint in vrbe, Alzed. *d.p.1.cap.13.n.6* Et in Sacra Congreg. Concilij *die 22. Septembris 1640* fuit resolutum quòd interessentes sacrificio Missæ in priuato Episcopi Oratorio satisfaciunt præcepto Ecclesiastico tam in diœcesi, quàm extrà. Et de priuilegiis Eminentissimorum Cardinaliũ quoad celebrationem Missæ in eorum Oratoriis, vide Antoon. Diana *moral.resolut.p.6. tract.8. miscel. resol.40.*

Qualiter, & quibus conditionibus Pontifices soleant concedere priuata Oratoria vt in eis celebrari valeat, ponit Nouar. *in sum.Bullar.tit.de Oratoriis priuatis.* Et an sit priuilegium personale, ita vt illud habens pro suo Oratorio Vlixbon. possit eo vti si Conimbricam pergat, ibique inhabitet, aliudque erigat Oratorium? Post Nouar. & Megalam affirmatiuam sententiam tuetur Diana *resol. moral.p.4.tract.4.resol.208.& p.6. tract.8. miscel. resol.11.* vbi pro se citat Zambell. *in repet. morali verb.Missa n.46.* contra Meroll. *tom.3.disp.6.c.8. dub.21.n.126.*

17 Capella autem propriè est locus priuatus in Ecclesia, vel extra Ecclesiam positus, vel sacratus, Fusc. *de visit.lib.2.c.11.n.6.* Alphons.de Leone *de offic.Capellam p.1. q.3. sect.1. n.1.* Sed plerumque accipitur in Iure nostro, pro modica Ecclesia, vt *in cap.1.& per tot.de Capellis monach.* siue sit Parochialis siue iurispatronatus, *cap. nobis*, iuncta glos. *de iurepatron.* Gonzal. *ad reg.8.Cancell.gloss.5.n.26.* vbi quòd dicitur Capella quælibet Ecclesia etiam Parochialis per se consistens, dummodo non fuerit Collegiata: Capellam autem, vel sacellum extruere absque Episcopi assensu non æquè personis priuatis conceditur, ex eo quòd pro locis verè sacris habeantur, & ab Ecclesiis nonnisi forma, situ, aut alia qualitate externa plerumque distinguantur; etenim sub appellatione Ecclesiæ ordinariè etiam venit Capella, & quod in illa constituitur, in hac etiam locum obtinere solet. Vnde si quid legatum fuerit singulis Ecclesiis alicuius oppidi, vel ciuitatis, portionem suam habituræ sunt etiam Capellæ, si modò in illis patrunæ aliquæ resideant diuinis inseruiendo, ad decis. Caualerij 369. vbi intelligit quando Capella est collatiua, refert Alphons. de Leone *de officio Capellam p.1. q.3. sect.1. num.3.* vbi etiam quòd aliquandò idem est Capella quod Ecclesia in prouisionibus Apost. per Rot. *in Ciuitatis Castelli beneficij 16. Iunij 1628. coram Card.Verili.*

18 Hodie ex communi vsu loquendi apod nostros Capella pro loco in Ecclesia accipitur cum Altari ab aliquo erecta, vel dotata, in qua iuspatronatus obtineat, Rebuff. *in concordata in forma mandati Apost.verb.Capella.* Et dicta est Capella, vt quidam aiunt, à capa B.Martini, quam Reges Fran- 19
ciæ ad bella portabant, & sub quodam tentorio seruabatur, quod inde Capella, & inde Capellani custodes illius dicebantur: vel potiùs Capella est Francicum nomen, quo significatur tegumen, quod veluti tentorium sibi Reges Francorum extruebant in castris militaribus, in quibus sacrum audire soliti erant, secundùm Azorium *instit.moral.p.2.lib. 3.cap.8.q. 1.& 2.* Alij à capris dictam volunt, quarum pellibus olim tegebatur, glos. *in cap. concedimus, de consec. dist. 1.* At secundùm alios dicitur Capella quasi capiens laïcos, vel populum, seu capiens laudem. Vide Gulielm.Durand. *in oration. diuin. lib.2. cap.10.* Cornel. Kilian. *in Dictionar. Teutonicolatino. verb. Kapelle*, Fr.Hieronym.Roman. *de repub. Christiana, c.31. pag.mihi 318.* Azor.*inst.mor.p.2.lib.3.c.8.q.2.* Pet. Greg.*syntag. Iuris p.2.lib.15.c.29.*

20 Capella tribus modis sic appellatur. Primò Altare quando est in Ecclesia, etiã si sit Altare maius, Rot.*in ciuitatis Castelli beneficij 16.Iunij 1628 co-*

ram Card. Virili, siue sit Ecclesia secularis, siue Regularis, vt tu toto *tit. de capellis Monach.* Et hæc Capella quando vendi possit fine assensu Apost. Aloys. Ricc. *p. t. decis.* 42. vbi etiam quòd concessa Capella, non censetur etiam concessum ius sepeliendi, nisi id fuerit expressum in instrumento, vel fuisset extructum sepulchrum scientibus iis, qui Capellam concesserunt, refert Alphons. de Leone *d. q.* 3. *num.* 12. & citat Genuens. *in pract. Archiep. Neapol. cap.* 40. *in* 1. *edit. aliàs cap.* 44. *in* 2. *num.* 17. Secundò quando est ædificatum Altare in aliquo loco separato ab Ecclesia, itavt habeat ianuam in vis publica, vt fieri solet in villis, & aliis locis ob commoditatem populi, & vocari solet sacellum, seu Ecclesia parua. Tertiò, quando est constructum altare in aliqua domo priuati alicuius in loco remoto eiusdem domus, itavt sit pars domus, ita Alph. de Leone *de officio Capellani p.* 1. *q.* 3. *n.* 11. *cum seqq.* De Capellis verò quæ sunt iurispatroanatus et si infrà in materiis iuspatronatus agere debemus, nonnulla tamen in specie hîc breuiter annotabimus. Primò enim notandum est quòd Capellam cōstruens, aut dotans, non acquirit iuspatronatus in es, nisi approbatione, & auctoritate Episcopi, aut Prælati Ecclesiæ id egerit, non tamen tenetur Capellam dotare, qui eam in Ecclesia fundauerit, Felin. post. Calder. *in c. ex parte il* 2. *de rescript.* & possunt in priuatis domibus haberi, quemadmodum Oratoria, secundùm Innoc. *in c. ad hoc, de elect.* De casu occurrenti sic loquitur Alphons. de Leone *d. p.* 1. *q.* 3. *n.* 93. Nota etiam casum, qui in facto accidit de quodam qui in quadam Ecclesia Regularium Capellam construxit magnis sumptibus, quia cùm decessisset multis relictis debitis, fuit decretum vt venderetur Capella prædicta, & creditoribus satisfieret, sicut fuit exequutum, etsi interecessisset pactum inter ipsum ædificatorem & præfatos Regulares nunquam illam alienandi, qui tale pactum non potest præiudicare creditoribus suis, & Capella est alienabilis, vt diximus *sup. sect.* 1. *n.* 12. *in*
21 *fine*, & ita intelligas P. Molfes. *tom.* 2. *sum. tract.* 13. *c.* 8. *n.* 35. vbi allegat Grat. *discept. for. c.* 210. *n.* 7. quem videas. Secus autem dicas de iurepatronatus Capellæ, quia cùm nullam recipiat æstimationem, ideo neque potest de per se debitor illud cedere creditoribus, neque dare in solutum. Dixi *per se*, quia cum vniuersitate dati potest, *c. de iure*, vbi DD. *de iurepatron.* Hactenos Alphons. de Leone.

22 Secundò, quòd Capellæ huiusmodi in Ecclesia sitæ non grauantur in fructibus pro solutione decimarum, nisi de eis mentio specialis habeatur, non enim continentur beneficij appellatione, vt
23 *infrà de beneficiis* videbimus. Exempta quoque Ecclesia, non intelligitur etiam Capella exempta, vel Altare in eadem Ecclesia situm, nisi expressè cum Ecclesia ipsa eximatur, *c. ex ore, de priuileg.* vbi gloss. *verb. non probamus*, & Abb. *n.* 4. Socin. *n.* 11. Erasm. à Cochier. *de iurisd. Ord. in exemptos, p.* 2. *q.* 45. *n.* 70. Ego ipse *de officio, & potest. Episcopi p.* 3. *alleg.* 75. *n.* 29. Paul. Fusc. *de visitat. lib.* 2. *c.* 16. *n.* 2. *cum seqq.* vbi *n.* 15. *cum seqq.* subdit quòd in huiusmodi Capellis retinet Episcopus omnia iura Episcopalia narrata *in c. cenquerente, de officio Ordin.* Non obstat argumentum quòd de connexis idem est iudicium, *c. translato, de constitut.* cum similibus, quia non procedit in priuilegiis, & exorbitantibus, quando connexa non veniunt per consequentiam necessariam.

24 Tertiò, Cappella, vel altare in Ecclesia existens, & proprios reditus habens non reputatur beneficium ab Ecclesia separatum quoad Rectorem Ecclesiæ, qui propterea non dicitur duo beneficia obtinere, quòd Capellam Ecclesiæ, cum Ecclesia ipsa obtineat, iuxta *c. super eo, de prabend. in* 6. Felin. *vbi sup.* Capella enim tanquam accessorium cedit Ecclesiæ. Vnde & fructus relicti altari, seu Capellæ in Ecclesia aliqua, sunt Rectoris ipsius Ecclesiæ, nisi Capella ipsa habeat bona distincta ab ipsa Ecclesia, aut diuersum, ac proprium Rectorem, quorum contemplatione talis relinquantur. Alia de fructibus beneficiorum *infrà suo loco* videbimus.

Quartò, Capella erecta in Ecclesia, & dotata cum 25
Episcopi auctoritate, dicitur beneficium Ecclesiasticum, vt per Syluan. *conf.* 52. *n.* 6. Spin. *in speculo testam. glos.* 4. *princip. n.* 37. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. glos.* 5. *n.* 68. & de his infrà tractabimus *l.* 3. *c.* 5. de Capellaniis.

Capellas in Regularium Ecclesiis etiam per sæ- 26
culares Confraternitates constructas visitare non potest Episcopus, S. Cong. negotiis Episcoporum, & Regularium præposita, *in Papien.* 21. *Augusti* 1615. *& in Terracinen.* 22. *Ianuarij* 1616.

Capellæ plures in eodem Altari sub eadem in- 27
uocatione cum diuersis oneribus Missarum, quæ antiquitus conferebantur pluribus Clericis, & ad præsens reperiuntur possideri ab vno sub titulo vnius Capellaniæ, non possunt retineri hodie absque dispensatione Apostolica, S. Cong. Conc. *sub die* 17. *Augusti* 1630.

Capellæ priuatorum Palatiorum immunitatis 28
priuilegio non gaudent, S. Cong. negotiis Episcoporum, & Regularium præposita *in Marsicen* 17. *Nouembris* 1617.

Capellarum institutiones (quarum frequentis- 29
simus est in Lusitaniæ Regno vsus) similes sunt maioratibus, licèt in multis differant, & aliò tendat primarius cuiusque intentus: nam in maioratum principaliter causa secularis, ac prophana vertitur, nempe nominis ac familiæ, & si aliquod onus Missarum, aut alterius causæ piæ habeat annexum, quia tamen hoc accessorium est ad illud, quod principaliter intenditur, sola dispositio iudicabitur vt ad prophanas causas, iuxta reg. *l. cum principalis, ff. de regul. Iuris, & reg. accessorium, eod. tit. n.* 6. Capellæ verò institutio, quæ fit ex certis redditibus cum onere Missarum, seu anniuersariorum principaliter ad animæ vtilitatem, ex proinde ad pias causas dirigitur, etsi certa pars redditum administratori competat, nec interest an pars ista maior sit, quàm ea quæ Capellæ oneribus deputetur: semper enim in institutione istarum capellarum animæ fauor, & pia causa principaliter intenditur, quodque administratori ex redditibus bonorum destinatur, siue paruum siue magnum illud sit, pro onere ex labore ipsius administratoris destinatum censetur, & sic meritò non dicitur bonorum possessor, vt dicitur maioratus possessor, sed magis administrator Capellæ, quod principalius agitur. Ita Bened. Ægid. *in repet. l.* 1. *Cod. de sacros. Eccles. par.* 5. §. 2. *num.* 15. vbi *numer.* 16. *&* 17. subdit dici in institutionem Capellæ non solùm quando certa quota redditum administratori applicatur, veluti tertia, quarta, aut quinta . rs, & quod reliquum est in Missas & suas causas iubetur expendi, sed etiam quando decem, aut centum administratori destinantur, dummodo quod ex bonorum redditibus superest, in onera Capellæ expendi iubetur. Et de Capellis

Capellis fundatis à laicis sine auctoritate. Prælati quòd sint merè seculares, & ad Principem secularem pertinet iurisdictio super eorum bonis, ipseque in illis prouideat de administratoribus, Cabed. *de patronat. Regiæ Coronæ cap. 38. n. 3.*

CAPVT IX.

De Cœmeterijs.

SVMMARIVM.

1 *Cœmeteria accessoria sunt ad Ecclesiam.*
2 *Cœmeterium est locus consecratus, in quo fidelium corpora sepeliuntur.*
3 *Cœmeterium Græco vocabulo dicitur quasi dormitorium mortuorum.*
4 *Cœmeterium initium habuit ab Abraham.*
5 *Loca mortuorum sepulturæ dicata de iure Ciuili sunt religiosa.*
6 *Cœmeterium non omnis Ecclesia habere potest, sed solùm illa quæ populum habet.*
7 *Cœmeteria sunt ab Episcopis designanda.*
8 *Ecclesia consecrata, etiam cœmeterium ei contiguum præsumitur consecratum.*
9 *Ecclesia polluta, seu violata, & cœmeteriũ ei contiguũ violatur, non tamen polluto cœmeterio cõtiguo Ecclesiæ, ipsa Ecclesia polluta censetur.*
10 *Cœmeteria duo si sunt contigua pariete intermedio cùm censeantur duo, vno violato, aut polluto, non proinde aliud est pollutum.*
11 *Cœmeteriũ reconciliatur ea ratione qua Ecclesia.*
12 *Cœmeterij consecrati reconciliatio non est committenda alteri, quàm Episcopo.*
13 *Cœmeterium ab Episcopo benedictum quoad consecrationem, sacrilegium, interdictum, & pollutionem, ac polluti reconciliationem pari passu procedunt.*
14 *Copula in cœmeterio habita, & sanguinis, aut seminis peccaminosa effusio, sacrilegia sunt, & proinde loci circumstantia de necessitate confessionis est.*
15 *Cœmeterium an, & quando gaudeat immunitate Ecclesiastica, remissiuè.*

1 NON solùm Capellæ, vt proximè vidimus, sed etiam cœmeteria accessoria sunt ad Ecclesiam, vt notatur *in c. vnic. de consec. Eccl. vel altar. lib. 6.* Est autem cœmete-
2 rium locus consecratus, in quo fidelium corpora sepeliuntur, dictum, Græco vo-
3 cabulo, quasi dormitorium mortuorum, quòd illic defunctorum corpora resurrectionem quasi non tam demortua, quàm sopore quodam longo correpta, dormientiaque in extremo iudicio spectent. Ita Boër. Epo *de iure immun. Eccles. tit. de immun. Eccles. num. 4. pag. 2.*

4 Initium autem habuisse cœmeterium dicunt ab Abraham, qui agrum emit in Ebro pro sepultura Saræ vxoris suæ, & sui ipsius, ac posterorum, vt sacræ vxoris suæ, & sui ipsius, ac posterorum,
5 vt sacra docet historia *Genes. 23.* At de Iure Ciuili loca huiusmodi mortuorum sepulturæ dicata, dicta sunt religiosa, *l. cùm in diuersis, ff. de relig. & sumpt. funer. §. religiosum, Instit. de rerum diuis.* imò vbi vnus tantùm fuerit sepultus, vel caput etiam, solum locum efficit religiosum, non autem si aliæ corporis partes sine capite sepeliantur. In Christiana autem Ecclesia cœmeterium est locus deputatus auctoritate Episcopi, & eius benedictione designatus ad defunctorum cadauera sepelienda, vnde hodie dicitur locus religiosus, vbi quis absque eius auctoritate & benedictione in eo sepultus fuerit, vt colligitur ex *cap. ad hæc, de relig. domib.* & notant Ioan. Garc. *de expensis, c. 8. num. 55. vers. hodie,* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 110. à princip.* Rot. *decis. 30. n. 8. part. 2. recent.* Cum enim antiquitus non sepelirentur in Ecclesiis, nisi certa cadauera, *l. nemo 2. C. de sacros. Eccles.* & diximus *hoc eod. lib. cap. 10. à n. 7.* ideo optimo iure introductus fuit talis locus deputatus per quadraginta passus ante Ecclesiam Cathedralem, per triginta verò ante minores Ecclesias, iuxta text. *in cap. sicut antiquitus 17. q. 4.* & quæ diximus *suprà hoc lib. 3. de immunit. Eccles. vers. vnde ad secundum genus,* quæ distinctio extra muros ciuitates recepta fuit, secùs in illis, quæ intra muros erant. Verùm hæc iam hodie euanuerunt, siquidem non solùm intra muros, sed etiam extra, siue sint maiores, siue minores Ecclesiæ, omnes habent suum cœmeterium, nec attenditur quòd sint per spatium triginta, vel quadragenta passuum, dummodo Episcopus determinet vel benedicat loco illi deputato, secundùm formam *cap. nemo 1. de consecrat. dist. 5.* tradunt Nau. *in manu. c. 25. n. 18.* Remig. *in tract. de imm. Eccles. ampl. 4. n. 8.* Ludouic. Correa *in repetit. c. inter alia, de imm. Eccles. p. 1. n. 11.* vbi addit non omnem Ecclesiam 6
cœmeterium habere posse, sed solùm illa, quæ populum habet, vel ex priuilegio particulari hoc illi fuit concessum, & ita concludit Parochialem tantùm Ecclesiam cœmeterium habere. Ex consuetudine tamen, vel Episcopi auctoritate capax est Ecclesia etiam non Parochialis habendi cœmeterium, & ius sepeliendi. Host. *in cap. quia nonnulli, n. 7. ad fin. vers. quod si aliquis, & ibi* Ioan. Andr. *n. 8* Butr. *n. 10.* & Zabarel. *q. 15. de cleric. non resid.* Hored. *de incompatib. benef. p. 1. cap. 13. n. 19.* Rota *decis. 228. n. 7. p. 2. recent. & in Mediolanen. quarta funeralium 14. Mart. 1622. coram R. P. D. Merlino.*

Cœmeteria igitur sicut etiam Ecclesiæ sunt 7
ab Episcopis designanda, *cap. pen. & fin. de consec. eccles.* & similiter consecranda, quamuis hoc secundum non necessario exigatur. Immunitas eadem debetur penè cœmeteriis, quæ Ecclesiis, quamobrem neque lites illic à laicis exercendæ sunt, *c. decet, de immun. Eccles. lib. 6.* Nec in id admittetur, cui simpliciter interdictus est Ecclesiæ ingressus, siue id cœmeterium sit ab Ecclesia separatum, siue coniunctum. Ita Boër. Epo *in tract. de iure immun. Eclesiast. in commentar. ad c. cum Eccles. 5. num. 18. de immun. Eccles.* vbi aduertit peccata proculdubio grauiora reputanda esse in ipsis commissa Templis, quam in cœmeteriis.

Consecrata Ecclesia, etiam cœmeterium ei 8
contiguum præsumitur consecratum, quia simul cum ipsa Ecclesia vnico ritu consecratur, vt in Pontificali, quamuis specialiter quoque soleat consecrari, de cuius consecratione, pollutione, & polluti reconciliatione, idem omninò tenendum est, quod de Ecclesia diximus, vt aiunt Gulial. Durand. *in rationali Diuin. lib. 5. c. 6. n. 41.* Piasec. *in praxi Episc. p. 1. c. 5. n. 6.* Mar. Alte. *de cens. tom. 2. disp. 3. c. 2. vers. 2.* Fagundez *in quinque Ecclesiæ præcepta, præc. 1. lib. 3. cap. 14. num. 51.* Ludou. Miranda *in man. Prælat. tom. 2. quæst. 39. art. 1. concl. 1.*

9 Lezana *d.tom.3. verb. Ecclesia, num.6.& 13.* nisi quòd circa cœmeterij pollutionem si tantùm polluatur Ecclesia, videtur distinguendum hoc modo; aut cœmeterium contiguum est Ecclesiæ pollutæ, aut illi contiguum non est; primo casu polluta, seu violata Ecclesia, & cœmeterium ei contiguum violatur, modò illud ita propinquum sit, & contiguum, vt extrema Ecclesiæ tangant extrema cœmeterij, non tamen polluto cœmeterio contiguo Ecclesiæ, ipsa Ecclesia polluta censetur, *d.c.vnic.de cons.Eccles.vel altar. lib.6.* Henriq. *in sum.lib. 9.c.27.§. 5.* Gambarupta *de casibus reseruatis, cap.15.casu 6.n.10.* Cened. *ad sextum collect. 11.num.7.* Lezana *d.verb.Ecclesia num.13.* Azor.*instit.moral.p.1.lib.10.cap. 26.q.13. vers. 5.* Sayr.*de censur.lib.5.cap.16.num.28.* Vgolin.*de potest.Episcop.cap.29.§.6.num.2.* Fr. Ludou. Miranda *in man.Prulaterũ tom.2.q.39.art.2.* Sanch.*de matr. lib 9.disp.15.n.23.& 35.* Rebell.*de oblig.iustit.p.2. lib.3.sect.1.num.5.vers. ex parte loci.* Fagundez *in quinque Ecclesia præcepta, præc.1.lib. 3.c. 14.n.18.* Raguc.*de Missa in Eccles.quæst.62.n.2.* quia accessorium sequitur naturam sui principalis, *reg. accessorium 42 de reg.iur.lib.6.* cum citatis per me *in tract.axiom.iuris vsufreq.axiom.4.num.2.* tum quia dignius, ac potẽtius trahit ad se naturam minus digni, seu minus potentis, *d.cap. vnico,* cum adductis *d. tract.axiom. iuris vsuf. axiom.72.n.1. & 2.* Secundo verò casu quando cœmeterium Ecclesiæ pollutæ contiguum non est, tunc Ecclesia polluta non censetur cœmeterium pollutum, quia illi accessorium non est, habetur *in d.cap. vnic.* & probant Doctores suprà citati.

10 Si autem duo cœmeteria sunt contigua pariete intermedio cùm censeantur duo, vno violato, aut polluto, non proinde aliud est pollutum, etiamsi porta esset in pariete, per quam ab vno ad aliud fiat transitus. Ita Silu. *in summ. verb.Cœmeterium 2.q.2.num.3.* Azor.*instit.moral.p.2.lib.9. cap.5.q.2.* Mar. Alter. *d.disp.3.c.2. vers.postulabit,* Fr. Lud. Miranda *d.art.2. in fine,* Lezana *d.tom.3. sum.verb Cœmeterium num. 4.* Vgolin. *d.c.29.§.6. vers.excipitur tamen, sl 2.* vbi *in vers.seq.* resoluit, si in porta, per quam ab vno ad aliud fit transitus, facta fuerit humani sanguinis, vel seminis effusio vtrumque pollutum esse, si porta in pariete extructa gratia vtriusque facta videretur; & addit Mar.alter.*d.c.2.vers.hæc difficultas*, quòd si paries communis. in quo est porta, æqualiter exstructus sit in solo vtriusque cœmeterij, itavt dimidia pars pertineat ad vnum cœmeterium, dimidia ad aliud, tunc si pollutio in vna parte contingat, illud tantum cœmeterium erit violatum; si autem in vtraque parte fiat, vtrumque polluitur; si verò paries, & porta pertinent ad vnum cœmeterium, non ad aliud, tunc illud solum cœmeterium polluitur.

11 Reconciliatur quoque cœmeterium ea ratione qua Ecclesia, nam si per Episcopum solemniter consecratum sit, eo polluto per Episcopum reconciliari debet aqua solemniter cum cinere, & vino per eum benedicta, *c.consuluisti, de consec. Eccles. vel altar.* Si verò ab Episcopo non est solemniter benedictum, sed tantùm ad sepeliendum destinatum, per Parochum Sacerdotem poterit aquâ exorcizatâ reconciliari; vbi verò pollutum est cœmeterium, non per se, sed ob Ecclesiam pollutam ei contiguam, reconciliata Ecclesia, erit reconciliatum & ipsum cœmeterium, vt docent Doctores omnes *in dict. cap. vnico,* Azor. *d.p.6.4.* Vgolin.*d.c.29.29.§. 8. num.4.& 5.* Galganet.*de iure publico, lib. 3 tit. 108. num. 37. & 38* & ideo Sacra Cong.eg Rituum *in Cumerucen.9.Februarij 1608.* censuit cœmeterij conse- 12
crati reconciliationem non esse committendam alteri quàm Episcopo, refert me citato Lezan. *dicto verb.cœmeterium n.6.*

13 Cœmeterium ab Episcopo benedictum, & Ecclesia quoad consecrationem, sacrilegium, interdictum, & pollutionem, & polluti reconciliationem pari passu procedunt, vt in specie docent Paul. Fusc *de visitat. lib. 1. cap. 12.num.7. & 8.* Piasec. *in praxi Episcop.part.1.cap.5. num.6.* Ludou. Correa *in rep. dict.cap. inter alia, part. 2. num.12.in fine, arg. cap.vltim.immunit.Eccles.* vbi æquiparat Ecclesiam cœmeterio ad effectum, vt eius immunitate non gaudeant homicidæ, & alij huius generis; & quòd eodem modo polluatur Ecclesia atque cœmeterium, tradunt glos. *verb.polluto in cap.vnic.de consec Eccles. lib. 6.* vbi Archid.*n.6.* Abb.*in cap.consuluisti, num. 2. eod. tit. in Decret.* Angel.*verb.consecratio cœmeterij, num.1.* Syluestr. *verb. cœmeterium, num. 1. & quæst. 1. num.2.*

14 Vnde copula in eo habita, & sanguinis, aut seminis peccaminosa effusio sacrilegia sunt, & proinde loci circumstantia de necessitate Confessionis est; vt per Nau. *in man. cap. 16. num. 3. vers.interrogatus autem,* Cordub.*in sum.q.12* Henriq.*in sum.lib. 2.de Pœnit.c.6.§. 5 in cœmeterio, lit. H,* Petr.de Ledesm.*in sum.part.1.de sacrament.* vbi *de Euchar.c.20.* Sanch.*de matrimon.lib.9. disp. 15. num.40.*

Quamuis Sot.*in 4.dist.32.q. vnic. art. 3.concl. 3.* Iacob.de Graff.*in aureis decis. part. 1.lib.2. cap.83. num.10* Fr.Emman.*in sum.tom.1.cap.243.num.19.* Veg.etiam *in sum.t.1.c. 78. casu 1.* existimauerint nomine loci sacri non comprehendi cœmeteria, nec in illis esse violationem sicut in cameris adhærentibus Ecclesiæ.

15 An autem, & quando cœmeterium gaudeat Ecclesiæ immunitate diat *sup.hoc.lib.c.3.n.63.*

CAPVT X.

De Sepulturis, & Funeribus ducendis.

SVMMARIVM.

1 *Diuiso, & continuatio materiæ.*
2 *Sepultura triplicitèr sumi potest.*
3 *Sepelire mortuos opus piissimum, & multum commendandum, & n.4.*
4 *Cadauera intra vrbes sepeliri prohibitum erat lege duodecim Tabularum.*
5 *Cœmeteria pro fidelium mortuorum corporibus sepelienda instituta sunt.*
6 *Sepulturæ honor intra Ecclesiam Episcopis deferri cœpit, aliisque personis insignibus.*
7 *Sepeliri in Ecclesia quibuscunque siue Clericis, siue laicis licitum est.*
8 *Sepulturæ ius concedere spectat ad Episcopum.*
9 *Sepeliẽdus nemo est propè Altare, seu sub bradellis.*
10 *Sepulturæ locus quibus modis, & cuius auctoritate dari possit, ostenditur.*
11 *Sepulchrum proprium potest quis habere quoad vsum, & prohibere ne absque eius assensu quis in eo sepeliri queat.*

12 .*Sepeliendi*

13 *Sepeliendi ius quæsitũ non censetur ex solo cursu decennali, & cadauerum illatione, nec ex iurepatronatus, quod quis habet in Ecclesia.*

14 *Ecclesia etiam non Parochialis capax est, vel ex consuetudine, vel Episcopi auctoritate habendi cœmeterium & ius sepeliendi.*

15 *Sepulchrum probatur commune esse familiæ ex inspectione litterarum.*

16 *Simoniacum est aliquid tanquam pretium exigere pro iure sepulturæ, siue vt aliquis in certo loco Ecclesiæ, aut cœmeterij sepeliri possit.*

17 *Sepulchri hæreditarij vsus est pretio æstimabilis, & vendi potest pro debitis defuncti.*

18 *Gabella non soluitur de venditione sepulturæ ratione situs, vel dignitatis loci.*

19 *Electio sepulturæ omnibus adultis est libera, dummodo non prohibeantur à Iure.*

20 *Sepultura eligi potest in Fratrum Prædicatorum, & Minorũ Ecclesiis, relicta Parochiali.*

21 *Electio sepulturæ in Ecclesiis Regularium non potest a Parochis impediri.*

22 *Parochus non potest prohibere quin defunctus sepeliatur in Ecclesia per ipsum ædificata, & electa, reseruata ipsi Parocho quarta funerali.*

23 *Curatus requisitus, vt intersit defuncti sepulturæ in Ecclesia per ipsum defunctum ædificata, si interesse recuset, vel petitam licentiam deneget poterit sine ipsius interuentu, & licentia tradi sepulturæ.*

24 *Electionem sepulturæ potest quis reuocare vsque ad finem vitæ.*

25 *Religiosi, & seculares clerici nullum inducere possunt sub pœna excommunicationis ad eligendam sepulturam sub voto, vel promissione de non mutando illam electionem etiam non sequuto effectu, vt n. 26.*

27 *Parochus violenter rapiens, vel spolians funus antequam veniat ad manus eorum, quibus debetur, perdit ius, quod habet, & quartam Canonicam.*

28 *Pater eligit sepulturam pro filio impubere, si consuetudo terræ id habeat, si verò non sit, sepeliri debet in sepulturâ Maiorum.*

29 *Mulier, quæ habuit plures viros, si non electa sepultura moriatur, est sepelienda in sepultura vltimi viri.*

30 *Religiosi sepeliendi sunt in propriis monasteriis, etiamsi extra claustra decedant, nisi sint ita remoti à propriis Monasteriis, vt commodè portari nequeant.*

31 *Sepultura non electa vbi quis decedit, in ea sepeliendus est in qua Maiores sui sepeliri consueuerunt soluta quarta Parochiali.*

32 *Maiores dicuntur Pater, auus, & alij superiores.*

33 *Sepeliendus est quis in Parochia, vbi Sacramenta suscipit, si in alia Ecclesia Maiores sui sepulturam non habebant.*

34 *Sepulturæ ius pendet multum ab administratione Sacramentorum.*

35 *Peregrinus si moriatur dum est in via, sepelitur in Cathedrali.*

36 *Canonicus Ecclesiæ Cathedralis an in ea sit sepeliendus, vel potius in Parochia vbi habet domicilium, remissiuè.*

37 *Parochus quanto tempore à morte tenere debeat mortuum super terram antequam sepeliatur, & an sepeliri possit omni die, & hora? ostenditur.*

38 *Parochus dum vadit ad infirmum communicãdum, debet in genere interrogare eum in qua Ecclesia velit sepeliri, non vero in specie.*

39 *Sepulturæ ius quibus casibus amittatur? ostenditur.*

Sepultura Ecclesiastica carent,

40 *Excommunicati notorij, & denunciati,*

41 *Interdicti notorij, & denunciati,*

42 *Vsurarij publici, & manifesti,*

43 *Infideles, Pagani, Iudæi, Hæretici,*

44 *Raptores manifesti,*

45 *Decedentes in torneamentis, vel in duello,*

46 *Qui semel in anno Confessus non est,*

47 *Religiosus vtriusque sexus proprietarius,*

48 *Peccator notorius decedens in peccato mort.*

49 *Occidentes se ipsos ex industria,*

50 *Decimas Ecclesiæ non restituentes,*

51 *Parricidæ,*

52 *Blasphemantes Deum publicè,*

53 *Clericus notoriè concubinarius.*

54 *Legatum factum Ecclesiæ pro sepultura, adhuc ei debetur, etiamsi testator ob culpam suam sepultura priuaretur.*

55 *Parochi non debent propter ius sepulturæ minimè solutum cadauer exhumatum retinere.*

56 *Sepultura concessa, conceditur quoque delatio mortui processionaliter.*

57 *Hæredes defunctorum numerum Sacerdotum & ceræ sibi bene visum pro defuncto ad sepulturam associando conuocare, & subministrare possunt.*

58 *Parochus destinatos clericos ab hæredibus defuncti pro eo ad sepulturam associando conuocare potest, & non alios.*

59 *Parocho competit ius conuocandi alios Sacerdotes pro obeundis funeribus si nullos ipsi hæredes destinauerint.*

60 *Parochus potest ad libitum vocare ad funus clericos, quos voluerit, nec cogitur vocare vicinores, nisi aliter disponant hæredes.*

61 *Confraternitates non possunt accedere ad funeralia mortuorum, nisi specialiter, & expressè vocentur.*

62 *Parochus proprius nullatenus excludendus, quantumuis ad sepeliendũ cadauer Regulares dumtaxat a defuncto accersiri iubeantur.*

63 *Vocati omnes ad funus debent conuenire ad Parochialem defuncti.*

64 *Regulares vocati ad sepeliendos mortuos etiam in eorum propria Ecclesia, debent accedere ad Ecclesias, ex quibus cadauera amouentur.*

65 *Regulares casu quo cadauer in aliqua Ecclesia deponi contingat, ad eamdem Ecclesiam, vbi depositum erit, conuenire debent.*

66 *Parocho proprio irrequisito cadauera leuari non possunt.*

67 *Religiosi non possunt cum Cruce intrare Parochias ad leuanda corpora defunctorum apud quas Ecclesias sepelienda, nisi monito prius, & requisito Parocho.*

68 *Regulares extra claustra decedentes possunt ad eorum Ecclesias deferri, Parochis inconsultis.*

69 *Tertiarij quando in Fratrum Ecclesiis sepeliendi sint? ostenditur.*

70 *Defunctorũ cadauera in alterius Parochia existentia, quæ in Ecclesiis Fratrum sepeliri debent, prius ad Ecclesiam Parochialem deferenda sunt.*

71 *Mortui sepeliri possũt in Ecclesia in qua sepultu-*

ram elegerunt, sine præsentia Parochi, si ipse requisitus interesse recuset, vel petitum licentiam deneges.

72 *Ecclesia Parochiali nihil debetur, exceptis iuribus Parochialibus si in ea deponatur defunctus vt inde transferatur ad Ecclesiam Regularium, in qua elegit sepulturam.*

73 *Habitum suscipientes à Guardiano, & cum eo decedentes, quando in Ecclesiis eiusdem Ordinis sepeliendi sint? ostenditur.*

74 *Parocho spectat declarare per quam viam sit expertandus defunctus.*

75 *Funerale ducere, & prosequi tenetur Parochus vsque ad ianuam Ecclesiæ Regularium, in qua sepeliendus est defunctus.*

76 *Parochus secularis sicut defert stolam in propria Parochia, & in Parochiis Fratrum dum defuncti corpus in eorum Ecclesia sepelitur, ita Parochus Regularis.*

77 *Parochus Monachus ita potest cum stola ingredi Parochium sæcularium, sicut secularis Parochus Monachorum Parochiã ingredi valet.*

78 *Crux vnica illius Ecclesiæ, ad quam corpus transfertur, deferenda est in funeralibus.*

79 *Crux propria Parochiæ defuncti deferenda est in funeralibus.*

80 *Parochi defunctorum in Regularium Ecclesiis humandorum corpora vsque ad easdem Ecclesias associare possunt.*

81 *Clericus secularis in Ecclesiis Regularium super cadaueribus Officium defunctorum, Psalmos, Responsoria, aliasve Preces recitare non potest.*

82 *Officium in tumulandis cadaueribus in Ecclesiis regularibus non per Parochum, sed per eiusdemmet Regulares fieri debet, non obstante quauis contraria consuetudine.*

83 *Parochi non debent plus recipere pro tumulandis cadaueribus exterorum, quàm ciuium.*

84 *Pauperum cadauera gratis sepeliri debent.*

1 CVm iam *cap. præcedenti, de Cœmeteriis*, hoc est mortuorum dormitoriis, aliqua dixissem, superest nunc vt de sepulturis, quæ sunt magis propriè mortuorum loca, plura curiosiùs in medium proferam. Et in primis relicta differentia, quam inter sepulturam, monumentum, Mausoleum, bustum, cenotaphium, & tumulum ponit Pallad. *differ. 66.* à nominis significatione incipiendum.

2 Sepoltura igitur tripliciter sumi potest, primò, pro officio ipso, quod impenditur corporibus humandis, *c. dictum 1. q. 1.* Secundò pro loco, in quo quis sepelitur, siue sit terra, siue arca, *c. abolendæ, de sepultur.* Tertiò pro iure sepeliendi, quòd quis habet in aliquo loco.

3 Quoad primum non possunt non commendare omnibus charitatis officium, quod agimus dum pro humandis mortuis curam adhibemus, nam viuis primò consulendum, deinde mortuis, qui cùm longè maiori miseratione digni sint, hoc quod erga illos exhibetur, maximæ misericordiæ opus meritò iudicabitur, quod mitissimus Rex Dauid sentiens benè precatur iis, qui Saul, & Ionathæ cadauera sepelierant. *2. Regum 2.* & hæc est gratia, quam Salomon dicebat mortuo non esse prohibendum, dum *Eccles. cap. 7.* ait, *mortuo non negabis gratiam*, hoc est, sepulturam. Natura certè admonet, vt quem viuum fame, & siti enectum recreare, nudum operire, in hostium manibus positum liberare conabamur, aut hospitio indigentem excipere, aut ægrotantem visere solebamus, nunc sensibus omnibus destitutum misericordia prosequamur, sepulchroque communi omnium domicilio, ac diu duraturo, itavt conuenit, inferamus, vt dicit Perez de Lara *de anniuers. & Capellan. lib. 1. c. 25. n. 36.*

Eleganter igitur S. Augustin. *sermon. 1. de consolat. mortuorum*, in initio, sic alloquitur. *Iaces corpus exanime, ac gelidum, homo sine homine, cadauer sine spiritu, acclamatur, nec respondet; vocatur, & non exaudit, deperditis vitalibus functionibus, qui fuit non est, nemo suorum adiuuat, nec ipse auxilium postulare potest? quam ob causam nos eò magis commoueri æquum est. Potest enim qui fame, aut siti laborat, vel ex puteo, vel ex profluente recreari, qui nudus est, foliis vestes contegere, qui ægrotat maiorem in aliis miseriam cogitando se consolari, & captiuus in captiuitate, & peregrinus sub frigido Cælo respirat. At mortuus cum anima, sensuque careat, nec quò se vertat, nec quid imploret amplius, nec vim habet implorandi. Nil mirum igitur si insit à natura in humanis pectoribus singularis erga defunctos pietas, ac miseratio.* Formicis quoque à natura inditum viri prudentes obseruarunt, vt si dum in granis colligendis toto agmine sint occupatæ, earum aliqua, vel onere, vel casu conciderit, cæteræ illam quasi ad tumulum ea in loca, quæ sub cauernis ab horreo separata sunt, onus suspicientes inferunt, comitante, ac propemodum funus ducente alia multitudine, vt refert Plutarch. *in lib. de solert. animal. paulò antè med.* Publicè enim interest quòd cadauera sepulturæ mandentur, *l. funeris persona. ff. de relig. & sump. fun.* ibi, *nam propter publicam vtilitatem ne insepulta cadauera iacerent.* Perez de Lara *de anniu. & Capellan. lib. 1. c. 25. n. 6.* vbi *num. 28. & 29.* sacræ Paginæ plura loca citat, quibus monemur sepelire mortuos, & asportare cadauera ad locum destinatum pro eorum sepultura. 4

Quoad secundum de loco in quo sit collocanda sepultura, notandum est lege duodecim Tabularum cautum fuisse ne cadauera intra vrbes sepelirentur; verba erant, *hominem mortuum in vrbe ne sepelito, néve vrito*; huius prohibitionis meminit Iureconsult. *in l. 3. §. diuus, ff. de sepulchro violat. & in lib. mortuorum, C. de relig. & sumpt. funer.* in quo proposito multa ex bonis Auctoribus prosequitur Petr. Gregor. *syntag. Iuris, lib. 35. cap. 22. num. 4.* & Spin. *in speculo testam. gloss. 2. princip. à num. 30.* Duplex autem causa fuit sepeliendi extra vrbem, vna asserebatur diuina, ad cauendam pollutionem sacrorum publicorum, quæ contaminatum iri existimabant, si intra vrbis mœnia mortui sepelirentur; altera fuit ciuilis, ne aër putrefieret. Loca destinata extra vrbem pro sepultura alia erant publica, alia priuata. Publica Romæ duo erant, vnum pauperum, & vilium mancipiorum non procul ab Vrbe extra portam Exquilinam in campo Exquilio dictum, aliud, virorum præclarè de Rebub. meritorum in Campo Martio, de quo Appian. Alexand. *de ciuilibus*, ita inquit: *Lecticum subiere potentiores è Senatu omni, idémque Campo Martio intulere, quo in loco dumtaxat huma· Reges consueuerunt.* Priuata autem loca extra Vrbem destinata pro sepultura illa erant, quæ in vnoquoque fundo suo quis habebat, *l. tumulus, ff. familiæ hercisc. l. ædes sacra, ff. de contrah. empt. l. 1. ff. de religios. & sumpt. funer.* 5

&

& solebant antiqui, si fundum viæ publicæ pro-
ximom haberent, in ea parte, quæ viam specta-
ret, sepulchra condere, vt viatores mortalitatis
monerentur; ita tamen vt viam ipsam sepulchra
non impedirent, *l. 2. ff. de locis publ.* Vnde viæ se-
pulchris nobiles Romæ fuerunt, Appia, Aure-
lia, Flaminia, Latina, Lauicana, Laurentina,
Ostiensis, Prænestina, Salaria, Tyburtina, de
quibus etiam in Breuiario Romano fit mentio
dum agit de Martyrum corporibus sepeliendis,
Et in sacra Scriptura de sepulchris extra vrbem
multa patent exempla, vt de Iacob in terra Cha-
naan *Genes.* 50. de Lazari sepultura extra Betha-
niam, de iuuene mortuo, quem suscitauit Iesus
Luc. 7. Et de Christo ipso in horto sepulto *Ioan.*
19. & Matth. 27.

6 Deinde ab ipsis nascentis Ecclesiæ primordiis
piè Maiores nostri instituerunt cœmeteria pro
fidelium mortuorum corporibus sepeliendis, vt
latè tradit Stephan. Durant. *de ritib. Ecclesia, lib. 1.*
cap. 23. à princip. meliùs quàm Spino explicans
nominis etymologiam; eratque magna veterum
religio, ac subinde strictè erat prohibitum ne in-
tra Ecclesiam aliqui sepelirentur, *cap. præcipien-*
dum 13. quæst. 2. vbi Cardin. Turrecrem. quatuor
illius prohibitionis affert rationes, indeque ma-
gno honore affectum Constantinum asserit San-
ctus Chrysost. *homil. 66. ad populum Antioch.* quòd
pro foribus Piscatoris corpus maximi illius Im-
peratoris sepulturæ mandatum fuerit, factusque
sit Constantinus Piscatoris ianitior, & de vtro-
que Theodosio, & Arcadio simile in Aposto-
lorum porticu ex Nicephoro, atque aliis addu-
cit Stephan. Durant. *d. c. 23. num. 6.* Sed deinde
7 honor iste sepulturæ intra Ecclesiam Episcopis
deferri cœpit, aliisque personis insignibus, vt
probat text. *in cap. nullus 13. quæst.* 2. iuxta com-
munem intellectum, de quo post gloss. Turre-
crem. *ibi, in fine*, quem alij sequuntur, vt con-
stat ex Conrad. Brun. *de ceremon. lib. 2. cap. 2. vers.*
illud tamen, Petr. Gregor. *in syntagm. Iuris, l. 2. c. 13.*
num. 12. & alij, de quibus Cened. *ad Decretum*
collectan. 46. n. 1. interpretantibus text. ibi, *fide-*
les laici, non de omnibus fidelibus ex fide Baptis-
mi, sed de iis, qui ex fidei virtute, & constantia
Sancti habiti sunt, miraculisve coruscant, vel
aliàs insignes personæ extiterunt.

8 Sed tandem consuetudine effectum est, vt
quod solis Episcopis, & personis insignibus con-
cedebatur, quibuscunque siue clericis, siue laï-
cis licitum, & liberum iam sit, ac proinde in-
dultum, vt in Ecclesia, si vellent, tumularen-
tur *cap. nullus 13. quæst.* 2. vbi gloss. *verb. fideles,*
cap. Ecclesiam, de consec. dist. 1. c. ex parte, cap. cum
liberum. de sepultur. Gregor. *lib 4. dialog. cap.* 50.
Redoan. *de simonia mentali, part. 3. q. 16. n. 32.* Se-
lu. *de benefic. part. 1. q. 5. num.* 102. Stephan. Du-
rant. *d. cap. 23. num. 6. &* 8. Spin. & alij, de quibus
Cened. *citato loco* Caualer. *decis. 15. num. 1.* Vil-
lalob. *in summ. part. 2. tract. 31. diffic. 1. num. 3. &* 4.
Hieron. Roderic. *in compendio quæstion. Regul. re-*
sol. 128. n. 1. & quotidiano vsu satis compertum
est, nec sine maxima ratione, vel ex illa, quæ
colligitur ex S. Gregor. & refertur *in cap. cum*
grauia 13. quæst. 2. ibi. proximi quoties ad loca sacra
conueniunt, suorũque sepulturam aspiciunt, recordan-
tur, & pro eis Domino preces fundunt; vel ex ea, quã
reddit text. *in cap. non æstimemus. in fine, eadem*
causa, & quæst. quòd eorum Martyrum, & Sancto-
rum, quibus Ecclesia dicata est, patrocinio, &
intercessione releuantur, vel quia minos in Ec-
clesiis ab immundis spiritibus vexantur, vel ex
aliis, quas ex Lapò, Sot. Azin. multisque
aliis, prosequuntur Durant. & Cened. *dictis*
locis.

Ius sepulturæ concedere, (vt ad tertium illius 9
modum accedamus) spectat ad Episcopum, Abb.
& alij *in cap. pen de sepult.* Sebast. Medic. *in tract.*
illius tit. quæst. 6. num. 6. Caualer. *d. decis. 15. num. 2.*
vbi subdit Legatum de Latere posse concedere
istud ius sepulturæ. Et ab habente ius in Ecclesia
potest sepultura cuicunque concedi, & talis cui
concessa fuerit, stante huiusmodi concessione &
licentia poterit illa construere, Rota *decis.* 308.
num. 2. apud Farinac. p. 2. in posthum. tom. 4. re-
cent. vbi *num. 3. &* 4. dicit quòd patronus Ecclesiæ
non habet in ea ius sepeliendi priuatiuè quoad
alios, neque habet ius sepulturæ, quia diuersum
est à iurepatronatus, nisi sit expressè reserua-
tum in limine fundationis, & ideo non po-
test impedire quominus alius possit sepeliri,
aut ædificare in dicta Ecclesia sine eius consensu.
In Actis Eccles. Mediolanen. *part. 2. tit. de sepul-*
tur. vers. verum caretur, prohibetur fieri sepulchra
noua in Ecclesia absque licentia in scriptis
obtenta ab Episcopo, & in Ecclesiis Regula-
rium saltem à Prouinciali, qui eiusmodi licen-
tiam dare non possit, nisi ea sepulchra construan-
tur iuxta formam præscriptam *in Constit. sanctæ*
memor. Pij V. incip. *Cùm primum, Kalendis Aprilis.*
1569. in qua mandatur vt defunctorum corpo-
ra super terram existentia in tumbis profundis
infra terram collocarentur: Et in eisdem quo- 10
que Actis *part. 2. decret. Visit. Apost. verb. sepultura,*
sic habet *Sepulchrorum ipsorum imposterum ædifi-*
candorũ ostiũ longè absit ab Altaris scabellis ligneis
vel bradella, cubitis ad minus tribus, sepulchra verò
ipsa ad scabellum ligneum non pertingant. Et quòd
nemo sit sepeliendus prope Altare, seu sub bra-
dellis, censuit sacra Congreg. causis Episcopo-
rum & Reg. præposita *in Termular. 8. Februarij*
1594. *& in alia Interamnen. 13. Septembris* 1595.
& in Messanen. 2. May 1601. & si contra huius-
modi prohibitionem sepulturæ ibi reperiantur
constructæ, non debet illo Altari celebrari donec
corpora aliò transferantur, vt declarauit ea-
dem sacra Congreg. *in Tranen. 10. Nouembris*
1599.

Tribus modis (vt verbis vtar Nauarri *loco infrà* 11
citando) locus sepulturæ dari potest, primò, vt
is, cui datur, fiat Dominus eius; secundò, vt ha-
beat ius sepeliendi in eo mortuos suos, & impe-
diendi ne alij sepeliantur in eo; tertiò, vt possit
sepelire aliquem in eo, vt satis videtur colligi
ex text. *in cap. abolenda. de sepultur.* & notatis per
Innocen. Panormit. & alios, *ibi, & ex Clemen.*
Dudum §. huiusmodi, eod. tit. cum ei annotatis per
Card. & alios, & per Hieron. Roderic. *de resol.* 128.
num. 11. Primo modo nulli potest dari locus se-
pulturæ, etiam cum auctoritate Episcopi, quia
rei sacræ dominium nullus potest habere. Secun-
do modo non potest dari sine Auctoritate Episco-
pi, nec cum illa sine iusta causa, & seruata for-
ma in alienandis rebus Ecclesiæ seruanda, quia
licet per illum modum non transferatur rei do-
minium, transfertur tamen vsus eius, & quod-
dam ius sepeliendi, quod fieri nequit, nisi serua-
tis Canonibus de non alienandis rebus Ecclesiæ.
Tertio modo potest dari à quolibet habente li-
beram sepulturam, vel ius admittendi ad sepul-
turam

turam in sua Ecclesia, per prædictum *Clem.* & ei annotata sine auctoritate speciali Episcopi, per auctoritatem, quam habet à Iure communi, vel priuilegio aliquo legitimo. Ita eleganter Nauar. *conf. 1. de sepult. in nouis.*

22 Potest igitur quis quoad vsum habere sepulchrum proprium, & prohibere ne absque eius assensu quis in eo sepeliri queat, adden. ad Gregor. XV. *decis.* 145. *num.* 5. Perez de Lara *de anniuers. & capell. lib.* 1. *cap.* 25. *num.* 47. Rota *decis.* 22. *num.* 2. *apud Farin. p.* 1. *posthum.* vbi quòd licèt sepulchrum sit quid religiosum, & cùm in nullius bonis sit, extra hominum commercium esse dicatur, & ob id nec acquiri ab aliquo, neque possideri possit. *l. si sepulchrum. C. de relig. & sumpt. fun.* nihilominus tamen ius & vsus sepulchrorum siue sepeliendi acquisibilia est, ita vt, qui acquisiuit, in eo sepeliri possit, & cæteros ne ibi sepeliantur prohibere, *l.* 2. *§. vsumfructũ l. familiaria, & l. seq. ff. de relig. & sumpt. fun. l. ius sepulchri. C. eod. tit.* & ad hoc ius sepulturæ acquirendum quod alioqui priuatiuè, requiritur licentia ædificandi ab initio sepulturam vnà cum ipsa ædificatione subsequuta, Lambertin. *de iurepatronat. part.* 1. *art. vltim. vers. bene verum, & vers. si de catero,* Rot. *in Burgen. sepultura* 9. *Decembris* 1605. *coram Or-*

23 *tembergo,* & non censetur tale ius quæsitum ex solo cursu decennali, & cadauerum illatione, vt *in d. Burgen. & in Calaguritana sepultura* 21. *Maij* 1616. *coram Reuerendiss. D. meo Coccino Decano,* nec etiã ex iurepatronatu, quod quis habet in Ecclesia ex Lambertin. *d. part.* 1. *quæst.* 11. *princip. artic.* 13. Rot. *in Toletana Capellania, & sepultura* 27. *Iulij*

24 1616. *coram bonæ mem. Vbaldo,* vbi quoque fuit dictum quòd de Iure quælibet Ecclesia potest recipere ad sepulchrum, quem vult; illa enim, licèt Parochialis non sit, capax est vel ex consuetudine, vel Episcopi auctoritate habendi cœmeterium, & sepeliendi, Host. *in cap. quia nonnulli, num.* 7 *ad fin. vers. quod si aliquis,* & *ibi* Ioan. Andr. *num.* 8. Butr. *num.* 10. Zabarel. *q.* 11. *de cleric. non resid.* Hoied. *de incomp. benef. p.* 1. *c.* 13. *num.* 19. Rot. *decis.* 218. *n.* 7. *part.* 2. *recent. & in Mediolan. quarta funeral.* 14. *Maij* 1622. *coram R. P. D. Merlino.*

25 Ex inspectione verò literarum probatur sepulchrum commune esse familiæ, Mascard. *de probat. concl.* 1297. *num.* 4. Sebast. Neui. *ad l.* 2. *ff. de operib. publ. n.* 4. & facitiot tradita per Menoch. *de præsumpt. lib.* 2. *præs.* 59. *num* 2. Zerol. *in praxi Episcop. par.* 1. *verb. Arma,* quæ si deficiat, liberè ius illud redditad Ecclesiam, quæ deinde poterit eundem locum aliis denuò concedere, Siluest. *verb. sepultura quæst.* 3. Petr. de Vbald. *cap.* 10. *n.* 6. Rot. *in d. Calaguritana sepultura.*

26 Pro iure sepulturæ, siue vt aliquis in certo loco Ecclesiæ, aut cœmeterij sepeliri possit, aliquid tanquam pretium exigere simoniacum est, illa nanque vendi non potest, sed gratis præstanda est defunctis per eorum Parochos, *cap. abolendæ, de sepult.* Verùm vsus vendendi capellas pro sepultura defunctorum non est simoniacus, tum quia datur per modum eleemosynæ ad reparationem Ecclesiæ, vel ad sustentationem ministrorum illius, & non pro pretio, sicut datur stipendium pro diuinis, & Missis celebrandis. Ita Suar. *dicto tom.* 1. *tract.* 3. *cap.* 14. *num.* 22. Pottel. *in dubiis Regul. verb. sepultura, n* 8. Villalob. *in summ. part.* 2. *tract.* 37. *diffic.* 12. *num.* 3. & 9. Hieron. Roderic. *resol.* 128. *num.* 2. Sic ratione situs, vel dignioris loci licita poterit esse pretij receptio pro sepultura, quasi hoc non videatur concernere spiritualia, sed tantùm honorem, & præeminentiam, quæ potest pretio æstimari, & vendi. Vide Sot. *de Iustit. lib.* 9. *quæst.* 7. *art.* 1. Petr. de Arag. *in* 2. 2. *quæst.* 100. *art.* 4. Victor. *relict.* 2. *de simon. num.* 10. Gregor. *l.* 1. *verb. vendere, tit.* 13. *part.* 1. Didac. à Rolatto *in addition. ad sum. Caiet. verb. simonia,* Molin. *de primogen. lib.* 1. *cap.* 24. *n.* 40. Menoch. *de arbitr. casu* 277. Toler. *in instruct. Sacerd. lib.* 5. *cap.* 89. *in fine.* Spin. *in speculo testamen. gloss.* 2. *in princ. n.* 44 Læl. Zech. *de Republ. Eccles. lib.* 1. *c.* 28. *de Parocho, n.* 19. *vers. caueat etiam,* Fr. Emman. *in summ. par.* 2. *cap.* 58. *n.* 2. & *quæst. tom.* 3. *q.* 58. *art.* 2. Zerol. *in praxi Episcop. part.* 1. *verb. sepultura,* §. 2. Cabet. *de patron. Regiæ Coronæ; cap.* 22. Petr. de Ledesma *in summ. part.* 2. *tractat.* 12. *concl.* 34. Nicol. Garc. *de benefic. par.* 5. *cap.* 9. *num.* 137. *in addit.* Humad. *ad Gregor. l.* 55. *gloss.* 5. *tit.* 6 *part.* 1. Salazar. *de vsu, & consuet. cap.* 10. *num.* 24. Perez de Lara *de anniuers. & capellan. lib.* 1. *cap.* 25. *num.* 17. Sà *verb. simonia, num.* 2. Philiarch. *de offic. Sacerd. tom.* 2. *part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 9. Arag. *in* 2. 2. *quæst.* 100. *art.* 4 Nard. *in summ. verb. sepultura, num.* 8. Raguc. *de Ecclesiast. discipl. q* 86. *n.* 3. Pottel. *in dub. regular. verb. sepulchra, num.* 8. Marc. Anton. Genuens. *in praxi Archiepiscop Neapol. c.* 40. *num.* 19. *in* 1. *edit. aliàs cap.* 32. *num.* 16. *in edit.* Stephan. Gratian. *Marchiæ decis.* 26. *à princ. & discept. forens. cap.* 110. *num.* 6. *cum seq.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 23. *num.* 208. & *num.* 226. Bellet. *disquisit. cleric. part.* 1. *tit. de clerico debitore,* §. 3. *à n.* 27. Azor. *instit. moral. part.* 3. *lib.* 12. *cap.* 17. *quæs.* 2. Filliuc. *quæst. moral. tom.* 3. *tract.* 45. *c.* 3. *q* 11. *num.* 26. Bonac. *variar. tract. vbi de simon. q.* 4. § 6. Binsfeld. *super cap. Audiuimus, de simon. q.* 1. Paul. Layman. *in Theologia morali, lib.* 4. *tract.* 10. *c. vlt.* §. 4. *n.* 36. Ioan de la Cruz. *in direct. conscient. part.* 1. *prac.* 7. *q.* 4. *dub.* 9. *concl.* 2. Diana *resol. moral. part.* 2. *tract.* 1. *miscel. resol.* 57. Villalob. *in summ. part.* 2. *tract.* 37. *diffic.* 12. *num.* 3. & 9. Hieron. Roder. *in compendio quæst. regul. resol.* 128. *num.* 2. Hermosil. *ad Gregor. Lopez. l.* 15. *gloss.* 1. *num.* 10. *tit.* 5. *part.* 5. Latè Carol. Maranta *tom.* 1. *resp.* 16. Melch. Phæbo *Lusit. decis.* 8. *num.* 8. & 9. vbi *n.* 13. resoluit, quòd vsus sepulchri hæreditarij est pretio æstimabilis, & vendi 17
potest pro debitis defuncti, & *num.* 14. subdit, quòd non soluitur gabella de venditione sepul- 18
turæ ratione situs, vel dignioris loci, Suar. *de Relig. tom.* 1. *tractat.* 3. *lib.* 4. *de simon. cap.* 14. *num* 19. vbi *n.* 22. tenet emptionem simplicis sepulturæ, seu iuris sepulturæ saluari posse ex illa ratione maximæ obligationis, quòd nullus alius ibi sepeliatur, non verò ex suprà relata de situ, & digniori loco, dicens quod licèt simonia sit aliquid accipere pro honoratiori loco sepulturæ, secus vero si quis ooetatet Ecclesiam, & ita possideret in aliquo certo loco illius, vt non possit alius ibi sepeliri, tunc enim videtur illam obligationem ex parte clericorum, seu Ecclesiæ posse vendi saltem auctoritate Prælatorum Ecclesiæ, cùm circa hoc non inueniatur facta prohibitio, quia aliud est vendere sepulturam, quod prohibetur, aliud vendere obligationem non sepeliendi alium, vt per se constat: vnde neque tunc venditur aliquid spirituale, neque spirituali annexum, illa enim obligatio est onus accidentarium, quod æstimabile pecunia est, ita etiam (Suar. non citato) dicit Fr. Raph. de la Torre *de relig. tom.* 2. *q.* 100. *artic.* 4. *disp.*

*disp.7.*Malder. *2.2.tract.9.cap.3.dub.9.* Sed illa ratio de honorabiliori loco non videtur reiicienda, si locus est honoratior, ob rationem & respectum aliquem temporalem, quia tunc non emitur res sacra, sed honor quidam humanos, qui in hominem existimatione, & appretiatione positus est, tum quia emens locum honoratiorem, in quo sedeat, non committit simoniam, Gabriel.*in 4.dist.25. q. 2. dub.* 10.Soar.*d.l.4.c.28. num.*23.ergo nec simonia committitur dum honoratior sepulturæ locus emitur, vt optimè considerat Bonacin. *d.* §. 6. *num.* 4. optimè Rota *decis.662.num.1.apud Farin.p.2.in posthum.* ibi *Quo verò ad iustitiam, licèt sepultura vendi non possit absque labe simoniæ, cùm sit res sacra, ca. abolenda, de sepult.cap.non satis, de simon.tamen pro sepultura licitum est pretium recipere ratione ritus, vel dignioris loci in Ecclesia, cùm hoc non videatur concernere spiritualitatē, sed potiùs quandam praeminentiam, quæ potest pretio æstimari; nam pro sepultura debita & necessaria Christianæ in loco sacro adsunt loci particulares, vt sunt cœmeteria, pro quibus pecunia peti non potest, nec talis sepultura vendi, d.c.abolendæ; si tamen aliquis ibi nolit sepeliri, sed eligat aliquem locum honorabiliorem in Ecclesia, propter illum locum praeminentem, ille honor est, qui pretio æstimatur, & sic vendi potest, & hoc casu non dicitur vendi sepultura, quæ gratis præstatur defunctis per eorum Parochos in cœmeteriis*, &c. Ilud tamen aduertendum duxi cum eodem Suar. *d. l.4. c.14.num.* 18. quòd si quis habeat sepulchrum proprium suis sumptibus emptum, vel ædificatum pro se, aut suis, non est materia simoniæ si vendatur quoad proprietatem, iuxta valorem fundi, respectu habito ad solas expensas in eo ædificando factas, quia ibi non venditur benedictio, nec proprium ius sepulturæ, sed materiale illud, ad quod illa sequuntur. Vnde similia loca iure hæreditario transferri solent à parentibus ad filios ratione temporalitatis, quæ in eis est, vt supra diximus.

Vtrùm valeat consuetudo quòd quid certum exigi possit à Curato pro sepultura, seu pro officio sepulturæ? Abb. *in c.cùm M.Ferrariensis, de constitut. & in d. cap. abolenda*, post gloss. *ibi* tenet talem consuetudinem post traditum sepulturæ corpus esse obseruandam, quia habet principium voluntarium. Contrariam verò opinionem, immo consuetudinem soluendi aliquid pro sepultura, seu pro officio sepulturæ, non teneri, etiamsi solutio fiat postquam corpus esset traditum sepulturæ, sustinent Gemin. *in d.cap.cùm M.Ferrariensis*, Host. Card. & Anton. de Butrio *in d. cap. abolenda*, Paul. de Castro *cons.* 361.*p.* 1. Marc. Mantua *cons.* 293. *per tot.* Ripa *in tract. de peste, tit.de remed.præseru.contra pestem n.*109.*cum seqq.* latè Alex. Trentacinq. *cons.* 57. *per tot. vol.* 2. vbi *à num.* 4. plura requirit ad hoc vt valeat consuetudo dandi certum quid pro quolibet mortuo. Primum qòod huiusmodi consuetudo habeat principium voluntarium, hoc est, quòd primò tale quid liberaliter soluerint, ita quòd non sit iniustè ab eis exactum. Secundum quod actus ab eo fiant eo animo, vt consuetudo inducatur. Tertium quod testes deponant de actuum visu, cuius consuetodo allegatur, & quòd deponant de actuum frequentia, & de temporis diuturnitate. Quartum quod illud, quod soluitur, sit certum arbitrio Parochianorum taxatum.

19 Electio sepulturæ omnibus adultis est libera, dummdo non prohibeantur à Iure, cùm sit actus propriæ voluntatis, *cap. cùm liberum 6. de sepult.* Nat.*cons.432.num.6.cum sequentib.* Cæs.de Graffis *decis.1.num. 1.de sepult.*Læl. Zechi. *de republ. Eccles.cap.28. de Parocho, num. 17. fallent. 2.*Aloys. Ricc.*in praxi rerum fori Eccles.resol.563.in 2.edit.* Bellet.*disquisit.cleric.p.1.tit.de clerico debitore,§.3.
*n.*13.Parlad. *d. differ.* 66.§. 1.*num.*1. etiam in Fra- 20
trum Prædicatorum, & Minorum Ecclesiis, relicta Parochiali, vt probatur *in Clem. Dudum.* §. *huiusmodi quoque statuto, de sepultur.* Vgolin. *de officio Episcopi,c.17.num.* 2. Card. Tusch. *in pract.
conclus.lit.P,concl.97.n.5.* Hieron. Rodet. *d.resol.* 21
128.*n.* 3. Quod Pius V. ad reliquos Religiosos ampliauit, & sic electio sepulturæ in Ecclesiis Regularium non potest à Parochis impediri, vt resoluit nouissimè Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori Eccles.part.4.resol.193.n.32.*

Et hinc S. Rituum Cong. *in vna Capuana, sub 22
die 31. Martij* 1629. respondit ad relationem Eminentissimi Cardinalis Pij Curatum Casalis Casæ pullæ Capuan. Diœcesis non posse prohibere Alicornio Natali eiusdem terræ ius sepulturæ pro se, & successoribus in Ecclesia per ipsum Alicornium ædificata, reseruata quarta funerali proprio Parocho. Postea dubitatum fuit an eueniente casu liceat sepelire mortuos in dicta Ecclesia sine præsentia dicti Curati si vocatus venire nolit, & an idem fieri possit absque ipsius licentia,
si petitam dare recuset? Eadem Sac.Rit.Congreg. 23
eodem Eminentiss.Card.Pio referente, *sub die 22. Decemb.*1629.censuit si Curatus requisitus interesse recuset, vel petitam licentiam deneget, posse in dicta Ecclesia tradi sepulturæ supradictorum defunctorum corpora sine ipsius interuentu, & licentia.

Ex qua libertate in eligenda sepultura proue- 24
nit, vt eam possit quilibet reuocare vsque ad finem vitæ, Gemin.*in cap.licèt, §.quamuis, de sepult. lib.6.*Cæs.de Graffis *decis.1.num.5.de sepult.*Anch. *cons.* 214.*n.* 5.*cum seqq.* Mari.Anton. *variar. resolut.l.1.resolut.12.casu 59.vers.tertio.*Sebast.Medices *de sepult.p.1.q.8.num.* 1. Carol. Maranta *respons.tom.* 2.*resp.* 14. *num.*1. Ad quam electionem sepulturæ probandam sufficiunt leuiores probationes, itavt etiam tacitus consensus admittatur, Stephan. Gratian. *discept. forens. c.* 817. *num.* 13. & 14. Sed requiri saltem duos testes ad probandam electionem speciem cùm sit species vltimæ voluntatis, & agatur in ea de præiudicio Ecclesiæ Parochialis, tenent Sebast. Medices *de sepultur. q.* 8.Lauret. de Franchis *de controuers. inter Episcopos & Regular, in quæstionibus var.q.* 64. vbi etiam quòd probatur electio sepulturæ per
testes singulares.Hinc etiam fit vt nullum pos- 25
sint sub pœna excommunicationis inducere Religiosi, & saeculares clerici ad eligendam sepulturam sub voto, vel promissione de non mutando illam electionem *cap. 1. de sepult. lib.* 6. Corduba de Lara *in l.si quis à liberis, §. parens, n.96. & seqq.ff.de liber. agnoscen.* Gutier. *de Iuram. confirmator part.2.c.4.n.11.cum seqq.* Vgolin. *de officio Episcopi, cap.17. num.* 1. *vers. item locum.* Fr. Emman.*quæst.Regul.tom.3.q.58.art.7.*Bonacin. *de censur.extra Bullam, disp.* 2. *q.* 5. *puncto* 4.Melch. Phœbo *Lusitan.decis.8. in fine, tom.1.* Iul. Lauor. *var.lucub.tom.1.tit.2.de prisco, & recent.funer.more,cap.11.n.3.*etiam non sequuto effectu sepulturæ, vt tenet Fr.Emman.*tom.4.sum.cap.130. num.7.* se corrigens de eo, quod dixerat *d. art.* 7.§. *quintò*

circa

circa, quia, inquit, verba prohibitionis iam hic sortiuntur suum effectum, siquidem actus talis inductionis consistit in quadam successione continua, qui vbi primùm incipit, iam pro consummato habetur, refert Franc.Hieronym, Roderic. *in compendio quæst.resol.* 128.*rerract*.2. Et ideo Pa-
27 rochus violenter rapiens, vel spolians funus antequàm veniat ad manus eorum, quibus debetur, perdit ius, quod habet, & quartam Canonicam, teneturque restituere cum corpore quicquid accipit, Fr.Emman.*tom*.3.*q*.61. *art*. 3. Portel. *in dubiis Regularib.verb. Canonica portio*,*n*.6.Hieron.Roder.*vbi suprà*, *resol*. 18.*n*.13. Impubes ob consilij imbecillitatem sepulturam sibi eligere non potest,*c.licèt de sepult.in* 6. nisi malitia suppleat ætatem, Lap. *alleg*.59.*num*.2. Zerol.*in praxi Episcop.p*.1.*verb.sepultura* §.1.Iul. Lauor.*var. lucub.tit*.2.*c*.11.*n*.109.Sperel. *decis*.89. *n*. 2. Sebast. Medicis *de sepultur.q*. 8. *num*.3. nouissimè Didac. Narbona *in tract.de ætate ad omnes humanos actus requis. anno* 14 *q*. 47.*in princ*. vbi etiam post Parlad *quotid.tom*.3.*differ*.66. §. 1. *num*. 14 Federic.
28 Scot.*tom*.1.*consil.lib*.3.*cons*.20.*n*.4. & alios. Idem resoluit in fœmina impubere duodecimum annum non excedente. Igitur pro illis impuberibus eligit pater sepulturam, si consuetudo terræ id habeat; si verò non sit, sepeliri debet in sepultura Maiorum, aliàs in Parochia. *cap. licet*. Sebast. Medices *de sepult.quæst*. 8.Bellet.*d*. §.2. *num*. 17. Parlad.*d.differ*.66. §. 1.*num*.14.Stephan. Gratian. *discep.forens. cap*. 94. *num*. 7,. Cùm filia Antonij Scarpellini in minori ætate ex hac vita migrasset, Præpositus S.Martini sub noui Ritualis prætextu in eius Ecclesiamllam sepeliri prætendebat, non obstante quòd illius Maiorum sepultura in Ecclesia Fratrum Minorum Conuentualium S. Francisci existeret; quapropter sacta Congreg. Cardinalium negotiis Episcoporum, & Regularium præpositorum *in vna Asculana* 21. *Octobris* 1616. dictæ filiæ cadauer dictorum Fratrum Ecclesiæ restituendum censuit, cùm qui sepulturam sibi eligendi facultatem non habet, in Maiorum suorum sepultura humari debeat. Nouissimè S. Congreg. Cardinalium negotiis Regularium præposita sæpius censuit *licere parentibus in quacunque Ecclesia voluerint, etiam Regularium, eorum filiis minoribus, qui ad annos pubertatis nondum peruenerunt, eligere sepulturam, nec à Parochis locorum impediri posse, aut debere, præsertim verò si in dictis Regularium Ecclesiis sepeliri consueuerunt, vel in iis habeant sepulchrum Maiorum*.Romæ 20. Ianuarij 1640. refert Laur. de Peyrin. *tom*. 3.*in fine*,*p*.570.

Quæ quidem consuetudo ita demum tribuit patri ius eligendi sepulturam, si filius ante pubertatem decedat, nam si pubes factus moriatur, non est in sepultura à patre iam illi electa sepeliendus, nisi eiusmodi electionem ratam habuerit, Petr.de Vbaldis *in tract.de Canon.part.c*.11.Lauor. *d.tit*.2.*c*.11.*sub num*. 18. Sperel *decis* 89. *num*.5. vbi concludit ita demum patrem posse eligere sepulturam filio impuberi, si electio fiat in vita secus post mortem. Quamuis nonnulli doctores ex quorum numero sunt Vbald. *d.cap*. 11. *n*. 4. Marc.Anton.Gennens. *in praxi Archiep. cap*. 16. *num*. 4.Aloys.Ricc.*in praxi rerum quotid.reso*. 666. existimauerint hoc priuilegium soli patri competere; ex eo, quia cùm suetudo ista sit contra ius disponens quemlibet tumulari in sepulchro patrum suorum, si fieri possit, aliàs in Parochia, vt per Iura suprà citata, & agatur de præiudicio tertij, non debet fieri extensio de patre ad matrem, vulgaris *l. si verò* §. *de viro ff. soluto matr*. Nihilominus contrarium, immò dispositionem *d.cap.licet*, etiam ad matrem extendendam, sustinet crebrior scribentium sententia, vt ibi tradunt gloss.Gemin. *num*.4. & Franc. *num*. 3. Emman.Sà *in aphor.verb.sepultura n*. 11. Layman. *in opere moral.tit.de sepultur.n*.15.Lauor. *d. tit*. 2. *cap*.11.*num*.159 Molin.*de Iustit.tract*.2.*disp*.214. *vers.Pater eligere*. Sperel. *decis*. 89. *à num*. 6. vbi latè contrariis respondet, vbi *num*. 16. me citato resoluit d. cap. *licet* non extendi ad amicum, fratrem, auum, consanguineum, & affinem, & *à n*.17.disputat qualiter hæc consuetudo debeat esse legitimè præscripta.

Mulier vidua quæ habuit plures viros, si non 29
electa sepultura moriatur, est sepelienda in sepultura vltimi viri, *cap*.1.§.*mulier, de sepult.in* 6. Iul. Lauor. *var. lucubrat. tom*. 1. *tit*. 2.*c*.11.*num*.136. *cum sequentibus* Nouar.*de elect fori quæst*. 3.*sect*. 3. Aloys.Ricc.*in praxi rerum fori Ecclesi.part*. 4. *resolut*.193.*num*.11.Parlad.*d.differ*. 66.§. 3.*n*. 8.Bellet.*disquisit.cleric.tit.de clerico debit*.§.3.*n*.16.Sperell.*decis* 87. *num*. 13, vbi reddit rationem, quia vir & vxor effecti sunt vna caro, & vidua domicilium, dignitatemque retinet mariti, & *n*. 15. ampliat etiamsi vidua redijsset ad domum patris sui, latè Molin.*d.tract*. 2. *disp*.214. *vers.sicut vir*, vbi ampliat etiamsi vir fuerit ignobilior, & ipsa longo post tempore decedat. De vxore autem, quæ viro superstite decessit, tumulanda est vel in sepulchro Maiorum, viri, vel vbi ille elegit, aut saltem declarat secùm obierit velle sepeliri, ita ex Anch. Franch. Vbaldo. Siluest. & Rota tradit Sperell.*d.decis*.87.*num*. 16. vbi *num*. 17. id restringit ad casum, quo non fuerit cognita, nec traducta à viro, vel diuortium ob ipsius vxoris adulterium factum fuerit, quia priori casu non acquisiuit domicilium, posteriori illud amisit, & *n*. 18. vel nisi vxor elegerit sibi sepulturam diuersam, quod & sine viri licentia facere potest, & citat Spin.*in spec.testam.gloss*.2.*princip*. 2.*n*.41.Bellet.*d*.§.3.*n* 41.

Religiosi, cùm non habeant electionem sepul- 30
turæ, *c.vlt.de sepult.cap.religiosi,eod.tit.in* 6.Sepeliendi sunt in proprijs Monasterijs, *cap. vlt. de sepultur.lib*.6.Fr.Emman.*quæst.Regular. tom*. 3. *q*. 60.*art*.1.& 2. Vgolin.*de officio Episcop.c*. 17. *n*. 9. latè Sanch.*in præcepta Decalogi,tom*. 2.*lib*. 6. *c*.14. nouissimè Aloys.Ricc.*in praxi rerum fori eccl.p*.4. *resol*.19; *num*.39.Parlad.*d.differ*.66.§.1. *num*. 15. Sperell.*decis*.87.*num*.15. Nicol.Boër. *decis*. 175. Laur.de Franchis *de controu. inter Episcop. & Regul. q*. 60. etiamsi extra claustra decedat, quia tunc, etiam Parochia inconsultis, ad eorum Ecclesias deferri debent, vt censuit S. Congregat. Eminentissimorum Card. Concil. Trid. interpretum, *sub die* 2. *Iulij*. 1610. Prout refert Laurent. de Peirinis *in Constit. sui Ordinis Minimorum,tom*.2.*Constit*.7. *Pij V.num*. 13. *vers. ad decimum,pag* 194. nisi sint ita remoti à proprijs Monasterijs, vt commodè portari nequeant, quia tunc possunt eligere sepulturam, *d. cap. vlt*. Nau. *commento* 2 *de Regularib. num*.43 Fr. Emman. *d. q*.60.*art*.2. *vers. aduertendum tamen est*, Sanch. *d. cap*.14.*num*.3.Diana *p*.5.*tract*.3.*resol*. 110. nouissimè Didac.Narbona *d.ann*.14.*q*.47. *n*. 5. Si verò in partibus sic remotis à Monasterijs moriantur non electa sepultura, sepeliendi erunt in Eccle-

sia

ſia Parochiali : in qua deceſſerint, iuſtar ſecularium in itinere morientium, vt tenent Din. Anchar. & Franch. *in d.cap.vlt.* Sanch. *d. cap.* 14. *num.* 4. ſubdens contra gloſſ. *ibi*, in caſus propoſitione, ſepeliendos adhuc in Eccleſia Parochiali, quamuis ibi ſit Monaſterium aliquod ſui Ordinis; niſi ibi fuerint cauſa perpetuæ reſidentiæ, Laurent. de Franchis *de controuerſ. inter Epiſcop. & Regul. in variis quæſt. q.* 60. *verſ. ideo*, vbi reſoluit quòd Religioſus, qui in remotis deceſſit, ſepeliatur in Eccleſia Parochiali, ſi non electa ſepultura deceſſerit, quia poteſt eligere ſepulturam ſi eſt in remotis, extra monaſterium. Supremus Religionis Prælatus poteſt ſibi eligere ſepulturam, quia in multis habet velle, aut nolle, Fr. Emman. *quæſt. Regul. tom.* 3. *q.* 60. *artic.* 1. Laurent. de Franchis *dict. tract. q.* 61. reſoluentes etiam quòd ſi Prælatus hic eligeret ſepulturam, & poſtea decederet, finita Prælatura, non eſſet ſepeliendus in loco electo, ſed in ſuo monaſterio, quia inſpicitur tempus mortis ad habilitatem eligendæ ſepulturæ diſcernendum. De Nouitio certum eſt poſſe ſepulturam eligere, quia *d.c. fin. de ſepult. in* 6. ſolis Religioſis interdicit. Nouitius autem non eſt verè Religioſus, ita ex Franch. Armil. & Tabiena reſoluit Lauret. de Franchis *d.tract. q.* 56. at *q.* 57. poſt Fr. Emman. *quæſt. Regul. tom.* 3. *q.* 60. *art.* 2. *in fine*, reſoluit conſuetudine obtentum iam eſſe, vt in monaſterio ſepeliatur, attentis Religionis priuilegiis, etiamſi ille eſſet in propoſito redeundi ad ſeculum, & *q.* 58. poſt Petr. de Vbaldis *de Canon. Epiſcop.cap.* 13. *num.* 3. & Fr. Emman. *d.q.* 60. *art. vlt.* tenet quòd ſi Nouitius patrimonio caret, ſepeliendus eſt expenſis monaſterij; ſi verò patrimonium habeat, illius expenſis eſt ſepeliendus, niſi conſuetudo fuiſſet quòd in quocunque caſu expenſis monaſterij ſepeliretur, & *quæſt.* 39. poſt Sanch. *d.lib.*6. *cap.* 14. *num.* 13. tradit Nouitium extra monaſterium defunctum, patrimonium non habentem, nec parentes, expenſis monaſterij eſſe ſepeliendum. Si verò habeat parentes diuites, & conſuetudo ſit illi vt faciant huius expenſis, ea ſeruanda eſt.

31 Quando quis decedit non electa ſepultura, in ea ſepeliendus eſt, in qua Maiores ſui ſepeliri conſueuerunt, ſoluta quarta Parochiali, *cap. Hebron. cap. placuit* 13. *q.* 2. *cap. fraternitatem, de ſepult. cap. is, qui, eod. tit. in* 6. Spin. *in ſpeculo teſtam. gloſſ.* 2. *princip. num.* 38. Ioan. Grac. *de expenſ. cap.* 8. *num.* 4. Cardin. Tuſch. *tom.* 7. *lit. S, concl.* 194. Vgolin. *de officio, & poteſt. Epiſcopi, cap.* 17. *num.* 3. *in fine*, Parlad. *d. differ.* 66. §. 2. *à princ.* Sperell. *in de-*
32 *ciſ. fori Eccleſ. deciſ.* 88. *num.* 1. Maiores dicuntur pater, auus, & alij ſuperiores, *l. maiorum, ff. de verborum ſignifi.* citati per me, *de appellat. verbor. vtriuſque Iuris ſignif. appellat.* 137. *à num.* 4. Istè ad propoſitum Læl. Zech. *d. c.* 28. *de Parocho, num.* 17. *verſ. fallit*, vbi tenet quòd ſi pater, & auus ſint ſepulti in vno loco, & proauus, & tritauus in alio, ſepelietur filius cum patre, & auo; ſi verò in vno ſepulchro non ſunt plures Maiores, ſed in vno pater, in alio auus, ſepelietur in Parochia vbi audit Diuina. Sed credo ſepeliendum apud ſepulchrum parentum, non verò abaui, & aliorum aſcendentium, nec apud Eccleſiam in qua audit Diuina, quia ſepultura inter mortuos comparatur domicilio inter viuos, filius autem ſequitur domicilium parentum, & non aliorum aſcendentium *l. aſſumptio, ff. ad municip. fraternitatem, de ſepult.* Ideò ſic docent Oldrad. *conſ.* 251. Petr. de Vbaldis *de Canon. Epiſcop. c.* 9. *n.* 12. Abb. *in c.* 1. *n.* 5. *de ſepultur.* Sperell. *deciſ.* 88. *num.* 7. vbi rationem aſſignat, quia plus influit proximum immediatum, quàm mediatum, Villalob. *in ſum. part.* 2. *tract.* 31. *diffic.* 3. *n.* 4. Hieron. Roder. *d. reſol.* 128. *n.* 28. Fr. Emman. *in addit. ſum. tom.* 4. *cap.* 130. *n.* 12. vbi ſe corrigit de eo, quod priùs ſcripſerat *quæſt. Regul. tom.* 3. *q.* 38. *art.* 8. Si verò quis moriatur, ſuperſtite adhuc patre, is ſepeliendus erit in ſepulchro aui, & ſic viciniotis aſcendentis, Petr. de Vbald. *d. tract. c.* 9. *n.* 8. At ſi omnes cæteri Maiores in vna ſepultura, pater verò in alia tumulati fuerint, dummodo non caſu, vel ex accidenti, adhuc filius in ſepultura matris ſepeliendus eſt, Panor. *in c.* 1. *n.* 1. *de ſepult.* Sebaſt. Medices *de ſepultur. q.* 7. *num.* 22. Molin. *d. tract.* 2. *diſp.* 214. *verſ. ſi quis è vita*, Sperell. *d. deciſ.* 87. *n.* 9. reprobans contrariam ſententiã, quam ſuſtinent gloſſ. & Ioan. Andr. *in d. cap. is qui, de ſepult. in* 6. & Lauor. *d.c.* 11. *n.* 13. Demum ſi aliam ſepulturam proauus, aliam auus, & aliam diuerſam pater elegerit, patris ſepulchrum eſt attendendum, vt per Abb. *in c.* 1. *n.* 5. *de ſepultur.* Lauor. quem contra Syluest. ſequitur Sperell. *d. deciſ.* 87. *n.* 10. vbi *num.* 12. aduertit à prædictis recedendum, quoties ex coniecturis ſuadetur contrarium, puta ex qualitate patris, vel ſui, vel proaui, vel ipſius ſepulchri, ex quibus Iudex arbitrari poterit præſumptam defuncti intentionem.

Sed ſi nullam ſepulturam Maiores ſui habe-
bant, tunc ſepeliendus eſt in Parochia ſua, *cap. ex* 33
parte, cap. in noſtra. de ſepult. Medic. *in tract. illius tit. p.* 2. *q.* 6. *num.* 1. & 2. Mari Antonin. *var. reſol. lib.* 1. *reſol.* 112. *caſu* 39. *verſ. quartò*, vbi ſcilicet Sacramenta ſuſcipit, gloſſ. *in formatione caſus, verſ. nota, in cap.* 1. *de ſepult. lib.* 6. Burſat. *conſ.* 226. *num.* 119. *cap.* 3. Parlad. *d. differ.* 66. §. 3. *à princip.* Bellet. *d.* §. 3. *num.* 19. vbi *num.* 20. ſubdit, quòd eodem modo ſi clericus ſepulturam non habeat, neque illam ſibi eligat, ſepeliri debet in Eccleſia, cuius adminiſtrationem, vel curam geſſit, vel ibi reſidere tenebatur, & citat Burſat. *q. conſ.* 226. *num.* 18. & 19. Vbi enim quis ad præſens habitat, & animum habet ad aliquod notabile tempus permanendi, licèt non conſtituendi domicilium, ibi dicitur quoad hunc effectum habere Parochiam, vt contingit in officialibus, ſcholaribus, famulis, nutricibus, & in conducentibus domum ad annum, tametſi morte præuenti illum non compleuerint. Ita Silueſt. *in ſum. verb. ſepultura n.* 8. *verſ. ſi verò*, Salzed. *ad Bernard. & pract. c.* 73. *verſ.* 14. *in fin.* Ceual. *comm. contr. comm. q.* 458. *n.* 36. Menoch. *conſ.* 398. *l.* 4. Sanch. *de Matrim. l.* 3. *diſp.* 23. *ſub n.* 12. *verſ. & confirmatur*, Gutiet. *in ſimili tract. c.* 63. *n.* 19. Steph. Gratian. *diſcep. for. c.* 73. *n.* 18. Sperell. *in deciſ. fori Eccleſ. deciſ.* 87. *n.* 5. eo ipſo ac quis percipit Sacramenta in aliqua Parochia, in dubio videtur ibi elegiſſe ſepulturam, vt per Butr. *in c.* 1. *n.* 9. & abb. *n.* 4. *de ſepult.* Silueſt. *verb. ſepultura n.* 8. Marc. *var. lib.* 2. *cap.* 95. *num.* 15. Stephan. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 94. *num.* 74. Seraphin. *deciſ.* 1135. *n.* 3. Vs in exteris & forenſibus habentibus hoſpitium in ciuitate, qui in Parochia, in qua degunt, ſepeliendi ſunt, cùm in illa ſumant Sacramenta. Vitalin. *in Clem.* 1. *n.* 59. *de priuil.* Armil. *in ſum. verb. ſepultura n.* 52. *in fine*, Silueſt. *eod. verb. n.* 8. Gig. *conſ.* 97. *n.* 3. Mareſc. *d. l.* 2. *c.* 95. *n.* 9. Gratian. *d. c.* 94. *n.* 73. Sperell. *d. deciſ.* 87. *n.* 12.

34 Ius enim sepulturæ pendet multùm ab administratione Sacramentorum, Stephan. Gratian. *discept.forens.cap.94.n.74.* Sanch. *de Matrim. lib.3. disp.23.num.17.* Maresc. *citato loco*, Sperell. *d.decis.87.n.8.*

35 Peregrinus si moriatur, dum est in via, sepelitur in Cathedrali, vt censuit sacra Congregat. Cardinalium negotiis Episcoporum, & Regularium præposita, *sub die 5. Iunij.* 1592. cuius meminit Sperell. *d.decis.87.num.14.* licèt communis Doctorum tenuerit quòd vagi & peregrini, quorum paternum sepulchrum vel ignoratur, vel commodè haberi non potest, sepeliendi sunt in Parochia, in qua decesserunt, etiamsi Parochus non administrasset eisdem Sacramenta, vel quòd ex improuiso decedāt, vel quòd Parochus repertus non fuerit: ita Siluest. *d.n.8* Maresc. *d.c.95.n.10.* Seraph. *decis.1135.* Gratian. *d.c.94.n.73.*

36 Canonicus verò Ecclesiæ Cathedralis an in ea sit sepeliendus, vel potiùs in Parochia, vbi habet domicilium? vide Lap. *alleg.63.n.4.* Archid. *in c. statutum, §. cum verò, de rescript. in 6.* Anchar. *cons.369.* Petr. de Vbald. *de Canonica portione, cap.9. ex n.28.* Card. Tusch. *practic.concl. tom.6. lit.P, concl.99.n.5.* Pallad. *d.differ.66.§...n.6.*

37 Quanto autem tempore à morte Parochus tenere debeat mortuum super terram antequam sepeliatur, & an sepeliri possit omni die, & hora, vide Posseuin. *de officio curati, c.14.n.1 & 2.* vbi monet in hoc obseruandas esse proprij Episcopatus Constitutiones, & *n.3.* resoluit, Parochum teneri sepelire suos mortuos, & gratis, vbi ita sit consuetum: at posse recipere solitum dari vbi est laudabilis consuetudo aliquid tribuendi pro funere petendo consuetam largitionem post mortuum à se liberè sepultum.

38 Caueat quàm maximè Parochus ne aliquem inducat ad promittendum, aut iurandum se accepturum sepulturam in sua Ecclesia, aut quam iam antea accepisset non mutaturum, quia id prohibitum est *in cap.1. de sepultur. lib.6.* Melch. Phœbo *Lusitan. decis.8. in fin. t.1.* Iul. Lauor. *var. lucubrat. c.1. tit.2. c.11. n.3.* cum aliis suprà citatis *n.25.* Vnde si Parochus dum vadit ad infirmum communicandum, ipsum interrogat non in genere in qua Ecclesia vult sepeliri, sed in specie, dicēdo: Vis sepeliri in Parochia, vel in alia Ecclesia? ipsam specialiter nominando: non valet hæc electio tanquam facta ad suggestionem, sed debet in genere interrogare, Bursat. *cons.226. n.18. vol. 3.* Aloys. Ricc. *in praxi p.4 resol.293.n.30.*

39 Ius sepulturæ aliquibus casibus amittitur, & præcipuè per simoniam, per occisionem Rectoris, hæresim, seu crimen læsæ maiestatis, aut si viuus in ea sepeliatur, & aliis modis, de quibus Lambert. *de iurepat. lib.3.q.8.art.2.* Sebast. Medic. *q.16. n.43.* & tunc Ecclesia fit libera, si vnus tantùm erat dominus, qui aliquod ex illius criminibus commisit, secus si plures, quia in casu amissionis vnius accrescit alteri, si erat sepulchrum familiare.

40 Excipiuntur plura hominum genera, qui Ecclesiastica sepultura carent; hi enim nec in Parochia, nec alibi in loco sacro sepeliri debent, cuiusmodi sunt primò excommunicati notorij, & denunciati, *c. sacris de sentent. excom. c. is qui, eod. tit. in 6. Clem. 1. de sepult.* Galganet. *de Iure publico, lib.3. tit.109. num.35.* Henriq. *in sum. lib.13. c.11. §.3. & cap.43. §.3.* Azeued. *l.6. n.8. cum seq. tit.18. lib.4. noue Recopil.* Possauin. *de officio Curati c.14. n.4.* Vgolin. *de censur. tab.2. c.9. §.5. & 6. & de officio Episcopi, c.17. n.4. vers. septimo,* Ego *in collect. ad c. ad hac, n.2. de priuil.* nisi talis excommunicatus in articulo mortis pœnitentiæ signa dedisset, vt declarauit S. Congreg. Cardinalium negotiis Episcoporum, & Regularium præpositorum, nam cùm quidam Ioannes Baptista Mastrillus dum excommunicatus esset, interfectus fuisset, proindeque extra Sacrum humatus, eiusdem consanguinei S. Congregationi supplicarunt quatenus stāte quòd idem Mastrillus in mortis articulo pœnitentiæ signa dedisset, eius cadauer in Sacro humari ordinaret, cùmque eadem S. Cong. super pœnitentiæ huiusmodi signis per Episcopum informari voluisset, idem Episcopus retulit quòd prædictus Mastrillus in mortis articulo dixit, *Confessione, Madonna Santissima aiutame*, qua relatione stante, S. eadem Cong. prædictum cadauer Ecclesiasticæ sepulturæ tradi mandauit, *in vna Nolana, sub die 19. Iulij* 1619.

Secundò interdicti notorij, & denunciati, *dict.* 41
Clem. 1. de sepult. Vgolin. *d. tract. tab.5. c.13. §.4 & cap.15. §.4.* nam & generaliter per omne interdictum, siue locale, siue personale vsus Ecclesiasticæ sepulturæ prohibetur, *c. cùm & plantare, §. quod si Templarij, de priuil.* vbi plures citaui Doctores *in collect. n.40.* Et de suspensis ab ingressu Ecclesiæ, *c. is cui 20. §. talis quoque, de sentent. excomm. in 6.* Galganet. *d. tit.109. n.36.*

Tertiò publici, & manifesti vsurarij, nisi alie- 43
num restituerint, vel idoneam dederint, de restituendo cautionem, *c. quia, de vsur. c. quanquam, eod. tit. in 6.* Couar. *lib.3. var. cap.3. num.9. vers.12.* Galganet. *d. tit.109 n.37.* Posseu. *vbi suprà.* Sayr. *in claui Regia, lib.10. cap.5. num.9.* Vgolin. *de officio Episcopi, cap.17. num 4. vers.5.* Vnde vsurarios manifestos publicè excommunicatos, & nominatim interdictos exhumari facere potest Episcopus, etiam de Monasteriis exemptis Regularium, & procul proiici ab Ecclesia, vt innuit *Clem. 1. de sepult.* quem ad hoc citat Hieron. Rod. *de resol. 128. num.24.*

Quartò infideles, Pagani, Iudæi, Hæretici, etiam- 43
si post mortem appareat de hæresi, *cap. excommunicamus, §. credentes, de heret.* vbi *in collect. n.39.* plures citaui Doctores, Azor. *instit. moral. part.1. lib.8. c.13. q.8. vers. sexta,* Sanctarel. *de heresi, c.28. num.12.*

Quintò manifesti raptores, nisi restitutione se- 44
quuta, vel alius velit pro illis restituere, *c. super eo, de raptoribus.*

Sexto, decedentes in torneamentis, *cap.1. & 2.* 45
de torneamentis. Fr. Emman. *quæst. Regul. tom.3. q.68. art.2. vers.10.* Vgolin. *d.c.17. n.4. in princ.* Posseuin. *de offic. curati, c.14. sub num.4. vers. caret item*, vel in duello morientes, Concil. Trid. *sess.25. de reform. c.19.* Galet. *in margarita casuum Conscientiæ, verb. sepultura, ult.* Martin. Carrillo *en la explicacion de la Bulla de los defunctos, p.2. cap.4. num.55.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.22. num.76. vers. accedit*, Vgolin. *d. cap.17. n.4. vers.2.* Steph. Gratian. *discept. forens. cap.410.* vbi dicit quòd nec sufficit ostendere ante obitum signa pœnitentiæ, & quamuis Pereg. *de duello q.7. n.4.* existimauerit priuari debere Ecclesiastica sepultura, qui in ipso conflictu duelli vulneratus, eodem die, vel alio postea moritur; tamen probabiliter sustineri potest decertantem in duello priuandum esse Ecclesiastica sepultura, etiamsi ob vulnus in duello acceptum non statim, sed alio die moriatur,

quam

quamuis fortè constet ante mortem pœnitentiæ signa dedisse, vt per Sanc. *in select. disp.* 36. *num* 9. Diana *resol. moral. p.* 2. *tract.* 2. *miscel. resol.* 54 Bonac. *de cens. extra Bullam, disp.* 2. *q.* 3. *punct.* 48 *num.* 22. vbi addit Parochum non debere illos sepelire, nec Ecclesiasticam sepulturam denegare, si non sit notorium delictum, sed rem ad Episcopum, seu ad ipsius Vicarium deferre debere.

46 Septimò, qui semel in anno confessus non est, & in Paschate Eucharistiam non suscepit, nisi de consilio Sacerdotis prorogasset, *cap. omnis vtriusque sexus, de Pœnit. & remiss.* Vgolin. *de offic. & potest. Episcopi, cap.* 17. *n.* 4. *vers. tertio.*

47 Octauò Religiosi vtriusque sexus proprietarij si moniti à Superiore absque emendatione, & pœnitentia decesserint, *cap. Monachi*, *de statu monachor.* Vgolin. *d. cap.* 17. *num.* 4. *vers. quarto* Galganet. *d. tit.* 109. *num.* 38. Posseuin. *d. loco*, Portel *in dubiis Regular. verb. sepultura, num.* 11. Hieron. Roder. *in compendio quæst. Regul. resol.* 188. *num.* 20. Lauor. *de Iubilao, p.* 2. *cap.* 30. *num.* 129. vbi adducit exemplum de Iusto Monacho, quem repertum proprietarium, licèt postea pœnituerit, & pœnitentiam fecerit, adhuc B. Gregorius voluit (ad terrorem forsan aliorum) sepeliri in sterquilinio. Existimo tamen non esse ita præcipitanter priuandum Ecclesiastica sepultura Religiosum inuentum mortuum cum bursa denariorum; præsumi enim debet denarios non esse proprios, vel quòd ex obliuione, aut negligentia alterius inibi remanserint, vt benè resoluunt Portel. & Hieron Roderic. *locis proximè citatis*, & *num.* 2. dicit idem de Fratre Minorita: item Villalob. *d. diffic.* 3. *num* 6. vbi idem docet cum Nauar. & Fr. Emman. de Religioso Carthusiensi inuento mortuo cum duodecim denariis, non obstante huius Ordinis statuto; quia id debet intelligi quando constaret per contemptum legis, vel animo maiora appropriandi id fecisse.

48 Nonò, peccator quilibet notorius decedens in ipso peccato mort. & impœnitens nullo dato signo contritionis, gloss. *verb. communicabatur, in cap. ex parte* 11. *de sepultur.* Cou. *in cap. alma mater, p.* 1. §. 6. *n.* 4. Petr. Gregor. *syntagm. Iuris, lib.* 2. *c.* 13. *n.* 10. Vgolin *d. c.* 17. *num.* 4. *vers. postremo*, Gutier. *canon. lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 2. *cum seqq.*

49 Decimò occidentes se ipsos ex industria, *cap. placuit* 23. *q.* 5. Roman. *sing.* 264. Couar. *lib.* 2. *var. cap.* 1. *num.* 11. Nauar. *consil.* 6. aliàs 7. *de sepultur.* Patlad. *d. differ.* 66. §. 1. *num.* 17 Sayr. *in floribus decis. sub eod. tit. decis.* 6. Bellet. *disquis. cleric. p.* 1. *tit. de cleric. debit.* §. 3. *num.* 33. Hieron. Castar. *de iurib. Paroch. tit.* 7. *cap.* 8. Galganet *d. tit.* 109. *num.* 34. Posseu. *d. cap.* 14. *num.* 4. *vers. occidens se*, Azot. *instit. moral. p.* 1. *lib.* 9. *cap.* 31. *q.* 5. Farin. *in praxi crimin. p.* 1. *q.* 20. *num.* 133. *& p.* 5. *q.* 128. *num.* 16. Vgolin. *d. cap.* 17. *num.* 4. *vers. item qui se ipsos*, vbi excipit illum, qui se præcipitem dedit, non quòd se interficeret, sed quoniam malum ipsi impendens, aliter euitare, non possit, vt in muliere, quæ per fenestras se proiecit, vt fugeret volentes eam violare, vel ne in manus inimicorum incideret; item in eo, qui in flumine se proiecit, ob huiusmodi causas. Vbi tamen aliquis reperietur mortuus in puteo, vel laqueo suspensus; non debet priuari Ecclesiastica sepultura, quia vbi non constat quòd se ipsum interfecerit, vel præcipitauerit, non est præsumendum eum potuerit per insidias, aut vim in puteum proiici, vel suspendi, aut ex furore, seu

mentis alienatione id facere, ita Mars. Socin. *cons.* 51. *vol.* 2. Marc. Anton. Genuens. *in pract. Archiep. Neapol. c.* 61. *n.* 20.

Vndecimò non restituentes Ecclesiæ decimas, *c. prohibemus, de decim.* Petr. de Vbald. *de Can. Episcop.* 14. *n.* 3. *in fine*, Spin. *in speculo testam. gloss.* 2. *princ. n.* 20. Rebuff. *de decimis q. vlt. num.* 16. Monet. *eod. tract. c.* 8. *n.* 74. & vide infrà *c.* 28. §. 4 *n.* 16. 50

Duodecimò, parricida, Menoch. *de arbitr. casu* 387. *per tot.* 51

Decimotertiò, publicè blasphemantes Deum, si pœnitentiam eis iniunctam non egerint, *cap.* 2. *in fine, de maled.* Posseuin. *d. loco.* Vgolin. *d. cap.* 17. *n.* 4. *vers. sexto.* 52

Decimoquartò, clericus notoriè concubinarius viuens, & sic perseuerans vsque ad mortem sine pœnitentia, iste enim non est cum aliis fidelibus sepeliendus, vt per text. *in cap. quæsitum, & in cap. quibus* 13. *q.* 2. *& in cap. placuit, in fine*, 23. *q.* 5. docent. Turrec. *in cap. præter* 6. *concl.* 2. *dist.* 32. Nau. *in man. cap.* 25. *n.* 8. mirum in modum commendans, notansque contra eos, qui eùm supremæ vitæ diem agunt concubinarij, candelam tenendam concubinæ tradunt, prosequitur eleganter Paul. Comitol. *respons. moral. lib.* 1. *q.* 58 Si Parochi supradictos à Iure sepulturæ priuatos apud locum sacrum sepelierint, peccant mortaliter, & tenentur restituere funus etiam à multo tempore sepultum, si petatur, & quicquid ratione illius perceperunt, excepta quarta funerali; ita gloss. per text. *ibi in cap. cùm liberum, de sepult.* Fr. Emm. *quæst. Regul. tom.* 3. *q.* 6 1. *art.* 3. *& in addit. sū. tom.* 4. *c.* 131. *n.* 6. Suar. *de censur. disp.* 23. *sect.* 5. *n.* 2. Villalob. *d. diffic.* 3. *n.* 13. Hieron. Roder. *d. resol.* 128. *n.* 23. Nota quòd legatum factum Ecclesiæ pro sepultura, adhuc ei debetur etiam si testator obculpam suam, sepultura priuatetur, Philiarcb. *p.* 2. *lib.* 6. *c.* 21. *concl.* 4. Galet. *in margarita casuum consc. verb. legatum factum Ecclesiæ.* 53 54

Caueant Parochi ne propter ius sepulturæ minimè solutum cadauer exhumatū retineatur; cùm enim S. Congreg. interuenisset per Episcopum Cotronien. ne cuiusdam Leonoræ Forestæ cadauer occasione iuris sepulturæ humaretur, prohibitum fuisse, S. eadem Congregatio prædicto Episcopo litteras iniungi mandauit, vt statim atque easdem receperit prænominatum cadauer sepulturæ tradi faciat, cùm nulla ratio patiatur, Christianæque pietati repugnans videatur, maximè verò ob pecuniarum interesse, cadauer insepultum remanere. Nec etiam sub quouis prætextu compositionis quartæ funeralis sepultura mortuorum retardari, aut impediri debet, vt eadem S. Congreg. censuit *in Cassan.* 5. *May* 1617. 55

Supradictis igitur tantummodo exceptis, aliis sepultura negari non debet, & quia ea concessa, conceditur quoque delatio mortui processionaliter, vt dicunt Oldrad. *cons.* 225. *n.* 13. *&* 14. Sebast. Medices *de sepultur. part.* 1. *q.* 7. Card. Tusch. *lit. A, concl.* 77. *num.* 9. *&* 10. Ego ipse *in collect. ad cap. accessorium, num.* 3. *de regul. Iuris lib.* 6. ideo videndū quæ sint partes Parochi in sepeliendis defunctis & eorum funeribus ducendis. Nam licèt pompa funeralis non sit de necessitate sepulturæ, vt inquit S. Augustin. *de ciuitate Dei.* Sepulchrorum memoria sumptusque funeris magis viuorum est consolatio, quàm defunctorum vtilitas: & Ambrosius *in sermon.* ***Quid prodest***, inquit, ***sepulchrorum superbia***, ***damnata sunt potius vincentium, quam substantia mortuorum.*** 56

Et S. Gregorius, vt habatur *in cap. anima* 13. q. 2. ait, *Cura funeris, conditio sepultura, pompa exequiarum magis sunt viuorum solatia, quam subsidia mortuorum.* cum aliis adductis per Cassan. *in catalogo gloria mundi part.* 2. *consid.* 6. Nihilominus tamen cum hæc fiant iam ex consuetudine pro cuiusque personæ qualitate, sicut Parochus indutus superpelliceo, & stola nigri coloris pro consuetudine, aut si videbitur ratione loci, vel personæ, alioquin sine eo cum suo clerico, cum aliis Presbiteris, & clericis, qui abfuerint, præcedente Cruce illius Ecclesiæ, ad quam corpus portandum est, cùm ad domum defuncti peruenerit, ipse solus cum clerico deferente vas aquæ benedictæ ingreditur locum, vbi defunctus iacet, quem prius aqua benedicta aspergit, deinde linteo corpus defertur feretrum, ordinatur processio, præcedunt Confraternitates laicales, tum deferens Crucem, & sequitur Clerus Regularis, & secularis per ordinem, ac vltimo loco Parochus, vt suprà indutus, qui incipit Respons. *Subuenite Sancti Dei*, &c. Ita scriptum reliquisse Cardinalem Sanctorium in suo, quod composuit, Sacerdotali, refert Theodos. de Rubeis apud Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 298. *num.* 97. Defunctorum corpora si deponantur in Parochiali, vt inde transferantur ad Ecclesiam Regularium, in qua elegerunt sepulturam, nihil debetur Ecclesiæ Parochiali, exceptis iuribus Parochialibus. Sacra Congregatio Rituum *in Placentina* 23. *Martij* 1619. cuius memini *in collect. Bullarij verb. defunctus* 3. Possunt tamen directè deferri ad Ecclesiam, in qua sepelienda sunt, non obstante consuetudine quòd prius deferantur ad Ecclesiam Matricem, dummodo Curato soluantur iura sepulturæ, & emolumenta solita. Eadem S. Cong. *in Vmbriaticen.* 25. *February* 1606. *& in Polignanen.* 21. *Maij* 1618.

57 Defunctorum hæredes pro defuncto ad sepulturam associando numerum Sacerdotum sibi bene visum conuocare possunt, & numerum ceræ sibi bene visum ad cadauer sepulturæ associandum, quolibet contrario prætextu per Parochum deducto non obstante subministrare valent, vt respondit sacra Congregatio Episcop. & Regular. negotiis præposita *in d. Cassan.* 5. *Maij* 1617. sacra Congregatio Rituum *in Camerinen.* 21. *Nouemb.* 1637. quam refert Lant. de Peyrin. *de priuileg. Regul. tom.* 3. *in fine, vbi de decretis nouiss.*

58 *sacra Congreg. decreto* 10. *ad* 1. *pag.* 567. & tunc destinatos clericos ab eis, & non alios vocare debebit Parochus, vt censuit sacra Congreg. Rituum *in Lauden.* 20. *Augusti* 1601. Ioan. Sanct.

59 *in selectis disp.* 47. *num.* 24. Si verò dicti hæredes nullos destinauerint, tunc, & eo casu ius conuocandi alios Sacerdotes pro obeundis funeribus Parocho competet, Rota *in Alexandrina funeralium* 1. *Iulij* 1630. coram *R. P. D. Merlino*, & ideò dicta sacra Congregatio Rituum *in Ferrarien.* 7. *Septembris* 1613. censuit Parochum

60 posse ad libitum vocare ad funus clericos, quos voluerit, nec cogitur vocare viciniores, nisi aliter disponant hæredes defuncti, quorum voluntas est seruanda. Sed an Episcopus possit adstringere hæredes defunctorum, vt in funeralibus conuocare debeant clericos, vel Religiosos Parochiæ tantùm, exclusis aliis, negatiuè respondet Lauret. de Franchis *controuers. inter Episcopos & Regul. in quæst. var. q.* 65.

Confraternitates non possunt accedere ad funeralia mortuorum, nisi specialiter, & expressè vocentur, vt fuit decisum à Sacra Congregatione Rituum *in Bononien.* 9. *Decembris* 1617. Et quando accedunt in actu associationis cadauerum, nullo modo possunt erigere Crucem, eadem sacra Congreg. *in Amerien.* 22. *Nouembris* 1631. *ad* 2. 61

Proprius Parochus nullatenus excludendus, quamuis ad sepeliendum cadauer Regulares dumtaxat à defuncto accersiri iubeantur, vt fuit resolutum à sacra Congregatione negotiis Episcoporum & Regularium præpositæ, *in Montis pilosi de anno* 1581. 62

Vocati omnes ad funus debent conuenire ad Parochialem defuncti, vt censuit sacra Congregatio Rituum *in. dict. Bononien.* 9. *Decembris* 1617. *& in Tropien.* 16. *February* 1631. refert. me citato *in hoc loco* Lezana *in summa quæst. Regular. cap.* 12. *num.* 41. *vers. ad* 4. Vel ad aliam Ecclesiam iuxta loci consuetudinem, & nullo modo permittendam expectari per vias, vel ad domum defuncti, non obstante contraria consuetudine, expectandi per vias, vel ad domum defuncti. Eadem sacra Cong. Rituum *in Thelesina* 12. *February* 1633. 63

Vnde Regulares vocati ad sepeliendos mortuos, etiam in eorum propria Ecclesia debent accedere ad Ecclesias ex quibus cadauera amonentur, & inde cum clero seculari discedere, non autem expectare extra ianuam Ecclesiæ, & aliis se postea associari, prout fuit resolutum per S. Congreg. negotiis Episcoporum, & Regularium præpositam, *in Viglenanen.* 13. *Nouembris* 1600. quia Regulares vocati ad funus conuenire debent in Parochiali, aut in alia Ecclesia, iuxta loci consuetudinem, & nullo modo expectare per vias, aut ire ad domum defuncti; eadem S. Congreg. Rituum *in Liman.* 15. *Decembris* 1632. 64

Debent enim Fratres, cùm alicui funeri conuocati contigerit, ad Parochialem Ecclesiam accedere, & exinde cum Parocho ad domum, ex qua cadauer extrahendum est, se conferre debent; casu; autem, quo dictum cadauer in aliqua Ecclesia deponi contingat, ad eandem Ecclesiam, vbi depositum erit, conuenire debent, vt censuit eadem S. Cong. *Senogallien,* 26. *Augusti* 1616. 65

Leuare autem de domo cadauera irrequisito proprio Parocho non licet Regularibus, & Presbyteris secularibus, Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 298. *num.* 13. *cum seqq.* vbi *num.* 78. quòd non potest leuari funus nisi iubente Parocho per aspersionem aquæ benedictæ, refert & sequitur Anton. Nouar. *d. loco num.* 4. vbi refert sacræ Congreg. super negotiis Episcoporum, & Regularium præpositæ decretum *sub die* 12. *Ianuary* 1604. & expressius S. Congr. Rit. *in Camerinen.* 21. *Nouemb.* 1637. dum tenet cadauera efferri, seu tolli non posse ab aliis etiam Regularibus, & quibuscunque non vocato, nec expectato Parocho, nisi ipse Parochialis permiserit, vel adesse recusauerit. S. Cong. Rit. *in Camerinen.* 21. *Nouemb.* 1637. refert. Laurent. de Peytinis *de priuileg. Regul. tom.* 3. *in fine*, vbi *decretis nouiss. sacra Cong. decreto* 10. *in resp. ad* 2. *p.* 567. Et videtur sentire S. Cóg. Rit. *in Thelesina* 18. *Aug.* 1629. dũ cẽsuit cadauera decedentium in Parochia, ad cuius Ecclesiam Capitulum Cathedralis translatum est, 66

non

non posse leuari per ipsum Capitulum, seu Canonicos Cathedralis Ecclesiæ; nisi requisito Parocho dictæ Ecclesiæ, & expressiùs eadem sacra Congreg. *in Andrien.* 29. *Nouemb.* 1631. *ad* 3. & tenent Vgol. *de potest. Episc. cap.* 17. *n.* 3. Stephan. Grat. *discept. forens. tom.* 3. *cap.* 492. *n.* 39. *cum seqq.*

67 Nec Religiosi possunt cum Cruce intrare Parochias ad leuanda corpora defunctorum apud suas Ecclesias sepelienda, nisi præmonito prius, & requisito Parocho, vt resoluunt Gratian. *d. c.* 492. *n.* 45. Villal. *in sum. p.* 2. *tract.* 31. *diffic.* 5. *n.* 3. Hieron. Roder. *in compendio quæst. Reg. resol.* 109. *n.* 7. & à S. Cong decisum refert Anton. Nou. *in sum. Bullar. tit. de officio super cadauera defunct. n.* 3. *in med.* vbi etiam post Oldrad. *cons.* 82. Fulc. *de visit. c.* 25. *n.* 8. Sesse *Arag decis.* 413. resoluit Mendicantes non posse exire cum Cruce ad recipienda cadauera sepelienda in eorum Ecclesiis.

68 Regulares verò extra claustra decedentes possunt ad eorum Ecclesias deferri Parochis inconsultis, vt declarauit S. Cong. Conc. *sub die* 2. *Iulij* 1620. referente Laurent. de Peyrinis *in constitutionibus sui Ord. Minorum, tom.* 2. *Const.* 7. *Pij V. n.* 13. *vers. ad decimã, pag.* 194. Lezan. *d. c.* 17. *n.* 41. *ad* 10. nec id eisdem Regularibus prohiberi potest sub prætextu quòd debeant prius eius sepulturæ soluere, quia ab huiusmodi prætensionibus Parochos abstinere debere mandauit S. Cong. negotiis Episcop. & Regul. præposita *in Puteolana* 22. *Maij* 1615. Fuit in S. Cong. Conc. *sub illa die* 2. *Iulij* 1620. dubitatum, an quando moritur aliquis superior Religiosorum vel magister, aut Cathedraticus, possint Regulares corpus illius portare per ciuitatem, per plateas, & alias Parochias cum musica & ritibus extraordinariis sine interuentu Parochi? Et rescripsit Card. Ludouis. Archiepiscopo Bononiensi non posse, vt refert Lezana *d. cap.* 12. *n.* 41. *vers. ad* 11.

69 Eodem modo Tertiarij si qualitatibus *in Bulla fel. record. Leonis X.* præscriptis sint præditi, videlicet si viri collegialiter, aut claustraliter viuant, mulieres verò virginalem, vel cœlibem, aut castam vidualem sub expresso voto, & Tertiariorum habitu vitam ducant, possunt, & debent etiam inuito, ac minimè requisito Parocho, in Fratrum Ecclesiis sepeliri; secus verò si supradictis qualitatibus careant, vt fuit resolutum ab *eadem S. Cong. in Nepesina* 11. *Decemb.* 1615. *ad* 1. eadem S. Cong. *sub die* 20. *Decemb* 1616. quam refert Anton. Nou. *in sum. Bull. tit. de Tertiariis*, & illius meminit Sperel. *in decis. fori Eccles. decis.* 87. *n.* 17. Verùm S Cong. Episcop. & Regular. causis proposita *in Modenen. sub die* 17. *Iunij* 1639. ita Episcopo illius ciuitatis rescripsit, *E quanto al secundo articulo de la Tertiaria sono stati similmente de parere questi signori non hauer potuto, i frati del Conuento sudetto in vigore de qualsiuoglia priuilegio dell'ordine loro amministrare, i Sacramenti della Communione per viatico & Extrema-Vnctione, ne meno andare a leuare il cadauero di casa processionalmente senza interuento o licencia del proprio Parocho.* &c. refert Diana *moral. resol. p.* 6. *tract.* 8. *miscellan. resol* 30.

70 Sed vbi defunctorum cadauera in alterius Parochia extiterint, & in Ecclesiis Fratrum sepeliri debeant, prius in Ecclesiam Parochialem ad benedictionem, ac vltimum vale à Parocho recipiendum deferenda sunt. Sed si Parochus ab eisdem Fratribus monitus, requisitus, & expectatus venire recuset, tunc ipsi Fratres poterunt cadauera huiusmodi ab ædibus, vbi fuerint, ad suas Ecclesias recto tramite deferre, ipso Parocho etiam inuito, eadem S. Cong. *in d. Nepesina ad* 4 refert Lezana *d. verb. defunctus, n.* 3. Et iterum S. Cong. Episcop. & Regul. *sub die* 14. *Ianu.* 1639. censuit defunctorum cadauera in Ecclesiis Fratrum sepelienda ab ædibus defunctorum ad eorundem Fratrum Ecclesias recto tramite deferri licitè posse; monito tamen prius & requisito, ac expectato proprio defunctorum Parocho, à quo benedictionem & vltimum vale recipere possint, quo venire expressè recusante, possint iidem Fratres etiam ipso inuito dicta cadauera ad suas Ecclesias transportare. Consanguinei verò talium defunctorum illis parentare in Parochialibus, & aliis Presbyterorum etiam Cathedralibus Ecclesiis compelli nullo modo possint, refert Lezana *d. verb. defunctus sub n.* 7.

Mortui enim sepeliri possunt in Ecclesia, in qua 71
sepulturã elegerunt sine præsentia Parochi, si ipse requisitus interesse recuset, vel petitam licentiam deneget, S. Cong. Rit. *in Capuana* 22. *Decem.* 1629.

Si autem deponantur in Parochiali, vt inde 72
transferantur ad Ecclesiam Regularium, in qua elegerunt sepulturam, nihil debetur Ecclesiæ Parochiali, exceptis iuribus parochialibus, ea S. Cong. Rit. *in Placentina* 23. *Martij* 1619.

Suscipientes habitum à Guardiano, vel ab alio, 73
cui ille committendum duxerit, & cum eo decedentes, in Ecclesiis eiusdem ordinis Ecclesiasticæ sepulturæ sunt tradendi, si Guardianos propter habitus concessionem, & receptionem præmonuit eorum cadauera, vt censuit S. Cong. *in d. Nepesina* 11. *Decembris* 1615. *ad* 2.

Parocho spectat declarare per quam viam sit 74
asportandus defunctus, & omnia necessaria vsque ad ianuam Ecclesiæ Regularium, vbi sepeliendus est, S. Cong. negotiis Episcoporum, & Regularium præposita *in Castellana.* 3. *Iann.* 1594. Nouat. *in lucerna Regular. verb. defunctus, num.* 4. Lezana *in summ. tom.* 3. *verb. defunctus, num.* 4. Et ita te- 75
netur vsque ad eandem ianuam funerale ducere, & prosequi, eadem S. Cong. *in Brixien.* 18. *Iunij* 1591. *& in Nicoteren.* 5. *Iunij* 1915.

Parochus secularis sicut defert stolam in pro- 76
pria Parochia, & in Parochia Fratrum, dum defuncti corpus in eorum Ecclesia sepelitur, ita Parochus Regularis in eodem casu, & eodem tempore poterit stolam deferre, non solùm in propria Parochia, sed etiam in Parochia defuncti. Ita S. Cong. Rit. *sub die vlt. Septemb.* 1628. nam Parochus 77
Monachus ita potest cum stola ingredi Parochiam secularium, sicut secularis Parochus Monachorum Parochiam ingredi valet, S. Congreg. *in Asculana* 29. *Iann.* 1629.

In funeralibus est deferenda vnica tantùm 78
Crux illius Ecclesiæ, ad quam corpus transfertur, postquam sequi debent immediatè personæ illius Ecclesiæ, & deinde cæteri secundùm antenioritatem, vt censuit S. Congreg. Rituum *in Naruien.* 30. *Septembris* 1614. *& in Andrien.* 22. *Nouembris* 1631. *ad* 3. vbi intelligit, dummodò non interuenisset Capitulum Cathedralis, sub qua omnes funus associantes incedere debent. Et eadem sacra Congreg. Rituum *in Camerinen.* 21. *Nouembr.* 1637. censuit vnicam tantùm Crucem in cadaueribus efferendis esse deferendam, & illam esse debere illius Ecclesiæ, ad quam corpus defuncti defertur: refertur Lauren. de Peyrin. *de priuileg. Regul. tom.* 3. vbi *de decretis nouiss. sacræ Congreg. decreto* 10. *in resp. ad* 4. *pag.* 567. Et hinc Curatus, & Sacrista Cathedralis, etiam

quòd sint amouibiles, quando intetuenit Capitulum dictæ Cathedralis debent præcedere proprio Parocho defuncti, eadem S. Cong. Rituum *in ipsaren.* 22. *Mart.* 1631. Vnde Regulares Mendicantes quando vocantur ad funus, non possunt deferre Crucem inuito Parocho per eius Parochiam, ex Bulla *Leonis X.* incip. *Sacro approbante Concilio, fol. mihi* 179. vbi limitat stante consuetudine (quam vigere in tota Lusitania ocularis testis sũ) Hieron. Roder. *in cõpendio quæst. Reg. resol.* 109. *n.* 7. post Fr. Emm. *quæst. Reg. tom.* 3 *q.* 28. *art.* 2. idem tenet nouissimè Lautet. de Franchis *de controuers. inter Episcopos & Regular. in quæst. var. q.* 67.

Crux propriæ Parochiæ defuncti deferenda
79 est in funeralibus, non autem Crux antiquæ Parochiæ, ex qua dismenbrata fuit Parochia noua, de qua est defunctus, & vocati ad funus in eadem propria Parochia debent conuenire, sacra Congreg. Rit. *in nullius Prouinciæ Baren.* 22. *Martij* 1631.

Parochi defunctorum in Regularium Eccle-
80 siis humandorum corpora vsque ad easdem Ecclesias associare, ac etiam in illis permanere possunt, absque tamen eo quòd in officio decantando vllatenus se intromittant, sacra Congr. negotiis Episc. & Reg. præposita *in Nicoteren.* 5. *Iulij* 1615. Vnde sacra Rituum Congregatio *in Toletana de Baraxas sub die* 19. *Iuly* 1636. censuit non licere Curatis sepelire cadauera defunctorum, nec officia facere in Ecclesiis Regularium, absque expressa licentia Guardiani, aut Superioris Ecclesiarum ipsorum Regularium, non obstante contraria consuetudine: refert Laurent. de Peyrinis *de priuileg. Regular. tom.* 3. *in fine*, vbi *de nouiss. decretis S. Congreg. decreto* 9. *pag.* 566.

81 Nam Clerus secularis postquam Christi fidelium cadauera in fratrum Religiosorum Ecclesiis sepelienda associauerit, in eisdem Ecclesiis super huiusmodi cadaueribus officium Defunctorum, Psalmos, Responsoria, aliasve preces, vel Orationes recitare, aut psallere non potest, sed ab ipsis Fratribus dumtaxat, hæc omnia peragenda sunt, eadem sacra Congreg. Episcop. & Regularium negotiis præposita *in Turritana* 24. *Nouembris* 1617. Et sacra Congreg. Rit. sic ait. *Quoties cadauera mortuorum ad Ecclesias Fratrum Mendicantium deferuntur, officia mortuorum, & reliqua munia, quæ solent adhiberi in huiusmodi ministeriis, non à Canonicis, vel à clero, sed ab ipsis Fratribus peragi debent, vt in sequenti declaratione sacra Congreg. Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum sæpius censuit, quoties cadauera mortuorum ad Ecclesias Fratrum Mendicantium deferuntur, officia mortuorum & reliqua munia, quæ in huiusmodi ministeriis adhiberi solent, non à Canonicis, neque à Clero, sed ab ipsis Fratribus peragi debere, datum Romæ die* 22. *Aprilis* 1625. *Cosmas Card. de Torres Prosp. Fagnanus secret. S. Congreg.* Refert. Anton. Nouar. *in sum. Bullar. tit. de Officio super cadauera defunctorũ ad Ecclesias Mendicantiũ delatorũ faciendo.* Eadem Sacra Cong. Rit. *in Camerinen.* 21. *Nouemb.* 1637. quam refert. Laurent. de Peyrin. *dict. tom.* 3. *pag.* 567. *& die* 27. *Nouembris* 1628. quam refert. Lezan. *d. tom.* 3. *verb. defunctus n.* 7.

82 Officium enim in tumulandis cadaueribus in Ecclesiis Regularium non per Parochum, seu alios Presbyteros seculares, sed per eosdemmet Regulares fieri debet, non obstante quauis contraria consuetudine, vt tenent Genuens. *in praxi Neapol. cap.* 76. *num.* 14. Laur. de Franchis *d. tract. q.* 68. censuit sacra Congreg. Rituum *in Engubina* 12. *Martij* 1612. *&* 5. *Iuly* 1614. *& in Placentina, & Lucien.* 23. *Martij* 1619. *& in Catanien. Ciuitatis Platiæ* 12. *Octobris eiusdẽ anni, & in Sulmonẽ.* 8. *Augusti* 1629. *& in Andriẽ.* 12 *Februarij, &* 2. *Martij eiusdem anni.* Item sacra Cong. negotiis Episcoporum & Regular. præposita *sub die* 12. *Iannar.* 1604. nullo modo licere censuit Regularibus quorumcunque Ordinum & Congregationum, tam Mendicantium, quàm non Mendicantium, etiam specialis alicuius consuetudinis prætextu, & Parochias cum Cruce processionaliter, aut aliàs ad efferenda & leuanda defunctorum funera intrare, vel illa leuare, & efferre, nisi vocato & expectato proprio defuncti Parocho, eoque ibidem præsente; si tamen ipse aliter fieri non consentiat, & permittat, vel nisi requisitus venire expressè omnino recuset, refert. Anton. Nouar. *dict. loco num.* 4. Et eadem S. Rituum Congregatio 5. *Iuly* 1631. ad relationem Eminentissimi, & Reuerendissimi Cardin. sancti Gregorij respondit immemorabilem per Capitulum Andrien. prætensam non esse probatam, & Officium super cadaueribus in Ecclesia S. Mariæ veteris Ordinis Fratrum Minorum de Obseruantia ad ipsos spectare, non obstante consuetudine immemorabili.

Parochi non debent plus recipere pro tumulandis cadaueribus exterorum, quàm ciuium, 83
sacra Congreg. Conc. *sub die* 27. *Maij* 1617. imò pauperum cadauera gratis sepelire debent, sacra 84
Congreg. Episcop. *in Cassan.* 5. *Maij* 1617. Nec plus percipere possunt in sepulturis quæ fiunt in Ecclesiis Regularium, quàm in eis quæ fiunt in propriis, seu aliorum Clericorum, Vrbanus VIII. *in sua Constit.* incip. *Cum sicut* 11. *Martij* 1638. refert. Laurent. de Peyrinis *de priuileg. Regular. tom.* 3. *in fine*, vbi *de Constitut. nouissimis Vrbani VIII. Constit.* 10. *pag.* 548.

CAPVT XI.

De Hospitalibus, Confraternitatibus, & aliis piis locis.

SVMMARIVM.

1. *Hospitale dicitur ab hospitibus, qui ibi gratis recipiuntur; vbi verò mercede soluta peregrini hospitantur, hospitium, vel diuersorium appellatur.*
2. *Xenodochium deriuatum à Græco vocabulo interpretatur locus vbi peregrini gratis suscipiuntur.*
3. *Nosocomium dicitur locus vbi ægroti curantur.*
4. *Parabolani dicuntur in iure ministri Nosocomij, qui ad ægrotantium curam adhibentur.*
5. *Brephotrophium est locus vbi infantes aluntur, & nutriuntur.*
6. *Procotrophium dicitur locus, in quo mendici aluntur, & pauperes.*
7. *Orphanotrophium dicitur locus vbi aluntur orphani.*
8. *Gerontocomium dicitur locus vbi senes pauperes, & infirmi curantur.*
9. *Grotophonium dicitur locus vbi fœminæ debilium sustentatrices habitant.*

10 *Lepro-*

10 Leprosaria sunt loca seorsum ab aliis in gratiam illoram qui morbo lepra percussi sant.
11 Eleemosynaria dicantur loca,& redsius ad eleemosynas faciendas depusata.
12 Loca pia generali nomine hospitalia appellantur.
13 Hospitalia quadam religiosa, & quadam non-religiosa.
14 Hospitale religiosum dicitar qaod auctoritate Episcopi est contractum, & erectam.
15 Hospitale ex quibus dignoscatar fuisse erectum auctoritate Episcopi, ostenditur.
16 Hospitale in dubio presumitar erectum absque Episcopi aucteritate.
17 Hospitale potius prasumitur laïcale, & profanum, quàm Ecclesiasticum.
18 Hospitalia auctoritate Episcopi fandata, licèt administrationem solùm temporalem habeant, saut materia simonia iure humano interdicta.
19 Hospitalia auctoritate Episcopi fandata gaudent Ecelesiastica immunitate.
20 Hospitale non religiosam est illad, quod ad libitum cuiasque persona sine Episcopi auctoritate fuit erectum.
21 Hospitale etiam auctoritate Episcopi non fandatam adhuc est locas pius de iurisdictione Ecclesiastica,& gaudet priuilegiis Ecclesia.
22 Hospitaliam bona an possint alienari sine solemnitatibus in reram Ecclesiarum alienationibus necessarus, remissiae.
23 Restitationis beneficio an gaadeant hospitalia remissiuè.
24 Gabella an debeatur ex bonis hospitalium remissiuè.
25 Falcidia, & Trebellianica an detrahantur ex iis, qae relinquuntar hospitalibus, remissiaè.
26 Hospitalia an & qaando sint beneficia Ecclesiastica, ostendatar.
27 Beneficiorum appellatione veniant hospitalia qua non dantur in titalam, seu administratioaem.
28 Hospitalia sũt beneficia Ecclesiastica vbi vnita fuerint Ecclesia, seu Ecclesiastico beneficio, vel per viam electionis danda essent in titulũ.
29 Clem.vnic.de sequest.possess. loquens in beneficio habet locnm in hospitali.
30 Cap.1 de elect.lib.6. procedit in Hospitali.
31 Hospitalia data in titulum, vel administrationem si habeant beneficia annexa, vel redstus, aat prouentus Ecclesiasticos, teuentur ad seminarij contribusionem.
32 Hospitalia que administrãtur à laicis,& in quibus sunt bona laicorum, qua data non sunt in titulum, commendam, sea administrationem, non tenentur ad seminarij contribationem.
33 Hospitale vnius diœcesis habens beneficium annexum, qaod est alterius diœcesis, tenetur contribuere pro rata fractuam beneficij annexi seminario, in qaa situm est beneficium.
34 Simonia materia non sunt hospitalia illa, qaa priaata auctoritate constructa faerunt, secùs si Pralati auctoritate constructa fuerint, ac proinde Ecclesiastica, vel religiosa essent.
35 Simonia lege canonica prohibita committitur etiam quando hospitale Ecclesiasticam est, & religiosum.
36 Hôspitalia in beneficium conferri omninò prohibentar.
37 Administratio, seu gubernatio piorum locorum vni,& eidem persona vltra triennium committi non debet, nisi aliter in fundatione loci cautum reperiatur.
38 Hospitale potest in commendam conferri.
39 Rectores hospitalium prafici non possant religiosa persona, nisi in his locis, qua habent curam animarum annexam, Clerici autem saculares, & etiam laici prafici possunt.
40 Hospitalarij qua persona eligenda, ostendiear.
41 Episcopo est reddenda ratio ab administratoribus de omnibus locis piis, siue ea sint publica, siae priuata, Ecclesiastica, vel laicalia loca.
42 Administratores hospitalium debent Episcopo reddere rationem administrationis saa, etsi consuetudine, priuilegio,& constitatione aliqua personis aliis ad id officium electis ratio esset reddenda.
43 Administrateres piorum locerum etiam exemptorum nullam rationem reddentes posthac eam Episcopo reddere tenentur.
44 Ordinarius potest ab administratoribus hospitalium, aliorúmqae piorum locorum rationem administrationis exigere, donec coram Ordinario doctum fuerit de institutione in qua secùs expresè cautum sit.
45 Rationes per Ordinarium ab administratoribus piorum locorum non solùm singulis annis, sed etiam pluries in anno repeti possunt.
46 Hospitalia,& pia loca omnia de iure communi subsunt iurisdictioni,& sollicitudini Episcopi in cuias Diœcesi sita sunt.
47 Concil.Trid.sess.24.de reform.c.8. non prohibet quin & iadices sacalares hospitalia, & catera pia loca visitare possint, si hoc eis legitimè competat.
48 Visitare non poterit Ordinarius hospitale si in eius fandatione dictum sit quod ipse non possit se intromittere in illius visitatione.
49 Ordinarius potest visitare hospitale priuatum, & corrigere, ac reformare in iis tantùm, qua ad obseruandam voluntatem fundatoram pertinent.
50 Ecclesiasticus,& sacularis non possunt se intromittere in visitatione hospitalis priuati in vita illius, qui adificauit contra eius voluntatem.
51 Hospitalia administrata à Fratribus B. Ioannis Dei, non sunt exempta à iurisdictione Ordinarij, nisi solùm quoad regularem obseruantiam.
52 Exequutio aduersas administratores hospitalium condemnatos siue soli Ordinario reddita fuerit ratio, siue vnà cum aliis deputatis ad ipsam Ordinarium spectat.
53 Concil. Trid.sess.22. cap. 8. de reform. non habet locum extra visitationem in casibus etiam in iure non concessis.
54 Episcopus animadaertere potest in Rectorum hospitalium, leprosariorum,&c. qui negligunt, seu non versantur vt oportet in administratione, non obstante quacunque exemptione.
55 Visitare potest Episcopus omnia hospitalia, & pia loca etiamsi sint priuata laicorum, & corrigere, ac reformare in casibus à iure concessis.
56 Hospitalia, & Confraternitates, que sab immediata Regam protectione fuerit, non possunt Episcopi, nec eorum Officiales visitare.
57 Rex Hispania,& cateri Catholica Reip. supremò

Principes sunt protectores decretum S. Concilij Trid.
58 Carolus V. Imper. non solùm Hispania, vbi regnabat, sed Germania vbi imperabat, & omni Orbe recipi Concilium Trident. curauit.
59 Philippus II. Regia mandata expediuit vt in vniuerso Regno seruarentur decreta Concilij Trid. & Concilia Prouincialia conueniri curauit.
60 Rex Hispaniarum appellatur Concilij Trid. defensor, & tuitor.
61 Visitare potest Episcopus diuinum cultum, & ornamenta in hospitalibus, quæ sub Regum immediata protectione sunt.
62 Hospitalia tantùm, quæ expressè reperiuntur sub immediata Regum protectione, continentur in exceptione Concilij Trid. sess. 22. de reform. c. 8. non tamen omnia, quæ sita sunt in prouinciis, & ditionibus cuiusque Regni.
63 Episcopo hospitale aliquod visitare volenti si opponatur exceptio quod sub Regum immediata protectione exsistat, ad ipsum Episcopum talis exceptionis cognitio, & definitio pertinere debet.
64 Persona si deficiant quæ in hospitali curari debent, quid faciendum de redditibus, ostenditur.
65 Hospitalitas commendatur.
66 Confraternitas, & fratria vnde dicantur ostenditur.
67 Collegium, corpus, & Confraternitas, an & in quo differant? ostenditur.
68 Confraternitatum, seu Confratriarum vsus non damnatus.
69 Collegia, quæ principis, aut Senatusconsulti auctoritatis fuerint approbata, non damnantur.
70 L. ff. de colleg. illic. declaratur.
71 Conuenticula appellantur congregationes plurium personarum sine legitima superioris auctoritate.
72 Monopolia dicuntur quando plures, vel omnes alicuius ciuitatis mercatores coëunt, vt merces non vendantur, nisi certo pretio, quæ subinde tanquam bono publico contraria improbantur.
73 Collegia, quæ Religionis, & pietatis causa instituuntur, permissa sunt.
74 Confratria Religionis, & pietatis intuitu instituta, licitè institui non possunt, nisi prius à Principe, aut alio legitimo superiore earum statuta examinentur & approbentur.
75 Confraternitates cum vsu sacrorum nemini absque Ordinarij licentia erigere licet.
76 Clemens VIII. statuit vt Confraternitates non erigerentur nisi de consensu Ordinarij loci, & quod statuta confratrum ab eodem Ordinario examinari, approbari, & corrigi possunt.
77 Confraternitates erigere, & statuta confirmare nemo potest inuito, vel inconsulto Episcopo, sed ad ipsum priuatiuè quoad aliòs spectat.
78 Confraternitates, in quibus opera pietatis exercentur, iis causis debent annumerari, etiamsi Episcopi auctoritas deficeret.
79 Relicta piis causis solùs possunt hospitalibus, & Confratriis, in quibus opera pietatis exercentur, quamuis instituta sint absque Episcopi auctoritate.
80 Confraternitates, quæ habent hospitale, seu Ecclesiam cum campanili, & Altaribus, religiosa sunt loca, & religiosorum locorum priuilegiis gaudent.
81 Confraternitates cum Episcopi auctoritate instituta pia sunt, & Ecclesiastica, ita vt si ipsa corpora conueniantur, ad forum Ecclesiæ pertineat cognitio.
82 Bona spectantia ad Confraternitates Episcopi auctoritate ad pios vsus instituta alienari non possunt sine solemnitatibus requisitis in rerum Ecclesiasticarum alienationibus, sed n. 88. latius.
83 Confratres singuli, si merè laici sint, coram seculari Iudice conueniendi.
84 Causarum spiritualium cognitio priuatiuè ad solos Ecclesiasticos Iudices pertinet.
85 Episcopis pertinet cognitio vbi agitur de recipiendis Confratribus, vel controuersia est de præcedentia in processionibus publicis.
86 Iuspatronatus Confraternitatum laicorum, an & quando sit laicale, vel Ecclesiasticum? ostenditur.
87 Vsurpationis suspicio non cadit in iurispatronatus spectante ad Confraternitatem, aut non requiratur exactior probatio.
89 Gabella an debeatur ex bonis Confraternitatum si vendantur? ostenditur.
90 Confraternitates, & hospitalia an & quando gaudeant beneficio restitutionis in integrum? ostenditur.
91 L. Omnia, & l. orphanotrophos, Cod. de Episc. & cleric. procedunt in hospitalibus institutis auctoritate Episcopi.
92 Quarta falcidia deduci non potest ex iis, quæ relinquuntur Confraternitatibus, sine cum Episcopi auctoritate, siue absque ea institutis.
93 Falcidia nulla deducitur de legatis ad pias causas.
94 Trebellianica non deducitur ex fideicommissis vniuersalibus, quæ ad pias causas relinquuntur.
95 Confraternitas vna si hæres instituatur, & alteri Confraternitati legata præstare, vel hæreditatem restituere grauetur, an falcidia, vel trebellianica deduci possit? ostenditur.
96 Fideicommissum si vni relinquatur pro parte in causam piam, & pro parte non, an deducat falcidiam saltem pro parte?
97 Tempus xl. annorum necessariò requiritur ad præscriptionem rerum pertinentium ad Confraternitates, & hospitalia, quæ Episcopi auctoritate instituta sunt.
98 Remedium cap. redintegrandæ 3. q. 1. an concedatur contra singulares successores pro recuperanda possessione rerum Confraternitatis, & hospitalium? ostenditur.
99 Confraternitates de bonis suis temperalibus an teneantur contribuere in subsidio imposito per Papam ad fauorem Philippi Hispaniarum Regis super redditibus Ecclesiasticis? ostenditur.
100 Quarta Canonica an debeatur ex iis, quæ Confraternitatibus relinquuntur remissiuè.
101 Dicta de Confraternitatibus, & hospitalibus similiter accommodanda videntur Collegiis institutis pro sustentatione studentium pauperum.
102 Confraternitates laicorum in publicis processionibus debent præcedere inter se iuxta Bullam Gregorij XIII.
103 Confraternitati sanctissimi Rosarij non cõpetit præcedentia

præcedentia super alias, quæ ante illam habent habitum.

104 *Confraternitas corporis Christi etiam in processione sanctissimi Sacramenti debet cedere locum digniorem aliis Confraternitatibus antiquioribus.*

105 *Confraternitates laïcorum incedunt ante Regulares.*

106 *Consuetudo non est, sed abusus vt Confraternitas laicorum præcedat Clericis.*

107 *Confraternitates non possunt in eorum Ecclesiis per suos Capellanos facere solemniter celebrare, Confessiones audire, sepelire, &c. absque expressa licentia Ordinarij & Parochi.*



1 HOSPITALE dicitur ab Hospitibus, qui ibi gratis accipiuntur;
vbi verò mercede soluta peregrini
hospitantur, hospitium vel diuer-
2 sorium appellatur. Est autem Ho-
spitalis nomen generale pertinens ad omnem
speciem hospitalitatis cuiuscomque generis illa
fuerit, & sic est quoddam hospitalis genus, quod
dicitur Xenodochium, siue Xenon, à Greco vo-
cabulo, id est, locus, vbi peregrini gratis susci-
piuntur: de illo loquuntur text. *in cap. de Xeno-
dochiis, de relig. domib. & in Clem. quia contigit, eod.*
in glos. *verb. Xenones, in c. qualibet, §. sancimus 23.
q. 8.* Petr. Greg. *syntag. iuris p. 2. lib. 15. cap. 28. ex
n. 33.* Stephan. VVeyms *ad constitutiones 24. ex iu-
re antiquo desumptas, & per Concil. Trid. innouatas,
const. 16. num. 2 pag. 171. in princ.* Item Nosoco-
3 mium, vel Nosconium, dicitur locus vbi ægroti
curantur, de quo *in l. sancimus, §. sed Deo nobis, C.
4 de Episc. & cler.* Istorúmque locorum ministri,
qui ad ægrotantium curam adhibentur, Parabola-
ni in iure vocantur, *l. Parabolani, C. illo tit.* Duaren.
lib. 1. de sacris Eccles. minist. cap. 19. Petr. Greg. *dict.
cap. 28. à num. 15.* Alciat. *lib. 4. d. punct. c. 9.* Guid.
5 Pancirol. *in thesauro var. lib. 1. cap. 77. à princ.* Bre-
photrophium autem est locus vbi infantes alun-
tur & nutriuntur, de quo *in l. illud 19. C. de sacros.
6 Eccles.* Petr. Greg. *d. cap. 28. ex n. 4.* Procotrophium
dicitur locus in quo mendici aluntur, & paupe-
res, de quo *in d. l. sancimus, & in d. l. illud*, glos. *d.
verb. Xeno.* Petr. Gregor. *d. cap. 18. ex num. 7.* vbi
aduertit in huiusmodi loco solùm recipiendos esse
mendicos debiles, qui labore proprio suis corpo-
ribus necessarium victum quærere non possunt,
vt ait text. *in l. si quis ad declinanda 49. §. vbi autem
7 C. de Episcop. & cleric.* Orphanotrophium dicitur
locus vbi aluntur orphani, id est, parentibus or-
bati, de quo *l. orphanotrophos 30. C. de Episc. & cle-
ric. & in Auth. de Eccles. tit. §. fin. collat. 9.* Petr.
Gregor. *d. cap. 28. num. 3.* Galganet. *de iure pu-
8 blico, lib. 3. tit. 119.* Gerentozomium verò dicitur
vbi senes pauperes, & infirmi curantur, *in d. leg.
illud, & in d. l. sancimus, §. sed Deo nostro.* Petr. Greg.
d. cap. 28 num. 28. & 27. Et pelagium Papam II.
anno Christi 590. domum suam gerentocomium
pauperum senum fecisse, ex Anastas. refert Card.
Baron. *annal. Eccles. tom. 7. sub eodem anno, in princ.
vers. his igitur.* Grotophonium dicitur locus vbi
9 fœminæ debilium sustentatrices habitant, Host.
in sum. de relig. domib. sunt & leprosariæ in gra-
10 tiam illorum, qui morbo lepræ percussi sunt, vt
seorsim habitantes contagionis periculum euite-
tur, de quibus meminit text. *in cap. 2. de Eccles.
ædific. & in Clem. 1. de præbend. & in Clem. quia
11 contigit, de relig. domib.* elemosynariæ, quæ dicun-
tur loca & reditus ad eleemosynas faciendas de-
putata, quarum meminit *d. Clem. 2. de præbend.* vbi
glos. *verb. elemosynariis d. Clem. quia contigit.* Et de- 12
nique alia huiusmodi sunt pia loca, quæ sicut &
suprà relata generali nomine hospitalia appellan-
tur, licèt diuersis nominibus secundùm diuersos
regionum mores soleant nuncupari, vt obseruat
d. glos. *verb. eleemosynarius*, Mandos. *in reg. 1. Can-
cell. q. 9.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. glos. 5. §. 4. n. 11.*
& quòd hospitalia sint loca pia, & piæ causæ, vel
Ecclesiæ æquiparentur, tenent citati per Valen-
zuel. *cons. 58. num. 9.* nam licèt sint purè propha-
na, in quibus nulla superioris alicuius Ecclesiasti-
ci auctoritas accessit, & ideo religiosa & sacra non
censeantur; sunt tamen censenda pia, & ad vsum
pium destinata, proindeque veniunt appellatio-
ne piorum locorum, caduntque sub dispositione
Concilij *sess. 22. de reform. cap. 8. & 9.* nam Ordi-
narius semper fundatam habet intentionem, imò
ex officio ei incumbit, vt visitare ac dispicere
possit an cuncta fiant secundùm defuncti ordina-
tionem. Ita Stephan. VVeyms *d. const. 16. n. 22.*
quamuis Gabr. Pereira *de manu Regia p. 1. cap. 17.
num. 10.* existimauerit locum quemlibet tunc di-
ci pium quando opera pia in illo exercentur au-
ctoritate Episcopi, secus si auctoritate laïcorum,
cùm credat tunc esse prophanum, licèt opera pia
ibi exerceantur, cuius contrarium bene probat
Benedict. Ægid. *in repet. l. 1. C. de sacros. Eccles. p. 1.
in initio n. 54.*

Quorum quidem duo sunt genera, quædam 13
enim sunt hospitalia religiosa, & quædam non
religiosa, glos. *verb. Ecclesias in d. Clem. 2.* Vgolin.
de offic. Episc. cap. 24. in princ. num. 3. Hospitale re- 14
ligiosum, seu Ecclesiasticum dicitur, quod aucto-
ritate Episcopi est constructum, & erectum, *cap.
ad hæc, de relig. domib.* Tiraq. *de priuileg. pia causa,
in præfat. vers. item relictum hospitalibus.* Lamber-
tin. *de iurepatron. lib. 1. p. 1. q. 11. princip. art. 11. n. 2.
cum seq.* Paris. *cons. 36. num. 15. & 17. & cons. 44.
num. 5. vol. 4.* Fusc. *de Visitat. lib. 2. cap. 13. num. 10.*
Gutier. *canon. lib. 1. c. 35. n. 29.* Anton. Gabr. *comm.
tit. de pia causa, concl. 2. n. 1. & 4.* Mascard. *de pro-
bat. concl. 869.* Azeued. *l. 1. n. 26. tit. 1. lib. 4. noua re-
copil. & l. 1. n. 4. tit. 18. lib. 9.* Ant. Roch. *de Visitat.
verb. hospitalia*, Ioseph. Ludou. *Perus. dec. 30. n. 6. &
7. & decis. 93. n. 36. & 45.* Solis *de censib. lib. 2. c. 3.
n. 11.* Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib. 11. q. 3.
num. 43.* Marc. Anton. Genuens. *in practic. Archi-
episc. Neapol. c. 17.* Anton. Fabric. *in praxi, & theo-
rica benefic. tit. de xenodoch. & aliis locis piis, à prin-
cip.* & præcipuè ex *n. 36.* Hercul. Marescot. *var. re-
sol. lib. 2. cap. 3. à n. 12.* Vgolin. *d. cap. 24. n. 1.* Marta
voto 169. n. 1. Card. Mantic. *de tacitis & ambig.
conuent. lib. 25. tit. 6. num. 69.* Flor. de Mena *variar.
lib. 2. q. 21. n. 179. cum. seqq.* Grilenzon. *cons. 104.*
Mari. Anton. *var. resol. lib. 1. resol. 14. num. 1.* Bened.
Ægid. *in repet. l. C. de sacros. Eccles. p. 1. in initio n.
54.* Sebastian. Cæs. *in relect. de Eccles. hierarchia,
quæst. 2. proœm. §. 5. n. 31. & disp. 14. §. 4. n. 3.*

Ex pluribus autem dignoscitur hospitale fuis- 15
se erectum auctoritate Episcopi; primò si fuit ædi-
ficatum in forma Ecclesiæ, & in eo fuerit erectum
campanile, & ibi per Sacerdotem celebrentur
Diuina. Ita Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præs.
132. num. 50. & præs. 76. num. 3.* Mascard. *concl.
869. n. 2. cum seq.* Franc. Marc. *Delphin. decis. 1017.
num. 2.* declarando vt per Lotter. *de re benefic. lib. 3.
q. 6. num. 28. & 29.* Marta *voto 169. n. 3.* vbi etiam
Ecclesiasticum censendum asserit si habeat Alta-

te lapideum consecratur. Secundò si Episcopus
confirmaret ministrum, seu deputaret, Lambert.
de iurepatron. lib.1.p.1.q.11.princ.part.12.num.2.
Gabr.*d.tit.de pia causa,concl.2.num.*1 Roman.*cons.*
477.*num.*8.Marta *d.voto* 169.*num.*6.Rot.*dec.*725.
*num.*1.2.& 5.*p.*1.*diuers.* Tertiò si haberet nomen
Sancti,sibi appropriat. Felin.*in c.de quarta. n.*13.
vers. & signa cognoscendi de præscript. Mascard.
*concl.*869.*num.*6.*in fine,* Mart.*d.voto* 169. *num.*5.
Quartò si in ea fuerit seruata hospitalitas per
tempus antiquissimum. Gabr. *d. concl.* 2. *num.*6.
Quintò si in eo essent sepulturę,vel cœmeterium,
Roman.*d.cons.*477.*num.*11.Marta *d.voto* 169.*n.*4.
Magon. *Lucensi decis.*19.*num.* 16.Ricciul.*Eccles.*
*Incubr.lib.*4.*cap.*4. *n.*4. *vers.*3. Sextò si in eo ba-
ptizaretur, idem Roman. *d.cons.*477.*n.*12. Septi-
mò si reciperet decimas,idem Roman. *d.cons.*477.
16 *num.*12. Octauò si non solueret collectas,Roman.
*d.consil.*477.*num.*9. Et non existentibus dictis si-
gnis hospitale in dubio præsumitur erectum abs-
que Episcopi auctoritate,Aloys.Ricc. *in collect.de-*
17 *cis.p.*5.*collect.*1886.*in princip.* ac proinde potius
præsumitur laïcale & prophanum,quàm Ecclesia-
sticum, glos. *verb.Ecclesias,vers.quod in dubio, in*
*dict.Clem.*2.*de prabend.* vbi Imol.*n.*16.*vers.si verò*
*non apparet,*Anch.*num.*10.*vers.quod in dubio,*Abb.
*num.*5.*in fine,* Rebuff.*de nomin.q.*15.*n.*15. Gon-
zal *d.gloss.*5.§.4.*num.*24. Rota *decis.*268. *num.*5.
*apud Farin.p.*1.*in posthum.* Aduerte tamen quod
campanella, & Altare portatile positum in hospi-
tali laïcali,non faciunt quod sit Ecclesiasticum,
quia non mutant eius naturam, Federic.de Senis
*cons.*130.Paris.*cons.* 34.*n.*15.& 16.Rot.*decis.*114.
*n.*1.& *seqq.p.*2.*diuer.* nec beneplacitum Aposto-
licum petitum in aliqua alienatione bonorum ip-
sius hospitalis laïcalis,facit mutare statum primũ
nec per hoc infertur aliquod præiudicium, quia
præsumitur petitum quatenus opus sit, Stephan.
Gratian.*discept.forens.cap.*168.*num.*8. nec adhibi-
tum debet contrarium operari, Steph. *decis.* 201.
*num.*13.*p.*1. nec per hoc acquiritur aliqua posses-
sio, vt possit dici Ecclesiasticum, Surd. *cons.*127.
*num.*82.Steph. *decis.*1027.*n.*6.& *decis.*1319. *n.*2.
*p.*2.Beltram.*ad decis.*162.*Gregorij XV.lit. C,* Rota
*decis.*555.*n.*1.*p.*1.*recent.*
18 Ex quibus primò infertur hospitalia huiusmo-
di auctoritate Episcopi fundata, licèt administra-
tionem solum temporalem habeant,esse materiam
simoniæ iure humano interdictæ, vt per text. *in*
cap.Saluator 1.*q.*3.tenent.Suar. *de Relig. lib.*4.*de*
*simon.c.*27.*num.*11.*cum seqq.* Sebast.Cæsar. *d.*§.5.
in fine,& *d.disp.*14.§.3.*num.*5. Bonaciu. *de simon.*
19 *q.*4.*n.*17.*in fine.* Secundò infertur gaudere Eccle-
siastica immunitatę, ne delinquentes ad illa con-
fugientes extrahi valeant: ita Remig.*de immunit.*
*ampl.*7.Decian.*in tractat. crimin.lib.*6.*c.*24.*n.*31.
Mascard.*de probat.concl.*869.*n.*18.Farin.*in crimin.*
*q.*28.*num.*36.& 37.Franc.Leo *in thesauro fori Ec-*
*cles.p.*1.*cap.*13 *num.*8.Suar. *de Relig. tom.*1. *lib.*3.
*cap.*9.*num.*3.& 9. Mari. Ital. *de immunit. Eccles.*
*lib.*1.*cap* 4.§.8.Azor. *instit.moral.p.*2. *lib.*8. *cap.*8.
*q.*2.Camill.Borell.*in sum.omnium.decis.tit.*3.*n.*64.
Curi.Philipp.*p.*3.§.12.*num.*1.Ludou. Miranda *de*
*ordine iudic.quæst.*16.*art.*7.*concl.*2.*in fine,*Flores de
Mena *var. lib.*2. *q.*21. *num.*175.*cum seqq.* Nicol.
Grac.*de benefic.part.*5.*cap.*1.*num.*601. Valasc.*cons.*
105.*n.*43. Cardos. *in praxi iudicum, verb. Eccles.*
*n.*75.Sebast.Cæs.*dict.disp.*14.§.4.*n.*3.*in fine.* Vide
*sup.hoc lib.c.*3.*num.*67.
20 Hospitale non religiosum est illud, quod ad
libitum cuiusque personæ sine Episcopi auctori-
tate fuit erectum,*cap.inter.dilectos,de donat.* glos.
in cap. quidam 18. *q.*2. quod quidem cuique per-
missum est,& domum suam etiam ad tempus con-
stituere hospitale, sed non erit locus religiosus,&
sacer, Zabarel.*cons.*13.*num.*6.Abb.*cons.*3.*numer.*2.
*p.*3.Rot.*decis.*30. *n.*8.*p.*5. *recent.* Steph. VVeyms
d.constit. 16. *n.* 20. vbi tradit ædificari posse ho-
spitalia à quolibet etiam sine auctoritate Ordina-
rij, & hæc quia auctoritatem Ecclesiasticam nul-
lam habent, censeri profana, minimeque religio-
sa. Lotter. *d. lib.*3. *q.*6. *à n.*25. vbi quòd nulli est
interdictum hospitale erigere auctoritate priuata,
& sine vlla participatione Episcopi, & quod tunc
erit prophanum, Cabed. *de patronat. Reg. Corona*
*cap.*38.*num.*1. Vgolin.*d.cap.*24.*in princ.n.*3.vnde
non erit materia simoniæ, nec Ecclesiastica im-
munitate gaudebit, vt ex Doctoribus supracitatis
benè colligitur.

Adhuc tamen videtur esse locus pius de iuris- 21
dictione Ecclesiastica, & gaudere priuilegiis Ec-
clesiæ, quia ad hoc vt pius censeatur,sufficit quòd
institutus sit ad pia opera exercenda, vt benè ob-
seruant Paul.de Castro *cons.*167.*ad fin. lib.*2. Ro-
man. *cons.*477.*n.*2.Magdalen. *de num. testium in*
*testam.req p.*2.*cap.*2. *num.*13. Felician.de Vega *ad*
*cap.cùm sit generale, de foro comp.n.*43. Menoch.
remed. 15 *recup. num.*22.& 23.36. & 37. Cardin.
Tusch. *tom.*4.*lit. H,concl.*158. & *concl.*163.*n.*2.
& 4.*tom.*6.*lit. P,concl.*338.Bobadil.*in sua politica*
*lib.*2.*cap.*18.*num.*288. Suar.*de Relig. tom.*1. *tract.*
5.*lib.*4.*de simon.d.cap.*27.*num.*11. Stephan. Gra-
tian. *discept. forens. tom.*1. *cap.*34. *num.*1. Castil.
*controu.lib.*1.*de vsufr.cap.*54.*n.*24. Nicol. Grac. *de*
*benefic.p.*5.*cap.*1. *num.*602. Valasc. *cons.*105.*n.*2.
Sebast.Cæs.*d.*§.4.*ex num.*7. & dixi *supra num.*12.
Sed ex professo an, & quando bona hospitalium 22
licitè sine solemnitatibus in rerum Ecclesiastica- 23
rum alienationibus necessariis alienari possint? 24
item, & quando restitutionis beneficio gaudeant? 25
vel ex ipsorum bonis debeatur gabella? & ex iis,
quæ relinquuntur huiusmodi hospitalibus detra-
hantur falcidia, aut Trebellianica? dixi *in meo*
*tract.de officio,& potest.Episcopi,p.*5.*alleg.*75.*n.*32.
cum multis seqq.

Ex his omnibus iam poteris colligere resolu- 26
tionem ad illud dubium an, & quando hospita-
lia iure sint beneficia Ecclesiastica; Si enim illa
fundata fuerint priuata auctoritate, planum est
non esse Ecclesiastica beneficia, nec subinde in
materia pænali,vel etiam fauorabili venire appella-
tione beneficij: at verò si auctoritate Episcopi ita
hospitale constructum sit,vt Rector in perpetuum,
vel ad eius vitam in titulum conferatur, non ve-
rò in administrationem,certum est beneficium esse
Ecclesiasticum, vt satis expressit text.*in d. Clem.*
quia contigit.§.*vt autem, de relig.domib.* ibi, *nisi in*
illorum fundatione secus constitutum fuerit, seu per
electionem sit de Rectore locis huiusmodi prouiden-
dum, & resoluunt glosa *verb. beneficia in Clem.*
*vnic.de rerum permut.*Flamin.Paris.*de signat benef.*
*lib.*11.*q.*3.*ex num.*41.Valasc.*cons.*105.*n.*31.Zaba-
rel. *cons.*117.*in princ.* Gonzales *d.glos.*5.§.4.*n.*14.
Calderin.*cons.*75.*in princ.aliàs vnic.de supp.neglig.*
Nicol.Grac. *d.p.*1.*cap.*3.*per.tot.* Anton.Fabric *in*
theorica de re benef.tit. de Xenodoch. & aliis locis
*piis à n.*16.Cardin.Tusch. *tom.*1.*lit. A,concl.*59.*n.*
4.& 5.Vgolin.*d.cap.*24.*in princ.num.*4.Marescot.
*variar.resol.lib.*2 *cap.*3.*num.*18 Sebast.Cæsar.*dict.*
§.4.*n.*4. Sayro *in florib. dec.*1. *de relig. dom.*Aloys.
Ricc.

Ricc. p.3.collect. 540.ampl.7.& p.5. collect.1655.
Rota d.deciſ.168.à princ.apud Farin.p.1 in poſth.
Lotter.de re beneſic.lib.3.q.6.num.5.cum ſeqq.Ego
ipſe in collect.ad d.Clem.vnic. num.4. Et quòd ap-
27 pellatione beneficiorum veniant hoſpitalia, quæ
non dantur in regimen,ſeu adminiſtrationem,re-
ſoluunt Rebuff. in reg.de deuolut.n.73.& in tract.
de nominat.q.15.num.13. Sarnen. in reg. de trien.
poſſeſſ.p.7.num.4.Ioan.Franc. Pauin. de pot.Capit.
ſede vacant.in 1.quaſt.p.2.num.5. Rot. deciſ.739.
n.9.p.1.recent. & fuit dictum in Alexandrina Be-
neficij 18. Aprilis 1625.coram R.P.D. Merlino,&
28 quòd etiam hoſpitalia beneficia Eccleſiaſtica ſint
vbi vnita fuerint Eccleſiæ,ſeu Eccleſiaſtico bene-
ficio, vel per viam electionis danda eſſent in titu-
lum, reſoluit Aloyſ.Ricc. p.5 collect.1655.limit.2.
29 & 3. Et in hunc ſenſum Clem.vnic.de ſequeſt.poſ-
ſeſſ. loquens in beneficio habet locum in hoſpi-
tali ſecundùm Perez l.1. verſ. quaro 23.tit.10.lib.
3. Ordinam. pag. 665. quem ibi refero in collect.
30 num.8. Et diſpoſitio c.1.de elect.l.6.procedit quo-
que in hoſpitali, vt per Maſcard. de probat. concl.
86.num.24.

31 Hinc etiam hoſpitalia data in titulum, vel ad-
miniſtrationem ſi habeant beneficia annexa, vel
reditus aut prouentus Eccleſiaſticos,tenentur ad
ſeminarij contributionem, iuxta formam Conc.
Trid.ſeſſ.23.de reform.cap.18.verſ.& hoſpitalibus,
ita à S. Concilij Trid. Congregatione deciſum
referunt. Zerol.in praxi Epiſcop.p.1.verb. hoſpita-
le,verſ.decimum dubium. Aloyſ.Ricc.in deciſ.curia
Archiep.Neapol.dec.196.num.6.7.& 8.pag.4.Ego
ipſe de officio, & poteſt. Epiſcopi. pag.3. alleg.77.
32 num.6. Quod quidem non ſic procedet in hoſ-
pitalibus,quæ adminiſtrantur à laicis, & in qui-
bus ſunt bona laicorum, quæ data non ſunt in
titulum, commendam, ſeu adminiſtrationem.Ca-
bed.Luſitan.deciſ.204.p.1.Sebaſt.Cæſar.d.§.4.n.4.
propè finem, Armendar. in addit.ad recopil. legum
Nauarra lib.4.tit.29.l.1.§.2 de hoſpital.n.13. vbi
33 num.15. etiam teſtatur reſolutum hoſpitale vnius
Diœceſis habens beneficium annexum, quod eſt
alterius Diœceſis, teneri contribuere pro rata
fructuum beneficij annexi ſeminario, in qua ſi-
tum eſt beneficium, de quo latè Fuſc. dict.cap.16.
num.10.

34 Hinc quoque prouenit quòd ſimoniæ materia
non ſunt hoſpitalia illa, quæ priuata auctoritate
conſtructa fuerunt, & ſubinde nulla ratione re-
ligioſa ſunt effecta; è contrario autem ſimonia
committitur in iis, quæ Eccleſiaſtica,vel religio-
ſa ſunt, quia conſtructa Prælati auctoritate, præ-
habita tamen diſtinctione, videlicet, quòd ſi pre-
tio dentur illa, quæ in titulum data ſunt, vel ali-
quam habeant ſpiritualem adminiſtrationem,
tunc vera ſimonia committitur lege diuina pro-
hibita; ſi verò nullam habeant annexam ſpiritua-
lem, ſed tantùm temporale regimen cum cura in-
firmorum, & peregrinorum, tunc non ſunt ma-
teria ſimoniæ, ſiue hoſpitalia huiuſmodi commit-
tantur ad tempus, ſiue in perpetuum. nam admi-
niſtratio temporalis non eſt res ſpiritualis, ita S.
Antonin. 3.p.tit.11.cap.2 §.vlt. Panorm. in repet.
cap.extirpanda,§.quia verò numer.55. de prabend.
Syluest. de beneſic.part.1.q.11. num.14.Gam.Lu-
35 ſit.deciſ.vlt.n.60. Verùm etiam hoc caſu quando
Eccleſiaſticum eſt hoſpitale, ſeu religioſum, ſimo-
niam committi lege canonica prohibitam, ex reg.
text.in cap.ſaluator 1.q.3 quatenus officia omnia
Eccleſiaſtica vendi prohibet ſub ratione Simoniæ,
concludunt Suar. d.lib.4.de ſimou cap.27.num.11.
cum ſeqq.Bonac.de ſimon. q.4. n.17. Sebaſt. Cæſ.
d.§ 4.n.5.

In beneficium autem conferri hoſpitalia omni- 36
nò prohibentur, id eſt, adminiſtratio, quæ non
debet in perpetuum dari; collatio verò benefi-
cij eſt perpetua, vnde hoſpitalis adminiſtratio
committi dicitur, non conferri, Lotter. d.lib.3.
q.6.num.46. vbi quòd ſimpex hoſpitale ſiue pro-
phanum ſit, ſiue Eccleſiaſticum, non eſt ſubie-
ctum aliquod conferibile, ſed tantùm commiſſi-
bile; & propterea Vrbanus V. Pontifex conſti-
tutione lata omnes hoſpitalium collationes in
beneficium factas poſt Clementis V. conſtitutio-
nem hac de re in Viennen.Concil.editam, de qua
in dict.Clem.quia contigit, caſſauit, & irritas fecit.
Poſtea Concil.Trid.ſeſſ.25.de reform.cap.8. con- 37
ſtituit adminiſtratio, ſeu gubernatio huiuſmodi
piorum locorum vni & eidem perſonæ vltra tri-
ennium committatur, niſi aliter in fundatione
loci cautum reperiatur, vt in d.Clem. quia contigit.
§.vt autem, Zerol. in praxi Epiſcop.p.1. verb. hoſ-
pitale n.8. Aloyſ.Ricc. in collect.deciſ.part.5.collect.
1655.verſ. aduertendum. Non enim debet quiſ-
quam adminiſtrationis, & prouentuum, quæ pro
neceſſitatibus pauperum ſunt inſtitutæ, dominus
perpetuus conſtitui. cap.1. in fine 1.q.7. In com- 38
mendam verò poteſt hoſpitale conferri,quia com-
mendatarius non fit proprietarius, vt dicemus
lib. 3. in c.7. de commendis; præſertim verò vbi
commenda non habet adminiſtrationem anne-
xam, aut ſi per electionem à ſuperiore confirman-
dam eidem loco ſit de Rectore prouidendum, dict.
Clem.quia contigit.§.vt autem.

Non poſſunt autem Rectores hoſpitalium præ- 39
fici religioſæ perſonæ, niſi in his locis, quæ ha-
bent curam animarum annexam, aut ſunt mona-
ſterio ſubiecta; præfici verò poſſunt Clerici ſæ-
culares tanquam Rectores, & laici quoque. Om- 40
nes autem, præſertim ipſi hoſpitalarij, ſunt eli-
gendi, qui ſint viri prouidi, & boni teſtimonij,
quique ſciant, velint, & valeant loca ipſa,eorum-
que iura vtiliter regere, quia ad inſtar tutorum,
& curatorum inuentarium tenentur conficere, &
iuramentum præſtare, & annis ſingulis admini-
ſtrationum ſuarum iis, qui præſunt rationem,red-
dere compelluntur, Concil.Trident. ſeſſ.22.de re-
form.c.9. Et regulariter de omnibus locis piis Epi- 41
ſcopo eſſe reddendam rationem ab adminiſtrato-
ribus, ſiue ea ſint publica, ſiue priuata, Eccleſia-
ſtica, vel laicalia loca, dicit Mart. de iuriſdict.
p.2.cap.18.num.6. 9. 10. Armendar. in addit. ad
recopil.legum Nauarra lib.1.tit.18.l.7.de Epiſcopis
num.88.vbi, num.79.ſubdit hoſpitalium admini- 42
ſtratores debere Epiſcopo reddere rationem admi-
niſtrationis ſuæ, etſi conſuetudine, priuilegio,
& conſtitutione aliqua perſonis aliis ad offi-
cium electis ratio eſſet reddenda prædictæ admi-
niſtrationis, reddendam tamen Ordinario cum
interueutu dictorum electorum, & ibidem verſ.
item & adminiſtratores, atteſtatur fuiſſe deciſum 43
à Sacra Cong. piorum locorum etiam exempto-
rum adminiſtratores nullam rationem reddentes
poſthac eam Epiſcopo reddere teneri, niſi aliis
reddere ſolitum fuerit, cùm illis tamen præſentia-
liter adhibendum eſſe Epiſcopum, qui quoties
in dicto actu ad rationem computatorum adhi-
betur,in condemnationem,vel abſolùtionem vni-
cum votum habere. Et idem Armandar.l.4.tit.29.
l.2.§.1.de hoſpitalibus n.5. refert reſolutum Ordi- 44
narium

narium posse ab administratoribus hospitalium, aliorumque piorum locorum rationem administrationis exigere, donec coram Ordinario eodem doctum fuerit de institutione, in qua secùs expresè cautum sit, & tunc curare debere, vt
45 quod ordinatum est obseruetur. Et non solùm singolis annis, vt Concil. statuit, sed etiam plurica in anno rationes reperi posse, præcipuè quando Episcopo constiterit illas dolosè redditas fuisse, vel quando redditio non fuit finalis, & plena cum restiiutione reliquorum resolnit Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori Eccles. resol.* 134. *in* 2. *edit.* quem refero Ego ipse *de officio, & potest. Episcopi tom.* 3, *alleg.* 5. *n.* 73.

46 Omnia autem hospitalia, & pia loca de iure communi subsunt iurisdictioni, & solicitudini Episcopi, in cuius Diœcesis sita sunt, *cap. de xenodochiis, de relig. domib.* Altamiran. *de Visit. verb. etiam testamentorum num.* 22. Valenzuel. *cons.* 58. *n.* 10. *tom.* 1. Lotter. *de re benefic. l.* 3. *q.* 6. *num.* 14. Quare Concil. Trid. *eadem sess.* 22. *de reform. c.* 8. decidit vt Episcopi ius habeat visitandi hospitalia quæcumque, & eleemosinas Montis pietatis, siue charitatis, & pia loca omnia quomodocumque nominantur, etiamsi prædictorum locorum cura ad laïcos pertineant, siue exempta sint, aut priuilegia, & omnia quæ ad pauperes sustentandos instituta sunt, ipsi ex officio cognoscere, & exequi possunt.

47 Quod quidem Concilij decretum *dict. cap.* 8. quatenus concedit facultatem Episcopis visitandi hospitalia, & cætera pia loca, non prohibet, quin & iudices eadem visitare possint, si hoc eis aliàs legitimè competat, vt per Armendar. *in addit. ad recopil. legum Nauarra lib.* 1. *tit.* 6. *de Visitat. num.* 68.

48 Si in fundatione hospitalis sit dictum, quòd Ordinarius non possit se intromittere in eius visitatione, non poterit illud visitare, plures, quoa refert & sequitur Diana *moral. resol. part.* 1. *tract.* 2. *resol.* 84. & testatur à S. Congreg decisum Macbado *d. docum.* 8. *n.* 8. & Armendar. *d. art.* 6. *de Visit. n.* 66. & censuit Rot. *decis.* 33. *in princ. p.* 2. *recent.* vbi fuit dictum posse Episcopum visitare, nisi aliter cautum sit in institutione.

49 Ordinarius potest visitare hospitale Principum, & corrigere, ac reformare in iis tantùm, quæ ab obseruandam voluntatem fundatorum pertinent; & habet exigendi rationem ab administratoribus ipsius hospitalis, vna tamen cum illis deputatis, quibus ex consuetudine reddenda est, vt refert Armandar. *d. tit.* 6. *de Visitat. num.* 67. Vnde colligitur non esse veram sententiam, quam post alios sequuntur Paris. *cons.* 34. *num.* 16. *lib.* 1. & Valasc. *cons.* 105 *n.* 5. dum putant Episcopum nullo modo posse visitare hospitalia, quæ sine ipsius auctoritate fuerunt erecta, nec in illis habere locum dispositionem *cap.* 2. *§. deinde, de censib. lib.* 6. Moueotur primò per tex. *in cap. sopita* 14. *eodem titul.* qui tamen ad rem non facit; fortius adducitur text. *in c. vlt. eodem tit.* iuncta glos. quæ ex eo credit Episcopum non posse procurationem exigere, quia neque visitare poterat; sed nec textus ille bene adducitur; (quidquid aliter intelligat Bellencin. *de charitatiuo subsidio q.* 38. *n.* 8.) non enim agit de Oratoriis priuata solùm, sed ipsius quoque auctoritate Ordinarij erectis; patet quia, vt textus habet, monachi interdum in eisdem celebrant, quod saltem absque Episcopi auctoritate nullus facere poterat, post alios Fusc. *de Visit. lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 6. Tandem considerant quòd cum priuata hospitalia (quæ quidem Oratoriis æquiparantur, & cum eisdem à pari procedunt, vt per Abb. *cap. vlt.* & Fusc. *d. cap.* 12. *n.* 6.) non sint Episcopo subiecta neque lege Diœcesana, nec lege iurisdictionis, & ideò in illis non habeant iura Episcopalia, fit consequens nullo modo posse ab illo visitari. Verùm licèt huiusmodi considerationem libenter agnoscamus, quòd loca hæc priuata visitari non possint simpliciter, & absolutè, neque quoad iura Episcopalia Episcopo subiiciantur, non inde sequitur visitari posse saltem quoad eum finem, ne indecenter tractentur, & vt voluntas defuncti adimpleatur; vt satis probat *Auth. de Eccles. tit. §. si quis ædificationem, collat* 9. quamuis Valasc. *vbi sup. n.* 55. solummodo hoc admittat in casu negligentiæ, quando scilicet deputati ad administrationem negligentes sunt in adimplenda voluntate instituentis, vel aliàs bona dissipant. In vita tamen illius, qui hospitale, vel Oratorium priuatum ædificauit, nec Ecclesiasticus, nec sæcularis se poterit intromittere, contra eius voluntatem. Card. *in Clem. quia contigit n.* 19. *de relig. domib.* Abb. *num. vltim. in fine in d. cap. sopita*, & rem non habere dubium ex aliis affirmat. Valasc. *d. cons.* 105. *num.* 45. *vers. adde*, ex vulgari ratione, quòd in re sua quilibet est moderator, & arbiter, *l. in re mandata C. mandati.* 50

Verùm hac in re nimis confusè loquontur Doctores, & ideo, vt prædicta breui compendio recolligamos cum Stephan. VVeyms *de constitut.* 16. *n.* 13. tenendum est istam visitandi, corrigendi, & rationes audiendi auctoritatem competere Episcopo generaliter & in vniuersum omni casu, exceptis dumtaxat tribus. Vno quando hospitalia sunt immediatè subiecta protectioni Regum, de quo infià *num.* 56. *cum seqq.* Secundò quando in ipsa fundatione per fundatores laïcos ex consensu Episcopi, vel alterius superioris Ecclesiastici expresè cautum est ne Epicopus interueniat, aut ne teneantur administratores suis rationibus adhibere Episcopum, id enim postulant verba Concilij Trid. *sess.* 22. *de reform. c.* 9 *nisi secus fortè in institutione, & ordinatione expressè cautum sit*; nam vt sic expressim cauere possint fundatores, ex speciali consensu Ordinarij permissum ipsis est ne contingat laïcos retrahi à fundationibus piorum locorum; eoq; sensu interrogata S. Cong. *An stante prohibitione in fundatione hospitalis quod Ordinarius non possit se intromittere in illius visitationem, nihilominus possit Ordinarius visitare, censuit non posse*; debet interim talis qualitas fundationis probari per eum, qui eam allegat, quia in dubio auctoritas Episcopi censetur fundata ex dispositione Concilij. Tertiò quandiu fundator laïcus adhuc superstes est, & suæ fundationi auctoritatem Episcopi, vel alterius superioris non adhibuit, nullæ quoque sunt partes Episcopi vt administrationi hospitalis se se possit immiscere; quia, in manu & arbitrio fundatoris permanet. Vnde in facto consultus Thom. Noni. *cons.* 61. *Duo sunt*, respondit ex dispositione Conciliaris decreti *sess.* 22. *de reform. c.* 9. hospitale quod Mercatores Perusini extruxerant absque auctoritate Episcopi, non subiacere visitationi Ordinarij, neque teneri illos administratorea reddendis rationibus adhibere Episcopum: tum quia fit adhoc priuatum, sine licentia Ordinarij fundatum, cuius auctores consentur continuò viuere, eo quòd collegium

collegium nunquam moriatur: tum quia Syno-
nodus Tridentina intelligitur etiam solummodo
remouisse consuetudines, & priuilegia, quæ con-
tra Ordinarios erant introducta, non etiam im-
mutasse dispositionem antiquorum Caoonum;
tum denique quia consulta Sacra Cong. respondit
Ordinarium non habere auctoritatem visitandi
hospitalia, aut Confraternitates, quæ à laïcis re-
guntur, nisi in casibus à Iure communi admissis,
hoc est quæ vel Ecclesiastica sunt, vel fundatores
suos non habent superstites. Et adhuc Gabriel
Pereira *d.cap.*17. *num.*10. qui existimauit hospi-
tale auctoritate laicorum fundatum esse propha-
num, licèt opera pia in eo exerceantur, fatetur ad-
huc in his posse Episcopum se intromittere, vt
videat an Missæ, & alia opera pia adimpleantur,
defuncto scilicet iam primo ipsius hospitalis fun-
datore, & *num.*13. quærit an Episcopi possint se
intromittere in visitandis hospitalibus, seu Con-
fraternitatibus in Ecclesiis Ordinum Militarium
constructis?

51 Hospitalia administrata à Fratribus B. Ioan-
nis Dei non sunt exempta à iurisdictione Ordi-
narij, nisi solùm quoad regularem obseruan-
tiam. Sacra Congregat. *in Auellina* 12. *Ianuarij*
1630.

52 Executiuè aduersus administratores hospita-
lium condemnatos, siue soli Ordinario reddita
fuerit ratio, siue vnà cum aliis deputatis, ad ip-
sum Ordinarium spectat, Armendar. *dict. lib.*4.
*tit.*29. *l.*1. §. 2. *de hospitalib. n.*4. vbi *num*... subdit
53 Concil. Trid. *d.cap.*8. non habere locum extra vi-
sitationem in casibus etiam in iure non concessis,
& *numer.* 12. ait quòd cum Episcopi curare de-
beant vt hospitalia à suis administratoribus quo-
modolibet exemptis diligenter ac fideliter guber-
nentur, dubium non est quin illorum visitatio-
nem instituere debeant, vt per illam cognosce-
re possint, quæ facere debeant administratores
hospitalium. Et quod Episcopus animaduertere
54 possit in Rectorem hospitalium, leprosariorum,
eleemosynarum, & xenodochiorum, qui negli-
gunt, seu non versantur, vt oportet, in administra-
tione, non obstante quacunque exemptione,
probat text. *in d. Clem. quia contigit*, & resoluunt
Erasm. à Cochier. *de iurisdictione Ordin. in exem-
ptis p.*2. *quæst.*45. *num.*79. Ego ipse *d.p.*3 *alleg.*75.
*num.*12.

55 Et demùm quod Episcopus visitare possit om-
nia hospitalia, & pia loca quocumque nomine
nuncupentur, etiamsi sint priuata laïcorum, &
corrigere, ac reformare in casibus à Iure conces-
sis, scilicet ob negligentiam, vel delapidationem
bonorum, tenet Mart. *de iurisdict. p.*2. *cap.*18. *n.*5.
Armendar. *tit. de visitat. n.*74. Ego ipse *d. alleg.*75.
*num.*12.

56 Speciali fauore contra ordinarias regulas in
hac materia constitutum est, vt in hospitalibus,
& Confraternitatibus, quæ sub immediata Re-
gum fuerint protectione, se non intromittant
Episcopi modo aliquo, nec eorum officiales, vt
expressit Concil. Trid. *d.cap.*8. & notat Choppin.
*lib.*2. *monast. tit. num.*5. Azeued. *l.*3. *num.*9. *tit.*14.
*lib.*4. *noua recopil.* Mart. *de iurisdict. p.*2. *c.*18. *n.*2.
Zipæ. *in analytica postremi iuris Eccles. enarrat.
lib.*3. *tit. de relig. domib. à n.*8. Perez de Lara *de an-
niuersar. & Capell. lib.*2. *cap.*1. *n.*49. Ordin. Regia
Lusit. *lib.*1. *tit.*62. §. 42. cuius meminit Cabed. *de
patron. regiæ coronæ cap.*39. *num.*3. *& cap.*42. *n.*5.
Paul. Fusc. *de visitat. lib.*2. *cap.*13. *num.*23. Valasc.
*consil.*105. *num.*61. Valenzuel. *d.cons.*58. *num.*12.
Gabr. Pereira *de Manu Regia part.* 1 *cap.*17. *n.*11.
Ciarlin. *controuers. forens. cap.*65. *num.* 1. *cum seqq.*
vbi *num.* 3. subdit non satis esse si protectioni
Ducum subsint, Machado *en su perfecto Confessor
tom.*2. *lib.*4. *p.*6. *tit.*7. *docum.*8. *num.*9. Solorzan. *de
Iure Indiar. tom.*2. *lib.*3. *c.*3. *num.*59. Ratio autem
deducitur ex altitudine, & præeminentia Regiæ
dignitatis, quam præ cæteris conuenit anteferri,
vt ait text. *in cap. vltim. in princip. vers. nec aliquis,
de offic. deleg. in* 6. quam rationem ad notabiles, &
vsu frequentes quæstiones exornant Lamberrin.
*de iurepatron. art.*11. *quæstionis* 9 3. *part. lib.*1. Re-
buff. *in praxi part.*3. *Signatura à n.*61. Cou. *pract.
cap.*36. *num.*2. plures, de quibus Cened. *ad De-
cretal. collect.*79. *num.*2. tum quia Rex Hispaniæ,
& cæteri Catholicæ Reipub. supremi Principes 57
sunt protectores decretorum sacri Concilij Trid.
vt ex eo colligitur *sess.*25. *reformat. cap.*10. *in fine*,
Modern. *de protect. regia part.*1. *cap.*1 *prel.*2. *n* 73.
Et cùm eodemmet Concil. *sess.*25. *de reformat. c.* 2.
statueretur, vt ipsum in Conciliis Prouincialibus,
Synodis, & Vniuersitatibus reciperetur, ideo
in executionem talis decreti Carolus V. Imperat.
non solùm Hispaniæ vbi regnabat, sed Germa- 58
niæ vbi imperabat, & omni Orbe recipi Conci-
lium Trident. curauit, & in Augustano Con-
uentu omnes Principes se submittunt illi, ex
Laurent. Surio *in comment. de Carolo V. an.*1547.
& 1548. *fol. mihi* 436. & Philippus II. prædicti 59
Caroli filius die 21. Iulij 1564. Regia mandata
expediunt, vt in vniuerso Regno custodirentur
decreta S. Concilij Trident. & Concilia Prouin-
cialia conueniri curauit, iuxta eiusdem Concilij
dispositionem, vt illud reciperent, prout attesta-
tur Herrera *in historia eiusdem Philippi II. lib.*6.
*cap.*1. *an.* 1564. Fr. Emman. *quæst. regular. tom.*2.
*quæst.*63. *art.*19. Bobadil. *in sua politica lib.*2. *c.*18.
*num.*194. Valasc. *de dignitate Regum regnorumque
Hispaniæ cap.* 22. *num.* 5. Vnde Concilij Trident.
defensorem, & tuitorem Regem nostrum Hi- 60
spaniarum appellant, ad quem pro defensione
contentorum in Trident. recursum legitimum
interponi posse resoluunt Suarez de Pace *in præ-
cticar. tom.*2. *prel. vltim.* Bobadil. *dict. cap.*18.
num. 135. Flores de Mena *variar. lib.*1. *quæst.* 4.
numer. 35. Videant ergo quantum iustissimè hac, 61
& aliis prærogatiuis potitur Rex noster Hispa-
niarum, & qualiter in eis manutenendus venit.
Poterit tamen Episcopus in dictis hospitalibus
visitare diuinum cultum, & ornamenta, vt per
Gabr. Pereira *de manu regia part.* 2. *cap.* 17. *nu-
mer.* 12. Dianam *resolut. moral. part.*1. *tractat.* 2.
resolut. 100. & respondet Gabr. Pereira decretum
Concilij *in dict. cap.* 8. procedere circa opera,
quæ in illis locis exercentur, & circa petendas
rationes eorum, quæ ibi expenduntur, non au-
tem de visitatione circa cultum diuinum, quæ
ad Episcopos necessariò & priuatiuè spe-
ctat.

In hac tamen Concilij Tridentin. exceptio- 62
ne non continentur omnia hospitalia sita in
prouinciis, & ditionibus cuiusque Regni; sed
illa tantùm, quæ expressè recipiuntur sub im-
mediata Regum protectione, vt responderunt
Illustrissimi Patres S. Concilij Tridentin. interr-
pretes, teste Marta *dict. cap.* 18. *numer.* 4. &
Armendar. *dict. titul.* 6. *de visitat. numer.*
71. Et ideò si Episcopo hospitale aliquod vi-
sitare volenti opponatur exceptio quòd sub

immediata Regum protectione existat, non ad sæcularem iudicem, sed ad ipsum Episcopum talis exceptionis cognitionem, & definitionem pertinere attestatur ab eisdem Illustrissimis Patribus decisum. Idem Matt. *d. cap.* 18. *n.* 5. Armend. *d. tit.* 6. *de visitat. n.* 7 a. Ego ipse *d. p.* 3. *alleg.* 75. *n.* 20. refert me citato Ciarlin. *d. c.* 65. *n.* 4.

64 Statuit præterea idem Concil. Trident. *eadem sess.* 25. *de reformat. cap.* 8. vt si deficiant personæ, quæ in hospitali curari debent; vel perpaucæ quandoque reperiantur, ne fructus illorum locorum depereant, vel in non pios vsus consumantur, in alium pium vsum, qui eiusdem loci institutionis sit proximior, ac pro loco, & tempore vtilior, conuertantur cum iudicio Ordinarij, nisi aliter sit in eiusfundatione dispositum, quod officio ipsius Ordinarij erit obseruandum.

65 Est posttemò notandum illud, quod monet Trid. Concil. *eod. cap.* 8. vt scilicet non solùm, qui hospitalia, & alia pia loca quocumque titulo obtinent, impositum illis onus, officiumve administrent, atque hospitalitatem, quam debent ex fructibus ad id deputatis actu exerceant, iuxta *dict. Clem. quia contigit*, verùm etiam quæcumque beneficia Ecclesiastica obtinentes moneri, vt hospitalitatis officium à sanctis Patribus *Genes.* 18. frequenter commendatum, quantum per eorum prouentus licebit, promptè benignéque exercere assuescant, præcipuè verò Episcopus, docet Apostolus 1. *ad Timoth.* 3. *& ad Tit.* 1. hospitales esse oportere, quod ad Religiosos, vt colligitur ex *cap. decimas, vers. communi vita* 16. *q.* 1. & cæteros quoque Clericos extendendum sacri Canones censuerunt, per *tot.* 42. *dist.* De hospitalitate laudanda, complectenda, & amanda congerunt plura Chassan. *in catal. gloria mundi part.* 11. *cens.* 46. Cosm. *in pragm. sanct. in proœm.* §. *nam Ecclesiæ in gloss. hospitalitas* §. 36. Chopin. *de sacra politia lib.* 3. *tit.* 5. *à princ.* Illustriss. & reuerendiss. D. meus Roderic. à Conha *in comment. ad sum. dist.* 42. *n.* 15. *p.* 315. Ego ipse *de officio, & potestate Episcopi p.* 1. *tit.* 3. *gl.* 9. *verb. hospitalem.*

66 De Confraternitatibus, quæ inter religiosa, & pia loca solent connumerari, vt aliquid in specie dicamus, circa earum nomen, & institutionem prænotare oportet, Budæum *in prioribus annot. ad Pandectas sub tit. de officio quæstionis pag.* 4. nominis etymologiam deducere à Græco φρατρίας, quas apud Aristot. interpretatur esse Conuentus quosdam hominum quasi pagos propria sibi sacra communitet habentium ab eo dictas quòd communi puteo vterentur, quia Græcè φρέατιον dicitur, indeque concluditur confratriam dici quasi communem religionem. Verùm hanc nominis deductionem reliqui Nonitiores improbarunt; in primis enim Rebuff. *tom.* 2. *ad leges Galliæ tit. de Confratriis, in princ. à n.* 10. scribit à Græco φρατρί, id est, puteo sed longè petita videtur, cum propior seu vicinior sit etimologia à Latinis nominibus, frater, & fraternitas, quasi societas, & simul fraternitas ad vnum cultum; quia omnes fiunt vnum corpus in Christo, iuxta tex. *in cap. ad mensam, in princ.* 1 1. *q.* 3. At Cou. *in cap. officij, in fine, de testam.* ait non damnare se hanc deductionem, sed opinari potius dici, quia fraternitas dicitur Christianorum collegium apud Cyprian. Hieronym. Ambros. & Tertol. quos ibi refert, Paul. Fusc. *de visitat. lib.* 1. *cap.* 14. *n.* 4. Azeued. *l.* 3. *à princip. tit.* 14. *lib.* 8. *nouæ recopil.* confirmantes ex *l. verum ff. pro socio*, vbi socij dicuntur habere inter se ius fraternitatis, & monachi, qui eodem viuunt collegio, eandemque regulam profitentur, Fratres dicuntur. Sed si aduertamus vtraque illa etymologia, necessaria est, si ad duo diuersa referatur; si enim agamus de nomine Confratres, & confraternitas, Latinum esse concedendum est, & nasci ex illis dictionibus con & frater, quasi simul vnum habeant ius fraternitatis: si autem agamus de nomine Confratriæ, quod magis accedit ad nostrum Lusitanum *Confrarias*, & Gallicum, *Confratries*, & Hispanicum *Confrarias*, non longè petitum est à verbo Græco φρατρίας, quatenus significat communem religionem, diuinumque cultum, sed potiùs maximè conuenit, tam ipsa notatio nominis, & vocis sonus, quam ipsius rei significatæ propterea.

Ex quibus quamuis synonyma videantur, eandem habere significationem tria illa nomina, Collegium, corpus, & Confraternitas, diuersa tamen duo priora ostendit particula, & quia vtitur *rub. ff. de colleg. & corpor. illic.* iuxta doctrinam glos. *in rub. ff. de iuris, & facti ignor.* Quare in iis distinguendis laborant Doctores, sed reiecta explicatione glos. *in eadem rub. verb. corporibus*, & resolutione Nau. *cens.* 3. *n.* 2. *de foro compet.* existimantis nullam inter hæc dari differentiam, meliùs explicabimus cum Petr. Greg. *Syntagm. iuris lib.* 15. *cap.* 3 a. *n.* 4. Decian. *tract. crimin. lib.* 7. *cap.* 20. *n.* 1. differre vt genos, & species: corpora enim dicuntur omnes Societates, & Collegia, Vniuersitates, patrimonia, & hæreditates; Collegium verò non dicuntur nisi de hominum vniuersitate: Confraternitas autem, prout videmus in vsu, dicitur propriè de congregatione plurium personarum Religionis seu deuotionis causa, vt circa nomen φρατρίας suprà aduertimus. 67

Non defuere tamen qui Confraternitatum, seu Confrariarum vsum omninò damnârunt, ea ratione, quam ponit Budæ. *citato loco*, quia potiùs epulones, seu coëpulones dici possunt, quia plerumque epulandi magis quàm diuini cultus gratia conueniunt, more Gentilium, ideoque lege Franciæ omninò improbati referunt Rebuff. *dict. loco.* & Duaren. *tit. de hæredib. instit. cap.* 2. *vers. alia quæstio*, quod melius, latéque prosequitur Petr. Greg. *de Republic. lib.* 13. *c.* 3. *à princ.* atque etiam legibus Hispaniæ, vt *in l.* 3. *tit.* 14. *lib.* 8. *nouæ recop.* vbi Azeued. *à num.* 9. & Perez *ad l.* 2. *tit.* 11. *lib.* 8. *Ordin.* & ipso Iure communi confirmari videtur *in l.* 1. *in princ. ff. de colleg. illic.* vbi mandatis Principum præcipitur Præsidibus prouinciarum ne patiantur esse Collegia illicita, quæ sodalitia vocat, quo nomine Confraternitates comprehendi videntur. Sed audiendi non sunt, quia ab hac prohibitione generaliter excipiuntur Collegia, quæ Principis, aut Senatusconsulti auctoritate fuerint approbata, vt probat text. *in l.* 3. *in vers. in summa ff. illo tit.* vbi Batt. & Duar. atque alij communiter annotarunt, & ex Regis Tarquini lege explicat Brisson *antiquit. lib.* 1. *c.* 14. Cuiac. *lib.* 7. *obseru.* 5. Petr. Greg. *d. lib.* 15. *c.* 3. *n.* 10. Decian. *dict. c.* 20. *à n.* 3. Mynsing. *cent.* 6. *obseru.* 2. *n.* 2. Aniles *ad c.* 2. *Prætorum verb. Confœderatio à princ. & n.* 10. Nau. *d. cens.* 3. *à n.* 3. Menoch. *de arbitr. cent.* 6. *casu* 597. *à princip.* 68 69

Vnde cessat labor scribentium de intellectu text. *in d. l.* 1. dum generaliter videtur improbare omnia Collegia, sodalitia: alij enim mendosam asserunt esse litteram; alij sola Collegia ibi improbari, 70

bati quæ ob comeſſationes, & conuiuia ſunt in-
ſtituta, ſodalitia *ibi* appellati; vt proſequitur
Cotta *memorabil. verb. Collegia.* Sed facile eſt
intelligere per viſum regulæ de omnibus Collegiis,
quæ à Principe, vel Senatuſconſulto non ſunt
71 approbata, iuxta *d l.3.verſ. in ſumma.* Inde etiam
Conuenticula appellantur Congregationes plu-
rium perſonarum ſine legitimi Superioris aucto-
ritate *in cap.multis, in princip.16.diſt.* notant om-
nes *in l.conuenticula C.de Epiſcop. & cleric.* Bald.
in cap.1.§.conuenticula, per textum *ibi n.5.de pace
iuram.firmanda, in vſibus feud.* vbi Afflict.*n.23.*
Decian. *d.cap.10. à n.17.* Matta *de iuriſdict. p.2.*
72 *cap.23. à n.1.* Ad hanc etiam ſpeciem pertinent
monopolia; quando plures, vel omnes alicuius ci-
uitatis mercatores coëunt, vt merces non ven-
dantur niſi certo pretio, quæ ſubinde tanquam
bono publico contraria improbat text.*in l.1. C.de
monopol.* & latè explicant Ferrand. *in iuris partes
lib.1.cap.64.*Decian.*d.lib.7.cap.21.* & poſt Fr.Lu-
dou Lop. *in inſtructor. negotiantium lib.1. cap.42.*
ac alios Azeued.*l.4.tit.14.lib.8.noua recop.*Menoc.
de arbitr.caſu 569.

73 Porrò inter Collegia non prohibita, ſed ma-
gis lege permiſſa primum ac principalem locum
obtinent ea, quæ religionis, & pietatis cauſa in-
ſtituuntur; vt expreſsè ad limitationem regulæ
præcedentis negatiuæ text. *in d.l.1. verſ. ſed reli-
gionis,* ex quo Abb. *in c.1.in fine, de elect.* genera-
lem regulam deducit quòd omne Collegium eſt
approbatum à Iure, quales eſſe inquit Confrater-
nitates inſtitutas pro alendis pauperibus, pro ma-
ritandis puellis, aut ſimili, quod etiam reſoluit
idem Abb. *conſ.32.n.104.vol.1.*Felin. *in cap.acce-
dentes à n.1.de præſcript.*& poſt eum Rebuff.*d.loco,*
& plenè Azeued. *d.l.3.à princ.* Nau. *d.conſ.3.n.3.*
Decian. *d.cap.20.n.7.* Verùm & iſtas Confratrias
74 religionis, & pietatis inſtitutas licitè inſtitui
non poſſe, niſi priùs à Principe, aut alio legitimo
Superiore earum ſtatuta examinentur, & appro-
bentur, prudenter legibus Caſtellæ conſtitutum
eſt *in d.l.3.tit.14.lib.8. noua recopil.* vbi latè pro-
ſequitur Azeued. *à numer.22.* & ante eum Auiles
*vbi ſup.n.10.*Decian. *d.cap.20.n.15.*Gutier.*canon.
lib.1.cap.35.num.1. in fine,* Matt. *d.p.2.cap.23. à
n.18.& 24.* propter periculum, quod ex huiuſmo-
di Confraternitatibus ſub ſpecie religionis inſti-
tutis in Reip.damnum poſſe ſuboriri experientia
ipſa compertum eſt, vt longo diſcurſu proſequitur
tradens modos, quibus Confraternitatum abuſus
poſſunt reformari, Petr.Greg. *dict.l.13.de Republ.
cap.3.* atque ita vſu obſeruari in omnes Confra-
ternitates etiam intuitu Religionis inſtitutæ ap-
probentur ab Epiſcopo vel alio Superiore, atte-
75 ſtantur Decian. & Azeued. *citatis locis,* in tantum
quòd quærente Epiſcopo Chien. in India occi-
dentali, an Clericis Societatis IESV, necnon Re-
gularibus Ordinis S.Dominici nouas Chriſti fi-
delium ſæcularium Confraternitates, ſeu Congre-
gationes cum vſu ſacrorum abſque loci Ordinarij
licentia erigere liceret? S.Cong. Cardinalium ne-
gotiis Epiſcoporum & Regularium præpoſita Il-
luſtriſſimo Philonardo referente non licuiſſe ne-
que licere cenſuit, *ſub die 6. Decembris 1616.* Eſt
76 enim ad hoc conſtitutio Clementis VIII. pu-
blica Romæ *die 24 Decembris* 1604. quam refert
Piaſec. *in praxi Epiſcop. part.2.c.3. ſub n.13.* ex-
preſsè diſponens vt Confraternitates non ſint eri-
gendæ, niſi de conſenſu Ordinarij loci, & quòd
ſtatuta confratrum ab Ordinario examinari, appro-
bari, & corrigi poſſint. Et poſtmodum S.Rit.Cong. 77
in vna Elboren. 7. Octobris 1617. cenſuit quòd
Confraternitates erigere, & ſtatuta confirmare
nemo poteſt inuito vel inconſulto Epiſcopo, ſed
ad ipſum priuatiuè, quoad alios ſpectat. Ex quibus
apparet tutam non eſſe reſolutionem, quam mul-
tis comprobare latè nititur Menoch. *conſ.28. à
num.11.* dum poſt Crauet. *conſ.4.* reſoluit licitas
eſſe ſine Superioris auctoritate Congregationes,
quæ fiunt ob aliquem licitum finem. Et hæc de
nomine & inſtitutione Confraternitatum breui-
ter prænotare ſatis ſit.

Nunc verò eſt aduertendum de duobus poſſe 78
dubitari. Primò, an huiuſmodi Confraternitates
tam quoad res, quàm quoad perſonas, Eccleſia-
ſticæ, ſeu Religioſæ cenſendæ ſint? Secundò an
ſaltem vt piæ, priuilegiis gaudeant piæ cauſæ?
Diſtinctione maximè opus eſt ad reſolutionem
plurium quæſtionum, in quibus nonnulli fruſtrà
& miſerè contorquentur, differentiam non ſatis
percipientes, & vtrumque confundentes, vt con-
ſtat ex Gutier.*d.cap.35.per tot.*Gabr.*commun.lib.6.
tit.de pia cauſa, concl.1.*Fuſch.*de viſitat.lib.2.cap.
14. à n.5.*Matt.*de iuriſdict.p.4.cent.2. caſu 113.
n.7.*Aloyſ.Ricc. *var.reſol p.3.reſol.145.* Nonat. *in
praxi elect.fori ſect.1.q.42. à n.3.* Ceuall.*de cognit.
per viam viol.p.2.q.32. in princ.* Felician de Vega
in relect.ad c.cũ ſit generale 8.à n.49.de foro comp.
& aliis ſtatim referendis. Quare circa vtrumque
articulum ſic ſubdiſtinguere oportet. Aut enim
inſtitutæ ſunt abſque Epiſcopi auctoritate, & cer-
tum eſt minimè Eccleſiaſticas, aut religioſas eſſe
cenſendas: ratio facilis eſt, quia hanc qualitatem,
vt Eccleſiaſticæ, ſeu Religioſæ fiant, ſecundùm
Ius canonicum tribuere non poſſunt priuati abſ-
que Prælati auctoritate, vt per text. *in c.ad hæc, de
relig.domib.* notant ibi Doctores communiter, &
alij, de quibus Gonzal. *ad reg.8. Cancell.gloſſ.5.
n.38.cum ſeqq.* & præter ſtatim referendos Valaſc.
conſ.105.n.7. Perez de Lara *de Capellan.lib.2.c.5.
à num.5.* vbi longam faciens diſtinctionem plu-
rium caſuum, illum omittit quando tractatur de
bonis relictis Confraternitati fundatæ auctorita-
te Epiſcopi; ſed ex iis quæ ibi reſoluit, iuncto
num.15. in fine, videtur ſupponere religioſa eſſe,
vt ſtatim oſtendimus. Pias tamen non eſſe aſſerunt
nonnulli, quando auctoritate Epiſcopi inſtitutæ
non ſunt. Sed contrarium fateri oportet; cùm
enim opera pietatis ibi exerceantur, piis cauſis
debent annumerari, etiamſi Epiſcopi auctoritas
deficeret, vt de hoſpitalibus ſiue ea inſtitutis ex-
preſsè reſoluit Paul. de Caſtro *conſ.167. ad fin.
vol.2.*Abb. *in cap.de xenodochiis n.3.de relig. dom.*
Roman. *conſ.477.n.2.* & poſt Bald.Anch. & alios,
quos refert Tiraq. *in præfat.pia cauſa, pag.1. verſ.
item relictum hoſpitalibus,* iuncto *verſ. ſed alij in-
diſtinctè,* & poſt Felin.Selu. & plures alios, Gabr.
d.tit.de pia cauſa, concl.2.n.2.verſ.contrarium, Bo-
badil. *in ſua politica 2.cap.18. numer. 228. iuncta
lit.C,* Card.Tuſch.*tom.4 lit. H,concl.158. & con-
cluſ.163.n.2.& 4.& tom.6.lit.P,concl.338.*Caſtill.
*lib.1.de vſufructu,c.54.n.24.*plures per Nic.Garc.
de benefic p.5.cap.1.n.606. in terminis Confrater-
nitatum Benedict. Ægid. *in repet.l.1. C.de ſacroſ.
Eccleſ. part.1. in initio num.54.* vbi hanc rem du-
bio carere affirmat, cùm conſtet tales Confrater-
nitates nihil aliud quàm diuini numinis cultum
& honorum (in quo vera pietas conſiſtit)
tam in ſuis Sanctis, quàm in operibus cha-
ritatis erga proximos proſpicere, intendere,

& exercere : vbi plora de Confraternitate sanctæ Misericordiæ in omnibus Portugaliæ ciuitatibus, & omnibus ferè illius oppidis erecta & fundata. Rot. *decis.* 373.*num.*8.*part.*2. *recentior.* *& coram Coccin.decis.*210. latè Antonin. Ricciul. *Eccles.lucubrat.lib.*4.*cap.*11.*num.*13.*cum seqq.*vbi probat.

79 Ex quibus planè colligitur, quòd licèt nonnulli, quos refert Gabr. *dict. conclus.*2. *in fine, & conclus.*1.*num.*17. & Regens de Ponte *consil.* 28. *lib.*1. voluerint relicta piis causis solui non posse hospitalibus, & Confratriis institutis sine Episcopi auctoritate; longè verius est contrarium, vt tenent Tiraq. proximè citatus, Valasc. *dict. consil.*105.*num.*38. Benedict. Ægid.*dict.loco a.*55. & Ricciul.*citato cap.*11.*num.*13.addens quòd Doctores asserentes Confraternitates laïcorum non esse loca pia, debent intelligi de Confraternitatibus, quæ consistunt in simplici collegio personarum citra auctoritatem Ordinarij, vel exercitium operis pij.

80 Interueniente autem Episcopi approbatione de multis possumus dubitare,vel de ipsis Confratriis an sint Ecclesiasticæ, & de foro Ecclesiæ, si corpus ipsum Confraternitatis conoeniatur. Vel de rebus ad ipsos spectantibus subiaceant Ecclesiasticæ, an verò sæculari potestati, vel de personis singularibus ipsorum Confratrum.

Si de ipsis Confraternitatum corporibus agamus, aut quæritur an sint loca religiosa, & locorum religiosorum gaudeant priuilegiis. Vel vtrùm piis causis debeant annumerari? Circa primum distinguendum est vtrùm habeant hospitale, seu Ecclesiam cum campanili, & Altaribus; & religiosa esse loca concedendum est: aut non habent hospitale, nec Ecclesiam; & negatiuè respondetur, ex ea ratione, quia quando hospitale, vel Ecclesiam non habent, rationem collegij, & fictæ personæ vicem sustinent, vt latissimo discursu comprobat Mart. *de iurisdict.p.*4. *casu* 113. *num.*7. vsque ad *num.*17. licèt perperam confundat, cum hac consideratione quòd loca pia non sunt, quæ diuersa est ab illo, quòd fauore piæ causæ non gaudeant contra proximè resoluta, quamois pia esse loca contendant multi, quos refert Gabr. *d.concl.*1.*num.*5. à quibus recedit cum aliis *num.*9. Quoad secundum igitur quòd Con-

81 fraternitates cum Episcopi auctoritate institutæ piæ sint, & Ecclesiasticæ, itavt si ipsa corpora conueniantur, ad forum Ecclesiæ pertineat cognitio; probatur ex *d.cap.de xenodochiis*, iuncto *c.ad hæc*, & tenet Nicol.Garc. *de beneficiis,part.*5. *cap* 1.*num.*605. iuncto argumento de loco ad rem, seu ad personas, de quo *in l.*1.*§.Officium ff. ne quis in ius*, cum aliis citatis per me *in tract. de locis communib. argument. iuris loco* 65.*n.*1. si enim auctoritas Episcopi facit loca religiosa, & de foro Ecclesiæ, nulla ratio diuersitatis assignari potest, quare Collegia ipsa personarum ex auctoritate summi Pontif. aut Episcoporum instituta non pertineant ad forum ipsius Ecclesiæ. Non obstat recepta distinctio *in l.vlt.num.*15.*ff. de colleg. illic.* quæ etiam deducitur ex *gloss. pen. in cap.*1. *de locato*, recepta per Cou. *practic.c.*34. *n.*1.*ad med.*& alios, quos refert & explicat Decian. *tract. crimin. lib.*4.*cap.*9.*num.*41. *cum seqq.* & de quibus Azeued. *l.*10.*num.*25.*tit.*1.*lib.*6. *noua recopil.* dum resoluunt quòd si Collegium vt Collegium conueniatur, inspici debet, an maior pars sit Clericorum, quia hoc ad Ecclesiasticum pertinet iudicium;ad sæculare verò si maior pars sit laïcorum, nam si distinctio vera est (dubitat enim de ea Decian. *vbi proximè*) debet intelligi de Collegiis omnino profanis,vt in Vniuersitatibus studiorum, de quibus nominatim agunt,non ita tamen adaptatur Collegiis Episcoporum auctoritate fundatis ad pia opera, vt benè explicat Azeued. *d.l.*10. *n.*27.*cum seqq.*

Si verò agimus de rebus ad ipsas Confraternitates Episcopi auctoritate ad pios vsus institutas spectantibus, vt Ecclesiasticas censendas esse verius est,& consequenter sine solemnitatibus requisitis in rerum Ecclesiasticarum alienationibus alienari non posse, vt post Menoch. Lamberr. & Sfort. comprobat Gotier.*d. cap.*35. *num.*3. & absque difficultate verum est quando Confraternitates alicui Ecclesiæ, Capellæ, seu Altari vnitæ,seu affixæ sunt,vt frequentissimo vsu receptum videmus. Ratio verò ex dictis facilis est, quia huiusmodi Confratriæ Ecclesiasticæ sunt, propter accedentem Episcopi auctoritatem, ac subinde de foro Ecclesiæ fiunt res, quæ in earum dominio incorporantur, iuxta reg. text. *in cap. vlt.de rebus Eccles.* resoluit Carol. de Grass. *d.effectu* 1.*n.*121. Lotter.*d.lib.*2.*cap.*10.*num.*51.Marc.Anton.*variar. resolut.lib.*1.*resolut.*66.*num.*2.*& resolut.* 203. *n.*1. latè Muta *decis.*58.*n.*19.*&* 21. *cum seqq.* Ricciul. *d.lib.*4.*c.*12.*num.*22.quicquid dicat Capic. Latro *decis.*95. 82

Si autem de personis agamus ipsorum Confratrum, cum supponamus nec se, nec sua religioni io totum tradidisse, sed mere laïcos remanere,certum esse debet quòd de foro Ecclesiæ non efficiuntur, sed coram sæculari iudice sunt conueniendi in ciuilibus & criminalibus, si causæ spirituales non sint, vt notat expressè Paol.de Castro *in l.collegiam, num.*3.*C.de hered. instit.& in l.cum senatus,num.*2.*&* 3.*ff.de rebus dub.* vbi Socin.*num.*10. Abb.*cons.*31.*num.*2.*par.*1. Valasc. *d.cons.*105.*n.*32. Petrus de Lata *d.cap.*1.*à num.*7. & post Corn. Pariis. & alios, Matt. *d.part.*4. *casu* 113.*num.*13. & bene Azeued. *d.l.*10.*num.*26. Man. Muta *dec.*58. *num.*9.*cum seqq.* Rot. *in Romana Beneficiatus S. Laurentij in Damaso* 22. *Maij* 1623.*coram Reuerendissimo D.Coccino Decano*,impressa per Alphós. de Leone *de officio Capellani part.*1. *q.*4. *num.*10. *&* 11.Carol.de Graffis *de effectib.clerical.effectu* 1. *num.*121. latè Ricciul. *Ecclesiast.lucub.lib.*4. *c.*12. *à princip.* Ratióque differentiæ inter bona,& personas, ea est, quia bona efficiuntur ipsius Confraternitatis, & in eam transeunt, eique vniuntur, & incorporantur; & ideò tanquam connexa, & adhærentia rei piæ, seu religiosæ, religiosa etiam efficiuntur, iuxta reg. text.*in cap.quanto, de iudic.* cum similibus. At verò personæ nullam faciunt, vt supponimus,sui, aut suorum traditionem, sed potiùs in sæculo puri laïci manent, sicut priùs,solámque eleemosynam paruam vnius denarij præstant, vt fructum spiritualem bonorum operum Confraternitatis participent, vt priuilegio Ecclesiasticæ sepulturæ interdicti tempore, vt benè expedit text.*in c.vt priuilegia,vers.suos quoque.de priuileg.* & consequenter ratio quæ efficit vt bona, seu loca pia, aut Ecclesiastica censeantur, apertè deficit, vt in personis idem debet iudicari. 83

Dixi, *si causæ spirituales non sint*, quia certum est harum cognitionem priuatiuè ad solos Ecclesiasticos iudices pertinere, iuxta regulam text. *in cap. benè quidem* 96.*dist.& in c.*2.*& in c.quanto, de iudic.*& in eisdem terminis Confraternitatum notant 84

notaot Rebuff. *in tract.in quib.cauſis ſeculares iudices,&c.num.*81. & poſt Salaz. Bobadil.*d.n.*228. Azeued. *d.l.*10.*num.*26.Nau.*d.conſ* 3.*num* 5.*&* 6. *de foro comp.* atque etiam Mait. *d.caſu* 113.*n.*20.

85. Exemplum proponentes ſi agatur de recipiendis, vel excludendis Confratribus, quia tunc primum iudicium ſpectat ad Rectorem Confraternitatis, à quo datur recurſus ad iudicem Eccleſiaſticum, Gutter. *Canon.quæſt.lib.*1.*c.*35. *num.*24 Lotter.*de re benefic.lib.*2.*q.*10.*num.*52.Ricciul.*d.lib.*4.*c.*12. *n.*4. Idem reſpectu ordinationis, & correctionis ſtatutorum, quia hoc pertinet ad Epiſcopum, Ricciul. *d.c.*12.*n.*7. Idem vbi agitur contra Confratres pro delicto admiſſo in rebus ſpiritualibus, Steph.Grat.*diſcept.*517.*n.*5. Lotter.*de re benefic. lib.*2.*q.*10.*n.*52.Marcel.Vulpe *in praxi c.*11.*n.*10. Ricciul. *d.c.*12.*num.*6.Idem ſi controuerſia ſit de præcedentia in proceſſionibus publicis, cùm enim materia hæc vel ſpiritualis ſit, vel ſaltem ſpiritualibus annexa, meritò ipſius cognitio ad Epiſcopos pertinet, per Concil. Trid.*ſeſſ.*25.*de Regularib. cap.*13.& pleniùs per Conſt. 13. Gregorij XIII. quamuis enim ad Tridentioi auctoritatem quis poſſet reſpondere ſolum agere de controuerſiis ioter Eccleſiaſticas perſonas, quæ ſubinde non ratione materiæ, ſed perſonarum ad forum trahuntur Eccleſiaſticum, quo fortaſſis fundamento in hoc puncto controuerſiarom de præcedentiis ſentire videtur Bobadil. dum ſecurè ſcribit Prætoris officium eſſe, ſedulò, & diligenter componere hæc dubia de præcedentiis Coofratrum laïcorum io proceſſionibus, & turbantes poſſeſſionem in carcerem mittere, vel aliàs, prout opus fuerit, coercere: reſpondebimus tamen apertiſſimè prædictam Gregorij XIII. Conſtitutionem poteſtatem hanc demandare Epiſcopis, non ſolùm inter Religioſos, & alias Eccleſiaſticas perſonas, ſed etiam inter laïcos confratres. Quod verò Bobadil. teſtatur praxi receptum non negamus, ſi modò intelligamus Prætores illud agere noo per modum ſuæ iuriſdictioois, quaſi ad eam pertineat ea dubia decidere, ſed quatenus tenentur ex ipſis diuinis, Canonicis, atqoe etiam ciuilibus legibus partes ſuas interponere, ne qoa moleſtia, vis, aut perturbatio rebus ſacris, & diuinis Officiis, aliíſque actibus diuinum cultum coocernentibus inferatur, propter innatum illum ordinem, quem temporalis poteſtas ad ſpiritualia habere noſcitur, iuxta teg. *cap.quoniam* 10. *diſt.* text. optim. *in Extrauag. Vnam ſanctam, verſ. oportet autem, de maior. & obedien.*

86 Ex quibus primò infertur reſolutio illius controuerſæ quæſtionis, an Iuſpatronatus Confraternitatum laïcorum ſit laicale, vel Eccleſiaſticum? Et eſſe laïcale, ſi Confratres oon induantur, aut diſtinguantur aliqoo ſigno religionis, & beneficium eſſet à laïco fundatum, & de bonis profanis, tenent Felin. *in tract.quando littera Apoſtol.limis.* 4.*verſ. induxit etiam dictam deciſionem*, Roch. *de iurepatron.verb.ius,num.*18.*q.*3. Gambat.*de poteſt. legati in conferendo, n.*414. Fuſc. *de Viſitat lib.*1. *cap.*14.*num.*12.*ad finem*, Cou.*pract.cap.*36.*num.*8. Azeued.*l.*1.*num.*6.*tit.*4. *lib.*1. *noua recopil.* Zerol. *in praxi Epiſc.part.*1.*verb. iuſpatronatus, verſ.*33. Azor.*inſtit.moral.part.*2.*lib.*5.*& canon.quæſt.lib.*1. *q.*22.*n.*11. & fuit hic articulus diligenter examinatus per Rot. *in Romana beneficiatus S. Laurentij in Damaſo* 22. *Maij* 1623. *coram Reuerendiſſ.D. meo Coccino Decano, & in ead.*6. *Febr.* 1628. *coram R. P. D. Duran.* inter eius deciſiooes impreſſas *deciſ.*130. latè Ricciul. *Eccleſ. iucub.lib.*4. *cap.* 13. Et licèt Felin. Roch. & Cau. *vbi ſuprà* & eadem Rot. *dec.*574.*part.*1. *diuerſ.* hoc in ſum. tenuerint, quamuis Confraternitates huiuſmodi pietatis cauſa inſtitutæ adhæreant, & ſint affixæ alicui Eccleſiæ. Ego tamen contrarium ſentio in his terminis, ex quo tunc iuſpatronatus noo deſumit qualitatem ab ipſis perſonis, ex quibus Confraternitas conſtatur, ſed ſpectatur Eccleſia, cui hæret Confraternitas, ſi id aliquibus cooiecturis deprehendi poſſit, vt bene reſoluunt Lambert. *de iure patron.p.*1.*lib.*1. *q.*1.*art.*10.*n.*4.*&* 5. Nicol.Garc.*de benefic.part.*5.*cap.*1.*num.*65.& ideò vbi iuſpatrooatus non ſpectat ad Confraternitatem ipſam, nec ad illius Confratres, ſed ſolùm ad præſideotes, qui ſemper laïci ſunt, ipſíque Præſidentes præſentant, nulla facta participatione cum eadem Coofraternitate, tunc cùm in hoc caſu ſpectetur perſona ipſorum Præſideotum, non autem locus, cui præſunt, erit dubio procul huiuſmodi iuſpatronatus laïcale, vt non ſemel cenſuit Rot.& ſignanter *in d.deciſ.*574 *n.*7.*& p.*7.*recent.& in Vulterana Capellania* 7.*Maij* 1608. *coram Card.Lancellot.iun.& in d.Romana beneficiatus S.Laurentij in Damaſo, tam coram Reuerendiſſimo D. meo Decano, quàm coram Reuerendiſſimo P.D. Duran.& in Bergomen. Capellania* 18.*Maij* 1629.*coram R.P.D. Merlino, in princ.*

Secundò infertur reſolutio alterius quæſtionis, 87
an ſuſpicio vſurpatioois cadat in iurepatronatu ſpectante ad Confraternitatem, ita vt requiratur exactior probatio, de qua per Concil.Trid.*ſeſſ.*25. *de reform.cap.*9. Et negatiuè eſt reſpondendum cum Rot. *in d.Bergomen. Capellania*, ex eo quia Confraternitas non conſtituit aliquod Collegium publicum cum iuriſdictione, ſeu potentia, ſed potius eſt priuata quædam Congregatio perſonarom ad exercitium pietatis inſtituta, & ſic dici non poteſt vniuerſitas, vt per Innoc. *in cap.delicta,n.*9.& *ibi* Card. *n.*7. *de exceſſ.Prælat.* Bald. *in Auth.hoc ius porrectum,n.*12.*C.de ſacroſ.Eccl.& in l.ad quod pauperibus, n.*34. *C.de Epiſcopis,& cleric.*Alex.*conſ.* 102.*n.*2.*verſ.confirmatur lib.*7.Nau.*conſ.*3. *de foro comp.* Rot. *coram Reuerendiſſimo D.meo Coccino deciſ.*472.*n.*1. *&* 2. & cùm nullam habeat iuriſdictionem, aut publicam auctoritatem, ſeu potentiam hæc Confraternitas in loco, qualem habere ſolent Vniuerſitates, & Communitates laïcorum, ſeu Barones, de quibus loquitur Coocil. *d.cap.*9. noo capit præſumptio vſurpationis, quæ in illis vigere ſolet. Pute. *deciſ.*55.*&* 56.*lib.*1. *in correctis*, Menoch.*de præſumpt.lib.*3.*præſumpt.*90. *num.*60. *verſ.eſt obſeruandum.* Gonzal. *ad reg.*8. *Cancel.gloſſ.*18.*n.* 69. vbi quòd Sac. Congregatio declarauit Concilium non intrare vbi non tota Vniuerſitas, ſed certa illius pars dumtaxat; & Rot. *deciſ.*798.*n.*4.*part.*1. *diuerſ.* vbi de capitulo Eccleſiæ Tiraſſonen. *& deciſ.*219.*p.*1.*recent.* quæ pariter loquitur de iurepatronatus pro parte ſpectante ad Vnioerſitatem Parochianorum; & in terminis Vnioerſitatis Iuriſtarum Cracouien. quæ non habet publicam auctoritatem, vel iuriſdictionem, idem reſoluit Rot. *in Cracouien. Parochialis* 24 *Ianuarij* 1618. *coram R. P. D. Merlino.* Amplius cùm huiuſmodi Confraternitas viſitetur ab Ordinario, & corrigatur, apparet ea auctoritate non pollere Confraternitatem, vt Ordinario formidinē incutere potuerit, & quin ipſe Ordinarius haud difficulter libertatem beneficij vindicare

voluerit, & sic excluditur timor vsurpationis Pute. *d. decis. 55. in fine lib. 1 in correct.* Rot. *decis.* 578. *num. 2. part. 4. diuers. & in Lucana Iurisp atronatus de Pedis 2. Decem. 1619. coram Reuerendissimo Seleucien.*

88 Tertiò infertur resolutio controuersæ alterius quæstionis. Verùm bona ad Confraternitates pertinentia licitè possint alienari sine solemnitatibus in rerum Ecclesiasticarum alienationibus necessariis? In qua partem affirmatiuam generaliter, & indistinctè tuentur Bald. *in Auth. Hoc ius porrectum num. 3. C. de sacros. Eccles.* Sequitur Felin. *in cap. 2. num. 11. vers. fraternitates, de foro compet.* Paul. de Castr. Paris. & alij, quos refert, & sequitur Gabr. *d. tit. de pia causa concl. 1. num. 11.* Rebuff. *in compend. alienat. num. 56.* & alij, de quibus Gutier. *d. cap. 35. num. 16.* Redoan. *de rebus Eccles. non alien. rub. 27. n. 15.* Baptista Costa *de iuris, & facti ignor. in cons. posita post inspect. 98. num. 3.* Quorum fundamentum illud vnicum est quòd Confraternitates laïcorum, & Collegia sunt merè profana, & secularia, & ideo solemnitas requisita in alienationibus rerum Ecclesiasticarum, iuxta *cap. sine exceptione 12. q. 2. cap. nulli*, & per *tot. de rebus Eccles. non alien.* in illis locum obtinere non potest. Verùm Gutier. *d. cap. 35. à n. 22.* distinguendum putat: aut enim, inquit, bona relinquuntur alicui Confraternitati, vt illi deseruiant, & ad libitum de illis possint disponere, & concludit necessarias non esse prædictas solemnitates rerum Ecclesiasticarum, & procedere dictam Baldi doctrinam; aut inquit, Confraternitas locus pius, vel Oratorium extructum est principaliter vt factum sit, & Deo Opt. Max. dicatur, & bona eo animo congesta, vt ad opera Oratorij necessaria, nempe pro Missis, & ad pauperes subleuandos perpetua sint; & concludit quòd etiamsi Episcopi consensus accesserit, locus, & bona pia & religiosa censenda sunt, & consequenter sine Episcopi auctoritate, & alijs solemnitatibus rerum Ecclesiasticarum alienari non possunt. Verùm hæc distinctio Gut. in multis peccat, nec aliqua ratione defendi potest. In primis enim inaduertentèr & falsò supponit Confraternitatem, aut alium locum pium cum Oratorio instrui posse, vt ibi Missæ dicantur sine Episcopi auctoritate contra decisionem text. *in c. vnicuique, de consec. dist. 1.* & receptissimam omniũ traditionem, de qua suprà: falsum etiam apertè est dictum secundum distinctionis membrum, dum religiosa & Ecclesiastica censet bona Confraternitatis, aut hospitalis, quando sine Episcopi auctoritate instituuntur, contra regulam *d. cap. ad hec*, & receptam traditionem, de qua suprà. Falsum denique est, quòd in primo membro supponit posse sine illis solemnitatibus alienari bona Confraternitatis institutæ cum Episcopi auctoritate quando relicta sunt, vt possint alienari ad libitum pro necessitatibus Confraternitatis: nam si in eius dominium transeunt, Ecclesiastica efficiuntur, ex statim dicendis. Hanc Ioannis Gutierres distinctionem me improbasse testatur Rota *in Hortana Rectoriarum 26. Iunij 1630. coram R. D. meo Coccino.* Quare necessariò recurrẽdum est ad nostrã resolutionem principalem: vel enim Confraternitates institutæ sunt absque Episcopi auctoritate, & de plano procedit Baldi doctrina & communis resolutio quòd possint bona ad illam pertinentia licitè alienari sine Episcopi auctoritate, & alijs solemnitatibus rerum Ecclesiasticarum, ex ipsorum ratione quòd bona, & Collegia ipsa, seu loca profana sunt: aut Confraternitates, & hospitalia instituta sunt cum Episcopi auctoritate, & procedit resolutio, quam suprà tradidimus, quòd religiosa sunt, & Ecclesiastica, & consequenter eorum bona vt Ecclesiastica iudicanda, & requiruntur solemnitates rerum Ecclesiasticarum: & in terminis Confraternitatum ita distinguunt Card. & Roch. quos refert, & sequitur Gam. *Lusitan. decis. vlt. num. 6.* & ex antiquo Concil. Nanatensi *cap. 15.* dum inquit, *de collectis, vel Confratriis, quas consortia vocat, quãtum rectum ad auctoritatẽ atque salutẽ animæ pertinet, vltra autem nemo,* &c. Ex *tom. 3. Concil.* notat Renat. Chopp. *de sacra politia lib. 3. cap. 6. num. 6.* & in hospitalibus plures refert. Anton Gabr. *d. conclus. 2. num. 9. & in.* Valasc. *d. cons. 105. num. 34.* Mascard. *d. conclus. 869. num. 11.* Card. Tusch. *d. lit. H, concl. 163. à num. 9.* Stephan. Gratian. *discept. forens. c. 517.* Muta *decis. 58. num. 23. & 24.* nouissimè Ricciul. *Ecclesiast. lucub. lib. 4. cap. 11. n. 15.*

Quartò infertur resolutio ad aliam quæstio- 89
nem præcedenti proximam, nec minus controuersam, verùm scilicet ex bonis Confraternitatum, si vendantur, gabella debeatur, quæ aliàs decima venditionis appellatur? In qua Doctores sic communiter distinguunt: aut Confraternitatum bona ad pios vsus relicta sunt, pro Missis, scilicet, vel pauperibus alendis, virginibus maritandis, & similia: vel in profanos expenduntur, conuiuia scilicet, ludos, & similia. Priori casu, inquiunt, à gabellæ solutione liberas esse huiusmodi Confraternitates, & Collegia: exemplumque proponunt in Collegiis Salmanticæ, & aliarum Vniuersitatum institutis, pro pauperibus scholasticis alendis; in posteriori verò non ita: quam distinctionem ex Bald. tradit Auendan. *de exequendis mand. p. 2. cap. 14. num. 32.* & post eum Gabriel. & Salaz. Garcia Gironda *de gabell. 15. part. 7. in princip. num. 42.* Lazarte *de decima vendition. in addit. cap. 19. num. 9.* quos sequitur Azeued. *l. 1 à num 1. tit. 18. l. 9. noua Recopil.* & priorum verba ad litteram transfert Gutier. *de gabell. lib. 6. quæst. 97. n. 18.* & partem sequitur Molin. *de Iustitia tom. 3. disputat. 671. in princip.*

Distinctionis fundamentum illud est quòd priori casu Confraternitates, & Collegia illa pia sunt, eo quòd in eis opera charitatis, & pietatis exercentur, atque subinde Ecclesiastica, Ecclesiasticoque priuilegio gaudere debent, ex reg. Generali tex. *in l. omnia 34. C. de Episc. & cler.* ex qua vulgò colligitur pia loca omnibus gaudere Ecclesiasticis priuilegiis. Pereg. *de imm. c. 4. n. 64.* Nouar. *in tract. de elect. fori, sect. 2. q. 56. n. 8.* Aloys. Ricc. *in praxi tom. 3. resol. 142.* quos refert & sequitur Diana *moral. resolut. part. 4. tract. 1. resol. 37.* Verùm resolutio hæc difficultatem non resoluit, nam ex eo quòd pia sunt collegia, vel loca, vel quòd ad pios vsus sunt instituta, non sequitur esse Ecclesiastica, & religiosa, nisi accesserit Episcopi auctoritas, ex dictis suprà, & consequenter si hoc pendet ex illa quæst. quòd bona sunt Ecclesiastica, vt à gabella eximantur, oportebat distinguere inter Confraternitates, & hospitalia, quæ Episcopi auctoritate, vel absque illa instituuntur, quemadmodum in hospitalibus expresse distinguit Lazarte *in corpore tract. cap. 19. num. 90* & post eum, & plures alios Gironda *d. p. 7. in princ.*

à

*à num.*67. Azeued. *l.* 1. *num.*4. Ego tamen aduerto exemptionem hanc à gabellis, omnibus illis tributis Principum secularium dari non solum Ecclesiis, & Ecclesiasticis personis, verùm etiam specificè, & indiuidualiter piis locis, & causis, vt *in auth. Item nulla communitas Cod. de Episcop. & Cleric.* ibi, *Ecclesiis, vel aliis piis locis*; text. optim. *in cap. non minus, de immunit. Eccles.* ibi, *de bonis Ecclesiasticis, & Clericorum, & pauperum Christi vsibus deputatis*, aduertit bene Molin. *proximè citatus*, & contra alios prædictorum Iurium immemor Marta *dict. p. 4. casu* 14. Quare licèt quoad alios effectus, quæstiones pendentes ex eo, an bona sint Ecclesiastica, attendi oporteat, vtrùm Confraternitas, aut Collegium sint instituta auctoritate Episcopi; vt suprà explicauimus; minimè tamen ista inspectio feruit ad præsentem art. de exemptione gabellarum, quia ad illum sufficit, quod bona ad pios vsus sint destinata, quod reperitur in omnibus Confraternitatibus, & Collegiis, seu locis, quæ ad pios vsus construuntur, etiam sine Episcopi auctoritate, vt supra explicauimus.

90 Quintò infertur Confraternitates, & hospitalia Episcopi auctoritate instituta beneficio restitutionis in integrum gaudere. Probatur, diximus enim huiusmodi hospitalia, & Confraternitates, quæ auctoritate Episcopi instituuntur, religiosa, & Ecclesiastica censeri. Certum autem est Ecclesiastica loca, seu collegia iure minoris prædicto gaudere restitutionis beneficio, *cap.* 1. *de restit. in integr. cap.* 1. *eod. tit. in* 6. *Clem.* 1. *eod. tit.* facit reg. *l. omnia C. de Episcop. & cleric.* Ex qua Doctores passim notant hospitalia quæcunque omnibus Ecclesiasticis gaudere priuilegiis, & post Felin. Roman. Balb. & alios prosequitur Gabr. *d. concl.* 2. *n.*4. atque ita in his Confraternitatibus, & hospitalibus institutis Episcopi auctoritate indubitabilem esse apud scribentes omnes hanc resolutionem testantur Sfort. in eleganti *tract. de restitut. in integrum p.* 2. *q.* 1. *à n.*37. Et sic restitutionem in integrum hospitali Ecclesiastico esse concedendam aduersùs aditionem hæreditatis, resoluunt Vincent. de Franchis *decis.* 282. & Marta *voto* 169. *per tot.* Ricciul. *dict. lib.*4. *cap.* 11. *num.* 14. Circa alias verò Confraternitates, & hospitalia, quæ sine auctoritate Episcopi instruuntur, non leuis est inter scribentes controuersia; quòd enim indistinctè gaudeant prædicto restitutionis in integrum beneficio, tenent communiter scribentes, qui docent omnia loca, immo quod generalius est, omnium piam causam hoc habere priuilegium, vt iure minoris restituantur, ex Ioan. Andr. Archid. & Dominic. *in d. cap.* 1. *de restit. in integrum lib.* 6. & pluribus illis ex antiquioribus, de quibus Tiraq. *de pia causa, priuileg.* 138. Costa *in cap. si pater, verb. ipsis pauperibus num.*4. sequitur Cald. Pereira *in l. si curatore, verb. minoribus, num.*64. *C. de in integram restit. min.* Mastrill. *Sicilia decis.* 100. Aloys. Ricc. *in collect. decis. p.* 3. *collect.* 648. *vers. quarto*, & constanter Sfort. *d. q.* 3. *à num.*6. Ricciul. *d. cap.* 11. *n.*4 Ex dictis autem constat omnia hospitalia, & Confraternitates licèt absque Episcopi auctoritate instituantur, pias causas censendas esse; de hospitalibus, & Confraternitatibus agentes eandem resolutionem sequuntur Bald. & Paul. Castren. *in l. Orphanotrophos, C. de Episcop. & cleric.* atq. text. *ibi*, quatenus æquiparat hospitali lia minoribus, & aliis, quorum meminit Tiraq. *vbi proximè*, Mascard. *d. concl.* 869. *num.* 10. Miles, & alij, quos refert, & sequitur Sfort. *d. q.* 3. *à n.*46. & de confraternitatibus Misericordiæ. Cabed. *Lusit. decis.* 51. *num.* 8. *per tot. p.* 2. Quorum fundamentum est præcipuum, ex *d. l. Orphanotrophos*, & ex generali alia conclusione, quam colligunt ex *d. l. omnia*, quòd hospitalia, & alia pia loca gaudent omnibus priuilegiis, quæ Ecclesiis conceduntur. Contrariam tamen sententiam quòd scilicet huiusmodi hospitalia, & Confraternitates hoc priuilegio iuuari non debeant quando siue Episcopi auctoritate instituta sunt, expressè sequitur Ancbar. *in cap. auditis, num.*9. *de restit. in integ.* cuius sententiam probant Gabriel. *d. concl.* 1. *num.* 21. & *concl.* 2. *num.*16. Gutier. *d. cap.* 35. *n.* 14. Valasc. *d. cons.* 105. *num.*44. & post Corn. Cald. Pereira *d. verb. minoribus num.*63. & plures alij citati per Sfort. *d. q.* 3. *num.*45. & reliqui, qui sæpe alibi in hoc proposito distinguunt an prædicta loca & Confraternitates Episcopi auctoritate instituta sint, necne. Quorum alij ea vtuntur ratione, quia putant Confraternitates, & hospitalia piis causis annumeranda non esse: sed melius ex nostra ratione confirmabimus; diximus enim quòd licèt pia sint, Ecclesiastica tamen & religiosa non sunt, si Episcopi auctoritate non instituuntur, nullibi verò beneficium restitutionis piis causis indistinctè à Iure conceditur, sed tantum Ecclesiis, & Ecclesiasticis, ac religiosis locis.

Ad argumenta verò in contrarium facilè videtur responderi posse. In primis ad *dict. l. omnia*, respondemus solùm procedere in hospitalibus institutis auctoritate Episcopi, vt ex communi sententia interpretatur Valasc. *d. cons.* 105. *num.* 12. Et ad *d. l. Orphanotrophos*, similiter respondet Anchar. *d. n.*9. *in fine*, & sentire videntur Mascard. *dict. concl.* 869. *num.*9. Marta *d. p.*4. *casu* 13. *num.* 15. atque etiam Cabed. *dict. decis.* 51. *num.* 2. & 11. quatenus in hoc puncto considerat prædictas Misericordiæ Confraternitates auctoritate Prælati, & Capituli fuisse institutas. Verùm ex alio capite priorem sententiam, quæ indistinctè Confraternitatibus hoc concedit restitutionis beneficium, defendi posse non possum non affirmare; generaliter enim receptum est, non ita hoc beneficium restitutionis minoribus, & Ecclesiis concedi, vt aliis denegetur, in quibus idem fauor, & miserationis ratio reperitur; quales censentur omnes illi, quorum bona sub aliena cura sunt, vel per administratores gubernantur, vt in Republ. Ciuitate, villa, Castro, seu quacunque alia Communitate probat text. *in l. Respubl. C. ex quibus causis maiores l. Rempubl. C. de iure Resp. lib.* 11. iuncta æquiparatione text. *in l.* 1. §. *quibus ff. quod cuiusque vniuersitatis nom.* Reipublicæ scilicet, cuiuslibet alterius Collegij seu vniuersitatis personarum, & in fisco, furioso, prodigo, & similibus personis post Euerard. *loco* 30. Mench. & alios, prosequitur Cald. Pereira *dict. verb. minoribus à n.*6. & multi de quibus Alphan. *collect.* 650. & de omnibus, & singulis plenissimè resoluit contrariis satisfaciens, & ostendens non solùm ex generali clausula *tit. ex quibus causis maior.* Sed iure minoris prædictis omnibus succurrit Sfort. omnino videndus *d. q.* 3. *à princ.* & *art.* 2. 7. & 9 *cum seqq. vsque ad finem quæst.* Quare si cuilibet Communitati, seu Collegio huiusmodi restitutio conceditur, quia per administratores regun- 91

teguntur, irrationabile videtur eam denegare piis locis, & Confraternitatibus; licet Ecclesiastica non sint, quia sine Episcopi auctoritate instituta fuerunt. Accedit, quia non sine violentia restringitur littera text. *in d.l. Orphanotrophos*, ad ea hospitalia, quæ cum Episcopi auctoritate instituuntur, immo æquiparatio, quam text. facit, administratoris hospitalium, & tutoris minorum, nihil commune habet cum auctoritate Episcopi, sed omnibus hospitalibus etiam absque illa institutis maximè conuenit.

92 Sextò infertur *ex iis*, quæ Confraternitatibus siue cum Episcopi auctoritate, siue absque ea institutis relinquuntur, quartam falcidiam deduci non posse. Probatur; diximus enim omnes Confraternitates licèt absque Episcopi auctoritate instituantur, pias censeri, & inter pias causas esse annumerandas: sed constat de legatis ad pias

93 causas nullam deduci falcidiam, iuxta text. *in Auth. similiter. C. ad leg. Falcid.* & in corpore, vnde sumitur *in Auth. de Ecclesiast. tit. § sin autem heres, coll. 9. & ex l. si quis ad declinandam, ad fin.* ibi *nulla falcidia in hac parte intercedente, C. de Episcopis, & cler.* cum similibus; ex quibus ita hanc conclusionem tradunt scribentes omnes eisdem locis, vt constat ex latissimè traditis per Tiraq. *de priuileg. pia causa, priuileg.* 26. Couar. *in c. Raynaldus, de testam.* §. 3. *num.* 7. Costa *in cap. si pater, verb. Trebellianicæ, à num.* 13. optime Hugo Donell. *comment. iuris Ciuilis lib.* 8. *cap.* 17. §. *verum autem*, Surd. *de alimen. tit* 8. *priuil.* 18. *à num.* 2. me citato Ricciul. *d. lib.* 4. *cap.* 11. *num.* 18. & sic habere communem Doctorum omnium traditionem tam in scholis, quam in Palatiis, profitetur Pereg. *de fideicom art.* 3. *à num.* 62. Flores de Mena *var. quæst. lib.* 2. *c.* 21. *num.* 190. inde inferens ad quæst. de gabellis, de qua suprà: ex quibus nostram illationem ad Confraternitates ita deduxerunt Bald. Paul. de Castro, Socin. Alex. Dec. & alij, quos refert & sequitur Gabr. *d. concl.* 2. *num.* 8. & post eum Gutier. *d. cap.* 35. *num.* 12. Flores de Mena *vbi proximè*, & in hospitalibus Castren. Felin. Barbat. & alij, quos refert, & sequitur idem Gabr. *d. concl.* 2. *num.* 16. Valasc. *d. consf.* 105. *num.* 39. Mascard. *d. concl.* 869. *n.* 12. Vnde manifestè conuincitur sententia, & fundamentum eorum, qui contrarium resoluebant ex ea ratione quòd Confraternitates loca pia non sint, vt voluit Corn. & Parisquos sequitur Menoch. *d. remed.* 15. *recuper. num.* 34. concesso enim antecedenti, negamus consequentiam: quamuis enim ex dictis verum sit Confraternitates loca pia, seu religiosa non esse, sunt tamen piis causis annumeranda; at de omnibus piis causis falcidiam non deduci expressè decidunt imperatores *in d. Auth. Similiter*, cum similibus. Immo ipso iure Digestorum hoc priuilegium piis causis fuisse concessum contendit Tiraq. *d. loco*, meliùs per text. *in l.* 1. §. *ad municipium, & in l. Titia. in princip. ff. ad legis falcid.* contra Cuiac. resoluit Costa *d. verb. Trebellianica. num.* 20. Pereg. *d. art.* 3. *n.* 62. & Donell. *citato loco*. Vnde etiam supposita communi

94 sententia, quæ resoluit similiter ex fideicommissis vniuersalibus, quæ ad pias causas relinquuntur, Trebellianicam non deduci, vt docet Bart. Bald. scilicet & alij *in d. Auth Similiter*, & plures, de quibus Tiraq. *priuileg.* 27. & post Gou. *vbi sup.* communem esse vtriusque iuris Doctorum sententiam, testatur Costa *d. verb. Trebellianica, n.* 21. Pereg. *d. art.* 3. *à num.* 62. *cum seqq.* Ricciul. *d. lib.* 4. *cap.* 11. *n.* 17. sequitur etiam Trebellianicam deducendam non esse de eiusmodi fideicommisso si Confraternitatibus relinquatur, vt post Paul. Castren. notauit Mascard. Valasc. & Gutier. *proximè citatis locis*.

Vtrùm autem si vna Confraternitas hæres instituatur, & alteri Confraternitati legata præstare, vel hæreditatem restituere grauetur, falcidia, aut Trebellianica deduci possit? Partim pendet hæc quæstio ex illa generali, Vtrum priuilegiatus contra pariter priuilegiatum vtatur priuilegio suo; partim ex illa, quam in specie scribentes controuertunt vtrùm pia causa contra aliam similiter piam, deducat falcidiam, aut Trebellianicam, de qua omnes *in d. Auth. Similiter*, & alij de quibus Tiraq. *priuileg.* 26. Gabr. *l.* 4. *commūn. tit. ad Trebellian. concl.* 21. *à n.* 18. Costa. *d. verb. Trebellianica num.* 13. Surd. *d. priuileg.* 18. *à num.* 6. & ad vtramque partem plures refert. Ceuall. *commun contra commun, q.* 155. bene Pereg. *d. art.* 3. *num.* 69. resoluens partem negatiuam esse veriorem, cum illis prosequere. Vtrùm si fideicommissum vni relinquatur pro parte in causam piam, & pro parte non, deducat falcidiam saltem pro parte? Vide text. *in l. si seruus* 33. *ff. ad l. Falcid.* Gabr. *dict.* 3. *concl.* 21. *à num.* 8. Pereg. *d. art.* 3. *num.* 67. 95 96

Septimò infertur ad præscriptionem rerum pertinentium ad Confraternitates, & hospitalia, quæ Episcopi auctoritate instituta sunt, tempus 40. annorum necessariò requiri. Probatur, diximus huiusmodi hospitalia, & Confraternitates Ecclesiastica censeri, & vti talia eorum bona piis gaudere priuilegiis, quæ rebus Ecclesiasticis conceduntur; sed constat res Ecclesiarum minori spatio quàm 40. annorum præscribi non posse, *cap. ad aures, cap. illud. cap. de quarta*, cum multis aliis, *de præscript.* Igitur meritò hanc illationem deducunt Abb. per text. *ibi in cap. accedentibus, notab.* 2. *de priuil.* quatenus agens de præscriptione contra hospitalarios, exigit hanc 40. annorum præscriptionem, sequuntur Felin. *in d. cap. quarta, à num.* 2. Balb. *de præscript. p.* 1. *num.* 5. *in princip. à num.* 5. Padil. *in l.* 2. *à num.* 45. *C. de seruitut.* vbi *num.* 50. nuncupatim agit de Confraternitatibus, Valasc. *d. consf.* 105. *num.* 42. Azeued. *d. l.* 10. *num.* 28. contrarium expressè resoluentes in hospitalibus, & Confratriis institutis sine Episcopi auctoritate, quia ex dictis profana sunt; nec subinde Ecclesiæ gaudent priuilegiis; vt resoluit vltra præcitatos, sic intelligendus Corn. *consf.* 117. *num.* 17. *volum.* 2. & post eum Marta *d. casu* 13. *num.* 14. Quæ resolutio licèt ex nostra principali resolutione rectè deduci videatur, inaduertenter tamen Abb. & reliqui ad eius comprobationem adducunt text. *in cap. accedentibus*; hospitalarij enim, de quibus ibi, verè Religiosi sunt, nec dubium est bona, quæ ad ipsorum pertinent Religionem, verè Ecclesiastica censeri. Quare melius probatur illatio ex eleganti decisione text. *in Authēt. de Ecclesiast. tit.* §. *pro temporalibus, collat.* 9. vbi expressè decidit contra Ecclesias, & alia loca venerabilia solam quadraginta annorum præscriptionem opponi posse; addit deinde hoc ipsum generaliter seruandum esse in exactione eorum, quæ ad pias causas relinquuntur, ex quo vltra suprà citatos ita notatunt plures alij, de quibus Tiraq. *tract. pia causa priuileg.* 139. Cou. *in reg. possessor. p.* 2. *num.* 3. *vers. imò*, Molina *de Iustit. tract.* 2. *disput.* 72. *vers. hoc verò priuilegiū*, vnde absurdum 97

absurdum non erit si quis dicat hoc priuilegio in materia præscriptionis gaudere hospitalia, & Confraternitates ad pios vsus, siue Episcopi auctoritate siue, absque ea fuerint instituta; cum enim ex dictis pateat hospitalia & Confraternitates, in quibus pietatis opera exercentur, piis causis annumerari, quia defectus auctoritatis Episcopi efficit ne religiosa, seu Ecclesiastica sint, non tamen impedit quominus piæ sint, & tex. *in d. §. pro temporibus*, generaliter hoc quadraginta annorum priuilegium concedat pro omnibus præscriptionibus eorum quæ ad piaa causas relicta sunt, non rectè communis videtur in hoc proposito distinguere inter hospitalia, & Confraternitates, quæ auctoritate Episcopi, vel absque ea instituuntur, sed in omnibus indistinctè debet admitti reg. *d. §. pro temporalibus*, & benè considerabat Fulgos. *in l. omnes, n. 13. C. de sacros. Eccles.* à quo titubans recedit Padil. *in d. l. 2. n. 46.* & audacius, & minus rectè Valasc. *consil. 105. num. 42. ad fin.* Ampliatū quo hæc resolutio, vt procedat quando vna Confraternitas contra alteram vult præscribere, vt in vna Ecclesia contra alteram præscribente probat tex. *in d. cap. ad aures, cap. illud. vers. Ecclesia, d. cap. de quarta*, cum similibus, de quibus Tiraq. *d. priuil. 26. vers. contrarium*, Bald. *vbi sup. n. 4.* Cou. *d. §. 2. n. 3.*

98 Octauo infert Menoch. *d. remed. 15. recuper. q. 4. & 5. per tot.* ad quæstionem, quam nouam dicit in ea materia vtrum scilicet remedium *cap. redintegranda. 3. q. 1.* concedatur contra singulares successores pro recuperanda possessione rerum Confraternitatis, & hospitalium; inquit enim pendere ea nostra quæstione principali vtrum huiusmodi Confraternitates, & hospitalia sint loca religiosa? nam si talia sunt, proculdubio vera est pars affirmatiua, quòd prædictum competat remedium, & consequenter ea nostra resolutione dabitur pro rebus hospitalium & Confraternitatum, quæ cum Episcopi auctoritate fuerint instituta, non ita quando absque ea instituuntur. Verùm otiosè disputatur quæstio, si sequamur magis communem, & praxi receptissimam resolutionem, quæ docet remedium illud omnibus competere tam Ecclesiasticis, quàm sæcularibus personis violenter à rebus suis eiectis, vel alio modo oppressis, aut dolo deceptis, vt fatetur ipse Menoch. *ibi num. 13.* Mantu. *dial. 114.* Valasc. *de iure emphyt. q. 118. num. 16.* Gutier. *Canon. lib. 1. q. 34. num. 4. cum seq.* Ceoall. *commun. contra commun. q. 53. per tot.* Anton. Thesaur. *Pedem. decis. 29. num. 1. in fine.* Si verò strictum sequamur Iuris rigorem, verius est nullum nouum remedium in eo reat. concedi laicis clericis, Episcopis, aut Ecclesiasticis personis, sed dum agit de Episcopis spoliatis rebus propriis, vel Ecclesiæ restituendis, intelligendum esse per remedia competentia secundum ius antiquum, recte interpretatur Innoc. *in c. cum ad sedem, de restitut. spoliat.* Rip. & Alciat. quos refert, & sequitur idem Menoch. *vbi sup num. 8.* Sarmien. *lib. 2. select. cap. 13. num. 2. & in tract. de reditib. Eccles. p. 1. cap. 4. num 11.* D. Barbos. *in l. aliena 12. n. 45. ff. soluto matrim.* & suadetur, quia verosimile non est Pontificem per verba vaga, & generalia nouum remedium concedere, & Iuris Ciuilis rigorem abrogare, nulla de eo facta mentione, vt aliàs solet, sed potiùs referre ea, quæ antiquis legibus, seu Canonibus erant concessa, vt significant illa verba, quæ ex originali referunt proximè citati, *in synodalibus Patrum decretis, & legum edictis legimus statutum*, &c. & quia ex contraria interpretatione ostenditur decisio text. *in cap. sæpe, de restit. spoliator.* vbi Pontifex apertè profitetur contra Iuris rigorem nouum concedere remedium spoliatis contra singulares possessionum successores, quod verum non esset si per dictum *cap. redintegranda* contra huiusmodi singulares successores sic generaliter erat prouisum.

Nonò infertur resolutio ad quæstionem de subsidio imposito pe Papam ad fauorem D. nostri Philippi Regis Hispaniarum super redditibus Ecclesiasticis, Confraternitates huiusmodi debeant in eo contribuere de bonis suis temporalibus? In qua quæst. resoluenda necessarium est recurrere ad nostram distinctionem: aut Confraternitates non sunt institutæ auctoritate Ecclesiastica, nempe Apostolica, seu ordinaria, sed priuata tantùm ipsorum fundatorum, & tunc non debent contribuere, quia licet sint loca pia, non tamen sunt religiosa, & ecclesiastica, aut Ecclesiastica auctoritate erectæ sunt, & tunc debent contribuere ex quo sunt loco non solùm pia, sed religiosa, seu Ecclesiastica, vt probatur ex verbis Bullæ Pij IV. & V. super huiusmodi subsidio, ibi, *Super omnium, & singularium Cathedralium, etiam Metropolitanarum, Collegiatarum, & aliarum Ecclesiarum*, &c. *Capellaniarum, Conuentualium & aliarū mensarū fructibus & redditibus & preuentibus*, &c. Quibus verbis comprehendi videtur bona Collegiorum auctoritate Ecclesiastica erectorum, quod magis confirmatur exceptione facta à Papa de hospitalibus actu hospitalitatem seruantibus, quòd non tenerentur ad dictam contributionem; ex qua remanet impositio certa & firma in omnibus aliis hospitalibus actu eam non exercentibus, & similiter in omnibus locis piis, & religiosis auctoritate Ecclesiastica institutis, ita Nicol. Garc. *de benefic. p. 5. c. 4. n. 61.*

Decimò infertur resolutio ad quæstionem in hoc proposito admodum controuersam, vtrùm scilicet ex iis, quæ Confraternitatibus relinquuntur, quarta canonica debeatur; quam latè resoluimus *lib. 3. cap. 19. de Canonica portione, num. 17. cum seq.* 100

Vndecimò infertur ex eadem ratione, dicta suprà de Confraternitatibus, & hospitalibus esse similiter accommodanda collegiis, seu seminariis institutis pro sustentatione studentium pauperum, vel aliorum egenorum, quòd sint loca pia, & gaudent priuilegiis Ecclesiæ, & de iurisdictione Ecclesiastica, & si sunt instituta, seu erecta auctoritate Ecclesiastica, non solùm sunt loca pia sed etiam religiosa. Ita Garcia Gironda *de gabellis, p. 7. n. 44.* Azeued. *d. l. 10. n. 26. lib. 4. noua recop.* Nicol. Garc. *d. p. 5. c. 1. num. 612.* Aloys. Ricc. *in praxi var. resol. p. 3. resol. 413* Nauar. *in praxi elect. 43. à n. 1.* Felicia de Vega *in relect. cap. cum sit generale 8. n. 51. in seqq. de foro comp.* 101

Duodecimò infertur resolutio ad quæstionem, an Confraternitates inter se præcedant. In qua S. Rituum Congregat. *in vna Nepesina 10. Maij 1608. & in alia Thelesin. 19. Martij 1611.* censuit Confraternitates laicorum in publicis processionibus debere procedere, & præcedere inter se iuxta Bullam Gregorij XIII. incip. *Exposcit.* de qua Ricciul. *d. lib. 4. cap. 16.* Et quòd Confraternitati sanctissimi Rosarij non competat præcedentia super alias, quæ ante illam habent habitum 102

104 tum, eadem S. Congregat. *in Bononien. 9. Decembris* 1617. quod locum habere in processione sanctissimi Sacramenti respectu Confraternitatis Corporis Christi, quæ etiam illic debet cedere locum digniorem aliis Confraternitatibus antiquioribus, declarauit eadem Sacra Congregatio
105 *in nullius* 30. *Septembris* 1628. Et quòd huiusmodi Confraternitates laïcorum incedunt ante Regulares, quas sequuntur iidem Regulares, & postremò digniorem locum obtinet clerus sæcularis, censuit eadem S. Congreg. *in Messanem. 7. Augusti* 1621. Vnde consuetudinem non esse, sed abusum vt Confraternitas laïcorum præcedat clericis, declarauit eadem S. Congreg. *Eluen.* 10. *Ianuarij* 1604. *in* 6. *dub.*

Confraternitates non possunt in eorum Ecclesiis per suos Capellanos facere solemniter celebrare, Confessiones audire, sepelire, Sacramenta ministrare, & similia (quæ ad solum Parochum spectant) absque expressa licentia Ordinarij, & Parochi eadem S. Congreg. Rituum *in Neapolitana* 18. *May* 1602. *& in Cæsaraugustana* 14. *Ianuarij* 1612.

CAPVT XII.

De Monasteriis, & religiosis domibus.

SVMMARIVM.

1 *Continuatio materiæ.*
2 *Monasterium à Græco vocabulo solitarius locus propriè dicitur.*
3 *Cœnobium à Græca significatione desumptum, communis vitæ locus appellatur.*
4 *Monasterium, & Cœnobium idem sunt.*
5 *Conuentus à conueniendo dicitur.*
6 *Monasteria noua construi sine auctoritate Episcopi, in cuius diœcesi erigenda sunt, prohibentur.*
7 *Ordinariis non licet dare licentiam construendi nouum monasterium nisi vocatis prius, & auditis Prælatis Conuentualibus locorum, vbi ædificandum est, & aliis interesse habentibus.*
8 *Monasteria olim in solitudine cōstruenda erant.*
9 *Monasteria Monialium hodie extra ciuitatem construi prohibentur, & quæ extra mœnia consistunt, in ciuitatem, vel oppidum reuocantur.*
10 *Monasteria Monialium non sunt erigenda nisi Ordinariis locorum consentientibus, & in iis duntaxat locis, quæ muro vnita sunt.*
11 *Papæ auctoritas etiam vltra Episcopi consensũ requiritur in erigendis Regularium monasteriis.*
De sola licentia Ordinarij noua possunt construere Monasteria,
12 *Fratres Ordinis Carmel. discalc.*
13 *Monachi Cong. B. M. Fulien.*
14 *Superiores Cong. Cleric. Regul. S. Pauli.*
15 *Licentias erigendi noua monasteria de sola licẽtia Ordinarij reuocauit Vrbanus VIII.*
16 *Episcopus olim poterat cum consensu Capituli, aut Synodi Parochialem Ecclesiam in monasterium Religiosorum dedicare, non verò hodie.*
17 *Monasteria alia sunt Mendicantium, alia non mendicantium.*
18 *Religiosorum numerus quis habendus in monasteriis mendicantium ostenditur.*
19 *Monasteria noua etiam Mendicantium & Capucinorum, ac Societatis Iesu erigi non possunt nisi in quolibet illorum duodecim Religiosi ex redditibus, & consuetis eleemosynis sustentari valeant.*
20 *Monasteria duplicia, idest, monachorum simul, & monialium fieri prohibentur.*
21 *Monasteria omnia de iure communi sunt subiecta Episcopo, in cuius diœcesi sita sunt.*
22 *Monasteria omnia Episcopo censentur subiecta nisi probentur exempta.*
23 *Monasteria ferè omnia Regularium sunt ex priuilegiis specialibus summorum Pont. ab Ordinariorum potestate exempta.*
24 *Monasteria Monachorum à quo tempore exemptionem hanc ab Ordinariorum iurisdictione obtinuerunt, ostenditur, & numeris seqq.*
Exempti sunt ab Ordinariorum potestate,
25 *Canonici Regulares* à Paschale II.
26 *Cluniacensis Ordo* à Clemente IV.
27 *Cassinen. Abbatia* à Zacharia.
28 *Camaldulensis Congreg.* à Leone X.
29 *Vallumbrosana Cong.* à Paschale II.
30 *Cisterciensis Ordo ab* Alex. III.
31 *Cœlestinorum Ordo* ab Innocent. IV.
32 *Monachi B. M. montis Oliueti* à Iulio II.
33 *Monachi B. M. montis Virginis* à Cœlestino III.
34 *Præmonstratenses* ab Alexandro V.
35 *Carthusienses* à Bonifacio IX.
36 *S. Basilij Ordo* à Gregorio XIII.
37 *Fratres S. Spiritus* à Sixto IX.
38 *Fratres S. Antonij Viennen.* ab Vrbano IX.
39 *Prædicatores* à Gregorio XI.
40 *Minores* à Clemente IV.
41 *Cruciferi* ab Vrbano III.
42 *Carmelitæ,*
43 *Serui B. Mariæ* ab Vrbano VI.
44 *Minimi* à Sixto IV.
45 *Theatini* à Clemente VII.
46 *Clerici regul. S. Pauli* à Paulo III.
47 *Societas Iesu* à Paulo III.
48 *Sommaschini* à Sixto V.
49 *Ministrantes infirmis* à Gregorio XV.
50 *Fratres B. Ioannis de Deo* à Paulo V.
51 *Clerici Regulares scholarum piarum* à Gregor. XV.
53 *Monasteria qualibet, quibus cura imminet animarum in iis quæ ad dictam curam pertinent, subsunt immediatè iurisdictioni, visitationi, & correctioni Episcopi, excepto monasterio Cluniacensi, &c.*
54 *Per exemptionem concessam monasterio capella illi subiecta non censetur exempta.*
55 *Monasteria in quibus exempta sint de Iure à lege Diœcesana, ostenditur.*
56 *Capitula generalia debent in monasteriis exemptis per singulas Prouincias, vel regna quolibet triennio fieri.*
57 *Monasteria monialium quamuis exempta, nisi Regularibus, vel Capitulis generalibus subsint, ab Episcopo spirituali gubernio sũt regẽda.*
58 *Iurisdictio nulla est concessa Episcopo in monasteriis Sedis Apost. immediatè subiectis, nisi in concernentibus spiritualia.*
59 *Monasteria non sunt inhabitacula clericorum secularium,*

ſecularium, & multò minus laïcorum conuertenda.

60 *Monaſterium de licentia Epiſcopi diœceſani benè poteſt deſtrui, & deſeri, atque cum opus fuerit in profanos vſus commutari in caſu magnæ alicuius neceſſitatis, & rationabili exiſtente cauſa.*

61 *Regulares ſi in monaſteriis quandoque defecerint, clerici ſaculares in eis poterunt ordinari*

62 *Monaſteria monialium extra Vrbem, Opidáve exiſtentia, ſi Epiſcopo videbitur, ad vetera, quæ ſunt in Vrbe, reduci debent, vel ad noua quæ fiunt.*

63 *Tranſlatio monaſterij monialium extra Vrbem exiſtentis facienda eſt ad aliud monaſterium eiuſdem Ordinis, & cum introitibus, & redditibus, quos habebat.*

64 *Monaſteria iam ædificata deſerere non poſſunt Regulares niſi in manibus ordinarij, ſeu Diœceſani.*

55 *Fratres minores deſerentes monaſterium aliquod, in quoquiſpiam legitimum titulum habet iuriſpatronatus, non poſſunt dormitoria, officinas, ſeu alia loca monaſterij eiuſdem deſtruere, diuendere, ſeu aliis donare.*

66 *Monaſterium deſtructum ſi ſit habentium bona in communi, & transferatur aliò, illa bona acquiruntur illi monaſterio ad quod monachi transferuntur.*

67 *Monaſterium ſi penitus deſtruatur, fuerúntque proinde monachi extincti, bona eius remanebunt in diſpoſitione ſummi Pont.*

68 *Monaſterium non habentium proprium, nec bona in communi (vt ſunt Fratres S. Franciſci de Obſeruantia) ſi deſtructum ſit, poſſunt eius bona ex conceſſione Pont. transferri de prioribus locis ad alia loca.*

69 *Monaſterium vt transferatur, ſeu mutetur de loco in locum de Iure communi, licentia Papæ, & Diœceſani requiritur, niſi ex priuilegio Pont. aliter ſit cautum.*

70 *Congregatio* S.Benedicti in Portugalia *ex priuilegio Sixti V. poteſt cum conſilio & aſſenſu Capituli generalis transferre eorum monaſteria de loco in locum.*

71 *Prior, & monaſterium* S.Benedicti Vallidelcti *poteſt ex conceſſione* Pij I I. & Pij IV. *duo vel tria monaſteria iuſta interueniente cauſa vnire.*

72 *Mendicantibus prohibetur ædificare de nouo prope domos iam conſtructas Minorum niſi ſpatium trecentarum cannarum.*

73 *Ædificia nulla conſtrui poſſunt intra vnum milliare ab Abbatiis & locis Ordinis Ciſtercien. ſub excommunicationis pœna.*

74 *Ædificare, aut poſſeſſiones acquirere non licet infra dimidiam leucam à terminis poſſeſſionum Carthuſienſium.*

75 *Cannarum qualibet debet obtinere octo palmorum longitudinem.*

76 *Eccleſias nouas, & loca conſtruere, vel alia de nouo recipere & habere non poſſunt quicumque Regulares prope domos Fratrum Prædicatorum, & Carmelitarum infra ſpatium 140. cannarum.*

77 *Patres Societatis Ieſu habent priuilegium vt poſſint ædificare infra 140. cannas prope alios Conuentus.*

78 *Mendicantes Religioſi, qui ſine licẽtia Papæ loca de nouo accipiunt ad habitandum, vel habitata recepta mutant, aut quouis titulo alienationis transferunt, excommunicationem nemini reſeruatam incurrunt.*

79 *Sæculares prohibentur erigere excelſas domos, & ædificia prope monaſteria Monachorum, vel Monialium.*

80 *Monaſteria coram quo iudice ſint conuenienda oſtenditur.*



SEQVITVR ſecundum genus Eccleſiaſticorum locorum ex ordine, 1
quem ſuprà propoſuimus, quæ quidem religioſæ domus vocantur, ſpeciali verò nomine Monaſteria, vel Cœnobia, aut Conuentus, clauſtra, vel collegia, aut eremitoria nominantur, quamuis largiùs ſumpto vocabulo etiam Eccleſiæ ipſæ, de quibus iam egimus, & hoſpitalia quoque, de quibus, *præcedenti capite* tractauimus, Religioſæ domus ſoleant appellari, vt *in tit. de relig. domib.*

Monaſterium igitur Græco vocabulo ſolita- 2
rius locus propriè dicitur, cuius habitatores Monachi appellantur ſolitariam, ac religioſam vitam agentes: ſolebant olim Epiſcopi ob crimen depoſitione dignum clericos in monaſteria detrudere, vt ibi tanquam in loco pœnitentiæ peccata propria lugerent, & delinquendi amplius ab ipſis ſubmoueretur occaſio, *cap. ſicut dignum. §. clerici, de homicid.* eademque pœna recluſionis in monaſterium infligebatur adulteræ in Iure Ciuili, *Auth. Sed hodie §. ſi verò C. ad leg. Iul. de adulter.* Fr. Emman. *quæſt. regul. tom. 1. q. 22. art. 7.* Hieron.
Roderic. *in compend. qu. regul. reſol.*... Cœnobium 3
verò à Græca item ſignificatione deſumptum, communis vitæ locus appellatur, à quo cœnobitæ, id eſt, ſimul vitam ducentes nominantur, quod tamen vocabulum ad ſolos Religioſos aptatur,
vnde Monaſterium, & cœnobium idem ſunt *c. 2.* 4
in princ. de Ordine cognit. quod & Conuentus à 5
conueniendo, & clauſtrum dicitur eo quòd inde egredi cuiquam propria auctoritate non liceat, Card. *in Clem. 1. de ſtatu Monach. Collegij, & Eremitorij* nomina ex iis, quæ ſuprà de Regularibus diximus, declarantur.

Eſt autem ſciendum quòd monaſteria noua 6
conſtrui ſine auctoritate Epiſcopi, in cuius Diœceſi erigenda ſunt, prohibentur, *cap. quidam*, cum ſeqq. 18. *q. 2.* Concil. Trid. *ſeſſ. 25. de Regular. cap. 3.* Pia ſec. *in praxi Epiſcop. p. 2. cap. 3. n. 47.* Campan. *in diuer. Iuris Canon. rub. 12. c. 13. n. 80. & 81.* Fr. Ludou. Miranda. *in manuali Prælator. tom. 1. q. 33. cap. 1. concl. 3.* Eraſm. à Cochier. *de iuriſdictione Ordin. in exemptos p. 1. q. 36.* Hieron. Roder. *in compendio quæſt. Regul. reſol. 55. n. 3.* Tambur. *de iure Abbatis tom. 3. diſp. 5. q. 1. à princ.* Itave nec Religioſi exempti poſſint ædificare in loco non exempto abſque conſenſu Epiſcopi, Ricc. *p. 4. deciſ. 168.* Nouar. *tit. de monaſteriorum ædificat. ſuper Bullas D. V. Vrbani VIII. n. 4.* cuius tamen aſſenſus ſufficit poſt Eccleſiam cõſtructam Ricc. *de deciſ. 168. n. 2.* Nouar. *vbi proximè n. 7.* illum præſtare non poteſt Vicarius. Calderin. *conſ. 3. de offic. Vicar.* Nouar. *d. loco n. 6.* Non requiritur quando mutatur monaſterium de loco in locum, idem Nouar. *n. 5.* nec quando Regulares vellent ampliare monaſterium Fr. Emman. *quæſt. Regul. tom. 1. q. 49. art. 9.*

Epiſcopi autem quem modum tenere debeant 7
in concedenda licentia pro monaſteriis Regularium nouis ædificandis ordinauit Clemens VIII. in ſua Conſtit. incip. *Quoniam, ſub Dat. 15.*

Iulij

Iulij 160. ibi, *Declaramus locorum Ordinarios non posse licentiam ad nouos Conuentus cuiuscunq; Mēdicantium Ordinis in ciuitatibus, & locis eorum Ordinaria iurisdictioni subiectis erigendos impertiri, nisi vocatis, & auditis aliorum in eisdem Ciuitatibus, & locis existentium Conuentuum Prioribus, seu procuratoribus, & aliis interesse habentibus, & causa seruatis seruandis cognita constiterit*, &c. Quæ constitutio locum etiam habet circa erigenda monasteria Monialium, vt censuit S. Congreg. Conc. 19. *Decembris* 1620. & illius dispositio inducit formam, itavt eius cōmissio vitiet concessionem. Gratian. *discept. forens. tom.* 3. *c.* 527. Tambutin. *d. tom. disp.* 5. *qu.* 1. *n.* 11. Alosc. Ricc. *p.* 2. *decis.* 75. Anton. Nauar. *in sum. Bullar. tit. de monasteriorum ædificatore super Bulla Clem. VIII. num.* 2. vbi *à n.* 7. *cum seq.* in pluribus casibus dictam Bullam Clementis VIII. non habere locum ait, & primò vbi non adessent alij Regulares Mendicantes, per Rot. *decis.* 30. *p.* 3. *diuers.* & in mutatione vnius monasterij in alium locum Ricc. *decis.* 168. *p.* 4. Et in hospitio Ricc. *eod. n.* 4. *decis.* 139. Ex qua Constitut. colligunt Fr. Emman. *in addit. sum. tom.* 3. *cap.* 146. *n.* 4. *ad finem*, Portul. *in dub. Regul. verb. monasterium. n.* 5. Hieron. Rodet. *d. resol.* 55. *n.* 6. Ordinariis non licere date licentiam huiusmodi nisi vocatis prius, & auditis Prælatis Conuentualibus locorum, vbi ædificandum est, aliis interesse habentibus, Illam *Constit. Clementis VIII.* amplat, & innouat Gregorius XV. per aliam suam incip. *Cùm aliàs* 17. *Augusti* 1622. dum expressè prohibet ne monasteria huiusmodi erigantur, nisi in eo saltem duodecim Fratres, aut Monachi, seu Religiosi inhabitare, ac ex redditibus, & consuetis eleemosinis sustentari valeant: ac etiam Priores seu procuratores aliorum monasteriorum non solùm in prædictis, sed etiam in aliis per quatuor millia passuum circumuicinis locis ad id vocati & auditi fuerint, & tali erectioni consenserint.

8 Olim erant in solitudine monasteria huiusmodi construenda ne populari accessu deuotio Religionis impediretur, aut si in ciuitatibus construebantur, Episcopi in eorum Ecclesiis Missas solemnes celebrare non debebant, ne propter concursum, & multitudinem populi Religiosorum quies turbaretur, vt voluit Greg. Pont.
9 *in cap. luminoso* 18. *qu.* 2. Hodie verò monasteria quidem Monialium extra Ciuitatem construi prohibentur, & quæ extra mœnia consistunt, in ciuitatem, vel oppidum reuocantur, ne malorum hominum prædæ & aliis facinoribus sint absque custodia exposita, Concil. Trid. *sess.* 25. *de reform. cap.* 5. *in fine vers. & quia monasteria*, Vgolin. *de potest. Episcopi cap.* 21. *in princ. n.* 1. Hieronym. Venero & Leyua *in examine Episcopi lib.* 6. *cap.* 21. *n.*
10 53. Vnde S. Congreg. Cardinalium negotiis Episcoporum, & Regularium præpositorum, *sub die* 13. *Septembris* 1583. censuit monasteria Monialium non esse erigenda nisi Ordinariis locorum consentientibus, & nisi in iis duntaxat locis quæ muro cincta sunt, & in quibus adest Presbyterorum secularium, vel Regularium copia ad audiendas earum Confessiones, nisi in facultatibus haberent Moniales, vt Confessarium aliunde ascitum sustentare valerent. Circa verò decentiam eo respectu ne Moniales è domibus vicinis prospiciantur, vide latè D. Sperel. *in decis. fori eccles. decis.* 58. *per tot.* & præcipuè *à num.* 10. vbi resoluit quòd Monaliales coguntur ad emendum à vicino securitatem non prospiciendi per fenestras veteres, & vicinus tenetur vendere Monialibus seruitutem non prospiciendi per veteres fenestras, etiamsi eius palatium sit insigne; & *à num.* 19. tenet quòd Ecclesia cogit vicinum ad vendendum domum etiam pro Templi, vel monasterij reædificatione, & pro viridario, eiusque ampliatione, & pro annexis ipsi monasterio, & pro seminario puerorum, & pro Parochi domo.

Vltra præfatum Episcopi consensum in eri- 11
gendis Regularium monasteriis desideratum, authoritas quoque summi Pont. requiritur, nam *in cap.* 1. *de excess. Prælat. lib.* 6. & *in cap. vnic. de religios. domibus, eodem lib.* statutum est Prælati Religionum recipere valeant Conuentum aliquem, seu locum, absque Sedis Apost. speciali indulgentia, non obstantibus quibuscunque priuilegiis, si de huiusmodi prohibitione non fecerint specialem mentionem, Hieron. Rodetic. *d. resol.* 55. *num.* 12. vbi citat me ipsum *de officio, & potest. Episcopi p.* 2. *alleg.* 26. *num.* 4. Tamburin. *d. tom.* 3. *disp.* 5. *q.* 1. *num.* 3. Nec Concil. Trid. *cap.* 3. *in fine* abrogauit dispositionem Iuris communis, sed prætetea indixit, vt altera quoque adhiberetur Episcopi loci, vt declarauit Sacra Congr. teste Campan. *d. num.* 80. *in fine*. Quamuis Sorb. *ad compend. Mendicant. verb. ædificare, in sua annot. vers. circa.* §. 20. & Fr. Emman. *quæst. Regul. tom.* 2. *q.* 49. *art.* 3. *cum seq.* existimauerint Episcopi tantùm licentiam esse necessariam.

Fratres igitur Ordinis Carmelitarum Discal- 12
ceatorum obtinuerunt, vt vbique de sola licentia Ordinarij possent noua construere monasteria, ex concessione fel. record. Pauli V. *Const.* 10. incip.
Ad Ecclesiæ, de anno 1605. Item Monachi Con- 13
gregationis B. Mariæ Fuliensis ex indulgentia eiusdem Pauli V. *Constit.* 51. incip. *Ministerio* 1608. Item Superiores Congregationis Clerico- 14
rum Regularium S. Pauli decollati ex indultu eiusdem Pauli V. *Constit.* 64. incip. *Ecclesia*, 8. *Maij* 1610. Quoties tamen concessiones siue licentias erigendi nouos Conuentus reuocauit S. Congregatio Eminentissimorum DD. Cardinalium negotiis Episcoporum, & Regularium præpositorum, Gregorio XV. approbante *sub die* 17. *Augusti* 1621.

Nouissimè S. D. N. Vrbanus VIII. *Constit.* 25.
incipit. *Romanus Pontifex, sub Dat. apud S. Ma-* 15
riam Maiorē sub annulo Piscatoris die 28. *Augusti* 1624. Motu proprio reuocauit, cassauit, abrogauit, & annullauit omnes, & quascunque licentias, ac facultates à nonnullis Romanis Pontificibus prædecessoribus suis concessas, etiam Motu proprio, vel aliàs obtentas fundandi, erigendi, & instituendi vbique locorum monasteria, Domos, Collegia, Conuentus, & alia loca regularia quouis nomine nuncupata, seruata dumtaxat sacrorum Canonum, & Concilij Tridentini decretorum forma de sola Ordinarij licentia, seu etiam non seruata forma, & absque licentia huiusmodi, & hæc quoad erectiones, fundationes, & institutiones monasteriorum, Collegiorum, Domorum, Conuentuum, & aliorum Regularium locorum huiusmodi quæ suum nondum sortitæ sunt effectum. Præcipitque ac interdicit Ordinum etiam Mendicantium, Congregationum, Societatum, & aliorum institutorum Regularium Superioribus quocunque nomine nuncupatis, cæterisque personis ad quos spectat, in virtute S. obedientiæ,

dientiæ,ac sub priuatione vocis actiuæ, & passiuæ,nec non officiorum quorumcumque, ac inhabilitatis ad illa, & ad alia in futurum obtinenda, nec non etiam excommunicationis ipso facto incurrendis pœnis, licentiatum seu facultatum huiusmodi reuocatarum, & annullatarum, siue alio quouis prætextu, vel causa etiam quantumuis priuilegiata noua monasteria, Collegia, Domos,Conuentus,& alia loca Regularia huiusmodi nisi de expressa Ordinariorũ licentia, ac seruata in omnibus, & per omnia, sacrorum Canonum, & Concilij Trid.nec non Constitutionibus, fel.record.Clementis VIII.quæ incipit, *Quoniã ad institutam,sub Dat.Romæ apud S.Marcum sub annulo Piscatoris die 23.Iulij* 1603.ac decretorũ de mandato Clementis, necnon Gregorij XV. forma recipere,erigere,fundare, seu aliàs quomodolibet instituere, seu incepta finire, & absoluere audeant, seu præsumant. De qua *Constit.* latè Anton. Nouat. *in sym. Bullar. tit.de Monasteriorum ædificat.super Bulla S.D N Vrbani VIII.*

16 Poterat olim Episcopus cum consensu Capituli, aut Synodi Parochialem Ecclesiam in Monasterium Religiosorum dedicare, & eidem de Ecclesiæ fructibus sine detrimento applicare, vt in pluribus locis sacrorum Canonum continetur, & præcipuè *in cap. si Episcopus vnã,cum seqq* 12. *q.2.in cap quia Ioannes* 12 *q.* 5. *& in constitutionibus,& cap.pastoralis, de donat.* quod tamen hodie non sine Romanæ Sedis auctoritate admittitur,ex suprà dictis.

17 Duo autem sunt monasteriorum genera tam mulierum, quàm virorum; quædam enim sunt monasteria Mendicantium, quædam verò non Mendicantium. Qui autem sint Ordines mendicantes, & qui de mendicantium priuilegiis participent, ostendimus *lib.* 1.*cap.*41. *de Religiosorum*
18 *Ordinib.propè fin.* De quibus omnibus est notandum primò, quod in monasteriis Mendicantium is tantum numerus Religiosorum haberi debet, qui ex consuetis eleemosynis, & paucis redditibus monasterij commode valeat sustentari, & similiter in monasteriis non Mendicantium non debent supra eum numerum, qui ex redditibus consuetis sustentari valeat,personæ aliquæ recipi, ne ob victus inopiam extra monasteria vagari, aut sordidos actus exercere, vel habitum Religionis deserere compellantur, vt colligitur ex *cap.quoniam, de vita & honest.cleric & ex c.* 1. *& c.auctoritate, de instit. & ex cap.vnico.* §.*sanè, de statu Regular. lib.* 6. *& ex Concil. Trid.sess.* 25. *de Regularib.cap.*3. Et his incommodis meliùs prouidere volens Gregorius XV. *Constit.* 31. incip. *Cum*
19 *aliàs de mense Augusti.* 1622. prohibuit ne monasteria noua etiam Mendicantium erigi possint nisi in quolibet illorũ duodecim Religiosi ex redditibus & consuetis eleemosynis sustentari valeant, & cum consensu aliorum Conuentuum infra quatuor milliaria existentium, & ad id vocati, & auditi fuerint, ac tali erectioni consenserint; vel aliàs Ordinariis locorum constiterit Religiosos monasterij sic erigendi absque detrimento Religiosorum in monasteriis antea in Ciuitatibus, seu locis huiusmodi erectis degentium ibi in numero duodecim commode, & congruè manuteneri,& ali posse. Alioquin monasteria, & loca huiusmodi posthæc recipienda, in quibus duodecim Religiosi,vt supra sustentari, atque inhabitare non poterint, & actu non habitauerint Ordinarij loci visitationi, correctioni, atque omnimodæ iurisdictioni subiecta esse intelligantur, vt censuit S. Congr. Conc. *in decretis de celebrat. Missarum* §.7.*sub die* 21.*Iunij* 1625.*post meum tract.de officio & potest. Episcopi pag.*9. secundum Lugdunen.impress. & comprehendi Religiones Capuccinorum,& Societatis IESV,declarauit eadem S.Congr. *ibidem dub.* 18.

Secundò quòd monasteria duplicia,id est Monachorum simul & monialium, omnino fieri prohibentur, quia id scandalum multis efficitur, vt in plerisque Conciliis, & Pontificum decretis continetur, de quibus *in cap.diffinimus,cum seqq.* 18.*q.*2. 20

Tertiò quòd monasteria omnia de iure communi sunt subiecta Episcopo, in cuius Diœcesi sunt sita, ita vt Episcopi veluti generales monachorum quosdam ad professionem admittere, alios repellere potuissent. *c.qui verè.* 16. *q.*1. *cap. monasteria il.* 1.18 *q.*2.*cap.viduitatis* 27.*q.*1.gloss. *verb.Prelatis in c.quanto, de officio Ordinarij.* Syluest.*in sum. verb.Religio.* 3.§.4.Nau.*in cap.non dicatis* 12.*quæst.*2.*n.*63.*vers.addo secundò* Cabed.*diuers.iuris argum.lib.*3.*c.*18.*in princip.* Fr.Emman. *quæst.Regul.tom.*2.*quæst.*63.*art.*1. *& art.*3.*vtrobique in princip.* Campan.*in diuers. iuris Canon. rub.* 12.*cap.*13.*n.*1. vbi subdit quòd propterea Episcopi de ipso iure communi intentionem fundatam tam in ciuilibus, quàm in criminalibus contra Abbates & Regulares habent; omnia enim mona- 21
steria Episcopo censentur subiecta,nisi probentur 22
exempta, *c.cùm dilectus,de Relig.domib.* Ex priuilegiis verò specialibus summorum Pontificum 23
omnia ferè Regularium monasteria sunt ab Ordinariorum potestate exempta, siue priuilegia directè, siue indirectè per communicationem talem largiantur exemptionem, & consequenter monasteria his temporibus habent iurisdictionem pleno iure quasi Episcopalem, iuxta doctrinam gloss. receptæ *verb.proprij in Clem.* 1. *de rebus Ecclesiæ non alien.* Nau.*d. n.*33. *vers.addo secundò,* vbi glossam illam singularem dicit, Cabed. *d.lib.* 3.*cap.*18 *in princ.* Cochier. *de iurisdict. Ordin. in exemptos p.*1.*q.*17.*num.*9 *&* 15. Campan.*d.c.* 13. *n.*2.Ego ipse *de officio & potest. Episcop.p.*3. *alleg.* 105.*n.*3. Cened.*pract & Canon q.lib.*1. *q.*26.*n.*3.
Et non à tempore B.Gregorij I.vt videtur deduci 24
ex cap.quàm sit necessarium 18 *q.*2.Sed potius per eius successores omnes monachorum Congregationes, & monasteria ex speciali Sedis Apostolicæ gratia, & summorum Pontificum benignitate plenariam, ac omnimodam exemptionem obtinuerunt, sicut tradit Ascan. Tambur. *de iure Abbat.tom.*1.*disp.*15.*q.*1. *& tom.*3.*disp.*5.*quæst.*11 *à princ.*Ego ipse *d.alleg.*105. *n.*12 & patet *ex libris priuilegiorum singulorum Ordinum*, ex quibus sequentes notauimus.

Canonici Regulares præsupponuntur à Diœcesano cum imperio soluti *in* 1.2.*&* 3.*&*.4.*priuilegiis Paschalis II.* directo Ordini concessis,relatis in eius priuilegiorum libro in princip. refert post primam huius operis impressionem Tambur. *dict. tom.*3.*disp.*5.*q.*11.*n.*15. 25

Cluniacense monasterium exemptum fuit ab Ordinarij potestate per Clem. IV. *anno* 1265. *die* 2.*Nouembr. Pontificatus sui anno I.* vt habetur *in eius Põtificis Bulla* relata per Renat. Chop.*monast. lib.*1.*tit.*2.*n.*20.Tamb.*d. tom.*3.*disp.*5.*q.*11.*n.*14. 26

Cassinen. Abbatia exempta fuit ab omnium Episcoporum, & Ordinariorum iurisdictione, per priuilegium Sedis Apost.ei indultum à Zacharia 27

Papa, qui Gregorio III. summo Pontif. successerat refertur *in chron. Cassinen. lib. 1. cap. 4.* & apud Renat. Choppin. *monast. lib. 2. tit. 1. n. 4. in margine.* Nam licèt Ordo sancti Benedicti exemptionem aliquo modo habere videretur iam à tempore S. Gregorij Magni, vt colligitur ex *d. cap. quam sit necessariũ, & seq. 18. q. 2.* tamen hæc Cassinen. Abbatia omnimodam exemptionem à Zacharia Papa obtinuit: totam verò Congregationem plenariè ab ordinariorum, & aliorum iurisdictione exemit Eugenius IV. vt patet ex eius Constitutione 9. incip. *Regularem vitam sub Dat. Bononiæ pridie Kalend. Iulij* 1436. *Pontificatus sui anno VI.* & est in Bullario nouo *tom. 1. pag. 66.* Vide Tamb. *d. tom. 3. disp. 5. q. 11. n. 13.*

28 Camaldulensis Congregatioois exemptio data fuit à Leone X. *Constit. sua* 2. iocipit. *Etsi à summo, sub Dat. Romæ 4. Non. Iulij* 1513. *Pontificatus sui anno I.* est in Bullario nouo *tom. 1. pag.* 460. Tambur. *d. tom. 3. disp. 5. q. 11. n. 16.*

29 Vallumbrosaoa Congregatio licet à Paschali II. & aliis summis Pontificibus sub Diui Petri, & Sedis Apost. protectiooe recepta fuerit, omoimodam tamen, & pleoariam omnium suorum monasteriorum atque locorum, & personarum exemptionem ab ordinariorum, & aliorum imperio obtinuit ab Innocent. IV. *Constit. sua* incip. *Innocentius Episcopus,, sub Dat. Assisij per manum Ioannis de Camezan. Auditoris contractarum. S.R.E. Vicecancellarij Vices gerentis* 12. *Id. Iulij Incarnationis Dominicæ anno* 1213. Tambur. *d. disp. 5. q. 11. num. 17.*

30 Cistercien. Ordo ab omni Diœcesanorum imperio, & iurisdictione solutus fuit ab Alexan. III. summo Pont. *Idib. Nouembris* 1161. *Pontificatus sui an. III.* vt patet ex eius priuilegio incip. *Dilectis,* quod refert Renat. Choppin. *de sacra politia foren. lib. 2. tit. 3. nu. 5.* Tambut. *d. disp. 5. quæst. 11. num. 18.*

31 Cælestinorum Ordinem ab Episcoporum iurisdictione immunem, & exemptum reddidit Innoc. IV. qui eremum S. Beoedicti de Monte Fano, eios Ordinis caput, sub Diui Petri, & Apostolicæ Sedis protectione suscepit 5. *Kalend. Iulij* 1247. *Pontificatus eius anno V.* Tambur. *d. disp. 5. q. 11. n. 19.*

32 Monachorum B. Mariæ montis Oliueti Ordo omnimodam, & plenariam exemptionem à Diœcesanorum iurisdictione habuit à Iulio II. *sua Constit.* 12. incip. *Etsi ad vniuersos, sub Dat. pridie Non. Iunij* 1507. *Pontificatus sui anno IV.* est in Bullario nouo *tom. 1. pag.* 421. Tambur. *d. tom 3. disp. 5. q. 11. n. 20.*

33 Monachorum B. Mariæ Montis Virginis Ordo etiam ab Ordinariorum iurisdictione exemptus fuit, eiusque principale monasterium, quod est totius Congregationis caput, sub Diui Petri ac Sedis Apost. protectione, receptum fuit à Cælestino III. *sub die 4. Nouembris* 1197. *Pontificatus sui anno VII.* Cùm verò hanc Congregationem Leo X. vnitam & incorporatam habuisset Sacristæ hospitalis B. Mariæ Virginis Annunciatæ Neapolitanæ postmodum Sixtus V. *per eius Constitutionem* incip. *Dudum felicis record. sub Dat. 27. Augusti* 1588. *Pontificatus sui anno IV.* eam à iurisdictione dict. Sacristæ soluit. Tambur. *d. q. 11. num.* 22.

34 Præmonstrateoses ab Episcoporum iurisdictione exempti fuerunt per Alexandrum V. anno Domini 1409. *sub die 31. Iulij, Pontificatus sui anno I.* vt refert Renat. Choppin. *de sacra politia lib. 1. tit. 3. num. 7.* Tambur. *d. tom. 3. disp. 5. q. 11. num. 23.*

Carthusiensium Ordo plenariam exemptionem, & immuoitatem ab Ordinariorum, & aliorum iurisdictione obtinuit à Bonifacio IX. *in eius Constit.* 3. incip. *Bonifacius Episcopus sub Dat. 17. Martij* 1391. *Pontificatus sui anno II.* est in Bullar. nouo *tom. 1.* Tambur. *d. tom. 3. disp. 5. quæst. 11. num. 24.* 35

S. Basilij Ordo iam penè collapsus à Gregorio XIII. instauratus, atque ab Ordinariorum, & aliorum iurisdictione exemptus fuit in eius *Constit.* 58. incip. *Benedictus Dominus, sub dat. Kalend. Nouembris.* 1579. *Pontificatus sui anno VIII.* est in Bullario nouo *tom. 2. pag... & in noua collect. Bullarij* Fr. Emman. *Const.* 12. *eiusdem* Gregorij Tambur. *d. disp. 5. q. 11 n. 25.* 36

Fratres S. Spiritus in Saxia à superioritate, & iurisdictione omnium Prælatorum, & aliorum, præterquam Magistri Generalis, exempti fuerunt à Sixto IV. *sua Constit.* 22. incip. *Religionis zelus, sub Dat. Idus Febru.* 1483. est in Bullario nouo *tom. 1. pag.* 368. Tambur. *d. disp. 5. quæst. 11. num. 26.* 37

Fratres S. Antonij Viennen. Ordo exemptus est per multo priuilegia summorum Pontificum, præsertim Vrbani IV. Gregorij X. Benedicti XI. Nicolai IV. Martini V. Cœlestini III. Pij II. & aliorum, quæ confirmata fuerunt à Clem. VII. *in sua Constit.* 2. incip. *Rationi congruit, sub Dat. VI. Kalend. Decemb.* 1623. in Bullario nouo *tom. 1. p.* 558. Tambur. *d. tom. 3. disp. 5. q. 11. n. 27.* 38

Prædicatorum Ordinem à multis summ. Pont. exemptum fuisse testantur eorum priuilegia, & habetur *in compendio multorum eiusdem Religionis,* & præcipuè à Gregorio XI. sua *Constit.* 7. incipit, *Virtute, sub Dat. 2. Martij* 1374. in Bullario nouo *tom. 1. p.* 226. & à Martino V. vt refert Fr. Emman. *quæst. Regular. tom. 2. q. 62. art.* 3. Vnde colligitur Prædicatores communi priuilegio clauso in corpore iuris non esse exemptos, sed proprio, & expressè probat Abb. *in cap. nimis graue, n. 4. de excessib. Prælat.* quem citat Erasm. à Cochier *de iurisdictione Ordinum in exemptis p. 1. q. 17. n. 4. in fine,* & *num.* 5. subdit quòd Prædicatores citari coram ordinario comparere non tenentur ad allegandum exemptionem cùm sit notoria. Tambur. *d. tom. 3. disp. 5. q. 11. n. 28.* 39

Minorum Ordo à pluribus summis Pontificibus exemptus fuit, & præcipuè à Clemente IV. vt testatur Fr. Emman. *d. tom. 2. q. 62. art.* 3. Vide Alphons. Casarubios *im compend. priuilegiorum Fratrum Minorum verb. exemptio num.* 3. 8. & 10. & Erasm. à Cochier. *d. q. 17. num. 6.* Tambur. *d. tom. 3. disp. 5. q. 11. n. 29.* 40

Cruciferi approbati, & sub Sedis Apost. protectione fuerunt recepti ab Vrbano III. *in sua Constit.* 1. incip. *Cùm antecessor, sub Dat. 7. Kalend. Aprilis* 1187. est in Bullario nooo *tom. 1. pag.* 30. Tambur. *d. tom. 3. disp. 5. q. 11. n. 30.* 41

Carmelitæ pariter à iurisdictione Ordinariorum, & legatorum prorsus sunt exempti, adeo quod processus, aut sententiæ contra eos latæ sint nullius roboris, Alphons. Casarubios *d. verb. exempto num.* 24. Erasm. à Cochier. *d. par. 1. q. 17. num. 7. & p. 4. q. 46. num.* 1. Tambur. *d. tom. 3. disp. 5. q. 11. n. 31.* 42

Seruorum B. Mariæ Ordo ab ordinariorum iurisdictione exemptus fuit per Vrbanum VI. *in sua* 43

Constit.

Constit. 2. incip. *Sacrosancta, sub Dat. 7. Id Aprilis* 1379. est in Bullario nouo *tom*. 1. *pag*. 228. Tamburin. *d. tom*. 3. *disp*. 5. *q*. 11. *n*. 34.

44 Minimorum Ordo receptus fuit sub protectione Sedis Apostolicæ à Sixto IV. *in eius Constit. V.* incip. *Sedes Apostolica sub Dat. 6. Kalend. Iunij Incarnat. Domini* 1474. est in Bullario nouo *tom*. 1. *pag*. 335. Tambur. *d. tom*. 3. *disp*. 5. *quæst*. 11. *num*. 35.

45 Theatini similiter recepti fuerunt sub protectione Sedis Apost. & à iurisdictione Ordinariorum exempti per Clementem VII. *sua Constit*. 38. incip. *Dudum, sub dat. die 7. Martij* 1533. in Bullar. nouo *tom*. 1. *p*. 605. Tambur. *d. tom*. 3. *disp*. 5. *quæst*. 11. *num*. 36.

46 Clerici Regulares S. Pauli decollati sub protectione Sedis Apostol. recepti fuerunt à Paulo III. *sua Constit*. 5. incip. *Dudum, sub Dat. octauo Kalend. Augusti* 1535. in Bullar. nouo *tom*. 1. *pag*. 617. Tambur. *d. q*. 11. *n*. 37.

47 Societas IESV recepta est sub protectione Sedis Apost. & à iurisdictione Ordinariorum exempta, atque multis priuilegiis munita per Paul. III. *sua Constit*. incip. *Regimini sub Dat. 5. Kalend. Octobris* 1540. in Bullario nouo *tom*. 1. *pag*. 653. Tambur. *d. tom*. 3. *disp*. 5. *q*. 11. *n*. 38.

48 Clericos Regulares de Sommascha exemit Sixtus V. *Sua Const. IV.* incip. *Æquum, sub Dat. Kalend. Maij* 1585. in Bullario nouo *tom*. 2. *pag*. 489. Tambur. *d. q*. 11. *n*. 39.

49 Ministrantes infirmis eximuntur & multis priuilegiis decorantur à Gregorio XIV. *sua Const*. 27. incip *Altus, sub Dat. vndecimo Kalend. Octobris* 1591. in Bullario nouo *tom*. 2. *pag*. 706. Tambur. *d. tom*. 3. *disp*. 5. *q*. 11. *n*. 40.

50 Clerici Regulares Minores à Sixto V. *sua Constit*. 81. incip *Sacra Religionis sub dat*. 1. *Iulij* 1588. est in Bullario nouo *tom*. 2. *pag*. 629.

51 Fratres B. Ioannis de Deo ab Ordinariorum iurisdictione exempti fuerunt per Paulum V. *sua Constit*. incip. *Romanus Pontifex, sub Date Romæ apud S. Mariam Maiorem die 16. Martij 1619. Pontificatus sui anno XIV.* in hæc verba *Ex voto tamen Congregationis S.R.E. Cardinaliũ negotiis Episcoporum & Regularium præpositorum, quibus negotium huiusmodi maturè discutiẽdum, & referendum commisimus, congregationem Ioannis Dei huiusmodi ac omnes & singulas ipsius Congregationis domos superiores etiam Maiorem, ac Fratres & personas, ac ministrantes, tam in Italia, quàm Hispania, aliisque mundi partibus consistentia, & tam hactenus fundata quàm de cætero fundanda, in his duntaxat, quæ Regularia instituta iuxta cõstitutiones d. Cõgregationis Ioannis Dei è Sede Apost. approbatas & confirmatas concernunt, à superioritate, visitatione, correctione, ac etiam obedientia ordinariorum locorũ &c. penitus & omnino Apostolica auctoritate tenore præsentium, in perpetuũ eximimus, absoluimus, & liberamus, ac eos in præmissis duntaxat ab omnimoda Ordinariorum locorum iurisdictione perpetuò exemptos fore, esse declaramus.* Tambur. *d. tom*. 3. *disp*. 5. *q*. 11. *n*. 41.

52 Clerici Regulares scholarum piarum similiter ab ordinariorum iurisdictione exempti fuerunt per Gregorium XV. *sua Constit*. icip. *Ad vberes, sub dat. 15. Octobris* 1622. Tambur. *d. quæst*. 11. *num*. 42.

53 In huiusmodi autem rebus, quæ ad curam animarum, & sacramentorum administrationem pertinent, monasteria quælibet, quibus cura imminet animarum, subsunt immediatè iurisdictioni, & correctioni Episcopi, in cuius Diœcesi sunt sita, excepto monasterio Cluniacensi, cum suis limitibus, & aliis monasteriis, in quibus Abbates Generales ordinum capita secundum Ordinariam principalem habent, seu in quibus Regularium superiores iurisdictionem Episcopalem, & temporalem, in Parochos, & Parochianos exercent, saluo tamen eorum Episcoporum iure, qui maiorem in præfata loca, vel personas iurisdictionem exercent, vt Tridentinum Conc. decreuit *sess*. 25. *de Regul. cap*. 11. diximus latè *lib*. 1. *c*. 9.
de statu, & vita Regular. Notandum est autem 54
quod per exemptionem concessa monasterio, capellæ illi subiectæ non censentur exemptæ, vt Innocentius III. declarauit *in cap. ex ore, de priuileg*. & de hoc egimus sub *hoc lib. in cap*. 8. *de Orator. & Capellis, n*. 23.

Omnia tamen monasteria, etsi de iure com- 55
muni, vt diximus, sint subiecta Episcopo, in nonnullis exempta sunt à lege Diœcesana, veluti in Cathedratici solutione, quam facere Episcopo non tenetur, *cap. inter cætera, vers. monasteriorũ* 10. *q*. 3. de quo infrà *lib*. 3. *in cap. de Commun. port*. videbimus. Item in parte eorum, quæ monasterio offeruntur, Episcopo non præstanda, aut in alia quacunque graui, vel insolita exactione, *cap. cum pro vtilitate* 16. *q*. 1. cum Episcopus monasteriis imponere prohibetur, *cap. quàm sit necessarium* 18. *q*. 2. *cap decimas* 16. *q*. 1. *c. scientes, de censib*. sicut & quietem eorum per populorum frequentias, & Missarum solemnitates turbare *cap. Abb. & c. luminoso* 18. *q*. 2. & supra ostendimus. Et denique quoad legem Diœcesanam omnia monasteria sunt exempta, quoad similes, quas diximus exactiones: quoad legem verò iurisdictionis, quæ in visitatione, & correctione consistit, non omnia sunt exempta, *cap*. 1. *de statu monach*. glos. notab. *in princip*. 10. *quæst*. 1. quamuis omnes Ecclesiæ in vtraque lego Episcopis sint de Iure communi subiectæ, *per tot*. 10. *q*. 1. *cap. omnes Basilicæ* 16. *quæst*. 7. & supra etiam *lib*. 1. *in cap. de potest. Episcoporum* ostendimus. Quare possunt, & debent Episcopi monasteria visitare etiam exempta, iuxta distinctionem tamen, quam *lib*. 1. *cap. de Visitatione*, descripsimus.

In monasteriis autem exemptis debent per sin- 56
gulas prouincias, vel Regna quolibet triennio Capitula generalia fieri, vbi de statutis, & Ordinibus in Religione seruandis, & aliis opportunis negotiis nactetur; qua in re si Religiosi Prælati fuerint negligentes, Metropolitanus eadem Capitula conuocabit, & durante contumacia subduntur iurisdictioni Episcopi, vt disponitur in Concil. Trid. *sess*. 25. *de Regularibus, cap*. 8. & ex eo colligunt Nau. *cons*. 83. *de Regularib. in antiq. aliàs consil*. 18. *de statu monach. in nouiss*. Sayro *in floribus decis. sub illo titul. de regular. decis*. 89. Hieron. Veneto *in examine Episcop. lib*. 6. *cap*. 8. *num*. 12.

Monasteria quoque monialium, quamuis 57
exempta, nisi Regularibus, vel Capitulis subsint, ab Episcopo sunt regenda, vt Tridentin. Concil. statuit *sess*. 25. *de Regular. cap*. 9. & ex eo docet Hieronym. Venero *d. lib*. 6. *cap*. 21. *num*. 5. quod quidem de spirituali gubernio, non verò de temporali esse intelligendum, tenet Armendar.
in addit. ad recopil. legum Nauarra, lib. 2. *titul*. 18. 58
l. 7. *de religion num*. 93. vbi *num*. 94. subdit per decretum Concilij *d. cap*. 9. nullam iurisdictionem esse concessam Episcopo in monasteriis Sedi Apostolicæ immediatè subiectis, nisi in

concetnentibus spiritualia, in temporalibus ve-
iò nihil agere posse, non enim possunt Ordina-
rij nec Regulares etiam in Capitulis, eorum Ge-
neralibus deputste particulares Religiosos cu-
iofcumque gradus, aut præeminentiæ, etiamsi Su-
perinres monasteriorum fuerint in bonorum tem-
poralium Monialium administratores, vt censuit
S. Congreg. Cardinalium negotiis Episcoporum
& Regularium præpositorum *sub die 22. Augusti.*
1603.

59 Monasteria non sunt in habitacula clerico-
rum secularium, & multò minus laïcorum con-
uertenda, nec à secularibus gubernanda, nec
commutanda sunt, vel vendenda, etiam ab ipso
Episcopo sine consenso Capituli, *cap. nemini, cum*
60 *seq. 16. qu. 7. c. peruenit col. 2. cum seq. 28. q. 2. cap. qua*
semel, cum seq. 19. quast. 3. Hieron. Roderic. *in com-*
pendio quast. regular. resolut. 35. n. 7. Ludouic. Mi-
randa *in man. Pral. tom. 1. quast. 34. art. 1. concl. 1.* vbi
concl. 2. probat in casu magnæ alicuius necessita-
tis, & rationabili existente causa de licentia,
consensu, & auctoritate Episcopi Diœcesani be-
nè posse monasterium destrui, & deseri, atque
cum opus fuerit in profanos vsus commutari. Si
61 verò Regulares quandoque defuerint, clerici se-
culares in eis poterunt ordinari, *cap. inter qua-*
tuor, de relig. domib. & dicemus latè *lib. seq. in cap. 4.*
de beneficiis in genere n. 58.

62 Monasteria Monialium extra Vrbem, Oppi-
dòvè existentia (quòd obiecta perditorum homi-
num periculis sunt) si Episcopo videbitur ad ve-
tera, quæ sunt in Vrbe; reduci debeat, vel ad no-
ua, quæ fiunt, inuocato quoad hoc etiam brachio
seculari, qui, & non obedientes, vel id impedien-
tes per censuras Ecclesiasticas comprimet, ita
sanciuit Concil. Trid. *sess. 25. de Regularib. cap. 5.*
vers. & quia monasteria, referunt Vgolin. *de officio*
Episcopi cap. 21. in princip. n. 1. Hieron. Venero, &
Leyua *in examine Episcop. lib. 6. cap. 21. num. 13.*
in praxi Episcop. p. 1. verb. Moniales §. 17. vbi refert
decisum istam translationem faciendam esse ad
aliud monasterium eiusdem Ordinis, & hoc
63 quando immineret scandalum, vel propter super-
eminentis aeris pestilentis causam, additque
monasterij translationem debere fieri cum in-
troitibus, & redditibus, quos illud habebat. De-
bet etiam translatio huiusmodi fieri in aurora, vt
à paucis Moniales conspici possint, atque à per-
sonis grauibus, & honestis, & sanguine eis pro-
ximioribus coniunctis deducantur, prout resolu-
tum asserit Armendar. *in addit. ad recop. legum Na-*
uarra lib. 2. tit. 18. l. 7. de Relig. num. 100. quæ refero
Ego ipse *de officio, & potest. Episcopi p. 3. alleg. 101.*
num. 20.

64 Loca seu monasteria iam ædificata deserere
non possunt Regulares nisi in manibus Ordina-
rij, seu Diœcesani. Ita Bonifacius VIII. *in cap. cùm*
ex eo, de excessibus Pralat. lib. 6. super quo onerat
conscientiam Generalis. Fr. Emman. *quast. Regu-*
lar. tom. 1. qu. 23. art. 6. 6. Laurent. Portel. *in dubiis*
Regularibus verb. monasterium num. 4. & in addit.
num. 7. Fr. Thom. de Iesv *de statu monachor.*
tom. 2. p. 3. super c. 2. reg. Carmelitar. pag. 157. Hie-
ron. Roderic. *in compendio quastion. Regul. resol. 55.*
num. 4. in fine.

65 Minores Fratres deserentes monasterium ali-
quod, in quo quispiam titulum legitium ha-
bet iurispatronatus, ratione ædificationis, aut
donationis, seu ob aliam aliquam legitimam
causam, non possunt dormitoria, officinas, seu
alia loca monasterij eiusdem destruere, diuende-
re, seu aliis donare; nam hæc pertinent ad ipsos
patronos & fundatores, quorum ius obnixè te-
nentur obseruare. Ita expressè habetur *in cap.*
exiit qui seminat, de verbor. signif. & resoluunt Fr.
Emman. *d. art. 6.* Cordub. *super reg. Fratrum Mi-*
norum c. 4. qu. 16. puncto. 2. & cap. 6. qu. 5. Fr. Ludou.
Miranda *in man. Prelator. tom. 1. q. 34. art. 2. concl.*
2. Portel. *d. verb. monasterium n. 8.* Hieron. Roder.
d. resol. 55. n. 8.

Si monasterium habentium bona in commu- 66
ni, destructum sit, & transferatur aliò; illa bona
acquiruntur illi monasterio, ad quod supradicti
monachi transferuntur. Ita ex Ioan. Andr. resol-
uit Fr. Ludou. Miranda *d. quast. 34. art. 3. concl. 1.* Si 67
verò monasterium penitus destruatur, nec aliò
transferatur, ex eo quod non erant ibi mona-
chi siue moniales; quia nempe fuit sibi prohi-
bitum ob aliquam causam nouitios, siue nouitias
recipere, fueruntque proinde extincti, nec re-
mansuerant nisi duo, vel tres: tunc omnia mona-
sterij huiusmodi destructi bona remanebunt in
dispositione summi Pont. & de eius licentia, &
auctoritate applicabuntur alteri monasterio, siue
Religioni: maximè si ad illud, seu ad istam ali-
qui eiusdem monasterij destructi Religiosi, seu
Religiosæ transferantur. Ita idem Ludou. Mi-
randa. *citato loco concl. 2.* subdens *concl. 3.* quod si 68
monasterium destructum sit non habentium pro-
prium, neque alia bona in communi, qualia
sunt monasteria omnia Ordinis S. Francisci Re-
gularis Obseruantiæ, tunc ex concessione Cle-
mentis IV. & Leonis X. possunt eorundem
monasteriorum bona transferri de prioribus lo-
cis ad alia loca, vbi fit monasterij alicuius trans-
latio.

De Iure communi licentia Papæ & Diœ- 69
cesani requiritur, vt Fratres trasferant seu mu-
tent monasterium de loco in locum, vt proba-
tur *in cap. cùm ex eo, de excessibus Pralat.* dum æ-
qualiter, & pariformiter loquitur de monaste-
riorum mutatione, & de erectione, constructio-
ne, siue noua ædificatione, ibi, *seu hactenus rece-*
pta mutare: neque Concil. Trident. *d. 3.* dictam
dispositionem reuocat, seu videtur reuocasse:
solummodo ènim ait quòd de cætero similia lo-
ca non erigantur sine Episcopi, in cuius Diœ-
cesi erigenda sunt, licentia prius obtenta; & sic
nullam mentionem faciens de locorum muta-
tione, videtur voluisse, vt id remaneret in dis-
positione Iuris communis. Ita Fr. Emman. *quast.*
Regul. tom. 2. quast. 44. art. 4. Fr. Ludou. Miranda
in man. Pralat. tom. 1. quast. 33. artic. 2. Portel. *in*
dubiis Regular. in addit. verb. monasterium num. 3.
me citato *in hoc loco* Tamburin. *d. tom. 3. disp. 5.*
quast. 4. num. 2. Hieronym. Roderic. *d. resol. 35.*
num. 4. asserentes Sixtum IV. minoribus, & Six-
tum V. Congregationi B. Benedicti in Portu- 70
galia concessisse, vt eorum monasteria, cum
consilio, & assensu Capituli Generalis possint
transferri de loco in locum cum omnibus ad
illa pertinentibus, Ordinarij, vel cuiusuis alte-
rius licentia minimè requisita. Et idem Hie-
ronym. Roder. *in d. compendio resolut. 96. num. 13.*
refert Pium II. & Pium IV. concessisse Priori, 71
& monasterio S. Benedicti Vallisoleti ad in-
stantiam Philippi II. Hispaniarum Regis, vt duo,
aut tria monasteria, iusta interueniente causa,
& de assensu monasteriorum vniendorum, etiam
non vocatis eorum patronis, vnire possit, dum-
modo

modo onera consneta in dictis monasteriis vni-
tis Monachi reportent; & quòd possit transfer-
re monasteria de locis sterilibus, & inaquosis, vel
de terris dominorum temporalium, qui eorum bo-
na occupant, ad alia loca magis commoda cum
suis redditibus, fructibus, & prouentibus: refert me
citato *in hoc loco* Tambur. *d.disp.5.q.4.n.3.*
72 Per priuilegium Clementis IV. confirmatum
per Iulium II. & alios Pontifices prohibetur
Mendicantibus ædificare de nouo prope Domos
iam constructaa Minorum, nisi infra spatium
trecentarum cannarum per aerem mensuranda-
rum, vbi aliàs rectè mensurari loci dispositio non
permittit: quo priuilegio gaudent alij Mendi-
cantes communicantes in priuilegiis. refert me
73 citato *in hoc loco* Tambur. *d.tom. 3. disp. 3. quæst.*
3. num. 3. Item ex concessione Vrbani IV. apud
compend. Cistercien. verb. ædificare. §. fin. nulla ædi-
ficia construi possunt intra vnum militare ab
Abbatiis, & locis Ordinis Cistercien. sub ex-
74 communicationis pœna. Et ex priuilegio Inno-
centij IV. apud *Compend. Mendicantum verb.*
ædificare, in fine, infra dimidiam leucam à ter-
minis possessionum Carthusiensium, nec ædifica-
re, nec possessiones acquirere licet. Ita referunt
Portel. *d. verb. monasterium num.* 1. Hieron. Ro-
der. *d.resol.* 55. *num.* 5. Tambur. *d.tom.3. disp.5.*
quæst.3. num. 4. *&* 5. Ludouic. Miranda *d. tom.* 1.
75 *quæst.33.art.4.concl.* 1. subdens ex eodem priui-
legio quamlibet istarum cannarum obtinere debe-
re octo palmorum longitudinem, non obstante va-
ria locorum consuetudine.
76 Pro Fratribus Prædicatoribus, & postmo-
dum pro Carmelitis Clemens IV. statuit, &
priuilegium eisdem concessit, vt non solùm
Fratres Mendicantes, verùm etiam alij qui-
cunque Religiosi, & Ecclesiasticæ personæ
vtriusque sexus, prope domos prædictorum
Fratrum Prædicatorum, seu Ordinis de Mon-
te Carmelo nouas Ecclesias, & loca con-
struere, vel alia de nouo recipere, & habe-
re non possint infra spatium centum quadra-
ginta cannarum per aerem mensurandarum,
vbi aliàs per terram commodè mensurari non
possint. Et quod si quis cuiusvis conditionis
& status aliter agere præsumpserit, tam ipsa,
quàm auxilium, & fauorem præstantes ip-
so facto incurrant sententiam excommuni-
cationis, & nihilominus cuncta & singu-
la ab eis facta pro infectis habeantur. Ita
referunt Fr. Ludouic. Miranda *d. artic.* 4.
77 *conclus.* 3. Portel. *d. verb. monasterium, num.* 3.
subdens Patres societatis IESV habere priui-
legium, vt possint ædificare intra centum
quadraginta cannas prope alios Conuentus,
& hoc priuilegium illis solis concessum esse
à Gregorio XIII. innuit illorum compen-
dium *verb. ædificium* §. 3. Tamburin. *d. disp.* 5.
quæst. 3. *num.* 1. *&* 6. vbi *num.* 8. refert S. D. N.
Vrbani VIII. per suas litteras in forma Bre-
uis *sub die 7. Iunij* 1630. prohibuisse ne quis alia
Mendicantium monasteria, Domos, seu Conuen-
tus, aut alia Regularia loca etiam vigore, seu præ-
textu quorumque priuilegiorum per tres leu-
cas circumcirca monasterium & Ecclesiam S.
Mariæ de Monserrato sine expressa Abbatis, &
Monachorum prædicti Monasterij pro tempore
existentium licentia, construat, fundet, aut aliàs
quomodolibet erigat, vel instituat.
78 Mendicantes Religiosi, qui sine licentia Papæ

loca de nouo accipiunt ad habitandum, vel ha-
ctenus recepta mutant, aut quouis titulo alie-
nationis transferunt, excommunicationem ne-
mini reseruatam incurrere probat *Clem. cupien-
tes, de pœnis*, & ex illa colligunt Silu. *in sum. verb.
excommunicatio 9. casu 44. num.* 85. Nauar. *in man.
cap.27.n.* 144. Gambar. *de casibus reseru. cap.* 11.
num. 15. Lauor. *de Iubilæo, Indulgent. p.* 1. *c.* 13.
num. 36. Filliuc. *in quæst. moral. tract.* 14. *num.*
145. Ego ipse *de officio, & potest. Episcopi p.3.
alleg.50. num.* 230. secundùm Lugdunen. impress.
Cuius textus decisio intelligenda est etiam eo
casu, quo locus dirutus desierit esse de ipsorum
dominio, & habitatione, ac postea nouo iure
acquirant illum: cum secus dicendum sit vbi
Domus aliqua Mendicantium corruat, sed il-
lius solum continuò remansit in ipsorum domi-
nio, quia tunc licitum illis erit ipsam de nouo
ædificare sine incursu dictæ excommunicatio-
nis; sicut etiam possunt antiquo ædificio ali-
quid de nouo addere, vel mutare in totum
Conuentum ad commodiorem locum, propter
aliquam causam: vt si propter sanitatem exi-
stentem ex valle mutant ad colles: nouum enim
dicitur, quod denuò acquiritur, vel nouo quæ-
ritur titulo, non autem quod renouatur, vel
augmentatur, & ampliatur. Ita Laurent. de
Franchis *in suis controuers. pag. mihi* 109. *p.* 2. Lu-
douic. Miranda *dict. tom.* 1. *qu.* 33. *artic.* 5. Suar.
tom. 5. *de censur. disp.* 23. *sect.* 5. *num.* 33. *duobus
sequentibus*, Hieronym. Roderic. *in compend. quæst.
Reg. resol.* 55. *num.* 10. Tambur. *d.tom.3. disp.5. qu.*
1. *num.* 9.
Seculares prohibentur erigere excelsas do- 79
mos, & ædificia prope monasteria Monacho-
rum, vel Monialium, taliter quòd ab ipsis vi-
deantur Religiosi, vel Moniales: imò nec Re-
ligiosis degentibus prope monasterium aliorum
Religiosorum licitum est sua in altum proten-
dere ædificia, vel ianuas aperire, à quibus pos-
sint prospicere interiora claustra Conuentus,
non obstante regula vulgari Iuris, quod priui-
legiatus contra pariter priuilegiatum non vti-
tur suo priuilegio, quæ fallit in eo, qui priuile-
gium actu habet, & practicè in ea re, & specie
de qua agitur, patiturque damnum, seu læsionem
ab habente simile priuilegium. Ita Fr. Emman.
in addit. summ. tom. 3. *c.* 145. *num.* 3. Portel. *in du-
biis Regul. verb. monasterium, num.* 3. Hieronym.
Roderic. *in d. compendio resol.* 96. *num.* 11. Tambur.
d.tom.3. disp.5. quæst.2.n.4. Num ne impedimentũ
præstari possit per Moniales ne contigua eis Ec-
clesia turrim erigat sacram, siue campanariam
quòd prospectus ex illa intra earum claustra haberi
possit: vide Carol. Marant. *tom.* 2 *resp.* 22.
Monasteria coram quo Iudice sint conue- 80
nienda, superest vt videamus? Inprimis in
causis temporalibus, in quibus monasterium
personam gerit actoris aliquid à laïco pe-
tens, debet eum conuenire coram Iudice se-
culari; *cap. cùm sit generale, cap. si clericus, de
foro comp.* nisi forte laïcus destruxerit monaste-
rium, vel in eo sacrilegium commiserit, quia
tunc apud Ecclesiasticum Iudicem agendum
est, *d. cap. cum sit generale, cap. conquestus, eod. titul.*
Monasterium autem agens, & petens aliquid
apud Iudicem secularem, potest apud eundem
Iudicem reconueniri, iuxta communiorem
sententiam, nisi reconuentio sit super causa
criminali etiam ciuiliter tantum intentata, aut

super re spirituali, vel spirituali annexa, aut caussata sit per malitiam ipsius procurantis vt à monacho conueniatur coram tali Iudice, vt ipse coram eodem ipsum reconueniat, sciens fore sibi maximè fauorabilem ipsummet Iudicem, iuxta ea quæ resoluimus *lib.1.c.39. §.2. quæst.32.* Vide Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.2 lib.7. cap.31. num.26*, vbi cum Cou. *practic. cap. 7.num.32.* & Cabed. *Lusitan. decis.34.num.9.& 13.part.1.* resoluit monesteria Mendicantium & Monialium, etsi ditissima sint, gaudere priuilegio miserabilium personarum, vt agentia contra laicum possint illum conuenire apud Iudices Curiæ Regiæ, refert me non citato Tambur. *d. disput.5. quæst.2. num.7.*

CAPVT XIII.

De Priuilegiis Ecclesiarum & piorum locorum.

SVMMARIVM.

1 *Continuatio materiæ.*

2 *Fisci temporalis priuilegiis omnibus gaudet Ecclesia.*

3 *Militum priuilegiis gaudet Ecclesia.*

4 *Argumentum valet de milite armatæ militiæ ad militem cælestis militiæ.*

5 *Alimentorum ... gaudet Ecclesia quan... est applicabilis, & militat eadem ratio.*

6 *Argumentum valet de alimentis ad piam causam.*

7 *Dotis priuilegiis omnibus gaudet Ecclesia.*

8 *Iure minoris gaudet Ecclesia in restitutione consequenda.*

9 *Hospitalia, & cætera loca pia gaudent iure minoris.*

10 *Ecclesia gaudet omnibus dispositis in fauorem Reip. stante identitate rationis, & vbi casus est applicabilis.*

11 *Imperij iure, & priuilegiis gaudet Ecclesia.*

12 *Possessio sine traditione non transfertur.*

13 *Dominium transfertur in Ecclesiam absque traditione fauore Ecclesiæ.*

14 L. quoties C. de rei vend. *non habet locum in donationibus, & venditionibus factis Ecclesiæ.*

15 *Ecclesia semper possidere, & ius habere dicitur.*

16 *Possessio semper manet penes Ecclesiam, licet moriatur Prælatus.*

17 *Donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum est inualida, nisi sit facta Ecclesiæ, vel pio loco.*

18 *Donatio in dubio non præsumitur nisi fauore Ecclesiæ.*

19 *Donatio licet ex causa ingratitudinis reuocari possit, tamen illa, quæ fit Ecclesiæ, propter ingratitudinem Prælati, seu Capituli reuocari non potest.*

20 *Vendere rem suam nullus cogi potest.*

21 *Ecclesia potest cogere vicinos contiguos ad vẽdenda prædia vrbana pro sui ampliatione.*

22 *Donatio excedens valorem 500. aureorum est insinuanda, nisi sit facta Ecclesiæ, vel piæ causæ, quia tunc insinuatione non indiget.*

23 *Soluens pro alio quamuis regulariter non possit agere sine cessione, Ecclesia tamen sine ea agere potest.*

24 *Ecclesia secularis habetur loco filij, & facit deficere conditionem si sine liberis sit.*

25 *Legata facta Ecclesiæ, vel alij pio loco non veniunt sub generalitate.*

26 *Legata pia reuocata censentur reuocato toto testamento.*

27 *Legatum relictum Ecclesiæ à substituto sub conditione si institutus hæres non erit, debetur purè ab instituto, si hæres erit, fauore piæ causæ.*

28 *Legatum relictum Ecclesiæ pro exoneratione conscientiæ à damnato ad mortem valet.*

29 *Donatio facta Ecclesiæ absenti ante acceptationem non potest reuocari.*

30 *Instrumenta contra se tenetur quis edere in fauorem Ecclesiæ.*

31 *Pœnitentiæ locus non est in contractibus innominatis fauore Ecclesiæ.*

32 *Indebitum solutum Ecclesiæ non repetitur nisi soluens ex tali solutione ad paupertatem reduceretur.*

33 *Legatum factum in fauorem Ecclesiæ, seu in causã piam, non recipit interpretationem, quæ illud minuat, sed absolutè est præstandum.*

34 *Trebellianica & Falcidia non detrahitur ex donationibus, & dispositionibus, ac legatis factis ad piam causam.*

35 *Opinionibus in diuersis illa præualet, quæ fauet Ecclesiæ, & piæ causæ.*

36 *Quilibet etiam sine mandato pro Ecclesia, seu pia causa agere potest.*

37 *Legata pia vt executioni mandentur, & vt causa pia consequantur quod illis debetur, agere potest quilibet de populo.*

38 *Ecclesia volens dare certum quid, potest compelli ad faciẽdũ, licèt nemo pro Ecclesia recipiat.*

39 *Dispositio tanquam perfecta erit valida si quis disponat post mortem eius bona esse Ecclesiæ.*

40 *Dominium & possessio semel acquisita per Ecclesiam numquam vacant.*

41 *Ecclesia nunquam moritur.*

42 *Testamenti ad valorem septem testes requiruntur.*

43 *Testamenta, quo Ecclesia, vel alia pia causa est hæres instituta, valet cum duobus testibus, etiam in foro sæculari.*

44 *Mandatum factum ad pias causas non extinguitur morte mandantis.*

45 *Fœmina in pia causa à testimonio non repellitur.*

46 *In dubio pro pia causa est iudicandum.*

47 *Contractus fauore Ecclesiæ claudicat.*

48 *Ecclesia quando est læsa in contractu circa pretium per restitutionem in integrum, quid?*

49 *Prælatus si spoliet possidentem rem Ecclesiæ, & conueniatur interdicto, Vnde vi, & opponat de domino Ecclesiæ, quid?*

50 *Priuilegium per non vsum, & de aliquid non faciendo, ne soluantur præstantia, in Ecclesia nõ amittitur nisi spatio quadraginta annorum fuerit præscriptum.*

51 *Prælatus inquisitus de dilapidatione bonorum, inquisitione pendente, suspenditur ab administratione.*

Amplia, vt ibid.

52 *Sententia lata contra priuatum non retractatur prætextu instrumentorum nouiter repertorum.*

53 *Pactum*

53 *Pactum futura ſucceſſionis inter paganos reprobatur: inter milites habet vim vltima voluntatis.*
54 *Fauore Eccleſia, vel pia cauſa, eius creditor tenetur recipere partem ſolutionis.*
55 *Eccleſia fauore proceditur ad definitiuam ſententiam contra Prælatum dilapidatorem, lite non conteſtata.*
56 *Scriptura priuata probat fauore Eccleſia.*
57 *Meretrix fauore Eccleſia à domo propria expellenda eſt.*
58 *Fauore Eccleſia beneficium confertur Clericis inuitis.*
59 *Remedium cap. reintegranda 1.q.3. fauore Eccleſia tranſit in ſucceſſorem.*
60 *Dubia & incepta diſpoſitio præſumitur perpetua in odioſis fauore Eccleſia.*
61 *In cauſa Eccleſia poteſt in eius fauorem Rector venire contra factum proprium.*
62 *Fauore Eccleſia, vel alterius pia cauſa fit extenſio ex paruitate rationis.*
63 *Eccleſia fauore, ſeu pia cauſa incertitudo nullo pacto vitiat promiſſionem.*
64 *Fauore Eccleſia fœmina poteſt eſſe procuratrix.*
65 *Reſcripta iuſtitia latè interpretanda fauore Eccleſia.*
66 *Per alienationem rei lata non eſt inducta reuocatio legati fauore pietatis & animæ.*
67 *Inteſtamentis quando præſumatur legatum ad pias cauſas.*

1 NVNC verò poſtquam in communi & in ſpecie de Eccleſia, aliiſque locis piis diximus capitulis præcedentibus; ſupereſt vt aliqua principaliora Eccleſiarum & locorum huiuſmodi priuilegia breuiter referamus; nonnulla autem ſup. *hoc lib. cap. 3. num. 169. cum ſeqq.* alia *inf. lib. 3. c. 27.* referamus.

2 Primum igitur priuilegium eſt vt Eccleſia gaudeat omnibus priuilegiis fiſci temporalis, ita vt de fiſco ad Eccleſiam valeat argumentum, dummodo ſubſiſtat identitatis ratio, & non reperiatur contrarium in iure expreſſum. Ita per *l. fin. C. de ſacroſ. Eccleſ.* docent. Tiraq. *de priuil. pia cauſa priuileg. 143.* Menchac. *de ſucceſſ. reſolut. lib. 2. §. 18. num. 10.* Marc. Anton. Genueoſ. *in practic. Eccleſ. tricenario 9. quæſt. 25.* Marta *de iuriſdict. p. 4. cẽt. 1. caſu 11. num. 48. & caſu 20. num. 22.* Magden. *de numero teſtium in teſtam. requiſ. p. 1. c. 12. n. 9. p. 141.* & alij per me citati *in tract. de locis communib. argum. Iuris loco 40. n. 4.*

3 II. Gaudet etiam priuilegiis militum. gloſſ. & Doctores *in l. ſi vt proponis Cod. de rei vendicat. & verb. imperauit in c. inquirendum, de pecul. clericor.* Euerard. *in loco militum ad Eccleſiam*, Iacob. Ant. de Mauro *alleg. 42. num. 2.* Marc. Anton. Genuenſ. *in practicab. q. 252 num. 1. & q. 632.* Galet. *in Margarita caſuum Conſcientia verb. milites & Eccleſia;*
4 valet enim argumentum de milite armatæ militiæ, ad militem cœleſtis militiæ, vt per gloſ. & Doctor. *in l. miles, in princ. ff. de re iudic.* & citatos per me in dicto *tract. de locis communib. argum. Iuris loco 71. n. 1.* Marc. Anton. Genuenſ. *in practic. Eccleſ. q. 185. n. 3.*

5 III. Gaudet quoque priuilegiis alimentorum, quando caſus eſt applicabilis, & militat eadem ratio; cùm enim cauſa alimentorum dicatur cauſa pia, & fauorabilis, l. *Mela*, vbi gloſ. Bart. & alij, *ff. de alimentis & cibar. leg.* Card. Mantic. *de coniect. vltim. vol. lib. 6. tit. 3. n. 22. & de citatis & ambig. conuent. lib. 13. tit. 12. n. 1.* Marc. Ant. Genuenſ. *dict. cap. 252. num. 3.* citati per me *dict. tract. loco 7. num 5.* ideo de alimentis ad piam cauſam valet 6
argumentum, vt *ibidem* probauimus *dict. loco 7. num. 4.*

IV. Gaudet omnibus priuilegiis dotis, Marc. 7
Anton. Genuenſ. *d. q. 252. num. 4.* quia valet argumentum à dote ad piam cauſam, Euerard. *in topic. à dote ad piam cauſam*, plures per me citati *d. tract. loco 39. n. 1.*

V. Gaudet iure minoris in reſtitutione conſe- 8
quenda, vt per text. *in cap. 1. de in integ. reſtit.* docent Bernard. *reg. 219.* Cald. Pereira *in l. ſi curatorem, verb. minoribus n. 60. C. de in integ. reſtit. minor.* Cardoſ. *in praxi iudicũ, verb. Eccleſia. n. 35.* Aloyſ. *in praxi rerum fori Eccleſ. 103. in 1. edit.* aliàs *reſol. 88. in 2. edit.* Marc. Anton. Genueoſ. *d. q. 252. n. 5.* plures, quos refero *d. tract. loco 40. n. 2.* de quo latè diximus *ſup. hoc lib. cap. 3. verſ. 4* quo de etiam iure gaudent hoſpitalia, & cætera loca pia, quæ 9
per adminiſtratores reguntur, Marant. *de ordine iudic. p. 6. tit. de appellat. num. 85.* Tiraq. *de pia cauſa priuileg. 138.* Valaſc. *conſ. 105. n. 44.* Nicol. Garc. *de benefic. p 5. cap. 5. n. 602.* Garc. Gironda *de priuileg. & exempt. explicat. n. 569. in fine*, item & Capellæ Cebed. *Luſit. deciſ. 51. n. 11. p. 2.* ac Confraternitates, Maſcard. *de probat concl. 869. n. 10.* Gutier. *canon. lib. 1 cap. 35. n. 14.*

VI. Gaudet omnibus diſpoſitis in fauorem Rei- 10
pub. ſtante identitate rationis, & vbi caſus eſt applicabilis, ac contrarium non reperitur in iure deciſum, tunc enim æquiparantur, & valèt argumentum de vno ad alium; ita Euerard. *in topicis legalibus loco à republ. ad Eccleſiam.* Marc. Anton. Genueoſ. *in practicab. Eccleſiaſt. quæſt. 252. num. 6.*

VII. Gaudet priuilegiis, & iure Imperij gloſ. 11
verb. iure minoris in cap. auditis, de in integr. reſtitut. Perez *l. 10. gloſſ. 4. poſt princip. titul. 10. lib. 4. ordinam.* Ceuall. *commun. contra communes q. 500. à princip.* Marc. Anton. Genuenſ. *dict. quæſt. 252. num. 7.*

VIII. Licèt poſſeſſio ſine traditione non trans- 12
feratur, gloſſ. *verb in rem, verſic. nunquid poſſeſſio, in l. vlt. C. de ſacroſ. Eccleſ.* Tiraquell. *in tract. le mort part. 2. declar. 11. num. 2 & de iure mariti §. 1. gloſſ. 2. n. 43. & de conſtituto limit. 26 n. 5.* Anton. Gom. *l. 45. Tauri n 4. & l. 40. n. 16. & l. 5. num. 27.* Leſſ. *de iuſtit. lib. 2. c. 3. dub. 3.* Rebell. *de oblig. iuſtit. p. 1. lib 1. q. 8. ſect. 4. num. 18.* tamen fauore Eccleſiæ 13
dominium transfertur in Eccleſiam abſque traditione, *d. l. vlt. C. de ſacroſ. Eccleſiis.* Ceuall. *tom. 4. q 899. n. 178.* Cald. Pereira *de poteſt. elig. c. 6. n. 73. & de extinct. cap. 6. num. 20.* Anton. Gabr. *commun. lib. 3. tit. de exempt. concluſ. 2. n. 15.* Leſſ. *lib. 2. c. 21. dub. 20. à num. 141.* Sayr. *in clau. Regia lib. 9. c. 10. num. 9.* Mart. *de iuriſdict part. 4. caſu 6. num. 19. & caſu. 172.* Marc. Anton. Genuenſ. *in practicab. Eccl. q. 141.* ac proinde in donationibus, ac venditio- 14
nibus illis factis non habet locum *l. quoties C. de rei vendicat.* vt reſoluunt Tiraquel. *de retract. lign. §. 1. gloſſ. 2. n. 43.* Mozz. *de contract. tract. de empt. c. de naturalib empt. cap. 34.* Morla *in emporio iuris p. 1. tit. 9. in prælud. num 51.* Mart. *de iuriſdict. par. 4. cent 1. caſu 19. num. 5. & cent. 2. caſu 172. n. 1. cum ſeqq.* Molin. *de iuſtit. tract. 2. diſp. 369. verſ. quintum, alias num. 7.* Leſſ *d. lib. 2. cap. 21. dub. 20. num. 141.* Rebello *d. lib. 1. quæſt. 8. ſect. 4. num. 17. & p. 2. lib. 9. quæſt. 17. ſect. 1. num. 23.* Valer. Reginald. *in praxi*

fori pœnit. lib. 25. *n.* 364. Ioao. Salas *de contractib. tract.* 2. *de empt. dub.* 46. *num.* 4. Bonacio. etiam *de contractib. disput.* 1. *quæst.* 8. *punct.* 2. *num.* 17. *versic. primus.* Aloysf. Ricc. *p.* 1. *decis.* 177.

15 IX. Possessio Ecclesiastica nunquam dicitur vacua, quia Ecclesia semper possidere, & ius habere dicitur, *l. raptores.* §. *fin autem C. de Episcop. & cleric.* Gig. *de pensionib. q.* 46. *n.* 9. *& q.* 47. Flamio.

16 Parif. *de resignat. benefic. lib.* 14. *q.* 7. *n.* 50. & possessio semper manet penes Ecclesiam, licèt moriatur Prælatus, quia Ecclesia non moritur, Ioao. Garc. *reg.* 222. *num.* 9. Tiraquel. *de iure constituti part.* 3. *limit.* 16. *num.* 3. Auendan. *l.* 45. *Tauri glos.* 6. *num.* 8.

17 X. Licèt donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum sit inualida, *l. omnes* §. *Lucius, ff. de his, quæ in fraud. cred.* facta tamen Ecclesiæ vel loco pio est valida, *l. iubemus* 14. *vers. verum C. de sacros. Eccl.* Tiraq. *de priuileg. piæ causæ priuil.* 10. Clar. §. *donatio q.* 20. *n.* 3. Cou. *in rub. de testam.* §. 2. *num.* 6. Vincent. de Fraoch. *decis.* 168. *num.* 5. Anton. Gom. *ad l.* 69. *Tauri n.* 6. Vioi. *tom.* 2. *comm. opin. tit. de donationib. num.* 17. *vers. sed fallit*, Spin. *in speculo testam. gloss.* 11. *n.* 29. *cum seq. & gloss.* 12. *à n.* 45. Gam. *Lusit. decis.* 185. *à num.* 2. Fr. Emman. *quæst. regular. tom.* 2. *q.* 47. *art.* 2. Card. Tusch. *tom.* 2. *lit. D, conclus.* 648. *num.* 41. Molin. *de iustit. tract.* 2. *disp.* 280. *vers. nostra.* Gutier. *de iuram. confirm. par.* 1. *cap.* 11. *n.* 7. Cardof. *in praxi iudicum & Aduoc. verb. donatio, num.* 12. Card. Mantic. *de tacitis & ambig. conuent. lib.* 13. *tit.* 28. Cald. Pereira *de empt. cap.* 30. *num.* 9. Marc. Antoo. Genuenf. *in practicab. quæst.* 310.

18 XI. Quamuis donatio in dubio non præsumatur, *l. cum de indebito, vers. si verò. ff. de probat.* cum latè adductis per Farin. *p.* 4. *decis.* 136. *vbi addend. lit. D*, tamen fauore Ecclesiæ præsumitur, Abb. & Felio. *in cap. si cautio, de fide instrum.* Menoch. *de arbitr. casu* 88. *num.* 7. Marc. Anton. Genuenf. *in practicab. q.* 14.

19 XII. Quamuis donatio ex causa ingratitudinis reuocari possit, *l. vlt. C. de reuocat. donat.* tamen illa, quæ fit Ecclesiæ, propter ingratitudinem Prælati, seu Capituli reuocari non potest, quia censetur facta Deo, qui est omnium gratiarum liberalissimus largitor, vt per Rip. *lib.* 2. *respons. cap.* 28. *n.* 30. Clar. §. *donatio q.* 21. *num.* 5. Menoc. *remed.* 9. *recup. num.* 102. Azor. *instit. moral. p.* 3. *lib.* 11. *c.* 8. *quæst.* 5. Marc. Aoton. Genuenf. *in practicab. q.* 307.

20 XIII. Quamuis nullus cogi possit suam rem vendere, *l. inuitum. C. de contrah. empt. l. nec emere, C. de iure delib. l.* 55. *tit.* 5. *part.* 5. vbi Gregor. Lop.

21 *Ordin. Reg. Lusit. lib.* 4. *tit.* 11. *in princip.* tamen Ecclesia potest cogere vicinos contiguos ad vendendum prædia vrbana pro sui ampliatione, vt per Gam. *Lusitan. decis.* 75. Franc. Marc. *p.* 1. *decis.* 636. Vincent. de Franch. *decis.* 123. Mozz. *de contract. tit. de empt. cap. de rebus, quæ emi, vel vendi possunt, n.* 58. *vers. fallit similiter*, Mart. *de iurisdict. part.* 4. *cent.* 2. *casu* 171. Rebell. *de obligat. iustit. lib.* 9. *q.* 18. *num.* 43. Molin. *de iustit. tract.* 2. *disput.* 341. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 25. *num.* 159. *vers. octauus est* Marc. Aot. Genuenf. *in practicab. Eccles. q.* 141.

22 XIV. Quamuis donatio excedens valorem quingentorum aureorum sit insinuanda, *l. sancimus, C. de donat. l.* 8. *cum seqq. tit.* 4. *part.* 5. vbi Greg. Lop. *Ordin. Regia Lusitan. lib.* 4. *tit.* 62. vbi Parens meus plures Doctores refert; si fiat tamen Ecclesiæ, vel ad pias causas, insinuatione non eget, cuiusque sit valoris, vt per Tiraq. *de priuileg. piæ causæ priuileg.* 125. Doen. *reg.* 224. *fallent.* 6. Ant. Gom. *tom.* 2. *var. cap.* 4. *num.* 10. Anton. Fab. *in suo C. sub tit. de donat. definit.* 12. Aloysf. Ricc. *in collect. decis. p.* 1. *Collect.* 177. *vers. item de aliis ad pias causas*, Molina *de iustit. tract.* 2. *disp.* 279. *ver. his tamē*, aliàs *num.* 3. Rebell. *de obligat. instit. p.* 2. *lib.* 18. *q.* 7. Azor. *d. part.* 3. *lib.* 11. *de donat. cap.* 6. *quæst.* 7. Less. *d. lib.* 2. *cap.* 19. *dub.* 13. *n.* 101. Marc. Ant. Genuenf. *in practicab. Eccles. quæst.* 296. Sanctarel. *quæst.* 69. *num.* 4.

XV. Quamuis regulariter soluens pro alio non 23 possit agere sine cessione, Bart. & Castr. *in l. Modestinus, ff. de solut.* Ecclesia tamen sine ea agere potest, vt tenent Bald. *in cap. vigilanti, de præscription.* Marc. Aoton. Genuenf. *in practicabil. q.* 309.

XVI. Ecclesia sæcularis habetur loco filii, & 24 facit deficere conditionem, si sine liberis, sicut Monasterium duobus scilicet concurrentibus. Primò perpetuò clericus in clericatu perseueret: secundò, vt io fine vitæ bona illa, quæ substituto restituturus est, det Ecclesiæ, vel in alia opera pia expendat. Ita Menoch. *de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 83. *à num.* 55. Marc. Anton. Genuenf. *in practicabil. q.* 147. Bellet. *disquisit. cleric. part.* 1. *tit. de bonis cler.* §. 20. Benedict. Ægid. *in repet. l. Titia ff. de condit. & demonst. p.* 1. *n.* 45. Sanch. *in præcepta Decalogi tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 16. *num.* 32. aduertentes clericum illum debere esse in Sacris constitutum, & continuò habitare in domo ipsius Ecclesiæ, non autem in paterna.

XVII. Legata facta Ecclesiæ, vel alij pio loco 25 non veniunt sub generalitate, Mohedan. *dec.* 145. *aliàs* 7. *de priuileg.* Achil. Pedroch. *cons.* 8. *num.* 117 Gregor. *decis.* 237. *n.* 11. & ideo non veniunt sub generali reuocatione legatorum facta per testatorem. Guid. Papæ *decis.* 300. *n.* 5. Afflict. *decis.* 111. *num.* 11. Sebast. Medic. *de sepultur. pars.* 1. *q.* 15. *num.* 5. Franc. Purpur. *cons.* 69. *lib.* 1. Ioseph. Ludou. *concl.* 24. *vers. declara quintò.* Surd. *de aliment. tit.* 8. *priuil.* 29. *num.* 7. Ansimin. Tepat. *tit. de adimendis leg. in verb. legatis piis.* Achil. Pedr. *cons.* 23. *in fine*, Nouar. *de priuileg. miserabil. personarum priuil.* 34. 26 *& 68.* nisi reuocato toto testamento, quia tunc legata pia reuocata censentur. Guid. Papæ *d. decis.* 200. Parif. *cons.* 34. *num.* 33. *lib.* 2. Caroc. *decis.* 85. Rimin. sen. *cons.* 110. *num.* 14. *&* 15. Scip. Rouita *cons.* 93. *lib.* 1. Mari. Muta. *Sicilia decis.* 41. *n.* 5. Camill. Borrel. *in sum. omnium dec. tom.* 3. *tit.* 20 *de testam. à num.* 263. Rot. *decis.* 721. *vers. prædict. par.* 2. *recent.* Quicquid dicat Abb. *in cap. bona il* 2. *n.* 3. *de postul.* Viui. *decis.* 292. *num.* 4. Surd. *consil.* 311. *num* 62.

XVIII. Legatum relictum Ecclesiæ à substi- 27 tuto, sub conditione si institutus hæres non erit, debetur purè ab instituto, si hæres erit, fauore Ecclesiæ, vel alterius piæ causæ, arg. *l.* 1. *ff. de manumiss. testam.* Tiraq. *de priuil. piæ causæ priuileg.* 62. Card. Mantica *de coniect. vltim. volunt. lib.* 6. *titul.* 3.

XIX. Legatum relictum Ecclesiæ pro exone- 28 ratione conscientiæ à damnato ad mortem valet, & debetur, quia id non est propriè relinquere, sed potiùs reddere debitum, vt per Tiraquell. *in l. si vnquam, verb. liberis, post n.* 88. *C. de reuocand. donat.* Marc. Anton. Genuenf. *in practicabil. Eccles. quæst.* 487.

XX. Quamuis regulariter donatio facta ab- 29 senti nemine pro ea acceptante non valeat, *leg. absenti*

absenti ff. de donat. l. nec ambigi. C. eod., facta tamen Ecclesiæ absenti, nemine pro ea acceptante valet, ita Bald. in l. cambi. in vlt. lect. col. 2. de transact. Castrens. in l. decernimus, in fine C. de sacros. Eccles. Panorm. cons. 63. Quædam domina col. vlt. lib. 2. Corne. cons. 215. Prima facie col. 4. lib. 2. Ant. Gom. lib. 2. cap. 9. num. 1. Felin. in cap. 1. num. 7. de pact. Decian. cons. 1. num. 6. lib. 3. Ioseph. Ludou. Perus. decis. 29. n. 18. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glos. 557. num. 11. Marc. Anton. Genuens. in practicab. Eccles. q. 151. Cardin. Mantic. de tacitis & ambig. conuent. tom. 2. lib. 13 tit. 7. num. 16. Molin. de iustit. tract. 2. disp. 263. vers. Felinus tamen, Stephan. Gratian. discept. forens. c. 368. num. 34. R. P. D. Alexand. Sperel. latè in decis. fori Eccles. decis. 81. num. 15 cum seqq. Sanctarel. variarum resolut. q. 69. num. 3. eam rationem afferentes, quia quod donatur, vel promittitur Ecclesiæ, vel pio loco, promittitur & donatur Deo, qui vbique est præsens, & acceptans, ac proinde dici non potest donatio facta absenti. Quamnis contrarium, imò donationem pio loco, vel Ecclesiæ absenti factam, nemine pro ea acceptante, non valere, posseque reuocari ante acceptationem, resoluant Castrens. sibi contrariua cons. 70. num. 5. vers. propterea, glos. verb. alia causa, in fine, in l. illud C. de sacros. Eccles. vbi idem Castren. n. 6. & Bald. num. 3. latè Beroi. in repet. cap. in præsentia num. 77. & seq. de probat. Bertrand. cons. 218. vol. 5. Clar. §. donatio q. 12. verb. vlt. Natt. cons. 253. n. 1. vol. 2. Tiraq. de priuil. pia causa, priuileg. 115. vers. contrarium, Cou. in rub. de testam. p. 3. num. 13. & lib. 1. var. cap. 14. num. 16. Molin. de primog. lib. 4. c. 2. num. 58. Surd. cons. 351. n. 29. Anton. Gabr. lib. 3. commun. tit. de verbor. oblig. concl. 1. n. 72. Gutiet. in repet. cap. quamuis pactum, in princ. num. 55. de pact. lib. 6. & cons. 41. num. 5. Didac. de Paz quæst. ciuili 10. num. 2. Azeued. l. 7. n. 20. vers. facitque optima & singularis tit. 10. lib. 5. Recop. vbi Matienzo glos. 2. num. 10. Gam. Lusit. decis. 381. num. 3. Alexand. Trentacinq. var. resolut. lib. 3. tit. de donat. resol. 1. num. 4. Cancer. var. tom. 1. cap. 8. num. 29. Peregr. de iure fisci lib. 4. tit. 7. n. 4. & 26. Sanch. de Matrim. lib. 1. disp. 6. num. 16. vers. cæterùm, Seraph. dec. 724. num. 8. Lessi. de iustit. lib. 2. c. 18. dub. 6. n. 41. Rebell. de obligat. iustitiæ p. 2. lib. 8. q. 3. per tot. Steph. Grat. mihi visus sibi contrarius, discept. forens. tom. 3. cap. 575. n. 2. Noguerol. alleg. Iuris tom. 1. alleg. 26. num. 133. Nec bene respondetur rationi, de qua supra, dum dicitur donantem Ecclesiæ videri donare, non immediate, & ideo cum in tali medio sit defectus, non quæri actionem; quia licèt in donatione facta pauperibus aliquid habeat probabilitatis, quia cum sit facta hominibus, more humano debet fieri; nihilominus etiam hoc casu, vt dicit Cyn. quem sequitur Cardin. Mantic. d. tit. 7. à num. 16. Deus ipse pro pauperibus semper consentit, cum præcipiat in sacris litteris dari pauperibus; at in casu proposito minor est difficultas, quia donans Ecclesiæ dicitur immediate donare Deo, cap. nulli liceat, iuncta glos. cum ibi notatis, 12. q. 2. nam à communiter accedentibus mens donantis non fertur in rem creatam, cui donat, sed in Deum, vt optime respondet Sperell. d. decis. 81. n. 17. & num. 41. post Sanch. d. disp. 6 n. 17. Reginald. lib. 25. num. 81. Bonacin. de contractib. disp. 3. q. 11 punct. 2. sub n. 1. vers. promissio, resoluit donationem, vel promissionem Ecclesiæ per modum voti factam, tametsi nullus acceptet, valere statim irreuocabiliter. Hinc quamuis mandatum de donando non acceptatum donatoris obitu expiret, ex reg. generali, quod mandatum morte mandantis expirat, l. 2. §. sed si quis. & ibi latè Bart. ff. de donat. & l. mandatum C. mandati; tamen si fiat mandatum de donando Ecclesiæ, non expirat, sed adhuc post mortem perseuerat, quia scilicet quisque præsumitur ita tacite voluisse in morte, cum opera pietatis tunc maximè sint necessaria: quare ita resoluunt Bald. in Auth. si qua mulier, col. vlt. C. de sacros. Eccles. Roman. cons. 119. in 1. concl. Tiraq. de priuil. pia causa priuil. 82. Cou. lib. 1. var. cap. 14. n. 16. Lessi. d. dub. 6. n. 46. Sperell. d. dec. 81. num. 38. cum seqq. vbi num. 35. resoluit cum multis, quos citat, donationem ne dum in Ecclesiæ, sed etiam in cuiuslibet priuati fauorem post mortem donatoris acceptari posse, quia cum ex ipsius parte iam fuerit perfecta, quamuis reuocabiliter, perseuerat etiam post mortem vsque ad acceptationem, quinimo videtur quodammodo confirmata post mortem donantis.

XXI. Quamuis reus in iudicio conuentus non teneatur regulariter edere propria instrumenta contra se actori petenti. c. 1. de prob. Socin. reg. 149. & seq. & reg. 212. Cened. ad Decretal. collect. 167. num. 6. in fauorem tamen Ecclesiæ tenetur quis edere instrumenta contra se, Bald. Abb. & Butr. in cap. 1. de probat. Marc. Ant. Genuens. in practic. Eccles. q. 174. n. 1. cum seqq. 30

XXII. Fauore Ecclesiæ in contractibus innominatis non est locus pœnitentiæ, vt per Tiraq. de priuileg. pia causa, priuil. 133. Card. Mantic. de tacitis & ambig. conuent. lib. 1. titul. 18. num. 13. Marc. Antoniu. Genuens. in practicabilib. Eccles. quæst. 476. 31

XXIII. Indebitum solutum Ecclesiæ, non repetitur nisi soluens ex tali solutione ad paupertatem reduceretur, Ludouic. Gom. in §. ex maleficiis num. 36. Instit. de actionib. Tiraq. de priuileg. pia causa, priuil. 119. Menoch. de success. progressu lib. 3. §. 21. num. 6. Marc. Anton. Genuens. in practicab. Eccl. q. 486. Marta de iurisdict. p. 4. cent. 2. casu 170. num. 1. Vide infrà lib. 3. c. 27. n. 89. 32

XXIV. Legatum factum in fauorem Ecclesiæ, seu in causam piam, non recipit interpretationem, quæ illud minuat, sed absolutè est præstandum, ita Calder. cons. 342. An legata facta Ecclesiæ diminuant legitimam filij? vide Marc. Anton. Genuens. in practicab. Eccles. q. 167. Et an patiantur diminutionem pro rata si vires patrimonij non sufficiunt ad soluenda omnia legata, q. 329. Ex 34 donationibus, & dispositionibus, ac legatis factis ad piam causam non detrahitur neque Trebellianica, neque Falcidia, Auth. similiter C. ad leg. Falcid. Bart. lib. 1. cons. 6. in fine. Abb. cons. 32. n. 4. de falcidia Marc. Anton. Genuens. vbi suprà, q. 401. de Trebellianica Tiraq. priuil. 27. Anton. Gabr. Commun. tit. de Trebell. concl. 10. Couar. in cap. Raynaldus §. 3. num. 7. de testam. Marc. Ant. Genuens. q. 571. num. 3. vbi num. 4. id ampliat si instituatur hospitale fundatum sine auctoritate Episcopi, vt non detrahatur Trebellianica. Testamenta, legata, donationes, & alia relicta in fauorem piæ causæ sunt sustinenda, Bald. lib. 1. consil. 216. in fine. 33

XXV. In diuersis opinionibus illa prælauet, quæ fauet Ecclesiæ, & piæ causæ, & sic communis opinio Doctorum non est attendenda, quando altera contraria fauet piæ causæ, Roman. in Auth. similiter. C. ad leg. Falcidiam, Asin. in l. sunt personæ, in fine, ff. de relig. & sumpt. funer. Alex. cons. 204. n. 12. li. 6. Nic. Boër. cons. 40. Viso processu, n. 89. 35

Marc.

Marc.Maur.*conf.* 121. *Quamuis communis opinis num.*3.*vol.*2. Grammat.*conf.ciuili* 50.*num.*46. latè Matt.*de iurisdict.p.*4.*casu* 164. Quia Ecclesiæ fauor attendendus est, Rot.apud Paul. de Rubeis *decis.* 97.*numer.*12.*tom.*3. *diuers.* aliàs *part.*7. *recentior.*

36 XXVI. Quilibet etiam sine mandato pro Ecclesia, seu pia causa agere potest. Ita Specul. *tit.de instrum.edit.§.nunc aliqua,vers.sed nō.*Felin. *in c.fin.de accusat.*Romao.*in Auth. similiter. C.ad leg. Falcid.& conf.*69.*num.*3.*& conf.*428.*n.*11.vbi
37 sobdit hinc quemlibet de populo posse agere vt legata pia executioni mandentur, & vt causæ piæ consequantur qood illis debetur, Tiraq. *de priuil. pia causa,priuil.*151. qood quilibet de populo aoditus agens pro piis causis. Es hioc sententia lata in fauorem Ecclesię cum procuratore illegirimè constituto est valida, Marc. Anton. Genuens. *in practicab.q.*414.

38 XXVII. Volens dare certum quid Ecclesiæ, potest compelli ad faciendum, licet oemo pro Ecclesia secipiat. Ita Aschidiacon. pes text. *ibi in cap. scimus.*12.*q.*1. Marcel. Maur. *allegationum tom.*1. *alleg.*36.*num.*5.

39 XXVIII. Si qois disponat post mortem suam eius booa esse Ecclesiæ, dispositio tanquam perfecta erit valida, & pec eam qoæritur ius immediatè Ecclesiæ, Paul. de Castro *conf.*456. *volum.*1. *in nouis,* quem refert Marcel.Maur. *dict. alleg.* 36. *num.*1.

XXIX Dominium & possessio semel acquisita
40 per Ecclesiam, nunquam vacat, Paris. *consil.*24.
*num.*7.*lib.*1. latè Iacob.Aoson.de Maoso *alleg.*17.
41 *n.*4. vbi ampliat etiam mortuis Prælatis; Nam Ecclesia nunquam moritur, *c.liberti* 12.*q.*2.Matt. *de iurisdict.p.*4.*casu* 17.*n.*9.

42 XXX. Quamuis ad testamenti valorem septem testes requirantur, *l.hac consultissima, in princ. C. de testam.§.sed cùm paulatim, instit. eodem,* Clar. *§.testamentum,q.*55.*&* 56.Mascard.*de probat.conclus.*1352.*num.*14. *cum seqq.*Crass. *§. testamentum q.*44.Surd. *conf.*378.*n.*9. Negreiros *in introd.vlt. volunt.lib.*4.*cap.*2.*num.*9.illud tamen, quo Eccle-
43 sia, vel alia pia causa est hæres instituta, valet com duobus testibus, *cap. relatum* 11. *de testam.* vbi *gloss.vlt.*Abb. *notab.*3. Cou. *num.*2. Dec.*in l.nihil tam naturale, n.*6. *ff. de reg. Iuris,* Tiraquell.*priuil.* 1.Mench.*de succession.§.*21. *num.*3. Anton. Gom. *l.*36.*Tauri à num.*2.Gom.*Lusit.decis.*46.*num.*1.*&* 8.*& decis.*81.*n.*4.Cened.*ad Decretal.collect.* 159. *num.*1.*&* 3. Molin.*de instit.tract.*2.*disp.*134.Crass. *d.§.testamentum,q.*18.*n.*2.Magdalen.*de numero testium in testam.requis.p.*1. *cap.*12. *n.*33. & etiam in foro secolari id ipsum obseruari tradunt gloss. *verb.improbamus,in fine,in cap.cùm esset,de testam.* Cou.*d.num.*1.*in d.cap.relatum,*Iason *num.*21.post Batt.& alios *in l.*1.*C.de sacros.Eccles.*Gom.*dec.*81. *num.*4. & procedere non solùm io testamentis, quibus Ecclesia est hæses instituta; sed etiam in omoibus, in quibus alia pia causa reperitur instituta, sesoluunt Imola *in d.cap.relatum, num.*1. & Abb.*num.*7. Paris.*conf.*24. *num.*6. *num.*3. Mench. Viui.& alij, quos refert & sequitur Crass. *d.q.*17. *num.*2. pertransfeunt indistinctè, Gam.*d.loco,* Molin. *d.disp.*134. aliud agens Valasc. *conf.*145. *n.*3. Intellige procedere supsadicta, vbi testamentum priucipaliter coosideratum pium est, quia scilicet Ecclesia, vel alia pia causa est hæres instituta; secus verò vbi minus principaliter; qnia stante institutione circa causam psofanam, plura tamen in ilo pia legata relinquuntur, omoino requiritur solemnitas Iuris Ciuilis, si in foro seculari agendum sit, sin autem Iuris Canonici solemnitas sufficie, *cap.cùm esses,de testam.* Ratio differentiæ est, quia actus sortitur speciem, & dominatur ab eo, quod præualet, argum.*l.quaritur* 10.*ff.de statu hominum,* ioncta *reg.l.*1.ibi,*prima enim ratio.ff. de auctor.tutor.glos.vlt.*recepta *in c.qnamuis pactum, de pactis, lib.*6.& ideo cum hæredis institutio sit caput testamenti, *§.ante hared.Inst.de legat.*fit consequens ab eadem vel pium, vel non pium testamentum fore denominandum.

XXXI. Maodatum factum ad pias causas non 44
extinguitur morte mandantis, Antoo. Trigo *singul.*81.

XXXII. Fœmins in pis causa à testimonio 45
non repellitur, Felin. *in cap.*3.*num.*3.*vers.quid autem, de testib.* Dec.*in l.*2.*num.*27.*ff.de.regul. iuris.* Couas. *in cap.relatum, num.*5.*de testam.* Caoaler. *decis.*49.*n.*4.

XXXIII. In dubio pro pia causa est iudican- 46
dum, vt per tex.*in l.sunt persona,in fine, ff.de relig. & sumpt.funer.cap.vlt.de re iudic.*tenent. Alex.*consil.*121.*in fine lib.*2.*& conf.*71.*num.*4.*lib.*6.Calcan. *conf.*107.*num.*6.*cum seqq.*Anchar. *conf.*46.*num.*2. Mcnoch.*conf.*224.*num.*33.*& conf.*429.*num.*15.*& conf.*1076.*num.*9. Et testamenta ad pias causas secundùm dispositionem Iusis Canonici sunt regulanda, Ias. *in Auth. nouissima n.*20. *C. de inoff. testam.*Felin. *in cap.Ecclesia S.Maria,de const.n.*88. Tom.Valasc.*tom.*1.*alleg.*68.*num.*21.

XXXIV. Claudicat contractus fauore Eccle- 47
siæ, Pinel. *in l.*1.*p.*3. *n.*32. *C. de bonis mat.* Surd. *decis.*69.*num.*23.Honded.*conf.*8. *n.*72. *lib.*1. Rot. apud Paul.de Rubeis *dec.*94.*num.*65.*tom.*3.*diuers.* aliàs *p.*7.*recent.* & ideo potest Ecclesia stare contractui esiam nullo, inuita altera paste, sicut etiam est in electione Ecclesiæ recedere à dicto contractu nullo, Card. Mansica *de tacitis, & ambig. conuent.lib.*25.*tit.*6. *num.*48. *&* 49. Verùm ne altera pass sit in suspenso, potest cogi Ecclesia ad declaraodum an velis stare contractui, Surd.*d.dec.*69. *n.*23.*in fine,* Gonzal.*ad reg.*8.*Cancel.glos.*59.*n.*93. Grac.*de benefic.p.*2.*c.*1.*n.*75.

XXXV. Ecclesia quando est læsa in contractu 48
circa pretiom per restitiutionem in integrum, non rescindit totum contractum, sed restituitur ad supplementum Pretij. Ita per doctrinam Bart. *in l.si quidem.ff.de prad.min.* resoluit Marc. Ant. Genoens. *in practic.Eccles.q.*417.

XXXVI. Si prælatus spoliet possidentem rem 49
Ecclesiæ, & conoeniatur interdicto Vnde vi, & opponat de dominio Ecclesiæ, debet in illius fauorem super dominio pronuntiari, Alex. *in l.naturaliter.§.nihil commune ff.de acquir. possess. n.*30. Marc.Anon. Genuens. *in practicab. Eccles q.*131. *num.*4.*& n.*314.*per tot.* qoos refert & sequitur D. Noguesol. *alleg.iuris tom.*1.*alleg.*26.*num.*329. vbi *n.*330.respondes *ad cap.*1.*de restit.spoliat.*quod in eius terminis Ecclesia non spoliauit, sed homines Ecclesiæ.

XXXVII. Quamuis priuilegium pes non vsum 50
decennio amittitur *l.*1. *ff.de nundinis*; & priuilegium de aliquid non faciendo, ne soluantus præstantiæ, vel simile, concessum personæ priuatæ amittitur per vnicam contrauentionem, *cap. cum accepissent, de constitut.* nihilominus in Ecclesia siue priuilegium consistit io faciendo, siue in non faciendo, non amittitus oisi spatio quadraginta annorum fuerit præscriptum, *c.accedentibus,*

ybi

vbi Innoc.& omnes, *de priuil.* Marc. Anton. Genuenſ. *practic. Eccleſ. q.*154. reſoluit quòd ſtatutum non tollitur per vnicum actum contrarium ſi eſt fauorabile Eccleſiæ, ſecus in priuato.

51 XXXVIII. Regula eſt quòd nemo priuari debet poſſeſſione ſua ante ſententiam, *c. volumus* 16. q.4. Speciale tamen eſt fauore piæ cauſæ quod Prælatus inquiſitus de dilapidatione bonorum ipſius, inquiſitione pendente, ſuſpenditur ab adminiſtratione, *cap. fin.* 3. q.2. *cap. licèt Heli, de ſimon.* marc. Anton. Genuenſ. *in practic. Eccl. q.*574. *n.*1. vbi ampliat procedere etiamſi Prælatus velit dare cautionem de indemnitate rerum Eccleſiæ, & quod benè adminiſtrabat, quia non erit audiendus.

52 XXXIX. Sub prætextu inſtrumentorum nooiter repertorum ſententia lata contra priuatum non retractatur, *l. ſub ſpecie C. de re iudic.* bene tamen retractatur ex ſpeciali fauore Eccleſiæ, Felio. *in cap. cum dilectus n* 18. *de fide inſtr.* Marc. Anton. Genuenſ. *in practic. Eccleſ. q.*181.

53 XL. Pactum futuræ ſucceſſionis inter paganos reprobatur, ſed inter milites habet vim vltimæ voluntatis, *l. licèt. C. de pactis*; valet nihilominus fauore piæ cauſæ pactum ſucceſſionis, vel hæreditatis propriæ dandæ, Greg. Lop. *l.*33. *verb. cauallero s tit.*11. *p.*5. Xuar. *in rep. l. quoniam in prioribus*, vbi *declaratio leg. Regni limit.* 5. *num.* 10. *poſt med. verſ. & idem erit ſi illud pactum fiat ad pias cauſas*, Guilhelm. Bened. *in cap. Raynutius, verb duas habens filias à n.*206. *de teſtam.* Titaq. *de priuileg. pia cauſæ priuil.* 105. Anton. de Petra *de fideicom. q.*4 *poſt n.*8. *caſu* 2. *limit.* 1. Sanch. *in præcepta Decalogi tom* 2. *lib.*7. *c.*2. *num.*51. Franciſc. de Batty *de ſucceſſionib teſtati, lib.*2. *tit.*3. *n.*4. Marc. Anton. Genuenſ. *in practic. Eccleſ. q.*185.

54 XLI. Sicut libertatis fauore hæres creditor ïouitus cogitur recipere à ſeruo partem pretij ſiue ſolutionis, *l. cum hæres. §. item ſi decem. ff. de ſtatu lib.* ita etiam fauore Eccleſiæ, vel cauſæ, eius creditor tenetur recipere partem ſolutionis, Euctard. *in topic. legal. in loco à libertate ad piam cauſam*, Marc. Anton. Genuenſ. *in practicab. Eccleſ. q.*186. vbi quòd Eccleſia, quæ contraxit debitum pro vtilitate & neceſſitate, videtur illud contraxiſſe pro libertate, & redemptione animarum à manibus Diaboli quoad viuos, & à pœnis Purgatorij quoad defunctos.

55 XLII. Licèt contra abſentem, & contumacem non procedatur ad definitiuam lite non conteſtata, *c. quoniam frequenter, lite non conteſt.* Eccleſiæ tamen fauore proceditur ad definitiuam ſententiam contra Prælatum dilapidatorem lite non conteſtata, vt per Marc. Anton. Genuenſ. *in practicab. Eccleſ. q.*208.

56 XLIII. Quamuis ſcriptura priuata ſine die & anno non probet, probat tamen fauore Eccleſiæ, Bald *conſ.*331. *Reuer. Pater. vol.*2. Card. Tuſch. *pract. conclus. tom.*1. *concl* 7. *n.*13. Marc. Anton. Genuenſ. *in practicab Eccleſ. q* 227.

57 XLIV. Meretrix à domo etiam propria eſt expellenda Eccleſiæ fauore, ſi habitet prope Eccleſiam, vel moniales, Marc. Anton. Genuenſ. *in practic. Eccleſ. q.*342. & *q.*243. tenet quòd fauore Eccleſiæ non poteſt vicinus expellere domum ſuam ſi habeat proſpectum ad monaſterium Monialium, nec facere feneſtras, ſed debent claudi, de quo etiam Giurba *deciſ.*86. *n.*8. *verſ. immo cogi poteſt*, Cabed. *Luſit deciſ.*105. *n.*4. & *deciſ.*125. *p*1. Molin. *de iuſtit. tom.*3. *diſp.*709. *n.*6. Bened. Ægid. *ad l. ex hoc iure. ff. de iuſtit. & iure p.*1. *cap.*6. *n.*13.

XLV. Etiamſi regula ſit quòd inuito beneficium non confertur, *l. inuito ff. de regul. Iuris*; fauore tamen Eccleſiæ beneficium ſine beneficia Eccleſiaſtica poſſunt conferri clericis inuitis, ſuadente vtilitate, vel neceſſitate Eccleſiæ, vt per Marc. Aot. Genuenſ. *in practic. Eccleſ. q.*286. 58

XLVI. Remedium *c. reintegranda* 3. *q.*3. fauore Eccleſiæ tranſit in ſucceſſorem, & poſſeſſio in ſucceſſorem tranſit ſine noua apprehenſione, Gnid. *Papa deciſ.*355. Marc. Anton. Genuenſ. *in practic. Eccleſ. q.*290. quia beneficium illius cap. principaliter fauore Eccleſiæ inſtitutum eſt, idem Genuenſ. *q.*407. 59

XLVII. Dubia & incerta diſpoſitio præſumitur perpetua etiam in odioſis fauore Eccleſiæ, vt per Marc. Anton. Genuenſ. *in practicabil. Eccleſ. quaſt.*308. 60

XLVIII. Quamuis nullus venire poſſit contra factum proprium, iuxta tex. *in l. poſt mortem, ff. de adopt.* tamen in cauſa Eccleſiæ poteſt in eius fauorem Rector venire contra factum proprium, vt per Marc. Anton. Genuenſ. *in practicab. Eccleſ. quaſt.*112. 61

XLIX. Quamuis dictiones taxatiuæ excludant omnes alias perſonas & caſus præter expreſſos. *l.*2. *C. de patrib. qui filios diſtraxer. l. ob æs C. de prædiis maior. cap. cum Eccleſia Sutrina, de cauſa poſſeſſ.* nihilominus fauore Eccleſiæ, vel alterius cauſæ fit extenſio ex paritate rationis, *gloſ. verb. aliam cauſam in l. illico C. de ſacroſ. Eccleſ.* Rip. *in l. ſi conſtante n* 86. *ff. ſoluto matr.* Marc. Ant. Genuenſ. *in practic. q.*322. 62

L. Licèt incertitudo de Iure ciuili reddat contractum inutilem, *l. triticum ff. de verb. oblig. l. Titio cum teſtamento, ff. de leg.* 2. *§. incertis, Inſtit. de legat.* nihilominus fauore Eccleſiæ ſeu piæ cauſæ incertitudo nullo pacto viciat promiſſionem, ſed eſt reducenda ad certitudinem arbitri boni viri, dummodo ſcilicet poſſit incertitudo aliquomodo reduci ad certitudinem; ita Marc Ant. Genuenſ. *in practic. Eccl. q.*324. *per tot.* & præcipuè *n.*2. *in fine, cum ſeqq.* Nouat. *d. priuil. miſerab. perſon priuil.*19. Alphonſ. de Leune *de officio Capellani p.*1. *quaſt.*5. *ſect.*2. *n.*20. *cum ſeqq.* vbi *n.*22. ait quòd quando legatum pro Miſſis eſt incertum ratione ipſius rei legatæ, tunc committatur poteſt expendere in operibus piis conuenientem quantitatem ſecundum dignitatem perſonæ & eius patrimonium, ſeu facultates, & *num.*25. quando legatum eſt incertum ratione quantitatis, ſeu numeri Miſſarum, non exprimendo numerum earum, nec quantitatem eleemoſynæ erogandam, tunc Miſſarum numerus & eleemoſyna pro illis erog. nda boni viri arbitrio taxanda eſt inſpecta qualitate defuncti, & eius facultatibus, & *n.*29. quærit quid quando incertitudo eſt reſpectu Eccleſiæ, vbi Miſſæ ſunt celebrandæ & *numeris ſeq.* reſoluit materiam. 63

LI. Certum eſt fœminam non poſſe eſſe procuratricem ad iudicia, *cap. ſciſcitatus, de reſcripc. cap inſamis §. tria* 3. *q.*7. At fauore Eccleſiæ poteſt eſſe procuratrix, *cap. cum dilecta, de confirm. vtili*, vbi gloſſ. *verb. procuratricem*, Marc. Ant. Genuenſ. *in practic Eccleſ. q.*436. 64

LII. Licèt reſcripta iuſtitiæ ſint ſtrictè interpretanda, *c. ſedes, de reſcript.* tamen fauore Eccleſiæ ſunt late interpretanda, Innoc. *in c. Epiſcopi, de rebus Eccleſ. non alien.* Marc. Anton. Genuenſ. *in practicab. Eccleſ. q.*448. 65


LIII. Per alienationem rei legatæ non eſt inducta 66

inducta reuocatio legati fauore pietatis, & animæ, Bart. *conf.* 26. *num.* 2. *&* 3. *lib.* 1. Abb. *conf.* 31. *in princ. lib.* 1. Capra *conf.* 115. *n.* 13. Cor. *in memorab. vers. Ecclesia vers. quinto*, Tiraq. *de priuil. pia causæ, priuil.* 41. Verùm contrarium, nempe legatum ex causa pia factum censeri reuocatum per alienationem rei voluntariam, resoluunt melius Natt. *conf.* 623. *n.* 3. *vers. non obstat*, Menchac. *de success. progressu lib.* 3. *tit. de legatis* §. 28. *n.* 10. Card. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.* 12. *tit.* 6. *num.* 5. Menoch. *conf.* 429. *n.* 7. *cum seqq. & de præsumpt. lib.* 2. *præsumpt.* 167. *num.* 17. Mascard. *de probat. concl.* 1287. *n.* 102. *cum seqq.* Certissimum est enim, quòd legatum libertatis seruo factum est pium & fauorabile, & tamen si testator alienet seruum, censetur reuocasse illud legatum, nisi illud redimat, ad text. *in l. verum est, ff. de manum. testam.* Alciat. *conf.* 174. *lib* 9. Menoch. *d. conf.* 429. *n.* 7. *& d. præs.* 167. *n.* 18. Card. Mantic. *d. tit.* 6. *n.* 5. Mascard. *d. concl.* 1287. *n.* 103. ita si res loco pio legata alienetur, extinguitur legatum, verùm si redimatur fauore pietatis reconualescit, Tiraq. *d. priuil.* 41. Card. Mant. *d. tit.* 6. *n.* 5. *&* 6. Menoch. *d. conf.* 429. *n.* 7. Mascard. *dict. concl.* 128. *num.* 112.

67 LIV. Quamuis testamenta inter quæ de prioritate, ac posteritate temporis non apparet, sese inuicem confundant, adeò quod neutri hæredum ex alterutro deferatur successio, vt voluit gloss. *in verb. missus est, in l. fin. C. de edicto D. Hadriani tollen.* Anton. Gom. *l.* 45. *Tauri num.* 148. nihilominus si in alterutro die causa contineatur, hoc posterius factum præsumetur fauore legatorum ad pias causas relictorum, vt per Anton. Gom. *d. l.* 45. *Tauri n.* 149. *vers. quartò limita*, Tiraq *de priuileg. piæ causa, priuil.* 35. Andr. de Bessetis *ad l.* 1. *C. de sacros. Eccles. n.* 212. *in decimo speciali circa vltimas voluntates*, vbi etiam Lusit. Bened. Ægid. *p.* 3. §. 1. *n.* 8. & *ibi n.* 9. aduertit quòd quando in vno testamento pia causa, in altero profana scribitur, nec de prioritate constat, tunc licèt de Iuris rigore ea neutro hæredem posse existere videretur, cùm tamen incertum sit quem suprema voluntate vocauerit testator, sed cum in incerto voluntatis ea sit interpretatio sumenda, quæ pietati magis fauet, æquissimè existimatum est pietatis testamentum tanquam posterius factum, effectum habiturum, quòd si pia causa cum altera pia contendat, tunc fatendum quidem erit ex alterutro testamento hæreditatem posse adiri, idque non tam ea aliquo piæ causæ priuilegio, quam ex coniecturata defuncti voluntate, & sic ea certissimis, & vulgarissimis Iuris præceptis, quibus vltima voluntas vtrumque appareat, obseruari iubetur.



IVRIS



IVRIS ECCLESIASTICI VNIVERSI

LIBER TERTIVS

DE REBVS ECCLESIASTICIS.

CAPVT I.

De Rebus Ecclesiasticis in genere.

SVMMARIVM.

1 *Diuisio materia huius libri.*
2 *Species quæ reperiantur rerum omnium Ecclesiasticarum.*
3 *Res Ecclesiastica mobiles corporales qua sint? ostenditur.*
4 *Res Ecclesiastica immobiles corporales, & incorporales qua sint? ostenditur.*

1 CVM Ecclesia Ministros, idest, Ecclesiasticas personas habeat, quarum ministerio in diuino cultu, & Sacramentorum administratione vtitur, de quibus *lib.* 1. latè tractauimus; cùm item loca materialia possideat, in quibus Diuina peragere, aliosque pios actus exercere valeat, sicut *lib.* 2. ostendimus, necesse est etiam vt res aliquas, ac bona etiam temporalia obtineat, quibus personæ ipsæ Ecclesiasticę sustentari, & loca ipsius regi, gubernari, & diuina valeant Officia celebrari. De huiusmodi igitur rebus, quoniam in iure Ecclesiastico multa deponuntur, agere hoc *lib.* 3. proposuimus, requirentes primò quæ sint res, & bona Ecclesiastica, & quomodo acquirantur & quibus, & quomodo etiam possideantur, & qualiter amittantur.

2 In primis igitur est sciendum quòd omnium rerum Ecclesiasticarum, quædam sunt mobiles, quædam verò immobiles: Item quædam corporales, & aliæ incorporales, aliæ quoque consecratæ, & aliæ non consecratæ. Quòd autem alij res quoque spirituales adiiciunt, veluti Sacramenta, hæc in nostro proposito pro rebus Ecclesiasticis propriè non ponuntur, nam de his alio ordine sub certis materiis agimus.

Res mobiles corporales sunt, quibus Ecclesia 3 indies in officiis, & ministeriis vtitur, qualia sunt vasa sacra, linteamina, atque ornamenta Ecclesiæ, & altaris, item vestimenta sacra, & imagines, sanctæ cruces & candelabra, & alia his similia, quorum quædam sunt sacrata, aut benedicta, quædam verò minimè. Res autem immobiles corporales sunt prædia, vel agri, ac domus, & aliæ huiusmodi immobiles possessiones. Incorporales sunt iura percipiendi fructus 4 Ecclesiasticos, quorum diuersa sunt genera, quæ generali nomine Beneficia nuncupantur; de omnibus ergo rebus huiusmodi specialiter pertractabimus.

CAPVT II.

De vasis sacris, & vestibus, ac aliis rebus sacris in communi.

SVMMARIVM.

1 *Vasa sacra, & linteamina sacra qua dicantur, ostenditur.*
2 *Calix ex auro, vel argento tantùm, aut saltem ex stanno olim fiebat, & nonnunquam ex vitro fieri permittebatur.*
3 *Vasa omnia ministerij Vrbanus I. fecit antea, vel argentea.*
4 *Calix fieri prohibetur ex ære, vel ex aurichalco, aut alia simili materia qua producit erugi nem, & vomitum prouocat.*
5 *Missam celebrare in ligneo, aut vitreo Calice prohibetur.*
6 *Pœna depositionis ab officio, & beneficio imposita est contra eum, qui vtitur Calice ligneo.*
7 *Patena ex qua materia facienda?*

8 *Vasa omnia mysterij debent esse ab Episcopis cõsecrata priusquam ad sacros vsus adhibeãtur.*
9 *Episcopalis ordinis est vasorum sacrorum consecratio,& ideo non potest fieri per simplicem Sacerdotem, nisi quibus Papa concesserit.*
10 *Abbates an possint vasa sacra consecrare?ostenditur.*
11 *Calix,vel patena,aut aliud vas sacrum exeeratur si formam suã amittat & enormiter lædatur, non vero per aliquos ictus à fabro inflictos.*
12 *Calix non exeeratur vbi separatio fit absque fractione, secus si cuppa separatio fiat cum fractione.*
13 *Calix, vel patena exeeratur si superficies aurea aut argentea omnino præterquam per vsum continuum auferatur.*
14 *Vasa sacra si aurum amittant, & iterum deaurentur quoad illam superficiem,quæ tangit Corpus, & Sanguinem Christi, egent noua consecratione.*
15 *Vas sacrum pollutum forte sanguinis, vel seminis criminosa effusione præsertim notoria est purgandum.*
16 *Palla quæ, & vnde dicatur?ostenditur.*
17 *Palla linostima, quæ?*
18 *Corporalia fieri debent ex puro panno lineo,non autem ex serico vel tincto panno.*
19 *Corporalia sunt Episcopo consecranda, vel ab Abbate.*
20 *Linteamina, siue Mappa Altaris benedicuntur iuxta ritum Ecclesiæ.*
21 *Consecrata vasa non possunt nisi à consecratis viris contingi, vel quibus ex necessitate permittitur.*
22 *Consecrata, à fœminis etiam sacratis tangi aut lauari non debent.*
23 *Peluim nouam & propriam habere debent ministri altaris pro corporalibus abluendis.*
24 *Corporalia, purificatoria, seu sanguineos lauare licet laicis, & fœminis post primam ablutionem factam à Sacerdotibus,vel Diacono.*
25 *Corporalia lota non opus est iterum consecrari.*
26 *Vestimentorum Sacerdotalium quibus in locis Iuris Canonici fiat mentio ostenditur.*
27 *Baculi, & Mitræ vsus sunt correlatiua, & cui vnum conceditur, alterum etiam concessum videtur.*
28 *Ornamenta omnia tam ministrorum quàm altaris sunt per Episcopum benedicenda, non autem per simplices Sacerdotes etiam ex ipsius Episcopi delegatione.*
29 *Paramentorum, & aliarum rerum Ecclesiasticarum benedictio potest delegari à Sede Apostolica personis in dignitate Ecclesiastica constitutis, dummodo in eis non sit adhibenda sacra Vnctio,vel oleum sanctum.*
30 *Benedictio paramentorũ, & vasorum Ecclesiasticorum,in quibus non adhibetur sacra Vnctio diuersis Abbatibus, & personis in dignitate Ecclesiastica constitutis per S.Cong.Rit.*
31 *Benedictio paramentorum non potest fieri etiam ab inferioribus Prælatis iure proprio,licet habeant territorium separatum, & iurisdictionem, nisi habeant ea,quæ sunt ordinis.*
32 *Prælati Regulares ex priuilegio Leonis X.possunt benedicere paramenta siue ornamenta omnia Ecclesiastica pro suorum fratrum vsu.*
33 *Vestes sacra,& alia ornamenta Ecclesiæ non prohibentur fieri ex materia profana.*
34 *Vestibus sacris non potest vti præterquam in Ecclesia,& ad diuinum cultum,ad quem instituta fuerunt.*
35 *Vsus sacrarum vestium quando permissus, & quando prohibitus? ostenditur.*
36 *Paramenta, siue ornamenta Ecclesiæ quando execrentur, ostenditur.*
37 *Albu non indiget noua benedictione si ad eam reficiendam aliqua adiungantur quorum ad ditione adhuc prior figura remanet.*
38 *Stola facta de planeta benedicta debet iterum benedici.*
39 *Imagines,cruces, campanæ, & candelabra per Episcopos benedici solent.*
40 *Paramenta Ecclesiastica cum fuerunt vetustate consummata,incendio danda sunt.*
41 *Vasa sacra, corporalia,sacra vestes,atque Altaris palla munda,nitida asseruari debent.*
42 *Pignori obligari non possunt vasa sacra,& paramenta Ecclesiastica, præsertim laicis, vel fœminis,nisi iustissima necessitate vrgente.*
43 *Res Ecclesiæ ex quibus causis pignori dari possint? ostenditur.*
44 *Decima beneficiorum si cuiuis ex causa conceduntur,earum collectores,vel exactores prohibentur ex causa pignoris, vel distractionis capere, & quomodolibet occupare Ecclesiarum Calices,libros,& alia ornamenta.*
45 *Res sacræ in vsus profanos conuerti non debent, nec ad alios vsus, quàm quibus dedicata sunt transferri.*
46 *Calices patenæ, cæteraque vasa sacra etiam integra cum vrgente necessitate venduntur,aut pignori dantur,debet id fieri ad vsus sacros, & seruitium, ac ministerium Ecclesiæ, & Altaris.*
47 *Vasa,aut vestimenta sacra,& Deo benedictione consecrata, si integra absque necessitate vendantur, vel oppignerentur etiam ad vsus sacros,non quatenus sacra sunt,sed ratione materiæ,qua constant, sacrilegium est, non simonia.*
48 *Vasa sacra licèt Ecclesia possit ex iustis causis vendere laicis, tamen prius confracta, & conflata esse debent.*

De rebus sacris Ecclesiæ primùm conuenit vt tractemus. Hæc autem sunt 1 præcipuè vasa sacra, & linteamina Eucharistiæ vestimenta, & alia mobilia non propriè sacrata,sed benedicta dicuntur. Vasa sacra sunt Calices, & Patenæ, & vasa ad custodiam Eucharistiæ, & aliorum Sacramentorum, seu sacrarum Vnctionum, ex quibus Calices & Patenæ solum sacra Altaris vasa dicuntur, Iacob. de Graff. *in aureis decis. p.2. lib.2.c.14.n.8.*Sanch. *in præcepta Decalogi tom.1. lib.2.cap.43.num.26.* Linteamina verò sacra sunt pallæ,vel corporalia Peguer. *dec.crimin.14.n.11.& 12.* vbi quòd dicuntur vasa sacra,quæ sunt consecrata ad sacramẽtorũ susceptionem,& ponit exemplum in vase, in quo reponitur oleum sanctum, refert Anton.Nouar. *in sum.Bullar. tit. de sacrilegio n.6.* vbi *n.7.* quòd Calices & Thuribula dicuntur res sacræ,& *n.8.* idem de custodia, in qua reponitur sanctissimum Sacramentum, & *num.10.* quòd pariter vestes Sacerdotum, Diaconorum, & aliorum, in quibus diuina Officia celebrantur, res sacræ dicuntur,& *numer.11.* an Crux dicatur res sacra. Gabr.Pereira *de manu Regia part.2. cap.27. num 10.* vbi quòd vestimenta, Cruces & nauiculæ iam propriè res sacræ dicuntur,cùm non olei vnctione

vnctione consecrantur, sed solùm benedictioni-
bos Ecclesiasticis.
2 De Calice, & Patenis censuit *cap. vt calix, de
consecr. dist.* 1. vt Calix quidem ex auro vel argento
tantum fieret, aut saltem ex stanno, quod Zephe-
tinus Papa I. *in c. vasa, eadem dist.* constituit, qui
& ex vitro fieri permittebat; sed postea Vrbanus
3 I. cuius tempore Ecclesia cœpit prædia retinere,
omnia vasa misterij fecit aurea, vel argentea, vt
habetur *in c. videntes 12. quæst.* 1. & refert Tribu-
riense Concil. *in d. c. vasa.* S. Thom. *in 3. p. quæst.* 83.
art. 3. ad. 6. Couarr *lib. 4. variar. cap.* 12. Fagundez
4 *in quinque Ecclesiæ præcepta, præc. 1. lib. 3. cap. 21.
n.* 11. Ex ære autem, vel ex aurichalco Calix fieri
prohibetur, aut ex alia simili materia, quæ produ-
cit æruginem, & vomitum prouocat, vt inquit Re-
5 men. Concil. *in d. c. vt Calix*, quod etiam prohibet
in ligneo, aut vitreo Calice Missam celebrare, al-
terum enim vino repugnat, alterum verò fragilis
materiæ existit, Azor. *instit. moral p. 1. lib. 10. c. 28.
q. 3.* Durand. *in rationali diuinor. offic. lib. 1. cap. 3.
num.* 45. frater meus Simon Vas Barbosa *tract. de
significatis mysteriosis officij diuini cap. 26. num.* 2.
6 & contra eum, qui vtitur Calice ligneo, constituta
est pœna depositionis ab officio, & beneficio, *in
cap. vlt. de celebr. Miss.* & traduot S. Thom. *part. 3.
quæst. 83. art.* 3. Sylue st. *verb. Calix, num.* 1. Illust. D.
meus Roder. à Cunha *in comment. ad c. ridiculum
5. num. 4. dist.* 12. Fagundez *d. cap. 21. n.* 10. Raguc.
de voce Canon. in Ecclesia q. 31 Bonac. *de Sacramen.
dispu. 4. vltim. punct. 9. num 16 in princ.* Fr. Ioan.
Sotian. Episcop. Acernen. *in exposit. Missæ prælud.*
7 2. *num. 12 & 13.* Patena verò etsi eiusdem mate-
riæ cum Calice videatur esse debere, *d. cap vasa,
d. cap. vt Calix*; non est tamen adeò necessarium
cessante in ea, quam diximus, ratione, vt proba-
tur *in d. cap. vt Calix, in princ.* Quare hodie ple-
rumque ex ære fieri consueuerunt, sicut & vas ad
custodiam Eucharistiæ in locis vbi penuria præ-
ualet. De Patena vide Azor. *d. cap.* 28. *q.* 1. Ionoc. *de
mysteriosis Missæ lib. 2. cap.* 59. Lactant. *de signifi-
catis mysteriosis Missæ pag.* 52. Simon Vas Barbosa
d. tract. cap. 27.
8 Debent autem huiusmodi vasa esse ab Episco-
po consecrata priusquam ad sacros vsus adhibe-
aotur, *cap. vnic. in fine, de sacra Vnct.* Gulielm. Du-
rand. *in ration. diuin. lib. 1. cap. 8. n. 13. cum seq.* Ia-
cob. de Graff. *in aureis dec. p. 1. lib. 2. c. 43. n.* 4. Hen-
riq. *in summ. lib. 9. c. 28.* §. 2. Fagundez *dict. præc. 1.
lib. 3. c. 21. num.* 14. Azor *instit. moral. part. 2. lib. 9.
c. 7. q.* 1. hoc enim Ordinis Episcopalis est, Sbroz.
9 *de Vicario Episcopi lib. 2. quæst. 9. n.* 8. & ideo non
potest fieri per simplicem Sacerdotem, vt appro-
bat consuetudo, nisi quibus Papa concesserit, Fr.
Emanan. *q. Regul. tom. 1. q. 19. art.* 1. Miranda *in
manu. Prælat. tom 2. q. 40. art. 1. concl.* 24. Portel. *in
addit. ad dub. Regular. verb. benedicere, n.* 2. Hieron.
Roderic. *in compendio q. Regul. resol. 13 n.* 1. vide
10 *inf. ex n.* 28. Abbates verò secundùm glos. *verb. ton-
suram in cap. Abbates, de priuileg. lib* 6. & Ascan.
Tambur. *de iure Abbatum tom. 1. disp. 33. q.* 1 Fr.
Emmã *tom. 3. addit. sum c. 27. n.* 1. Portel. *verb. Ad-
bas, n.* 2. Hieron. Roder. *in compendio q Regul. resol.
13. n.* 3. eadem valent consecrare si ius habeant
minores Ordines conferendi, cum maius videatur
personas quàm res Ecclesiasticas consecrare, sed
de hoc latè diximus *lib. 1. c. de Abbatibus, vers. præ-
ter insignia,* & vide Fagundez *d. c. 21. n.* 14.
11 Execratur autem Calix, vel Patena, aut aliod
vas sacrum duobus modis; primò si formam suam
amittat, & enormiter lædatur, argum. *c. 1. de con-
secrat. Eccles. vel Altar.* sicut de Altari dictum est
suprà *lib. 2. c. 7 ex n.* 19. non verò per aliquos ictus
à fabro inflictos. Armil. *in verb. Calix, num.* 4. Bar-
thol. ab Angelo *Dialogo 5. de Missa* §. 323. Fagun-
dez *d. c. 21. n.* 17. Azor. *inst. moral. p. 1. l. 10. cap. 28.
q.* 5. Nec etiam execratur, vbi separatio fit absque
fractione, vt accidit in Calice torneatili, cuius 12
partes separantur absque fractione, secus tamen
dicendum si cuppæ separatio fiat cum fractione,
quia calix in tali euentu amittit suam formam; &
non est aptus ad vsum, ad quem fuerat factus,
tum quia sicut Altare si remoueatur à tabula con-
secrata, amittit consecrationem, ita eandem amit-
tit calix si à pede cuppa separetur: ita Henriquez
d. l. 9. cap. 28. §. *2. lit. H*, Valer. Regin. *in praxi fori
pœnit. lib. 29. num.* 200. Azor. *d. p. 2. lib. 9. cap.* 7. vbi
se remittit ad dicta *p. 1. lib. 10. c. 28. q.* 7. Fagundez
d. num. 17. Raguc. *de voce Canon. in Ecclesia q. 32.
num.* 1.
Secundò execratur Calix, vel Patena, si super- 13
ficies aurea, aut argentea omnino præterquam
per vsum continuum auferatur, qoia & hoc modo
videtur formam amittere, quæ tamen per vsum
continuum successiuè non videtur amitti, per
glos. *in cap. Ecclesiæ, de consec. dist.* 1. Verùm si 14
huiusmodi vasa etiam aurum amittant, & iterum
deaurentur, quoad illam superficiem, quæ tangit
corpus, & sanguinem Christi, egent noua conse-
cratione. Ratio est, quia consecratio Calicis, &
Patenæ fit præcipuè propter contactum corporis
& sanguinis, posita autem noua deauratione, con-
tactus non potest fieri in parte consecrata, cum
aurum additum consecratum non sit: ita Gulielm.
Durand. *d. lib. 1. cap. 6. n.* 35. Suarez *tom. 3. disput.
81. sect. 3. col. 3. vers. solet verò*, Fr. Emman. *in sum.
tom. 1. cap. 249. num.* 21. Valer. Reginald. *d. lib. 29.
num.* 199. Azor. *d. p. 1. lib. 10. c. 28. q. 4. & p. 2. lib. 9.
cap. 7. q* 3. Fagundez *d. cap. 21. num.* 24. Vgolin. *de* 15
potest. Episcopi. cap. 31. num. 3. vers. secundo. Pollu-
tum verò vas sacrum, forte sanguinis, vel seminis
criminosa effusione, præsertim notoria, erit pur-
gandum, & Sacerdotali benedictione reconcilian-
dum, arg. *cap. si motum, cum seqq. de consecrat. dist.* 1.
sicut de Ecclesia suprà ostendimus *hoc eodem lib.
c. 1. ex num.* 16.
Pallæ, & Corporalia diuersas videntur accipere 16
significationes, qoandoque enim palla sumitur
pro superiori linteo Altaris, super qoo extendi-
tur corporale, secundum glos. *in cap. Altaris palla,
de consec. dist. 1. per c. nemo* il 2. *eadem dist.* Simon.
Vas Barbosa *de significatis misterios. sacrificij Missæ
cap. 25. num.* 3. Alij pallas, idest corporalia inter-
pretantur, vt dicit glos. *in d. cap. Altaris, & in cap.
sacratas* 23. *dist.* nonnulli, (inter quos est glos. *in
d. c. nemo.*) Pallam accipiunt pro panno, quo post
consecrationem Sacerdos manus extergit, & Cali-
cem. Quare *in d. c. nemo* pro vtroque sumi videtur
hoc verbum, idest, pro corporalibus & mappis,
seu linteis Altaris, sed corporalia quidem vocan-
tur sacratæ pallæ *in d. c. sacratas*; linteamina verò
non consecrata dicebantur *in d. c. Altaris palla*, &
probatur *in c. omnis, de consecr. dist 4. & in c. fin. de
custodia Eucharist.* Hodie verò sacratæ pallæ vo-
cantur simpliciter corporalia, quæ supra Altaris
linteamina in sacrificio extẽduntur, & sacra super-
ponuntur mysteria. Palla aotem dicitur quæ Calici
superponitur, sed & pallium Altaris, quod vocant,
à palla donominatũ videtur; dicta est autem palla,
secundùm glos. *in d. c. Altaris palla*, à quodã pallio

muliebri, quod *palla* vocatur:alij vocari pallam
opinantur, eo quod palliet vel abscondat sacrificij
27 mysterium. Est & palla linostima in decretis Syl-
uestri Papæ, quod est linteolum lineum à lino sta-
mine dictum, cuius loco hodie est manipulus.
Vide Fagundez *d.c.21.n.31.*
18 Corporalia igitur ex institutione Syluestri, &
Eusebij summorum Pontificum fieri debent ex
puro panno lineo, non autem ex serico, vel tincto
panno, sicut Domini Corpus fuit in munda syn-
done inuolutum, Suarez *tom.3.in 3.disp.81.sect.6.
vers.tertio requiritur*, Fagundez *d.c.21.n.23.*Scort.
de sacrif.Missæ lib.3.cap.5.n.1. Fr.Diego de Guz-
man *p.2. de la excelencia del sacrificio de la ley E-*
19 *uāgelica c.8.§.1.*& sunt ab Episcopo consecranda,
vt probatur *in cap.consulto, de consecr. dist.1.* vel
per Abbatem, iuxta ea, quæ suprà diximus *lib.1.
in cap.de Abbatibus, vers.prater insignia*, quod de
20 palla Calicis dicitur. Linteamina quoque siue
Mappæ Altaris benedicuntur iuxta ritum Eccle-
21 siæ, vt in Pontificali. Est autem differentia inter
22 sacrata & benedicta, quod quæ consecrata dicun-
tur, non possunt nisi à sacratis viris contingi, sci-
licet, qui sunt in sacris tantùm Ordinibus con-
stituti, vel quibus ex necessitate permittitur, *cap.
non oportet, & cap.non liceat 23.dist.c.1. dist. 24.
c.in sancta, de consecr.dist.1.* Cardin. Bellarmin. *de
sacram.Ordinis lib.1.c.7.vers.olim tamen.*Suarez *de
sacram disput.81.sect.8.art.3.vers. tertium exem-
plum, ad fin.* à fœminis verò etiam sacratis tangi,
aut lauari non debent, sicut Soter Pontif. Martyr.
23 *in cap.omnis Presbyter, de consecr.dist.4.* docet, vt
Ministri Altaris peluim nouam, & propriam ha-
beant pro corporalibus abluendis, ne fortè puluis
Dominici corporis malè decidat: post primam
ablutionem (quæ fit à Sacerdotibus vel Diacono)
licet laïcis & fœminis (si consuetudo ita se ha-
beat, aut Episcopi licentia interueniat) lauare
24 Corporalia, & purificatoria, seu sanguineos
propter maiorem munditiem: ita Syluest. *verb.
Missa 1.q.2. §.2.* Soto *dist.13.q.2.art.3. vers.sed
crimen hoc*, Henriq.*in sum.lib.9. c.*28. Suar. *de sa-
cram. disp.81.sect.8.vers.tertium exemplum*, quos
refert Illustriss. D. meus Roder. à Cunha *in com-
ment.ad cap. Ministrum 27.n.6. dist.29.* addo Fa-
25 gundez *d c.21. num.26.* Lota verò corporalia non
opus est iterum consecrari, cum lintei forma non
mutetur, Raguc.*dict.q.32.n.2.*Non consecrata au-
tem, sed tantummodo benedicta poterunt ab alijs
quoque contingi, sed hac de re *in seqq. c.*pleniùs
differemos.
26 Vestimenta Sacerdotalia, quibus Sacerdos, &
ministri Altaris atque Pontifices in Diuinorum
celebratione vtuntur, nonnunquam in sacris Ca-
nonibus nominantur, & quædam de eis statuta
inueniuntur. Primùm namque de Stola, qua Dia-
coni, & Sacerdotes vtuntur, plerumque loquun-
tur Canones sub nomine Orarij, vt *in cap.Mini-
strum, cum seqq. 23.dict.& in cap.vnum Orarium,
cum præced.23.dist.& in c.Episcopus Presbyter 11.
quæst.3.*de eo latè egimus *in collect.ad c.Monacho.
27.q.1.* Stephan. Durant.*de ritibus Ecclesiæ lib.2.
c.9.n.14.*Simon Vas Barbosa *de significatis myste-
rios.officij diuini & sacrificij Missæ cap.18.de Stola
n.3.*De Planeta quoque, vel Casula meminit Mo-
guntinum Cōcil.*in d.c.Episcopus Presbyter, & in
cap.degradatio, de pœnis lib.6.* Respondet tunicæ
hyacinthinæ veteris Pontificis, & Casula dicta
quòd veluti parua casa totum hominem contegat,
de qua & eius mysteriosis significatis vide Fortu-
nat. *de offic. Eccles. lib.2.cap.21. & 23.* Pinel. *de
Missæ sacrific.cap.14.vers.la planeta*, Innoc.*lib.1.
de myster. Missæ c.58.*Scott. *de sacrif. Missæ lib.2.
cap.8.num.13.* Simon Vas Barbosa *dict. tract. de
significat.mysterios.officij diuini, & sacrif. Missæ.
c.21.per tot.*Et de Diaconorum Dalmaticis Concil.
Salegustæ *in c.de ieiunio 76. dist.* atque Gregorius
Pontif. *in cap.communis 23. dist.* Et hoc nomine
appellantur, quia in Dalmaticæ regione Græciæ
prouinciæ primo fuerunt in vsu, de quibus Du-
rant. *de ritib. Eccles.lib.2.c.9.n.17.& 27.* Fr. Hie-
ron. Roman.*de republ.Christ.lib.4.cap.20.* Orozo
*en el thesoro de la lengua Espagnola, in verb. Dal-
matica pag.mihi* 297.Simon Vas Barbosa *d. tract.
c.19.*De sandalis quoque, & Mitra, ac Baculo, atque
annulo Pastorali, déque pallio Archiepiscopali,
alij Canones loquuntur, & præcipuè *in c.perlatum
il 2.93.dist.& in dict.cap.Episcopus Presbyter 11.
q.3.& in cap.vnic.in fine, de sacra Vnct. & in cap.
fin.de auctor.& vsu pallij, & in cap.Abbates, & in
cap.vt Apostolica, de priuil. lib.6.* Baculi & Mitræ
vsus sunt correlatiua, & cui vnum conceditur, al- 27
terum etiam concessum videtur, vt censuit S. Rit.
Cong. *in vna Treuenen.8. Ianuarij* 1605. *& alia
Argent.7.Octobris* 1606.
Omnia autem huiusmodi ornamenta, tam 28
Ministrorum, quàm etiam Altaris, sunt per
Episcopum benedicenda, vt probatur *in cap.ve-
stimenta, de consecrat. dist. 1.* ita vt simplices Sa-
cerdotes illa benedicere non possint, secun-
dùm Vgolin. *de potest. Episcopi cap.32.numer. 4.*
vbi *numer. 6.* subdit illos nec ex ipsius Episcopi
delegatione id efficere posse. Paramentorum au- 29
tem huiusmodi, & aliarum rerum benedictio po-
test delegari à Sede Apostolica personis in Di-
gnitate Ecclesiastica constitutis, dummodo in eis
non sit adhibenda sacra Vnctio, vel oleum san-
ctum, quæ ab ipso tantùm Episcopo ordinato, &
consecrato benedicenda, inungenda, & conse-
cranda sunt, vt censuit Sac. Rituum Congregat. 30
in Brixien.9. *Octobris* 1610. Imolen. 14.*Nouem-
bris* 1615.Ianuen.12.*&* 14. *Martij* 1616.Saonen.
3. *Decembris* 1616. Taurinen. Taruisin.& Pisto-
riel. 2. *Maij* 1619. Comen. 15. *Iulij* 1619. No-
uarien.21.*Martij* 1620.Trident.7.*Augusti* 1621.
Et ideo ad eadem sacra Rituum Congreg. inue-
nio concessam fuisse benedictionem paramen-
torum, & vasorum Ecclesiasticorum, in qui-
bus non adhibetur sacra Vnctio, diuersis Abba-
tibus, Diaconis, alijsque personis Ecclesiasticis,
vt in Aquilegien. 20. *Aprilis* 1599. Elnen. 17.
Maij 1600. Meten. 18. *Nouembris* 1606. Ru-
then. 9. *Maij* 1609. Aquilegien. 24. *Aprilis*
1610. August. 12. *Aprilis* 1614. Lucionen. & 31
Gnesnen. 4. *Septembris* 1621. Vnde infertur
benedictionem paramentorum non posse fieri
etiam ab inferioribus Prælatis iure proprio,
licèt habeant territorium separatum, & iurisdi-
ctionem, nisi habeant ea, quæ sunt Ordinis, vt
censuit Sacr. Congregat. *in nullius* 21. *Augusti*
1601. Prælati verò Regulares, Generales, &
Prouinciales, quin verò Custodes, Guardiani
siue Priores, & quicumque alij in alijs Reli-
gionibus illis correspondentes possunt benedi-
cere omnia supradicta Ecclesiastica paramenta,
siue ornamenta ex priuilegio Leonis X. quod re-
fertur *in compend. Mendicant. verb. benedicere
Ecclesiastica* §. 14. & de illo meminit Fr. Em-
man. *quæst.regul. tom.1.quæst.19.art.2.*Hieronym.
Roderic. *in compendio quæst.Regul.resol.13.num 2.*
Lezan

Lezana *in sum.tom.3.verb.benedictio num.*8.Fr.Ludonic.Miranda *in man.Pralat.tom.2.quæst.*40.*art.*1.*concl.*1.*cum seq.& art.*2.*concl.*1. quem refero *de officio & potest.Episcopi p.2. alleg.*27. *num.*44. vbi in fine aduerto huiusmodi Prælatos Regulares vigore priuilegij, de quo supra, posse tantùm præfata Ecclesiastica paramenta pro suorum Fratrum vsu solemniter benedicere, quod etiam obseruant Portel. *in dub.regul.verb.benedicere* 3. Hieron.Roder. *d.resol.*13. *num.*2. *in fine.* Lezana *vbi sup. num.*7.
33 Non prohibetur autem sacras vestes, & alia ornamenta Ecclesiæ ex materia profana, vel etiam muliebri veste fieri, quamuis aliqui per gloss. *in cap. ad nuptiarum, de consecr. dist.*1. *& in cap. ad hac, de relig. domib.* contrarium senserint : quia per consecrationem Episcopi sanctificantur & templa Idolorum, quæ in Ecclesias conuertuntur, & hac de re in seq. cap. agemus.

Statuit autem Stephanus Papa *in d. cap. vesti-*
34 *ment.de cons. distinct.*1. ne quisquam sacris vestibus præterquã in Ecclesia, vteretur,& ad diuinum tantum cultum ad quem institutæ fuerunt,neque ab aliis,quàm à Clericis sacris Ordinibus constitutis deferrentur,volunt tamen Host. & Innoc. vt refert Syluest. *in sum. verb. ordo* §.*in fine*, vt possit minor clericus cantare Epistolam etiam in veste sacra, modò manipulum non deferat, neque sacra contingat, nec id muneris præsente subdiacono exerceat, atque id ex graui tantùm causa, & cum permissione Prælati Ecclesiæ. Olim verò solus
35 Rom.Pont. dabat ex priuilegio vsum Dalmaticarũ Episcopis,& Diaconis,sicut & Archiepiscopis pallium,vt videtur colligi *ex cap.comm.*23.*dist.*Ornamẽtis enim huiusmodi Ecclesiasticis vti præsertim ex noua institutione, absque Superioris permissione non licet,*cap.peruenit il* 2.*cum seq.cap.Diacon.* 93. *dist.* neque olim Diaconus alba nisi tempore oblationis,atque lectionis,neque dalmatica nisi in solemnioribus festis vti permittebatur, *d.c.Diaconus,d.cap.de ieiunio* 76.*dist.* Denique statuit Aurelian.Concil.ne vestes,aut aliæ res sacræ ad nuptiarum ornatum,vel ad alios actus sæculares præstentur,nedum improborum tactu,vel pompa sæcularis luxuriæ polluuntur, ad officium sacri ministerij videantur insignia,argum.*cap.hac,de Relig.domib.*

36 Execrantur autem huiusmodi paramenta siue ornamenta,& amittunt, vt sic loquar, benedictionem, ac noua indigent, quando ita franguntur vt non sint apta ad vsum, ad quem fuerant destinata, aut non amplius priorem retineant figuram ; ex
37 quo prouenit Albam non indigere noua benedictione, si ad eam reficiendam aliqua adiungantur, quorum additione remanet adhuc prior figura, etiamsi quæ adduntur non sint benedicta;accessorium enim sequitur principale,è contra vero desinit esse benedicta, si ex ipsa abscindatur manica, quamuis illi postea eadem manica assuatur, nam per accisionem manicæ ita perfringitur,vt non sit apta ad vsum,ad quem fuerat destinata, nec amplius retinet priorem figuram Ita Armil. *verb.benedicere num.*3. Angel. *verb. benedictio num.*3.Bar-
38 thol. ab Angelo *dialogo* 5.§. 265. Et ob hanc rationem, stola facta de planeta benedicta debet iterum benedici, quia ad ipsam est data particularis benedictio & est mutata forma, quæ dabat esse rei. Ita Paul.Fusc.*de visitat.lib.*1.*cap.*25.*n.*15.Vgolin. *de potest. Episcopi cap.*32.§.1.*num.*6.vbi etiam resoluit quòd si huiusmodi vestes breuiores factæ sint, modo formam non mutent, benedicendas iterum non esse; & in fine subdit, quòd si vei tis

ad Diuina non possumus, igne comburendæ erunt ne ad profanos transferantur.

Aliæ quoque res mobiles Ecclesiasticæ, veluti 39
Imagines, Cruces, candelabra, solent per Pontifices benedici ; nam de consecratione Imaginum meminit Adrianus I.Summ.Pont.*in script.de imag. cap.*39.*in* 3.*vol.Concil.*& inter ritus Ecclesiasticos hæ quoque benedictiones habentur in Pontificali. Campanæ quoque in Campania, vnde nomen sumpserunt, adinuentæ solemni consecratione ab Episcopo inunguntur, ac baptizantur, & fideles quidem populos conuocant ad Ecclesiam, & ad ornandum inuitant, aërios quoque spiritus fugant,& grandines, procellarúmque turbines frangunt; de quo vide Angel.Roch.*in speciali tract.de campanis*,& præcipuè *c.*5.*de campanarum consecr. Colonien.Concil.tit.de Constitut.& consuetud.c.*14. Guilielmus Durand. *in ration. diuinor. lib.*1. *c.*4. Steph. Durant. *de ritib.Eccles.lib.*1.*cap.*22. Mart. Delr.*disquisit.clerical.lib.*6. *cap.*3.*q* 33. *ad fin.lit. FF.* vide in cap.sequenti *in fine*.

Restant nonnulla de rebus huiusmodi sacris in 40
communi notanda. Primò enim statutum est à Clem.I.Rom.Pont. *in d.cap.Altaris palla, de consecr.dist.*1. vt cum fuerint res huiusmodi vetustate consummatæ,incendio dentur,& cineres in Baptisterio, vel alio abdito loco condantur, ne fortè transeuntium pedibus conterantur, refert Galganet.*de iure publico, lib.*3.*tit.*67.*n.*3.Secundò præcipit Ministris suis Ecclesia (sicut habetur *in cap.*
relinqui,de custodia Eucharist.)vt hæc omnia,præ- 41
sertim vasa sacra,& corporalia, ac sacræ vestes, atque Altaris pallæ munda & nitida asseruentur: *Nimis enim*, dicitur *in d.c.relinqui, videtur absurdum in Sacris sordes negligere,qua dedecorent etiam in profanis* ; si verò hæc à degradatis Ministris,aut aliàs indignis in ministerio contractentur non ideo polluuntur, nec noua indigere benedictione videntur, sicut à Romano Pont. est responsum *in*
*cap.à nobis,de Sacram.nõ iterand.*Tertiò hæc om- 42
nia, & similia non solùm omnino alienari vetantur, vt infra suo loco videbimus ; verum nec pignori obligari, præsertim laïcis, vel fœminis permittuntur, nisi iustissima necessitate vigente ; sic enim inquit Remense Conc. *in cap.*1.*de pignorib. Nullus Presbyter præsumat Calicem, vel patenam, vel vestimentum Sacerdotale, aut librum Ecclesiasticum tabernario, vel negotiatori, aut cuilibet laïco, vel fœmina,in vadium dare,nisi iustissima necessitate vrgente.* Ordin.Regia Lusit. *lib.*2. *tit.*24. Hispana *lib.*7.*tit.*2.*lib.*1.*noua recop.*Couar.*lib.*2.*var.cap.*16. *num.*8.Mozz. *de contract.tract.de pignor.cap.de rebus quæ pignori dari non possunt n.*13. Vasquez *in opusculo de pignorib.c.*2.§.2.*n.*6. Bellet. *de obligat. instit.p.*2.*lib.*16. *q.vnic.de obligat.contract.pignor. num.*4.Azor.*instit.moralium.p.*3.*lib.*7.*c.*6.*q.*4. Fagundez *in quinque Ecclesia præcepta.præc.*2. *lib.*3. *c.*21.*à n.*19. Gutier.*practic.lib.*3. *q.*8. *n.*2.vbi *n.*3.
subdit causam præcipuam ad alienandas, seu pi- 43
gnori dandas res Ecclesiæ esse redemptionem captiuorum,& id ipsum propter imminens belli periculum, & ad carcere detentos liberandos licere resoluunt Surd.*decis.*367.*num.*43. Metl.*in empor. iuris p.*1.*tit.*1.*q.*16.*n.*26. Mart. *de iurisd.p.*4.*casu.*10.*n.*3.Nec non pro alimentis pauperum non solum Parochianorum, sed etiam exterorum, vt expressè tenent Couar.*d.cap.*16.*num.*8.*vers.Ceterum res Ecclesiarum*,Surd.*de alimẽt.tit.*8.*priuil.*46.*n.*5. Præterea si decimæ beneficiorum cuius ex causa concedatur, earum collectores, vel exactores Ec-
clesiarum 44

clesiarum Calices,libros,& alia ornamenta diuinis officiis deputata ex causa pignoris, vel distractionis capere,aut quomodolibet occupare prohiben-
45 tur *in Clem.* 2.*de decim.* Postremò non debent res sacræ in vsus profanos coouerti, quia semel Deo dicatum non est ad vsus humanos vlteriùs transferendum, *cap.qua semel* 18.*q.*3.*reg.semel,vbi glos. reg iuris in* 6. oec ad alios vsus , quam quibus dedicata sunt,transferri debent, *c.vestimenta dist.*23. *cap.ad nuptiarum,de consecrat.dist.*1.Galganet. *de iure publico lib.*3.*tit.*67. *num.*2.*in fi te.* Qui enim sacros Calices, vel corporalia sacra,aut vestes alias verrit in profanos vsus , horrendum committit sacrilegium , & vindictam vltionis diuinæ expectet, vt Baltazar Rex inexpectato accepit , qoa de re videndus est Origen. *homil,* 10. *in Leuitic.*S. Greg. Papa *homil.*11. *in Euangelia.* S. Thom.2.2. *q.*88.*art.*11.Fagundez *d.c.*22.*n.*18.

46 Non solùm vrgente necessitate vendi , aot pignori dari possunt Calices, & Patenæ , cæteráque vasa sacra etiam integra , vt suprà vidimus; sed etiam vlteriùs requiritur, vt non detur ad vsus sacros, & seruitium, ac mioisterium Ecclesiæ,& Al-
47 taris, vt aduerrit Fagundez *d.cap.*21.*n.*19. & Raguc. *de voce Canon. in Ecclesia quæst.* 29. si tamen vasa,aut vestimenta sacra , & Deo benedictione consecrata absque necessitate vendentur, vel oppignerentur etiam ad vsos sacros, & seruitium alterius Ecclesiæ,non qoatenus sacra sunt,sed ratione materiæ, qua constat , sacrilegium est , non simonia; est sacrilegium propter irreuereotiam,quæ fit rebus sacris,dum sine necessitate venales fiunt: non est simonia quia non veoduntur qua sacra sunt pro pretio temporali,sed venduntur,qua constant ex tali materia, & ita venditur materia temporalis pro pretio temporali; vt per Nauar.*in man. cap.*17.*n.*205.Couar.*lib.*3.*var.cap.*16.*num.*8.Mollin.*de instit. tract.*2. *disp.*240. *vers.res.item sacra,*
48 Fagundez *d.cap.*21.*num.*20. Vasa etiam sacra licèt Ecclesia possit ex iustis causis vendere laicis,tamen prius confracta, & conflata esse debent, *c. aurum,* cum ibi *notatis* 12.*q.*2. Galet. *in Margarita casuum Conscientia , verb. Ecclesia vasa sacra , & verb.sacrum* 2.

CAPVT . III.

De consecratione & benedictione in genere.

SVMMARIVM.

1 *Continuatio,& diuisio materia.*
2 *Sacrare nihil aliud est quàm Deo dicare,& eodem modo rem sacram efficere.*
3 *Consecrare propriè est simul sacrare , idest cum interuentu, & opera plurium personarum.*
4 *Consecratio non solum deriuatur à sacrando, sed res quoq; sacra,& sacramentum,sacrificiũ, Sacerdotium, sacrarium,& sacrilegium.*
5 *Execratio est rei sacra in profanam conuersio.*
6 *Execrabile dicitur quicquid abominabile , & nefandum videtur.*
7 *Execratio quandoque pro iuratione accipitur, qua maledictis obstringitur si contrauenerit iuramento.*
8 *Desecratio,seu profanatio propriè in iure vocari solet rei sacra in profanam conuersio.*
9 *Sacrum differt à sancto, & Religioso,quia omne sacrum est sanctum , & Religiosum , non è conuerso.*
10 *Sacrum largè dicitur in iure Ecclesiastico quidquid est sanctum, vel religiosum.*
11 *Ecclesia quandoque dicitur sacra , aliquando etiam sancta,& religiosa nonnunquam.*
12 *Consecrationis origo ostenditur.*
13 *Dedicare, & consecrare differunt.*
14 Noë *primus dicitur Altare Domino consecrâsse,* Iacob *verò primus fuit qui cum actuali consecratione dedicationem fecit.*
15 Moyses *ex praecepto Domini consecrauit.*
16 *Episcopi & Sacerdotes post* Christi *ascensum consecrari ab Apostolis cœperunt.*
17 *Templa , & Altaria cum sacri olei vnctione primum à* B.Syluestro *consecrata fuerunt.*
18 *Consecrationum species in Ecclesia quatuor,sacramentorum scilicet, personarum,locorum,& rerum.*
19 *Consecratio cuiuis pracipuè in verbis , & elementis consistit.*
20 *Verba in quibus consistit consecratio, sunt certæ verborum formula, qua super re consecranda proferuntur.*
21 *Elementa in quibus consistit consecratio , sunt autres ipsa , qua consecrantur , aut quibus consecratio ipsa praficitur.*
22 *Consecratio duplex in nonnullis rebus interuenit.*
23 *Eucharistia sacramentum solum in se ipso perficitur ,cum reliqua sacramenta non nisi in persona eius, cui conferuntur, fiant.*
24 *Sacramenta , & consecrationes quere in certis speciebus,vel elementis conficiantur,ostenditur.*
25 Moyses, *qui & Rex & Sacerdos in populo dici potuit, non legitur fuisse perunctus sicut & Christus.*
26 *Vnctionum species dua,vna exterior,qua materialis est & visibilis, alia interior,qua spiritualis, atque inuisibilis est.*
27 *Oleum consecratur ad exhibēdam exteriorem ac visibilem vnctionem, quod Chrisma, vel cathecumenorum,aut infirmorum oleum appellatur.*
28 *Chrisma in quibus adhibeatur, ostenditur.*
29 *Confirmationis sacramento essentiale est oliuarum oleum,balsamum verò accidentarium.*
20 *Chrisma contingi non debet nisi à Sacerdotibus.*
31 *Oleum Cathecumenorum adhibetur in baptizandis,& consecratione altaris & sacerdotum ordinatione,ac in baptismalis aqua consecratione.*
32 *Oleum infirmorum & extrema Vnctioni , & campanis inseruit.*
33 *Vnctionem olei non omnis consecratio recipit, nam prater Eucharistiam etiam sacrorum Ordinum collatio , excepto Prasbyterio sine vnctione perficitur.*
34 *Consecrationis ad veram perfectionem qua requirantur? ostenditur, & num.seqq.*
35 *Minister nullus potest veram consecrationem efficere, qui consecratus ipse non fuerit.*
36 *Minister legitimus semper vera sacramenta, aut consecrationes conficit ex parte sui,quamuis malus sit, iniquis, si alia essentialia non omittat.*
37 *Minister legitimus quis dicatur? ostenditur.*
38 *Minister malus non secus ac bonus confert gratiam cum sacramento anima bene disposita.*

59 *Augustinus* in cap. quomodo, de consecr. dist. 41. *declaratur.*
40 *Sacramenta à bonis Ministris sumere, & bonorum Sacerdotum Missas audire consert.*
41 Cap. Ecclesiam 1.q.4 *declaratur.*
42 *Consecraturus an & quando debeat esse ieiunus?*
43 *Oleum non sacrum sacro admixtum fit sacrum.*
44 *Vinum admixtum sacro vino in Calice non fit sanguis Christi.*
45 *Consecrationis locus qui sit? ostenditur.*
46 *Tempus consecrandi quod? ostenditur.*
47 *Consecrationis effectus est dedicatio rei sacræ quæ fit ad cultum diuinum, & ad vsum sacrum.*
48 *Consecrationis effectus in sacratis personis est spiritualis potestatis acceptio ad ministrandum, & exercendum munus cuique Ordini aut dignitati annexum.*
49 *Ordo vel consecratio non addit vinculum spirituale inter Clericum vel Prælatum, & Ecclesiam suam.*
50 *Consecratum semel, nefas est iterum consecrare, nisi esset execratum.*
51 *Accidentalia quædam poterunt ex causa iterari ad reconciliationem potius quàm ad consecrationem pertinentia.*
52 *Reconciliatio est prioris gratiæ reparatio, quæ per culpam amissa ab initio cum sacramento fuerat exclusa.*
53 *Consecratio in quo differat à benedictione? ostenditur.*
54 *Benedictio est profanitatis, vel nequitiæ exclusio, atque sanctificationis infusio.*
55 *Benedictionis nomen non tantum ad res, & personas ipsas, verum etiam ad hominum actiones, atque eorum futuros euentus, & ad tristia, aduersaque fuganda pertinet.*
56 *Benedicere contingit tripliciter, enunciatiuè, optatiuè & imperatiuè.*
57 *Benedictio est triplex, vna personarum, alia rerum, tertia locorum.*
58 *Benedictionem personalem solemnem qui dare possit? ostenditur.*
59 *Benedictionem solẽnẽ dare non potest inferior Episcopo nisi fuerit ei ex priuilegio cõcessũ.*
60 *Abbatis vsum Mitræ & Baculi habentibus est concessum benedictionem solemnem dare, nequeunt tamen publicè per vias populo benedicere, nisi istud expressè in eorum priuilegiis habeatur.*
61 *Benedictio solemnis vnde traxerit originem? ostenditur.*
62 *Benedictio personarum simplex quæ?*
63 *Benedictio rerum multiplex, veluti aquæ, cinerum, candelarum, palmarum, oliuarum, vestimentorum, ac linteaminum.*
64 *Aqua benedictio, quæ fit cum sale & exorcismo ad domos, & homines aspergendos, ad solum Sacerdotem spectat.*
65 *Aqua à solo Episcopo benedicitur cum vino & cinere ad reconciliandam consecratam Ecclesiam quæ violata fuerit, ac polluta.*
66 *Aqua benedicta ad multarum rerum benedictionem, consecrationem, & reconciliationem adhibetur.*
67 *Campanas benedicit, & Chrismate vngit Episcopus.*
68 *Episcopus potest prohibere ne campanæ pulsentur si non sunt benedictæ.*
69 *Campanæ Sabbato sancto non possunt in aliqua Ecclesia etiam Regulari S. Ioannis Hierosolymitani pulsari ante pulsationem in Ecclesia Cathedrali vel Matrice.*
70 *Campanæ ad salutationem Angelicam possunt in quacumque Ecclesia pulsari ante & post Ecclesiam Cathedralem, vel Matricem, si non adsit consuetudo.*



VONIAM consecrationis materia frequens in Iure Ecclesiastico habetur, & maximam obtinet in Ecclesia auctoritatem (cum & in materia fidei, & in personis, ac rebus locisque Ecclesiasticis præcipuum sibi vindicet locum) oportet vt postquam de ea in specie dum *lib. 1. & 2. de personis & rebus* egimus, nunc de ea in genere latius pertractemus. Quia in re exponemus quid sit consecratio? & vbi originem duxerit? quot sint consecrationum genera in Ecclesia, in quibus consecratio ipsa consistat? qui possit consecrare, & quas res, vel personas, quomodo singulæ fiant consecrationes, & quid in illis sit obseruandum? quo loco & tempore fieri debeant, qui sint consecrationis effectus? demum pauca de consecratione, & reconciliatione, & de benedictione nonnulla videbimus. 1

2 Primò igitur *consecrationis* verbum à sacrando deducitur, *sacrare* autem nihil aliud est quàm Deo dicare, & eodem modo rem sacram efficere, vt probatur *in §. sacra, Instit. de rerum diuis. Consecrare* verò propriè est simul sacrare, idest, cum interuentu, & opera plurium personarum concordi animo, & actione sacrare, *c. pudenda 24. q. 1. glos. in cap. Episcopus 23. dist.* Quamuis per *tit. de consecrat. Eccles. vel Altar.* quæuis simplex sacratio dici soleat consecratio, à sacrando autem non solùm consecratio, sed res quoque sacra, & Sacramentum, Sacrificium, Sacrarium, & sacrilegium, & consecutiuè execratio, seu desecratio deriuatur. Est enim rei sacræ in profanam conuersio, vnde execrabile dicitur quidquid abominabile, ac nefandum videtur. Verùm quandoque *execratio* pro iuratione accipitur, quæ maledictis obstringitur, si contrauenerint iuramento, vt ait Augustin. iuxta illud Genes. *fiat execratio inter nos, & inter te;* propriè verò rei sacræ in profanam cõuersio vocari in iure solet desecratio, seu profanatio, & in sacris personis degradatio. Sacrum autem differt à sancto, & religioso, quod omne sacrum est sanctum & religiosum, non è conuerso; sunt enim muri, & portæ ciuitatis, quæ sanctæ dicuntur, eo quod violari non debeant, & ita homines sancti dicuntur, quamuis sacrati non sint, religiosus quoque locus dicitur sepultura, quamuis non sacrata existat; verùm in iure Ecclesiastico, etiam quidquid est sanctum, vel religiosum, largè dicitur sacrum, & è conuerso; & Ecclesia quandoque dicitur sacra, aliquando etiam sancta, & religiosa nonnunquam, vt colligitur ex *d. §. sacræ, instit. de rerum diuis.* & ex *l. sancimus la 1. C. de sacrosf. Eccles.* & ex *Aut. religiosa domus*, &c. & ex *tit. de religios. domib.* 3 4 5 6 7 8 9 10 11

Duxit originem consecratio ob antiquis Patribus non solum in lege scripta, sed etiam in ipsa lege naturæ, cum altaria & tabernacula Deo consecrârunt, & dedicârunt, quorum primus videtur fuisse *Noë*, qui post diluuij aquas altare Domino dedicauit, & super illud obtulit holocausta, vt habetur *Genes.* 8. licèt enim primo *Abel & Cain* offerre Deo cœperint sacrificia *Genes.* 4. 12

non tamen propterea dedicationis auctores extitetunt; oblatio namque & sacrificium à consecratione, & dedicatione differre non ambigitur, quia quod sacrificatur, vel offertur consumitur? dedicatum verò, aut consecratum durat & permanet. Sed notandum est rursus quod differunt
13 dedicate, & consecrate, si has voces propriè, & strictè velimus accipere, dedicatio enim absque actuali consecratione fieri potest, actualis, verò consecratio sine dedicatione non est, quamuis nonnulla, quæ consecrantur, vsibus hominum potiùs deputati videantur, vt Sacramenta, nihilo-
14 minus tamen ad Deum dedicatio illa refertur. *Noë* ergo primus dicitur Altare Domino dedicasse. Qui verò primus dedicationem cum actuali consecratione fecerit, Iacob fecisse videtur, *Gen.* 28.& 31.de quo legimus,quod postquam de somno quadã die euigilasset,in quo Dei visionem acceperat, tulit lapidem,quem capiti suo supposuerat, & erexit in titulum, fundens oleum desuper,
15 vocauitque nomen loci illius,Domum Dei;postea verò Moysem ex præcepto Domini consecrasse legimus *Exodi* 29.Aaron, & filios eius in Sacerdotes vngens oleo caput eorum, & manus cum aliis ritibus, qui *in Exodo d.cap.* 29. describuntur. Deinde etiam idem Moyses olei vnctione tabernaculum consecrauit, vasa omnia, & Altare holocausti,& labrum cum basi sua,vt habetur *Exod.* 40. Demum Salomon 3.*Regum* 8.& 2.*Paralip.*7.Templum Domino dedicauit. Si enim Iudæi, qui vmbræ legis deseruiebant, hæc faciebant, imo si & hæc faciebat secta errotis Gentilitas,teste Alea. ab Alea.*lib.6.genialium dierum cap.*14.multò magis & nos, quibus non solum veritas patefacta, sed & gratia, per Iesum Christum Dominum nostrum data est,Templa Domino ædificate,& quanto melius possimus ornare,eaque diuinis precibus, & sanctis Vnctionibus suis cum Altaribus, & vasis, vestibus quoque, & reliquis ad diuinum cultum explendum vtensilibus deuotè,& solemniter sacrare.

16 Hinc ergo sumpsit Ecclesia ritum consectandi & dedicandi Domino loca, res, & personas, vt habetur *in princip.de consecrat. dist.* 1. Et primum quidem post Christi ascensum consectari ab Apo-
17 stolis cœperunt Episcopi & Sacerdotes,*cap.porro 66.dist.* Templa verò,& Altaria cum sacri olei vnctione primùm à Beato Syluestro Pont. consecrata fuerunt,vt sup.ostendimus *lib.*2. *de Eccles. edific. & consecr.*

18 Sunt autem plures consecrationum species in Ecclesia:prima est Sacramentorum, secunda personarum tertia locorum, quarta & vltima rerum. Prima consecratio in quinque tantum Sacramentis adhibetur, videlicet in Baptismo, Confirmatione,Eucharistia,Ordine, & Extrema Vnctione, in Pœnitentia verò,& Matrimonio non est consecratio aliqua ob eam causam, quam infra videbimus. Secunda consecratio quatuor personarum genera comprehendit, idest Episcopos, Presbyteros, Clericos inferiores, & Virgines, quamuis in quolibet etiam Christiano in Baptismate, & sacro Chrismate perunctо consecratio inesse videatur,vt colligitur ex *c.quod quidam* 1. *quæst.*1.Sicut etiam in Imperatore & Regibus qui inunguntur *cap.venerabilem* 34.vbi *qui eum inungimus, de elect.*Castald.*de Imperator.quæst.*16.& a 6.*cum seqq.*at illud diuersa ratione vt ostendimus. Sed Episcoporum quidem propriè dicitur consecratio, Abbatum verò benedictio, & clericorum Ordinatio nominantur,

Panormit. *in cap. sicut pro certo, de simon.* Tertia cõsecratio est triplex, scilicet Ecclesiarum, Cœmeteriorum, & Altarium. Quarta autem duplex, nempe sacrorum vasorum, & linteaminum sacrificij, item aquæ baptismalis, & olei pro Sacramentis conficiendis. Erat & consecratio imaginum, vt Adrian. Pont.testatur *in script.de imagin.cap.* 39.& habetur *in Conc.Niceno XI.act.* 6.quæ hodie fieri non consueuit, vt *sup. cap. proximo* vidimus, vbi etiam aliis rebus sacris egimus. Nunc verò de consecratione ipsa quædam in genere annotabimus.

Est autem primò notandum duo præcipuè consecrationum genera reperiri, vnum quod propriè & strictè dicitur consecratio, aliud quod benedictio nominatur, de qua breuiter *in fine huius cap.* disseremus. Nunc verò de consecratione propriè sumpta loquamur,quæ quidem ex supradictis speciebus ad duo genera redigi potest veluti ad Sacramenta, quæ ad fidelium salutem conficiuntur, & ad ea, quæ præcipuè ad diuinum cultum dedicantur; consistit autem quæuis consecratio,præcipuè in verbis Clementis *cap. detrahe*, 1. *quæst.* 1. Verba sunt certæ verborum formulæ, quæ super re consecranda proferuntur. Elementa verò sunt, aut res ipsæ, quæ consecrantur,aut quibus consecratio ipsa perficitur. In Sacramento namque Eucharistiæ elementum sine materia nihil aliud est, quàm ipse panis,& vinum quod per consecrationẽ in ipsum Christum conuertitur, ita & in singulis rebus quæ sine alterius elementi interuentu consecrantur: elementum autem,quo consecratio plerumque perficitur,est oleum,quod in Cõfirmationis Sacramẽto, & in Extrema Vnctione, & in sacro Ordine adhibetur. Item in consecratione Ecclesiarum, Altarium & sacrorũ vasorum,in Baptismo autem elementum præcipuum & necessarium est aqua, accessoriè verò oleum quoque adhibetur,vt infra exponemus. Sacramentum autem Matrimonij, & Pœnitentiæ sine elementis perficitur ex pluribus, quæ assignari possent rationibus? hæc enim duo Sacramenta in Lege veteri initium sumpserunt,& absque elementis instituta fuerunt; à Christo autem in lege Euangelica confirmata, quamuis tunc Sacramenta non essent. In aliis verò Sacramenti & consecrationibus elementa ex certis causis requiruntur, quæ in duobus illis Sacramentis locum non habent, sicut neque in aliis consecrationibus,quę sine interuentu elementorum fiunt: huiusmodi autem causæ, vel rationes inferius exponentur. 19 20 21

Sed inter hæc notare oportet quod in nonnullis rebus duplex interuenit consecratio, videlicet materiæ, qua Sacramentum ipsum perficitur, & demum ipsius Sacramenti perfectio. Nam in Baptismo aqua prius consecratur, & oleum,quod in aliis Sacramentis, & consecrationibus adhibetur, per Episcopum consecratur, & demum fit Sacramenti perfectio, vel rei alterius consecratio, hoc autem illis consecrationibus accidit, quæ cum interuentu alterius materiæ perficiuntur, excepta Eucharistia, in qua ipsa materiæ consecratio est ipsius Sacramenti perfectio vnico actu, & instanti, solum enim hoc sacramentum in se ipso perficitur cùm reliqua Sacramenta non nisi persona cuis, cui conferuntur, fiant, quia significant gratiam, quam Deus confert animæ, in cuius persona perficiuntur. Eucharistia vero signat ipsum datorem gratiæ sub illis speciebus contineri, & cùm sumitur,ipsam quoque gratiam cum ipso datorem sumptam

sumptam demonstrat; consecratio autem materiæ in cæteris Sacramentis non signat gratiam, quia non ipsa rei consecratio est Sacramentum, sicut in Eucharistia, sed eius vsus tantummodo ad gratiam homini conferendam Sacramentum vocatur. Quare nec illa consecratio materiæ, idest aquæ, vel olei de essentia est Sacramenti, aut consecrationis alterius, *cap.1.de Sacram, non iter* glos. *in §.prohibitio 95. dist.* Sed quoniam fit ad signandam virtutem, & effectum Sacramenti, & ob id instituta est ab Ecclesia, propterea grauiter delinqueret, qui absque vrgentissima causa non consecratam materiam adhiberet, vt probatur *in cap.vnic.de Sacram.non iter.* Sic quoque mixtio aquæ in Calice, azyma in materia Eucharistiæ non sunt de essentia Sacraméti, vt suo loco ostendimus, quia tamen propter illud, quod significat, ita præcipit Ecclesia, grauiter propterea offenderet, qui aduersus præceptum istud committere auderet.

24 Quare autem in certis speciebus, vel elementis Sacramenta & consecrationes conficiantur, diuersæ sunt rationes, secundùm diuersa subiecta; nam Eucharistiæ Sacramentum in pane & vino fuit propterea institutum, quia ipse Christus à nobis corporaliter sumi voluit, vt animam nostram pasceret, & nutriret, sicut panis, & vinum præ cæteris alimentis humanum corpus reficit & conseruat; Baptismum verò in aqua Cristus instituit propter ablutionem animæ à maculis peccatorum, quam per aquæ illius contactum in nomine Sanct. Trinitatis ipse Deum in anima operatur, sicut aqua solet corporis sordes abluere. In aliis autem Sacramentis oleum voluit adhiberi, tum ad gratiam Sancti Spiritus designandam, quæ per oleum denoratur; tum etiam ad medelam animæ indicandam, quæ plerumque per oleum corporibus præstatur, ad exemplum quoque & imitationem antiquorum Patrum oleo consecrationes fiunt, vt superius diximus, qui non modo tabernaculum, & vasa sacra, & Sacerdotes, sed Reges etiam oleo inungebant, & in his quoque gratiam, & virtutem diuinam signare videbantur.

25 De qua Vnctione, quia in ea præcipuè consecratio consistit, plenius est notandum, quòd etsi Reges, & Sacerdotes antiquitus vngerentur, *Moyses* tamen, qui & Rex & Sacerdos in populo dici potuit, non legitur fuisse perunctus, sic nec Christus Deus noster, legiser, & Sacerdos, qui de se ipso illud Isaiæ *cap.16.*est interpretatus *Lucæ 4.* Spiritus Domini super me eo quòd vnxerit me, vnde Christi nomen Grecè est consequutus,

26 quod vnctum Latinè significat, duas igitur esse Vnctionis species fateri necesse est, sicut & Innocentius III.docuit *in d.cap.vnic.in princ.de sacra Vnct.* vnam scilicet exteriorem, quæ materialis est,& visibilis; aliam interiorem, quæ spiritualis, atque inuisibilis, comprobatur exteriori, siquidem visibiliter corpus inungitur, interiori vero inuisibiliter inungitur cor; & hac quidem tantummodo Christus, & Moyses inuncti fuerunt; vtraque vero cæteri Reges, Sacerdotes & alij, qui hodie vnctionem ab Ecclesia accipiunt. De prima Iobobus Apostol. *Si*, inquit, *infirmatur quis in vobis, inducat Presbyteros Ecclesiæ, & orent super eum, vngêtes eum oleo in nomine Domini.* & Marcus *in Euang.6.* refert quòd Discipuli missi à Domino vngebant oleo multos ægros, & sanabantur. De secunda verò Ioannes Apost. ait. *Vnctio, iquam habetis à Sãcto maneat in vobis, ipsa enim vnctio docet vos de omnibus*, de qua & Dauid Psalm.44.*vnxit te Deus oleo lætitia.* Vnctio visibilis & exterior signum est exterioris, & inuisibilis vnctionis, Vnctio verò inuisibilis & interior per exteriorem signata virtus est, & potestas, ac diuinæ gratia bonitatis, quæ non æquè ab omnibus cum exteriori accipitur, sed ab iis tantum, qui dignè atque canonicè eam per quam significatur, accipiunt.

Ad exhibendam igitur exteriorem ac visibilem vnctionem oleum consecratur, quod Chrisma, vel catechumenorum, aut infirmorum oleum numinatur. Oleum namque virturem habet pellendi infirmitates, membra debilia roborandi, & præstandi luminis effectum operatur: sunt autem huiusmodi effectus, quos sanctus Spiritus in anima operatur, illius qui dignè suscipit Vnctiones. In Chrismate verò balsamum quoque mixtum oleo adhibetur mystica ratione; de qua *in d. cap. vnic.de sacra Vnct.* per oleum namque nitor Conscientiæ designatur, iuxta quod legitur Matth. 25. *prudentes Virgines acceperunt oleũ in vasis suis cum lampadibus*, per balsamum verò odor famæ exprimitur, propter quod dicitur *in lib. Sapient. sicut balsamum aromatizans odorem dedi*, quarũ rerum institutiotum ab ipsis Apostolis, tum ab Apostolicis viris, id est Romanis Pontificibus descendit. Fabianus autem Pont. *in cap.litteris, de consecr.dist.3.* statuit vt Chrisma quotannis in die Cœnæ Domini veteri combusto, per Episcopum renouaretur. Ei adhibetur Chrisma primò, atque præcipuè ad Confirmationis Sacramentum præstantium, *cap. quoniam, de sententia excommunicat.l.6.* & præterea ad consecrandum Episcopum, & Ecclesiam, vel Altare, Calicem quoque & Patenam, *d.cap.vnic.de sacra Vnctione*, atque ad inungendos eos, qui baptizantur, *cap. Presbyteris, & c. si quis de alio, & cap.omni tempore, de consecr.dist.4. d. cap. quoniam, de sent. excom. lib. 6.* & ad ipsius aquæ Baptismalis cõsecrationem, vt Canon antiquus testatur *in c. in Sabbato, de consecr. dist. 4.* qui præcipit, vt si quis in Sabbato sancto, vel Pentecostes aquã consecratam ad aspersionem domus velit accipere, ante Chrismatis infusionem accipiat. 27 28

Confirmationis Sacramento essentiale est oliuarum oleum, Balsamum verò accidentarium, vt probatur *in cap.pastoralis, de Sacram.non iter.* vbi interrogatus Inocent III. qui esset agendum de quodam confirmato oleo tantùm? respondit non esse iterandum, sed cautè supplendum si quid deesset; ergo si illud fuit Sacramentum sine balsamo, certum est balsamum non esse de necessitate Sacramenti. Ita Nauar. *in man.cap.22.num 3. & cons.vnic.de sacra Vnctione num.4.&* 8 Sayr. *decis vnic.eodem tit.* Sã *verb.Confirmatio numer.7.* Valent. *tom.4.disp.7.q.1.puncto 2.vers. quæstio est autem.* Est enim Chrisma huiusmodi ab Episcopo benedicendum, non à simplici Sacerdote, ve quo diximus *lib. 1. cap.12. §. 2.* Hoc autem ad ipsius Chrismatis venerationem est institutum, quod contingi ab omnibus non debet; neque enim præter Sacerdotes hoc aliis contingere fas est, nec vlli sub prætextu medicinæ, aut cuiuslibet rei, omnino autem ad maleficium operandum donare Presbyter præsumere debet, vt in plerisque Conciliis est constitutum; cùm verò ipsi Presbyteri quotannis à suo Episcopo illud exposcunt, vt colligitur ex *d.c.literis, de consecrat.dist.3.* & iis quæ 29 30

quæ diximus *de officio & potest. Episcopi p. 2. alleg. 31. numer. 17.* non quamlibet personam, sed saltem Subdiaconum mittere præcipiuntur, *in cap. Presbyteri il. 2. cum seq. de consec. dist. 4.* illudque linteo, seu Chrismario imponere, sicut Sanctorum Reliquiæ asseruantur, & sub sigillo, vel clauibus custodire tenentur.

31 Oleum verò Cathechumenorũ præter Chrisma etiam in baptizandis, & consecratione Altaris, & Sacerdotum Ordinatione, in baptismalis aquæ consecratione adhibetur, vt ostendimus *d. alleg. 31. numer. 6.* & in Vnctione quoque Imperatoris, de qua habetur *in d. cap. venerabilem, de elect.* & Regum etiam vt habetur *in cap. vnde, de sacra Vnct.* & docent Selua *de benefic. p. 1. qu. 5. num. 1. 164. 155.* Fusc. *de Visitat. lib. 1. cap. 6. n. 5.* Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 10 cap. 5. q. 2. & 3.* & alij citati per me *d. alleg.*
32 *31. n. 7. cum seqq.* oleum autem infirmorum, & extremæ Vnctioni, & consecrandis campanis inseruit, vt in Pontificali.

33 Verùm non omnis consecratio, olei recipit Vnctionem, nam præter Eucharistiam, vt suprà vidimus, etiam sacrorum Ordinum collatio, excepto Presbyterio, sine Vnctione perficitur, *cap. preterea, & ibi* gloss. *23. dist.* Sed sacratæ rei contactu Diaconorum, & Subdiaconorum consecratio efficitur, scilicet per Episcopalium manuum impositionem, & Calicis, ac Patenæ traditionem, vt *lib. 1.* vidimus. Minorum verò Ordinum collatio non propriè consecratio dicitur; neque enim hi sacri Ordinea nominantur, etsi tales quóque Domino consecrari dicantur, sicut & Virgines, & res aliæ nobiles, quæ ad vsum Ecclesiæ, aut Sacramentorum sacrantur; quarum potius benedictio quàm consecratio dicitur, exceptis linteaminibus Eucharistiæ, quæ ob ipsius Eucharistiæ contactum sacrata dicuntur, etsi olei Vnctionem non requirant, ita & Sacramenta nonnulla sine Vnctione fiunt, vt suis quibusque locis ostenditur.

34 Videndum est igitur, quæ ad veram consecrationis perfectionem requirantur? & quidem sunt quatuor, quæ necessariò requirantur, & sunt de essentia, videlicet; Minister verus, Materia debi-
35 ta, Forma legitima, & intentio canonica; locus quoque debitus, & tempus legitimum est attendendum, & ritus quidem inuenti, qui etsi non sint de essentia, non tamen sunt omittendi. De ministro sciendum est neminem posse veram consecrationem efficere, qui consecratus ipse non fuerit, *cap. qui perfectionem, cum seq. 1. quæst. 1.* Sed nec omnis persona sacta quamlibet consecrationem potest efficere, Presbyter namque simplex non omnia conficit Sacramenta, vt alibi vidimus, inferiores quoque clerici, & sacratæ Virgines consecrationem aliquam non efficiunt, sed solus Presbyter aliquas, solus verò Episcopus omnes potest consecrationes efficere; tantum clerici inferiores consecrationibus faciendis in ministerio deseruiũt, & qui sunt in sacris Ordinibus constituti, res ipsas sacras contingere valent, cæteri vero minimè, quia scriptum est *in cap. Maximilianus, in fine 81. dist. qui sancti non sunt, sancta tractare non possunt;* quare statuit, quoque Bonifacius V. summus Pontif. vt *reliquias Sanctorum, qua sacre vbique sunt, nec Acolytus audeat tangere.*

36 Illud autem est notandum quòd Minister qui si minister legitimus, semper vera Sacramenta, aut consecrationes conficit ex parte sui, quamuis malus sit & iniquus, si alia essentialia non omittat, *cap. Sacramenta 1. qu. 1. c. Schismatici 24. qu. 1.* & *ibi* gloss. *verb. non possint 5. ex his 28. qu. 1. c.*
Romanus, de consecrat dist. 4. Legitimus autem di- 37
citur minister. Primò si sit ritè ordinatus, & hoc in qualibet consecratione est de essentia. Secundò, si habeat iurisdictionem, aut potestatem; hoc autem non semper est de essentia, nam Sacramenta omnia excepta Pœnitentia, & Matrimonio à ritè ordinatis etiam sine iurisdictione verè conficiuntur & conferuntur. Illa verò duo etiam iurisdictionem requirunt, ob rationem canonicam, & legalem, quam suis locis exponemus. In consecrationibus autem reliquis iurisdictio non est de essentia nisi quoad effectum, seu executionem in nonnullis, sanè qui huiusmodi in aliena Ecclesia, vel Diœcesi, aut in alienas personas, vel res, aut loca conficere, vel exercere voluerit, pœnas Canonicas sustinebit, vt de Diœcesibus & Parochis vidimus. Statuit autem Anacletus Papa *in cap. Episcopus il. 7. quæst. 1.* vt si Episcopus in aliena Diœcesi clericos, aut Altaria non permittente loci Ordinario consecrauerit, amotis iis, quos ordinauerit, id est, depositis, vel suspensis, Altaris tantùm consecratio maneat, & transgressor Canonum vno anno à Missarum celebratione cessare debeat, sicut & de re aliena consecrata rescripsit Gregorius *in cap. comperimus 14. qu. 6.* vt si sit restitutioni obnoxia, ipsa quidem res sacra permaneat, eius verò pretium reddatur, quia inquit, *quod semel consecratum est, non debet ad profanos vsus restitui;* ad vsum tamen sacrum, si erat res Ecclesiæ, vel clerici, restitui poterit, secundùm glos. *ibi* per text. *in cap. Apostolicos 12. q. 16. & in c. questi 17. quæst. 4.* Seruus verò alienus ordinatus in Sacris Domino non volente erit restituendus, quamuis laico, *cap. ex antiquis, cum seq. 54. dist.* cum ea tamen distinctione, quam supr. *lib. 1. cap. 33. §. 8. numer. 131.* posuimus? qood quidem in pœnam ipsius Ordinati vult glos. *in d. cap. comperimus, & in d. cap. Episcopus il. 1. 7. qu. 1. & in d. c.* ad hæc, *de relig. domib.* esse constitutum, vt scilicet seruus ad seruitutem redeat, alter verò in superiori casu amoueatur; res autem examinata remanet consecrata, eo quòd non deliquerit. Verùm cùm neque male ordinatus semper deliquerit, & potius huiusmodi in iniuriam ordinantis, quàm ipsorum pœnam amouendos esse legamus *in cap. 1. in fine 70. dist. & in cap. vel non est compos, de tempor. ordinat.* Alia videtur ratio assignanda, quod rea inanimata iam consecrata ideo retinetur, quia nec à laïcis vltra tractari, nec in profanos vsus conuerti potest, vt dixit Gregor. *in d. cap. comperimus,* & habetur *in d. cap. adhac, de relig. domid.* quæ ratio in persona sacrata cessare videtur? circa quam non ita potest consecrationi iniuria inferri & si seruus ordinatus Domino restituatur, potest absque iniuria Ordinis apud eum esse, & ei in Diuinis seruire, *c. frequẽs, in fine 54. dist.* vt suprà *d. lib. 1. cap. 33. §. 1. n. 131.* vidimus.

Sed redeundo ad potestatem consecrantis est
attendendum, quòd quando dicitur malum mini- 38
strum verum Sacramentum conficere, vel conferre; non tantùm de ipso Sacramento, aut charactere intelligitur, verumentiam de re, aut gratia Sacramenti, sed non æquè in omnibos Sacramentis de effectu siue executione Sacramenti, licèt Sacramentum ipsum cum gratia suscipiatur, in qua conferenda bonitas Ministri non est de substantia. Malus enim Minister (qui intelligitur extra gratiam constitutus, videlicet aut ob infidelitatem,

delitatem, aut ob peccatum mortale (non secus ac bonus Minister; id est in gratia existens, confert gratiam cum Sacramento animæ bene dispositæ, quam gratiam Deus, per seipsum tam in Sacramentis bonorum, quàm malorum confert. Verùm in Sacramentis bonorum per preces, quas in eis conferendis fundunt, dat Deus gratiam, *cap.remissionem 1.quæst.1.c.pen.vers.sufficit,de Pœnit.dist.1.* In Sacramentis verò malorum non per eorum preces, quas non exaudit, sed absque eis gratiam dignè suscipientibus infundit, adeò vt dici possit Deum conferre gratiam, & per seipsum, & per bonos ministros; in Sacramentis verò malorum per se ipsum tantùm eam conferre, sicut & sine Sacramentis quando voluerit, ita
39 intelligendum videtur quod inquit Augustin. *in cap.quomodo, de consec.dist.4.* Sacramentum scilicet gratiæ Deum conferre etiam per malos, ipsam verò gratiam non nisi per se ipsum, vel per Sanctos suus. vide *ibi* glos.not *in verb per Sanctos,cap. obtineri 23.quæst.4.c.remissionem.1.qu.1.* Quod verò idem dicit *in d.cap.quomodo,& in eo cap.remissionem,* scilicet peccatorum remissionem auaros, aut homicidas, & alios criminosos non dare, quia eis non est dictum: *Si cui remiseritis peccata,*&c. intelligere oportet per suas ipsorum preces in Sacramentis gratiam non dare, nec eis dictum esse, *Si cui remiseritis*, quia id eis, qui Spiritum sanctum habebant, dictum fuit, & ita suo ipsorum verbo gratiam conferebant. Quare idem Augustin. *in d.c.quomodo,* dicit, *Quomodo exaudiuit Deus homicidam deprecantem super aquam Baptismi, vel super oleum, vel super Eucharistiam, aut super capita eorũ, quibus manus imponitur. Deus ergo,* inquit, *dat etiã ipso baptizante, sed non deprecante Spiritum sanctũ.* Quod verò sæpius in Canonibus, præcipuè *in cap. hanc regulam 1.quæst.1.* cum multis similibus, dicitur hæreticos in Sacramento gratiam nullam conferre, sed baptizatos ab eis oportere per manus impositionem gratiam Spiritus sancti ab Episcopo accipere, intelligitur de baptizatis in hæresi, vel in Schismate constitutis, *d.cap.hanc regulam. §.nemo,* & patet *ex cap.* Paulianistæ *ead.1.qu.1.* & ex *d.cap.quomodo,& in cap.51.* de quibus, *& cap.antiqua*, cum similibus *de consec.dist.4.* quia sicut alij in mortali crimine constituti nullam gratiam ex parte sui reperire possont donec reuertantur, sicut in specie de simonacis expressum habetur *in cap.1.cum.seqq.& in c.gratiam 1.quæst.1.* Dicit enim Ambrosius gratiam cùm ordinaueris, non suscepisti, quia gratuitò eam non meruisti. Et hoc est quod dicitur in simoniacis ordinationibus non gratiam, sed spiritum mendacij, non benedictionem, sed maledictionem conferri *in d.cap.1. cum seqq.* Nam si malus malo, aut infidelis infideli velit Sacramenta conferre, & ipsi qui faciunt, & quibus faciunt, inquit idem Ambr. relatus *in c. non sanat.1.quæst.1.* non solum non prodest, sed est ad iudicium. Si verò malus bono, aut infidelis fideli eadem conferre voluerit, dicit Augustin *in cap. si iustus 1.quæst.1.& in d.c.quomodo,* quòd Spiritualis virtus Sacramenti, & lux pura ab illuminandis excipitur, nec per immundos transiens coinquinatur. Quòd si bonus malo, aut fidelis infideli id præstet, nihil malo, aut infideli prodest, nec conferenti nocet, si ignoranter, aut ex ea causa id egerit, quam de qualitate Ordinandorum, *lib.1.cap.33. §.1.* vidimus; facit text. *in cap.non prohibeat.de consecrat. dist.2.& in cap. ex tenore,& in cap. fin. de tempor.Ordinat.*

40 Verùm etsi boni à malis Ministris Sacramenta sumentes, gratiam non amittant, vt dictum est; confert tamen à bonis ministris ea potiùs sumere, & bonorum Sacerdorum Missas audire; quia facilius eorum precibus atque meritis, quod petitur impetratur, *d.cap.remissionem,* vbi *glos.1.quæst.1.d.cap.obtineri 23.quæst.4.* Quomodo verò malus Sacerdos sit euitandus in sacrificio Missæ, diximus *in collect.ad cap.vltim.de cohabit.cleric.* Quæ autem diximus de malo ministro in Sacramentis, eademmet in cæteris consecrationibus intelliguntur, vt probat Gregor. *in cap.non nocet.1.quæst.1.* dicens, *non nocet malitia Episcopi neque ad baptismum infantis, nec ad consecrationem Ecclesiæ, omnia enim hæc non ab homine, sed à Deo sanctificationem accipiunt.* Illud verò quod idem dicit *in cap. Ec-*
41 *clesiam 2.quæst.4.* Ecclesiam scilicet, quæ pactione fuerit consecrata, execratam potiùs, quàm consecratam dici debere, dictum est in odium consecrantis propter simoniacam pactionem, quia nihilominus cùm in tali consecratione essentialia concurrerint, est proculdubio consecratio vera, vt suo loco ostendimus. Postremò de persona con-
42 secrante notandum est quòd Canones *in cap. quod à Patribus, cum seqq. 75. dist.* statuerunt vt consecratus debeat esse ieiunus, sicut & consecrandæ personæ, *cap.vt ieiuni, de consecrat.dist.5.* non est tamen præcepti necessitas in consecrante, præterquam in sacrosancto Eucharistiæ Sacramento, & sacrificio Missæ, & in iis consecrationibus faciendis, quæ inter Missarum solemnia fieri debent; qualis est sacrorum Ordinum collatio, vt in suis locis demonstrauimus. Et hactenus de Ministro.

43 De materia verò consecrationis ad ea, quæ supra dicta sunt, hoc tantum addere oportet, quod scilicet ad commixtionem pertinet, cùm namque verteretur in dubium, an oleum non sacrum sacro admixtum sacrum fieret, an verò potiùs corrumperet sacrum? declaratum est ab Innocent.III. *in cap.quod in dubiis,de consecrat.Eccles.* totum fieri consecratum, quod sacro miscetur, Fusc. *de Visit.lib.1.cap.6.num.10.* Posseuin. *de offic.Curati cap.9.num.2.* Ego ipse *d.p.a. alleg.31, sub numer.17.* quod & de aqua sacra, seu benedicta intelligendum videtur. Nec ideo minus sacrum est putandum, id quod miscetur, eo quòd maior forte sit quantitas quàm sit sacrum; quia virtus & dignitas partis sacræ trahit ad se totum non sacrum; quod tamen sit eiusmodi tantummodo
44 speciei, glos. *in d.cap.quod in dubiis.* Aliud tamen est de vino admixto sacro vino in Calice, non enim fit sacrum, nec sanguini Christi miscetur, nec fit sanguis Christi, iuxta ea quæ notantur *in cap.cùm Martha §.quæsiuisti,de celebrat.Missar.* quia sanguis in Sacramento est cum corpore Christi venis, vinum verò, vel aliud admixtum miscebitur accidentibus illis; ante consecrationem autem aqua admixta vino in Calice, transsubstantiatur in sanguinem, quia mixta vino transit in vinum, nisi tanta esset quantitas, quæ vinum corrumperet. *l.§.quæsiuisti.* De ratione verò quare si oleo consecrato, seu aquæ benedictæ misceatur liquor eiusdem speciei non consecratus in minori quantitate, totum maneat consecratum, non sic si vino consecrato eadem vini species in minori quantitate misceatur respectu talis vini permixti, latè egimus *in collectan. ad d.§.quæsiuisti.numer.8.*

De forma autem consecrationis, & intentione
non

non est aliquid hoc loco dicendum quia nonnulla supra in specie vidimus. De loco autem consecrationis faciendæ breuiter est notandum quòd in Ecclesia fieri quælibet consecratio debet, præsertim verò Sacramenta, & maximè omnium Eucharistia cum Missæ sacrificio nonnisi in Ecclesia aut in loco ad diuinum tantum cultum dicato est conficienda, *cap. Missarum, de consec. dist.* 1, cum similibus; nisi necessitas cũ Prælati auctoritate aliud exposcat, vt suprà diximus *lib.* 1. *cap.* 22. *vers. circa* 2. Ordinis quoque Sacramentum in Ecclesiis insignioribus & palam fieri est constitutum, vt pariter vidimus *eod. lib.* 1. *cap.* 33. *de Ordine prope fin. vers. quinto.* Reliqua item Sacramenta magis congruè in Ecclesia ministrantur, vt supr. *lib.* 2. *cap.* 3. *de immunitate Eccles.* vidimus, nisi necessitas vel vtilitas animarum vrgeret, nam & Extrema Vnctio in priuatis domibus datur, vt vsus docet. Aliæ quoque consecrationes in Ecclesiis fiunt, nisi (vt diximus) necessitas vrgeat, decet namque vt res sacræ non solum à Sacratis viris, sed etiam in Sacratis Deo locis celebrentur, *d. cap. Missarum.*

46 Tempus consecrandi in Sacramentis quidem est diuersum; nam in Baptismo olim erat tempus in Paschate tantùm Resurrectionis, & Pentecostes, *cap. non ratione, cum seqq. de consec. dist.* 4. hodie verò quocunque tempore, & hora potest conferri ob mortis periculum, vt vsus probat. Confirmationis quoque tempus proprium est in festo Pentecostes, & etiam Resurrectionis, vt habetur *in c. vt Episcopi, de cõsecrat. dist.* 5. ex causa verò omni tempore potest conferri, arg. *cap. omnes fideles, eadem dist.* Ordinis Sacramentum quibus temporibus conferendum, diximus suprà *lib.* 1. *cap.* 33. *num.* 572. *cum seqq.* Eucharistiæ autem Sacramentum non nisi ante prandium confici, aut conferri debet, nisi maxima instaret necessitas, vt ostendimus. Consecrationes Episcoporum, die tantùm Dominica, & inter Missarum solemnia sunt faciendæ, *cap. fin.* 51. *dist. c. quod sicut de elect.* & *lib.* 1. *cap.* 10. *de Episcoporum confirmat. & consecrat.* latè demonstratum est. Ecclesia autem & Altare omni tempore potest consecrari, etiam die non festiuo, etsi magis deceat, vt in die festiuo id fiat, *cap. tua de consecrat. Eccles. vel Altar.* & ostendimus *sup. lib.* 2. *cap.* 2. *de Eccles. ædifican. & consec. vers. decet autem.* At consecratio fontis Baptismalis in sabbato sancto Paschæ, & Pentecostes fieri debet, *cap. in sabbato, de consec. dist.* 4. Consecratio verò Chrismatis, & olei Catechumenorum, ac infirmorum in die Cœnæ Domini est facienda, *cap. litteris, de consecrat. dist.* 3. *cap. te referente, de celeb. Missar.* Aliæ consecrationes quandocunque fieri permittuntur, congruit tamen vt omnis consecratio ante prandium fiat, festis diebus, & ante, vel post celebrationem Missarum, illis exceptis, quæ in ipsa Missarum celebratione perficiuntur.

47 Consecrationis effectus sunt plures secundum diuersa genera consecrationum. Primò cuiusque consecrationis in genere effectus est dedicatio rei consecratæ, quæ fit ad cultum diuinum, & ad vsum factum; quamobrem non potest amplius in profanum vsum conuerti, iuxta illud *Leuit. vltim. leg. si quis sepulchrum ff. de relig. & sumpt. funer. cap. quæ semel* 19. *quæst.* 3. *cap. ligna, cap. vestimenta, de consec. distinct.* 1. *reg. semel Deo, de regul. Iuris in* 6. Carol. de Tapia *in Authent. Ingressi. C. de sacrosanct. Eccles. verb. dedicant Deo, cap.* 1. *num.* 1. & non nisi à sacratis viris contingi, aut tractari, *cap. ad hæc, de relig. domib.* quod in rebus tantum mobilibus intelligitur, nam Ecclesiæ & loca sacra, atque sacratæ personæ propter communem vsum, & ministerium fidelium contingi quidem possunt, violari autem, vel lædi absque sacrilegio non possunt, vt suprà *lib.* 1. *cap.* 39. *de priuileg. cleric. & lib.* 2. *in cap.* 3. *de immunit. Eccles.* est demonstratum. Effectus 48
verò consecrationis specialiter in sacratis personis, est spiritualis potestatis acceptio ad ministrandum, & exercendum munus cuique Ordini, aut dignitati annexum. Quod tamen attinet 49
ad substantiam vinculi spiritualis inter Clericum, vel Prælatum, & Ecclesiam suam, nihil addit Ordo vel consecratio; quia vinculum illud contrahitur per electionem, seu confirmationem; consecratio verò personæ electæ est quasi consummatio, & addit tantum potestatem exercendi ea, quæ sunt ordinis, vel Prælationis. Ipsius autem Sacramenti sicut & cæterorum effectus in quantum sunt Sacramenta, est gratia, quæ in singulis Sacramentis confertur, vt suo loco ostendimus. Consecrationis verò, Chrismatis, aut alterius olei, vel aquæ Baptismalis effectus alius non est, quàm quod signat virtutem, quæ in Sacramento ex elementis illis confecto continetur, vt supra etiam diximus (nec enim consecratio illa de substantia est Sacramenti vt alibi dictum est.) Item non nisi à Sacerdotibus contingi possunt, vt similiter diximus.

Sequitur vt de reconsecratione, & recõciliatione, 50
ac deinum de benedictione aliquid breuiter dicamus; & quidem de recõsecratione ac reconciliatione, quid in specie iura disponunt sup. à *lib.* 2. *cap.* 4. in materia violationis Ecclesiæ vidimus, in genere autem est hoc in loco de reconsecratione sciendum, quod propter Spiritus sancti vim ac virtutem, qui in consecrationibus operatur,)ita vt quod semel ritè est consecratum, firmiter atque indelebiliter consecratum permaneat) est ab Ecclesia constitutum *in cap. Ecclesiis* 68. *dist.* cum similibus, vt semel consecratum nefas sit iterum consecrare, sicut de Sacramentis imprimentibus characterem vidimus, nam idem est in altarium quoque rerum, seu locorum consecratione seruandum. Huius rei rationem Cyprianus assignat in sermone de ablutione pedum, sic inquiens. *Nemo sacro oleo litus iterum linit aut consecrat: nemo impositioni manuum, vel ministeriis derogat Sacerdotum, quia contumelia esset Spiritus sancti si euacuari posset, quod ille sanctificat, vel aliena sanctificatio emendare, quod ille semel statuit, & confirmat.* Ex certis tamen causis potest res iterum consecrari, quas alibi sæpius vidimus, veluti si fuerit execrata, quod quidem contingit cum res ipsa destruitur, ita vt non possit amplius dici talis, aliàs re ipsa manente maneret consecratio, aut si ignoretur omnino quod antea fuerit consecrata; tunc enim non dicitur iteratum, quod antea factum fuisse nescitur, *c. solemnitates* 11 1. *de consecr. dist.* 1. *c. placuit. cap. nulla. etiam de consecr. dist.* 3. *c. veniens, de Presbytero non baptizato,* & diximus suprà *lib.* 2. *cap.* 2. *de Eccles. ædific & consec.* Loquitur autem de his iterandis, quæ de substantia sunt consecrationis. Cæterùm quædam alia accidentalia ex 51
causa poterunt iterari ad reconciliationem potius, quàm ad consecrationem pertinentia; qualis est impositio manuum pro reconciliandis hæreticis,

reticis, dicit enim Augustinus *in capite manus 1. q. 1.* quod manus impositio non sicut Baptismus re-
peti non potest; quid enim, inquit, est aliud nisi
super hominem deprecatio; vnde & in Confirma-
tionis Sacramento post Baptismum, & in Ordi-
nibus conferendis, atque in Sacramento Pœniten-
tiæ, & aliis fit impositio manuum, quæ tamen
non est consecrationis, sed alterius doni iteratio,
ac nouæ gratiæ traditio, verùm nonnulla etiam
in Sacramentis non iterantur, quæ etsi Sacramen-
ta non sint, proximè tamen ad Sacramenta ac-
cedunt, & ex eorum iteratione nonnihil collato
semel Sacramento detrahi videretur, veluti in Ma-
trimonio, secundarum nuptiarum benedictio, &
in Pœnitentia solemnis pœnitentiæ iteratio, de
52 quibus vide glos. *in capite uir. autem, de secund. nupt.* Reconciliatio verò est prioris gratiæ repara-
tio, quæ per culpam amissa, vel ab initio cum sacra-
mento fuerat exclusa, vt sup. *lib. 2. c. 4. num. 27. cum seqq.* ostendimus.

53 Nunc verò de benedictione notanda est pri-
mò differentia inter consecrationem, & ipsam
benedictionem, quòd scilicet consecratio bene-
54 dictionem continet, non è contra; benedictio
enim est tantùm profanitatis, vel nequitiæ ex-
clusio, atque sanctificationis infusio, at consecra-
tio addit rei ipsius perpetuam ad diuinum cul-
55 tum dedicationem maiori adstrictam vinculo ob
grauiorem causam, ac propterea cum grauiori
pœnæ adiectione contra rei sacræ violatores. Præ-
terea benedictionis nomen latius sumitur, vt sci-
licet non tantùm ad res, & personas ipsas verùm
& ad hominum actiones, atque eorum futuros
euentus, & ad tristia, aduersaque fuganda perti-
neat. Quicquid enim benedicitur in Ecclesia, aut
fit ad rei profanitatem detergendam, aut ad ne-
quitiam immundorum Spirituum depellendam,
aut ad aduersitatem fugandam, ex qua virtus, &
sanctitas rei benedictæ infunditur, & rerum, vel
personarum prosperitas impetratur. Benedicere
56 autem contingit tripliciter secundum S. Thom.
scilicet enuntiatiuè, hoc est laudando, item opta-
tiuè, & imperatiuè. Prima benedictio est, quam
Deo tribuimus, cum toties eum benedicimus, ad
quòd semper in Scripturis sacris inuitamur & tra-
himur. Secunda est quam homo homini dare so-
let, non laudando solum, verum etiam bonum
aliquod imprecando, qualis est ille Psalmistæ, *Be-
nedicat te Dominus ex Sion, vt videas bona Hie-
rusalem.* Et hæc si à Sacerdotibus datur ex Sacer-
dotali officio super res quidem benedicendas in
Ecclesia, est imperatiua, quamuis verba optatiuè
proferri videantur. Tertia verò est, quam dat so-
lus Deus per se, vel per ministros suos, hæc au-
tem est, quæ effectus prædictos operatur, & hanc
quandoque Deus dedit per se ipsum, Genes....
quandoque verò per seruos, vt in Sacris litteris
sæpiùs contingit, & hodie in Ecclesia fidelibus
benedicit per Pontifices, & Sacerdotes, & Reli-
giosos viros; & de hac tertia loquimur hoc in lo-
co: quæ quidem largè sumpta potest esse duplex,
vna scilicet, quæ datur à puro homine propter
meritum sanctitas, in quo Christus per gratiam
inhabitat, sicut est illa, quæ à sanctis Viris peti
consueuit. Alia est quæ datur propter meritum
Christi alicui instrumentaliter applicatum, & in
hac danda requiritur Ordo sacer, non autem San-
ctitas necessariò; est autem huiusmodi benedictio
57 triplex una personarum, alia rerum, tertia verò lo-
corum.

Benedictio personarum alia solemnis est, quem 58
in diuinis Officiis dat solus Episcopus in sua
Diœcesi, Archiepiscopus, vel Patriarcha in to-
ta prouincia sua dum visitat, & Legati Apostoli-
cæ Sedis in locis suæ legationis, & Romanus Pont.
vbique terrarum, vt notatur *in capite antiqua, de
priuileg.* & habetur *in Clem. fin. eodem tit.* Vgolin.
de offic. & potest. Episcopi. capite 31. §. 2. ex num. 1.
Ego ipse *in simili tract. p. 2. alleg. 27 ex num. 63.* vbi
num. 64. post Piasec. *in praxi Episco. part. 1. capite 2.
num. 3. vers. benedicit*, & Aloys. Ricc. *in praxi au-
rea, resolut. 203. num. 5.* tenui Episcopum cele-
brantem priuatè in Diœcesi aliena posse vti benedi-
ctione Episcopali cum verbis, *Sit nomen Domini
benedictum.* Inferior verò Episcopo hanc benedi- 59
ctionem solemnem dare non potest, nisi fuerit ei
ex priuilegio concessum, quod quidem Abbatibus
vsum Mitræ, & Baculi ex Apost. Sedis priuilegio 60
habentibus est concessum *in cap. Abbates. de priui-
leg. lib. 6.* publicè verò per vias, aut per ciuitates,
vel villas, aut castella benedicere populis nequeunt,
nisi istud expressè in eorum priuilegiis habeatur,
vt dicitur in citato *cap. Abbates*, Fr. Emman. *quæst.
Regular. tom. 1. q. 18. artic. 1.* Azor. *instit. moral.
part. 1. libro 12. capite. 20. q. 7.* Piasec. *d. cap. 2.
in fine*, & censuit Sacra Rituum Congregatio *in
vna Eugubina 7. Iuly* 1604. Idem quoque non-
nullis Archipresbyteris eadem insignia Episcopalia
ex priuilegio habentibus solet esse indultum; &
hæc quidem benedictio solemnis inde tracta vi-
detur quod Aaron, & Dauid, ac Salomon post
holocausta, & pacifica populo benedixisse legun- 61
tur, in nomine Domi: quare huiusmodi benedi-
ctio per Pontifices post Diuina officia datur cum
precibus ad Domini nomen directis. Alia est 62
benedictio personarum simplex, quæ fit à Pres-
byteris tantum in Missa, non autem præsente
Episcopo sine permissione ipsius, iuxta illud
Apostoli, *minor à maiori benedicitur, non conseruo,
cap. denique 21. dist. cap. ministrare 26. quæst. 6. cap.
cum ad celebrandas, de consecrat. dist. 1.* Ego ipse,
d. part. 2. alleg. 27. num. 66. Est & alia spiritua-
lis personarum benedictio, cùm scilicet nouus mi-
les, aut monachus, vel Abbas solemni quodam
ritu per Pontificem benedicitur, vt sancta seruat
Ecclesia.

Benedictio autem rerum est multiplex, veluti 63
aquæ, cinerum, candelarum, palmarum, & oliua-
rum, vestimentorum, ac linteaminum aliarumque
rerum vtensilium Ecclesiæ, ciborum quoque ac ea-
rum rerum, quæ benedicendis, aut consecrandis
personis tradit Ecclesia, id est annuli, coronæ, en-
sis, & pilei, vexili, & aliarum rerum huiusmodi;
nihil enim solemniter sine benedictione tradi 64
solet ab Ecclesia. Atque benedictio, quæ fit cum
sale & exorcismo ad domos & homines aspergen-
dos, ac fugandos dæmones, atque ad venialia de-
licta abluenda, *cap. aquam, de consecr. dist. 3. cap.
aqua, de consecr. Eccles.* vbi citauimus Doctores *in
collectan. & de officio, & potestate Episcop. p. 2. al-
leg. 28. à n. 58.* ad solum Sacerdotem pertinet, adeò
vt quidam voluerint quòd inferior irregularitatem
incurrat, si eam præsumpserit benedicere, sicut alia
quoque exequi, quæ ad maiores Ordines spectant,
vt suo loco dicemus. Alia est aqua, quæ à solo
Episcopo benedicitur cum vino, & cinere ad re- 65
conciliandam consecratam Ecclesiam, quæ violata
fuerit, ac polluta, *d. cap. aqua, c. proposuisti, de con-
secr. Eccles.* & sup. vidimus *lib. 2. in c. 4. de destruct.
& violat. Eccl.* adhibetur autem aqua benedicta ad 66

aliarum quoque rerum benedictionem, necnon consecrationem, aut reconciliationem, omnis namque benedictio rerum, vel etiam personarum in aquæ aspersione consistit cum signi Crucis impressione, ac inuocatione sanctissimæ Trinitatis, thurificatione etiam & aliis ritibus quos seruat S. mater Ecclesia. De benedictione vestimentorum atque aliarum rerum superius egimus, de reliquis verò rebus extant formulæ Ecclesiasticorum Rituum approbatæ.

67 Campanas deinque benedicit, & Chrismate vngit Episcopus, vt scribũt Durand. *in rationali diuinorum, lib. 1. c. 4.* Stephan. Durant. *de ritibus Ecclesiæ, lib. 1. c. 22.* Vgolio. *de officio Episcopi, cap. 31. §. 1. n. 2.* late Angel. Roch. *in speciali tract. de campanis, cap. 5. de campanarum consecrat.* vbi etiam tradit formam & verba consecrationis. Lezana. *in sum. tom. 3. verb. benedictio num. 14.*

68 Potest Episcopus prohibere ne campanæ pulsentur si non sint benedictæ, vt censuit S. Congreg. Rit. *Aprutin. 5. Iulij* 1614. refert Lezana *d. verb. benedictio num. 14. in fine.*

69 Illud est aduertendum campanas. Sabbato sancto non posse in aliqua Ecclesia pulsari ante pulsationem in Ecclesia Cathedrali, vel Matrice, vt declarauit eadem S. Congregat. Rit. in Oriolen. 11. *Aprilis* 1601 & in Marsicen. 2. *Martij* 1609. & in

70 Venusin 30. *Decembris* 1614. *&* 14. *Nouembris* 1615. & in Syracusana 3. *Iunij* 1617. tam in Ecclesiis sæcularibus quam Regularibus etiam S. Ioannis Hierosolymitani, etiam prope, & extra muros existentibus, & etiam in Ecclesiis Confraternitatum, ex eadem S. Cong. in Placentina 21, *August.* 1604. & in Medrẽ. Galatti 9. *Februarij* 1608. *& in*

71 *Marsicen 6. Decembris* 1621. *&* in d. Venosin. Etiamsi adsit Ecclesia Collegiata, quæ habeat omnimodam præcedentiam supra Matricem, vt in Syracusana Modicæ 13. *Febr.* 1619.

72 In aliis verò diebus per annum ad salutationem Angelicam indifferenter ante, vel post Ecclesiam Cathedralem, vel Matricem pulsari possunt campanæ, eadem S. Congregat. Rit. in Oriolẽ. 11. *Aprilis* 1601. nisi adsit consuetudo, quæ seruanda est, vt fuit resolutũ in eadẽ *causa sub die* 21. *Augusti* 1601.

CAPVT IV.

De Beneficiis Ecclesiasticis in genere.

SVMMARIVM.

1 *Continuatio materiæ.*

2 *Christiani in primitiua Ecclesia solebant vendere prædia sua, eorumque pretia Apostolis tamquam Ecclesiæ Prælatis afferebant, vt exinde Diaconorum manibus singulis distribuerentur.*

3 *Deinde magis expedire visum fuit vt ipsamet prædia, siue immobilia bona Ecclesiis donarentur, ex quorum annuis redditibus ministrorum sustentationi perpetuò prouisum esset.*

4 *Clerici longo tempore plerisque in locis nihil proprium possidentes ex communibus Ecclesiarũ redditibus alebantur, sed postea frigescente magis in dies charitate clericis à communione recesserunt, & inde conuenientius visum fuit singulis clericis beneficiorum titulos assignare, ex quibus vita necessaria sibi possent ministrare.*

5 *Beneficiorum tituli quo tempore esse cœperunt ostenditur.*

6 Dionysius Papa *primus diuisit, & distinxit terminos Ecclesiarum, & Parochiarum.*

7 *Beneficia Ecclesiastica sunt inducta à Iure positiuo.*

7 *Beneficij Ecclesiastici definitio.*

9 *Beneficium numeratur inter res incorporales, quod per se, id est per essentiam spirituale non est, sed quatenus ab officio spirituali dependet, propter quod exercendum datur.*

10 *In beneficiis tria distinguuntur, videlicet ipsum beneficium, seu obligatio ad illud, ius percipiendi certos redditus ex bonis Ecclesiasticis, & ipsi fructus.*

11 *Beneficium Ecclesiasticum non datur ad tempus, sed in titulum perpetuum.*

12 *Beneficia aliqua vt speciali iure & priuilegio possint non esse perpetua, non repugnat perpetuitati beneficij.*

13 *Beneficij de essentia est, quod sit perpetuum saltem quoad acceptionem.*

14 *Beneficium datur propter officium.*

15 *Beneficium Ecclesiasticum debet Episcopali auctoritate fundari.*

16 *Episcopi auctoritas dum in erectione beneficij desideratur, non est beneficium, sed res stat in pendenti, nec aliquod iuspatronatus quæritur fundatori.*

17 *Beneficium ante Episcopi approbationem dicitur pia donatio, ac pium legatum, si fortè pro Missis celebrandis, vel pro anniuersario, vel etiam in perpetuum quidpiam relictum sit.*

18 *Beneficium ante approbationem Episcopi potest concedi per laicum per modum tamen simplicis deputationis sacerdotis.*

19 *Capellania cum onere celebrationis Missarum constituta sine auctoritate Episcopi censentur laicales, possuntque ad eas merè laici præsentari.*

20 *Legatum factum cum onere celebrandi Missas, carens tamẽ erectione seu institutione Ordinarij in beneficium, est quid laicale, & temporale.*

21 *Episcopo pertinet in limine fundationis beneficij examinare locum erectionis, dotis congruentiam, & futurum regimen.*

22 *Consensus expressus Episcopi exigitur in erectione alicuius beneficij, de quo si constiterit omnia præsumuntur ab eo diligenter excussa etiam circa congruentiam dotis.*

23 *Episcopi auctoritas in institutione beneficij ab initio præsumitur si Ecclesia ædificata reperiatur in forma debita habeat dotem, & Rectorẽ.*

24 *Beneficium ex quibus cognoscitur? ostenditur, & num. seq.*

25 *Beneficium vt aliquod sit necessarium requisitum est quod conferri non possit nisi ab Ecclesiastica persona, non vero à laico.*

26 *Beneficij requisitum est quod sit conferendum clerico, non laico.*

27 *Beneficium cognoscitur ex ipsius qualitate, quia het aliquid spiritualitatis, annexum.*

28 *Beneficium cognoscitur ex modo prouidendi, quia debet prouideri purè, & sine pacto, modo, vel conditione.*

29 *Beneficium conferens non potest illud sibi conferre, an retinere.*

30 *Beneficium quo nomine nuncupetur non est curandum.*

31 *Beneficij erectio, seu fundatio in iudicanda eius qualitate attendi debet.*

32 *Bene*

32 *Beneficij vltimus status non attenditur quãdo clarè constat de anteriori statu, scilicet laicalitatis, & temporalitatis.*

33 *Beneficiorum varia diuisiones*

34 *Beneficiorum omnium summa diuisio est quod alia sunt sacularia, alia Regularia: sacularia sunt qua sacularibus. Regularia qua regularibus, conferri consueuerunt.*

35 *Beneficium Regulare de iure nouitio non potest conferri.*

36 *Beneficium Regulare potest dari iuxta decretum Concilij Trident. nondum professis, imò his qui habitum nondum suscepere, modo habitum suscipere, & professionem emittere teneantur.*

37 *Clericis secularibus possunt conferri beneficia Regularia per Ordinarios collatores inconsulto Papa, dummodo habitum suscipere, & professionem emittere omnino teneantur.*

38 *Ad beneficia regularia administrationem habentia nullus eligi debet, nisi prius professionem expressè emiserit.*

39 *Beneficia Regularia sacularibus, & è conuerso conferri possunt, in defectũ regularium, aut si vrgeat necessitas, putà quia idonei nõ reperiũtur.*

40 *Regularis Sacerdos in subsidium admittitur ad saculare beneficium Curatum.*

41 *Beneficia omnia sacularia prasumuntur nisi ex aduerso Regularia probentur.*

42 *Beneficia omnia in dubio prasumuntur libera.*

43 *Beneficium saculare quomodo in Regulare transformetur; ostenditur.*

44 *Beneficia qua per 40 annos consueta sũt regi per viros Regulares regularia dicuntur.*

45 *Beneficium Regulare obtentum per saculares per 40 annos, & vltra, efficitur seculare, concurrentibus aliquibus conditionibus.*

46 *Tempus 40. annorum requiritur ad prascribendũ statum beneficij.*

47 *Papatus inter omnia beneficia primum locum obtinet, sed non propriè, vt n. 84.*

48 *Beneficia vacant per adeptionem summi Pontificatus.*

49 *Episcopi beneficia habere dicuntur.*

50 *Beneficiorum appellatione in pœnalibus, aliisque stricta interpretationis Canonibus non veniunt Patriarchatus, Archiepiscopatus, & Episcopatus.*

51 *Dispensatio ad omnia beneficia, & quascumque dignitates, non extenditur ad Episcopalem propter excellentiam, & culmen illius.*

52 *Cardinalitia dignitas verè est beneficium ecclesiasticum.*

53 *Beneficia & dignitates in Ecclesiis Cathedralibus, & Collegiatis, qua?*

54 *Dignitates omnes tam maiores quàm minores appellatione beneficij ecclesiastici in fauorabilibus, & in materia largè intelligenda comprehenduntur.*

55 *Ecclesia Parochialis, seu Curata, est beneficium ecclesiasticum.*

56 *Rectoria est beneficium ecclesiasticum, & ita dicitur, quia plebem & populum sibi commissũ cum cura regit illius Rector.*

57 *Plebania, qua ita dicitur a Plebe, cuius curã gerit Plebanus, est beneficium ecclesiasticum.*

58 *Vicaria perpetua est beneficium ecclesiasticum.*

59 *Commenda perpetua est beneficium ecclesiasticum*

60 *Canonicatus prabendati Ecclesiarum Cathedralium, & collegiatarum sunt beneficia Ecclesiastica.*

61 *Canonicus sine Prabenda non potest dici beneficiarius.*

62 *Assisij, seu Mansionarij dicuntur beneficiarij.*

63 *Capellania in perpetuum auctoritate Episcopi instituta est beneficium Ecclesiasticum.*

64 *Prastimonia collata in titulum beneficij perpetui sunt verè beneficia ecclesiastica.*

65 *Hospitalia Ecclesiastica sunt beneficia si auctoritate Episcopi instituta & constructa sint, vt Rectoribus in titulum ad eorum vitam seu in perpetuum conferantur.*

66 *Beneficia Regularia obtinere dicuntur illi, qui possident, nempe illa qua ex fundatione, dotatione, aut Ordinarij, seu superioris institutione, vel saltem ex prascriptione Regularibus tantum conferuntur.*

67 *Beneficium Regulare est quando in eius fundatione statutum reperitur illud per Regulares administrandum.*

68 *Beneficium vt propriam naturam mutans fiat ex seculari regulare qua requirantur? ostenditur.*

69 *Regularium beneficiorum nomina referuntur.*

70 *Beneficia Regularia quamuis manualia cum aptitudine sint perpetua, sunt verè beneficia ecclesiastica.*

71 *Vacatio per obitum, & remotionem datur in manualibus beneficiis.*

72 *Beneficia Regularia sunt duplicia, quadam collatiua, quadam electiua.*

73 *Collatiua beneficia dicuntur qua instar secularium conferuntur auctoritate superioris.*

74 *Electiua beneficia sunt, qua per electionem Canonicam suffragiis electorum conferuntur, accedente Pralati confirmatione.*

75 *Beneficij electiui in litteris semper mentio est facienda si beneficium huius qualitatis sit.*

76 *Regularis est incapax pensionis obtinenda super beneficio saculari siue simplici, siue curato absque Romani Pont. dispensatione.*

77 *Canonicus Regularis, vel monachus Ordinis non Mendicantis potest eligi ad Episcopatum, vel aliam Pralaturam secularem.*

78 *Pralatus Ordinis tenetur tunc licentiam dare professo beneficium accipiendi si necessitas, vel vtilitas Ecclesia postulet.*

79 *Canonici Regulares an secularia beneficia Curata obtinere possint? ostenditur.*

80 *Conuentus Regularis si deficiat, & per Regulares reformari non possit, tunc Episcopus clericos seculares instituere poterit.*

81 *Beneficia omnia tam secularia quam regularia largè continentur sub beneficij appellatione.*

82 *Canonicatus appellatione venit etiam Canonicatus regularis.*

83 *Beneficium strictè sumptum intelligitur simplex tantum sine cura.*

84 *Ecclesia appellatione plerumque intelligitur beneficium principale Ecclesia.*

85 *Ecclesia in ciuitate, vel diœcesi appellatione non intelligitur Cathedralis nisi aliud exprimatur.*

86 *Beneficium in materia odiosa est strictè interpretandum.*



VIDEAMVS iam de rebus Ecclesiæ incorporalibus, quæ sunt iura percipiendi Ecclesiæ fructus, ac redditibus, & generali nomine beneficia nuncupantur. 1

De beneficiis igitur ecclesiasticis tractaturus, primùm te scire volo studiose lector, in 2

primitiua Ecclesia Christianos vendere solitos prædia sua, eorumque pretia Apostolis, tanquam Ecclesiæ Prælatis afferre, vt exinde Diaconorum manibus singulis distribuerentur, prout cuique opus erat, vt constat ex *Act. Apost. cap. 4. & 5.* non quòd Christiani ad talem bonorum communicationem lege aliqua adstringerentur; sed id faciebant ex libero piæ voluntatis proposito, nonnonquam etiam promissione, ac voto intercedente; sicut colligere licet ex facto Ananiæ, & Sapphyræ, de quibus ita scribit S. Chrysostom. *homil. 12. in Acta. Oportebat initio habere siue retinere, & non promittere, nunc autem postquam consecrasti, maius sacrilegium commisisti, tibi licebat tua retinere, cur ergo sacra fecisti, & postea accepisti.*

3 Deinde verò magis expedire visum fuit, vt ipsamet prædia, siue immobilia bona Ecclesiis donarentur, & consecrarentur, ex quorum annuis redditibus ministrorum sustentationi perpetuò prouisum esset, *cap. futuram, & seq. 12. quæst. 1.* & ex tunc quòd Ecclesia cœpit prædia & possessiones huiusmodi habere, ac retinere, de eorum fructibus, ac prouentibus stipiendia certa clericis, Ecclesiæ ministris communem vitam ducentibus, Episcopo præsidente, assignabantur, *cap. videntes, cap. expedit, cap. duo sunt*, cum aliis 12. *q.* 1. dignum enim, & congruum visum fuit antiquis Ecclesiæ Patribus, vt qui diuinis adscribuntur obsequiis, Ecclesiasticis quoque stipendiis sustentarentur, *cap. cùm ex officiis, de præscript.* nam lex diuina *Deuter* 18. præcepit, vt qui Altari deseruit de Altari quoque viuere mereatur; Apost. etiam 1. *ad Corinth. 9.* refertur *in cap. Sacerdos 1. qu. 2. & in cap. ex his 12. q. 1. & in cap. ecclesiastici, 12 qu. 2. & in cap. doctos 16. quæst. 1. & in cap. extirpanda, de præben.* Propterea Deus ipse *Numer.* 18. *Aaron Sacerdoti, & filiis suis, qui Sacerdotio deseruiebant, primitias, & alia, quæ Deo offerebantur, concessit, dicens, Omnis oblatio, & sacrificium, & quicquid pro peccato redditur mihi, tuum erit, & filiorum tuorum*; & iterum, *Filiis*, inquit, *Leui dedi omnes decimas Israël in possessionem pro ministerio, quo seruiunt mihi in tabernaculo fœderis.* Denique Paul. ait ad Corinth. 9. *Si nos vobis spiritualia seminauimus, magnum non est si nos carnalia vestra metamus*; sicut & ipse Dominus in *Euangelio Lucæ* 10. præcipit discipulis, vt ab his, quibus benefacerent, accipere, & comedere quæ eis apponerentur deberent. *Dignus est enim*, inquit idem Paul. 1. *ad Timoth. 5. operarius mercede sua.*

4 Porrò longo tempore clerici plerisque in locis nihil proprium possidentes ex communibus Ecclesiarum redditibus alebantur; quamobrem Canonici, id est Regulares dicti sunt, quia in commune viuentes ad certam viuendi normam astringebantur, in qua vsque ad S. Gregorij & Augustini tempora permanserunt. *cap. quia, cap. scimus, cap. volo, c. non dicatis, cap. quoniam* 12. *quæst.* 1. Postea verò frigescente magis in dies charitate, clerici à communione recesserunt, vt constat ex text. Vrbani Pontificis, & ex S. Augustino *in cap. videntes, & in cap. habebat, ead. causa & quæst.* & inde tandem conuenientius visum fuit, parochias diuidere, & singulis clericis beneficiorum titulos assignare, ex quibus, vitæ necessaria sibi possent ministrare, vt constat ex *cap. 1.* aliàs *vnic. 13. quæst. 1.* cuius verba infra referemus, & ex *c. pastoralis, in princ. de his, quæ fiunt a Prælatis sine consensu Capituli*; & hinc beneficiorum tituli esse cœperunt.

Primus autem locus, & nullus alius antiquior 5
reperitur, in quo ponatur vox hæc, *beneficium ecclesiasticum*, in hac, qua vtimur significatione, est Concil. Moguntiacum, relatum *in cap. 1. de de ecclesi. ædif.* quod celebratum est anno post Christum natum 813. vt refert Carranz. *in sum. Concil. sub eodem Concilio Moguntiaco cap. 41. pag.* 311. Sed multò antea beneficiorum Ecclesiasticorum nomen vsurpauit ipse Beatus Innocentius I. qui sub ann. Christi 400. floruit, *in epist. sua 2. cap. 10. vol. 1. Concil. & cap. si monachus ad clericatum 16. q. 1.* vt refert Boët. Epo *in comment ad cap. 1. num. 33. de testament.* Prout etiam multò antea præcesserat
vniuersalis Dionysij Papæ diuisio, qui scribens 6
Seuero Episcopo *Epist.* 2. prout refertur *in d. cap.*
vnico 13. qu. 1. vbi sic ait. *Ecclesias singulas singu-* 7
lis Presbyteris dedimus, parochias, & cœmeterias eis diuisimus, & vnicuique ius proprium habere statuimus; ita videlicet, vt nullus alterius parochiæ terminos, aut ius inuadat, sed sit vnusquisque suis terminis contentus, & taliter Ecclesiam & plebem sibi commissam custodiat, vt ante tribunal æterni Iudicis ex omnibus sibi commissis rationem reddat & non iudicium, sed gloriam pro suis actibus accipiat; ex quo loco colligunt Doctores communiter præfatum Dyonisium Papam primùm diuisisse, & distinasse terminos Ecclesiarum, & Parochiarum, vt tradunt Doctores citati in meis Collectan. *ad. d. cap. vnic.* & dixi *lib. 1. cap. 21. de diœcesibus, & parochiis, in princ.* indeque deducunt beneficia Ecclesiastica esse inducta à Iure positiuo, sicut resoluunt Selu. *de benef. part. 1. q. 4.* Marsil *de reddit. part. 1. cap. 8. à princ* Moscon. *de maiest. militantis Ecclesiæ lib. 1. part. 3. cap. 1. pag.* 418. Azor. *instit. moral. p. 2. lib 9. cap. 1. quæst. 1.* Lotter. *de re benefic. lib. 1. quæst.* 4. Beneficij nomen magis à benefactoribus Ecclesiæ perpetuis, benefaciendoque simpliciter deducere mallem quàm ad beneficiorum illorum referre similitudinem, quæ vel militibus olim dabantur, vel feudorum postea nomen induerunt; vt non à concessione illa Iuris in quendam quasi vsumfructum quo quadantenus Ecclesiastica beneficia vulgo censentur, sed à liberalitate primorum benefactorum, seu patronorum appellationem sint adepta, ita Boët. Epo *in comment. ad cap. 1. de testament. num.* 44.

Beneficium Ecclesiasticum à Doctoribus variè solet definiri, vt constat ex scribentibus *in rubr. de præbend. & in reg. beneficium, de regul. iur. lib. 6.* vbi Pech. *n.* 2. Corras. *de Sacerdot. par 1. c. 2. n. 1.* Duaren. *de sacris eccles. minister. l. 2. c.* 4. Hoied. *de incompatibil. benefic. in præfat. n.* 2. Sebast. Medic. *de definit. part. 2. cap.* 16. Petr. Gregor. *in instit. rei benefic. c. 6. n. 1. & syntagm. Iuris lib. 3. c.* 2. Squillante *de priuil. cleric. cap. 4. num* 1. Quintan. *ad Eccles. lib. 1. cap.* 3. Gonzal. *ad reg. 8. cancel glos. in princ. à n.* 2. Nicol. Garc *de benef. part. 1. cap.* 2. Gabr. Peregr. *de manu Regia p. 2. c. 62. n. 1. & seqq.* Moscon. *de maiest. milit. Eccles. lib. 1. p 3. fol.* 419. nouissimè Gonzales de Saizedo *de lege politica lib. 2. cap. 16. num.* 11. sed n eius definitur, vt *sit ius perpetuum, quoad ipsum accipientem spiritualibus annexum ad percipiendos redditus ecclesiasticos ratione spiritualis officij, ecclesiastica auctoritate constitutum*; quibus verbis omnia comprehenduntur, quæ ad beneficium ecclesiasticum constituendum Doctores requirunt, vt per Rebuff. *de pacificis possess. num. 287. cum seqq.*

Ioan.Nicol. *de iurepatr.lib.* 1.*num.* 26.& com hac definitione videntur coinicidere,vel faltem parum differunt adductæ Azor. *instit. moral.par.* 2. *lib.* 3. *cap.*1.*q.* 2.Lessi.*de iustit.lib.*2.*cap.*34 *à num.*1.Ant. Fabric.*in praxi benefic.in prælud.par.*1.*à.n.*20.Paul. Layman *in Theolog.moral.lib.*4.*tract.*2.*cap.*1.Sebast Cæl.*in relect.de ecclesf.hierarch.par.*3.*disput.* 12.§. 6.*num.*34.

9 Dixi *Ius*, quia beneficium nnmeratur inter res incorporales, quod per se, id est, per essentiam, spirituale non est, sed quatenus ab officio spirituali dependet. propter quod exercendum datur, *cap.vlt.de rescript.lib.* 6. explicant S. Thom. 2.2. *q.*100.*art.*4.Sot.*de iustit.lib.*9.*q.*1.*artic.*1. Vgolin. *tab.* 1.*de simonia in genere cap.* 34. Nicol. *d. c.* 2. *num.*6.& ideo in definitione additum est, *ratione spiritualis officij*, quod vt melius percipiatur cum
10 Suar.*tom.*1.*de Relig.lib.*4.*de simon.cap.* 24.*num.* 1. & 2. Lessi.*de iust. lib.* 2.*cap.* 34.*dubit.* 1.*num.* 2. ac Paul. Layman *in Theogia morali lib.* 4. *tract.* 2. *cap.*1.*n.*2.*vers.ratione*, adnertendum duxi tria possi distingui in beneficio. Primum est ipsum beneficium,seu obligatio ad illud,& hoc est omninò spirituale, non tamen est beneficinm, sed fundamentum, & causa beneficij. Secundum est ius percipiendi certos redditus ex bonis ecclesiasticis, & hoc ius est propriè beneficiom, nasciturque ex officio tanquam ex sua causa,& est quid spirituale, quia oritur ex re spirituali, nempè officio in quo fundatur, & cui inseparabiliter est annexum.Tertium sunt ipsi fructus, qui temporales dici possunt.

11 Dixi,*perpetuum*,quia beneficium ecclesiasticum non datur ad tempus, sed in titulum perpetuum, vt in *cap.sanctorum* 70.*dist.*glos. *verb. à Romano Pontificibus in cap.si gratiosè de rescript. lib.*6.facit tex.in *cap.dilecto, vers. præterea, de præbend.* & *in cap.ex parte, de concess.præbend.* & *in cap. postulasti, de rescript.*Lap.*alleg.*6.*num.*3.Auhil.*decis.*1.*num.*4. *de offic. Vicar.*Franc. Marc. *Delphin. decis.* 1071. *Quæritur an beneficial.*1.& *decis.*120.*num.*21.Roman.*cons.*345.*circa primum num.* 13. Azor. *instit.*
12 *moral.par.*2.*lib.*3.*cap.*1.*q.* 2.*vers.ex his*,Lessi.*d. dub.* 3.*num.*3.Card. Tusch.*pract.concl.tom.*1.*lit. A.conclus.*55.*ex nu.*1.[Alphons.de Leone *de officio Capellani.q.*1.*q.*3.*num.* 46.Sed est aduertendum quòd licèt perpetuitas de Iure sit essentia beneficij iuxta supra citatos,non tamen repugnat, vt speciali iure, & priuilegio aliqua beneficia possint non esse perpetua, *d.cap.si gratiosè*, & *ibi* gloss. Cassad. *decis.*12.*num.*9.*de præben.*Nicol.Garç.*de benef.p.*1. *cap.*2.*num.*75.Rot.*in Gerunden.personatus,* & *canonicatus pia* 17. *Maij* 1630. *coram R. P. D. Verospio,* impressa per Tamburin.*post to.* 3. *de iure Abbatum decis.* 14. *num.*3.& 4.& per Alphos. de Leone *d.q.* 3.*num.*48.

13 Addidi, *quoad ipsum accipientem*,quia id semper in eo necessarium est,*d.cap.sanctorum,ibi,in qua ecclesia quilibet intitulatus est*, ibi,*perpetuò perseueret,c.*1. *iuncta glos.verb.perpetuo.de cappell.monach. lib.*6.licèt ex parte dantis temporale esse possit, vt videre est in beneficiis manualibus, de quibus in *cap.cum ad monasterium,vers.ne alicui,de statu monach.in Clem. vnic.vers.præmissa,de supplen.neglig. Prælat.* & de illis infrà latiùs, & ideò de essentia beneficij esse quod sit perpetuum, saltem quoad accipientem, meritò resoluunt Doctores communiter,vt constat ex Cassad. *decis.*4.*nu.*2.& *decis.*2. *num.*9.*de præben.* Cæl.de Graffis *decis.* 13.*num.*7. *eod.tit.* Azor.*instit.moral.p.*2.*lib.*3.*c.*1.*q.*3.*vers.*4. *Augast.Barbos.de Iur.Ecclesf.vniu*,

quando.Buratt.*decis.*224.*n.*4.Caual.*dec.*639.*n.*9.

Sequitur,*ratione spiritualis officij*,quia omne beneficium datur propter officium,quod in laudibus diuinis cōsistit,vt per Tiraq.*in tract. Cessante causa p.*1.*limit.*23.*num.*10.Cabed.Lusit.*decis.*91.*n.*4.*p.*2. Gonzal.*ad reg.*8.*cancell.glos.*5.*n.* 8. Nicol. Garç. *de benef.p.*1.*c.*2.*n.*60. & *p.*7.*c.*11.*n.*1. Monet. *de distribut. quotid. p.*2.*q.*2 *num.*40. 14

Demum subdidi, *ecclesiastica auctoritate constitutum*; quia beneficium ecclesiasticum debet Episcopi auctoritate fundari,gloss.*verb si beneficiorum vers.quia constat in Clem. de decim.* Cæs. de Grass. *decis.*13.*n.*9.*de præben.*Guid Pap.*decis.*187.*n.*1.Bertrand.*cons.*379.*num.*1.*lib.*6.Selu.*de benef.par.*1.*q.* 5.*num.*29,Gonzal.*ad reg.*8.*Cancell.glos.*5.*num.*7. Melchior.Lotter.*de re benef.li.*1.*q.*5.*a.*40.Caualer. *decis.*639.*num.*8.Ego ipse *de offic.* & *potest Episcopi p.*3.*alleg.*70.*post num.* 35.*vers.illud*, secundùm Lugdunen.impress. Rot.*in Monopolitana hebdomadæ* 1. *Iulij* 1613.*coram bo.me, Patriarcha Manzanedo.* & *in Melfiten. legati pij* 23. *Ianuarij* 1629. *coram R.P. D. Dunozetto,* & *decis* 788.*num.*2.apud Farin.*p.*1 *in posthum.alias p.*3. *recent.*Interim verò dum talis auctoritas desideratur, non est beneficium, sed res stat in pendenti,nec aliquod iuspatronatus quæritur fundatori, Felin.*in cap.ex parte il.*2.*num* 2.*de rescript.* cum aliis per Rot.*decis.*361. *num.*3.*p.*2.*recent.* Lotter. *d. q.*5.*cap* 55. dicitúrque simpliciter pia donatio, ac pium legatum, si fortè pro Missis celebrando, vel pro anniuersario, vel etiam in perpetuum quidpiam relictum sit, Rebuf. *in praxi tit. Quare instituta sunt benef.n.*10.Lotter. *d.q.*5.*num.*56. vbi *num.*57. subdit, quòd beneficium ante approbationem Episcopi potest concedi per laicum, per modum tamen simplicis deputationis sacerdotis, & *n.*59.& 60. quòd capellaniæ cum onere celebrationis Missarum constitutæ sine auctoritate. Episcopi censentur laicales; possúntque ad eas merè laici præsentari, & *n.*61. disputat an sit necessaria iustificatio expressæ auctoritatis Episcopi in erigendo beneficio, vel sufficiat tacita? Et ad illud, quòd legatum factum cum onere celebrandi Missas, carens tamen erectione, seu institutione Ordinarij in beneficium, est quid laicale,& temporale, vide Nauar. *cons.numero* 1.& *cons.*2.*num.*1.*de præben.* Guid Pap.*decis.*187.*n.*1.& *seq.* Sarnen.*in reg.de anual.q.*2.Gonzal. *ad reg.*8. *cancel.gloss.*5.*n.*20. & fuit resolutum *in dictis Monopolitana hebdomadæ,* & *Melfiten. legati pij.* Ad ipsum igitur episcopum pertinet in fundationis limine examinare locum erectionis dotis congruentiam, & futurum regimen, Calderin. *cons. vlt.col.*1.*vers* & *ratio qua, de iure patron.* Lotter.*d. lib.*1.*q.*32.*num.*5.nec ideò sufficeret consilium,aut ipsius consensus petitio, nam exigitur consensus expressus, vt per Lambert. *de iurepatron.lib.* 1. *p.*1. *in* 9.*quæst. art.* 2. *n.*131. de quo vbi constat omnia prædicta præsumuntur ab eo diligenter excussa, etiam circa congruentiam dotis, Lambert. *d.lib.*1.. *p.*1. *quæst.*5. *art.*11. & sequuta est Rota *decis.*521 *num.*1.*part.*2.*recent.*cuius meminit Lotter *d,q.*32. *num.*7.vbi intelligit de consenso adhibito in ipso fundationis limine. Hæc autem Episcopi auctoritas in institutione beneficij ab initio præsumitur, si Ecclesia ædificata reperiatur in forma debita,habeat dotem, & Rectorem, vt per Cardin.*cons.* 11. *sub num.*6.*vers.item caueat*, Barbat. *cons.*33.*num.*1. *lib.*1. Rota *in Hipporegien. Capellæ* 3. *Iunij* 1613. *coram R.P.D.meo Pironano.* 15 16 17 18 19 20 21 22 23

Et ex prædicta definitione, & supra relatis, 24

apparet quomodo cognoscatur beneficium Eccle-
siasticum ; cegoofcitur enim ex sequentibus. *Pri-*
25 *mò* ex persona prooidentis, quia est persona Eccle-
siastica, est enim requisitum necessarium, vt si ali-
quod beneficium, quod conferri non possit, ni-
si ab Ecclesiastica persona, Episcopo, vel Prælato
non verò à laico, *cap. si quis deinceps, cap. si quis nul-*
lus 16. *q.* 7. Abb. *cons.* 47. *Illud de iure, lib.* 2. Anchar.
in reg. beneficium, n. 3. *de regu. iuris lib.* 6. Lambertio.
de iurepatr. lib. 1. *q.* 9. *art.* 3. *num.* 10. *post princ.* Aloys.
Ricc. *par.* 4. *collect.* 1042. *vers. quartum*, Rebuff. *de*
pacific. possess. n. 287. *in princ.* Rot. *decis.* 318. & 319.
& 343. *part.* 2. *diuers.* Nicol. Garc. *de benef. par.* 1.
cap. 2. *num.* 32. Flamin. *de confid. p.* 7. *n.* 6. Cardin.
Tusch. *tom.* 1. *lit. A conclus.* 54. *num.* 5. Rota *d. decis.*
788. *n.* 3. *apud Farin. par.* 1. *in posth.* Gabriel. Pere-
ira *de manu Regia p.* 2. *cap.* 48. *num.* 6. *vers. Quod*
sit, Alphos. de Leone *de offic. capit. p.* 1. *q.* 4. *num.* 35.
26 *Secundò* ex persona, cui prouidetur, quia requisi-
tum quoque est quòd sit conferendum clerico,
non laico, *cap. cum adeò de rescript. cap. ex litteris,*
de transact. cap. 2. *de instit.* Selu. *de benefic. num.* 2.
Gig. *de pension. q.* 22. *n.* 12. Boër. *decis.* 171. Flamin.
Paris. *de pension. q.* 22. *n.* 12. Boër. *decis.* 171. Flamin.
q. 7. *num* 7. late Card. Tusch. *d. lit. A conclus.* 56.
per tot. latè Gonzal. *ad reg* 8. *cancel. glos.* 2. *ex num.*
60. Nicol Garc. *de benef. part.* 1. *cap.* 2. *ex num.* 28.
Ricc. *vbi suprà vers. tertium, & par.* 5. *collect.* 1557.
Gabr. Pereira *d. cap.* 48. *num.* 6. *vers. quod sit*, Alphons.
de Leone *d. q.* 3. *num.* 35. & fuit consideratum *in*
Monopolitana hebdomada 2. Iulij. 1613. *coram bo. me.*
27 *Patriarcha, Manzanedo. Tertiò* ex qualitate ipsius
beneficij, quia habet aliquid spiritualitatis anne-
xum, nam propter diuinum Officium datur
beneficium *cap fin. de rescript. in* 6 Abb. *d. cons.* 47.
n. 1. *vers. tertium consideratur*, Anchar. *in d. reg. be-*
neficium. num. 4. Aloys. Ricc. *d. collect.* 1042 *vers. se-*
cundum, Lambet. *d. art.* 3. *num.* 3. *vers. tertio requiri-*
tur, Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell glos.* 5. *num.* 8. Flamin.
de confident. q. 7. *num.* 22 Nicol. Garc. *d cap.* 2. *n.* 7.
vbi *num.* 49. ex hoc infert iudicem laicum de cau-
28 sa beneficij non posse cognoscere. *Quartò* ex mo-
do prouidendi, quia debet prouideri purè, & sine pa-
cto, modo, vel conditione, *cap. si quis dator, &*
seq. cap si quis obiecerit 1. *q* 3. *cap. ex parte il* 1. *de of-*
fic. deleg. cap. 2. *de elect. lib.* 6. Abb. *d. cons.* 47. *n.* 1. *vers.*
quartum consideratur, Selu. *de benefic. in princ. n.* 5.
Reboff. *in praxi benefic. tit. requisita ad collationem*
bonam. num. 2. & 3. Gonzal. *d. glos.* 5. *num.* 15 Flamin.
29 *de confid. q.* 7. *num.* 13. Nicol Garc. *de benefic. part.* 8.
cap. 2. *ex num.* 1. nouissimè Gonzales de Salzedo *de*
lege politica lib. 2. *cap.* 16. *num.* 42. *cum seqq.* nec
conferens potest sibi illud conferre, aut retinere,
iuxta tex. *in cap. fin. de instit. & in cap. relatum, de*
præbend. Gonzal. *d. glos.* 5. *num.* 14. vbi *num.* 16. post
Rot. & Doctores, concludit prædicta requisita
30 esse substantialia in beneficio ecclesiastico, &
num. 17. aduertit non esse curandum quo nomi-
ne beneficium noncupetur, verum beneficium,
Capellania, Præstimonium, Officium, Portio, siue
pensio, vel alio nomine vocetur, quia nunquam
dicitur beneficium ecclesiasticum, si prædictæ
qualitates non concurrant, ex quo non est vis in
nomine, sed potius attendi debet natura rei, quàm
simplex nominatio, *arg. l. si vne ff. locati, & cap. ea*
31 *quæ de simon.*
Et ideò in iudicanda qualitate beneficij erectio,
seu fundatio tantùm debet attendi, *cap. porro, de*
priuileg Rota *in Ripana Oratorij* 10. *Maj* 1591
coram bonæ memoriæ Gyptio, & in Melfiten. legati
pij 24. *Ianuarij* 1619. *coram R. P. D. Dunnozetto*
vbi fuit dictum quòd legatum factum cum onere
celebrandi Missas, non poterat dici beneficium ec-
clesiasticum, sed erat quid laicale, & temporale.
Felin. *in cap. ex parte il* 2. *num.* 2. *de rescrips.* Nau.
cons. 5. *num.* 1. & *cons.* 7. *num.* 1. *de præben.* Gonzal.
ad reg. 8. *cancel. glos.* 5. *num.* 20. Sarnen. *in regul. de*
annali q. 2. nonobstante quòd in prouisione facta 32
ad fauorem vltimi possessoris adsit institutio Or-
dinarij, quia hic vltimus status, qui aliàs attendi
debuerat, iuxta *cap. cùm de beneficio, de præben. lib.*
6. non attenditur, quando clarè constat de anteriori
statu, scilicet laicalitatis, & temporalitatis, Dec.
cons. 126. *n.* 3. *in fine*, Rot. *decis.* 2 *de præb. in nouis &*
decis. 188. *num.* 1. *circa med. vers. quia licet part.* 1.
recent.
Beneficiorum variæ sunt diuisiones, vt videre 33
est apud Rebuff. *in praxi tit. Quotuplex sit benefi-*
cium, Hoied. *de incompatibil. benefic. in præfat. nu.* 7.
Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancell. glos.* 7. *num.* 39. Nicol.
Garç. *d. p.* 1. *cum seqq.* Lessi. *de iustit. lib.* 2. *cap.* 24.
dubit. 2. Azot. *instit. moral. par.* 2. *lib.* 3. *cap.* 1. *p.* 4.
Viuian. *in praxi iuris part.* 1 *lib.* 1. *cap.* 1. *ex num.* 5.
vsque ad num. 178. Paul. Layman *in Theologia mo-*
rali lib. 4. *tract.* 2. *cap.* 4.
Summa tamen omnium beneficiorum largè 34
sumptorum diuisio est, quod alia sunt sæcularia,
alia Regularia. Sæcularia sunt, quæ sæcularibus,
Regularia, quæ Regularibus conferri consueue-
runt, vt deducitur ex text. *in cap. cum de beneficio* 6.
& *in cap. cùm singula* 32. *de præben. lib.* 6. & *in Clem.*
1. *de supplen. negligent. Prælat.* & *in Clement.* 1.
de elect. Concil. Trid. *sess.* 14. *de reform. cap.* 10.
explicat Rebuff. *tit. Quotuplex beneficium sit.* Ho-
ied. *de incompatibil. benefic. part.* 1. *c.* 14. *à num.* 91.
Læl. Zechi. *tit. benef num.* 2. Couar. *in cap.* 2. *num.* 2.
& 3. *de testam.* Flamin. Paris. *de resign. benefic. lib.* 4.
q. 5. Quintanad. *eccles. lib.* 1. *cap.* 4. *à num.* 14. Gon-
zal *d. glos.* 7. *à princip.* Azot. *d. lib.* 3. *cap.* 1. *q.* 4. Card.
Tusc. *tom.* 1. *litt. B. concl.* 67. Aloys. Ric. *in collect.*
decis. part. 4. *collect.* 763. Stephan. Gratian. *discept.*
forens. c. 574. *num* 15. *cum seqq.* Campan. *in diuers.*
Iuris Canon. rubr. 12. *c.* 7. *num.* 14. Nicol. Garç. *d.*
c. 6 *à num.* 11. & *part.* 7. *c.* 10. *à princ.* Anton. Fa-
bric. *de re benefic. de sæculari & regulari benefic.*
Hiero. Roder. *in compend. quæst. Regular. resol* 15.
n. 1. & 4 Viuian. *d. c.* 1. *ex num.* 79 *in nouiss. impress.*
Sebast. Cæs. *in relect. de eccles. hierarchia disp.* 14.
§. 1. *n.* 2. Paul. Layman *d. c.* 4. *num.* 1. & 2. Squilante
de priuileg. cleric. c. 4. *num.* 1. nouissimè Tambur. *de*
iure Abbatum tom. 3. *disp.* 9. *q.* 2. *num.* 4. vbi citat
meipsum in hoc loco. & *q.* 6 *à num.* 1. Lotter. *de re*
benef. lib. 3. *q.* 8. *n.* 94. Gab. Pereira *de manu Regia p.*
2. *c.* 62. *num.* 4. Solorzan. *de iure Indiar. tom.* 2. *lib.* 3.
cap. 16. Clericus secularis si beneficium regulare
per triennium possederit vti seculare, præsumitur
dispensatus ad illud vita durante vti beneficium
seculare, Rebuff. *de pacificis possess. q.* 10 *n.* 139. &
259. *in fi.* Rot. *apud Marches. de commiss. p.* 1 *p.* 368.
Licèt olim attento Iure communi fuerit con- 35
trouersium an beneficium Regulare posset nouî-
tio conferri. Affirmantibus gloss. *verb. conferendum*
in c. beneficium, de regularib. lib. 6. & Lancell. *instit.*
iuris canon. lib. 1. *tit de regularib.* §. & *si contigerit,*
verbo conferendum. Negantibus verò & probabilius
aliis, cùm nouitius beneficij Regularis sit incapax,
vtpotè quòd solis professis est conferendum, *Clem.*
quia Regulares, de supp. neglig. Prælat. Clem. ne in
agro, §. sanè Prioratus, de stat. monach. Tamen iuxta
decretum Concilij Trid. *in d. c.* 10. potest dari be- 36
neficium

neficium regulare non dum possessis, immo his, qui habitum nondum suscepere, modò habitum suscipere, & professionem emittere teneantur, vt censuit Rota *in Carpentoraten. Prioratus* 19. *Aprilis* 1619. *coram bona memoria Baratto*, inter eius

37 impressas *decis.* 390. & ita S. Cong. declarauit clericis sæcularibus posse conferri dicta beneficia regularia per Ordinarios collatores, inconsulto Papa, dummodo habitum suscipere, & professionem emittere omnino teneantur, cuius declarationis memini. Ego ipse *in Remiss. ad d.c.* 10. & de ea post Gonzal. testatur Sanch. *in præcepta Decalogi tom.* 2. *lib.* 7. *c.* 4. *n.* 24.

38 Ad beneficia verò administrationem habentia nullus eligi debet nisi prius professionem expressè emiserit, ad not. per Put. *decis.* 254. *lib.* 2. *in correctis*, quia vt habetur *in cap. cùm in magistrum de elect.* in magistrum assumi non debet, qui formam discipuli non assumpsit, nec sic præficiendus, qui subesse non nouit, & declarauit sac. Congreg. his verbis. *An præter Papam possint Ordinarij collatores regularia beneficia in titulum regularibus professis prouideri consueta, conferre etiam sæcularibus, qui illius ordinis habitum omnino suscipere, & professionem emittere teneantur?* Sac. Congreg. *die* 12. *Decembris* 1585. censuit iuxta *hoc c.* (*scilicet* 10. *sess.* 14. *de refor.*) *posse etiam ordinarios collatores portiones monachales, & canonicales regularibus prouideri consuetas conferre, nedum eius ordinis professis, sed etiam sæcularibus, qui habitum suscipere, & professionem emittere omninò teneantur, Abbatias tamen, & beneficia administrationem habentia non nisi professis, iuxta canones per ordinarios conferri possunt.* Ita refertur Piasec. *in praxi Episcop. part.* 2. *c.* 5. *num.* 23. *pag.* 536. Campan. *in diuers. Iuris Canonici rub.* 12. *cap.* 7. *num.* 16. Nicol. Garc. *de benef. part.* 7. *cap.* 10. *num.* 10. & de ea meminit Rota *in Carpentoraten. Prioratus* 20. *Martij* 1620. *coram bon. me. Buratto*, inter eius decisiones impressas *decis.* 463. *num.* 1.

39 Verùm in subsidium, in defectum scilicet Regularium, aut si vigeat necessitas, putà quia idonei non reperiuntur, beneficia regularia sæcularibus, & è conuerso conferri possunt, vt probat text. *in c. inter quatuor, de relig. domib.* docent Rebuff. *in concord. tit. de collat.* §. *volumus, vers. conformitatem, & in praxi tit. de dispensat. cum regular. num.* 40. *& in tract. nominat. q.* 5. *num.* 23. *vers. fallit, nisi idonei non reperiantur*, Gonzal. *ad reg.* 8 *Cancell. glos.* 8. *num.* 43. Nicol. Garç *de benef. part.* 7. *cap.* 10.

40 *num.* 16. Azor. *instit. moral. part.* 2. *lib.* 3. *c.* 26. *q.* 5. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 30. *tract.* 3. *num.* 158. Paul. Layman. *in Theolog. moral. lib.* 4. *tractat.* 2. *c* 4. *n.* 2. *vers. excipe quartò.* Salorzan. *d. lib.* 3. *cap.* 16. *num.* 2. & quòd Sacerdos Regularis in subsidium vt suprà, admittatur ad sæculare beneficium Curatum, probat Abb. *in c.* 1. *de Capell. monach.* quem referunt, & sequuntur Capel. *consil.* 358. *num.* 25. Ioan. Baptist. Cost. *de remed. subsid. remed.* 71. *num.* 2. vbi intelligit, siuè sit liberum, siue iurispatronatus laïcorum. Quare Abb. *in dict. cap. inter quatuor*, quem refert, & sequitur Azor. *d. q.* 5. docet hunc ordinem esse seruandum, vt si alij eiusdem cœnobij fuerint, hi adhibeantur, sin minus, aduocentur alij Monachi alterius cœnobij, eiusdem tamen Ordinis; quod si nec hoc fieri queat, supponantur alij alterius Ordinis Religiosi, vt colligitur ex *c. relatum, ne clerici vel monachi*; quòd si etiam hi desiderentur, tunc sæculares clerici in eorum locum sufficiunt, me citato *in hoc loco* Tambur. *d. tom.* 3. *disputat.* 9. *quæst.* 92. *num.* 5.

In dubio autem omnia beneficia sæcularia præ- 41
sumuntur, nisi ex aduerso Regularia probentur: huius præsumptionis ea est ratio, quia cum S. Dionysius Papa omnium beneficiorum titulos instituerit, & ipse non regularis, sed sæcularis fuerit, talia præsumantur beneficia omnia, qualis fuit eorum auctor, & deinde quia beneficia de sæcularibus conuertuntur in Regularia, non è conuerso, licèt aliquando post sæcularizentur. Quare ita resoluunt Nau. *cons.* 8. *num.* 1. *de præben. in antiq. aliàs cons.* 3. *eod. tit. in nouis.* Mascard. *de probat. concl.* 172. Zerol. *in prax. Episcop. part.* 1. *verb. beneficium vers.* 12. Couar. *in reg. possessor. par.* 2. §. 1. *n.* 1. Gonzal. *d. gloss.* 7. *in princ.* Cephal. *cons.* 358. *n.* 47. *cum seq. lib.* 3. Mari. Antonin. *var. resolut. lib.* 1. *resolut.* 28. *num.* 4. Nicol. Garç. *d. c.* 10. *in princ.* Marescott. *var. resolut. lib.* 2. *c.* 1. *num.* 67. Ant. Fabric. *d. tit. de sæculari, & regulari benefic. num.* 7 Viuian. *d. c.* 1. *num.* 82. Lotter. *d. lib.* 3. *q.* 8. *n.* 93. Hier. Roder. *d. resolut.* 15. *num.* 25. Sanchez *in præcepta Decalogi tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 29. *num.* 11. Nam & benefi- 42
cia omnia in dubio præsumi libera, tenent Verall. *decis.* 130. *n.* 2. *par.* 2. Mantic. *decis.* 358 *num.* 3. Rot. *in Mutinen. Plebis seu iurispatronatus* 20 *Februarij* 1625. *coram D. Coccino Decano*, ac simplex, Gregor. XV. *decis.* 185. *num.* 3. vbi limitat, nisi aliud ex statuto consuetudine, vel priuilegio caueatur. Rota *decis.* 375. *sub num.* 2. *p.* 2. *recentior.* Theodos. de Rubeis *in singul. Rota p.* 2 *verb. beneficium.* §. 3. *pag.* 24. *in fine.* Sed vtrùm Capellania fundata in Ecclesia regulari censeatur in dubio Regularis, an verò sæcularis, dixi *hoc lib. c.* 5. *n.* 14.

Beneficium sæculare, quod ante per clericos sæ- 43
culares administrabatur, si per 40. annos continuè, & pacificè ab vno, vel pluribus institutis Monachis in eo fuit gubernatum, in regulare trãsformatur, & regulare dicitur; secundùm Nauar. *d. cons.* 8. *à num.* 1. Fr. Emm. *quæst. regul. tom.* 1. *q.* 96. *art.* 2. *vers. secundum requisitum*, Cal. Pereira *de renouat. emphyt. q.* 15. *num.* 20. *cum seq.* Gonzal. *d. glos.* 7. *num.* 8. *cum seqq.* Rota *in Neocastren. Parochialis* 11. *Martij* 1630 *coram R. P. D. Duran.* inter eius decisiones impressas *decis.* 244. & sic bene-
ficia, quæ per 40. annos, consueta sunt regi per vi- 44
ros Regulares, regularia dicuntur, ex Rebuff. *de nomin. q.* 15. *num.* 23. *& in praxi benefic. tit. regularia beneficia num.* 1. Gonzal. *d. glos.* 8. *n.* 31. Tambur. *d. tom.* 3. *disp.* 9. *q.* 6. *num.* 6. Lotter. *d. lib.* 3. *q.* 8. *n.* 110. *ad seqq.* vbi quod consuetum fieri, non potest dici quòd semel tantùm factum est, & saltem duo actus sunt necessarij, Hieron. Roder. *in compend. q. regul. resol.* 13. *num.* 28. vbi post Sanch. *d. cap.* 29. *num.* 16. *cum seqq.* ponit sex conditiones, vt beneficium fiat ex sæculari regulare: eodem modo è
conuerso beneficium regulare obtentum per sæ- 45
culares per 40. annos & vltra, efficitur sæculare, Felin. *in cap. in nostra num.* 43. *de rescript.* Achil. de Grassis *decis.* 8. *num.* 3. *de restit.* Cephal. *cons.* 558. *num.* 16. *cum seq. & n.* 10. *lib.* 3. Mascard. *d. conclus.* 172. *num.* 2. 10. *&* 20. Mari. Antonin. *var. resol.* 20. *num.* 5. Sanch. *d. cap.* 29. *num.* 17. Concurrentibus tamen aliquibus conditionibus quas ipse Sanch. adducit ex *num.* 16. & non infrà percurremus *n.* 68.
Tempus enim 40. annorum requiritur ad præscri- 46
bendum statum beneficij, vt per Anchar. *in. d. cap. cum de beneficio, statim in princ.* & ibi Franch. *n.* 5. Staphil, *tit. de formis expectatiu.* §. *octaua forma num.* 4. Rebuff. *d. tit. regularia beneficia num.* 1. Fusc. *de visitat. lib.* 2. *cap.* 16. *n.* 14 Cald. Pereira *in resp.*

*pro monasterio de Ossera n.*1. Gonzal.*d.gloss.*7.*n.*8. *& glos.*8.*n.*32. Valasc.*cons.*99.*n.*4. Sanch. *d.lib.*7. *cap.*29.*num* 16. & ad imprimendum nouum statuum regularitatis, vt fuit dictum *in citata Neocastren. Parochialis.*

47 Secularia beneficia sumpta pro iure percipiendi fructus intuitu Ecclesiæ, sunt in multiplici differentia. Duodecim enim genera enumerantur, quorum primum est Papatus, quem inter omnia beneficia primum locum obtinere notant omnes per tex. *ibi in cap.* 1. *de maledic.* ibi, *beneficij nostri.* Corras. *par.* 1. *paraph.cap.* 1. *num.*3. Selu. *de benef. par.* 1. *quæst.* 2. *n.*8. *à n.* 26. Rebuff. *in praxi benef. p.* 1. *tit. sæculare beneficium quotuplex sit, num.* 2. Cened. *ad Decretal. collect.* 146. *n.*5. Gonzal *ad reg.*8. *cancel. glos.*4.*n.*61. Hoied. *de incompatibil. benef. par.* 1. *cap* 1. *n.*2. Flamin. Paris. *de resignat. lib.*2. *q.*1. *à num.*5. Fulu. Pacian. *de probat. lib.*2. *cap.*28. *n.*51. Ant. Fabric. *de re benefic. tit. de maiorib. & minorib. benef. num.*22. Marta *de iurisd. p.*2. *c.*39. *num.*1. Sebast. Cæs. *in relect. de Eccles. hierarch. p.*3. *disp.* 14. §.2. *num.*1. Paul Layman. *d. cap.*4. *num.*4. hinc notantes *regulam* 1. *de regul. iuris lib.*6. quòd beneficium Ecclesiasticum sine Canonica institutione obtineri non potest, procedere etiam in Papa, qui si Canonicè non fuerit institutus à Concilio, deiicitur de sede, vt notauit *glos.*1. per tex. *ibi in c. si duo* 79. *dist.* Quando autem dicatur non canonicè institutus, diximus suprà *cap.* 1. *num.* 29. Vnde inferunt Doctores ad varios casus, in quibus leges Canonicæ: quæ de beneficiis loquuntur, locum etiam habent in Papatu: & in primis quòd sicut beneficia omnia vacant ipso iure per promotionem ad Episcopatum, iuxta text. *in cap. cùm in*
48 *cunctis, §. cum verò de elect.* vbi plures citaui Doctores post *num.* 29 a. ita etiam vacant per adeptionem summi Pontificatus, vt de facto seruari testatur Hoied. *d. p.* 1. *cap* 1. *in fine*, multis rationibus confirmans à princ. Latissimè Hier. Gabr. *cons.* 200. *lib.*2. & de iuris rigore communiter receptum testatur Flamin. Paris. *d. lib.*2. *q.* 1. *n.* 9. vbi *à num.* 13. eodem fundamento adducit, quòd possit Papa renunciare Papatui, vt decidit tex. *in cap.* 1. *de renunc. lib.*6. de quo latè Azor. *d. p.*2. *lib.*4. *c.*6. *per tot.*

49 Secundum beneficium simili ratione est Patriarchatus, tertium Archiepiscopatus, & quartum Episcopatus, nam Episcopi beneficia habere dicuntur *in c. felicis. §. quòd si quis, de pœnis in* 6. & de omnibus Selu. *de benef. par.* 1. *q* 2. *num.* 14. *&* 17. Azor. *d. c.* 1. *quæst.*5. *vers. nescio equidem*, Mart. *de iurisd. part.*2. *cap.*39. *num.*7. Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancell. glos.*8.*n.*39. *vers. tertio, cum seqq.* Viuian. *d. c. n.*79.

50 Quamquam communi appellatione beneficiorum, præsertim in pœnalibus, aliísque strictæ interpretationis Canonibus, comprehendi non soleant, sicut notauit Selua *d. p.* 1. *q.* 3. *num.* 25. cùm sint culmina beneficiorum, ac dignitatum, vt dicitur *in c. pen. de præben.* & notarunt glos. *verb. dignitatum in c.*2. *eod. tit. in* 6. Marsil. Columna *de*
51 *redditib. Eccles. p.* 11. *c.*21 *n.*7. & ideò dispensatio ad omnia beneficia, & quascunque Dignitates, non extenditur ad Episcopalem propter excellentiam, & culmen illius, secundùm Pereg. *de fideicom. art.* 23. *num* 8. Hoied. *de incompatib. benef. par.* 2 *c. vlt. n.*77. Nicol. Garc. *de benf. p.* 1. *c.*6. *n.*66. refero Ego ipse *de offic. & potest. episcopi p.*2. *alleg.*1. *n.*17. Alzed. *in praxi Episcop. p.* 1. *c.* 12. *à n.* 1.

52 Quintum Cardinalatus, cùm certum sit Cardinales redditus Ecclesiasticos percipere ratione officij spiritualis, quod gerunt; sunt enim consultores, fratres, & coadiutores Romani Episcopi, sicut appellantur *in cap. fundamenta, de elect. in* 6. eique in Conciliis, & à Conciliis assistunt, vt ait tex. *in c. per venerabilem, vers. sunt autem, qui filij sint legit.* Et ideò Cardinalitiam dignitatem verè esse beneficium Ecclesiasticum, resoluunt Selu. *d. p.* 1. *q.* 2. *n.*3. Hoied. *d. p* 1. *c.* 2. *n.*3. Gonz. *d. n* 39. *vers. secundo*, Petr. Gregor. *res benefic. c.* 10. *num.* 3. Azor. *d. c.* 1. *q.*5 *vers. secundo beneficium.* Mart *dict. c.* 39. *n.* 2. Paul. Layman. *d. c.*4. *n.*4 *vers. Cardinales.* Ant. Fabric. *de re benef. tit. de maiorib. & minorib. beneficiis*, hinc notantes teneri Cardinales ad residentiam in suis titulis, & vacare beneficia omnia per assecutionem Cardinalitiæ dignitatis, & teneri ad horas Canonicas, & reliquos effectus, qui profluunt ex eo, quòd sit beneficium Ecclesiasticum.

Sextum beneficiorum genus in Ecclesiis Cathedralibus reperitur, in quibus sequentes inueniuntur gradus Ecclesiastici cum dignitate, & sunt reliquæ dignitates præter illas sublimes, de quibus suprà, quæ duplicia beneficia dicuntur, videlicet Archidiaconus, de quo late egimus *lib.* 1. *cap.* 15. Archipresbyter *ibidem, cap* 26. Primicerius, *cap.* 28. Thesaurarius *cap.* 27. Primicerius Cantor. Præcentor, & Præpositus *c.* 28. *in fine*, Magister Scholæ, *c.* 29. Prior, *c.* 30. Et denique Canonici *c.* 31. & extra Ecclesias Cathedrales aliæ reperiuntur dignitates Ecclesiasticæ, quæ inter huiusmodi duplicia beneficia connumerantur, videlicet Priores sæculares qui in Collegiatis toti præsident Canonicorum collegio, vt constat ex *super script. text.* ibi, *& Prioris sanctæ Radigundis Pictauensis in c. vlt. de maior. & obedient.* de aliísque fit mentio *in cap. cum Victoriensis* 2. *c. cum causam* 27. *de elect.* & illos dignitatem Ecclesiasticam habere resoluit glos. *verb. conuentualem in Clem.* 2. *de rescript.* Azor. *d. lib.*3. *c.* 20. Ant. Fabric. *d. tit. de benefic. cum dignit. à n.*36. & alij citati per me *c.* 30. Abbates similiter, qui etiam in sæcularibus Ecclesiis cum dignitate, & iurisdictione reperiuntur, *cap. ex transmissa, de renunciat.* Azor *d. lib.* 3. *cap.* 19. Anton. Fabric. *tit de maiorib. & minorib. benefic à n.*54. & de illis suprà peculiariter egimus *cap.* 18. Plebani de quibus tractauimus suprà *c.* 19. Quamuis supradicti omnes, & alij, si qui sunt, dignitatem habere dicantur, tamen, appellatione beneficiorum largè sumpto vocabulo continentur, glos. *verb. beneficia*, ibi, *largè sumitur, vt comprehendat etiam dignitates, in Clem. Auditor, de rescript.* Rebuff. *in tract. nominat. q.*9.*n.*5 plures quos retuli *in tract. de appellat. verb. vtriusq. iur. significat. appell.* 22. *num.* 1. omnes enim
dignitates tam maiores, quàm minores appellatione beneficij Ecclesiastici in fauorabilibus, & in materia largè intelligenda comprehenduntur *glos.* 1. *in reg.* 1. *de regul. iur. lib.*6. Rebuff. *in praxi tit. sæculare beneficium num.*4. *cum seqq.* Gonzal. *d. glos.*7. *ex num.* 39 Nicol. Garc. *d. c.*6. *n.*2. 54

Septimum dicitur Ecclesia Parochialis, seu Curata, cui cura animarum propriè, & strictè sumpta, iniuncta est, de qua *in Extrauag. Execrabilis, vers. quantum, de præben. inter communes*, Azor. *d. lib.* 3. *c.* 1. *q.* 5. *vers. nescio, ibi, decimum*, Nicol. Garc. *d. c.*6. *n.*3. 5. *&* 6. 55

Octauum Rectoria, de Rectore enim meminit tex. *in c. vlt. de præben. & in c* 3. *de clerico ægrot.* qui talis appellatur, quia plebem, & populum sibi cõmissum cum cura regit, iuxta text. *in c.* 1. *de capell. monach. & in c.* 3. *de vita, & honest. cleric.* Petr. Gregor. *Sintagm. lib.* 15. *cap.* 24. *n.* 10. *&* 11. Ego ipse *de officio & pot. Parochi p.* 1. *c.* 1. *n.* 10. 56

Nonum

57 Nonum. Plebania, quæ ita à blebe, cuius curam
gerit Plebanus, de qua fit meotio in c.2.ne Clerici,
vel monachi lib.6.& agunt Petr. Gregor. d.c.24.ex
n.12.& alij per me citati de officio & potest. Paro-
chi.1.cap.1.num.4.cum seqq.

58 Decimnin Vicaria perpetua, de qua in c.postu-
lasti 27.de rescript.& in Clem.1.de offic.Vicarij, est
verè beneficinm Ecclesiasticum, Flamin. Paris. de
resignat.benefic.lib.2 q.1.num.112. Gonzal. ad reg.
8.Cancell gloss.5.§.3.a.n.19.Azor.instit.moral.part.
2.lib.3.c.6 q 5 Petr. Gregor. d.c.24.num.15.& 16.
& nos infià cap.6.de Vicariis.

59 Vndecimum. Commenda perpetoa est verè be-
neficium Ecclesialicum, vnde Commendatarij
perpetui, qui sunt illi, qoibns ad vitam beneficia
commendantur in eorum fauorein propriè, & verè
beneficium Ecclesiasticum habere dicuntur, & in
eis locum habent Iura omnia de beneficiis lo-
quentia, Gonzal. d glos.5.§.8. à num.2. Hoied.de
incompatib.benefic. part.2.c.14 à n.6. Nicol. Garc,
de benefic.pa.5.cap.14. à. n.48. Fgo ipse de offic.&
potest. Episcop.p.3.alleg.59.n.2.cum seqq oon ita si
temporales fuerint; nam temporalem Commen-
dam beneficium Ecclesiasticom non esse resoluũt
glos verb.commendare in cap. nemo deinceps 15.de
elect.& in c.si constiteris, de accusat.Hoied. d.c.14.
n.7.Petr. Greg d.c.15.c.38.n.1.Suar.de relig tom.1.
lib.4 de simon.c.27.n.2.Ant.Fabr.in praxi & theo-
rica rei benef.tit. de benef. in titulum. & commen-
dam à n.4.Gonzal d §.8.à n.35.

60 Duodecimum. Canonicatus Ecclesiatum Ca-
thedralium, & Collegiatarum, quorum Canoni-
corum officinm in duobus præcipuè consistit, stal-
lo scilicet in Choro cum participatione dinino-
rum, & loco in Capitulo, vt colligitur ex c. relatum
9.& ex c.dilectus 19.& ex c. pro illorum 21.in fine,
& ex c.dilecto 25. cum aliis, de praben. horum au-
tem Canonicorum præbenda spiritualibus ennexa
est beneficium Ecclesiasticum, c.ex multis. §.consti-
tuimus 2.quæst.3.c sua nobis, de verb.signif cap.fin.
§.in illis vers prabendas, de concess.prabend.lib.6.c.1.
ne Sede vacan.eod.lib. cum aliis adductis per Se-
61 bast. Cæs. in relect de Eccles.hierarch.disp.12.§ 6.
n.47. non verò Canonia, vt in d.c.fin.§.in illis. at-
que ideo Canonicus fine præbenda non potest di-
ci beneficiarius, c.in nostra, de rescript. vbi notarunt
Abb. & Felin. Rip. in cap. cùm M. num. 36. de
constitut. Rot. decis. 29. de prabend. in nouis. de
quibus latè in tract.de Canonicis, & dignitatibus
cap 12.

62 Decimumtertium. Assisij, sen Mansionarij be-
neficinm, qui videlicet in eisdem Ecclesiis assi-
duè; & veluti permanenter officium canendi in
Choro, & dinina celebrandi obire tenetur, de quo
fit mentio in cap.si quis Episcopus 2. quæst.1.& in
c.pen. vbi glos. verb.assissos, de cleric. non resid. &
de illis agunt latè Alberic.in dictionar.verb. Assi-
sij. Sclu.de benefic.par.1.q.2.num.47. Petr.Gregor.
d.lib.75.c.23.à num.11. Azor. d.part.2. lib.3.c.9.
q.1. Ant.Fabr.in praxi, & theoric.benefic.tit.de re-
liquis stipend. Eccles.ex num.12. Vincent. Filiuc.
tom.3.tract.41.cap.1.num.17.Massobr.in praxi ha-
bendi concursum pralud. 22. num.6. secundum Ro-
manam impressionem. Ego ipse de tract.de Canonicis
c.4.num.37.

63 Decimumquattum. Capellania in perpetnum
suctoritate Episcopi instituta verè esse benefi-
cium Ecclesiasticum, notant glos. in Clement.2.de
decim.Fusc.de visitat.lib.2.cap.11.à princ. Sclu.de
benef.part.1.q.5.num.23. Rebuff. tit.saculare bene-
ficium quotuplex ex n.14. Petr.Greg. d.lib.15. c.29.
num.5.& in instit.rei benef.cap.11.num.10.Gonzal.
ad reg.8.cancell.glos.5.in princ.num.68.Azor.d.p.2.
lib 3.c.8.q.3. Ant.Fabr. tit.de Capellis, & Capella-
nis n 15. Nicol.Garc. de benef. part.2.c.2.n.95. &
nos infià cap.5.

Decimum quintum, Præstimonia collata in ti- 64
tulum beneficij perpetuũ, verè esse beneficia Ec-
clesiastica, colligitur ex text. in cap.vlt. ibi, prasti-
moniis. de concess.praben.lib.6. Concil.Trid.sess.14.
de reform.cap.9.& sess.23.etiam de reform. dum in-
ter beneficia Eclesiastica enumerant etiam præsti-
monia, seu præstimoniales pensiones, & tradunt
Oldrad. cons 81 num.2. Hoied. de incompat. bene-
fic.part.2.cap.8.à num 8. Azor. d.lib.3. cap.7. q.1.
Petez de Lara de anniuers. & capellan lib. 2 c.8.à
num.53. Gonzal.d.glos.5.§.2. num 9 Nicol. Garc.
d p.1.cap.2.à num 117. Anton. Fabric. in d.praxi,
& theorica benefic.tit.de prastimon.à n.4. Illa autem,
quæ fuerint solum stipendia studentibus, vel mi-
litantibus pro Christianæ fidei defensione dari
consueta, absque aliquo onere spirituali (quæ vi-
detur esse prima eorum origo, & constitutio) be-
neficia Ecclesiastica non sunt, vt benè aduertunt
Hoied.dict.cap.8. num.12. Gonzal.2. §.2.num.10.
Azor.d.q.1. Flamin.Paris.de resignat.benefic.lib.2.
q.1.à.num.114.Anton.Fabr.d tit.de prastimon.n.4.
& 7. & de his videbimus ex professo in cap.8. de
Prastimon.

Decimumsextum. Hospitalia Ecclesiastica, be- 65
neficia sunt, si auctoritate Episcopi instituta, &
constructa sint, vt Rectoribus in titulum ad eo-
rum vitam, seu in perpetuum conferantur, satis
expressis text. in Clem. quia contingit. §.vt autem,
ibi, nisi in illorum fundatione secus constitutum fue-
rit, seu per electionem sit de Rectore locis huiusmodi
prouidendum, de re relig.domib. Gonzal.d glos.5.§.4.
num.14. Marescot. var.resol.lib.2. c.3.n.18.Nicol.
Garc. d.p.1.c.4.à num.4. Anton.Fabric.tit.de xeno-
doch. & aliis locis piis à num 16. & nos latè supià
lib.2.in c.11. de hospitalibus. Et hæc quidem sæcu-
laria beneficia largè sumpta.

Regularia autem beneficia obtinere dicuntur 66
illi, qui possident nempe illa, quæ ex fundatione,
dotatione, aut Ordinarij, seu superioris institu-
tione, vel saltem ex præscriptione Regularibus
tantum conferuntur; hæc enim Regularia in
iure appellantur, iuxta tex. & ibi notata per Do-
ctores in c.1.de capell.monach. & cap. cùm de be-
neficio 5.& in c. cum singula 32. de prabend. lib.6.
Gonzal. ad reg. 8. cancell. glos.8. à num.1. Nicol.
Garc. d.part.1.c.6. num. 13. Rebuff. in praxi tit.
Regularia beneficia, à num.1. Tambur. d.tom.3.de
iure Abbatum disput.9.q.3. à num.1. latè Sanch.in
precepta Decalogi tom.2.lib.7.c.19. ex num.11. Bi- 67
fariam ergo contingere potest beneficium esse re-
gulare, priori modo, quando in eius fundatione
statutum est id per Regulares administrandum,
vt docent in dict. cap.cum de beneficio, Domin. &
Franch. vterque num.9 Rebuff. in praxi in proœmi-
tit.quotuplex sit beneficium num.5.& in concord.tit.
de collationib. §.volumus, verb.Regularia, Hoied.de
incompatib.benef.part.1.c.vlt.n.9. Azor.inst.moral.
part.2.lib.3.c.26.q.1.d. Tambur.d.disp 9.q.6 n.3.
sequitur Sanch. d.cap.29.num.14. vbi ex Domin.
& Franch. subdit hoc statutum non posse per Ab-
batem fieri, sed per Episcopum, nisi Abbas ille
iurisdictione quasi Episcopali præditus sit, refert
Hieron.Roder. d.resol.15. num.27. Posteriori mo-
do dicitur beneficium regulare, quod tem- 68
pore

pore ad legitimam præscriptionem sufficienti ab vno, pluribus regularibus institutis in eo Rectoribus, pacificè, & continuò gubernatum est, etiamsi antea, vel post sæculares quandoque in eodem ministrauerint, sicut sæculare dicitur id, quod iuxta eundem modum per sæculares gubernatum vtrumque probat *d. cap. cùm de beneficio*, & tradit Sanch. *d. cap. 29. ex num.* 15. vbi dicit sex desiderari conditiones, vt beneficium propriam naturam mutans, fiat ex sæculari regulare, vel ex regulari sæculare, quam etiam refert Hieron. Roder. *d. resol.* 16. *num.* 28. Prima est, vt tempore ad legitimam præscriptionem à iure positiuo administratum sit in beneficium per sæculares, vt fiat sæculare, vel per regulares, vt fiat regulare, hoc autem tempus dicunt esse quadragenarium Doctores citati *hoc eodem cap. num.* 45. Tambur. *d. tom.* 3. *disp.* 9. *q.* 3. *num.* 4. Secunda conditio est vt possidentes id beneficium, sint in eo instituti, Hoied. *dict. cap. vlt. num.* 92. Sanch. *d. cap.* 29. *num.* 21. Hieron. Roderic. *d. num.* 28. *vers. secundo*, Tambur. *d. q.* 3. *num.* 5. Tertia, vt sint in eo beneficio instituti tanquam Rectores, non verò tamquam Vicarij, vel conductitij clerici administrantes, Tambur. *d. q.* 3. *num.* 6. Quarta, vt administretur beneficium à Regularibus, tanquàm regulare, ad hoc vt transeat in regulare, Sanch. *ibidem num.* 23. Hieronym. Roder. *d. num.* 28. *vers. quarta*, Tambur. *d. q.* 3. *num.* 7. secus si gubernentur tanquam sæculares ad instar clericorum sæcularium, vt si præficiantur regularis Ecclesiæ Curatæ; vel si beneficium regulare sæculari, vel sæculare regulari ex dispensatione conferatur, etsi possideatur per tempus quadragenarium, Selu. *de benef. part.* 3. *q.* 21. *num* 125. Azor. *instit. moral. part.* 2. *lib.* 3. *c.* 26. *q.* 3. *vers. & animaduertendum.* Quinta, vt conferens animo, & intentione beneficium conferat, vt velit imprimere illum statum beneficio, quem exprimit, Sanch. *ibidem num.* 25. Hieron. Roder. *d. n.* 17. *vers quinta*, me citato *in hoc loco* Tambur. *d. tom.* 3. *disp.* 9. *q.* 3. *num.* 9 Sexta, vt id beneficiorum Regulare possideatur bona fide à sæculari, & sæculare à regulari, Sanch. *ibidem num.* 26. Hieron. Roder. *d. num.* 28. *vers. Sexta.*

69 Nomina verò regularium beneficiorum sex vt plurimum à Doctoribus traduntur. Primùm est Abbatia regularis, de qua *in c. quanto, de officio. Ordin.* & *in cap. cùm ad monasterium, de stat. monach.* & latè egimus *lib.* 1. *c.* 18. Secundum, Prioratus conuentualis, cuius mentio fit *in Clem* 2. *de rescript.* Tertium esse volunt Prioratum claustralem, *d. cap. cùm ad monasterium, & Clem. ne in agro, eod. tit.* Quartum Prioratum regularem, de quibus omnibus tractauimus *eodem lib.* 1. *cap.* 30. *de Prioratibus.* Quintum sunt Capellaniæ fundatæ in Monasterio Regularium, quia præsumuntur regulares: ita Rebuff. *in praxi benef. in proœm. tit. quotuplex. sit beneficium num.* 6. Saoch. *d. cap.* 29. *num.* 27. Sextum est monachatus, quia communiter Doctores resoluunt monachatum per se esse beneficium regulare, vt ex doctrina glos. *verb. beneficiis, in princip. in Clement.* 2. *de iudic.* resoluunt Selu. *de benefic. p.* 1. *q.* 2. *n.* 76. Rebuff. *in praxi d. tit. regularia beneficia n.* 26. Petr. Gregor. *in instit. rei benefic. c.* 10. *num.* 27. Gonzal. *d. glos.* 8. *num.* 115. me citato *in hoc loco* Tambur. *d. disp.* 9. *q.* 3. *n.* 4.

70 Eiusmodo autem beneficia supra enarrata, & alia Ecclesiarum Ordinum Regularium, cum certa portione redditituum Ecclesiasticorum, pro ministerio spirituali & administratione Sacramentorum in eisdem Ecclesiis exercenda, licet verè, & propriè beneficia Ecclesiastica esse, quamuis manualia existimauerit Axor. *instit. mor. part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 26. *quæst.* 12. eò quòd cætera habent beneficio conuenientia præter id, quod est, posse ad nutum reuocari, tamen non esse propriè beneficia, non desunt, qui probabiliter sustineant, eò quòd de natura beneficij propriè, & simpliciter requiratur, vt sit perpetuum eo modo, quo explicaui in definitione beneficij in princ. huius cap. enunciata, & resoluunt Calder. *consil.* 26. *num.* 5. *de prabend.* Lud. Gom. *tit. de gratia expectat. n.* 94. Staphil. *de litteris gratia tract. de formis expectat. in* 9. *forma n.* 29. Fr. Emman. *quæst. regul. tom.* 1. *q.* 34. *art.* 2. Anastal. Germon. *de indult. Cardin.* §. *regularia n.* 46. Quorum tres priores ex hoc inferunt in reseruationibus beneficiorum, quas facit Pontifex non claudi beneficia manualia, quod sola censeatur reseruare, quæ verè, & propriè beneficia dicuntur. Verùm ego re maturè discussa existimo huiusmodi regularia aptitudine esse perpetua, nisi ea obtinentes amoueantur, & de illis iudicatur, vti de perpetuis prout sunt de sui natura, cum conferantur in titulum, & possint impetrari, licèt obtinentes potius ratione obedientiæ, & ex vi professionis, quàm ex natura eorum possint remoueri ad nutum Superioris, qui potest quoque non remouere, vt distinguit Gambar. *de effic. Legati à latere lib.* 4. *tit. de potestat. Legati in reseruat. beneficij num.* 14. *& seq.* Gonzal. *glos.* 5. §. 6. *num.* 31. *& glos.* 8. *num.* 25. Rot. *decis.* 739. *num.* 6. *& decis.* 772. *p.* 1. *diuers.* Butarr. *decis.* 944. *num.* 1. me citato *in hoc loco*. Tambur. *d. tom.* 3. *disp.* 9. *q.* 3.
num. 25. *in fine*, & in manualibus datur vacatio 71
per obitum, & remotionem, glos. *verb. reuocari, propè med. vers. scias in Clem. vnic* §. *pramissa, de supplen. neglig. Prelat.* vbi Card. *num.* 8. Vital. *num.* 9. Nec regulares possunt amoueri sine causa, *Clem.* 1. *de supplen. neglig. Pralat.* Rebuff. *de pacific. possess. num.* 331. Selu *de benef. part.* 3. *q.* 21. *num.* 5. & à remotione datur recursus. Rebuff. *vbi suprà* & fuit dictum *in Seguntina Tresauraria* 29. *Aprilis* 1596. *coram bona mem. Orano, & in Mileusitana Prioratus Nauarra* 11. *Ianuarij* 1627. *coram Card. Virili.*

Beneficia regularia sunt duplicia, quædam col- 72
latiua, quædam electiua: collatiua dicuntur, quæ
instar sæcularium conferuntur auctoritate Supe- 73
rioris: electiua autem, quæ per electionem cano- 74
nicam suffragiis electorum conferuntur, accedente Prælati confirmatione, quod benè docet Azor. *instit. moral. part.* 1. *lib.* 12. *cap.* 22. *q.* 8. vbi *quæst.* 9. disputat an quando collatiua sunt, pertineat collatio ad solum Abbatem, an potius ad ipsum cum conuentu? Et quod semper debeat fieri mentio in
literis beneficij electiui, si beneficium huius qua- 75
litatis sit, per *cap. cùm in illis* 16. §. *illis vero, de prabend. lib.* 6. resoluunt Menoch. *de arbitr. cas.* 201. *num.* 84. Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib.* 10. *quæst.* 2. *num.* 35. Card. Tusch. *tom.* 3. *lit. E. concl.* 90. *per tot.* vbi latè de beneficiis electiuis, me citato *in hoc loco* Tambur. *d. tom.* 3. *d. di put.* 9. *q.* 5. *num.* 5.

Diximus *suprà n.* 34. sæcularia beneficia sæcu- 76
laribus, Regularia Regularibus esse conferenda, quod adeò verum est, vt beneficium regulare nullo modo conferri possit clerico sæculari, nec vice versa beneficium sæculare clerico Regulari, nisi Pontifex dispenset, vt ex iuribus, & Doctoribus ibidem citatis facilè est colligere, quæ ad pensionem

ſionem extendenda eſſe ait Sanch.in præcepta Decalogi tom.2.lib.7.cap.29.num.94. vbi reſoluit regularem eſſe incapacem penſionis obtinendæ ſuper beneficio ſæculari, ſiue ſimplici, ſiue Curato, abſque Romani Pontificis diſpenſatione, eodem modo, quo Regularis nullius beneficij ſimplicis ſecularis capax eſſe poteſt, etiam ex diſpenſatione Epiſcopi, vt probat Lauret. de Franchis de controuerſ.inter Epiſcopos & Regul.in quæſt. var. quæſt. 86.Sed hoc in certis caſibus limitatur.

77 Primò ſi Canonicus Regularis, vel Monachus Ordinis non Mendicantis eligatur ad Epiſcopatum, vel aliam Prælaturam ſæcularem, ſicut colligitur ex cap. quod Dei timorem, de ſtatu monach. vbi Abb.num.5.& ex cap. nullus religioſus,de elect.

78 Et ordinis Prælatus tenetur tunc licentiam dare profeſſo beneficium accipiendi, ſi neceſſitas, vel vtilitas Eccleſiæ poſtulet, ſicut docent Abb. in d. cap. quod Dei timorem num. 8. Fr.Emman.d.tom.1. quæſt.34.art. 4. & 5.Leſſi. de iuſtit. lib.2.cap.34. dub.2.

79 Secundò, vt Canonici Regulares ſæcularia beneficia Curata obtinere poſſint, dummodo, ſi commodè fieri poſſit, ſocium ſæcularem ſecum habeant, prout notant Sylueſt.in ſum. verb.religio 7.q.3.& 4.Leſſi.d.lib.2.c.41.num.98.Selu.de benef. p.3.q.70.Roch.de iurepatr.in verb.honorificum n.8. & ſeq Lambet.de iurepatron.lib.2.p.1.q.7.art.19. latè Gabr.Pennoto lib.2.hiſtor.tripart.Canon.Regul c.7.2.Tambur.d.tom.3.diſp.9.q.8.à nu.10.& ſentire videtur Concil.Trid.ſeſſ.14.de reform.cap.11. dum vult Canonicum regularem tranſlatum ad alium Ordinem non eſſe capacem beneficij ſæcularis Curati, tacitè enim innuere videtur non tranſlatum eſſe capacem, vt ibi cenſuit Sacra

80 Congregatio de anno 1602. Sed quamuis hoc viderim in Curia ad inſtantiam Canonicorum Regularium Lateranenſium ita per aliquos Aduocatos approbatum, tamen non minimum mihi ſcrupulum iniicit alia Doctorum reſolutio aſſerentium diſpoſitioni illius cap. quod Dei timorem, fuiſſe derogatum per concordata Concilij Lateranen. ſub Leone X. & ſic iam non licere Canonicis Regularibus ſæcularia beneficia Curata obtinere, prout ſignificarunt plures Pontifices apud Sanch.d.lib.7.cap.29.n.71. Nicol. Garc. de benef.p.7.cap 10.31.Quare hodie abſque Papæ diſpenſatione Canonicum Regularem ad Parochialem Eccleſiam non eſſe promouendum docet Quarant.in ſum.Bullar.verb.Canonicus Regularis,Gonzal.ad Reg.8.Cancel.gloſſ.7.num.53.Sanch.in præcepta Decal.lib.7.c.29.num.71.Mari, Anton.var.l.1.reſol.20.num.13.Nouar.in ſum.Bullar. tit.de Canonic. Regular.n. 2. Ludou. Miranda in Man. tom. Præla.1.q.32.art.5.latè Lauret.de Frãchis de controuerſ. inter Epiſcopos, & Regular.in q. variar.q.86.& declarauit Sacr.Congr.Cardinalium negotiis Epiſcoporum, & Regularium præpoſitorum in vna Cremonen.1.Septembris 1603.in hæc verba. Canonici regulares non obſtante cap. quod Dei timorem,non admittuntur ad curam Parochialium Eccleſiarum,abſque Sedis Apoſtolicæ diſpenſatione.Tertiò vbi Eccleſia, ſeu Conuentus Regularis deficiat, ita vt conſideratis loci,temporis, & perſonarum circumſtantiis per Regulares reformari non poſſit, tunc Epiſcopus Clericos ſæculares ibi inſtituere poteſt, iuxta text. in cap. inter quatuor, de relig. domib.vbi Intelleƈt.num.2.plures citans Doctores, Gonzal. ad reg.8.cancel.num. 43. Nicol. Garc. de benef.p.7.c.10.n.16. Azor. inſtit. moral.part.2. lib.3.cap.26.q.5. Paul.Layman. in Theolog. moral.lib.4.tract.2.c4.num.2. verſ. excipe quartò.

Hæc omnia beneficia, tam ſæcularia, quàm regularia largè continen ſub beneficij appellatione 81
ſolent, immo, & annuæ penſiones, quæ de Eccleſiæ redditibus præſtantur, ſed non ſunt propriè beneficia, vt in ſeq.cap. oſtendimus, & largiùs ſumitur beneficium in materia fauorabili, id eſt in fauorem Eccleſiæ potius, quàm perſonæ, ita vt etiam impropriè ſumptum beneficium comprehendatur, atque in materia correctionis vitæ, & morum, aut pluralitatis beneficiorum, & alia ſimilit etiam continetur, qui perpetuam obtinet Vicariam, cap.poſtulaſti. de reſcript. prout etiam Iura loquentia de beneficiisCuratis per receptionem aliorum ſimilium,amittendis,ac de ipſorum Rectoribus promouendis ad Sacerdotium, nec non de eorum ætate in perpetuis Eccleſiarum Parochialium Vicariis locum habent. Clem. vnic. de offic. vicar. Flamin. Pariſ. de reſignat. benefic.lib.3.
q.1.num.305. cum ſeqq. Gonzal. ad reg.8. Cancell. 82
gloſ.5. §.3.num.21. & quòd contineantur etiam beneficia regularia beneficiorum appellatione, reſoluunt gloſ. ver. beneficiis in Clem.2. de de indic. vbi Card. q.5.num.13. & Imol.num.3. Gonzal. ad reg.8.Cancell.gloſ.8. n.13. & nomine Canonicatus venit etiam Canonicatus Regularis,Nau.commento 1.de regular.num.4.& commento 2.num.67.verſ.addo 14.Flamin.Pariſ.de reſign.benef.lib.11.q.3.n.88. Rot. deciſ.667.num.1.p.4. diuerſ. Hinc. reg.de infirmis reſignantib. capit beneficia regularia,quamuis de Regularibus nulla mentio fiat. Rebuff. in reg.de infirm. gloſ.1. verſ. item quia. & gloſ.5. in princip.Rot. deciſ.736.num.2.part.1. diuerſ. Gonzal.vbi ſupra num.14.

Strictè verò ſumptum beneficium intelligitur 83
ſimplex tantum ſine cura, quod certum titulum & prouentus perpetuos in Eccleſia habeat, alia namque beneficia ex officio annexo nomen proprium conſequuntur, veluti Parochialis, canonicatus & alia huiuſmodi: generaliter autem beneficium eſt feudum Eccleſiaſticum, vnde ad inſtar feudi in nonnullis præſtari ſolet fidelitatis iuramentum, vt in cap.ego N. de iureiur. refert me citato in hoc loco Tambur. d.tom.3.diſp.9. q.2.n.8.
Papatus ergo non dicitur propriè beneficium,cum 84
Papa non poſſit dici beneficiatus ab aliquo cui ſubiectionem debeat, niſi Deo, neque monachatus, aut alia officia regularium, præter Abbatiam perpetuam, propriè dici beneficia merentur, ſunt etiam bona de menſa, quæ ſub beneficij appellatione non continentur, & quicquid non habet ſpirituale officium in Eccleſia annexum, non dicitur propriè beneficium, non enim ſimpliciter huiuſmodi beneficia dicuntur, ſed Eccleſiaſtica beneficia nuncupantur, quare penſio, præſtimonium, & ſimilia non dicuntur propriè beneficia, & ſic de redditibus Eccleſiæ præſtantur, vt ſuo loco videbimus, refert me citato in hoc lo-
co Tambur d.diſp.9.q.2. num. 9. Appellatione ve- 85
rò Eccleſiæ plerumque intelligitur beneficium principale Eccleſiæ, veluti ſi de prouiſione aga-
tur, c quamuis il 1.de præben.in 6 & in eo propoſito 86
appellatione Eccleſiæ in ciuitate ſeu Diœceſi non intelligitur Cathedralis, niſi aliud exprimatur. gloſ. verb.includit,in d.cap. quamuis, Staphil. de literis gratia tit.de forma expect.§.nona forma, à num.32.Cou.in cap.alma mater.part.2.§.1.num.4.

Gonzal.

Gonzal. *l. ad reg. 8. Cancell. gloss, 9 num. 5. & gloss. 00. num. 3.* Ego ipse *in tract. de appellat. verbor. vtriusque Iuris significat. appellat. 85. num. 3.* In prouincia verò Ecclesiæ nomine in hac materia prouisionis Cathedralis Ecclesia, & ipsa quoque Matropolitana Ecclesia continetur, & ita glos. *verb. prouincia in d. cap. quamuis*, & *ibi* Dominic. *num. 9.* Anchar. *num. 4.* & Franch. 8. Ego ipse *d. appellat, 85. n. 5.*

78 Denique in materia odiosa beneficinm est strictè interpreterandum, adeo vt quandoque appellatione beneficij non comprehendantur præbendæ, vt resoluunt plures per me citati *d. tract. appellat. 32. num. 11.* nec officia, aut dignitates, dixi *ibidem.* 10. sed tantum benefica simplicia, argum. *cap. vlt. de prabend. lib. 6.* nonnumquam verò Curata beneficia non comprehenduntur, vt expressè resoluunt Gig *de pensionib. q. 28. n. 9.* Franc. Marc. *Delphin. decis. 525. part. 1.* Petr. Gregor. *de benefic. cap. 6. num. 4.* Aloys. Ricc. *in collect. decis. part. 4. collect. 1217.* Gonzal, *ad reg. 8. Cancell. glos. 6. ex num. 1.* Ego ipse *d. appellat. 85. num. 8.* & ideò quando alicui prouideri mandatur, prouisio non est facienda in beneficiis Curatis, glos. *verb. prouideri*, per text. *ibi in cap. cum in illis, de prabend. lib. 6.* vbi Anchar. *num. 3.* & Franch. *num. 5.* Rebuff. in *praxi. de clausul. mand. num. 34. & tit. de dispensat. ad plura beneficia n. 66. & tit. Tertia pars Signatura. verb. qualitatum n. 3.* cum aliis citatis per me *in collect: ad d. cap. cum in illis num. 4.*

CAPVT V.

De Capellanijs.

SVMMARIVM.

1 *Capellania in dubio præsumuntur beneficia ecclesiastica.*

2 *Capellania in triplici sunt differentia.*

3 *Capellania, quæ fundari solent in Hispania, vt in illis succedant clerici de parentela, licet sint perpetua vsque ad obitum capellanorum, & habeant cætera requisita ad ecclesiasticum beneficium constituendum præter auctoritatem & institutionem, seu prouisionem Ordinarij, non sunt ecclesiastica beneficia.*

4 *Capellania, in qua succedunt clerici de parentela, ratione non tenetur quis recitare diuinum Officium.*

5 *Capella cum onere faciendi celebrare certas Missas institutas de bonis temporalibus, sine auctoritate Episcopi, censentur laicales, & temporales.*

6 *Bona Capellaniarum priuata auctoritate institutarũ laicalia reputantur, ac proinde subiecta sunt potestati Principis, & magistratuum sæcularium, quamuis opera pia, & Missarum onera eis iniuncta sint.*

7 *Capella priuata auctoritate instituta tanquam prefana iure sanguinis aut hæreditarie deoluuntur in Lusitania ad instar fideicommissorum, seu maioratuum.*

8 *Successio Capellarum priuata auctoritate institutarum in Hispania secundum leges maioratuum regulantur.*

9 *Consanguineis instituentis Capellam deficientibus de consuetudine Portugallia ad Regem pertinet eius concessio, sicut aliorum bonorum vacantium.*

10 *Bona fideicõmissaria deficientibus consanguineis de Iure communi libera remanent, & alienabilia fiunt, atque hæreditaria.*

11 *Capellania priuata auctoritate instituta licet non sint beneficia, tamen possunt tanquam opus piũ visitari ab Episcopo, nisi aliud in fundatione cautum sit.*

12 *Capellania censetur in dubio beneficium si appareat de vna collatione, vel institutione Ordinarij effectum sortita; si verè apparet de illius initio, noluisse scilicet fundatorem eam facere collatiuam, tunc requiritur fuisse collatiuam vt beneficium spatio 40. annorum.*

13 *Capellaniis proximioribus consanguineis clericis sua institutione dari solitis qualiter proximitas attendatur, & computetur, & an censeantur etiam vocati descendentes illegitimi, remissiuè.*

14 *Cappellania fundata in Ecclesia regulari an censeatur in dubio regularis, an verè sæcularis ostenditur.*

15 *Capellania amouibiles sunt, quæ licet instituta sint, & erecta auctoritate Episcopi, vt essent spirituales, tamen non ex eo sunt existimanda beneficia ecclesiastica.*

16 *Capellaniis amouibilibus, quæ ecclesiastica beneficia non sunt, potest fieri reuocatio sine causa, malitia cessante, & odio in amouente.*

17 *Capellania licet sit manualis, si tamen quis eam longo tempore possidet, acquirit ius in quo est manutenendus, & spoliatus esset restituendus.*

18 *Simoniam non inducit pactum factum sine Papæ auctoritate ratione Capellania amouibilis.*

19 *Capellania amouibilis ad titulum nemo potest ordinari, nisi sit in Capella Papæ.*

20 *Capellania in perpetuum auctoritate Apostol. vel Ordinaria erecta, & in titulos creata sunt ecclesiastica beneficia.*

Capellanus perpetua Capellania in titulum creata.

21 *Horas Canonicas recitare tenetur.*

22 *Fori priuilegio gaudet.*

23 *Ordinari potest ad titulum.*

24 *Capellania si sint sæculares præsumuntur de sui natura perpetuæ, & collatiuæ.*

25 *Capella, & Capellania in quo differant, ostenditur.*

26 *Capellania, quæ habet onus celebrandi certas Missas, & coadiuuandi in cura animarum in Ecclesia Plebanatus, requirit residentiam*

27 *Capellania cum Mansionaria habita ratione ad redditus annorum fructuum vtriusque beneficij, qui perquam tenues sunt, ex Concilij decretis incompatibilis non est, si tamen vtrumque sit sub eodem tecto, vt simul retineri possint, opus est Sedis Apost. dispensatione.*

28 *Capellania, cui adiunctum est onus deseruiendi in choro, obtineri non potest cum Canonicatu.*

29 *Capellanias duas, vel tres sub eodem tecto vniformes si quis per annum ex collatione Episcopi retinnerit, incidit in priuationem omnium ipso iure, nõ obstante Episcopi dispensatione.*

30 *Episcopus non potest compellere obtinentem Capellaniam*

pellaniam vt ipsemet celebret, licet in eius fundatione disponatur quod capellani celebrent, nam istis oneribus Missarum rectè per substitutos satisfit.

31 *Capellania habēs onus duarum Missarum qualibet hebdomada, non expressè quod Capellanus per se ipsum celebret, nō est Sacerdotalis.*

32 *Capellania fundatione stante cum dispositione testatoris quòd quotiescumque vacaret prouideretur Capellanus, qui celebret, vel dicat tot Missas qualibet hebdomada, non est necessarium præstare Presbyterum, sed sufficit quod seruiat, & Missas dicat per substitutum.*

33 *Capellania Sacerdotalis declaratur in casu proposito.*

34 *Capellanus obligatus quotidie celebrare potest ex causa maioris honestatis vnam Missam in hebdomada omittere si institutio Missæ dirigatur ad personam Sacerdotis.*

35 *Electus vt quotidie celebret si deinde ægrotauerit, non tenetur celebrare per alios, si infirmitas parum durauerit.*

36 *Capellanus institutus, & obligatus ad celebrandum in certo templo, oratorio, & altari, malè faciet si Missas alibi celebret, peccatque mortaliter, non tamen tenetur ad vllam restitutionem.*

37 *Capellanus, qui ex promissione, vel fundatione tenetur celebrare particulares Missas, malè ageret si alius celebraret absque iusta causa.*

38 *Capellanus non potest nouam eleemosynam accipere, & duobus obligationibus vnica Missa satisfacere, nisi in fundatione expressè cautum sit quod non teneatur sacrificium applicare.*

39 *Capellanus ad nutum amouibilis, qui habuerit obligationem vnius Missæ qualibet hebdomada cum stipendio legato, & confirmato de octo annis in octo annos, potest demandare celebrationem dictarum Missarum alteri cum eleemosyna consueta, retenta sibi parte stipendij debiti capellano.*

40 *Capellanus per se ipsum tenetur Diuinis inseruire posita institutione Capellæ tenoris, de qua ibi.*

41 *Capellanus in Ecclesia Cathedrali tenetur ad residentiam stante fundatione sua Capellæ cum onere quarundam Missarum, & inseruiendi in choro.*

1 CAPELLANIA, quæ instituitur ad hoc præsertim, vt quis pro alijs Missam celebret, secundum Vasq. *tom. 3. in 3. p. S. Thomæ disp. 234. sub n. 25.* definitur vt sit onus celebrandi annuatim Missam in Capella, vel Altari, Pereg. de Lara *de anniuers. & Capell. lib. 2. c. 1. n. 2.* Alphons. de Leone *de offic. Capellani part. 1. quæst. 3. sect. 2. n. 19.* asserentes differentiam esse inter anniuersarium & Capellaniam, quia illud continet onus semel tantùm in anno Missam celebrandi, scilicet vertente die mortis defuncti, Capellania verò habet onus pluries Missas celebrandi singulis annis.

Capellaniæ (quæ in dubio præsumuntur beneficia Ecclesiastica secundùm Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gloss. 5. num. 5.* Perez de Lara *de anniuers. & Capellan. lib. 2. c. 1. num. 59.* Rot. *in Eluen. Eremitorij 17. Februarij 1631. coram R. P. D. Merlino* impressa per Paul. de Rubeis *decis. 13. part. 6. recentior. n. 10.* Alphons. de Leone *de offic. Cappellan. part. 1. quæst. 3. num. 38.*) in triplici reperiuntur 2
differentia, quædam enim sunt, quæ sæpe fundari solent maxime in Hispania, absque aliqua Episcopi, vel aretius Superioris auctoritate, vt in illis succedant Clerici de parentela, vel alij, quos apposuerint patroni laïci desuper nominati, vel aliter vocati sint; quædam verò sunt, quæ, etsi auctoritate Prælati fuerint institutæ, tamen ad certum tempus conferuntur, vel ad nutum amouibiles sunt. Aliæ denique sunt perpetuæ, auctoritate Apostolica, vel Episcopi erectæ, & in titulos creatæ, & dicuntur Capellaniæ collatiuæ.

Primæ licèt sint perpetuæ vsque ad obitum 3
Capellanorum, & habeant cætera requisita ad Ecclesiasticum beneficium constituendum necessaria, præter auctoritatem, & institutionem, seu prouisionem Ordinarij, nihilominus non erunt beneficia Ecclesiastica, quamuis fundator esset Episcopus, si fundauerat illas tanquam laïcus, & de bonis proprijs, non verò Episcopali auctoritate. Ita Nau. *consil. 7. de præbend. in nouiss.* Squillante *de priuileg. cleric. cap. 4. num. 80.* Nicol. Garc. *de benefic. part. 1. c. 2. num. 102.* Rot. *in Eluen. Eremitorij 17. Februarij 1631. coram R. P. D. Merlino, vers. quæ verò,* impressa per Paul. de Rubeis *decis. 13. tom. 2. diuers.* aliàs *part. 4. recent.* Scip. de Rubeis *in aphorism. Episcopal. verb. Capellania*, latè Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gloss. 5. ex num. 20.* vbi *n. 25.* hinc colligit pactum factum ratione talis Capellaniæ sine Papæ auctoritate non esse simoniacum, ex quo non est quid spirituale, cum beneficium Ecclesiasticum non sit, nec quid spirituale auctoritate Episcopi erectum, & *num. 27.* quod non requiritur ætas 14. annorum requisita ad obtinendum beneficium Ecclesiasticum, & *num. 30.* quod ratione talis Capellaniæ non tene- 4
tur quis ad obligationem Canonici officij recitandi, quæ omnia asserunt Didac. Narbona *de ætate ad omnes humanos actus requisita anno 1. quæst. 25.* & Nicol. Garc. *de benefic. part. 1. cap. 2. ex num. 102.* vbi dicit huiusmodi Capellanias perpetuas, fundatas, & ordinatas sine auctoritate Ordinarij, quæ non sunt ab eo approbatæ, & spiritualizatæ, non esse beneficia Ecclesiastica, nec ab ordinario conferri posse, sed esse sub pia dispositione fundatoris, & eius hæredum, seu successorum, quæ possunt tales Capellanias donare sine Episcopo, quibus voluerint, dummodo sint idonei, iuxta dispositionem fundatoris. Vnde Capellas 5
cum onere faciendi celebrare certas Missas, institutas de bonis temporalibus, & sine auctoritate Episcopi censeri laïcales, & temporales, resoluunt Guid. Pap. *decis. 187.* Sarnen. *in reg. 8. de annal. q. 20.* Nau. *cons. 5. n. 1. de præb.* Spin. *in specul. testam. gl. 4. princ. n. 42.* ideóque ad illas posse præsentari etiam laïcos sine vllo sacro Ordine tenent Abb. *in c. 2. n. 4. de testib.* Lamb. *iurepatron. 7. art. 7. quæstionis prin. 1 p. lib. 2 a. 6. circa finem*, & fuit dictū *in Vlixbon. administrationis Capellæ 16. Ianuar. 1501. cor. bo. mem. Pema, & in Metropolit. hebdomada 4. Iul. 1612. cor. bo. mem. Patriarcha Meuzanedo.*

Et huiusmodi Capellaniarū sic priuata aucto- 6
ritate institutarum bona laïcalia reputantur, ac proinde subiecta potestati Principis, & Magistratuum sæcularium, quamuis opera pia, & Missarum onera eis iniuncta sint, vt egregiè decidit *Ordin. Regia Lusit. l. 1. tit. 62. §. 39.* Gam. *Lusit. decis. 288. num. 2. & 4.* Perez de Lara *d. lib. 2. cap. 1. à num. 3.*

& tanquam profanæ iure sanguinis, aut hæreditario deuoluuntur in Lusitania ad instar fideicommissorum, seu maioratuum; secundùm Cabed. *decis.* 5 1. *ex n.* 4. *part.* 2. quem refert Sebastian. Cæs.
8 *in d. relect. q.* 2. *proœm.* §. 4. *num.* 15. & successionem earum in Hispania, secundùm leges maioratuum regulari post Gom. Padil. Molin. atque alios, testatur Gonzal. *d. gloss.* 5. *num.* 34. & latissimè explicat Perez de Lara *de capellan. & anniuers. lib.* 2. *c.* 2. *à princ.* & idipsum de Capellis Lusitaniæ Cabed.
9 *Lusit. decis.* 51. *n.* 4. *cum seqq. part.* 2. & inde etiam profluit immemorialis Portugaliæ consuetudo, quod dificientibus consanguineis instituentis Cappellam, ad Regem pertineat eius concessio, sicut aliorum bonorum vacantium iuxta *Ordin. Reg. Lusit. lib.* 2. *tit.* 26. §. 17. quam in Capellis etiam procedere sæpiùs iudicauit supremus Lusitaniæ Senatus teste Gam. *decis.* 193. & *decis.* 288.
10 & Cabed. *vbi supra*, quamuis Iure communi, deficientibus consanguineis, videretur resoluendum bona libera remanere, & alienabilia fieri, atque hæreditaria, iuxta reg. tex. *in l. qui soldum* 80. §. *prædium ff. de legat.* 1. & *in l. pater filium* 36. §. *fundam Titianum ff. de leg.* 3. Molin. *de primog. lib.* 1. *c.* 4. *à num.* 1. Perez de Lara *vbi supra*.
11 Et licèt Gonzal. *d. glos.* 5. *a.* 53. cum Parif. *cons.* 34. *lib.* 4. teneat, quod Episcopus non habet in talibus Capellaniis ius visitandi, tamen in hoc illum reprobat Garc. *d. cap.* 2. *n.* 104. nam quamuis non sint beneficia, sunt tamen opus pium, & sic quoad illius implementum non potest visitatio negari, vt latè explicat Valasc. *cons.* 105. *num.* 55. *cum seqq.* quem refert Sebast. Cæs. *in relect. de Eccl. hierarch. p.* 3. *disp.* 14. §. 3. *in fine*, & resoluit Scip. de Rubeis *d. verb. Capellania, num.* 2. *in fine*, nisi aliud in fundatione cautum sit, vt *in cap.* 8. & 9. *Concil. Trid. sess.* 22. *de reform.* tangit Garc. *d. n.* 104. *in fine*, vbi *n.* 105. subdit in huiusmodi Capellaniis valere ordinationem testatoris, seu fundatoris, quod Ordinarius non se intromittat in earum prouisione, sed ad solos patronos spectet; & subdit malè agere Ordinarios, qui faciunt institutionem, & collationem de Capellaniis contra voluntatem fundatorum, & testatorum, qui noluerunt eas esse collatiuas.
12 Quid si appareat de vna collatione, vel intitulatione Ordinarij; dicit Garc. *vbi sup. n.* 112. *vers. rursus*, quòd in dubio censetur Capellania beneficium, cum tunc sufficiat probare statum beneficij, & de ea, tanquam beneficio fuisse factam collationem per Ordinarium & effectum sortitam, vt probant *n.* 1. Verùm quando constiterit fundatorem noluisse facere Capellaniam collatiuam, & beneficium, & sic de illius initio, sufficiet fuisse collatam, vt beneficium, spatio 40. annorum, vt habeatur pro beneficio, quia est causa, seu opus pium ad cuius præscriptionem tempus 40. annorum requiritur, *Auth. de Eccles. tit.* §. *pro temporalibus*, Tiraq. *de priuileg. piæ causæ priuil.* 139. & 140. S. fort. *de in integr. restit. part.* 1. *quæst.* 3. *art.* 5. *ex num.* 31. & sic in terminis Alphonf. de Leone *de officio Capellani part.* 1. *quæst.* 3. *num.* 40. dum tenet quod potest Capellania prophana fieri Ecclesiastica, si v. g. per tempus quadraginta annorum ter quatet que & etiam bis legatum in testamenm relictum vt celebrarentur Missæ per Sacerdotem eligendum per hæredes testantis, vt Capellaniam Ordinarius conferat oblato, & præsentato per patronum. Vnde conuincitur non benè dixisse Perez de Lara *dict. lib.* 2. *cap.* 1. *à num.* 50. dum ait non requiri tempus 40. annorum, sed sufficere in proposito tempus ordinarium ad præscriptionem rei prophanæ requisitum, ex Menes. *in cap. si aquam, num.* 46. *C. de seruit. & aqua*, Valasc. *cons.* 105. *num.* 42. Et hinc quoque reiicitur Ceuall. *commun. contra commun. q.* 767. *à n.* 6. dum existimauit, quòd licet Capellania non sit collatiua ex sua fundatione, tamen si ex consensu patronorum expresso, seu tacito, vel ex negligentia efficiatur collatiua, & postea iterum vacare contigerit, licet opponatur, quod non sit collatiua, vltimus status est considerandus in prouisione illius.

De his Capellaniis proximioribus consanguineis clericis ex sua institutione dati soliis, & qualiter proximitas attendatur, & computetur, & an censeantur etiam vocati descendentes illegitimi; vide Perez de Lara *de anniuers. & Capellan. lib.* 2. *c.* 2. Nicol. Garc. *de benef. p.* 7. *c.* 15. latè, & eleganter Illustriss. D. Roderic. à Cunha *in commeat. ad cap. neminem* 1. *dist.* 70. *ex a.* 27. *vsque ad num.* 41. 13

Vnùm autem Capellania fundata in Ecclesia Regulari censeatur in dubio Regularis, an verò sæcularis; Dubium eleuat Fra. Emman. *quæst. regular. tom.* 1. *quæst.* 3. *quæst.* 3. vbi resoluit propter solam fundationem Capellaniæ in Ecclesia Regulari manere Regularem, fauet Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 29. *num.* 27. dum tenet Capellanias præsumi esse Regulares ex eo solum, quod sunt fundatæ in Ecclesiis Ordinum; in quam sententiam non ineleganter expendi potest tex. *in l. Minutius* 61. *in fine*, *ff. de re vend.* & *in l.* 3. *de diuers. & tempor.* Sed illla nihilominus intelligenda est procedere, nisi huiusmodi Capellaniæ à sæcularibus fundatæ, sint in Ecclesiis Regularibus, non vt à Regularibus obtineantur, sed à secularibus, quæ ratio præcipue facere debet, vt hæ Capellaniæ præsumantur sæculares, cum pro sæcularibus fundentur, licet in Ecclesiis Regularibus. Ita de hac re consultus respondit Nicol. Garc. *in addit. ad tract. de benefic. part.* 7. *cap.* 10. *num.* 37. *vers. sed hoc non obstante*, Sanch. *dict. num.* 27. vbi sic etiam limitat nisi per sæculares teneri solitæ sint. 14

Aliæ verò Capellaniæ amouibiles sunt, quæ licet institutæ sint & erectæ auctoritate Episcopi, vt essent spirituales, tamen non ex eo sunt existimandæ beneficia Ecclesiastica. Ita Nau. *cons.* 5. *de preben. in nouiss.* Sayr. *in florib. decis. sub eodē tit. dec.* 5. benè Canalet. *decis.* 639. *n.* 8. & 9. optimè Sebast. Cæs. *d. disp.* 14. §. 3. *n.* 2. vbi *n.* 3. subdit non esse audiendum Nic. Garc. *d. p.* 1. *c.* 2. *ex n.* 71. Contra communem scribentium omnium sententiam contendentem Capellanias etiam ad nutum amouibiles, vel temporales, verè, & propriè beneficia esse Ecclesiastica, insistentem falsò illo fundamento, quod improbauimus *cap. præced.* quod scilicet non requiratur ad substantiam beneficij, quòd detur in perpetuum, tamen Garciæ resolutio admittenda mihi videtur si semel atque iterum per Ordinarium de Capellaniis huiusmodi facta fuerit collatio, quæ sola satis esse potest, vt Capellania etiam manualis, & amouibilis reputari, & iudicari debeat Ecclesiasticum beneficium, vt defendūt Guid. Pap. *q.* 187. *n.* 1. Rebuff. *de pacific. poss. n.* 349. Nicol. Garc. *de benefic. p.* 1. *c.* 5. §. 1. *n.* 313. *cum seq.* quos refert Rot. *in Gerunden. personatus. & causa pia* 17. *Maij* 1630. *coram R. P. D. Verospio.* 15

In

16 In his Capellaniis amouibilibus, quæ Ecclesiastica beneficia non sunt, potest fieri remotio sine causa, materia cessante, & odio in amouente, Selu. *de benefic.par.3.q.68.in fine*, Nau.*comment. 2.de Regular.num.* 65. cum aliis citatis à Garc. *d.cap.2.num.*88.Rot.*decis.*325.*num.2.part 2.recent.* & coram Buratt. inter eius decisiones impressas *decis.*382.*num.*4.& coram Caualer.*decis.*72.*an.*5.
17 vbi à princ. probat quòd licet sit manualis, si tamen eam quis longo tempore possedit, acquirit ius, in quo est manutenendus.& spoliatus esset restituendus,nec in illis procedit reg. *de triennali*, quominus possit amoueri,idem Garc. *d.cap. 2. num.* 89. refert Alphons. de Leone *in tract. de offic. Capellan.part.1.quæst 5.sect.16.à n.*252. nec pactum factum ratione illius sine Papæ auctoritate inducit simoniam, vt per Verall. *decis.* 356.
18 *part.*2. Rot. *decis.* 365. *part.* 2.Aloys.Ricc. *in collect.decis.part.4.collect.*7. 89. *in princip.* Narbona *d.q.*15.*num.*8.

Vnde ad titulum Capellaniarum amouibilium
19 neminem posse ordinari resoluunt Thoming. *decis.* 29. Marol *de irregular. lib. 4. cap.* 15. *num.* 4. Campan.*in diuers.Iuris Canon,rubr.*8 *cap.4.num.*8. *ad fin.* Nicol.Garc.*d.cap.2.nu.*83. Sebastian.Cæs. *d.§.3.num.*3.Ego ipse *de offic.& potest.Episcop.part. 2.alleg.19.n.*25. nisi obtineantur in Capella Papæ, quia ad illarum titulum poterit quis ordinari, vt docent Nau. *cons.*20.*de temporib. ordinat.* Sayr. *in florib.decision.sub eod.tit.decis.*59.Aloys.Ricc. *dict. collect.*789.*propè finem,vers. limita,& in praxi rerum fori Eccles.resol.* 334. *in fine*, Molfes.*tract.*6. *sum.cap.*t.*num.*77.Alphons.de Leone *dict.part.* 1. *q.3.num.*57. Ego ipse *d.alleg.*19.*num.*30. Et hucusque dicta de his duobus generibus Capellaniarum, procedunt,& locum habent in Capellis, Altaribus, Oratoriis,& anniuersariis, atque aliis similibus, quia non sunt beneficia Ecclesiastica, ex quo vel Episcopi auctoritate instituta non fuerint, vel ad nutum remouibilia sunt,aut alia signa denotantia beneficium Ecclesiasticum non habent. Vnde Mandos.*in reg.de annal.q.*18.*ex n.*1. *& num. fin.* latè agit de singulis supradictis, & in quo differant, refert alios Gonzal. *dict. gloss.* 5. *num.*61. Capellania enim non collatiua, præstimonium, onusque Missarum, vniuoca & synonyma nomina sunt,vt per Gratian.*discept.forens.c.* 387.*num.*73.Pereg.de Lara *anniuers.lib.2.c.1.num.* 10.*cum seq.*

Aliæ denique Capellaniæ in perpetuum au-
20 ctoritate Apostolica, vel Ordinaria erectæ, & in titulos creatæ, sunt Ecclesiastica, & dicuntur Capellaniæ collatiuæ, glos. *verb. beneficium, in Clem.de decim.* Fusc. *de visitat.lib.2.cap.*11.*num.*2. *& 6. cum seqq.* Petr. Gregor. *de re benefic. cap.* 11. *num.*10.*& syntagm. Iuris lib.*15.*cap.*29.*an.*5 Petr. de Ledesma *in summ.p.2.tract.9 c.4 conclus.*6 Ceuall.*commun.contra commun. q.* 69 *num* 19. Azor. *instit.moral.p.2.lib.3.cap.8.q.*3 .Zerol.*in praxi Episcop.part.1.verb.beneficio.§.1.& p.2 eod.verb.§.*10. Scip.de Rubeis *in aphor.Episcop verb Cappellania*, Narbona *l.35.gloss.3.n.1.tit.*. *lt.1.Recep.* Alphons. de Leone *d.part 1.quæst.3. à num* 6: Aloys. Ricc. *in decis.Curiæ.Archiep.Neapel.decis.*190.*num.* 10. *part.*2.Illustriss.D.meus *in comment ad cap* 12 *n.*1. *distinct.*55. Gonzal. *d.gloss.5.num.*68. Nicol.Garc. *d.cap.2.n.*95.Sebast.Cæs.*in relect.de Eccles.hierar. q.2.proœm.§.4.n.*13.

Et ideo earum Capellani ad Horas Canonicas
21 recitandas tenentur, vt resoluunt Nau. *de orat.* *cap.*20.*nu.*7.Medin.*in simili tract.q.*7. Azor. *instit. moral.p.1.lib.10.c.3.q.*5.Vasq.*de benefic.c.4 art.*1. *dub.3.num.*10. Suar.*de relig. tom.2.tr.4.lib 4.c.*22. *n.*22. Oliuer.Bonart. *de obligat. horarum canonicarum lib.*11.*&* 12. Squillante *de oblig.cler. p.*1. *n.*5. Villalob.*in summ.1.tr.*24. *diffic.*8. *n.*9. Trullench. *in præcepta Decalogi lib.1.c.7. dub.*12.*§.3.num.*5. Sanch. *in consil.p.1.lib.2 c.2.dub.*60.*n.*4.Alphons. de Leone *d.q.3.n.*64. Valer.Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.*30. *n.*40. Molfes. Malder. Filiuc. & alij, quos retuli *in collect. ad cap. dolentes n.6. de celebrat.Missar.* quibus addo Sebast. Cæs. *d.§.3.n.*5. Narbona *vbi proximè.*

Item gaudent fori priuilegio, Salzed. *ad Bern.* 22
*in pract.cap.*64.incip. *Coram sæcularibus n.* 11. *&* 12. Armendar. *in addit.ad recopil. legum Nauarræ lib.2. tit.19. de foro compet. n.*26. Cened. *Canonic. quæst.lib.1.q.4.num.*37.Ego ipse *de officio & potest. Episcop.p.2.alleg.* 12.*n.*10. Squil ante *de priuileg. cap.7 n.*18.Torreblanca *de iure spirit.lib.*15.*cap.*6. *num.*6.

Et ad earum titulum potest quis ad sacros Or- 23
dines promoueri, sicut ex aliis resoluunt Sebast. *d.§.3.nu.*4. & Illustr. D.meus Roderic.à Cunha *in comment.ad princip.dist.7.n.*9.Salzed. *ad Bernard. in pract.cap.18. n.9.vers. sed verum*, vbi dicit hoc verissimum quando ab initio in fundatione interuenit auctoritas Episcopi, & datur in titulum perpetuum,& *in vers.illud*,subdit defendi posse, quòd licèt in primæua Capellaniæ fundatione non interuenerit Ordinarij auctoritas; si tamen non reluctante fundatoris voluntate postea Capellania in Ecclesiasticum beneficium fuerit erecta, nempe per collationem & Canonicam institutionem fundatoris; consanguineus, vel alius, qui ad eam vocatus est, eius nomine & titulo poterit ordina- 24
ri. Si autem Capellaniæ sint sæculares, præsumuntur de sui natura perpetuæ, & collatiuæ,Lap. *alleg.9.num.*3. Card.*cons.*57.*num.*5. Cassad.*dec.*4. *num.2.de præbend.*Caualer.*decis.*72.*num* 3.

Huiusmodi autem Capellaniæ aliquando ha- 25
bent de per se Oratorium,seu Ecclesiam,aut ædem sacram cum plebe, vel sine illa separatam, & tunc magis propriè dicuntur Capellæ, vt *in rubr. & cap.1.de Capell.monach.* aliquando, Altare tantum, in aliqua Æde sacra, seu Templo ab aliis Altaribus diuisum, & tunc magis appellantur Capellaniæ, vnde litteræ Apostolicæ de prioribus loquentes, diriguntur sub hac forma, videlicet *Rectori Capella N.* posterioribus verò, *N. perpetuo Capellano in sacra Æde, Templo*, &c. explicat latè Petr.Greg.*syntag.Iuris lib.*15.*cap.*29.*num.*2.Azor. *d.lib.3.cap.1.q.5.ad fin.& cap.8 quæst.*1. Capella- 26
nia si habet onus celebrandi certas Missas,& coadiuuandi in cura animarum in Ecclesia Plebanatus, dicitur requirere residentiam. Ita referunt à Sacra Congreg. decisum Zerol. *in praxi Episcop. p.*1. *verb.beneficia §.1.vers.3.*Griuel. *Delana decis.*89. *num.*10 *tom.*1.

Capellania cum Mansionaria habita ratione ad 27
redditus annuorum fructuum vtriusque beneficij, qui perquam tenues sunt, ex Concilij decretis incompatibilis non est, si tamen vtrumque sit sub eodem tecto,vt simul retineri possint,opus est Sedis Apostol. dispensatione, vt referunt decisum Nicol.Garc. *de benefic.p.*11.*c.5.n.*243. Armendar. *in addit.ad recop. legum Nauarræ lib. 4. titul.7. de pluralitate benef.n.*21.*&* 22.

Capellania, cui adiunctum est onus deseruien- 28
di in choro,obtineri non potest cum Canonicatu,

non autem si haberet simpliciter onus celebrandi Missam, nisi essent sub eodem tecto, quia tunc Apost. dispensatio necessaria erit, Nau. *cons.25. de prebend.* in vtraque edit. Sayr. *in florib. decis. sub eod. tit. decis.* 25. Nicol. Garc. *d.c.5. num.* 243. *in 3. declar.* Armendar. *d. loco* 23. Gratian. *Marchia decis.* 155. *num.* 16.

29 Capellanias duas, vel tres sub eodem tecto vniformes non potest quis habere tanquam beneficia vniformia, Ricc. *p. 1. praxis decis.* 401. Alphons. de Leone *d. p.* 1. *q.* 3. *num.* 73. Si quis per annum ex collatione Episcopi retinuerit, incidit in priuationem omnium ipso iure, non obstante Episcopi dispensatione, vt per Nicol. Garc. *d.p.* 5. *num.* 98. Armendar. *d. loco n.* 18. Alphons. de Leone *d.p.1.q.3.num.* 73.

Capellanias duas collatiuas in eadem Ecclesia non potest pater & filius simul obtinere, Azor. *instit. moral. tom.* 2. *l.6.c.4.q.17.* Ricc. *p. 2. praxis resol.* 369. Alphons. de Leone *d.p.1.q.3.num.* 74. secus tamen erit si alter obtineat Capellaniam collatiuam, & alter non collatiuam, Nouat. *in suis singul. concl.5.n.4.* Campan. *in diuers. Iuris Canon. rub.* 11. *c.15.num.* 67.

30 Episcopus non potest compellere obtinentem Capellaniam vt ipsemet celebret, licet in eius fundatione disponatur quod Capellani celebrent; nam istis oneribus Missarum rectè per substitutos satisfit. Ita Sacram Congregationem respondisse attestantur Bonacin. *de Sacram. dist. quæst. vlt. punct.7.§.1.n.1.* Campan. *diuers. Iuris Canon. rubr.7. c.6.num.* 13. Homobon. de Bonis *de examin. Eccles. p.1.tract.4.c.* 13. *q.* 122. Piasec. *in praxi Episcop. p.2.c.3. art. 5. num.4.* Zerol. *in praxi Episcop. p.1. verb. beneficium §.7. concl.4. post cons.* 8. Nicol. Garc. *de benef.7. c. à num.* 85. Fagundez *in quinque Ecclesia precepta, prac.1.lib.3.c.9.* Ego ipse *de officio & potest. Episcopi p.2.alleg.* 24. *n.* 29. me citato *in illo loco* Diana *resol. moral. p. 2. tract. de celebrat. Missar. resol.* 18. vbi ex Piasec. *citato loco* refert, quòd tunc realiter Capellanus posset cogi ad Presbyteratum, quando in fundatione exprimeretur; quod debeat esse actu Sacerdos, & per se ipsum seruire, de quo etiam Fagundez *dict. cap.9.num.5.* Quoties enim non fuerit expresse dictum quod Capellanus teneatur celebrare per se ipsum, vtique potest celebrare per alium. Lep. *alleg.* 35. & 117. *num.* 2. Gonzal. *ad reg.8. Cancell. glos.5.n.* 75. *cum seq.* Stephan. Gratian. *Marchia decis.* 155. *num.* 4. & *discept. forens. cap.* 133. *n.* 1. Alphons. de Leone *de offic. Capellani p. 1. q.4. praxi 1.n.* 98. Rot. *decis.* 635. *num.* 2. & 3. & *decis.* 719. *num.3. in fine, part.2. recens.* & *decis.* 108. *n.5.* vbi adden. *n.15. corā Greg. XV.* Nec tenetur esse Sacerdos, quia in dubio non præsumitur, prærequisita à fundatione, nisi expresse id appareat, ita post Roch. Lambertin. & Ricc. resoluit Alphons. de Leone *de Officio Capellan. p.1.q.4. praxi 6.n.* 208. & *n.* 210. cum Rota resoluit quòd ex eo quòd in prima fundatione vocauerit ad capellaniam Titium Sacerdotem tunc temporis, non sequitur quòd voluerit omnes alios præsentandos ad eam debere esse Sacerdotes, sed potiùs id præsumi debet factum, ex quo de facto Titius erat Sacerdos. Et hinc idem Alphons. de Leone *vbi suprà num.* 212. cum Squillante *de priuileg. cleric. cap.4. num.* 27. resoluit Capellaniam non habere Sacerdotalem ordinem adiunctum quotiescumque fundator dixit quod præsentetur, vel instituatur Capellanus, qui & Missas celebret, quia tunc sufficit, vt præsentatus sit initiatus prima Tonsura, & ætatis 14. annorum; quia illa verba censeri potius debent posita ad onus quàm qualitatem significandam, ad notat. per Peregrin. *de Capellan. lib. 2. cap. 5. num.* 8.

Vnde prouenit vt Capellania habens onus duarum Missarum qualibet hebdomada, non expresso quod Capellanus per se ipsum celebret, non est Sacerdotalis. Sacr. Congregat. Concil. teste Garc. *in addit. ad sum. tract. de benefic. part. 3.* 31
cap.4.num. 15. Hinc etiam fit vt stante fundatione 32
Capellaniæ cum dispositione testatoris quòd quotiescunque vacaret, prouideretur Capellanus, qui celebret, vel dicat tot Missas qualibet hebdomada, non est necessarium præstare Presbyterum, sed sufficit quod seruiat, & Missas dicat per substitutum: eadem Sacr. Congregat, teste Gonzal. *ad regul.8. Cancell. gloss.5. n.* 72. 80. & 83. Hinc quoque infertur Capellaniam institutam à testatore cum his verbis. *Vt beneficiatus ipsius Capella omni die, seu saltem quinquies in hebdomada celebrara teneatur, & si negligens fueris, ipse beneficiatus incurrat pœnam duorum solidorum*, non censeri requirere personalem residentiam, nec exigere vt personaliter Missam dicat, eadem Sacr. Congregat. teste Garc. *in addit. ad 7. part. cap. 4. num.* 57. Hinc pariter colligitur Capellaniam non esse Sacerdotalem si in fundatione caueatur Capellanum debere celebrare diuina Officia, quia ex illis verbis non adstringitur Capellanus per se ipsum Missas celebrare, sed tantum denotatur obligatio, & onus quod fundator imponit Capellaniam obtinenti. Ita Sacr. Congregat. testibus Quarant. *in summ. Bullar. verb. seruitium Capellania*, Alphons. de Leone *d. quæst.4. praxi 6. num.* 217. vbi ex Rota *in Aquilana Capellania 26. Martij 1629. coram R. P D. Merlino* subdit quòd licèt hoc casu possit per alium Missas celebrare, non tamen per alium potest celebrare diuina Officia, & *num.* 221. hæc tanto magis vera esse affirmat vbi fuit iniunctum vt adiuuet dictus Capellanus Parochum in cura animarum, quia tunc non solum obligatur, sed debet esse Sacerdos, & *num.* 223. affirmat neque Capellaniam dici posse Sacerdoatalem ex eo quod fuit dictum, vt instituatur Capellanus, vel Sacerdos, qui celebret per se, vel per alium tot Missas.

Vice versa sunt plures casus in quibus attentis fundationis verbis constat fundatorem velle vt Cappellanus per seipsum & personaliter Missas celebret, & nonnunquam velle etiam quod Capellania sit Sacerdotalis requirens Ordinē Sacerdotis, vt in sequentibus. Primò quando fundator vtitur verbis negatiuis, videlicet, *non præsentetur nisi Presbyter vel Sacerdos, vel non præsentetur quī non fuerit Sacerdos*, tunc enim Capellaniam esse Sacerdotalem resoluunt Peregr. *de anniuers. & Capellan. lib. 2. cap. 5. à n.* 20. Alphons. de Leone *d. q.4 praxi 6.n.* 226. & censuit Rit. *corā Caualer. decis.* 231. Secundò quādoque à fundatione fuerit dictum. *Ad Capellaniā debeat præsētari vnus Sacerdos bona conditionis, & fama, Presbyter secularis.* Ita Steph. *decis.* 871. Idem erit dicendum vbi cauetur quod *præsētari debeat Capellanus de sua linea masculina, & ea deficiente de linea fœminina, etiamsi sit clericus prima Tonsura, & vtraque deficiente extraneus, qui tamen sit Sacerdos*, nam tunc respectu extranei, Capellania erit Sacerdotalis, ita quod qualitas Sacerdotis requiratur de tempore præsentationis, Rot. apud Vitian. post suum

praxin

praxin iurispatron. *decis.19.n.7.vers.præsuppositis*. Idem quoque dicendum erit vbi mandauit fundator quòd præsentetur Capellanus, vel Sacerdos, *qui Missam celebraret, & celebrare deberet*, Rota
33 *corā Caualer.decis.436.in fine*. Denique hinc quoque colligitur Capellaniam esse Sacerdotalem, ita vt possit conferri, ei qui intra annum valeat promoueri ad Sacerdotium, si in eius fundatione dictum sit, quod ad eam debeat præsentari vnus Capellanus, si de genere testatoris aliquis Presbyter inueniatur, aliàs quicunque alius sit Sacerdos, qui Capellanus, teneatur facere singulis annis anniuersarium pro anima testatoris, & teneatur Missas, & alia diuina Officia celebrare in eadem Capella iuxta facultatem, possibilitatem fructuum, & redditum. Ita S.Cong. Conc. *in Salernitana 11. Ianuarij 1610. Ad decis.Mantic. 129.* vbi sit differentia inter Presbyterum & Sacerdotem, fuit dictum non applicari ad causam, cùm illa loquatur de obseruantia subsequuta, in qua principaliter se fundat decisio. Sacerdotium quoque actu requiritur stante dispositione testatoris in fundatione duarum Capellaniarum, vt per beneficiatos prouideantur clerici Sacerdotes, qui teneantur, & debeant Missas celebrare, & arbitrio Capituli deseruire; vel ipsis impeditis per alios substitutos à Capellanis eisdem, & à Capitulo approbandos. Ita S. Congreg. Concilij *in Maternen. 8. Ianuarij 1628.*

34 Capellanus autem obligatus quotidie celebrare, potest ex causa maioris honestatis vnam Missam in hebdomada omittere, si institutio Missæ dirigatur ad personam Sacerdotis, his vel similibus verbis, *eligatur Capellanus, qui quotidie celebret*; non autem si adiungat, *per se, vel per alium*, nec etiam si institutio Missæ dirigatur ad locum, putà si fiat hoc modo, *dicatur quotidie Missa in tali Ecclesia, vel in tali Cappella*, &c. tunc enim Sacerdos, qui huiusmodi onus habet, sine vlla vacantia tenetur quotidie celebrare. Ita in parte Nau.*consl.1. in antiquis, aliàs 6.in nouis, de preben.* Sayr. *in floribus decis. sub eod. tit. decis. 6. & 16.* post Henriq. Sà, Fr.Emman. tenet Laurent. de Peyrin. *de priuileg. Regal.tit.3. in addit. pag.403. num.23.* Zanard. *in direct. Theolog. p. 1. de sacram. Missæ cap.13. in princ.* Vgolin. *de offic. & potest. Episcopi cap.14.n.3.* Fagundez *in quinque Ecclesiæ præcepta, præc.1.lib.3. cap. 16. num.11.* Bonacin. *de Sacram. disp 4 q.vlt. pun.7 § num. 16. & 17.* Fraxinel. *de oblig. Sacerd. sect.4. concl.4. §.1.* Diana *d.tr. de celebrat. Missar. resol.28 Ego d. alleg. 24.num.31.* Addit tamen idem Diana *p.5.tract.5. resol. 23.* post Nald. *in sum. verb. Missa num.7.* & Homobon. de Bonis *in consult. moral. tom.2.p. 7 resp.51.* ex aliqua magna necessitate dicere eidem Capellano aliquando per annum, putà quatuor vel sexies celebrare pro se ipso, vel sibi valde coniuncto, ad spectalem aliquam Dei gratiam, al cunedam, id enim non negaret pius Capellaniæ institutor, si de tali casu cogitasset, vel interrogatus fuisset.

35 Qui verò eligitur, vt quotidie celebret, & deinde ægrotauerit, non tenetur celebrare per alios si infirmitas parum durauerit, sed ad quod dies ex hoc extendatur non bene constat. Nam Petr. Nau. *de rest. lib. 2. cap.2. num 210.* & Nald. *in sum. verb. Missa num. 11.* non obligant Capellanum ad faciendum per alium celebrare si per spatium vnius, vel duorum mensium ægrotaret. Bartol. *in aphorism. lit. C. verb. Capellanus ægrotans*, Campan. *in diuers. Iuris Canon. rub.7. cap.6.n.14.* Laurent. de Peyrin. *de priuil. Regulari tom.3. in additam. cap.1. num.24. pag.405.* non enim, aiunt, credibile est fundatorem voluisse ita strictè obligare, cum suam mentem non explicaret, nec certe est rationale tantùm emungere. Diana verò *d.tract. de celebrat. Missar. resol.27.* extendit vsque ad 15. dies tantùm, quod idem ait Bonacin. *de sacram. disput.8.q.vlt. puncto. 8.n.17.* Ego tamen *d. alleg.24.num.32.* probabilius assero huiusmodi Capellanum infirmum excusari ab onere faciendi per alium celebrare, si ægrotaret per octo vel decem dies: & hanc sententiam tenenc Fraxinel. *d.sect.4 concl.4.§.13.* Molfes. *in sum. Theolog. moralis p. 1 tract.6. cap. 1. num.79.* Homobon. de Bonis *de examine Ecclesiastic. p.1 tract.4.c.13. q.122.* & alij per me citati *vbi supra.*

Capellanus institutus, & obligatus ad celebrandum in certo Templo, Oratorio, & Altari, malè faciet si Missas alibi celebret; non enim id licet, Imol. *in cap. officij num.27. vers. & hoc tenuit, de testam.* Nau. *consl.8. num. 10.eod.tit. in nouis* Seraphin. *decis.1149.n. 2. & 3.* Rot. *in Toletana Constitutionum Synodalium 9. Iunij 1624. corā Reuerendissimo D. meo Coccino Decano*: & sic talis celebrans extra Ecclesiam, in qua fuit per illos, qui eleemosynas dederunt, ordinatum, peccaret mortaliter; non tamen tenentur ad vllam restitutionem nisi aliquod suffragium defunctis subtraxerit. Ita Nau. *in man. cap.25.n.134* Azor. *instit. moral. tom.1. lib. 10. cap. 24.q 8.* Melch. Phœbus *decis.106. n.4.p. 1.* Mich. Reinoso *in obseruat. Iuris obseru 7. num 8. cum seq.* Homobon. de Bonis *de examine Ecclesiastico p. 1. tract.4. cap. 13.q.123.* Fraxinel. *de oblig. sacerd. sect. 4. concl.4.§ 9.n.3.* Fagundez *in quinque Ecclesiæ præcepta præc.1.lib.3.cap 9.num.7.* Diana *d.tract. de celeb. Missar. resol.29.* vbi subdit ex paruitate materiæ Capellanum in hoc casu aliquando excusari, vt si, v. gr. bis vel in anno in tali sacello, siue Altari non celebret. Episcopus verò ex iusta causa potest concedere vt Missa in alia Ecclesia, vel in alio Altari celebretur, si nequeat celebrari in loco constituto, colligitur ex text. *in c.non mediocriter, vers. dum igitur, de consecr. dist.5.* Abb. *consl.99.n. 5. vers. honestius enim, & in fine vers ad tertium,* Innoc. *in cap. fraternitatis, de sepultur.* Henriq. *in sum. lib. 9. cap.32.§.6.* Iacob. de Graff. *in aureis decis. p.1.lib.2. cap.43.n.1.* & Rot. *in d. Toletana Constitutionum.* Veluti propter aëris intemperiem, vel bellorum tumultum, aut aliam quamlibet iustam causam, vt expressè resoluit Reinoso *d.obserua.7. num. 17. cum seqq.* 36

Capellanus, qui promissione, vel fundatione tenetur celebrare certas, & particulares Missas, veluti de Spiritu sancto, & de Beatissima Virgine, aut de Requie, malè ageret si alias celebraret absque iusta causa, qualis erit si in eum diem incidat solemnitas alicuius Sancti, etiam si de eo celebretur officium simplex, & Sacerdos afficiatur maiori deuotione in Missa de dicto Sancto; licèt enim cæteris paribus Missa de Requie magis defunctis prodesset, cùm eius preces ad animarum liberationem directè fundantur, supplere tamen potest maior Sacerdotis deuotio, vel Sancti illius intercessio, cuius suffragium in Missa imploratur, & licet testator dixerit quod singulis diebus dicatur v.g. Missa de B.Virgine, vel de Requie, hæc verba tamen intelligenda sunt ciuili modo, & moraliter, non debet præualere voluntas testatoris Ecclesiæ ordini, & ritui. Quæ ita resoluunt Emman. Sà *verb. Missa num.48.* Sylu. *in 3.p.q.7. art.9. ad 5.* Possëuin. *de offic. Curati c.2. num.44. ad finem.* 37

Fraxinel. *d. sect. 4. concl. 4.* §. 4. Homobon de Bonis *de examine Ecclesiastico p. 1. tract. 4. cap. 14. q. 126.* Laorent. de Perinis *in priuileg. Minim. tom. 1. constit. 5. Leonis X. n. 2.* Azor. *instiint. moral. p. 1. lib. 10. cap. 32. q. 5.* Gauant. *in rub. Missar. tom. 1. p. 3. tit. 13. num. 20. & 21.* Fagund. *in quinque Eccles. precepta precep. 1. lib. 3. cap. 9. n. 6.* Villalob. *in sum. tom. 1. tract. 8. diffic. 91. n. 9.* Ioan. de la Cruz *in direct. conscient. p. 2. de sacrif. Missa q. 4. dub. 2. concl. 2.* Ego ipse *d. alleg. 24. num. 32.*

38 Capellaous non potest nouam eleemosynam accipere, & duabus obligatiooibus voica Missa satisfacere, nisi in fundationc exprcssè cautum sit quòd non teneatur Sacrificium applicare. Its S. Cong. Cooc. *in nullius celebrationis Missarum 13. Iulij* 1630. Vnde Gauant. *in rub. Missalis p. 3. tit. 12. num. 5.* Ghilen. *in sum. verb. Missa celebration. 25.* Bonacin. & Homobon. quos refert & sequitur Diana *moral. resol. p. 6. tract. resol. 13.* resoluunt quòd quando nullo modo constat de fundationc Capellaniæ, cùm nulla reperiatur scriptura, sed solum constat ipsum Capellanum teneri quotidie celebrare in tali Ecclesia, tenetur obtinens Capellaniam Missæ sacrificium applicare pro fundatnre.

Ille verò etiam ad nutum amouibilis, qui habuerit obligationem vnius Missæ qualibet hebdomada cum stipendio legato, & confirmato de octo annis in octo annos potest demandare celebrationem dictarum Missarum alteri cum eleemosyna consueta, iuxta morem regionis, retenta sibi parte dicti stipendij debiti Capellano. S. Congreg. Conc. *in Fanen. 7. Septembris* 1630.

39 Capellanus simplicis Capellaniæ personale aliquod seruitium impendere minimè tenetor, sed illi per substitutum inseruire valet, attenta generali coosuetudine, Felin. *in cap. dilectus 162. n. 1. de rescrip. & in cap. cum omnes sub n. 3. de constit.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. glos. 5. num. 80. & glos. 25. n. 76.* Stephan. Gracian. *Marchia decis. 155. n. 2.* Garc. *p. 3. cap. 1. num. 3. & seqq.* Rot. *decis. 483. num. 2. p. 1. diuers. & in Aquilana Capellania 26. Martij* 1629. *coram R. P. D. Merlino*, apud Alphons. de Leone *de offic. Capellani p. 1. q. 4. praxi 1. num. 100.* quæ limitat nisi vbi viget specialis consuetudo, statutum vel Constitutio in contrarium, vel nisi appareret fundatorem aliter voluisse, potest eoim ille etiam huiusmodi simplicibus Capellaniis residendi onus adiicere, cùm illud sit iuris dispositioni conforme.

40 Capellanus, qui teoetur in certa capella celebrare Missam vnam quolibet die, & inseruire omnibus Horis Canonicis in choro, & associare Cōfratres S. Caroli in omoibus functionibus, & processionibus publicis toties quoties cōtingerit exire ab Ecclesia ad hoc vt possint participare de distributionibus quotidiãis Capituli, prout cæteri Capellani inseruientes participant, noo potest per substitutū deseruire, Rot. *in dicta Aquilana Capellania* apud Alphoos. de Leone *d. q. 4. prax. 1. n. 103.*

Capellanus per se ipsum tenetur Diuinis inseruire posita institutione Capellæ infrascripti tenoris, videlicet, *Qui quidem Capellanus teneatur, & obligatus sit in quolibet hebdomada dicere in ipsa Ecclesia pro remissione peccatorum testatoris duas Missas, & deseruire Ecclesia in Diuinis.* Ita S. Cong. Concil. *in Viterbien. 11. Ianuarij* 1620.

41 Et ideo Capellanum in Ecclesia Cathedrali, teneri ad residentiã, stante fundatiooe suæ Capellæ cū onere quarundam Missarū & inseruiēdi in choro, cēsuit eadē S. Cōgreg. *in Ferrar. 7. Decēbris* 1627.

CAPVT VI.

De Vicariis.

SVMMARIVM.

1 *Vicarij in Iure Ciuili qui dicantur, ostenditur.*
2 *Vicarij in beneficiis sub duplici sunt differentia.*
3 *Vicarij perpetui quibus casibus constituendi.*
4 *Vicarij perpetui non possunt constitui absque erectione tituli Vicaria.*
5 *Vicarium perpetuum an, quando, & qua de causa Episcopus constituere debeat, ostenditur.*
6 *Vicarium perpetuum in quibus casibus Episcopus deputare non valeat, ostenditur, & num. seqq.*
7 *Vnio quando à tempore immemoriali facta est, & ex tunc constat Vicarios fuisse scientibus & consentientibus Ordinariis ad nutum amouibiles, & nunquam Vicarium perpetuum fuisse constitutum, tunc Episcopus perpetuum Vicarium deputare nequit.*
8 *Vnio quando facta est per viam pacti, & concordia à Sede Apost. approbata cum claus.* de seruiendo beneficio per Vicarium ad nutum amouibilem, *tunc nequit Episcopus deputare Vicarium perpetuum.*
9 *Beneficium quando est vnitum monasterio Monachorum, aut Mendicantium, tunc Episcopus non potest deputare pro eius seruitio Vicarium perpetuum, quia debent Monachi nominare Vicarium, & Episcopus examinare, & approbare.*
10 *Beneficium si esset vnitum ex priuilegio remunerationis causa concesso cum claus. ponendò Vicarium ad nutum amouibilem, tunc non posset Episcopus deputare perpetuum.*
11 *Vicarium perpetuum neque Episcopus constituere quando pro bono pacis & cessatione litium, rectaque beneficij gubernatione expediret nihil innouari, sed institui Vicarium ad nutum amouibilem.*
12 *Beneficium Parochiale quando ex priuilegio Pontificio* post Trid. decretum *concesso vnitum esset cum* claus. instituendi Vicarium ad nutum amouibilem, *tunc nequibit Episcopus contra id priuilegium Vicarium perpetuum constituere.*
13 *Erectio de Vicaria ad nutum in perpetuum per Episcopum facta ex facultate sibi concessa per* Coocil. Trid. sess. 7. c. 7. de reform. *non alterat vnionem iam factam quoad exercitium cura.*
14 *Vicarius perpetuò adscriptus Ecclesia Cathedrali est de corpore Cathedralis, & consequenter debet incedere sub Cruce eiusdem.*
15 *Rectores Ecclesiarum Parochialium, & perpetui earundem Vicarij, in quo conueniant, & differant, ostenditur, & numero seqq.*
16 *Portio certa vbi monachis vel Canonicis assignatur, & reliqui idem fructus Vicario relinquuntur, tunc ipse Vicarius principalis censeri debet.*
17 *Vicarij etiam perpetui ex sermonis proprietate non comprehenduntur in dispositionibus qua de Rectoribus*

Rectoribus Ecclesiarum faciunt mentionem, præcipuè in materia pœnali, odiosa, vel exorbitanti.

18 *Beneficium Ecclesiasticum dicitur obtinere, perpetuus Vicarius, atque in eo locum habent omnes dispositiones, quæ de beneficio faciunt mentionem.*

19 *Vicarij perpetui habent verum titulum.*

20 *Dispositæ de beneficio curato habent locum in Vicaria perpetua.*

21 *Iura omnia loquentia de beneficiis curatis circa vacationem per assecutionem, & non promotionem, & de eorum ætate, locum habent in Vicariis perpetuis.*

22 *Pœna extrauag. Execrabilis, de præbend. locum habet in Vicariis perpetuis.*

23 *Officium diuinum recitare tenetur Vicarius perpetuus.*

24 *Ordinari potest ad titulum suæ Vicariæ Vicarius perpetuus.*

25 *Pœna* cap. de multa de præben. &c. licet canon. de elect. lib. 6. *habet locum in Vicario perpetuo.*

26 *Vicarius perpetuus Rector curæ animarum aliquando dicitur, licet propriè non sit Rector.*

27 *Vicarius, Curatus, & Rector, aliquando vti synonima variantur.*

28 *Cura animarum residet penes Prælatum, seu Rectorem beneficij vniti, curæ verò exercitium penes Vicarium in dicto beneficio vnito deputatum.*

29 *Papa erigendo Vicariam perpetuam, & in Vicarium transferendo curam, nihil aliud fecit quàm constituere illum actu Rectorem curæ animarum, licet propriè non sit Rector Ecclesiæ.*

30 *Vicarius perpetuus dicitur habere curam animarum, non autem Rector principalis.*

31 *Rector principalis si existente Vicario perpetuo velit se ingerere in cura animarum, nullo modo posset.*

32 *Cura habitualis est in illo, qui præest beneficio principali, cura tamen actualis eidem sublata translata fuit in Vicarium perpetuum.*

33 *Vicariæ in erectione aliquando Vicario reseruatur tantum curæ exercitium.*

34 *Cura actualis, & habitualis, atque illius exercitium, & sic tota nonnunquam, confertur in Vicarium temporalem, & tunc ille est prouidendus per concursum.*

35 *Vicariæ perpetuæ Parochiarum vnitarum, vbi tota cura in eas non fuit translata, concursu non conferuntur, sed solùm ad nominationem illorum, quorum dignitati, vel Ecclesiæ Parochiali est vnita & annexa, deputandi, & instituendi sunt Vicarij.*

36 *Vicarius perpetuus non potest remoueri etiamsi Rector principalis moriatur.*

37 *Vicarius non potest substituere alium Vicarium, nisi esset consuetudo in contrarium, vel substitutus poneretur ex causa parum duratura.*

38 *Rector, vel is, cui est beneficium vnitum, in decimis habet fundatam intentionem.*

39 *Vicarius perpetuus de Iure communi in decimis fundatam habet intentionem pro sua tantum cõgrua portione assignata, & adhuc quoad omnes decimas, vbi nullus adest Rector, vel non appareret de vnione.*

40 *Portio competens ex fructibus beneficij assignanda est Vicario perpetuo* Concil. Trid. *septem in locis congruæ portionis assignandæ Vicario meminit.*

42 *Portionem congruam Vicariis assignandam antequam decernat Episcopus, quæ perscrutari oporteat, ostenditur.*

43 *Portionem congruam definiuit constitutio Pij V.*

44 *Distributiones quotidianæ, aliáque incerta numerantur in portione congrua Vicariis assignanda,*

45 *Nominatio Vicarij perpetui Parochiali vnita spectat non ad Ordinarium, sed ad eum cuius est beneficium in quo erigitur Vicaria, etiam quod Vicariæ vacent in mense reseruato, seu cadant sub alia reseruatione.*

46 Concil. Trident. sess. 7. de reform. c. 7. & constit. Pij V. *loquuntur de Vicariis illarum Parochialium vnitarum, quæ ante Concil. non habebant Vicarios perpetuos, sed amouibiles.*

47 *Vicarij, seu Parochi in Ecclesia exempta animarũ curam exercere intendentes prius approbandi & examinandi sunt ab Episcopo iuxta dispositionem,* cap. per exemptionem, de priuileg. in 6.

48 *Episcopus potest examinare, & approbare simpliciter, non autem ad tempus Vicarios Ecclesiarum Parochialium vnitarum & dependentium a religione Hierosolimitana.*

49 *Examinare potest iterum Episcopus Vicarios Ecclesiarum Parochialium vnitarum & dependentium à religione Hierosolimitana superueniente rationabili causa, & suspicione ignorantiæ ad effectum* c. 6. sess. 12. de reform.

50 *Vicarius temporalis dicitur, qui auctoritate alicuius in locum alterius ad tempus, vel ad voluntatem constituentis sufficitur.*

51 *Vicaria temporalis dicitur, quæ ad tempus, non in perpetuum duratura est.*

52 *Vicarius temporalis ex quibus causis à Iure probatis constitui possit ostenditur,* & num. seqq.

53 *Rector. quando è ministerio & officio deiicitur, vel remouetur à loco, vel se ad Religiosæ vitæ statum confert, temporalis Vicarius est constituendus.*

54 *Beneficium quando est vnitum mensæ Episcopi, vel Capituli, potest constitui Vicarius temporalis.*

55 *Vicariæ perpetuæ quando vniuntur, tunc ad vnum possidentis instituitur Rector.*

56 *Vicarius deputatus amouibilis in vocatione Parochialis Ecclesiæ per Episcopum solum, in cuius diœcesi Parochialis sita est.*

57 *Vicarij temporales assumuntur alij vt mercenarij ab Ecclesiarum Prælatis, Rectoribus, &c.*

58 *Vicaria temporalis, seu ad nutum amouibilis, non est beneficium, nec titulus beneficialis.*

59 *Vicariis temporalibus non intrat* regul. de annali, *nec illa subiiciuntur reseruationibus Apost.*

60 *Ordinari non potest quis ad titulum Vicariæ temporalis.*

61 *Vicarij temporales non gaudent prærogatiuis, & emolumentis, quibus gaudent Vicarij perpetui.*

62 *Officium diuinum recitare non tenentur Vicarij temporales, nisi,* &c.

63 *Nominatio Vicariorum ad nutum amouibilium pertinet ad Prælatum monasterij cui beneficium vnitum est, & Episcopus solum debet approbare,* &c.

64 *Ius nominandi Vicarium in Ecclesia ad Regulares spectat.*

65 *Vicarius temporalis potest ad nutum amoueri per eum, qui illum constituit, & potest fieri reuocatio sine causa malitia cessante, non tamen ante annum seruitij finitum.*

66 *Vicarius temporalis nullo modo se iuuare poterit* reg. de triennali, *quominus possit amoueri.*

67 *Vicaria perpetua, & temporalis ex quibus cognoscatur: ostenditur.*

68 *Doctores referuntur de Vicariis perpetuis Parochialium vnitarum egentes.*

1 ICARII in Iure Ciuili late sumpto vocabulo dicuntur illi, qui in locum alterius Magistratus, absentis scilicet, mortui, vel impediti substituuntur ab eis, qui à lege ad id potestatem habent, vt deducitur ex *l. 1. ff. de tutorib. & curat. datis ab his. l. Vicarius ff. de legation.* Cuiac. *lib. 1. quæst. Papin. super l. 5. ff. de offic. Procons.* Morl. *in emperio Iuris, tit. 2. in prælud. num.* 84. In Iure autem Canonico multipliciter sumuntur, de quibus, & præcipuè de omni genere Vicariorum Episcopi latè agimus infrà in speciali *cap. de Vicariis Episcopi.*

2 In beneficiis verò Vicarij sunt in duplici differentia, quidam perpetui, alij temporales dicuntur, secundum Abb. *in c. extirpanda, §. qui verò, num. 5. de præbend.* Læli. Zechi. *de benefic. & pens. c. 7. n. 9.* Azor. *instit. moral. p. 3. lib. 3. cap.* 6. Paul. Laiman. *in Theolog. moral. lib. 4. tit. 2. cap. 5. n.* 8. Claudi. Matt.
3 *in dialog. de perpetuis, & generalibus Vicariis, p.* 1. Perpetui sunt quando vnio Parochialium Ecclesiarum fit accessoriè; nam tunc apponitur Vicarius perpetuus, *cap. extirpanda, §. qui verò, de præbend. c. 1. de capellis monach. c. 1. eod. tit. in 6. Clem. vnic. de officio Vicarij,* cum aliis, de quibus Rebuff. *in praxi benefic. tit. de Vicar. perpet. à num.* 1. Hoied. *de incompatibilib. benef. p. 2. c. 15. n.* 2. Gonzal. *ad regul. 8. Cancel. gloss. 5. §. 3. ex n.* 10. Dicuntur etiam perpetui Vicarij, quos Ordinarij duxerint constituendos in quibuscumque beneficiis Curatis, quæ Cathedralibus, Collegiatis, seu aliis Ecclesiis, vel monasteriis, beneficiis, & collegiis, seu piis locis, quibuscumque perpetuò vnita, & annexa reperiuntur, iuxta dispositionem Concil. Trid. *sess. 7. de reformat. cap.* 7 quod procedit etiamsi in literis vnionis expressa sit clausula, vt possint deseruire per Vicarios amouibiles si litteræ ante Concil. Trident. emanauerint, non ita si post illud sub eadem clausula fuerint concessæ, prout refertur decisum Nicol. Garc. *de benefic. p. 11. c. 2. n.* 9. Flores de Mena *var. q. lib. 1. q. 20. à num. 36. cum seqq.* Ego ipse *de officio & potest. Episcopi. p. 3. alleg. 72. n.* 190. vbi etiam aduerto non pugnare cum Cõcil. Trid. *in dict. cap.* 7. aliud eiusdem Concilij decretum *sess. 25. de Regularibus cap.* 11. dum supponit in Ecclesiis monasteriorum Vicarios remouibiles poni posse, eò quia illud *in dict. cap.* 7. non negat id; quod post *in d. cap.* 11. est statutum, sed relinquit arbitrio Ordinariorum, vt si viderint expedire,
4 perpetuos ponant Vicarios, & vbi Ordinarius voluerit in executionem dicti decreti Concilij Vicarios temporales in perpetuos mutare; debet prius erigi Vicaria perpetua, quia Vicarij perpetui tunc non poterunt institui absque erectione tituli Vicariæ, vt respondit Sacra Congregatio teste Nicolao Garcia *de benefic. p. 11. c. 2. num.* 15. vbi *num.* 18. post Flores *d. q. 10. num. 80. & n.* 10. subdit, non posse Episcopum procedere ad exe- 5
cutionem dicti decreti, & positionem Vicarij perpetui, nisi citatis & auditis partibus, & *n.* 12. ait nec videre id posse fieri nisi in visitatione, quando beneficia sunt vnita monasteriis, & locis regularibus, & exemptis, & *n.* 8 post Nau. *cons. 11. n. 7. de statu monach. in nouis*, Flores de Mena *d. q. 10. num.* 47. resoluit nec posse Ordinarium liberè, & sine causa id facere, quia eius arbitrio, & iudicio videtur relictum, vt colligitur ex illis verbis, *solicite prouidere procurent*, & ex illis, *nisi aliter expedire videbitur*, quæ denotant arbitrium boni viri, & sic ratione regularum, & in hac mutatione inspiciendam esse expedientiam & vtilitatem Ecclesiarum, & addit Nau. *citato loco*, iustè posse appellari ab ordinario, si malè arbitretur, quamuis appellatione eiusmodi non suspenderet eius sententiam, quominus executioni mandaretur; deuolueret tamen iurisdictionem, quia causa cognita illam reuocaret.

In certis tamen casibus vigore Trid. *in sæpe ci- 6
tato c.* 7. non poterit Episcopus deputare Vicarium perpetuum. Primò quando à tempore immemoriali vnio facta est, & ex tunc constat Vicarios fuisse ad nutum amouibiles, scientibus & consentientibus Ordinariis, & numquam Vicarium perpetuum fuisse constitutum. Ita Flores de Mena 7
d. q. 10. n. 44. Sanch. *in præcepta Decalogi tom. 2. lib.* 8
7. c. 29. n. 191. vers. tertio fallit. Secundò quando vnio facta est per viam pacti, & concordiæ à Sede Apost. approbatæ, cum *claus. de seruiendo beneficio per Vicarium ad nutum amouibilem*, tunc enim nequit Episcopus deputare Vicarium perpetuũ, quia Trid. *eod. c.* 7. in clausula derogatoria contenta in eo decreto non meminit pacti, & concordiæ à Sũmo Pont. approbatorum, & vt his derogaretur, expressa mentio opus erat. Ita Flores de Mena *d. q.* 10. *n.* 41. Sanch. *d. n. 191. secundo fallit.* Tertiò quando beneficium vnitum sit monasterio Monachorum, aut Mendicantium; tunc enim Episcopus non 9
potest deputare pro eius seruitio perpetuum Vicarium, sed ad nutum amouibilem; sic enim restrinxit Pius V. decretum illud Concilij Trid. *in dict. c.* 7. in quodam Motu proprio, incip. *Ad exequendum pastoralis officij debitum, sub dat. Kalend. Nouemb.* 1567. quem refert Stephan. Quarant. *in sum. Bullarij, verb. Vicarius perpetuus*; debent autem Monachi nominare Vicarium, & Episcopus examinare, & approbare. Ita Flores de Mena, *d. q. 20. n.* 40. Nicol. Garc. *de benefic. p. 11. c. 2. n.* 23. Sanch. *d. n. 191. vers. fallit primo.* Cui quidem Pij V. Constitutioni non obstat, nec derogat *reg.* 8 reseruatoria mensium, vt multis probat Gonzal. *gloss. 5. §. 4. n. 59. cum seqq* nec etiam illi derogatum fuit per aliam Constitutionem Gregorij XIII incip. *In tanta rerum & negotiorum mole*, quam refert Quarant *verb. Priuilegia regularium pag. mihi* 539. nã vltra quod dicta Gregorij Costitutio duntaxat procedit quoad Vicarios Parochialium vnitarum monasteriis, postea idem Gregor. XIII. ore tenus reualidauit dictam Pij V. Constitutionem, dummodo cum fratre, seu Religioso Vicario ad nutum amouibili pro monasterio pro subeunda animarum cura assignando vnus duntaxat alius Religiosus extra claustrum maneat, & non plures, prout S. Concilij Trid. Congregatio declarauit, adeò quòd memorata Pij V. Constitutio est hodie seruanda, ita attestatur Gonzal. *l. gloss. 5. §. 4. n.* 79. Campan. *in diuers. iuris Canonici rub. 7. c. 6. n.* 121. Quartò, quando ex priuilegio remuneratorio causa

causa concesso beneficium esset vnitum cum
clausula *ponendi Vicariam ad nutum amouibilem*,
quia in generali priuilegiorum derogatione,
quam ponit Trident. *eodem c.7.* non comprehen-
duntur priuilegia remunerationis gratia, con-
cessa, vt ex multis probant Flores de Mena *d.q.*
11 10.*n.*46. Sanch. *d.n.*191. *vers. quartò fallit*. Quintò,
quando pro bono pacis, & cessatione litium, re-
ctaque beneficij gubernatione expediret nihil
innouari, sed institui Vicarium ad nutum amo-
uibilem, tunc enim nequit Episcopus perpetuum
instituere, quia Trident. id non liberæ Episcopi
voluntati reliquit, sed visum est verbis arbitrium
boni viri denotantibus, *ibi, nisi ipsis Ordinariis pro
bono Ecclesiarum regimine aliter expedire videbi-
tur*. Quare ita docent Flores de Mena *d.q.*10.*n.*47.
Sanch. *d.n.*191. *vers. quintò fallit*. Sextò quando
particulariter, & per se fuit vnita Vicaria perpetua,
tunc enim nequit Episcopus Vicarium perpe-
tuum instituere, quia Trident. non concedit ei fa-
cultatem tollendi vnionem, sed assignandi Vica-
rio beneficio Parochi vnito: ita Flores de Me-
12 na *d.q.*10.*n.*48. Sanch. *d. n.*191. *vers. sexto fallit*.
Septimò nisi ex priuilegio Pontificio post Triden-
tini decretum concesso vnitum esset beneficium
Parochiale cum clausula *instituendi Vicarium ad
nutum amouibilem*, tunc enim nequibit Episcopus
contra id priuilegium Vicarium perpetuum con-
stituere; quia cum Trident. nequierit potestatem
Pontificiam restringere, cum derogauit priuile-
giis, intelligitur de priuilegiis ante id decretum
concessis, sic Nicol. Garc. *d.p.*11. *cap.*2. *n.*5. Flo-
res de Mena *d.q.*10.*num.*49. vbi *num.*50. exigit vt
id priuilegium ex certa scientia, aut Motu pro-
prio, aut enim expressa Trident. derogatione, con-
cessum sit; subdit, vt intelligitur etiam derogatum
illi Tridentini decreto si ex verbis priuilegij
constiterit eam fuisse Pontificis mentem; ac in
dubio dicit eam esse præsumendam, eò quòd il-
lud Tridentini decretum satis notorium sit, &
*n.*51. animaduertit in prædictis casibus, in quibus
non est integrum Episcopo Vicarium perpetuum
in eo beneficio constituere, teneri curare, vt be-
ne deseruiatur beneficio, aliàs poterit eum Vica-
rium perpetuum instituere, quia priuilegium ob
13 eius abusum amittitur, vt ex multis ibi probat.
Illud aduertere oportet quod erectio de Vicaria
ad nutum in perpetuam per Episcopum facta ex
facultate sibi concessa per Concil. Trident. *d.c.*7.
non alterat vnionem iam factam quoad exerci-
14 tium curæ, Caualer. *decis.*595. *num.*2. *in fine*. Nec
est omittendum, quod Vicarius perpetuo adscri-
ptus Ecclesiæ Cathedrali est de corpore Cathedra-
lis, & consequenter debet incedere sub cruce
eiusdem, & non sub cruce collegiatæ, vt declara-
uit S. Rituum Congreg. *in vna Maceraten.* 21.
Martij 1609.

15 Rectores Ecclesiarum Parochialium, & perpe-
tui eorundem Vicarij licet in aliquibus conue-
niant, maximè tamen inter se differunt; Rectores
enim sunt principales personæ in Ecclesia, ex
qua primò, & principaliter cura incumbit, at verò
Vicarij tanquam minus principales, & coadiuto-
res Vicariam præstant operam, vt notat *glos. vlt.
in cap. ad hæc, de offic. Vicar. & in cap. fin. verb. an-
nexa, de prabend. in 6.* recepta communiter per
Doctores *ibidem*, & per Card. *n.*10. Aufret. *ad Ca-
16 pell. Tholos. decis.*109. Petr. Greg. *rei benefic. cap.*10.
*n.*26. notantes meritò rubricam *de capellis Mona-
chorum*, sic concipi, non verò *de capellis Vicario-
rum*; sic & meritò receptum est, quod vbi certa
portio Monachis, vel Canonicis assignatur, & re-
liqui fructus Vicario relinquuntur, ipse Vicarius
principalis censeri debet, & bonorum Ecclesia-
sticorum habere rei vendicationem, non ita vbi
certa portio assignatur Vicario; vt patet in exem-
plo quotidiano, quando vnio fit accessoriè, notat
glos. *verb. necessitas in cap. exposuisti, de prabend.*
recepta communiter ex Abb. *ibi num.*11. atque
aliis, quos refert additio ad eundem Abb. *in c. po-
stulasti, notab.* 1. *de rescript.* Atque colliges regu- 17
lam, quod in dispositionibus, quæ de Rectoribus
Ecclesiarum faciunt mentionem, Vicarij etiam
perpetui non comprehenduntur ex sermonis pro-
prietate, præcipue in materia pœnali, odiosa, vel
exorbitanti, ex notatis *in reg. odia, & in reg. qua
à iure exorbitant, de Reg. iur. lib.*6. Conueniunt
tamen in eo quòd principalis Rector atque etiam
perpetuus Vicarius beneficium Ecclesiasticum di- 18
citur obtinere hic respectu Vicariæ, ille autem re-
spectu Rectoriæ, seu prælaturæ: & constat, quia
omnia, quæ ad beneficium constituendum iure
requiruntur, reperiuntur etiam in perpetua Vicaria,
vt percurrenti apparebit, ac proinde dispositiones
omnes, quæ de beneficio faciunt mentionem, in
perpetuis Vicariis procedere, notant variis in locis
scribentes, vt per Hoied. *de incompatib. benefic.
p.*2. *cap.*10. *n.*11. Nicol. Garc. *de benefic. p.*9. *cap.*2.
*n.*286. *vers. & disposita*. & probat text. optimus *in
d.c. postulasti* 27. *de rescriptis*, ibi, non enim carere
beneficio debet dici, cui competenter de perpetuæ
Vicariæ prouentibus est prouisum, *cap. Michael,
de filiis Presbyt.* & ideo Vicarias perpetuas Eccle-
siastica esse beneficia tradunt Rebuff. *d. tit. de Vi-
car. perpetuis n.*14 *& in tract. nominat. q.*9. *n.*8. *aliàs*
7. Ludouic. Gonz. *in reg. de idiom. q.*11. *n.*2. Hoied.
*de incompatib. benefic p.*1. *cap.*15. *ex n.*11. Nau. *in
mann. cap.*23. *n.*111. *vers. ad* 13. Ioan. Quintin. *in
repet. cap. de multa n.*27. *de prabend.* Lessi. *de instit.
lib.*2. *cap.*24. *n.*3. Gonzal. *d. glos.*5. §. 3. *n.*19. Azor.
instit. moral. *p.*2. *lib.*5. *cap.*6. *q.*6. *& in cap.*29. *q.*19.
Nicol. Garc. *de benefic. p.*1. *cap.*2. *n.*95. Ant. Fabric.
*in theoric. de re beneficial. tit. de offic. & administrat.
ex n.*39. Sebast. Cæs. *in relect. de Eccles. hierarch.
p.*3. *disp.*14. §. 8. *à princ.* Ego ipse *de appell. verb.
vtriusque iuris significat. appel.*58. *ex n.*4. Nam ta- 19
les Vicarij perpetui habent verum titulum, *cap. ad
hæc, de offic. Vicarij*, Gambar. *de offic. & potest. Lega-
ti de latere lib.*6. *tit. de dispensat. num.*10. Gonz. *d.*
§. 3. *num.*20. & dicuntur habere beneficia Curata, 20
Nicol. Grac. *de benefic. part.*7. *cap.*2. *num.*289. quæ
enim dicuntur de beneficio Curato, habent lo-
cum in Vicaria perpetua, Rebuff. *in tract. nomin.
q.*6. *n.*7. *& q.*16. *n.*13. Gonzal. *d.* §. 3. *n.*21. Nicol.
Garc. *d. num.*286. *in fine*. Flamin. Paris. *de resignat.
benef. lib.*3. *q.*1. *n.*115. *cum seqq.* Campan. *in diuers.
Iur. Canon. rub.*7. *c.*6. *n.*114. Nauar. *cons.*11. *n.*3. *de
statu Regul. in nouis*.

Hinc omnia Iura loquentia de beneficiis Cu- 21
ratis circa vocationem per assecutionem, & per
non promotionem & de eorum ætate, locum ha-
bent in huiusmodi Vicariis perpetuis, vt expres-
sè probat *Clem. vnic. de offic. Vicarij*, quæ nihil no-
ui inducit circa Vicarios perpetuos per rece-
ptionem similem admittendos, nam certum
est in dispositionibus quantumcunque pœna-
libus appellatione beneficij vicarios perpetuos
comprehendi, cum in materia quantumcunque
pœnali, & odiosa ea omnia comprehendantur,
quæ sub verbi proprietate continentur, *l. cum lege.
ff. de*

ff.de testam. cùm aliis plenè congestis à Tiraq. *in l.si vnquam.C.de reuocand. donat.in præfat.n.*119. Cou.*lib.*1.*var.cap.*20.*num.*7.*& lib.*3.*cap.*5.*n.*8 *ad fin.*vt constat ex *c.de multa, de preb.* ibi *quicunque receperit aliquod beneficium* : ergo sequitur in ea decisione secundum rigorem disputationis Vicarios perpetuos Ecclesiarum Parochialium comprehendi, vt notat Hoied,*d.c.*15.*n.*18.& Petr.Gregor. *rei benef.c.*7.*n.*1.

22 Vnde etiam in Vicariis perpetuis admittendam esse pœnam *Extrauag. Execrabilis, de prebend.* vt scilicet si quis secundam Vicariam retinere contendat, vtramque amittat, & ad alia beneficia fiat inhabilis, quòd scilicet *Extrauag.* illa vtitur verbis generalibus, vt *in vers. qui verò deincept.* ibi, *Personatum, seu officium, aut aliud beneficium*; ex quibus verbis hoc notauit glos. *verb. admittendis in d.Clem.vnic.*recepta secundùm Bonif. *n.*47.*ibidem*, Azor.*d.p.*2.*lib.*3.*cap.*6. *quæst.*8. Hinc etiam regula de idiomate habet locum in Vicario perpetuo, vt per Ludouic.Gom.*ibidem q.*11.*per tot.* nec non reg.de annali, secundùm Mandof. *reg.*33. *de annali q.*13.Gongal. *d.§.*3.*n.*30.*& seqq.*

23 Ex eadem quoque ratione ad Officium diuinum recitandum obligari Vicarios perpetuos resoluit Paul.Laym.*in Theologia moral. lib.*4. *tract.* 2.*cap.*5.*n.*8 *vers.his positis.*

24 Hinc quoque Sebast.Cæs.*d.§.*8.*ex num.*3.notat Vicarium perpetuum ad titulum suæ Vicariæ posse ordinari, quod etiam resoluunt Salzed ad Bernard. *in pract.*18. *numer.*7. *in nouissim. impress.* Valenzuel. *cons.*64.*n.*29.*lib.*1. Campan. *in diuers. Iuris Canon.rub.*8.*c.*4.*num.*8. Addit idem Sebast.

25 Cæs.*eodem loco*,pœnam *d.cap.de multa de prabend.* quòd priuatus sit ipso iure optinens parochialem, aliam similem recipiens, procedere etiam in perpetuis Vicariis; sicuteriam pœnam *cap. licet canon,de elect. in* 6. contra obtinentes Parochialem si intra annum ad sacros Ordines non promoueantur, vel si legitimam 25. annorum ætatem, non habuerint, iuxta text. *in cap. cum in cunctis §.in inferiorib, de elect.* procedere quoque in huiusmodi perpetuis Vicariis decidit. text. *in d.Clem. vnicn.de offic.Vicar.*& resoluit Azor. *d.lib* 3.*cap.*8. *quæst.*5.

26 Quæ omnia procedunt, & locum habent, siue vocetur Vicarius, siue Curatus, siue Rector, siue alio quouis nomine, ex Rebuff. *in tract. nominat.*

27 *quæst.*15.*num.*48.*vers.*19. dicitur namque iste Vicarius perpetuus Rector curæ animarum, licet propriè non sit Rector Ecclesiæ, Abb. *in d.c.exparte. n.*3.*de offic.Vicar.* Vitalin.*in d. Clem. vnica n.*24. *eod.tit.* Aloys. Ricc.*in collect. decis. collect.*979.*in princ.*& sic aliquando prædicta illa nomina vti synonyma variantur, & vnum ponitur pro alio, glos. *verb. Rectoribus in Clem.*1. *§.nonnulli quoque* vbi Vitalin.*n.*33.*de excess.Prælat.*

28 Cura animarum residet penes Prælatum seu Rectorem beneficij vniti, curæ vero exercitium penes Vicarium in d.beneficio vnito deputatum, *cap.super eo,*& ibi glos *de prebend.in* 6.Rot.*decis.*2. *de offic.Vicar.in antiq.*Seraphin.*decis.*109.*n.*3.Buratt. *decis.q.*36.*num.*1. Rota *in Romana Vicariæ* 8. *Nouembris* 1621. *coram Reuerendissimo D. meo Coccino Decano* vbi fuit dictum quod cum Ecclesia S.Mariæ in via lata esset Parochialis, & deinde Pius V.erigeret Vicarium perpetuum in ea, penes ipsum Vicarium est omnimoda cura actualis: habitualis verò penes Capitulum, Oldrad. *cons.*63.*num.*1. *in fine*, Roman. *cons.*325.*n.*3.Host. *in c.exposuisti, de preb.*Mandof. *cons.*20.*n.*9. Hieron.Gabr. *cons.*190.*num.*7.*lib.*2.& quòd præterea Papa erigēdo Vicariam perpetuam,& in Vicarium transferendo curam, nihil aliud fecit, quàm constituere illum actu Rectorem curæ animarum, licet propriè non sit Rector Ecclesiæ, Vitalin. *in Clem.*1.*num.*24.*de offic.Vicar.* Abb.*in cap.ex parte in* 3.*notab.eod.tit.*Card. *in dict.Clem.*1.*n.*18. *quæst.* 9.*vers.solutio, & cons.*3.*col.*1.*in fine,paulo ante,n.*1. *vers.& hoc videtur.* aufetendo curam à Capitulo, Nau. *cons.*21.*n.*7.*de cleric. non resid.* firma tamen remanente cura habituali penes Capitulum, Abb. *in cap.extirpandæ.* §.*quin verò num.*15. *& in cap. exposuisti, in fine, de prebend.* Cardin. *in d.Clem.*1. *n.*10.*vers.solutio. de offic. Vicar.* Franch. *in cap.*2. *de prebend.in* 6. Caputaq.*decis.*339.*num.*2. *&* 3. *p.*3.Nauar. *d.cons.*21.*num.*8.Et in hunc sensum 29

30 Vicarius perpetuus dicitur habere curam animarum, non autem Rector principalis, vt per Card. *in d.Clem.*1.*n.*10.*quæst.*9. *vers. indistinctè cura dicitur apud Vicarium, quond omnem effectum, & in Clement.*1.*de interpretion.n.*8.*vers. & magis propriè in effectu ipsi instituti sunt Prælati*, Anchar. *cons.* 404.*num.*11.*vers.nam Vicarius non recipit titulum à Rectore,sed ab ipso,& penes ipsum dicitur esse cura animarum, & exercitium.*

31 Quod adeò verum est, vt si principalis, spreto Vicario, velit se ingerere in cura animarum, nullo modo posset, vt in terminis dicit Abb. *in d.c.extirpandæ §.qui verò, de prebend. num.*15. *in vers. ex quo sequitur quòd Rector principalis non possit ibi exercere curam fori pœnitentialis*,refert Azor.*d.par.* 2.*lib.*3.*c.*6. *q.*2.*ad finem,in vers. & ideo Rector Sacramenta conferre non debet, nec potest*; sentit Anchar. *in cap.exposuisti, de prebend.n.*6. *in fine vers. Vicarij, à Canonicis in cura dependentiam non habent illo modo,sed authoritate iuris habēt cura exercitium de per se, quam principalis Canonicus impedire non potest, nec in ipsa se intromittere, sicut nec Episcopus inuito Rectore Ecclesiæ Parochialis posset assumere curam animarum*, Seraphin. *decis.* 1009.*n.*5.*vers.non enim potest per se ipsum exercere*, Rot.*in Barchinonen.Vicaria* 17.*May* 1624. *coram R.P.D. Merlino.*

32 Intellige procedere in Vicariis Parochialium vnitarum alteri beneficio independenter, iuxta terminos declaratos per me *in collect.ad cap.vlt.de officio Vicarij*; quia tunc licet habitualis cura sit in illo, qui præest beneficio principali, cura tamen actualis sublata Rectori principali translata fuit in Vicarium, Vitalin. *in Clem.*1.*n num.*8. *de excessib. Prælat.* Nau. *cons.*21.*num.*7. *&* 8.*de clericis non resid.* Campan.*d.rub.*7.*cap.*6.*n.*114. Gonzal.*dicto §.*3.*num.*23. *cum seq.* & sic respectu Rectoris cura habitualis non est quandoque reducibilis ad actum : quod totum pendet ab erectione in qua aliquando Vicario reseruatur tantum curæ exercitium, quod illi io vnione demandatum erat, iuxta terminos decisionis Caualer. 593. *num.*2.*in fine*; interdum verò in Vicarium etiam temporalem ne dum actualis cura, seu exercitium illius, sed etiam ipsa habitualis, & sic tota confertur; quo casu tales Vicarios concursu conferendos esse censuit Rot. *in Vlixbonen. concursus* 1613. *coram bonæ mem. Remboldo*, apud Farinac. *decis.* 710.*p.*2.*recent.* A.. s verò extra hunc vltimum casum perpetuas Vicarias Parochiarum vnitarum concursu non conferri, sed solum ad nominationem illorum quorum Dignitati, vel Ecclesiæ Parochialis est vnita, & annexa, deputandos, 33 34 35

tandos, & instituendos esse Vicarios reseruat per S.Congreg. decisum Galet. *in Margarita casuum Conscientiæ, verb. Vicarius* 3. Nicol. Garc. *de benefic. p.9. c.2. n.289.* Aloys. Ricc. *in praxi fori Eccles. resol.358. n.1. vers. secundo,* Vgolin. *de officio Episcopi, c.50. §.3. vers. octauo,* Filliuc. *tom.3. tract.41. cap.... n.147.*

36 Vicarius perpetuus non potest remoueri etiamsi Rector principalis moriatur, *d. cap. adhæc,* ibi, *non potest eundem ab Ecclesia remouere, de offic. Vicar.* Azor. *instit. moral. p.2. lib.3. c.6. q.7.* Rebuff. *d. tit. de Vicar. perpet. num.15.* Hored. *de incompatib. benef. part.1. c.15. n.12.* Gonzal. *d. gloss.5. §.3. n.22.* Cald. Pereira *de empt. c.26. n.24.* vbi subdit quòd nec potest remoueri à successore beneficiarij, qui consensit institutioni.

37 Nec potest substituere alium Vicarium, *c. Clericos 4. de offic. Vicar.* Marant. *de ordine iudic. part.4. dist.5. num.22.* Auiles *ad c.4. Prætor. verb. iustitia, num.7.* Mench. *illust. c.31. num.21.* Azor. *instit. moral. p.2 lib.3. c.6. quæs. 10.* Auendan. *de exequen. mand. part.1. c.3. num.5.* vbi limitat quando esset consuetudo in contrarium, vel Vicarius haberet potestatem proponendi alium, vel substitutus poneretur ex causa infirmitatis, vel ex alia parum duratura. Nam licet industria Vicarij ad sui constitutionem sit electa, & in propria persona residere teneatur, hoc tamen non impedit, quin si ex causa impeditus fuerit alium loco sui substituere, cui partes suas dummodo non ex toto, sed pro parte committere valeat, *c. cùm Bertoldus de re iudic. c.1. de procurat. lib.7.*

38 Quamuis de Iure communi in decimis habeat fundatam intentionem Rector, vel is, cui est beneficium vnitum, Card. *in Clem. fin. ad finem, de decim.* Caputaq. *decis.353. n.3. p.2. & decis.339.*
39 *n.3. & 4. p.3.* in eisdem tamen pro sua tantum congrua portione assignata habet quoque Vicarius perpetuus de Iure communi fundatam intentionem, Rot. *decis.5. de offic. Vicar. in antiq.* Caputaq. *d. decis.329. n.2.* Campan. *d. rub.7. c.6. num.118.* immò quoad omnes decimas, vbi nullus adest Rector, vel non appareret de vnione, Rot. *decis.5. de offic. Vicar. in antiq.* Vitalin. *in Clem.1. num.7. de iurepatron.* Rebuff. *in tract. de congrua, n.110. vers. tertius est,* Gonzal. *d. glos.5. §.3. n.28.* Nicol. Garc. *de benef. p.9. c.2. n.299.* vbi citat Rot. *in Pampilon. decimarum 14. Ianuar.* 1591. coram *Bubalo,* vbi dicit quòd in istis Vicariis perpetuis de per se existentibus, debebit fieri concursus, sicut in aliis Parochialibus.

40 Vicario huiusmodi assignanda est competens portio ex fructibus beneficij, tum ex Iure communi per text. *in c. extirpandæ, §. qui verò, de præbend.* vbi notat Abb. *n.3. in fine.* Azor. *instit. moral. p.2. lib.6. c.29. q.2.* latè Valenzuel. *cons.54. per tot.* Rot. apud Paul. de Rubis *decis.230. n.1. tom.2. diuers.* tum ex Conc. Trid. quod septem in locis meminit huius congruæ portionis. Primò quippè *in c.2. sess.6. de reform.* ibi: *Episcopi tanquam Sedis Apostol. delegati per deputationem idoneorum Vicariorum, & congruæ portionis fructuum assignationem prouidere debent, ne cura animarum negligatur.* Secundò *in c.5. sess.7.* etiam *de reform.* ibi, *Ipsi Ordinarij etiam per idoneorum Vicariorum deputationem, & congruæ portionis fructuum assignationem omninò prouideant, vt animarum cura nullatenus negligatur.* Tertiò *in c.7. eiusdem sess.* ibi, *cum tertia partis fructuum, aut maiori, vel minori arbitrio ipsorum Ordinariorū portione etiā super certa re assignanda, ibidem deputando, animarū cura laudabiliter exerceatur.* Quartò *in c.4. sess.21. de reform.* ibi, *Illis autem Sacerdotibus, qui de nouo erunt Ecclesiis nouiter erectis præficiendi, cōpetens assignetur portio Episcopi ex fructibus ad Ecclesiam matricem quomodocūque pertinentibus.* Quintò *in c.6. eiusdemmet sess.* ibi: *aut Vicarios pro tempore deputare, partemque fructuum eisdem pro sufficienti victu assignare, vel aliter prouidere possint.* Sextò *in c.18. sess.24. de reform.* ibi: *idoneum in ea Vicarium cum congrua eius arbitrij fructuum portionis assignatione constituere, qui onera ipsius Ecclesiæ sustineat, donec ei de Rectore prouideatur.* Septimò, & vlt. *in c.16. sess.25. de refor.* ibi: *illa deinceps in simplex beneficium etiam assignato Vicario perpetuo congrua portione non conuertantur.* quorum Concilij decretorum, meminit Valenz. *cons.54. n.15.* Multa tamen perscrutari oportet an- 42
tequam Episcopus hanc decernat congruam portionem: nempè qualitates, & circunstantias loci, beneficij, personarum, morum, regionis, & alia quamplurima recensita à Rebuff. *in tractatu de congrua portione, q.8.* præcipuè *num.61.* Surd. *de alimentis, tit.4. q.25. n.44.* Stephan. Gratian. *discep. forens. c.336. à n.17. & c.399.* Valenz. *d. cons.54. num.44.* vbi dicit quòd in taxanda, & assignanda huiusmodi congrua portione, debet præcipuè haberi respectus ad quatuor, scilicet, ad conditionem personæ, Ecclesiæ situm, regionis consuetudinem, & Ecclesiæ facultates, Rot. apud Paul. de Rubeis *decis.220. n.11. tom.3. diuers. aliàs par.7. recent.*

Qua de re post Concil. Trid. superuenit dicta 43
Pij V. Constitutio, quæ circa congruam portionem istam definiendam pro Vicariis Parochialium, ita statuit. *Prælatorum arbitrio facienda ita se se continere, & arbitrari debere, vt non maior centum, nec minor quinquaginta scutorum annuorum summa, computatis omnibus etiam incertis emolumentis, & aliis obuentionibus communiter percipi solitis, eis omninò assignetur.* Sic per hanc Constitutionem censuit Rota apud Paul. de Rubeis *decis.230. n.2. tom.2. diuers. aliàs p.6. recent.* vbi *n.3.* subdit debere computari incerta emolumenta, quæ habent quādam certitudinem, & *n.7. & 8.* resoluit quòd quando à principio congrua semel est assignata, debet Vicarius illa esse contentus, & sibi imputet si accidat quòd congrua sit nimis tenuis, nisi sit ita tenuis quòd Vicarius se sustentare non possit.

Ex qua Const. Piana constat quotidianas distri- 44
butiones, aliaque incerta numerari in huiusmodi portione, vt aduertit Gonzal. *ad reg.8. Cancel. §.7. proœm. n.185.* & consuluit Ioann. Gutierr. *cons.8.* quia secundùm hanc Constitutionem declarari præfata Concilij Trident. decreta tradunt Gutierr. *d. cons.8. à num.3.* Gonzal. *glos.5. §.3. num.48. & seq.* Valenz. *d. cons.54. num.18.* licèt *num.19.* aduertat Florem de Mena *var. lib.1. q.10. art.3. num.39.* existimasse per dictam Bullam Pij V. solùm limitari decisionem Concilij *sess.7. cap.7.* & idem Valenz. *vbi suprà num.20.* ait Gregor. XIII. reduxisse Bullam Pij V. ad terminos Iuris, & sacri Concilij Trident. Eleemosynas verò Altarium, funeralium (addo & aliorum similium iurium Parochialium) in congrua huiusmodi nūmerandas non esse, rectè monuit Franc. Leo *in thesauro fori Eccles. part.1. c.31. sub num.6.* eò quòd isthac percipit Vicarius ex suo officio, & labore; & verba illius Constitutionis intelliguntur de obuentionibus, & emolumentis, quæ sunt incertæ respectu summæ, quæ in specie ignoratur; venit tamen

men certificanda ex eo quòd in præteritum communiter, atque, vtplurimùm, consueuit percipi.

45 Nominatio vicarij perpetui deputati Parochiali vnitæ spectat non ad Ordinarium, sed ad eum, cuius est beneficium, in quo erigitur Vicaria, vt clarè statuit d. Constitutio Pij V. in illis verbis, *Volumus insuper & ita mandamus, quod dicti Vicarij perpetui non ad liberam Ordinariorum electionem, sed ad nominationem illorum, in quorum Ecclesiis vnitis ponētur, cum ipsorum Ordinariorum, seu eorum Vicariorum prauio examine approbatione deputentur*; & ita non semel declarauit Sacra Congregatio, teste Nicol. Garc. *de benefic. p. 9. c. 2. n. 294. & seq.* quæ quidem Piana Constitutio in hac parte locum habet etiam quando Vicariæ vacant in mense reseruato, seu cadunt sub alia reseruatione, prout dictum fuit *in Tirasonen. Vicariæ 13. Octobris 1595.* quam refert Garc. *d. cap. 2. num. 309.* vbi *num. 316.* subdit in eiusmodi vicariis perpetuis ex decreto Concil. Trident. *in d. cap. 7.* de quibus loquitur dicta Constitutio Pij V. vt dictum est, vacantibus in mensibus Apost. seu aliàs reseruatis posse fieri præsentationem, seu nominationem & deputationem, non obstante reseruatione, ita tamen quòd Vicarij deputati teneantur expedire nouam prouisionem, nec aliàs ad possessionem admitti possint, *ex dicta constit.* Pij V. quatenus statuit quòd Vicarij perpetui pro tempore deputandi teneantur expedire nouam prouisionem, & soluere annatam pro portione fructuum sibi assignata, pro qua debet fieri detractio in solutione quinquennij, & quod sic vult illa Constitutio non obstare reseruationes: si enim obstarent, & vti reseruatæ à Papa essent Vicariæ eiusmodi prouidendæ, non opus esset statuere quòd expediretur noua prouisio, & solueretur annata ne Cancellaria defraudaretur; cùm in prouisione à Papa facienda de illis quando vacarent in mensibus reseruatis, seu sub aliis reseruationibus, essent literæ expediendæ, & soluenda annata, & sic Cancellaria non defraudaretur, quod insinuat Gonz. *d. glos. 5. §. 3. ex n. 59.* quamuis *num. 63.* existimet & male quod *d. Constit.* Pij V. grauat Vicarios ad obtinendam nouam prouisionem etiam in mensibus Ordinariis.

46 Et licèt Gonzal. *d. glos. 5. §. 3. num. 57.* existimauerit supradicta locum habere, non solum in Vicariis, quæ ante dictam Constitutionem non dabantur in titulum, sed post illam sic, verum etiam in Vicariis, quæ ante dictam Constitutionem conferebantur in titulum perpetuum; tamen verius est eandem Constitutionem, & Concil. Trident. *d. cap. 7.* loqui de Vicariis illarum Parochiarum vnitarum, quæ ante Concil. non habebant Vicarios perpetuos, sed amouibiles, & sic non habere locum in Ecclesiis, in quibus ante Concilium Trident. Vicariæ perpetuæ iam erectæ erant, vt censuit S. Congregatio, teste Nicol. Garc. *d. c. 2. num. 311.* vbi *num. 312.* subdit illud, quod dicitur *in d. Constit. vers. volumus*, de deputatione Vicariorum ad nominationem illorum, in quorum Ecclesiis vnitis ponentur, habere locum in Vicariis perpetuis erectis ante Concilium, ex quo est Iuri antiquo conforme, vt *in dict. cap. extirpandæ §. qui verò, & in cap. de Monachis, de præbend. & in cap. vnic. de Capellis monach. lib. 6. & in Clem. 1. de iurepatron. & num. 313.* resoluit Vicarias perpetuas erectas ante Concil. Trident. comprehendi sub reseruationibus beneficiorum; addit tamen in Hispania id non seruari, & *num. 319.* asserit certum esse alia beneficia, quæ dicuntur Vicariæ, quæ tamen sunt beneficia de per se, & non Vicariæ Parochiarum vnitarum, & Vicarias erectas in Ecclesiis vnitis abdicando ab illis curam, & transferendo eam in Vicarios, comprehendi sub reseruationibus.

Et notandum Sacram Concilij Congreg. *in* 47
Caputaquen. sub die 23. Iun. 1629. censuisse Vicarios, seu Parochos in Ecclesia exempta animarum curam exercere intendentes, priùs approbandos & examinandos esse ab Episcopo, iuxta dispositionem *cap. per exemptionem, de priuileg. lib. 6.* Et 48
eadem S. Congregatio *in Augustana iurisdictionis sub die 14. Decembris* 1630. censuit Episcopum posse examinare, & approbare Vicarios Ecclesiarũ Parochialium vnitarum, & dependentium à religione Hierosolimitana, addens Episcopum debere eosdem Vicarios, si idonei reperti fuerint, simpliciter approbare, non autem ad tempus, etiamsi sint temporales; nec posse pro libito eosdem subiicere nouo examini; superueniente au- 49
tem rationabili causa, & suspicione ignorantiæ, poterit Episcopus examinare eosdem ad effectum, *cap. 6. sess. 21. de reform.* vt censuit eadem Congregat. *in Placentina sub die 26. Augusti* 1628.

Temporalis Vicarius ille dicitur, qui aucto- 50
ritate alicuius in locum alterius ad tempus, vel ad voluntatem constituentis sufficitur, vt per Gonzal. *d. glos. 5. §. 3. num. 12.* Layman. *d. n. 8. vers. Vicarij*, Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 3. c. 6. q. 1. in fine.*
Et Vicaria temporalis dicitur, quæ ad tempus, 51
non in perpetuum duratura est; putà cessante causa, vel lapso tempore, ob quam, vel vsque ad quod, talis Vicaria concessa est, Gonzal. *d. glos. 5.*
§. 3. num. 37. Multis de causis Iure communi con- 52
cessis Vicarius temporalis constituitur. Primò, quando quis legitimè duas, vel plures Ecclesias habet; in quibus seruire, commorari, & residere nequit, inseruiet per se ipsum in vna, & in aliis Vicarium constituere Iure compellitur, vt colligitur ex text. *in cap. & temporis 16. q. 11.* Gonzal. *d. glos. 5. §. 3. num. 12.* Secundò, ratione negotiorum, & occupationum, quibus ipse Rector causa sui muneris, & officij destinatur, quo Iure Episcopus plures Vicarios instituit, *c. ad hæc, de officio Archid. cap. 1. de celebrat. Missar.* Tertiò, ratione peregrinationis ad pia, religiosique loca susceptæ, & præsertim ad Terram sanctam, *cap. fin. de voto.* Quartò, ratione ægritudinis corporis, & valetudinis incommodæ, vt constat ex toto *tit. de cleric. agrot.* Quintò, ratione iustæ absentiæ Episcopi auctoritate approbatæ; vnde ratione studij literarij, vel alterius occupationis iustæ, & idoneæ, Rector Ecclesiæ Vicarium habet, *cap. non oportet, de consecrat. dist. 5. cap. relatum, de clerico non residente, cap. cùm ex eo, vers. porrò septennio, de elect. lib. 6.* Vgolin. *loco infrà citando, vers. secundo.* Sextò, ratione diuersæ nationis alio sermone, & linguâ loquentis, cui Rector præficitur, *c. 5. de offic. Ordin.* Septimò, causa habendi conciones ad populum, *c. inter cætera, de præbend. c. quòd Dei timorem, de statu Monach.* nam causa necessitatis, vel vtilitatis Ecclesiæ Vicarius constituitur, *cap. exposuisti, de*
præbend. Octauò, cum Rector è ministerio, & offi- 53
cio deiicitur, vel remouetur à loco, *c. ad audientiam, de Eccl. ædific.* Vgolin. *de offic. & potest. Episc. cap. 54. §. 1. vers. postremo.* Nonò, cum Rector se ad Religiosæ vitæ statum confert, & in probatione

versatur,

versatur *c. de Monachis, de prabend.* Vgolin. *de officio, & potestate Episcopi, c.* 4. §. 1. *vers.* 3. Decimò cum id redit in maius diuini cultus incrementum, *cap. illud, cap. nihil.* 7. *quaest.* 1. Vndecimò, vbi Ecclesia dispensatiue conceditur alicui qui in minori ætate constitutus est, *cap.* 2. *de aetate & qualit.*
54 vel vbi Parochus ipse Sacerdos non est, Vgolio. *d.* §. *vers. primo.* Duodecimò, quando beneficium est vnitum mensæ Episcopi, vel Capituli, tunc enim potest constitui Vicarius temporalis, *glos. verb. ad mensam, in Clem.* 1. *de excessib. Praelat. Clement.* 1. *de supplend. neglig. Praelat.* Azor. *instit. moral. par.* 2. *lib.* 6. *c.* 29. *quaest.* 1. *vers. item quando,* Gonzal. *d. glos.* 5. §. 3. *numer.* 14. Quod tamen hodie limitatur per Constitutionem Pij V. vt supra ostendimus. Decimo tertiò, quando beneficium simplex alteri cuilibet iniungitur, quia tunc non solet constitui Vicarius perpetuus, sed temporalis, *glos. verb. Parochialium, in d. Clem. vnic. de offic. Vicar.* Rota. *decis.* 758. *num.* 2. *p.* 1. *diuers.* Azor. *d. q.* 1. *vers. quando*
55 *verò* Gonzal. *d.* §. 3. *num.* 15. Decimoquartò, quando Vicariæ perpetuæ vniuntur: nam tunc efficitur temporalis, & ad nutum possidentis instituitur Rector, Gambar. *de offic. Legati in vemede n.* 102. Hoied. *de incomp benef. p.* 1. *cap.* 15. *n.* 6. Gonzal. *d.* §. 3.
56 *numer* 16. Decimoquintò, in vacatione Parochialis Ecclesiæ, donec ei de Rectore prouideatur, Concil. Trident. *sess.* 24. *de reform cap.* 18. *in princ.* cuius Vicarij deputatio spectat semper ad Episcopum, in cuius Diœcesi Parochialis sita est, prout refert decisum Armend. *in addit. ad recop. legum Nauarra, lib.* 1. *tit.* 18. *lib* 7. *de Episcopis, num.* 86. ac proinde inferiores, qui non habent iurisdictionem quasi Episcopalem cum facultate congregandi Synodum, non posse constituere Vicarium resoluunt Franc. Leo *in thesauro fori Eccles. par.* 2. *cap.* 18. *numer.* 51. Nicol. Garc. *d. p.* 9. *cap.* 2. *num.* 8. Massobor. *in praxi habendi concursum requis.* 1. *dub.* 8. *&* 11. Ego ipse *de offic. & potest. Episc. p.* 3. *alleg.* 60. *n.* 3. *&* 4.
57 Alij verò temporales, vt mercenarij ab Ecclesiarum Prælatis, Plebanis, Rectoribus, Capellanis, perpetuis Vicariis, cæterisque quibuslibet Ecclesiae suis dominis, ad augmentum diuini cultus officiique supplementum assumuntur, vt aliàs legitimè impediti, aut debilitati præfati domini si fuerint, Coadiutores habeant, qui eorum sublenent officium, *cap. illud.* 7. *q.* 1. *cap. vt quisque, de vita & honest. cleric.* Sed de his Vicariis nihil in præsentiarum tractabimus, de aliis autem, quos magis propriè supra appellauimus, erunt inferiùs à nobis aliqua dicenda.
58 Hæc igitur Vicaria temporalis, seu ad nutum amouibilis non est beneficium, nec titulus beneficialis, quia non confertur in titulum, sed est simplex salarium, seu stipendium, Calder. *cens.* 9. *n.* 2. *de rescript.* Rebuff. *de nominat. quaest.* 14. *n.* 62. *& in praxi titul de dispens. ratione aetatis, verb. curis perpetua Vicaria,* Nicol. Garc. *de benefic. part.* 1. *cap.* 2. *numer.* 93. Gonzal. *d. glos.* 5. §. 3. *num.* 33. Rot. *in Salmantina Vicaria* 15. *Maij* 1596. *coram Card. Blanchetto.*
59 Vnde in ea non intrat *reg. de annali,* Mandos. *in reg. de annali, quaest.* 13. *n.* 1. *&* 11. Gonzal. *d.* §. 3. *n.* 43. nec subiicitur nominationibus, Rebuff. *in tract. nominat. q.* 15. *n.* 48. Gonzal. *d.* §. 3. *n.* 44. nec comprehenditur in reseruationibus, *glos. verb. esset causa mandati, in c. si pauper* 30. *de praebend. l.* 6 Hoied. *de incomp. benefic. p.* 1. *cap.* 15. *n.* 16. Pett. Gregor. *rei benefic. c.* 11. *n.* 16. *&* 17. Gonzal. *d.* §. 3. *n.* 45. Nec ad

eius titulum potest quis sacris Ordinibus insigniri, Maiol. *de irregul. lib.* 4. *cap.* 13. *num.* 4. Flamin. Paril. *de resignat benefic. lib.* 2. *quaest.* 6. *n.* 2. Salzed. *ad Bernard. in pract. c.* 18. *n.* 8. *vers. & ea ratione,* Aloys. Ricc. *in decis. curia Archiep. Neapol. decis.* 190. *p.* 2. Gonzal. *d.* §. 3. *n.* 42. Campan. *in diuers. iuris Canon. rub.* 8. *c.* 4. *num.* 8. *in fine,* Ego ipse *de officio, & potest. Episcop.* 2. *allegat.* 19. *num.* 25. Et aduertit Nicol. Garc. *p.* 1. *cap.* 2. *num.* 91. quòd si de facto quis ordinetur, non ex eo mutabitur eius natura, seu qualitas. Et sic Vicarij temporales non gaudent 61
prærogatiuis, & emolumentis, quibus gaudent Vicarij perpetui, Gonzal. *d.* §. 3. *num.* 40. Nec obli- 62
gantur ratione Vicariæ ad Horas Canonicas recitandas, exceptis aliquibus casibus; primò, nisi aliquis speciatim deputandus sit ad Canonicum officium vice alterius in choro canendum; secundò, si Vicario plena administratio beneficij cum consensu, & auctoritate Episcopi, tametsi ad tempus vel cum potestate amouendi committatur; tunc enim ea tacita conditione ac pacto committi censetur, vt omnia officia præstat; si videlicet principalis, cuius Vicarium agit, officium non persoluat, v.g. si alicui commenderetur Ecclesia interim dum beneficiatus puer, qui per se orare non potest, adolescat: aut si Parocho, qui ob incurabilem infirmitatem beneficio præesse nullo modo potest, Vicarius seu Coadiutor ab Episcopo designatur, ita vt administrationem etiam in temporalibus habeat, & solùm aliquam portionem congruam parocho infirmo relinquere debeat, iuxta doctrinam Abb. *in cap. de Rectoribus, num.* 5. *de instit.* aut beneficium quod monasterio vnitum est, auctoritate Episcopi committatur alicui Vicario, quamuis ad nutum remouibili. Colliges hæc ex Suar. *de Relig. tom.* ... *lib.* 4. *de Horis Canon. cap.* 22. *numer.* 15. Paul. Layman. *in Theologia morali lib.* 4. *tract.* 2. *cap.* 5. *n.* 8. *vers. temporales autem Vicarij.*

Nominatio Vicariorum ad nutum amouibilium 63
pertinet ad Priorem, seu Prælatum monasterij, cui beneficium vnitum est, & Episcopus solùm debet approbare, & admittere, ac licentiam administrandi Sacramenta dare, si Vicarius idoneus inuentus fuerit, quem potest examinare; nec vlla alia requiritur collatio, aut institutio; vt per Flores de Mena *var. quaest.* 10. *num.* 56. Nicol. Garc. *part.* 1. *c.* 2. *n.* 93. *in med.* Et quod in Ecclesia Regulari nominandi Vicarium ad Regulares spectet, fuit dictum *in Iannea. Parochialis* S. Andreæ 19. 64
Aprilis 1627. *coram R. P. D. Duran.* inter eius impressos *decis.* 74 & impressa per Viui. *post suam praxim iurispatrea, decis.* 86. *n.* 1.

Hinc Vicarius temporalis potest ad nutum amo- 65
ueri per eum, qui illum constituit, Abb. *in cap. edocere numer.* 10. *de rescript.* Vitalin. *in Clem. vnica nu.* 56. *in fine, de officio Vicarij,* Gonzal. *d.* §. 3. *n.* 39. non Rota sequitur illam opinionem, vt in beneficiis manualibus amotio fieri possit etiam absque causa, Caualer. *dec.* 72. *numer.* 4. *in fine,* Thodos. de Rubeis *in singular. Rota p.* 1. *verb. beneficium* §. 5. *pag.* 55. Quæ tamen opinio procedit si non subsit aliqua causa malitiæ, & præsumptio odij, Card. à Clem. 1. §. *praemissa vers. ego puto, & ibi* Imol. *n.* 44. Rota *decis.* 778. *p.* 1. *diuers.* Caualer *d. decis.* 72. *n.* 5. nam malitia cessante etiam fine causa potest fieri reuocatio. Selua *de benefic. p.* 3. *quaest.* 68. *in fine* Nauar. *commente* 2. *de regular. num.* 63. Fr. Emman. *quaest. regul. tom.* 1. *quaest.* 54. *artic.* 9. Nicol. Garc. *d. pa.* 1. *cap.* 2. *num.* 88. non tamen ante annum fer-

non autem si haberet simpliciter onus celebrandi Missam, nisi essent sub eodem tecto, quia tunc Apost. dispensatio necessaria erit, Nau. *cons. 25. de prabend.* in vtraque edit. Sayr. *in florib. decis. sub eod. tit. decis. 25.* Nicol. Garc. *d. c. 5. num. 243. in 3. declar.* Armendar. *d. loco 23.* Gratian. *Marchia decis. 155. num. 16.*

29 Capellanias duas, vel tres sub eodem tecto vniformes non potest quis habere tanquam beneficia vniformia. Ricc. *p. 1. praxis decis.* 401. Alphons. de Leone *d. p. 1. q. 3. num. 73.* Si quis per annum ex collatione Episcopi retinuerit, incidit in priuationem omnium ipso iure, non obstante Episcopi dispensatione, vt per Nicol. Garc. *d. p. 5. num.* 98. Armendar. *d. loco n.* 18. Alphons. de Leone *d. p. 1. q. 3. num. 73.*

Capellanias duas collatiuas in eadem Ecclesia non potest pater & filius simul obtinere, Azor. *instit. moral. tom. 2. l. 6. c. 4. q. 17.* Ricc. *p. 2. praxis resol.* 369. Alphons. de Leone *d. p. 1. q. 3. num. 74.* secus tamen erit si alter obtineat Capellaniam collatiuam, & alter non collatiuam, Nouar. *in suis singul. concl. 5. n. 4.* Campan. *in diuers. Iuris Canon. rub. 11. c. 15. num. 67.*

30 Episcopus non potest compellere obtinentem Capellaniam vt ipsemet celebret, licet in eius fundatione disponatur quod Capellani celebrent; nam istis oneribus Missarum rectè per substitutos satisfit. Ita Sacram Congregationem respondisse attestantur Bonacin. *de Sacram. dist. quæst. vlt. punct. 7. §. 1. n. 1.* Campan. *diuers. Iuris Canon. rubr. 7. c. 6. num. 13.* Homobon. de Bonis *de examin. Eccles. p. 1. tract. 4. c. 13. q. 121.* Piasec. *in praxi Episcop. p. 2. c. 3. art. 5. num. 4.* Zerol. *in praxi Episcop. p. 1. verb. beneficium §. 7. concl. 4. post cons. 8.* Nicol. Garc. *de benef. 7. c. à num. 85.* Fagundez *in quinque Ecclesia precepta, prac. 1. lib. 3. c. 9.* Ego ipse *de officio & potest. Episcopi p. 2. alleg. 24. n. 29.* me citato *in illo loco* Diana *resol. moral. p. 2. tract. de celebrat. Missar. resol.* 18. vbi ex Piasec. *citato loco* refert, quòd tunc realiter Capellanus posset cogi ad Presbyteratum, quando in fundatione exprimeretur; quod debeat esse actu Sacerdos, & per se ipsum seruire, de quo etiam Fagundez *dict. cap. 9. num. 5.* Quoties enim non fuerit expresè dictum quod Capellanus teneatur celebrare per se ipsum, vtique potest celebrare per alium. Lep. *alleg. 35. & 117. num. 2.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. glos. 5. n. 75. cum seq.* Stephan. Gratian. *Marchia decis. 155. num. 4. & discept. forens. cap. 135. n. 1.* Alphons. de Leone *de offic. Capellani p. 1. q. 4. praxi 1. n. 98.* Rot. *decis. 635. num. 2. & 3. & decis. 719. num. 3. in fine, part. 2. recent. & decis. 108. n. 5.* vbi adden. *n. 15. corā Greg. XV.* Nec tenetur esse Sacerdos, quia in dubio non præsumitur, prærequisita à fundatione, nisi expressè id appareat, ita post Roch. Lambertin. & Ricc. resoluit Alphons. de Leone *de Officio Capellan. p. 1. q. 4. praxi 6. n. 208. & n. 210.* cum Rota resoluit quòd ex eo quòd in prima fundatione vocauerit ad capellaniam Titium Sacerdotem tunc temporis, non sequitur quòd voluerit omnes alios præsentandos ad eam debere esse Sacerdotes, sed potiùs id præsumi debet factum, ex quo de facto Titius erat Sacerdos. Et hinc idem Alphons. de Leone *vbi suprà num.* 212. cum Squillante *de priuileg. cleric. cap. 4. num. 27.* resoluit Capellaniam non habere Sacerdotalem ordinem adiunctum quotiescumque fundator dixit quod præsentetur, vel instituatur Capellanus, qui & Missas celebret, quia tunc sufficit, vt præsentatus sit initiatus prima Tonsura, & ætatis 14. annorum; quia illa verba censeri potius debent posita ad onus quàm qualitatem significandam, ad notat. per Peregrin. *de Capellan. lib. 2. cap. 5. num. 8.*

31 Vnde prouenit vt Capellania habens onus duarum Missarum qualibet hebdomada, non expresso quod Capellanus per se ipsum celebret, non est Sacerdotalis. Sacr. Congregat. Concil. teste Garc. *in addit. ad sum. tract. de benefic. part. 3. cap. 4. num. 15.* 32 Hinc etiam fit vt stante fundatione Capellaniæ cum dispositione testatoris quòd quotiescunque vacaret, prouideretur Capellanus, qui celebret, vel dicat tot Missas qualibet hebdomada, non est necessarium præstare Presbyterum, sed sufficit quod seruiat, & Missas dicat per substitutum: eadem Sacr. Congregat. teste Gonzal. *ad regul. 8. Cancell. gloss. 5. n. 72. 80. & 83.* Hinc quoque infertur Capellaniam institutam à testatore cum his verbis. *Vt beneficiatus ipsius Capella omni die, seu saltem quinquies in hebdomada celebrare teneatur, & si negligens fuerit, ipse beneficiatus incurrat pœnam duorum solidorum*, non censeri requirere personalem residentiam, nec exigere vt personaliter Missam dicat, eadem Sacr. Congregat. teste Garc. *in addit. ad 7. part. cap. 4. num.* 57. Hinc pariter colligitur Capellaniam non esse Sacerdotalem si in fundatione caueatur Capellanum debere celebrare diuina Officia, quia ex illis verbis non adstringitur Capellanus per se ipsum Missas celebrare, sed tantum denotatur obligatio, & onus quod fundator imponit Capellaniam obtinenti. Ita Sacr. Congregat. testibus Quarant. *in summ. Bullar. verb. seruitium Capellania*, Alphons. de Leone *d. quæst. 4. praxi 6. num.* 217. vbi ex Rota *in Aquilana Capellania 26. Martij 1629. coram R. P. D. Merlino* subdit quòd licèt hoc casu possit per alium Missas celebrare, non tamen per alium potest celebrare diuina Officia, & *num.* 221. hæc tanto magis vera esse affirmat vbi fuit iniunctum vt adiuuet dictus Capellanus Parochum in cura animarum, quia tunc non solum obligatur, sed debet esse Sacerdos, & *num.* 223. affirmat neque Capellaniam dici posse Sacerdoatalem ex eo quod fuit dictum, vt instituatur Capellanus, vel Sacerdos, qui celebret per se, vel per alium tot Missas.

Vice versa sunt plures casus in quibus attentis fundationis verbis constat fundatorem velle vt Cappellanus per seipsum & personaliter Missas celebret, & nonnunquam velle etiam quod Capellania sit Sacerdotalis requirens Ordinē Sacerdotis, vt in sequentibus. Primò quando fundator vtitur verbis negatiuis, videlicet, *non præsentetur nisi Presbyter vel Sacerdos, vel non præsentetur qui non fuerit Sacerdos*, tunc enim Capellaniam esse Sacerdotalem resoluunt Peregr. *de anniuers. & Capellan. lib. 2. cap. 5. à n. 20.* Alphons. de Leone *d. q. 4. praxi 6. n. 226.* & censuit Rit. *corā Caualer. decis.* 231. Secundò quādoque à fundatione fuerit dictum. *Ad Capellaniā debeat præsētari vnus Sacerdos bona conditionis, & fama, Presbyter secularis.* Ita Steph. *decis.* 871. Idem erit dicendum vbi cauetur quod *præsetari debeat Capellanus de sua linea masculina, & ea deficiente de linea fœminina, etiamsi sit clericus prima Tonsura, & vtraque deficiente extraneus, qui tamen sit Sacerdos*, nam tunc respectu extranei, Capellania erit Sacerdotalis, ita quod qualitas Sacerdotis requiratur de tempore præsentationis, Rot. apud Viuian. post suum

praxin

praxin inſpection. *deciſ.19.n.7.verſ.præſuppoſitis.* Idem quoque dicendum erit vbi mandauit fundator quòd præſentetur Capellanus, vel Sacerdos, *qui Miſſam celebraret, & celebrare deberet*, Rota
33 *corā Caaler.deciſ.436.in fine.* Denique hinc quoque colligitur Capellaniam eſſe Sacerdotalem, ita vt poſſit conferri, ei qui intra annum valeat promoueri ad Sacerdotium, ſi in eius fundatione dictum ſit, quod ad eam debeat præſentari vnus Capellanus, ſi de genere teſtatoris aliquis Presbyter inueniatur, aliàs quicunque aliusſit Sacerdos, qui Capellanus, teneatur facere ſingulis annis anniuerſarium pro anima teſtatoris, & teneatur Miſſas, & alia diuina Officia celebrare in eadem Capella iuxta facultatem, poſſibilitatem fructuum, & reddituum. Ita S.Cong. Conc. *in Saleratana 11. Ianuary 1620. Ad deciſ. Mantic. 129.* vbi fit differentia inter Presbyterum & Sacerdotem, fuit dictum non applicari ad cauſam, cùm illa loquatur de obſeruantia ſubſequuta, in qua principaliter ſe fundat deciſio. Sacerdotium quoque actu requiritur ſtante diſpoſitione teſtatoris in fundatione duarum Capellaniarum, vt per beneficiatos prouideantur clerici Sacerdotes, qui teneantur, & debeant Miſſas celebrare, & arbitrio Capituli deſeruire; vel ipſis impeditis per alios ſubſtitutos à Capellanis eiſdem, & à Capitulo approbandos. Ita S. Congreg. Concilij *in Materncn. 8. Ianuarij 1618.*

34 Capellanus autem obligatus quotidie celebrare, poteſt ex cauſa maioris honeſtatis vnam Miſſam in hebdomada omittere, ſi inſtitutio Miſſæ dirigatur ad perſonam Sacerdotis, his vel ſimilibus verbis, *eligatur Capellanus, qui quotidie celebret*; non autem ſi adiungat, *per ſe, vel per alium*, nec etiam ſi inſtitutio Miſſæ dirigatur ad locum, putà ſi fiat hoc modo, *dicatur quotidie Miſſa in tali Eccleſia*, vel *in tali Cappella*, &c. tunc enim Sacerdos, qui huiuſmodi onus habet, ſine vlla vacantia tenetur quotidie celebrare. Ita in parte Nau. *conſ.1. in antiquis, aliàs 6. in nouis, de preben.* Sayr. *in floribus deciſ. ſub eod. tit deciſ. 6. & 26.* poſt Henriq. Sà, Fr.Emman. tenet Laurent. de Peyrin. *de priuileg.Regal.tit.3.in addit.pag.405.num.23.* Zanard. *in directi. Theolog.p.1.de ſacram. Miſſa cap.13.in princ.* Vgolin. *de offic.& poteſt Epiſcopi cap.14.n.3.* Fagundez *in quinque Eccleſiæ præcepta, præc.1.lib.3. cap.16. num.11.* Bonacin. *de Sacram. diſp.4 q.vlt. pun.7 § num. 16. & 17.* Fraxinel. *de oblig Sacerd. ſect.4. concl.4.§.1.* Diana *d.tr.de celebrat. Miſſar. reſol.28 Ego d. alleg.24.num.31.* Addit tamen idem Diana *p.5.tract.5. reſol. 23.* poſt Nald. *in ſum. verb. Miſſa num.7.* & Homobon. de Bonis *in caſsult. moral.tom.2.p.7 reſp.5* 1.ex aliqua magna neceſſitate dicere eidem Capellano aliquando per annum, putà quatuor vel ſexies celebrare pro ſe ipſo, vel ſibi valde coniuncto, ad ſpecialem aliquam Dei gratiam, ſi tenédam, id enim non negaret pius Capellaniæ inſtitutor, ſi de tali caſu cogitaſſet, vel interrogatus fuiſſet.

35 Qui verò eligitur, vt quotidie celebret, & deinde ægrotauerit, non tenetur celebrare per alios ſi infirmitas parum durauerit, ſed ad quod dies ex hoc extendatur non bene conſtat. Nam Petr. Nau. *de reſt.lib. 2. cap.2.num 210.* & Nald *in ſum. verb. Miſſa num. 11.* non obligant Capellanum ad faciendum per alium celebrare ſi per ſpatium vnius, vel duorum menſium ægrotaret. Barbol. *in aphoriſm. lit.C. verb. Capellanus ægrotans*, Campan. *in diuerſ. Iuris Canon.rub.7. cap.6.n.14.* Laurent. de Peyrin. *de priuil.Regulari tom.3.in additam.cap.1.num.24. pag.405.* non enim, aiunt, credibile eſt fundatorem voluiſſe ita ſtrictè obligare, cum ſuam mentem non explicaret, nec certe eſt rationale tantùm emungere. Diana verò *d.tract de celebrat. Miſſar. reſol.27.* extendit vſque ad 15. dies tantùm, quod idem ait Bonacin. *de ſacram.diſput.8.q.vlt.puncto. 8.n.17.* Ego tamen *d.alleg.24.num.32.* probabilius aſſero huiuſmodi Capellanum infirmum excuſari ab onere faciendi per alium celebrare, ſi ægrotare per octo vel decem dies: & hanc ſententiam tenent Fraxinel. *d.ſect.4.concl.4.§.13.* Molfeſ. *in ſum. Theolog.moralis p. 1.tract.6.cap. 1.num.79.* Homobon. de Bonis *de examine Eccleſiaſtic.p.1.tract.4.c.13. q.122.* & alij per me citati *vbi ſuprà.*

Capellanus inſtitutus, & obligatus ad celebrandum in certo Templo, Oratorio, & Altari, malè faciet ſi Miſſas alibi celebret; non enim id licet, Imol. *in cap.officij nam.27. verſ. & hoc tenait, de teſtam.* Nau. *conſ.8.num. 0.eod.tit.in nouis* Seraphin. *deciſ.1149.n. 2. & 3.* Rot. *in Toletana Conſtitutionum Synodalium 9.Iunij 1624.corā Reuerendiſſimo D. meo Coccino Decano*: & ſic talis celebrans extra Eccleſiam, in qua fuit per illos, qui eleemoſynas dederunt, ordinatum, peccaret mortaliter; non tamen tenentur ad vllam reſtitutionē niſi aliquod ſuffragium defunctis ſubtraxerit. Ita Nau. *in man. cap.25.n.134* Azor. *inſtit.moral.tom.1.lib. 10. cap. 24.q.8.* Melch. Phœbus *deciſ.106.n.4.p.1.* Mich. Reinoſo *in obſeruat. Iuris obſeru 7.num 8.cum ſeq.* Homobon. de Bonis *de examine Eccleſiaſtico p. 1. tract.4.cap.13.q.123.* Fraxinel. *de oblig,ſacerd. ſect. 4.concl.4.§ 9.n.3.* Fagundez *in quinque Eccleſ.præcepta præc.1.lib.3.cap.9.num.7.* Diana *d.tract.de celeb. Miſſar.reſol.29.* vbi ſubdit ex paruitate materiæ Capellanum in hoc caſu aliquando excuſari, vt ſi, v. gr. bis vel in anno in tali ſacello, ſiue Altari non celebret. Epiſcopus verò ex iuſta cauſa poteſt concedere vt Miſſa in alia Eccleſia, vel in alio Altari celebretur, ſi nequeat celebrari in loco conſtituto, colligitur ex text. *in c.non mediocriter, verſ. dum igitur, de conſecr.diſt.5.* Abb. *conſ.99.n. 5.verſ. honeſtius enim, & in fine verſ ad tertium*, Innoc. *in cap.fraternitatis, de ſepultur.* Henriq. *in ſum.lib. 9. cap.22.§.6.* Iacob. de Graff. *in aureis deciſ.p.1.lib.2. cap.43.n.1.& 2.* Rot. *in d. Toletana Conſtitutionum.* Veluti propter aëris intemperiem, vel bellorum tumultum, aut aliam quamlibet iuſtam cauſam, vt expreſsè reſoluit Reinoſo *d.obſerua.7. num. 17.cum ſeqq.* 36

Capellanus, qui promiſſione, vel fundatione tenetur celebrare certas, & particulares Miſſas, veluti de Spiritu ſancto, & de Beatiſſima Virgine, aut de Requie, male ageret ſi alias celebraret abſque iuſta cauſa, qualis erit ſi in eum diem incidat ſolemnitas alicuius Sancti, etiam ſi de eo celebretur officium ſimplex, & Sacerdos afficiatur maiori deuotione in Miſſa de dicto Sancto; licèt enim cæteris paribus Miſſa de Requie magis defunctis prodeſſet, cùm eius preces ad animarum liberationem directè fundantur, ſupplere tamen poteſt maior Sacerdotis deuotio, vel Sancti illius interceſſio, cuius ſuffragium in Miſſa imploratur, & licet teſtator dixerit quod ſingulis diebus dicatur v.g. Miſſa de B.Virgine, vel de Requie, hæc verba tamen intelligenda ſunt ciuili modo, & moraliter, non debet præualere voluntas teſtatoris Eccleſiæ ordini, & ritui. Quæ ita reſoluunt Emman.Sà *verb. Miſſa num.48.* Sylu. *in 3.p.q.7. art.9. ad 5.* Poſſeuin. *de offic. Curati c.2.num.44.ad finem.* 37

Fraxinel. *d. sect. 4. concl. 4. §. 4.* Homobon de Bonis *de examine Ecclesiastico p. 1. tract. 4. cap. 14. q. 126.* Laurent. de Peiinis *in priuileg. Minim. tom. 1. const. 5. Leonis X. n. 2.* Azot. *instit. moral. p. 1. lib. 10. cap. 3. q. 5.* Gauant. *in rub. Missar. tom. 1. p. 3. tit. 13. num. 20. & 21.* Fagund. *in quinque Eccles. precepta precep. 1. lib. 3. cap. 9. n. 6.* Villalob. *in sum. tom. 1. tract. 8. diffic. 91. n. 9.* Ioan. de la Cruz *in direct. conscient. p. 2. de sacrif. Missa q. 4. dub. 2. concl. 2.* Ego ipse *d. alleg. 24. num. 32.*

38 Capellanus non potest nouam eleemosynam accipere, & duabus obligationibus vnica Missa satisfacere, nisi in fundatione expressè cautum sit quòd non teneatur Sacrificium applicare. Ita S. Cong. Conc. *in nullius celebrationis Missarum 13. Iuly 1630.* Vnde Gauant. *in rub. Missalis p. 3. tit. 12. num. 5.* Ghilen. *in sum. verb. Missae celebratio n. 23.* Bonacin. & Homobon. quos refert & sequitur Diana *moral. resol. p. 6. tract. resol. 13.* resoluunt quòd quando nullo modo constat de fundatione Capellaniæ, cùm nulla reperiatur scriptura, sed solum constat ipsum Capellanum teneri quotidie celebrare in tali Ecclesia, tenetur obtinens Capellaniam Missæ sacrificium applicare pro fundatore.

Ille verò etiam ad nutum amouibilis, qui habuerit obligationem vnius Missæ qualibet hebdomada cum stipendio legato, & confirmato de octo annis in octo annos potest demandare celebrationem dictarum Missarum alteri cum eleemosyna consueta, iuxta morem regionis, retenta sibi parte dicti stipendij debiti Capellano. S. Congreg. Conc. *in Fanen. 7. Septembris 1630.*

39 Capellanus simplicis Capellaniæ personale aliquod seruitium impendere minimè tenetur, sed illi per substitutum inseruire valet, attenta generali consuetudine, Felin. *in cap. dilectus 16. n. 1. de rescrip. & in cap. cum omnes sub n. 3. de constit.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. glos. 5. num. 80. & glos. 25. n. 76.* Stephan. Gracian. *Marchia decis. 155. n. 2.* Garc. *p. 3. cap. 2. num. 3. & seqq.* Rot. *decis. 483. num. 2. p. 1. diuers. & in Aquilana Capellania 26. Martij 1629. coram R. P. D. Merlino*, apud Alphons. de Leone *de offic. Capellani p. 1. q. 4. praxi 1. num. 100.* quæ limitat nisi vbi vigeat specialis consuetudo, statutum vel Constitutio in contrarium, vel nisi appareret fundatorem aliter voluisse, potest enim ille etiam huiusmodi simplicibus Capellanis residendi onus adijcere, cùm illud sit iuris dispositioni conforme.

40 Capellanus, qui tenetur in certa capella celebrare Missam vnam quolibet die, & inseruire omnibus Horis Canonicis in choro, & associare Cófratres S. Caroli in omnibus functionibus, & processionibus publicis toties quoties cótingerit exire ab Ecclesia ad hoc vt possint participare de distributionibus quotidiãis Capituli, prout cæteri Capellani inseruientes participant, non potest per substitutũ deseruire, Rot. *in dicta Aquilana Capellania* apud Alphons. de Leone *d. q. 4. prax. 1. n. 103.*

Capellanus per se ipsum tenetur Diuinis inseruire posita institutione Capellæ infrascripti tenoris, videlicet, *Qui quidem Capellanus teneatur; & obligatus sit in qualibet hebdomada dicere in ipsa Ecclesia pro remissione peccatorum testatoris duas Missas, & deseruire Ecclesia in Diuinis.* Ita S. Cong. Concil. *in Viterbien. 11. Ianuarij 1620.*

41 Et ideo Capellanum in Ecclesia Cathedrali, teneri ad residentiã, stante fundatione suæ Capellæ cũ onere quarundam Missarũ & inseruiẽdi in choro, cẽsuit eadẽ S. Cógreg. *in Ferrar. 7. Decẽbris 1627.*

CAPVT VI.

De Vicariis.

SVMMARIVM.

1 *Vicarij in Iure Ciuili qui dicantur, ostenditur.*
2 *Vicarij in beneficiis sub duplici sunt differentia.*
3 *Vicarij perpetui quibus casibus constituendi.*
4 *Vicarij perpetui non possunt constitui absque receptione tituli Vicariæ.*
5 *Vicarium perpetuum an, quando, & qua de causa Episcopus constituere debeat, ostenditur.*
6 *Vicarium perpetuum in quibus casibus Episcopus deputare non valeat, ostenditur, & num. seqq.*
7 *Vnio quando à tempore immemoriali facta est, & ex tunc constat Vicarios fuisse scientibus & consentientibus Ordinariis ad nutum amouibiles, & nunquam Vicarium perpetuum fuisse constitutum, tunc Episcopus perpetuum Vicarium deputare nequit.*
8 *Vnio quando facta est per viam pacti, & concordia à Sede Apost. approbata cum claus.* de seruiendo beneficio per Vicarium ad nutum amouibilem, *tunc nequit Episcopus deputare Vicarium perpetuum.*
9 *Beneficium quando est vnitum monasterio Monachorum, aut Mendicantium, tunc Episcopus non potest deputare pro eius seruitio Vicarium perpetuum, quia debent Monachi nominare Vicarium, & Episcopus examinare, & approbare.*
10 *Beneficium si esset vnitum ex priuilegio remunerationis causa concesso cum claus. ponendi Vicarium ad nutum amouibilem, tunc non posset Episcopus deputare perpetuum.*
11 *Vicarium perpetuum nequit Episcopus constituere quando pro bono pacis & cessatione litium, rectaque beneficij gubernatione expediret nihil innouari, sed institui Vicarium ad nutum amouibilem.*
12 *Beneficium Parochiale quando ex priuilegio Pontificio* post Trid. decretum *concesso vnitum esset cum* claus. instituendi Vicarium ad nutum amouibilem, *tunc nequibit Episcopus contra id priuilegium Vicarium perpetuum constituere.*
13 *Erectio de Vicaria ad nutum in perpetuum per Episcopum facta ex facultate sibi concessa per* Concil. Trid. sess. 7. c. 7. de reform. *non alterat vnionem iam factam quoad exercitium curæ.*
14 *Vicarius perpetuò adscriptus Ecclesia Cathedrali est de corpore Cathedralis, & consequenter debet incedere sub Cruce eiusdem.*
15 *Rectores Ecclesiarum Parochialium, & perpetui earundem Vicarij, in quo conueniant, & differant, ostenditur, & numero seqq.*
16 *Portio certa vbi monachis vel Canonicis assignatur, & reliqui eidem fructus Vicario relinquuntur, tunc ipse Vicarius principalis censeri debet.*
17 *Vicarij etiam perpetui ex formonis proprietate non comprehenduntur in dispositionibus qua de Rectoribus*

Rectoribus Ecclesiarum faciunt mentionem, pracipuè in materia pœnali, odiosa, vel exorbitanti.

18 *Beneficium Ecclesiasticum dicitur obtinere, perpetuus Vicarius, atque in eo locum habent omnes dispositiones, qua de beneficio faciunt mentionem.*

19 *Vicarij perpetui habent verum titulum.*

20 *Disposita de beneficio curato habent locum in Vicaria perpetua.*

21 *Iura omnia loquentia de beneficiis curatis circa vacationem per assecutionem, & non promotionem, & de eorum atate, locum habent in Vicariis perpetuis.*

22 *Pœna extrauag. Execrabilis, de prabend. locum habet in Vicariis perpetuis.*

23 *Officium diuinum recitare tenetur Vicarius perpetuus.*

24 *Ordinari potest ad titulum sua Vicaria Vicarius perpetuus.*

25 *Pœna* cap. de multa de præben. &c. licet canon. de elect. lib. 6. *habet locum in Vicario perpetuo.*

26 *Vicarius perpetuus Rector cura animarum aliquando dicitur, licet propriè non sit Rector.*

27 *Vicarius, Curatus, & Rector, aliquando vti synonima variantur.*

28 *Cura animarum residet penes Pralatum, seu Rectorem beneficij vniti, cura verò exercitium penes Vicarium in dicto beneficio vnito deputatum.*

29 *Papa erigend[illegible]icariam perpetuam, & in Vicarium transferendo curam, nihil aliud fecit quàm constituere illum actu Rectorem cura animarum, licet propriè non sit Rector Ecclesia.*

30 *Vicarius perpetuus dicitur habere curam animarum, non autem Rector principalis.*

31 *Rector principalis si existente Vicario perpetuo velit se ingerere in cura animarum, nullo modo posset.*

32 *Cura habitualis est in illo, qui praest beneficio principali, cura tamen actualis eidem sublata translata fuit in Vicarium perpetuum.*

33 *Vicaria in erectione aliquando Vicario reseruatur tantum cura exercitium.*

34 *Cura actualis, & habitualis, atque illius exercitium, & sic tota nonnunquam, confertur in Vicarium temporalem, & tunc ille est prouidendus per concursum.*

35 *Vicaria perpetua Parochiarum vnitarum, vbi tota cura in eas non fuit translata, concursu non conferuntur, sed solùm ad nominationem illorum, quorum dignitati, vel Ecclesia Parochiali est vnita & annexa, deputandi, & instituendi sunt Vicarij.*

36 *Vicarius perpetuus non potest remoueri etiamsi Rector principalis moriatur.*

37 *Vicarius non potest substituere alium Vicarium, nisi esset consuetudo in contrarium, vel substitutus poneretur ex causa parum duratura.*

38 *Rector, vel is, cui est beneficium vnitum, in decimis habet fundatam intentionem.*

39 *Vicarius perpetuus de Iure communi in decimis fundatam habet intentionem pro sua tantum cõgrua portione assignata, & adhuc quoad omnes decimas, vbi nullus adest Rector, vel non appareret de vnione.*

40 *Portio competens ex fructibus beneficij assignanda est Vicario perpetuo* Concil. Trid. *septem in locis congrua portionis assignanda Vicario meminit.*

41 *Portionem congruam Vicariis assignandam antequam decernat Episcopus, qua perscrutari oporteat, ostenditur.*

43 *Portionem congruam definiuit constitutio Pij V.*

44 *Distributiones quotidiana, aliáque incerta numerantur in portione congrua Vicariis assignanda,*

45 *Nominatio Vicarij perpetui Parochiali vnita spectat non ad Ordinarium, sed ad eum cuius est beneficium in quo erigitur Vicaria, etiam quod Vicaria vacent in mense reseruato, seu cadant sub alia reseruatione.*

46 Concil. Trident. sess. 7. de reform. c. 7. & constit. Pij V. *loquuntur de Vicariis illarum Parochialium vnitarum, qua ante Concil. non habebant Vicarios perpetuos, sed amouibiles.*

47 *Vicarij, seu Parochi in Ecclesia exempta animarũ curam exercere intendentes prius approbandi & examinandi sunt ab Episcopo iuxta dispositionem*, cap. per exemptionem, de priuileg. in 6.

48 *Episcopus potest examinare, & approbare simpliciter, non autem ad tempus Vicarios Ecclesiarum Parochialium vnitarum & dependentium à religione Hierosolimitana.*

49 *Examinare potest iterum Episcopus Vicarios Ecclesiarum Parochialium vnitarum & dependentium à religione Hierosolimitana superueniente rationabili causa, & suspicione ignorantia ad effectum* c. 6. sess. 22. de reform.

50 *Vicarius temporalis dicitur, qui auctoritate alicuius in locum alterius ad tempus, vel ad voluntatem constituentis sufficitur.*

51 *Vicaria temporalis dicitur, qua ad tempus, non in perpetuum duratura est.*

52 *Vicarius temporalis ex quibus causis à Iure probaris constitui possit ostenditur,* & num. seqq.

53 *Rector. quando è ministerio & officio deiicitur, vel remouetur à loco, vel se ad Religiosa vita statum confert, temporalis Vicarius est constituendus.*

54 *Beneficium quando est vnitum mensa Episcopi, vel Capituli, potest constitui Vicarius temporalis.*

55 *Vicaria perpetua quando vniuntur, tunc ad vnitum possidentis instituitur Rector.*

56 *Vicarius deputatus amouibilis in vocatione Parochialis Ecclesia per Episcopum solum, in cuius diœcesi Parochialis sita est.*

57 *Vicarij temporales assumuntur alij vt mercenarij ab Ecclesiarum Pralatis, Rectoribus, &c.*

58 *Vicaria temporalis, seu ad nutum amouibilis, non est beneficium, nec titulus beneficialis.*

59 *Vicariis temporalibus non intrat* regul. de anali, *nec illa subiiciuntur reseruationibus Apost.*

60 *Ordinari non potest quis ad titulum Vicaria temporalis.*

61 *Vicarij temporales non gaudent prarogatiuis, & emolumentis, quibus gaudent Vicarij perpetui.*

62 *Officium diuinum recitare non tenentur Vicarij temporales, nisi*, &c.

63 *Nominatio Vicariorum ad nutum amouibilium pertinet ad Pralatum monasterij cui beneficium vnitum est, & Episcopus solum debet approbare*, &c.

64 *Ius nominandi Vicarium in Ecclesia ad Regulares spectat.*

65 *Vicarius temporalis potest ad nutum amoueri per eum, qui illum constituit, & potest fieri reuocatio sine causa malitia cessante, non tamen ante annum seruitij finitum.*

66 *Vicarius temporalis nullo modo se iuuare poterit* reg. de triennali, *quominus possit amoueri.*

67 *Vicaria perpetua, & temporalis ex quibus cognoscatur : ostenditur.*

68 *Doctores referuntur de Vicariis perpetuis Parochialium vnitarum agentes.*

1 ICARII in Iure Ciuili late sumpto
vocabulo dicuntur illi, qui in locum
alterius Magistratus, absentis scili-
cet, mortui, vel impediti substituun-
tur ab eis, qui à lege ad id potestatem habent, vt
deducitur ex *l.1.ff.de tutorib.& curat.datis ab his.*
l.Vicarius ff.de legation. Cuiac. *lib.1. quaest. Papin.*
super l.5.ff.de offic.Procons. Moel. *in emperio Iuris,*
tit.a in praelud.num. 84. In Iure autem Canonico
multipliciter sumuntur, de quibus, & praecipuè de
omni genere Vicariorum Episcopi latè agimus in-
frà in speciali *cap.de Vicariis Episcopi.*
2 In beneficiis verò Vicarij sunt in duplici diffe-
rentia, quidam perpetui, alij temporales dicuntur,
secundum Abb. *in c.extirpanda, §.qui verò, num.5.*
de prabend. Laeli. Zecbi. *de benefic. & pens.c.7.n.9.*
Azor. *instit.moral.p.3.lib.3.cap.6.* Paul. Laiman. *in*
Theolog.moral.lib.4.tit.2. cap.5. n.8. Claudi. Mart.
3 *in dialog.de perpetuis, & generalibus Vicariis, p.1.*
Perpetui sunt quando vnio Parochialium Eccle-
siarum fit accessoriè; nam tunc apponitur Vicarius
perpetuus, *cap.extirpanda, §.qui verò, de prabend.*
c.1.de capellis monach.c.1.eod.tit.in 6. Clem. vnic.
de officio Vicarij, cum aliis, de quibus Rebuff. *in*
praxi benefic.tit. de Vicar. perpet. à num.1. Hoied.
de incompatibilib.benef.p.5.c.15.n.2. Gonzal. *ad*
regul.8.Cancel.gloss.5.§.3.ex n.10. Dicuntur etiam
perpetui Vicarij, quos Ordinarij duxerint consti-
tuendos in quibuscumque beneficiis Curatis, quae
Cathedralibus, Collegiatis, seu aliis Ecclesiis, vel
monasteriis, beneficiis, & collegiis, seu piis locis,
quibuscumque perpetuò vnita, & annexa repe-
riuntur, iuxta dispositionem Concil. Trid. *sess.7.*
de reformat. cap.7 quod procedit etiamsi in litte-
ris vnionis expressa sit clausula, vt possint deserui-
re per Vicarios amouibiles si litterae ante Concil.
Trident. emanauerint, non ita si post illud sub
eadem clausula fuerint concessae, prout referunt
decisum Nicol. Garc. *de benefic.p.11.c.2.n.9.* Flores
de Mena *var.q.lib.1.q.10.à num.36.cum seqq.* Ego
ipse *de officio & potest. Episcopi.p.3.alleg.72.n.190.*
vbi etiam aduerto non pugnare cum Cōcil. Trid.
in dict. cap.7. aliud eiusdem Concilij decretum
sess.25. de Regularibus cap.11. dum supponit in
Ecclesiis monasterium Vicarios remouibiles poni
posse, eò quia illud *in dict.cap.7.* non negat id;
quod post *in d.cap.11.* est statutum, sed relinquit
arbitrio Ordinariorum, vt si viderint expedire,
4 perpetuos ponant Vicarios, & vbi Ordinarius vo-
luerit in executionem dicti decreti Concilij Vi-
carios temporales in perpetuos mutare; debet
prius erigi Vicaria perpetua, quia Vicarij perpe-
tui tunc non poterunt institui absque erectione
tituli Vicariae, vt respondit Sacra Congregatio te-
ste Nicolao Garcia *de benefic. p.11.c.2. num.15.*
vbi *num.18.* post Flores *d.q.50. num.80. & n.10.*
subdit, non posse Episcopum procedere ad exe- 5
cutionem dicti decreti & positionem Vicarij per-
petui, nisi citatis & auditis partibus, & *n.12.* ait
nec videre id posse fieri nisi in visitatione, quan-
do beneficia sunt vnita monasteriis, & locis regu-
laribus, & exemptis, & *n.8* post Nau. *cons.11.n.7.*
de statu monach. in nouis, Flores de Mena *d.q.10.*
num.47. resoluit nec posse Ordinarium liberè, &
sine causa id facere, quia eius arbitrio, & iudicio
videtur relictum, vt colligitur ex illis verbis, *solli-*
cite prouidere procurent, & ex illis, *nisi aliter expe-*
dire videbitur, quae denotant arbitrium boni viri,
& sic ratione regularum, & in hac mutatione in-
spiciendam esse expedientiam & vtilitatem Eccle-
siarum, & addit Nau. *citato loco*, iustè posse appel-
lari ab ordinario, si malè arbitretur, quamuis ap-
pellatione eiusmodi non suspenderet eius senten-
tiam, quominus executioni mandaretur; deuol-
ueret tamen iurisdictionem, quia causa cognita
illam reuocaret.
In certis tamen casibus vigore Trid. *in sepa ci-* 6
tato c.7. non poterit Episcopus deputare Vicarium
perpetuum. Primò quando à tempore immemo-
riali vnio facta est, & ex tunc constat Vicarios
fuisse ad nutum amouibiles, scientibus & con-
sentientibus Ordinariis, & numquam Vicarium
perpetuum fuisse constitutum. Ita Flores de Mena 7
d.q.10.n.44. Sanch. *in praecepta Decalogi tom.2.lib.* 8
7.c.29.n.191. vers. tertio fallit. Secundò quando
vnio facta est per viam pacti, & concordiae à Sede
Apost. approbatae, cum *claus.de seruiendo beneficio*
per Vicarium ad nutum amouibilem, tunc enim ne-
quit Episcopus deputare Vicarium perpetuū, quia
Trid. *eod.c.7.* in clausula derogatoria contenta in
eo decreto non meminit pacti, & concordiae à Sū-
mo Pont. approbatorum, & vt Ius derogaretur, ex-
pressa mentio opus erat. Ita Flores de Mena *d.q.10.*
n.41. Sanch. *d.n.191. secundo fallit.* Tertiò quando
beneficium vnitum sit monasterio Monachorum,
aut Mendicantium; tunc enim Episcopus non 9
potest deputare pro eius seruitio perpetuum Vi-
carium, sed ad nutum amouibilem; sic enim restrin-
xit Pius V. decretum illud Concilij Trid. *in dict.*
c.7. in quodam Motu proprio, incip. *Ad exe-*
quendum pastoralis officij debitum, sub dat. Kalend.
Nouemb. 1567. quem refert Stephan. Quarant.
in sum. Bullarij, verb. Vicarius perpetuus, debent au-
tem Monachi nominare Vicarium, & Episcopus
examinare, & approbare. Ita Flores de Mena, *d.*
q.20.n.40. Nicol. Garc. *de benefic.p.11.c.2. n.13.*
Sanch. *d.n.191. vers. fallit primo.* Cui quidem Pij
V. Constitutioni non obstat, nec derogat *reg.8* re-
seruatoria mensium, vt multis probat Gonzal.
gloss.5.§.4.n.59.cum seqq nec etiam illi derogatum
fuit per altam Constitutionem Gregorij XIII in-
cip. *In tanta rerum & negotiorum mole*, quam refert
Quarant *verb. Priuilegia regularium pag. mihi 539.*
nā vltra quod dicta Gregorij Cōstitutio duntaxat
procedit quoad Vicarios Parochialium vnitarum
monasteriis, postea idem Gregor. XIII. ore tenus
reualidauit dictam Pij V. Constitutionem, dum-
modo cum fratre, seu Religioso Vicario ad nu-
tum amouibili pro monasterio pro subeunda ani-
marum cura assignando vnus duntaxat alius Reli-
giosus extra claustrum maneat, & non plures,
prout S. Concilij Trid. Congregatio declarauit,
adeò quòd memorata Pij V. Constitutio est hodie
seruanda, ita attestatur Gonzal. *d.gloss.5.§.4.n.79.*
Campan. *in diuers. iuris Canonici rub.7.c.6.n.125.*
Quartò, quando ex priuilegio remunerationis
causa

causa concesso beneficium esset vnitum cum
clausula *ponendi Vicarium ad nutum amouibilem*,
quia in generali priuilegiorum derogatione,
quam ponit Trident. *eodem c.7.* non comprehen-
duntur priuilegia remunerationis gratia, con-
cessa, vt ex multis probant Flores de Mena *d.q.*
11 10.*n.*46.Sanch.*d.n.*191.*vers.quartò fallit.*Quintò,
quando pro bono pacis, & cessatione litium, re-
ctaque beneficij gubernatione expediret nihil
innouari, sed institui Vicarium ad nutum amo-
uibilem, tunc enim nequit Episcopus perpetuum
instituere, quia Trident. id non liberæ Episcopi
voluntati reliquit, sed vsum est verbis arbitrium
boni viri denotantibus,*ibi,nisi ipsis Ordinariis pro
bono Ecclesiarum regimine aliter expedire videbi-
tur.*Quare ita docent Flores de Mena *d.q.*10.*n.*47.
Sanch. *d.n.*191. *vers. quintò fallit.* Sextò quando
particulariter,& per se fuit vnita Vicaria perpetua,
tunc enim nequit Episcopus Vicarium perpe-
tuum instituere, quia Trident. non concedit ei fa-
cultatem tollendi vnionem, sed assignandi Vica-
rium beneficio Parochi vnito; ita Flores de Me-
12 na *d.q.*10.*n.*48. Sanch. *d. n.*191. *vers.sexto fallit.*
Septimò nisi ex priuilegio Pontificio post Triden-
tini decretum concesso vnitum esset beneficium
Parochiale cum clausula *instituendi Vicarium ad
nutum amouibilem*,tunc enim nequibit Episcopus
contra id priuilegium Vicarium perpetuum con-
stituere; quia cum Trident. nequiuerit potestatem
Pontificiam restringere, cum derogauit priuile-
giis, intelligitur de priuilegiis ante id decretum
concessis,sic Nicol. Garc. *d.p.*11. *cap.*2. *n.*5. Flo-
res de Mena *d.q.*10.*num.*49. vbi *num.*50.exigit vt
id priuilegium ex certa scientia, aut Motu pro-
prio,aut enim expressa Trident. derogatione,con-
cessum sit;subdit,vt intelligitur etiam derogatum
illi Tridentini decreto si ex verbis priuilegij
constiterit eam fuisse Pontificis mentem; ac in
dubio dicit eam esse præsumendam, eò quòd il-
lud Tridentini decretum satis notorium sit, &
*n.*51. animaduertit in prædictis casibus,in quibus
non est integrum Episcopo Vicarium perpetuum
in eo beneficio constituere, teneri curare, vt be-
ne deseruiatur beneficio, aliàs poterit eum Vica-
rium perpetuum instituere, quia priuilegium ob
13 eius abusum amittitur, vt ex multis ibi probat.
Illud aduertere oportet quod erectio de Vicaria
ad nutum in perpetuam per Episcopum facta ex
facultate sibi concessa per Concil. Trident. *d.c.*7.
non alterat vnionem iam factam quoad exerci-
14 tium curæ, Caualer. *decis.*595.*num.*2. *in fine.* Nec
est omittendum, quod Vicarius perpetuo adscri-
ptus Ecclesiæ Cathedrali est de corpore Cathedra-
lis, & consequenter debet incedere sub cruce
eiusdem, & non sub cruce collegiatæ, vt declara-
uit S.Rituum Congreg. *in vna Maceraten.* 21.
Martij 1609.

15 Rectores Ecclesiarum Parochialium, & perpe-
tui earundem Vicarij licet in aliquibus conue-
niant, maximè tamen inter se differunt; Rectores
enim sunt principales personæ in Ecclesia, ex
qua primò,& principaliter cura incumbit,at verò
Vicarij tanquam minus principales, & coadiuto-
res Vicariam præstant operam, vt notat *glos. vlt.
in cap.ad hæc, de offic.Vicar.& in cap. fin.verb. an-
nexa, de prebend. in* 6. recepta communiter per
Doctores *ibidem*,& per Card. *a.*10.Aufret. *ad Ca-
16 pell.Tholos.decis.*109. Petr.Greg. *rei benefic.cap.*10.
*n.*26.notantes meritò rubricam *de capellis Mona-
chorum*, sic concipi, non verò *de capellis Vicario-
rum*; sic & meritò receptum est, quod vbi certa
portio Monachis, vel Canonicis assignatur, & re-
liqui fructus Vicario relinquuntur, ipse Vicarius
principalis censeri debet, & bonorum Ecclesia-
sticorum habere rei vendicationem, non ita vbi
certa portio assignatur Vicario; vt patet in exem-
plo quotidiano, quando vnio fit accessoriè, notat
glos. *verb. necessitas in cap.exposuisti, de prebend.*
recepta communiter ex Abb. *ibi num.*10. atque
aliis, quos refert additio ad eundem Abb.*in c. po-
stulasti, notab.*1. *de rescript.* Atque colliges regu- 17
lam, quod in dispositionibus, quæ de Rectoribus
Ecclesiarum faciunt mentionem, Vicarij etiam
perpetui non comprehenduntur ex sermonis pro-
prietate, præcipue in materia pœnali, odiosa, vel
exorbitanti, ex notatis *in reg.odia, & in reg. quæ
à iure exorbitant, de Reg. iur.lib.*6. Conueniunt
tamen in eo quòd principalis Rector atque etiam
perpetuus Vicarius beneficium Ecclesiasticum di- 18
citur obtinere hic respectu Vicariæ, ille autem re-
spectu Rectoriæ, seu prælaturæ: & constat, quia
omnia, quæ ad beneficium constituendum iure
requiruntur,repetiuntur etiam in perpetua Vicaria,
vt percutienti apparebit, ac proinde dispositiones
omnes, quæ de beneficio faciunt mentionem, in
perpetuis Vicariis procedere,notant variis in locis
scribentes, vt per Hoied. *de incompatib. benefic.
p.*1.*cap.*10.*n.*10. Nicol.Garc.*de benefic.p.*9. *cap.*2.
*n.*286.*vers.& dispensa.* & probat text. optimus *in
d.c.postulasti* 27.*de rescriptis*,ibi, non enim carere
beneficio debet dici,cui competenter de perpetuæ
Vicariæ prouentibus est prouisum, *cap. Michael,
de filiis Presbyt.* & ideo Vicarias perpetuas Eccle-
siastica esse beneficia tradunt Rebuff. *d.tit. de Vi-
car.perpetuis n.*14 *& in tract.nominat.q.*9.*n.*8.*aliàs*
7.Ludouic.Gonz.*in reg.de idiom.q.*11.*n.*2.Hoied.
*de incompatib.benefic.p.*1.*cap.*15. *ex n.*11. Nau. *in
manu.cap.*23.*n.*111.*vers.ad* 13. Ioan. Quintin. *in
repet.cap.de multa n.*27.*de prabend.* Lessi.*de instit.
lib.*2.*cap.*24.*n.*3. Gonzal. *d.glos.*5.§.3 *n.*19. Azor,
instit.moral. *p.*2.*lib.*3.*cap.*6.*q.*6.*& in cap.*29.*q.*19.
Nicol.Garc.*de benefic.p.*1.*cap.*2.*n.*93. Ant.Fabric.
*in theoric.de re beneficial.tit.de offic.& administrat.
ex n.*39. Sebast.Cæs. *in relect. de Eccles. hierarch.
p.*3.*disp.*14.§.8.*à princ.* Ego ipse *de appell. verb.
vtriusque iuris significat.appel.*32.*ex n.*4. Nam ta- 19
les Vicarij perpetui habent verum titulum.*cap.ad
hæc,de offic.Vicarij*, Gambar. *de offic.& potest.Lega-
ti de latere lib.*6.*tit.de dispensat. num.*10.Gonz. *d.*
§. 3.*num.*20. & dicuntur habere beneficia Curata,
Nicol.Garc. *de benefic.part.*7.*cap.*2.*num.*289.quæ 20
enim dicuntur de beneficio Curato, habent lo-
cum in Vicaria perpetua, Rebuff. *in tract. nomin.
q.*6.*n.*7.*& q.*16.*n.*13. Gonzal *d.*§.3.*n.*21. Nicol.
Garc. *d.num.*286.*in fine.* Flamin.Paris. *de resignat.
benef.lib.*3.*q.*1.*n.*115.*cum seqq.*Campan.*in diuers.
iur. Canon.rub.*7.*c.*6.*n.*114. Nauar.*cons.*11.*n.*3.*de
statu Regul.in nouis.*

Hinc omnia Iura loquentia de beneficiis Cu- 21
ratis circa vocationem per assecutionem, & per
non promotionem & de eorum ætate, locum ha-
bent in huiusmodi Vicariis perpetuis, vt expres-
sè probat *Clem.vnic.de offic. Vicarij*,quæ nihil no-
ui inducit circa Vicarios perpetuos per rece-
ptionem similem admittendos, nam certum
est in dispositionibus quantumcunque pœna-
libus appellatione beneficij vicarios perpetuos
comprehendi, cum in materia quantumcunque
pœnali, & odiosa ea omnia comprehendantur,
quæ sub verbi proprietate continentur, *l.cum lege.
ff.de*

ff.de testam. cùm aliis plenè congestis à Tiraq. *in l.si vnquam.C.de reuocand. donat.in præfat.n.*119. Cou.*lib.*1.*var.cap.*20.*num.*7.*& lib.*3.*cap.*5.*n.*8 *ad fin.*vt constat ex *c.de multa, de præb.* ibi *quicunque receperit aliquod beneficium* ? ergo sequitur in ea decisione secundum rigorem disputationis Vicarios perpetuos Ecclesiarum Parochialium comprehendi, vt notat Hoied,*d.c.*15.*n.*18.& Petr.Gregor. *rei benef.c.*7.*n.*1.

22 Vnde etiam in Vicariis perpetuis admittendam esse pœnam *Extrauag. Execrabilis, de præbend.* vt scilicet si quis secundam Vicariam retinere contendat, vtramque amittat, & ad alia beneficia fiat inhabilis, quòd scilicet *Extrauag.* illa vtitur verbis generalibus, vt *in vers. qui verò deinceps.* ibi, *Personarum, seu officium, aut aliud beneficium*; ex quibus verbis hoc notauit glos. *verb. admittendis in d.Clem.vnic.*recepta secundùm Bonif. *n.*47. *ibidem,* Azor.*d.p.*2.*lib.*3.*cap.*6. *quæst.*8. Hinc etiam regula de idiomate habet locum in Vicario perpetuo, vt per Ludouic.Gom.*ibidem q.*11. *per tot.* nec non reg de annali, secundùm Mandos. *reg.*33. *de annali q.*13.Gongal. *d.*§.3.*n.*30.*& seqq.*

23 Ex eadem quoque ratione ad Officium diuinum recitandum obligari Vicarios perpetuos resoluit Paul.Laym.*in Theologia moral. lib.*4. *tract.* 2.*cap.*5.*n.*8 *vers.his positis.*

24 Hinc quoque Sebast.Cæs.*d.*§.8.*ex num.*3.notat Vicarium perpetuum ad titulum suæ Vicariæ posse ordinari, quod etiam resoluunt Salzed ad Bernard. *in pract.*18. *numer.*7. *in nouissim. impress.* Valenzuel. *cons.*64.*n.*29.*lib.*1. Campan: *in diuers.* 25 *Iuris Canon.rub.*8.*c.*4.*num.*8. Addit idem Sebast. Cæs.*citato loco,*pœnam *d.cap.de multa de præbend.* quòd priuatus sit ipso iure optinens parochialem, aliam similem recipiens, procedere etiam in perpetuis Vicariis; sicut etiam pœnam *cap. licet canon,de elect. in* 6.contra obtinentes Parochialem si intra annum ad sacros Ordines non promoueantur, vel si legitimam 25. annorum ætatem, non habuerint, iuxta text. *in cap. cum in cunctis* §.*in inferiora, de elect.* procedere quoque in huiusmodi perpetuis Vicariis decidit. text. *in d.Clem. vnica,de offic.Vicar.*& resoluit Azor. *d.lib.*3.*cap.*8. *quæst.*5.

26 Quæ omnia procedunt, & locum habent, siue vocetur Vicarius, siue Curatus, siue Rector, siue alio quouis nomine, ex Rebuff. *in tract. nominat.* 27 *quæst.*15.*num.*48.*vers.*29. dicitur namque iste Vicarius perpetuus Rector curæ animarum, licet propriè non sit Rector Ecclesiæ, Abb. *in d.c.ex parte. n.*3.*de offic.Vicar.* Vitalin. *in d. Clem. vnica n.*24. *eod.tit.* Aloys. Ricc.*in collect. decis. collect.*979. *in princ.*& sic aliquando prædicta illa nomina vti synonyma variantur, & vnum ponitur pro alio, glos. *verb. Rectoribus in Clem.*1. §.*nonnulli quoque* vbi Vitalin. *n.*35.*de excess. Prælat.*

28 Cura animarum residet penes Prælatum seu Rectorem beneficij vniti, curæ vero exercitium penes Vicarium in d.beneficio vnito deputatum, *cap.super eo,*& *ibi* glos *de prebend.in* 6.Rot.*decis.*2. *de offic.Vicar.in antiq.*Seraphin.*decis.*109.*n.*5.Buratt. *decis.q.*36.*num.*1. Rota *in Romana Vicaria* 8. *Nouembris* 1621. *coram Reuerendissime D. meo Coccino Decano* vbi fuit dictum quod cum Ecclesia S.Mariæ in via lata esset Parochialis, & deinde Pius V.erigeret Vicarium perpetuum in ea, penes ipsum Vicarium est omnimoda cura actualis : habitualis verò penes Capitulum, Oldrad. *cons.*63.*num.*1. *in fine,* Roman. *cons.*325.*n.*3.Host. *in c.exposuisti, de præb.*Mandos. *cons.*20. *n.*9. Hieron.Gabr. *cons.*190.*num.*7.*lib.*2.& quòd prætérea 29 Papa erigẽdo Vicariam perpetuam, & in Vicarium transferendo curam, nihil aliud fecit, quàm constituere illum actu Rectorem curæ animarum, licet propriè non sit Rector Ecclesiæ, Vitalin. *in Clem.*1.*num.*24.*de offic.Vicar.* Abb.*in cap.ex parte in* 3.*notab.eod.tit.*Card. *in dict.Clem.*1.*n.*18. *quæst.* 9.*vers.solutio, & cons.*3.*col.*1.*in fine,paulo ante,n.*1. *vers.& hoc videtur.* auferendo curam à Capitulo, Nau. *cons.*21.*n.*7.*de cleric. non resid.* firma tamen remanente cura habituali penes Capitulum, Abb. *in cap.extirpandæ.* §.*quia verò num.*15. *& in cap. exposuisti, in fine,de præbend.* Cardin. *in d.Clem.*1. *n.*10.*vers.solutio. de offic. Vicar.* Franch. *in cap.*2. *de præbend.in* 6. Caputaq.*decis.*339.*num.*2. *&* 3. *p.*3.Nauar. *d.cons.*21.*num.*8. Et in hunc sensum 30 Vicarius perpetuus dicitur habere curam animarum, non autem Rector principalis, vt per Card. *in d.Clem.*1.*n.*10.*quæst.*9. *vers. indistinctè cura dicitur apud Vicarium, quoad omnem effectum, & in Clement.*1.*de iurepatron.n.*8.*vers. & magis propriè in effectu ipsi instituti sunt Prælati,* Anchar. *cons.* 404.*num.*11.*vers.nam Vicarius non recipit titulum à Rectore,sed ab ipso,& penes ipsum dicitur esse cura animarum, & exercitium.*

Quod adeò verum est, vt si principalis, spreto 31 Vicario, velit se ingerere in cura animarum, nullo modo posset, vt in terminis dicit Abb. *in d.c.extirpandæ* §.*qui verò, de præbend.num.*15.*in vers. ex quo sequitur quòd Rector principalis non posset ibi exercere curam fori pœnitentialis,*refert Azor.*d.par.* 2.*lib.*3.*c.*6. *q.*2.*ad finem,in vers. & ideo Rector Sacramenta conferre non debet, nec potest*; sentit Anchar. *in cap.exposuisti, de præbend.n.*6. *in fine vers. Vicarij, à Canonicis in cura dependentiam non habent illo modo,sed authoritate iuris habẽt cura exercitium de per se, quam principalis Canonicus impedire non potest, nec in ipsa se intromittere, sicut nec Episcopus inuito Rectore Ecclesia Parochialis posset assumere curam animarum,* Seraphin. *decisio.* 1009.*n.*5.*vers.non enim potest per se ipsum exercere,* Rot.*in Barchinonen.Vicaria* 17.*May* 1624. *coram R.P.D. Merlino.*

Intellige procedere in Vicariis Parochialium 32 vnitarum alteri beneficio indepedenter, iuxta terminos declaratos per me *in collect.ad cap.vlt.de officio Vicarij*; quia tunc licet habitualis cura sit in illo, qui præest beneficio principali, cura tamen actualis sublata Rectori principali translata fuit in Vicarium, Vitalin. *in Clem.*1. *à num.*8. *de excessib. Prælat.* Nau.*cons.*21.*num.*7. *&* 8.*de clericis non resid.* Campan.*d.rub.*7.*cap.*6.*n.*114. Gonzal.*dicto* §.3.*num.*23. *cum seq.* & sic respectu Rectoris cura habitualis non est quandoque redu- 33 cibilis ad actum : quod totum pendet ab erectione in qua aliquando Vicario reseruatur tantum curæ exercitium, quod illi in vnione demandatum erat, iuxta terminos decisionis Caualer. 595. *num.*2.*in fine*; interdum verò in Vicarium etiam 34 temporalem ne dum actualis cura, seu exercitium illius, sed etiam ipsa habitualis, & sic tota confertur, quo casu tales Vicarias concursu conferendas esse censuit Rot. *in Vlixbonen. concursus* 1615. *coram bona mem. Rembolde,* apud Farinac. *decisi.* 710.*p.*2.*recent.* A: . s verò extra hunc vltimum casum perpetuas Vicarias Parochiarum vnitarum concursu non conferri, sed solum ad 35 nominationem illorum quorum Dignitati, vel Ecclesiæ Parochialis est vnita, & annexa, depu-

tandos,

tandos, & instituendos esse Vicarios referunt per S.Congreg. decisum Galet. *in Margarita casuum Conscientiæ, verb. Vicarius* 3. Nicol. Garc. *de benefic. p.9. c.2. n.289.* Aloys. Ricc. *in praxi fori Eccles. resol.358. n.1. vers. secundo*, Vgolin. *de officio Episcopi, c.50. §.3. vers. octauo*, Filliuc. *tom.3. tract.42. cap.... n.147.*

36 Vicarius perpetuus non potest remoueri etiamsi Rector principalis moriatur, *d. cap. adhac*, ibi, *non potest eundem ab Ecclesia remouere*, *de offic. Vicar.* Azor. *instit. moral. p.2. lib.3. c.6. q.7.* Rebuff. *d. tit. de Vicar. perpet. num 15.* Hoied. *de incompatib. benef. part.1. c.15. n.12.* Gonzal. *d. gloss.5. §.3. n.22.* Cald. Pereira *de empt. c.26. n.24.* vbi subdit quòd nec potest remoueri à successore beneficiarij, qui consensit institutioni.

37 Nec potest substituere alium Vicarium, *c. Clericos 4. de offic. Vicar.* Marant. *de ordine iudic. part.4. dist.5. num.22.* Aviles *ad c.4. Prætor. verb. iustitia, num.7.* Mench. *illust. c.31. num.21.* Azor. *instit. moral. p.2 lib.3. c.6. quæs. 10.* Auendan. *de exequen. mand. part.1. c.3. num.5.* vbi limitat quando esset consuetudo in contrarium, vel Vicarius haberet potestatem proponendi alium, vel substitutus poneretur ex causa infirmitatis, vel ex alia parum duratura. Nam licet industria Vicarij ad sui constitutionem sit electa, & in propria persona residere teneatur, hoc tamen non impedit, quin si ex causa impeditus fuerit alium loco sui substituere, cui partes suas dummodo non ex toto, sed pro parte committere valeat, *c. cum Bertoldus de re iudic. c.1. de procurat. lib.7.*

38 Quamuis de Iure communi in decimis habeat fundatam intentionem Rector, vel is, cui est beneficium vnitum, Card. *in Clem. fin. ad finem, de decim.* Caputaq. *decis.353. n.3. p.2. & decis.339.*
39 *n.3. & 4. p.3.* in eisdem tamen pro sua tantum congrua portione assignata habet quoque Vicarius perpetuus de Iure communi fundatam intentionem, Rot. *decis.5. de offic. Vicar. in antiq.* Caputaq. *d. decis.329. n.2.* Campan. *d. rub.7. c.6. num.118.* immò quoad omnes decimas, vbi nullus adest Rector, vel non appareret de vnione, Rot. *decis.5. de offic. Vicar. in antiq.* Vitalin. *in Clem.1. num.7. de iurepatron.* Rebuff. *in tract. de congrua, n.110. vers. tertius est*, Gonzal. *d. glos.5. §.3. n.28.* Nicol. Garc. *de benef. p.9. c.2. n.299.* vbi citat Rot. *in Pampilon. decimarum 24. Ianuar.* 1591. coram *Bubalo*, vbi dicit quòd in istis Vicariis perpetuis de per se existentibus, debebit fieri concursus, sicut in aliis Parochialibus.

40 Vicario huiusmodi assignanda est competens portio ex fructibus beneficij, tum ex Iure communi per text. *in c. extirpanda, §. qui verò, de præbend.* vbi notat Abb. *n.3. in fine.* Azor. *instit. moral. p.2. lib.6. c.29. q.2.* latè Valenzuel. *cons.54. per tot.* Rot. apud Paul. de Rubis *decis.230. n.1. tom.2. diuers.* tum ex Conc. Trid. quod septem in locis meminit huius congruæ portionis. Primò quippè *in c.2. sess.6. de reform.* ibi: *Episcopi tanquam Sedis Apostol. delegati per deputationem idoneorum Vicariorum, & congruæ portionis fructuum assignationem prouidere debent, ne cura animarum negligatur.* Secundò *in c.5. sess.7.* etiam *de reform.* ibi, *Ipsi Ordinarij etiam per idoneorum Vicariorum deputationē, & congruæ portionis fructuum assignationem omninò prouideant, vt animarum cura nullatenus negligatur.* Tertiò *in c.7. eiusdem sess.* ibi, *cum tertia partis fructuum, aut maiori, vel minori arbitrio ipsorum Ordinariorũ portione etiã super certa re assignanda, ibidem deputando, animarũ cura laudabiliter exerceatur.* Quartò *in c.4. sess.21. de reform.* ibi, *Illis autem Sacerdotibus, qui de nouo erunt Ecclesiis nouiter erectis præficiendi, cõpetens assignetur portio Episcopi ex fructibus ad Ecclesiam matricem quomodocũque pertinentibus.* Quintò *in c.6. eademmet sess.* ibi: *aut Vicarios pro tempore deputare, partemque fructuum eisdem pro sufficienti victu assignare, vel aliter prouidere possint.* Sextò *in c.18. sess.24. de reform.* ibi: *idoneum in ea Vicarium cum congrua eius arbitrij fructuum portionis assignatione constituere, qui onera ipsius Ecclesiæ sustineat, donec ei de Rectore prouideatur.* Septimò, & vlt. *in c.16. sess.25. de refor.* ibi: *illa deinceps in simplex beneficium etiam assignato Vicario perpetuo congrua portione non conuertantur.* quorum Concilij decretorum, meminit Valenz.
cons.54. n.15. Multa tamen perscrutari oportet an- 42
tequam Episcopus hanc decernat congruam portionem: nempè qualitates, & circunstantias loci, beneficij, personarum, morum, regionis, & alia quamplurima recensita à Rebuff. *in tractatu de congrua portione, q.8.* præcipuè *num.61.* Surd. *de alimentis, tit.4. q.25. n.44.* Stephan. Gratian. *discep. forens. c.336. à n.17. & c.399.* Valenz. *d. cons.54. num.44.* vbi dicit quòd in taxanda, & assignanda huiusmodi congrua portione, debet præcipuè haberi respectus ad quatuor, scilicet, ad conditionem personæ, Ecclesiæ situm, regionis consuetudinem, & Ecclesiæ facultates, Rot. apud Paul. de Rubeis *decis.220. n.11. tom.3. diuers. aliàs par.7. recent.*

Qua de re post Concil. Trid. superuenit dicta 43
Pij V. Constitutio, quæ circa congruam portionem istam definiendam pro Vicariis Parochialium, ita statuit. *Prælatorum arbitrio facienda ita se sc continere, & arbitrari debere, vt non maior centum, nec minor quinquaginta scutorum annuorum summa, computatis omnibus etiam incertis emolumentis, & aliis obuentionibus communiter percipi solitis, eis omninò assignetur.* Sic per hanc Constitutionem censuit Rota apud Paul. de Rubeis *decis.230. n.2. tom.2. diuers. aliàs p.6. recent.* vbi *n.3.* subdit debere computari incerta emolumenta, quæ habent quãdam certitudinem, & *n.7. & 8.* resoluit quòd quando à principio congrua semel est assignata, debet Vicarius illa esse contentus, & sibi imputet si accidat quòd congrua sit nimis tenuis, nisi sit ita tenuis quòd Vicarius se sustentare non possit.

Ex qua Const. Piana constat quotidianas distri- 44
butiones, aliaque incerta numerari in huiusmodi portione, vt aduertit Gonzal. *ad reg.8. Cancel. §.7. proœm. n.185.* & consuluit Ioann. Gutierr. *cons.8.* quia secundùm hanc Constitutionem declarari præfata Concilij Trident. decreta tradunt Gutierr. *d. cons.8. à num.3.* Gonzal. *glos.5. §.3. num.48. & seq.* Valenz. *d. cons.54. num.18.* licèt *num.19.* aduertat Florem de Mena *var. lib.1. q.10. art.3. num.39.* existimasse per dictam Bullam Pij V. solùm limitari decisionem Concilij *sess.7. cap.7.* & idem Valenz. *vbi suprà num.20.* ait Gregor. XIII. reduxisse Bullam Pij V. ad terminos Iuris, & sacri Concilij Trident. Eleemosynas verò Altarium, funeralium (addo & aliorum similium iurium Parochialium) in congrua huiusmodi adnumerandas non esse, rectè monuit Franc. Leo *in thesauro fori Eccles. part.1. c.31. sub num.6.* eò quòd isthac percipit Vicarius ex suo officio, & labore; & verba illius Constitutionis intelliguntur de obuentionibus, & emolumentis, quæ sunt incertæ respectu summæ, quæ in specie ignoratur; venit tamen

versatur *c. de Monachis, de prabend.* Vgolin. *de officio,& potestate Episcopi,c.* 4. §. 1. *vers.* 5. Decimò cum id redit in maius diuini cultus incrementum, *cap. illud, cap. nihil.* 7. *quæst.* 1. Vndecimò, vbi Ecclesia dispensatiuè conceditur alicui qui in minori ætate constitutus est, *cap. 2. de ætate & qualit.*
54 vel vbi Parochus ipse Sacerdos non est, Vgolin. *d.* §. *vers. primo.* Duodecimò, quando beneficium est vnitum mensæ Episcopi, vel Capituli, tunc enim potest constitui Vicarius temporalis, glos. *verb. ad mensam, in Clem.* 1. *de excessib. Prælat. Clement.* 1. *de supplend. neglig. Prælat.* Azor. *institut. moral. par.* 2. *lib.* 6. *c.* 29. *quæst.* 1. *vers. item quando*, Gonzal. *d. glos.* 5. §. 3. *numer.* 14. Quod tamen hodie limitatur per Constitutionem Pij V. vt supra ostendimus. Decimo tertiò, quando beneficium simplex alteri cuilibet iniungitur, quia tunc non solet constitui Vicarius perpetuus, sed temporalis, glos. *verb. Parochialium, in d. Clem. vnic. de offic. Vicar.* Rota. *decis.* 758. *num.* 2. *p.* 1. *diuers.* Azor. *d. q.* 1. *vers. quando*
55 *verò* Gonzal. *d.* §. 3. *num.* 15. Decimoquartò, quando Vicariæ perpetuæ vniuntur; nam tunc efficitur temporalis, & ad nutum possidens instituitur Rector, Gambar. *de offic. Legati in vemidon* 102. Hoied. *de incomp benef. p.* 1. *cap.* 15. *n.* 6. Gonzal. *d.* §. 3.
56 *numer* 16. Decimoquintò, in vacatione Parochialis Ecclesiæ, donec ei de Rectore prouideatur, Concil. Trident. *sess.* 24. *de reform cap.* 18. *in princ.* cuius Vicarij deputatio spectat semper ad Episcopum, in cuius Diœcesi Parochialis sita est, prout refert decisum Armend. *in addit. ad recop. legum Nauarra, lib.* 1. *tit.* 18. *lib* 7. *de Episcopis, num.* 86. ac proinde inferiores, qui non habent iurisdictionem quasi Episcopalem cum facultate congregandi Synodum, non posse constituere Vicarium resolunt Franc. Leo *in thesauro fori Eccles. par.* 2. *cap.* 18. *numer.* 51. Nicol. Garc. *d. p* 9. *cap.* 2. *num.* 8. Massobor. *in praxi habendi concursum requis.* 1. *dub.* 8. & 11. Ego ipse *de offic. & potest. Episc. p.* 3. *alleg.* 60. *n.* 3. & 4.
57 Alij verò temporales, vt mercenarij ab Ecclesiarum Prælatis, Plebanis, Rectoribus, Capellanis, perpetuis Vicariis, cæterisque quibuslibet Ecclesiarum dominis, ad augmentum diuini cultus officiique supplementum assumuntur, vel aliàs legitimè impediti, aut debilitati præfati domini si fuerint, Coadiutores habeant, qui eorum subleuent officium, *cap. illud.* 7 *q.* 1. *cap. vt quisque, de vita & honest. cleric.* Sed de his Vicariis nihil in præsentiarum tractabimus, de aliis autem, quos magis propriè supra appellauimus, eruot infectus à nobis aliqua dicenda.
58 Hæc igitur Vicaria temporalis, seu ad nutum amouibilis non est beneficium, nec titulus beneficialis, quia non confertur in titulum, sed est simplex salarium, seu stipendium, Caldet. *cons.* 9. *n.* 2. *de rescript.* Rebuff. *de nominat. quæst.* 14. *n.* 61. & *in praxi titul de dispens. ratione ætatis, verb. earū perpetua Vicaria*, Nicol. Garc. *de benefic. part.* 1. *cap.* 2. *numer.* 93. Gonzal. *d. glos.* 5. §. 3. *num.* 35. Rot. *in Salmantina Vicaria* 15. *Maij* 1596. *coram Card. Blanchetto.*
59 Vnde in ea non intrat *reg. de annali*, Mandos. *in reg. de annali, quæst.* 13. *n.* 1. & 2. Gonzal. *d.* §. 3. *n.* 43. nec subijcitur nominationibus, Rebuff. *in tract. nominat. q.* 15. *n.* 48. Gonzal. *d.* §. 3. *n.* 44. nec comprehenditur in reseruationibus, glos. *verb. esset causa mandati, in c. si pauper* 30. *de prabend. l.* 6 Hoied. *de incomp. benefic. p.* 1. *cap.* 15. *n.* 16. Pett. Gregor. *rei benefic. c.* 11. *n.* 16. & 17. Gonzal. *d.* §. 3. *n.* 45. Nec ad
60 eius titulum potest quis sacris Ordinibus insigniri, Maiol. *de irregul. lib.* 4. *cap.* 15. *num.* 4. Flamin. Paris. *de resignat benefic. lib.* 2. *quæst.* 6. *n.* 2. Salzed. *ad Bernard. in pract. c.* 18. *n.* 8. *vers. & ea ratione*, Aloys. Ricc. *in decis. curia Archiep. Neapol. decis.* 190. *p.* 2. Gonzal. *d.* §. 3. *n.* 42. Campan. *in diuers. Iuris Canon. rub.* 8. *c.* 4. *num.* 8. *in fine*, Ego ipse *de officio, & potest. Episcop* 2. *allegat.* 19. *num.* 25. Et aduertit Nicol. Garc. *p.* 1 *cap.* 2. *num.* 91. quòd si de facto quis ordinetur, non ex eo mutabitur eius natura, seu qualitas. Et sic Vicarij temporales non gaudent 61 prærogatiuis, & emolumentis, quibus gaudent Vicarij perpetui, Gonzal. *d.* §. 3. *num.* 40. Nec obli- 62 gantur ratione Vicariæ ad Horas Canonicas recitandas, exceptis aliquibus casibus; primò, nisi aliquis specialiter deputandus sit ad Canonicum officium vicè alterius in choro canendum; secundò, si Vicario ploca administratio beneficij cum consensu, & auctoritate Episcopi, tametsi ad tempus vel cum potestate amouendi committatur; tunc enim ea tacita conditione ac pacto commitri censetur, vt omnia officia præstet; si videlicet principalis, cuius Vicarium agit, officium non persoluat, v.g. si alicui commenderet Ecclesia interim dum beneficiatus puer, qui per se orare non potest, adolescat: aut si Parocho, qui ob incurabilem infirmitatem beneficio præesse nullo modo potest, Vicarius seu Coadiutor ab Episcopo designatur, ita vt administrationem etiam in temporalibus habeat, & solùm aliquam portionem congruam parocho infirmo relinquere debeat, iuxta doctrinam Abb. *in cap. de Rectoribus, num.* 5. *de instit.* aut beneficium quod monasterio vnitum est, auctoritate Episcopi committatur alicui Vicario, quamuis ad nutum temouibili. Colliges hæc ex Suar. *de Relig. tom.... lib.* 4. *de Horis Canon. cap.* 22. *numer.* 15. Paul. Layman. *ad Theologia moralis lib.* 4. *tract.* 2. *cap.* 5. *n.* 8. *vers. temporales autem Vicarij.*

Nominatio Vicariorum ad nutum amouibilium 63 pertinet ad Priorem, seu Prælatum monasterij, cui beneficium vnitum est, & Episcopus solùm debet approbare, ac admittere, ac licentiam administrandi Sacramenta dare, si Vicarius idoneus inuentus fuerit, quem potest examinare; nec vlla alia requiritur collatio, aut institutio; vt per Flores de Mena *var. quæst.* 10. *num.* 26. Nicol. Garc. *part.* 1. *c.* 2. *n.* 93. *in med.* Et quod in Ecclesia Regulari nominandi Vicarium ad Regulares spectet, fuit dictum *in Iannen. Parochialis* S. Andreæ 19. 64 *Aprilis* 1627. *coram R. P. D. Duran.* inter eios impressos *decis.* 74 & impressa per Viui. *post suam praxim, iurispatron. decis.* 86. *n.* 2.

Hinc Vicarius temporalis potest ad nutum amo- 65 ueri per eum, qui illum constituit, Abb. *in cap. edoceri numer.* 10. *de rescript.* Vitalin. *in Clem. vnica nu.* 56. *in fine, de officio Vicarij*, Gonzal. *d.* §. 3. *n.* 39. non Rota sequitur illam opinionem, vt in beneficiis manualibus amotio fieri possit etiam absque causa, Caualer. *dec.* 72. *numer.* 4. *in fine*, Thodos. de Rubeis *in singular. Rota p.* 2. *verb. beneficium* §. 5. *pag.* 25. Quæ tamen opinio procedit si non subsit aliqua causa malitiæ, & præsumptio odij, Card. *à Clem.* 1. §. *præmissa vers. ege pute, & ibi* Imol. *n.* 44. Rota *decis.* 778. *p.* 1. *diuers.* Caualer *d. decis.* 72. *n.* 5. nam malitia cessante etiam sine causa potest fieri reuocatio. Selua *de benefic. p.* 3. *quæst.* 68. *in fine* Nauar. *commente* 2. *de regular. num.* 65. Fr. Emman. *quæst. regul. tom.* 1. *quæst.* 54. *artic.* 9. Nicol. Garc. *d. pa.* 1. *cap.* 2. *num.* 88. non tamen ante annum ser-

uitij finitum, de quo vide Rebuff. *in praxi benefic. part. 2. tit. de dispens. de non resident. numer.* 18. *& tum. 3, ad leges Gallia tit. de mater. possess. in benefic. artic. 9 glos. vnica, in prafat.* Florus de Mena *d. qu.* 10. *num.* 34. *qu.* 10. *num.* 34. & nullo modo poterit se inuare *reg. de triennali*, quominus possit amoueri, Mendos. *reg.* 34 *quaest.* 11. Rot *decis.* 739. *num.* 7. *p.* 1. *diuers.* Nicol. Garc. *d. c.* 1. *num.* 89.

Illud aduertere oportet quòd ad sciendum an
67 sit Vicaris perpetua, vel temporalis attendendus est vltimus status, Gonzal. *d. glos.* 5. §. 3. *numer.* 18. Nicol. Garc. *de benefic. p.* 11. *cap.* 5. *numer.* 16. vbi subdit quòd si non constat de erectione tituli in Vicariam perpetuam, & non præsumitor, cum sit quid facti, non est attendus vltimus status; nempe quod sit collata vt Vicaria perpetua, nisi probetur spatio 40. annorum, & quod stante Bulla vnionis cum facultate ponendi Vicarium amouibilem & decreto irritanti videtur requiri immemorialis.

De Vicariis perpetuis Ecclesiarum Parochis-
68 lium vnitarum, qui plura scire cupit, legat Doctores *in cap. extirpanda § qui verò, de prebend.* vbi Rebuff. *in repet. & in cap. super eo, eodem titul. in 6. & Clem. 1. de offic. vicar. & de iurepatr. & in praxi benefic. tit. de Vicar. perp. & in tract. de congrua portione*, Hoied *de incompatib. benefic. part. 1. c.* 15. Gutier. *cons.* 8. Flores de Men. *var. quaest.* 10. Azor. *instit. moral. par.* 5. *lib.* 3. *c.* 6. *& lib.* 6. *c.* 29. Nicol. Garc. *de benefic. par.* 9. *c.* 5. *ex numer.* 585. *& part.* 11. *c.* 2. Valenzuel. *cons.* 54 Gonzal *ad reg.* 8 *Can. glos.* 5. §. 3. Campun. *in diuers. Iuris Canon. rub.* 7. *c.* 5. *num.* 11. *cum seqq.*

CAPVT VII.

De Præceptoriis, & Commendis Ordinum Militarium.

SVMMARIVM.

1 *Praceptores in aliquibus Religiosorum Ordinibus dicuntur superiores domorum administratores, & aliorum bonorum ad ipsos Ordines pertinentium.*

2 *Beneficia Regularia an vocentur annui redditus, quos Praceptores Ordinum precipiunt? ostenditur.*

3 *Præceptoria Religionis Hierosolymitana sunt veri tituli, & beneficia ecclesiastica.*

4 *Praceptoria Religionis Hierosolymitana aptitudine sunt perpetua, nisi eas obtinentes amoueantur.*

5 *Vacatio per obitum & remotionem datur in manualibus.*

6 *Praceptoria Militia, & Ordinis* S. Ioannis Hierusulymitani *vacant per promotionem ad Episcopatum, & sunt publicanda earum resignationes.*

7 *Praceptoria, seu Commenda Ordinis* S. Iacobi, Calatrauæ, Alcantaræ, *& similium Ordinum Regularium, in quibus Milites non profitentur omnimodam castitatem, sed coniugalem, sunt ecclesiastica beneficia, sed contrarium verius, vt n. 9.*

8 *Commendatary Ordinum Militarium, Religiosa persona sunt vel saltem ecclesiastica.*

10 *Commenda non dantur Religiosis ob professionem tanquam ob titulum, sed tanquam ob conditionem, sine qua non, conferantur.*

11 *Officium militandi, quo adstricti sunt Commendatary pro Ecclesia defensione, est temporale.*

12 *Commendatary sunt veri domini quorumcumque bonorum ante, & post professionem acquisitorum, ac proinde possunt de illis libere dispo nere.*

13 *Commendatary possunt liberè testari nonminus, quam aly saculares tam de bonis patrimonialibus, quam de redditibus suarum Commendarum*

14 *Commendatary possunt de suis bonis etiam Commendarum intuitu acquisitis maioratum instituere.*

15 *Ludentes cum Commendatariis non tenentur parta in ludo restituere*

16 *Clerici Ordinum Militarium in claustris viuentium, qui ex legitima licentia extra claustra vitam transigunt, inseruientes alicui beneficia possunt testari.*

17 *Bona, res & redditus Commendarum non possunt perpetui Commendatary locare, seu alienare ad longum tempus sine solemnitatibus, &c.*

18 *Commendatary Militiarum non gaudent priuilegio militum in testando, nisi actu sint in bello, seu in castris contra hostes Fidei pugnantes.*

19 *Commenda Militares non sunt materia simonia.*

20 *Simoniam nō cōmittit ille, qui pecunia procurat commendam militarem, aut illam vendit, sed peccat contra iustitiam.*

21 *Commendatarij ratione Commenda nullum beneficium obtinere dicuntur.*

22 *Commendatary de secularibus beneficiis prouideri possunt.*

23 *Milites Regulares militia* S. Iacobi de Spatha *non sunt incapaces beneficiorum secularium siue simplicium, siue Curatorum, nec etiam pensionum.*

24 *Equites Capellani Religionis* Sancti Stephani *prasentari valent ad Ecclesias saculares.*

25 *Fratres Ordinum Militarium in communi viuentes, & choro deputati sunt verè religiosi.*

26 *Equites* S. Ioannis Hierosolymitani *veri sunt Religiosi.*

27 *Equites Ordinum Militarium, qui matrimonium contrahunt, verè Religiosi non sunt.*

28 *Equites Militares non solum* sancti Ioannis Hierosolymitani, *sed etiam* Christi, S. Iacobi *& similes sunt ecclesiastica persona.*

29 *Religiosorum appellatione veniunt in quacunque materia etiam pœnali & odiosa ex proprietate sermonis Equites* S. Ioannis Hierosolymitani, *non sic aly, qui matrimonium contrahunt.*

30 *Religionem ingredi absolutè vouens satisfacit voto si Religionem Equitum* S. *Ioannis Hierosolymitani ingrediatur, secus si ingrediatur alios Ordines militares, qui matrimonium contrahere permittunt.*

31 *Milites* S. Iacobi Alcantaræ, *& similes non comprehenduntur in Bulla* Pij V. *prohibente ne clerici saculares, vel Regulares taurorum agitationi intersint.*

31 *Matrimoniū ratum dissolui potest per professionē in Religione.* S. Ioannis Hierosolymitani, *non in aliis* S. Iacobi Alcantaræ, *& similibus.*

33 *Milites*

33 *Milites Regulares, qui matrimonium contrahunt, non comprehenduntur ſub decreto Concilij* Trid.ſeſſ.25.de regular.cap.15. *benè tamen milites* Hieroſolymitani.

34 *Equites* ſancti Ioannis Hieroſolymitani *comprehenduntur ſub decreto Concil.Trid.*ſeſſ.6. de reform.c.3.

35 *Teſtamenta an & quando Milites regulares facere poſſint? oſtenditur.*

36 *Horas Canonicas an & quando teneantur recitare Militares Religioſi? oſtenditur.*

37 *Milites Regulares an & quando fori priuilegio gaudeant, & à ſolutione tributorum exempti ſint cenſendi, remiſſiuè.*

38 *Filius illegitimus Commendatarij profeſſi Ordinum Militarium præter* Hieroſolymitanum, *nō eſt ſpurius, ac proinde per ſubſequens matrimonium legitimari poteſt.*

39 *Milites* S Iacobi, Alcantaræ, & Calatrauæ, *& ſimiles excipit Bulla Clementis VIII. de largitione munerum.*

40 *Equites* Hieroſolymitani *nihil proprij habere poſſunt, illorumque bona ad Religionem pertinent.*

41 *Equites* Hieroſolymitani *quicquid acquirunt Religioni acquirunt ſicut cæteri Religioſi.*

42 *Hæreditas delata Equiti Hieroſolymitano poſt profeſſionem emiſſam acquiritur Religioni.*

43 *Equites* Hieroſolymitani *nullam habent teſtamenti factionem.*

44 *Equites* Hieroſolymitani *non poſſunt alienare bona Commendæ.*

45 *Equites* Hieroſolymitani *non poſſunt ſe ingerere in Commendis, niſi quatenus velit Religio, poſſunt tamē ex earū redditibus ſumere alimenta, & expenſas facere.*

46 *Equites* Hieroſolymitani *non habent velle nec nolle, quia dependent proſus à Magni Magiſtri voluntate.*

47 Commendatariis *perpetuis Ordinum Militarium, excepta facultate alienandi, competunt cuncta, quæ veris Prælatis & beneficiariis conceduntur.*

48 *Milites & Commendatarij Hieroſolymitani tenentur illo arcto præcepti vinculo, prout clerici beneficiarij in eo quod attinet ad eleemoſynam faciendam ex annuis redditibus.*

49 *Equites* Hieroſolymitani *an ſuccedant in feudis?*

50 *Equites* Hieroſolymitani *non admittuntur ad fideicommiſſum perpetuum familiæ relictum excluſis eccleſiaſticis.*

51 *Equites* Hieroſolymitani *etiamſi degant extra Conuentum ſi nunquam à nexu obedientiæ ſoluuntur.*

52 *Equites* Hieroſolymitani *ſunt incapaces penſionis ſuper beneficio ſeculari.*

53 *Papa quando diſpenſat cum Militibus* Hieroſolymitanis *in voto caſtitatis?*

44 *Equites* Hieroſolymitani *non admittuntur ad officia iuriſdictionalia, vel ad Magiſtratus ciuitatum*

55 *Eccleſia de alimentis modeſtis prouidere tenetur patronum non ſua culpa ad inopia redactum.*

56 *Equitem* Hieroſolymitanum *ipſa Religio alere debet.*

57 *Milites* S. Iacobi, *& ſimiles an poſſint confiteri cum ſacerdote ſeculari.*

58 *Monaſterij B. Mariæ de Roncevalles deſcriptio.*

59 *Bona ſua quando Prior, & Canonici de Roncesvalles cœperint commendare?*

60 *Commenda monaſterij de Roncesvalles vbi ſita, & propriùs vocantur Præceptoria, vt numero 61.*

62 *Eccleſia S. Mariæ de Lyiſmiluiſen in Regno Portugaliæ eſt Præceptoria monaſterij de Roncesualles.*

63 *Doctor Nauarrus inſignis litteratura & ſanctitatis vir, aduerſam ſemper expertus fuit fortunam.*



IN quibuſdam Religioſorum Ordinibus, præſertim ad militandum, vel excipiendos hoſpitio peregrinos, vel curandos ægrotos, aut ſuſtentandos egenos inſtitutis, adminiſtratores domorum, vel prædiorum, vel annuorum redituum, vel quorumlibet bonorum ad ipſum Religioſorum Ordinem pertinentium, dicuntur Præceptores; 1
quales apud Italos vocantur in Ordine Militum S. Ioannis Hieroſolymitani, S. Antonij in diœceſi Vienneſi, Sancti Spiritus in Saxia in alma Vrbe. Huiuſmodi Præceptores tribus votis obſtricti, & regulam ipſius Ordinis, & Religionis profeſſi, ab ipſo totius Ordinis Magiſtro, vel ab aliis ipſius nomine, & auctoritate in adminiſtrationibus domorum, prædiorum, & aliorum bonorum ad ipſum Ordinem pertinentium conſtituuntur, & certos annuos redditus, vnde commodè ſuſtententur, ex quibus aliqui eorum certam penſionem in vſus certos & præſcriptos certos ipſius Ordinis regulam impendunt, & reliquū ſibi ſumūt, ac retinent tanquam ſuæ operæ & laboris mercedem. Ita Azor. *inſtit. moral p.2. lib.3. c.26. q.8. verſ. ſciendum*, vbi *q.9.* dicit nihil obſtare quominus annuos prouentus quos Præceptores iſti percipiunt, & habent, beneficis regularia vocentur; habent enim ius eos exigendi, & capiendi ob miniſterium, & officium, quod præſtant, nec ſine Canonica inſtitutione huiuſmodi prouentus annui poſſidentur; nam Superiorum auctoritate conferuntur; & non niſi clericis ipſius Religionis regulam & inſtitutum profeſſis. Nec dantur ad certum & definitum tempus, ſed ad vitam ipſius Præceptoris, vel ſaltem ad nutum Superioris conferentis, hoc eſt ad tempus incertum, quod Superiori viſum fuerit, & *qu.* 2
10. reſoluit quòd iuxta regulas Ordinum talia beneficia dicuntur Præceptoribus huiuſmodi dari Iure adminiſtrationis, & commendæ, & committi, & dicuntur pariter conferri. De commendis Indorum, latè Solorzan. *de iure Indiarum. tom. 2 lib. 2. per tot.*

Et quòd Præceptoriæ Religionis Hieroſolymitanæ ſint veri tituli, & beneficia Eccleſiaſtica, 3
latè tradunt Card. Iacobat. *de Concil. pag. 325. col. 2. verſ. ſicut dudum.* Pute *deciſ. 392. alias 382. n. 1. lib. 1. in correctis* Flamin. Pariſ. *de confid. q. 17. n. 3.* Nicol. Garc. *de benefic. p. 1. c. 4 n. 1.* ob idque in eis locum habere *Clem. 1. de ſequeſt poſſeſſ.* reſoluunt Pariſ. 136. *n.* 16. *& 17. lib. 4.* Mohedan *deciſ. 10. de cauſa poſſeſ. & prop.* Rot. *deciſ. 569. p. 2. recent. & in Mileuitana Prioratus Nauarræ 21. Ianuarij 1627. coram Card. Virili.*

Nec facit quod præfatæ Præceptoriæ ſint ad nutum amouibiles, quia Rota ſæpius reſoluit quòd præceptoriæ huiuſmodi ſunt beneficia manualia, à quibus poſſunt milites ad nutum Magni Magiſtri amoueri, cz Greg. XV. *deciſ. 109. num. 3.* Mohed. *deciſ. 10. num. 1. de cauſa poſſeſ.*

& Achil.de Gress. *decis.9.num.3.de prabend.* testatur Theodos. de Rubeis *in singnl. Rota. p. 2. verb. Praceptoria pag* 81.Speteil.*in decis.fori Ecel.decis.* 1.*num.*37. Lotter.*de re benef. lib.* 1.*quast.*36.*num.* 30.tum etiam , quia , quicquid sit in maoualibus sæcularibus ,quæ non dantur in titulum, nihilominus istæ Præceptoriæ aptitudine sunt perpetuæ,nisi eas obtinentes amoueantur & de iis iudicatur vti de perpetuis,prout sunt de sui natura, cum conferantur in titulum, & possint impetrari, licèt obtineotes potius ratiooe obedientiæ , & ex vi professionis, quàm ex natura earum possint remoueri ad nutum Superioris , qui potest quoque non remouere , vt distinguit Gambar. *de officia & potest. Legati de Latere lib.*4. *tit.de potest legati in refera benef.num.*14.*& seq.* Flamio Paris.*resign.be-*
5 *nef.d.lib.*11.*qu.*3.*numer.*91.& in manualibus datur vacatio per obitum & remotionem , glos.*verb.reuocari propè med.vers.seias,in Clem.vnic.§.pramissa,de suppl.neglig. Pralat.*vbi Cardin.*num.*8. Vita-
6 lin.*num.*9.Et ideo declarauit Gregorius XIII.Præceptorias huiusmodi Militiæ & Ordiois S. Iaunis Hierosolymitani vacare per promotiooem ad Episcopatum, vt *in sua constit.*82.incip.*Controuersia,sub dat.* 3.*Kalend.Maij* 1583.quæ habetur *in Bullario noue tom.*2.*pag.* 467.& esse publicaudas earum resigoationes sicut aliorum beneficiorum post Mantic.*decis.*86.*num.*7.resoluit Flamin. Paris. *de resign.benefic.l.*11.*q.*3.*n.*106.*& confident.* *q.*7.*n.*1.vbi *n.*14.*&* 15.subdit quòd in Præceptoriis cadit simonia, & confidentia. Quamuis Ioan. Quintin.*in repet.cap.de multa,de prabend.num.* 8. & ex *n.*263 existimauerit Præceptores aut Commendatarios S.Ioannis oon esse beneficiarios,nec habere beneficium , sed administrationem, & officium.

7 Et noo solùm Præceptoriæ Ordinis S. Ioannis Hierosolymitani , de qoibus hucosque egimus, suot beneficia ecclesiastica , sed etiam Præceptoriæ,seu Commendæ Ordinis S. Iacobi Calatrauæ, Alcantaræ, & similium Ordinum Nuntiatum Regularium,in quibus Milites noo profitentur omnimodam castitatem , sed cooiugalem,vt resoluunt Raudens. *cons.*17.*n.*19.Mandos.*ad reg.*19.*q.vlt.n.*7.Garc.*de benef.p.*1.*c.*4.*n.*6.*&* 7.D.Speiel.*in decis. fori Eccl.decis.*2.*n.*100.Matt.*de iurisd.part.*2.*c.*32.*n.*22.*& p.*4.*casu* 24.*nu.*16.Mendez à Castro *in praxi Lusitana lib.*2.*cap.*1.*num.*10.Azor.*instit.moral. p.*2.*l.*3.*cap.*26.*q.*9.Nau.*de redditib.Eccl.q.* 1.*mon.* 54.*n.*6.*& q.*3.*num.*27.Motta *in tract.de confir.Ordin.S.Iacobi lib.*2.*c.*2.§.10.*n.*4.Flamin Paris.*de resignat.benefic.p.*1.*cap.*4.*ex n.*6. Nouart.*in lucerna Regular.verb.Praceptoria*,Mich.de Reinoso *obseruat.*1.*n.*30.*&* 45.Cabed.*de patronat.Reg.Corona c.*
8 15.*ex num.*7.Ratio est quia Commendatarij dictorum Ordinum , qui ex Ecclesiastica institutione ministerio militandi aduersus Christi nominis hostes,Ecclesiasticos redditus percipiunt in titulum perpetuum commendæ dum viuunt,religiosæ personæ sunt,*cap.cùm & plantare* 3.*in princip.* ibi,*fratres Templi,& Hospitalis,& alij religiosi, de priuileg. Ordin.Regia Lusit.lib.*2.*tit.*3.*in princ.*ibi. *Clericos de Ordens menores,ou Sacros , beneficiados Commendatores , è otros Religiosos* , Reinoso *d. obseruat.* 1. *num.* 26. vel saltem Ecclesiasticæ , cùm sint in Ordine approbato à Papa , Valasc. *cons.* 14.*num.*8.Flores de Mena *vari.quast.*21.*num.*194. *& seqq.* & dicuotur ab aliquibus laici ad differentiam clericorum,seu Ordinatorum , sicut conuersi monasteriorum, qui re verà sunt personæ Ecclesiasticæ,& religiosæ,& tamen dicuntur laici, Hispanè , *frailes legos* , ad differentiam religiosorum clericorum, vt *in cap. ex eo , de elect.in* 6. *in fine*,ibi,*vel conuersi laici cum clericis* ,aduertit Nicol.Garc.*d.cap.*4.*num.*11.Et quamuis sint in continuo armorum exercitio, hoc faciunt pro fide Catholica,qoia pari modo omnes clerici etiam sæculares dicuntur milites cælestes; & quotidiè pro Catholica Fide militare non desinunt , *c. degradatio §.actualis,de pœnis lib.*6.glos.*verb. facere potest,in l.miles* 6.*ff.de re milit.*Gonzal.*ad reg.*8.*cancel.glos.*8.*n.*66.

Verùm licèt hæc sententententia sit probabilis,& 9
rectè defendi possit ; contraria tamen probabilior mihi videtur , nempe Præceptorias , Domini nostri Iesu Christi , Militares vulgò Commeodas Ordinis S. Iacobi, Alcantaræ , Calatrauæ,& similium beneficia Ecclesiastica non esse , sicut bene resoluunt Philip.Comp *part.*3.*cons.* 66. Mandos. *reg.*6.*Cancel.quast.*11.*numr.*3.Petr.Greg.*syntagm. Iuris lib.*15.*cap.*34. *numer.* 2. Cabed. *de patronat. Regia Corone cap.*15.*à numer.*15. Gabr. Pereira *de Manu Regia part.* 2. *cap.* 48. *numer.* 7. *cum seqq.* Melch.Phœbos *Lusit.decis.* 85.*num.* 10.*cum seqq. tom.*1. Sarmient. *de redditib. in suo defensorio admonit.*55.*numer.*5. vbi dicit Nauarrum errasse , subdens de hoc beoe informatum esse,cum eius pater , & frater fuerint Commendatarij,qui cootraria vtuntur ratiooe , nempe has Præceptorias non dari propter officium ecclesiasticum , seu spirituale , sed potius propter operam omnino temporalem , militiam scilicet , io qua se strenuè exercent , neque aliquo sacro Ordine , vel etiam prima Tonsura eos insignitos esse oportet , neque onere diuini Officij recitandi adstringuntur , sed tantum ad certas preces , non ex vi Commendæ , sed ex professione , & regula; & sic frequenter laicis pro temporalibus obsequiis concedenti dictæ Commendæ per Magistros Ordinum Militarium, quibus Commendarum libera dispositio conceditur , Phœbos *d. decis.* 85. *num.*12.

Non obstat quòd hæ Commendæ non dantur 10
nisi Religiosis, ac proinde videntur annexæ statui Religioso , quem coostar esse spiritualem , quia respondetur huiusmodi Commendas non tradi Religiosis ob professionem tanquam ob titulum, sed tanqoam ob conditionem , sine qua non conferuntur.Pontifex enim non vult illas Commendas conferri nisi professis , consequenter in recepturo huiusmodi Commendas requiritur professio, vt sit habilis ad eas recipiendas ; non tamen hinc sequitur huiusmodi Commendas esse aliquid spirituale sicut si Pontifex præciperet bona aliqua temporalia distribui iter Religiosos , non ob id illa bona essent spiritualia , seu annexa titulo spirituali.

Nec obstant quòd Commendatarij ex Eccle- 11
siæ institutiobe officio militandi adstricti sunt, pro Ecclesiæ defensione , quia respondetur hoc officium temporale esse , & ex eo quòd fiat Ecclesiæ institutione pro Ecclesiæ vtilitate , non pertinet ad beneficij naturam , sicut videmus in pluribus aliis , qui ministeriis temporalibus Ecclesiæ inseruiunt , & propterea portionem aliquam redditũum Ecclesiasticorum percipiunt, & tamen apud omnes constat beneficiarios proprios non esse , vt de Symbalysta OEconomo, Syndico,& similibus diximus *in tract.de Canonic.* 12.*num.*14.

Ex

12 Ex qua ratione iam colligitur hos Commẽdata
rios S.Iacobi & similium esse veros dominos quo-
runcunque bonorum ante, & post professionem
acquisitorum, ac proinde posse de his omnibus
bonis tam patrimonialibus quocunque titulo ac-
quisitis, quàm redditibus Commendarum, ita li-
berè disponere, ac cæteros sæculares; tum quia an-
tiquissima consuetudo ita paupertatem eorum in-
terpretata est Superiobus scientibus, & non con-
tradicentibus, & redditus commendarum titulo
sæculari his dantur nẽpe titulo militari, tum quia
sicut nec omnimodam & perfectam castitatem
profitentur, ita nec perfectam paupertatem, sed il-
lam solùm, quæ hodie est consueta, ab eis seruari;
& ideo ita docent Alcozer *lib. de ludo cap.* 39. Fr.
Emman. *qu. regul. tom.* 3. *q.* 19. *art.* 7. *&* *q.* 79. *art.* 7.
Bonacin. *variar. tract. q.* 4. *de oblig. benefic. puncto* 2.
num. 24. ista *in reg. Commendatariorum D. Iacobi in*
proœm. vbi *de voto paupertatis*, Valasc. *cons.* 108. *à*
numer. 7. Molina Theologus *de iustitia. tom.* 1.
disputat. 141. *col.* 3. *versic. est verò rigida num.* 6.
Tambur. *de iure Abbatum tom.* 3. *disp.* 21. *q.* 14. *n.* 2.
& 4. Phæbos *d. decis.* 8. *num.* 18. Spetel. *in decis. fo-*
ri eccles. decis. 2. *num.* 75. *&* 76. *& decis.* 21. *nu.* 38.
in fine. Seraph. *decis.* 587 *per tot.* Sanch. *in præcepta*
Decal. tom. 2. *lib.* 7. *c.* 8. *n.* 29. Hurtado de Mendoza
in 2. 2. *tom.* 2. *disp.* 160 *sect.* 7. §. 119. Diana *moral.*
resol. p. 5. *tract.* 14 *moral.* 2. *resol.* 94. Quamuis Nau.
de redditibus eccles. q. 1. *num.* 95. *&* 96. *& q.* 3. *n.* 30.
& 31. *& in apolog. monitis* 61. Motta *in lib. instru-*
ctionis vt Commendatarij tendant ad perfectionem,
cap. 4. §. *nu.* 50. Ayala *in compendio regulæ ordinum*
Militarium, existimauerint eos teneri omnia bo-
na prædicta in vsus suos honestos expendere, &
quod superfuerit in opera pia.
13 Vnde quamuis Nau. *comment.* 1. *de Regular. n.* 56.
credidit non esse integrum his Commendatariis
testari secluso priuilegio Apostolico, receptissima
tamen consuetudo apud eos obtinuit posse quo-
que liberè illos testari non minus quàm alios sæ-
culares, tam de bonis patrimonialibus, quam
etiam de redditibus suarum Commendarum: nam
licet olim testari non potuissent, Innocent. VIII.
& Clemens VII. in hoc dispensârunt. Nec ob-
stat Pium V. reuocasse licentias his concessas ad
testandum, quia eius Motus proprius receptus
non fuit quoad alios Commendatarios præter-
quàm Sancti Ioannis, & illum expressè reuocauit
Gregorius XIII. concedens eis facultatem te-
standi iuxta pristinam eorum consuetudinem. Ita
Molin. *de iust. to.* 3. *disp.* 604. *in fine*, Motta *in tract.*
de confirmat. Ordin. Milit. lib. 2. *cap.* 1. §. 18. *num.* 8.
Hieron. Roderic. *in compendio quæst. regul. resol.* 28.
num. & resol 135. *num.* 7. Gratian. *d. cap.* 880. *n.* 42.
cum seqq. vbi sustinet hanc consuetudinem in
Commendatariis aliarum Religionum præter
Hierosolymitanam, de qua ipsi à *ex n.* 30. *cum seqq.*
Machado *d. tom.* 2. *lib.* 4. *p.* 2. *tract.* 1. *docum.* 4. *nu.* 1.
& nu. 6. latè Sanch. *in præcep. Decalogi tom.* 2. *lib.* 7.
c. 8. *n.* 30. vbi *n.* 31. post. Molin. *loco proximè citato,*
14 & alios resoluit posse quoque hos Commendata-
rios de vtriusque bonis maioratum instituere, non
secus ac alios sæculares, quibus addo Lezan. *in*
dub. Regular. tom. 2. *c.* 5. *n.* 29. me citato *in hoc loco*
Machado *d. tom.* 2. *lib.* 5. *q.* 4. *tract.* 2. *docum.* 4. *n.* 2.
& idem Sanchez *d. c.* 8. *num.* 32. cum Alcozer *de*
15 *ludo cap.* 39. tenent ludentes cum his Commenda-
tariis non teneri pacta in ludo restituere, quia
cum hi Commendatarij sint verè domini omnium
illorum bonorum, possintque de illis disponere,
instar cuiuscumque sæcularis, verè transferunt
illorum dominium perdendo in ludo, & *num.* 37.
post istam *in regul. Commendatariorum cap.* 20.
Mottam *in l. instruct. vt Commendatarij tendant ad*
perfectionem c. 4. § 4. *num.* 52. firmat clericos Ordi- 16
num Militarium in claustris viuentium qui ex le-
gitima licentia extra claustra vitam transigunt,
inseruientes alicui beneficio, posse testari, ea ta-
men conditione, vt quotannis inuentarium bo-
norum tempore præfixo Superiori præsentent, &
dummodo quintam bonorum partem monasterio
relinquant, & tertio quoque anno petant à Supe-
riore testandi licentiam. Bona autem res, & red- 17
ditus ipsarum Commendarum non possunt per-
petuò Commendatarij locare, seu alienare ad lon-
gum tempus, sine solemnitate à iure requisita, vt
resoluit Hieronym. Roderic. *in compendio quæst.*
regul. resol. 8. *n.* 13.
Dicti tamen Commendatarij Militarium, non 18
gaudent priuilegio militum in testando, nisi actu
sint in bello, seu in castris contra hostes fidei pu-
gnantes, vt constat ex *l. milites. C. de re milit. &* §.
sed hactenus. Instit. eod. resoluit Fr. Emman. *in ad-*
dit. p. 4. *cap.* 145. *num.* 2. quem refert, & sequitur
Hieron. Roderic. *in compendio q. regul. resolut.* 135.
num. 8. An autem Hierosolymitani Milites possint
testari, vide *infrà n.* 42.
Ex quibus constat huiusmodi Commendas 19
non esse materiam simoniæ, quia non sunt aliquid
spirituale, sed temporale; conferuntur enim ti-
tulo laico, & dantur in subsidium, seu stipendium
pro temporalibus seruitiis; & administratio illa-
rum laicis principalibus aliquando committitur;
opus enim militiæ est opus temporale pretio æsti-
mabile, quod æstimationem suam non amittit,
etiamsi fiat ex voto, & referatur ad cultum Dei. Ita
Victor. *in relect. de simon. num.* 45. Arag. 2. 2. *q.* 100.
art. 4. Suar. *tom.* 1. *de relig. lib.* 4 *de simonia c.* 27. *n.* 6.
Vnde colligitur non committi simoniam ab eo, 20
qui pecunia procurat Commendam Militarem,
aut illam vendit, aut alteri confert, reseruata pen-
sion ein sui, vel alterius fauorem. Ratio est, quia
non committit simoniam iuris Diuini, cùm huius-
modi Commenda non sit res sacra; neque comit-
tit simoniam iuris humani, cùm non extet Ius
Canonicum prohibens alienationem dictarum
Commendarum intuitu religionis, & rerum sa-
crarum; peccaret tamen contra iustitiam illam
vendendo, quia vendens, vel est ipse Commen-
datarius, vel magister Ordinis: si est ipse Com-
mendatarius, certum est ipsum non posse huius-
modi Commendam vendere, cùm non sit domi-
nus Commendæ, sed vsufructuarius, dum viuit;
si verò Magister Ordinis, nec ipse illam vende-
re potest absque licentia Papæ; quia ipse non est
dominus, sed distributor, & dispensator consti-
tutus à Papa ad distribuendum. Ita Mandos. *in*
reg. 6. *Cancel. qu.* 11. *num.* 3. Petr. Greg. *syntag. Iuris*
lib. 15. *cap.* 34. *n.* 2. Cabed. *de patronat. Regia Coronæ*
c. 15. *à num.* 15. Diana *moral. resol. p.* 6. *tract.* 8. *mis-*
cellan. resol. 17. Suar. *d. c.* 27. *nu.* 10. Filiuc. *tom.* 4. *tra-*
ctat. 45. *cap.* 6. *nu.* 5. me citato *in hoc loco* Machado
d. tom. 2. *lib.* 5. *p.* 4. *tractat.* 2. *docum.* 1. *num.* 4. Quam-
uis Azor. *instit. moral. par.* 1. *lib.* 13. *cap.* 6. *q.* 3. Nicol.
Garc. *d. c.* 4. *num.* 7. Raph. de la Torre *de Relig. tom.* 2.
quæst. 100. *artic.* 4. *disput.* 3. teneant in venditione
harum Commendarum committi simoniam, &
Flamin. Paris. *dict. tract. de confident. quæst.* 17 di-
cat in Præceptoriis committi simoniam, & con-
fidentiam, nisi eorum opinione intelligamus

de Præceptoriis Ordinis S. Ioannis Hierosolymitani,& licèt Gabr.Pereira *dict.part.2 cap.48. n. 9. vers.infertur.*, dicat quod huiusmodi Commendæ non possint vendi, aut dari aliquo pretio,*& n.10.* quod non possunt plures vni concedi; & quòd in huiusmodi Commendis committatur simonia, dicit Sperellus *dict. decis.* 21. *numer.* 37. *in fine.*

21 Cùm ergo Commendatarij huiusmodi ratione Commendæ nullum beneficium obtinere dicantur, nec Militaris Ordinis causa veri religiosi sint, eò quòd tria vota substantialia non profitentur, sed potius in voto paupertatis dispensati reperiuntur, vt infra dicemus sequitur; illos de sæcularibus beneficiis prouideri posse, quia leges Canonicæ, quæ sæcularia beneficia Religiosis, seu secularibus conferri prohibent, iuxta *cap.cùm de beneficio,de prabend. in 6.cum similibus* ad istos, qui verè Religiosi non sunt, trahi non
22 debent. Quare ita hanc partem secundùm Iuris rigorem probant Azor. *dict. lib.13.cap.3. quæst. 2. in fine*, Gambar. *de officio & potest.legati de latere lib.6.n.269.*Sanch.*in precept.Decalogi lib.7.c. 19. num.* 102.& ex voto Cardinalis Pamphilij senioris sic decisum fuisse refert Nicol.Garç.*dict.cap.4. num.* 18. & quamuis dubitet idem *num.* 22. *& part.7.cap.10.num.9.& 32.*tamen postremò *in addit.ad dict c. 4.num.*24. asserit se vidisse quandam declarationem Sacræ Congregationis *sub die* 10.
23 *Nouemb.* 1609. quæ sic ait. *Congregatio Concilij censuit Milites Regulares militia S. Iacobi de Spatha,aliosque huiusmodi non emittentes omnia tria vota substantialia,videlicet paupertatis,castitatis, & obedientia,non esse incapaces beneficiorum sæcularium, siue simplicium, siue Curatorum, nec etiam pensionum.* cuius declarationis memini Ego ipse *de officio & potest. Episcopi p.3.alleg.57.num.*173.quamuis hos omnes esse incapaces beneficij sæcularis, & pensionis sicut alios Religiosos, videantur supponere Nanar. *consil.27.n.9.in solut.ad 2.de regular.in antiq.& consil.* 10. *num.9. eod.titul. in nouis*, Mandos. *de signatura gratia tit.dispensatio Monachor.pro obtinendis benefic.in fine*,Fr.Emman. *quæst. regular.tom.1.qu.* 34. *artic.* 5. & secundùm horum sententiam est praxis dataria, & Cancellariæ Apost.vt audio.

24 Equites Capellani Religionis S. Stephani Papæ,& Martyris, quamuis habere possint Ecclesias proprias eidem Religioni subiectas, præsentari valent ad alias Ecclesias sæculares, & institutionem, ac possessionem obtinere, vt habetur *in libro statutorum dicta religionis Sancti Stephani fol.26.& seqq.*vbi sunt relatæ decisiones Rotæ Romanæ DD. Cardinalium Robusterij, Seraphini, Pamphilij senioris, & Aragonij, sicut attestatur Viuian.*in praxi iurispatron.lib.6.cap.2.n.16.*secundùm vtramque impress. & in votum reductæ *decis.218. p.1. recentiss.*aliàs in posthum.Farin.quod fuit confirmatum quodam decreto *Congregationis super rebus Dataria,die 9.Septembris* 1591.in quo statuitur Equites Milites S. Stephani posse prouideri de beneficiis sæcularibus,quod decretum refert Bossi,*de triplici Iubilas priuilegio sect. 2. casu* 10.*num.*11.

25 De Militibus Ordinis Christi,S.Iacobi, Alcantaræ, Calatrauæ, S. Stephani,S. Lazari, & similibus,in præsentiarum aliqua sunt notanda circa illam controuersam quæstionem, an sint verè Religiosi, vel secundùm quid? In qua vt certa ab incertis separemus, est aduertendum in huiusmodi Ordinibus, Fratres esse, & fuisse, qui in communi viuebant,& viunnt, & sacris Ordinibus insigniebantur, ad chorum deputati; fuisse etiam Milites, qui in castris, & extra claustrum versabantur ad præliandum professi. Constat distinctio,ex vsu; compertum enim est in omnibus prædictis Religionibus fratres esse, quos *freires* Lusitani appellant, qui vitam Regularem profitentur, viuentes in communi & claustro, sub vnius Prioris obedientia, choro inseruientes. Apud nostros Lusitanos de Christi Ordine nemo est, qui nesciat nobilissimum illud monasterium oppidi de Thomar,atque etiam Conimbricensem Academiam nobili eiusdem Ordinis Collegio condecorari: de Ordine S.Iacobi similiter celebratissimus est Conuentus Clericorum regularium in oppido de Palmella, quod etiam constat de Ordine de Auis in eiusdem nominis oppido. Habent etiam cœnobia Monialium similiter Cruce signatarum, vbi nobiles mulieres profiteri consueuerunt. Horum igitur Fratrum, & Monialium veram esse Religionem dubitandum non est, sed potius apud omnes extra omnem est controuersiam, vt bene notant Ouiedo *in praxi Regul. part. 1. tractat. 2. disputat.1.quæst.4.*Azor.*instit.moral.par.1.lib.* 13. *cad. 3. quæst. 2. vers.sciendum*; quia omnia substantialia & necessaria ad statum veræ, & perfectæ Religionis, in illis reperiuntur; scilicet tria vota emissa in regula à Sede Apostolica approbata,& in manu Prælati traditionem personæ acceptantis, iuxta *cap. cum ad Monasterium, de statu regul.*

Certum est etiam in eisdem Religionibus Mi- 26
lites existere,qui extra claustrum viuunt; non ad chorum, vel sacros Ordines, sed ad præliandum deputati, vt vsus docet,& in iis tota versatur controuersia,in qua varij casus subdistinguendi sunt Primus est de his Militibus, qui tria prædicta vota emittunt,& ad omnimodam castitatem obligantur, ita vt matrimonium contrahere non possint, vt sunt Equites S. Ioannis Hierosolymitani, & hos verè esse Religiosos indubitatum est, quia omnia substantialia Religionis in illis reperiuntur,votum scilicet castitatis, paupertatis & obedientiæ sub regula à Sede Apostolica approbata, Machado *d.p.4.tr. 2.docum.1.n.1.& docum.6.n.* 4. Azeued.per text. ibi *in l.* 14.*tit.5.l.3.Recop.*Carol. Tapia *in auth. ingressi verb.monasteria cap.*34.Mastrill.*de magistrat.lib.2.cap.1.num.35.& 36.*Duen. *reg.100.ampl.5.& reg.* 103. *limit.* 6.Solorzan. *de Indiarum iure tom.2.lib.2.cap.5.num.*17.Lezana *in sum.quæst.Regular.tom.2 cap.* 5. *num.* 5. *cum seqq.* Gratian.*discept.forens.c.452.n.24.& 27.& c.*880. *à num.*1.Monet.*de Conseruat.c.*10.*num.*387.Campan.*in diuers.Iuris Canon.rub.*12.*cap.16.n.*44.nouiter Theodos.de Rubeis *in singularib. Rota verb. Hierosolymitani Milites tom.* 2. plures refert Doctores Giurba *cons.77.n.*10.Bobadil.*in politica l.* 2. *cap.19.n.*11. Thesaur.iun.*quæst.forens.lib.* 1.*q.* 18. *n.*3.Lottet.*de re benef.lib.* 1.*quæst.36.num.*30. Nouar.*in praxi elect.& var.fori q.69.sect.* 2. *& in Lucerna Regular.verb.Milites num.*2.latè Carol.Maranta *tom 1.resp.6.n.* 2. *&* 3. Ioan.Steph.Durant. *quæst.Iuris qu.6.col.6.*Sperel.*in decis.fori eccles.decis.21.num.9.cum seqq.*Rota *apud post.in fine tract. de manus.decis* 326.*nu* 4.*& decis.333.sub n.1.p.1. recent.& decis.87.n.1.p.2.etiam recent.* Greg. XV. *decis.87.num.2.& ibi adden.n.13.& 14* & fuit dictum *in Egitanien.Commenda* 8. *Iunij* 1616. *corã R. P. D. Merlino*; eleganter de his S. Bernard.*in*

sermone

sermone ad Milites Templi c.4.ad fin. in hęc verba. *Vt penè dubitem, quid potius censeam appellandos Monachos videlicet, an Milites, nisi quod vtrumque forsan congruentius nominari, quibus neutrum deesse agnoscimus, nec Monachi mansuetudo, nec militie fortitudo.* Quòd verò non choro nec spiritualibus exercitiis, sed armis sæcularibus inseruiant, substantiæ Religionis non repugnat, sed solùm iuris humani prohibitioni vetantis clericos, & Ecclesiasticas personas sæcularibus negotiis se immiscere, quam prohibitionem Pontifex, & Apostolica Sedes tollere potest, iuxta reg. *cap. propositus, de concess. præbend. cum similib.* & Religionem concurrentibus aliis substantialibus instituere in finem illum militandi pro Christiana Religione, sicut aliarum Religionum institutum alios noscitur habere fines à chori seruitio diuersos; nec nobiscum pugnat Abb *in rub. de Regularib. num. 4. vers. Ego dubito*, & alij qui eum sequuntur, Rot. *decis.* 591. *n.* 5. *part. 1. diuers.* Mandos. *super reg. 3. Cancel. q.* 13. *num.* 3. Beller. *disquisit. clerical. tit. de priuil. canonis.* §. 1. *n.* 37. latè Gonzal *ad regul. 8. Cancell. glos.* 8. *num.* 57. videndus à *num.* 53. resoluentes Milites Hierosolymitanos, quia matrimonium contrahere non possunt, largo modo dici Religiosos, non enim intendunt his verbis negare hos milites veros esse religiosos, sed ita loquuntur ad differentiam aliorum, qui matrimonium contrahunt, quos nec strictò nec largo modo Religiosos esse admittunt, atque ad differentiam regularium, qui perfectionem religionis & statum profitentur, choro dedicati, addiderunt particulam *largo modo*, quæ non tollit propriè esse tales, argum. text. *in l. cum lege ff. de testam.*

27 Secundus casus est de his Militibus, qui matrimonium contrahunt, quos verè esse Religiosos tenuerunt Gregorius Lop. *l. 1. glos. 2. tit. 7. p.* 1. Martin. de Ayala *en el compendio y declaration del Orden de Santiago, per tot. & præcipuè cap. 1. & 2.* Medina *de sacror. hominum auth. lib. 4. controuers. 7. cap.* 39. Menoch. *illust. lib. 3. cap.* 505. *à n.* 48. *& de success. creat. lib. 3. §. 30. num.* 383. *cum seqq.* Nauar. *cons.* 11. *de Regularib.* vbi de nostris Christi Militibus, *& cons.* 10. *eod. tit.* vbi de Militibus S. Stephani, Fortun. Garç. *in cons. pro militia Sancti Iacobi vers. materia.* Burg. de Pace, & alij quos refert Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 1. q. 1. art. 6. & q.* 13. *art.* 2. Hieron. Llamas *in methodo p. 3. cap.* 15. §. 12. *ad fin. & §. 13. & 14.* Flores de Mena *variar. lib. 2. q. 21. num.* 205. Valasc. *cons.* 108. *n.* 27. Cardin. Bellarm. *tom. 1. lib. 2. cap. 3. vers. alterum genus*, Gabr. Pereira *decis.* 58. *num. 1. & 2.* Mota *de confirmat. Ordinis S. Iacobi lib. 2. per tot.* Gutier. *pract. lib. 2. q.* 111. *n.* 2. Bobaldin. *in sua politica lib. 2. cap.* 19. *n.* 11. plurea refert, & sequitur Sanc. *in præcepta Decalogi tom. 1. lib. 4. c.* 16. *n.* 11. Iul. Cæs. Imbrian. *in tract. de iudicib. Regni, in præfat. num.* 42. Bambacar. *in reper. cap. 1. §. quis clericus q. 2. num.* 31. *cum seqq.* Rebell. *de obligat. iustit. par. 2. lib. 3. q. 4. num.* 13. Mendez à Castro *in praxi Lusitana lib. 1. cap. 2. n.* 10. Carol. de Graff. *de effectib. cleric. effect.* 1. *n.* 110. *cum seqq.* Nicol. Garç. *de benefic. p. 1. cap. 4. nu.* 15. Basil. Pont. *de impediment. Matrim cap. 19. §. 4.* Ioan. Valer. *de different. inter vtrumque forum, verb. munera, differ.* 1. *n.* 22 Hieron. Cenedo *in tract. de paupert. Relig. dub.* 60. *num.* 12. *&* 13. Diana *resolut. moral. part. 1. tract. 2. resol. 49. & p. 6. tit. tract. 8. resolut.* 17. Trasmiera *in tract. de polygamia lib. 3. quæst.* 22. *n.* 26. Ioan. Sancin. *in selectis disput.* 49. *à n.* 11. Lezana *in sum. quæst. Reg. cap. 2. n. 2. tom.* 2. latè Spetell. *in decisionibus fori Eccles. decis. 2. num.* 58. *cum seqq.* idem Lezana *dict. tom. 2. cap. 5. num.* 6. Parens meus *in comm. ad Ordinat. Reg. Lusitan. lib. 2. tit. 51. §. vlt.* latè Reinoso *in practicis obseruat. per tot.* eam afferentes rationem, quia eorum Religio à Romano Pontif. approbata est sub certo modo trium votorum, obedientiæ, paupertatis, atque etiam castitatis non omnimodæ saltem coniugalis, quæ verè & propriè castitas est *cap. Nyssena 32. dist. cum similibus.*

Verùm licet hæc opinio sit probabilis, & aliquando nobis arriserit, tamen hos Milites, quibus matrimonium contrahendi facultas conceditur, verè Religiosos non esse magis communiter receptū est, quia non spiritualibus vacant negotiis, nec in claustro viuunt, nec habitum & tonsuram gestant clericalem, vel monachalem; sed sæcularibus armis studēt, & in castris, & Curiis Principum commorantur, ac proinde magis laici, quam Religiosi esse videntur, quos oportet omni sæculari cura vacare, ab omnique strepitu temporali cessare soli Deo deuotos, vt optimè explicat S. Hieronymus relatus à Gratiano *in cap. duo sunt. 12. quæst.* 1. & vlterius matrimonium contrahere possunt, & consequenter deficit vnum ex votis substantialibus; nam licet castitas coniugalis, quam, isti profitentur, castitas dici possit *dict. cap. Nyssena*; non tamen ea est castitas, quam vera & perfecta religio exposcit, iuxta *dict. cap. cùm ad monasterium, cap. vnic. de voto lib. 6.* & communes resolutiones, ibi, ex quibus receptum est adeò esse annexum votum castitatis omnimodæ non solùs coniugalis statui Religionis, vt si Pontifex Religioso facultatem faciat contrahendi matrimonium ex causa boni publici, vt sæpè fecisse legimus, non tamen manet verus religiosus, sed potius per hanc dispensationem fit de monacho non monachus, vt innumeris adductis latè explicat Sanchez *de matrim. lib. 8. disp. 8. numer. 7. & 12.* quibus addo Azor. *institut. moral. part. 2. lib. 13. cap. 7. quæst. 1.* Sayr. & alios per me citatos *in collect. ad dict. cap. cùm ad monasterium.* Nec potest dici huiusmodi Milites Sancti Benedicti, aut Sancti Augustini regulam profiteri eo modo, qui in ea continetur, illa enim obligat ad omnimodam castitatem, isti verò solam coniugalem vouent. Nec refert quod in Constitutionibus Apostolicis, & Bullis istorum Ordo, Religio frequenter appelletur, quia non negamus Religionem esse, sed solùm non esse propriè talem, vt licet respondeat aliquis verba illa intelligi oportere verè & propriè, adhuc replicabimus secundùm omnem proprietatem, Ordinem ipsum, Religionem appellari, quia in huiusmodi religionibus non solum reperiunt milites, sed etiam Clerici, & Moniales castitatem simpliciter profitentes, & in Collegiis, seu Conuentibus commorantes; quare propriissimè Ordo ipse, qui ex his omnibus constat Religio dicitur; vnde ex his omnibus colligitur præfatos Milites licet aliquo modo participent aliqua pertinentia ad statum Religionis, non tamen simpliciter dici posse Religiosos sed secundùm quid, vt docent S. Thomas 2. 2. *quæst.* 186. *artic.* 4. *ad* 3. Sot. *in 4. distinct. 27. quæst. 1. articul. 4. col. 9. & de iustitia lib. 7. quæst. 5. artic.* 3. Sarmien. *de reddit. Eccles. part. 4. cap. 1. numer.* 13. Lazarte *de decima vendit. cap.* 19. *numer.* 92. Gironda *de Gabellis part. 7. in princip. numer.* 47. Aragon. 2. 2 *quæst.* 88. *articul.* 21. *gap.* 738.

ad vltim. argument. Azeued. *l.14. num.3. titul.5. lib.3. noua Recop.* Emmao. Sà *in aphorism. verb. Religio num.* 41. Valent. *tom.3. in 2. 2. dub.* 10. *q.4. puncto* 12. Machado *d. tom. 2. lib.5. p.4. tract.2. docum.* t. *n.2.* Costa *cons.41. vol.1.* Azor. *instit. moral. p.1. lib.13. c.3. q.3.* Molio. *de iustit. tract.2. disp.141. vers. est verò rigida, & disp.623. n.5. & tom.4. art.3. disput.30. num.5.* Petr. de Ledesma *in sum. tom.2. tract.10. cap.8. dub.2. concl.2.* Marc. *de iurisdict. p.2. cap.32. num.15. & p.4. casu 113. num.33.* Iacob. de Graff. *tom.1. lib.3. cons.11. de regular.* Moisel. *in sum. Theolog. mor. tom.1. tract.6. cap.2. num.30.* Muoer. *de Conseruat. cap.10. n.389.* Trulleoch. *in Decalog. l.2. c.2. dub.18. n.2.* Ludou. à Cruce *in exposit. Bullæ S. Cruciatæ disp.1. cap.6. dub.11. n.5.* Rota *coram Seraph. decis.583.* & apud Postiom *in fine sui tract. de manut. decis.326. n.3.*

28 Ex quibus iam primò colligitur diuersam esse quæstiooem, an huiusmodi Fratres, & Milites veri sint Religiosi? ab ea an sint Ecclesiasticæ personæ? prioris resolutio an & quando religiosi sint, patet ex dictis, in posteriori verò licèt glos. *verb. persolvant. in cap.1. de verbor. signific. lib.6.* & Petr. Greg. *syntag. Iuris lib.15. cap.34. num.3.* perperam & inaduertenter confundentes vtramque quæstionem, in quo etiam vitio reperitur Azor. & ab eo citati *d. cap. q.3.* verior est pars, quæ affirmat inter Ecclesiasticas personaa esse connumerandos non solùm Milites S. Ioannis, & alios, quos veros esse Religiosos probauimus, sed etiam alios Christi, S. Iacobi, & similes, quos tales esse negauimus, vt bene resoluunt Valasc. *cons.14. n.9. & cons.108. à num.15.* Fr. Emman. *quæst. Regular. tom.2. q.36. artic.7. in fine.* Nendex à Castro *in praxi Lusit. lib.2. cap.1. num.10.* Hyeronym. Roderic. *in compendio quæst. regul. resolut.28. n.1.* Lotter. *de re benefic. lib.1. q.36. n.35. & seqq.* Sperel. *in decis. fori Eccles. dec.2. num 99.* Raudens. *cons.57. n.9.* me citato *in hoc loco* Machado *d. tract.2. docum.1. num.3.* Et probatur, quia duo tantùm esse genera hominum, seu personarum optimè explicat text. *in cap. duo sunt 12. q.1.* Ecclesiasticorum, scilicet, qui Deo & Ecclesiæ inseruiunt, & laïcorum, qui sæcularia exercent, inter laïcos autem censeri non posse huiusmodi Milites ea ratione ostēditur, quia per professionem in huiusmodi regula à Sede Apostolica approbata segregati sunt à populo, & laïcis, & ideo habitum gestant cruce insignitum, distinctum ab habitu laïcorum: insuper seruitio Ecclesiæ deputantur ad præliandum pro ea iuxta institutum sui Ordinis, ergo necessariò sequitur inter laïcos, sed inter personas Ecclesiasticas ponendos esse, & consequenter fori, & Canonis priuilegio, ac immunitate gaudere, vt resoluimus *lib.1. c.39. de priuileg. Clericor. n.24. & §.2. n.46. & §.5. n.26.*

29 Secundò colligitur resolutio quæstioois, an & quando appellatione Religiosorum veniant, & intelligantur Milites, & Fratres Ordinum Militarium? In qua venire etiam Hierosolymitanos, & alios, qui omnimodam profitentur castitatem, nisi verba nimis generalia sint, veluti; *quicumque Ordo*, &c. teneant. Abb. *in d. rub. de regularib. num.4.* & sequantur Rot. & Gonzal. post illum suprà citati in primo casu, cum aliis, quos ipsi referunt. Contrarium tamen est resoluendum prædicta retenta distinctione; vel enim agimus de his qui omnimodam castitatem profitentur, quos diximus veros esse Religiosos, propriè esse negauimus, hos non comprehendi in statutis, & dispositionibus, quæ Religiosorum faciunt mentionem fatemur, & procedit resolutio Abb. In illis verò, scilicet S. Ioannis, & aliis, qui ex voto Matrimonium contrahere impediuntur, & oppositum est tenendum, & affirmandum, ex proprietate sermonis venire appellatione Religiosorum in quacunque materia, etiam pœnali, & odiosa, si aliàs de mente disponentis contraria non appareat, vt docuit *glos.2. in Clem.1. de decim.* recepta, & laudata à Doctoribus communiter, secundum Nauar. *cons.12. num.2. de Regular.* Fr. Emman. *quæst. Regul. tom.2. q.2. art.7.* & plures per me citatos *de appellatiua verborum vtriusque Iuris signif. appell.233. n.6.* Azor. *dict. lib.13. c.4.* optimè improbans distinctionem Abb. & aliorum inter materiam fauorabilem, vel odiosam, quod confirmatur ex recepta traditione, quæ docet in materia quacunque etiam pœnali venire omnia, quæ sub proprietate verbi etiam lata continentur, vt de verbo *intestabilis* probat text *in l. cum lege*, & multis adductis latè D. Barbos. *in rub. ff. soluto matrim. p.4. à n.47.*

Vnde si quis voueat absolutè ingredi Religionem, satisfacere voto si Religionem Equitum S. Ioannis ingrediatur, resoluunt Aragon. *2. 2. q.88. art.11.* Fr. Emman. *in sum. p.2. c.97. num.8.* Azor. *d. lib.13. c.4. q.4.* Fernandez *in Examine Theologiæ moral. p.3. cap.7. §.18. num.10* Basil. Pont. *de impedim. cap. Matrim. cap.19. § 4.* Regius *in resolut. casuum Conscient. casu 53. n.15.* Hieronym. Cened. *de paupert. Relig. dub.10. nu.6.* Fr. Barthol. de Vecchis *in praxi seruanda in admittendis ad Religionis statum nouit. disp.10. dub.2. n.4.* Trullench. *d. lib.2. cap.1. dub.18. num.2.* me citato Sperell. *d. decis.21. num.62.* Lezana *d. tom.2. cap.5. num.44* Ego ipse *de appellatiua verborum vtriusque Iuris signific. appellat.233. nu.8.* Quamuis contrariam teneant Cordob. *in sum. q.148.* Barthol. à S. Fausto *in thesauro Relig. lib.1. q.187. n.3.* Sanch. *in præcepta Decalogi tom.1. lib.4. cap.16. n.12.* Laurent. à Portel. *in addit. ad dubia regularia verb. Religiosus num.4.* Secus autem erit si ingrediatur alias Religiones, quæ matrimonium contrahere permittunt, suo enim voto non satisfacere docent Sot. *de iustit. lib.7. q.5. artic.3.* Aragon. & Fr. Emman. *proximè citatis locis*, Azor. *dict. lib.13. c.3. q.2.* Bathol. à S. Fausto *dict. lib.1. q.186.* Trullench. *vbi suprà.* Quidquid dicant Mich. Medin, *de sacrorum hominum continent. lib.4. cap.39.* Basil. Pont. *d. §.4.* & alij, qui putant huiusmodi Ordines Militares esse vere & propriè Religiones.

Sic etiam in Bulla Pij V. constitutum est ne Clerici sæculares, vel Regulares taurorum agitationi intersint, quam refert & explicat Nau. *in man. cap.15. à n.19.* Guttier. *canon. lib.1. c.7.* Sed Milites S. Iacobi, Alcantaræ, & similes non contineri declarauit Gregor. XIII. vt referunt Aragon. & Azor. *lib.12. cap.4. in fine dictis locis.* Lezana *dict. tom.2. c.5. n.19.* 31

Sic etiam matrimonium ratum dissolui posse per professionem in Religione S. Ioannis, non ita in aliis S. Iacobi, Alcantaræ, Calatrauæ, & similibus, rectè resoluunt Nau. *cons.3. alias 2. in nouis, de conuers. coniugat.* Henriq *in sum. lib.11. c.8. §.6. iuncta lit. E.* D. Barbos. *in rub. ff. soluto matrim. part.2. n.12.* Sanchez *de matrim. lib.2. disp.18. n.8.* nouissimè Hieronym. Roderic. *in compendio quæst. regul. resolut.28. num.13.* Ego ipse *d. appellat.233. num.9.* Gratianus *disceptat. forens. tom.5. cap.880. num.4.* Sperellus *dict. decis.21. num.45.* Lezana *d. tom.2. cap.5. num.8.* Machado *d. tom.2. lib.5. par.4. tract.2. docum.6. n.5.* 32

Tertiò

33 Tertiò principaliter colligitur sub decrem Concilij Trid. sess. 25. de regular. cap. 15. dum agit de professione non emittenda ante decimum sextum ætatis annum, neque ante expletum probationis tempus, Milites Regulares, qui matrimonium contrahunt, non comprehendi, sicut resoluunt Flamin. Paris. de resignat. benefic. lib 6. qu. 2. n. 117. cum seq. Azor. d. lib. 14. c. 4. q. 2. Lud. Beya respons. casuum Conscientiæ p. 4. casu 28. Gonzal. ad reg. 8. à num. 61. Seraphin. decis. 121. num. 2. quæ etiam reperitur impressa p. 1. diuers. decis. 591. Sanch. de matr. lib. 7. disput. 44. n. 8. & in præcepta Decalogi lib. 5. cap. 4. n. 17. Barthol. à Fausto in thesauro relig. lib. 5. q. 169. Barthol. de Vecchis in praxi obseruanda in admittendis ad Religionis statum nouit. disp. 11. dub. 1. n. 4. Armendar. in addit. ad recopil. legum. Nauarra lib. 1. tit. 18. l. 7. de Relig. n. 7. Nouar. in singul. Iuris Canon. concl. 21. n. 4. Lezana d. tom. 2. c. 17. Reinoso in obseruat. pract. obser. 1. n. 15. me citato in hoc loco Ioan. Maria Nauar, in lucerna Reg. verb. Milites num. 43. Eho ipse de officio, & potest. Episcopi p. 3. alleg. 101. num. 5. & d. appellat. 233. n. 10. quod in Militibus S. Stephani nuncupatim agnoscuot Nauar. cons. 1. num 8. regular. Rot. d. decis. 591. Aloys. Ricc. in praxi rerum fori Eccles. decis. 1. in 1. edit. à liàs resol. 617. num. 6. in 2. edit. Nauar. d. concl. 2. n. 4.

Contra Fr. Emman. in sum. tom. 2. cap. 8. num. 2. conc. 1. Stephan. Gratian. discept forens. c. 363. n. 17. Hieronym. Ve nero in Examine Episcoporum lib 6. cap. 15. n. 7. existimantes huiusmodi Milites Regulares in emittenda professione comprehendi sub dicto decreto Cocilij.

Milites verò Hierosolymitanos comprehendi sub illo decreto expressè tenent Flamin. d. quæst. 2. n. 120. Azor. d. cap. 4. q. 2. Armendar. d. loco num 16. Fr. Barthol. de Vecchis d. dub. 2. num. 4. Ego ipse d. alleg. 101 num. 8. Aloys. Ricc. in collect. decis. 216. Gratian. disceptat. forens. cap. 457. n. 32. & cap. 880. n. 2. Rota decis. 779. ante num. 11. part. 3. recentior. Sperell. d. decis. 21. num. 49. vbi alios citat, & reprobat Gonzalez contrarium tenentem, Lezana d. tom. 2. cap. 5. num. 17. quod non ex alio procedit nisi, quod illi propriè Religiosi non sunt, isti verò maximè.

34 Quartò, infertur sub decreto Concilij Trident. sess. 6. de reformat. cap. 3. dum disponit Ordinarios tanquam Sedis Apost. delegatos punire posse, & corrigere quemcumque clericum sæcularem, & regulares extra monasterium degentes, & delinquentes, non obstantibus quibuscumque sui Ordinis priuilegiis, comprehendi debere si rigorem verborum inspiciamus, Religiosos Hierosolymitanos, quia verè religiosi sunt, vt diximus, nec posse se iuuare priuilegio exemptionis; licet enim per illud eximantur à potestate ordinaria, non tamen à potestate Papæ sunt exempti, cuius mandato & auctoritate hoc casu procedunt Ordinarij iuxta reg. l. 1. §. qui mandatum ff. de officio eius. atque ita quemadmodum isti directe non possunt offendi suum priuilegium exemptionis si Papa contra eos processerit, ita nec contra eandem exemptionem fecit Ordinarius procedens tanquam Apost. Sedis delegatus; qua ratione ita resoluit semotis specialibus priuilegiis, Nauar. cons. 21. in antiq. aliàs 12. in nouis de regular. quem ad litteram transcripsit Fr. Emman. quæst. regul. tom. 2. ar. 7. sequuntur. Azor. d. lib. 13. cap. 4. quæst. 3. Aloys. Ricc. in collect. decis. p. 3. collect. 503. Amplia primò, & decis. 231. n. 3. p. 4. Sayr. in floribus decis. sub tit. de regul. decis. 26. Campan. in diuers. Iuris Canon. rub. 12. c. 13. n. 22. Ego ipse d. p. 3. alleg. 105. n. 15. & d. appellat. 233. num. 11. me citato in hoc loco meus amicissimus Sperell. d. decis. 2. num. 51. Stephan. Gratian. d. c. 779. num. 30. Et idem Sperell. d. decis. 21. n. 54. ex Gonzal. tenet aliud decretum eiusdem Concil. Trid. sess. 23. de Regular. cap. 19. præscribentis formam audiendi quemcumque Regularem, qui vi, vel metu vel ante tempus professionem emisisse prætendit, comprehendere etiam Equites Hierosolymitanos tanquam veros Religiosos. Lezana d. tom. 2. cap. 5. num. 18.

Quintò infertur constituendam esse differentiam quoad facienda testamenta inter Milites Hierosolymitanos, qui tria substantialia Religionis vota emittunt, neque ab illorum obseruantia reperiuntur dispensari, & inter alios milites S. Iacobi, Calatrauæ, Alcantaræ, & similes cum quibus circa vota magna ex parte dispensatum reperitur, & ideò sub alia forma profitentur, vt videre est per Sarmien. p. 1. defens. admonit. 56. num. 2. ante finem, & hi posteriores sicut verè religiosi dici non possunt, ita nullo iure testari de suis bonis prohibentur; ita cum S. Thom. Soto, & aliis obseruant Molin. de primogen. lib. 2. cap. 9. num. 69. Petr. Molin. de iustit. tract. 2. disput. 141. Azor. dict. lib. 13. cap. 1. qu. 1. Valasc. cons. 108. num. 6. iuxta declarationem, quam supra præstitimus hoc cap. num. 2. & 27. Non sic dicendum de prioribus, quia verè & propriè sunt Religiosi, vt per Sot. lib. 7. de iustit. quæst. 5 artic. 3. col. pen. vers. ex his ergo. Greg XV decis. 109. num. 1. vbi num. 2. procedere ait etiamsi Milites non sunt claustrales, sed professi Commendæ, & decis. 87. num. 1. extendit procedere non solùm ad bona, quæ ad eos peruenerunt intuitu suæ Religionis, sed etiam ad bona patrimonialia, & aliunde quæsita, refert Theodos. de Rubeis in singularib. Rotæ p. 2. verb. Hierosolymitani Milites. 35

Sextò infertur, solutio ad quæstionem illam, an & quando Militares religiosi ad Horas Canonicas recitandas teneantur? videbatur adhibenda distinctio prædicta de his, qui propriè sunt Religiosi, vel impropriè, sed indistinctè resoluendum est neque hos, neque illos, si aliàs Clerici non sunt, ad Horas Canonicas ex præcepto obligari, vt enim diximus istorum institutio fuit non vt choro inseruiant, sed armatæ militiæ, ac subinde solum tenentur ad certas preces in suis regulis scriptas, vt benè ex S. Thom. deducit Nauar. in man. cap. 15. num. 97. & de Orat. cap. 21. num. 22. Azor. dict. lib. 15. cap. 4. quæst. 5. Lezana dict. cap. 5. num. 32. 36

An autem huiusmodi Regulares Milites fori priuilegio gaudeant, & à tributorum solutione exempti sint censendi? Diximus lib. 1. cap. 39. de priuileg. Clericorum. §. 2. num. 46. cum seqq. & §. 6. à num. 26. 37

Septimò infertur filium illegitimum Commendatarij professi Ordinum Militarium, præter Hierosolymitanum, non esse spurium, vt per Gutier. pratic. lib. 2. q. 111. num. 1. ad finem, Azeued. leg. 7. num. 14. tit. 9. lib. 3 noua recopilat. Molin. de iustit. tract. 2. disput. 141. in puncto Melch. Phœbus Lusit. decis. 68. per tot. tom. 1. Lezana d. tom. 2. c. 5. num. 41. ac proinde de subsequens matrimonium legitimari posse, de quo vide Cou. de sponsal. p. 2. cap. 8. §. 2. num. 30. Sarmien. select. lib. 1. cap. 6. Fr. Emman. quæst. Regul. tom. 1. quæst. 13. art. 2. Molin. de primogen. lib. 1. cap. 2. num. 6. Villalob. in sum. p. 2. 38

tract. 35. diffic. 10. num. 7. Hieron. Roderic. in compendio quæst. Regul. resol. 76. num. 3. Quicquid dictos Ordinum Equites fornicantes committere sacrilegium, existimauerint Motta lib. 2. cap. 2. §. 23. num. 7. Fr. Emmam. quæst. Regul. tom. 1. q. 13. art. 2. Diana resolut. moral. p. 3. tract. 2. resol. 30. vers. secundo, latè Michael. de Reinoso in obseruat. practicis obseruat. 4. per totam, nouissimè Sperell. in decis. fori Eccles. decis. 2. num. 55. inde aduertens tam Equitem fornicatorem, quam mulierem, quæ cum eo rem habuit, teneri aperire Confessario huiusmodi circumstantiam, quæ mutat speciem, & constituit peccatum sacrilegij, nisi eos intelligamus loqui de Equitibus S. Ioannis Hierosolymitani.

39 Octauò infertur S. D. Clementem VIII. in sua Bulla de largitione munerum, quæ intendendit Religiosis munerum largitionem, vt potè Religiosæ paupertati aduersantem, expressè excipere Milites S. Iacobi, Alcantaræ, & Calatrauæ, ac similes, ex eo fortè, quia hi verè Religiosi non sunt, Ioann. Valer. de different. inter vtrumque forum, verb. munera num. 33. Betti Lucens. in explic. d. Bulla p. 2. princip. Faust. in thesauro Relig. lib. 8. quæst. 203. Diana moral. resolut. part. 1. tract. 7. resolut. 23. Lezana d. tom. 2. cap. 5. num. 10. vnde videtur includere Milites Hierosolymitanos cùm inibi non excipiantur.

40 Nonò infertur Equites Hierosolymitanos vti vere & propriè Religiosos, vt supra diximus numer. 26. nihil proprij habere posse; disponitur enim in lib. stabilimentorum tit. 5. stabilim. 63. vt bona, quæ possident, intelligantur ad Religionem pertinere, & Equites grauiter ægrotantes teneri in virtute, S. obedientiæ omnia bona etiam mobilia, iura, & actiones manifestare; vt resoluunt Mohed. decis. 10. de causa possess. Lotter. de re benef. lib. 1. q. 36. num. 31. Rota decis. 435. n. 2. & seq. p. 3. diuers. & decis. 87. num. 2. cum seqq. p. 2. recentior. Stephan. Gratian. discept. forens. tom. 5. cap. 880. num. 12. cum

41 seqq. D. Sperell. d. decis. 21. n. 36. Quicquid enim acquirunt huiusmodi Equites, Religioni acquirunt, prout cæteri Religiosi; Cæsar de Graff. dec. 1. n. 11. de probat. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 363. n. 12. & cap. 880. num. 12. Rota decis. 435. num. 2. p. 3. diuers. & decis. 133. sub n. 2. p. 2. recentior. Greg. XV. decis. 87. n. 12. vbi id intelligit etiam in bonis propria industria, & labore quæsitis, & Belitamin. in addit. num. 15. extendit etiam ad bona patrimonialia, Sperel d. decis. 21. num. 38. & subdit haben in libro stabilimentorum tit. 14. stabilim. 57. quod bona per Equitem acquisita, ipso ab humanis discedente, applicari debent Commendæ, intra cuius fines obiit, vel si intra nullius fines, viciniori commendæ, quidquid secus dicendum sit in Religionibus Equitum Matrimonio vtentium tam quod ad patrimonium, & acquisita aliunde, quam ex Commendis, vt dictum est supra n. 12. cum seqq.

42 Decimò infertur hæreditatem delatam Equiti Hierosolymitano post professionem emissam acquiri Religioni, quæ potest illam adire, vel repudiare absque ipsius ministerio, Gratian. d. cap. 363. n. 15. cum seqq. & d. c. 880. n. 30. Spetel, d. decis. 21. n. 40 Rota d. decis. 333. p. 2. recent.

43 Vndecimò infertur huiusmodi Equites Hierosolymitanos nullam habere testamenti factionem, immo esse intestabiles, prout cæteri Religiosi, vt per Gregor. XV. decis. 109. in princ. vbi ampliat, quamuis non essent claustrales, sed præfecti Commendæ, Carol. Marant. tom. 2. resp. 6. num. 4. Molfes. consil. 14. num. 4. 5. & 8. dum resoluit hos Milites non posse in vltima voluntate disponere de bonis siue mobilibus siue in immobilibus etiam per ipsos acquisitis sine licentia in scriptis & in specie à Magno Magistro, seu Capitulo generali obtenta, Azor. instit. moral. p. 1. lib. 13. cap. 5. quæst. 2. Sanch. d. lib. 7. cap. 8. num. 36. Nouar. in praxi elect. fori quæst. 37. num. 5. Gratian. d. cap. 880. à num. 8. & num. 29. cum seqq. vbi latè quòd consuetudo aliter disponendi est cõtra sacros Canones, & contra substantiam regulæ; licèt secus sit in alijs Militibus. Lezana d. tom. 2. cap. 5. num. 33. D. Sperel. dict. decis. 21. num. 41. vbi testatur Magnum Magistrum posse licentiam concedere Equiti cuicumque disponendi de propriis vel acquisitis tam inter viuos, quam in vltima voluntate, & ibi per Gregor. decis. 87. per tot. & decis. 109. in princip. & part. 2. recentior. decis. 87. & 177. subdit testari non posse, licèt sit Conclauista, non obstante priuilegio Conclauistis concesso; modo tamen summus Pont. de eisdem Equitibus non cogitauerit, sed simpliciter concesserit Conclauistis dictum priuilegium.

Duodecimò infertur præfatos Equites non posse alienare bona Commendæ, & si alienent, alienatio est nulla, vt per Rot. decis. 997. part. 4. diuers. cùm non sint domini, sed tantùm simplices administratores, Seraph. decis. 1337. num. 11. Franc. Nig. Cyriac. lib. 2. controu. 222. num. 44. nec possunt se ingerere in Commendis, nisi quatenus velit Religio; quæ omnium Commendarum est domina, Seraph. decis. 1460. num. 14. ipsi autem assimilantur depositariis, e. nemo, de elect. in 6. licet non in omnibus, quia ex Commendis possunt sumere alimenta, & expensas facere ex redditibus earum, Cyriac. vbi supra n. 46. Rota decis. 672. n. 6. p. 2. recent. D. Sperel. d. decis. 21. num. 37. vers. vnde, vbi num. 24 quòd nec quidem absque licentia Magni Magistri, seu Capituli Generalis possunt bona etiam nouiter quæsita alienare, non enim habent velle nec nolle, quia dependent prorsus à Magni Magistri voluntate, Greg. decis. 87. num. 4. Lotter. dict. lib. 1. quæst. 36. num. 30. Sperell. dict. decis. 21. num. 43. 44 45

Decimotertiò infertur omnibus Commendatariis perpetuis Ordinum Militarium, excepta facultate alienandi, competere cuncta, quæ veris Prælatis, & beneficiatis conceduntur, Mohed. decis. 10. de causa possess. Molfes. consil. 14. num. 17. & 18. vbi etiam quòd possunt locare bona suarum Commendarum, seruata tamen forma Extrauag. Ambitiosæ, de rebus Eccles. non alien. Aloys. Ricc. in praxi alienat. rerum Eccles. dec. 76. num. 4. vbi etiam quòd locationes ad longum tempus factæ per dictos Commendatarios, seu alienationes sine solemnitatibus & causis requisitis in alienationibus rerum Ecclesiæ possint per Consecrationes Religionis reuocari, & reduci bona sic alienata ad Religionem, refert & sequitur Stephan. Gratian. dict. cap. 880. numer. 17. cum seqq. 46 47

Decimoquartò infertur Milites & Commendatarios Hierosolymitanos teneri illo arcto, & seuero præcepti vinculo, prout clerici beneficiarij in eo quod attinet ad eleemosynam faciendam ex annuis redditibus, quos habent, & quos Commendas appellant, cùm sint bona Ecclesiastica, itavt quòd illis superest, sit debitum pauperibus ex iure naturali, & diuino misericor- 48

dia,

diæ, & charitatis, & fecundùm Canones, & legem iuftitiæ, iuxta opinionem Nauarri, quem refert Azor. *inftit.moral part.1. lib.12 cap.11. quæft.5.* vbi tamen id abfolutè non admittit, fed bene refoluit eos teneri illa bona difpenfare in vfus permiffos ab eorum ftatutis, & regulis, in quibus mandatur vt aliquando impendant certam partem fructuum pro neceffitatibus Ordinis, & reliquam fibi retineant, feu etiam omnes fructus fuo nutu difpenfent, dummodo quotannis in catalogum redigant quicquid habent,& Magno Magiftro defcriptum tradant, & alioquin tanquam proprietarij habentur, & puniuntur, eo quòd contra paupertatem voto promiffam facere, teneantur refert & fequitur Stephan. Gratian. *dict. cap.* 880. *numer.* 40. & 41. Vide Sanch. *in præcepta Decalogo tom.1. lib.7. cap.* 8. *numer.* 29. Villalob. *in fum.tom.1.tract.22.diffic* 5. *numer.* 7. Hurtand. de Mendoça *in 2.2. difputat.* 160. *fect.* 7. §. 119. Diana *moral. refolut. part.* 5. *tractat.* 8. *refolut.* 30.

49 Decimoquintò infertur, tales Equites tanquam Relig. fos non fuccedere in feudis, iuxta veriorem opinionem, quam latè comprobant Rofenth. *de feudis c.7.concl.*30 *num.*11.& *in lib. O fol.*354. Menoch. *conf.*54.*num.*14.*num multa feqq.* Carol. de Graffis *de effect.cleric.effectu* 4.*num.*68 Fab.Anna *in addit.ad Vincent. Anna fing.* 207. Stephan. Gratian. *d.cap.*880.*num.*6.vbi *num.*7.cum duobus vltimo loco citatis, fubdit S. Ioannis Hierofolymitani Religionem poffe in vniuerfum habere feuda, cum fit bonorum capax. Nouar. *in praxi elect.fori q.*37.*num.*9. Sanch.*dict.lib.*7.*ca.*15.*n.*47. & *feq.* Thefaur.iun. *quæft.forenf.lib.*1.*q.*18.*per tot.* Spetell. *d.decif.*21. *num.*61. *cum feqq.* vbi in fine videtur fequi diftinctionem Gratiani, & quòd falatem de confuetudine fuccedant in feudis, tenent Carol. Tapia *in dict. Auth. Ingreffi, verb.fua,e.*14. *num.* 19. Martin. Magerus *de aduoc. arm. cap.*8. *num.*410.*cum feqq.*Marta *de fucceff.legali.p.*3.*q.*13. *art.*6.*per tot.*Solorzan. *d.tom.*2. *lib.*2. *c.*5. *n.*17.& *c.*17.*n.*70.

50 Decimofextò infertur tales Equites non admitti ad fideicommiffum perpetuum familiæ relictum, exclufis Ecclefiafticis, vt per Anton.Fabr. Codice *lib.*6. *tit.*22. *de fideicom. dec.*33. Aloyf. Ricc. *in collect. decif.*216. Stephan.Gratian. *difcept. forenf. tom.*3. *cap.*457. *num.* 28. Spetell. *dict. decif.* 21. *num.*65.

51 Decimofeptimò infertur dictos Equites etiamfi degant extra Conuentum, & præficiantur Præceptorijs,nunquam tamē à nexu obedientiæ folui, Greg. XV. *decif.*109.*n.*2. *cum feqq.* Lotter. *d.lib.*1. *qu.*36.*num.*31. Sperel. *dict.decif.*21.*num.*66.Vbicumque enim fub fuperioris obedientia manent, cenfentur intra clauftrum refidere,Sperel.*d.decif.*2. *num.* 107.

52 Decimooctauò infertur eofdem Equites vfque adeò effe verè & propriè Religiofos, vt propterea fint incapaces penfionis fuper beneficio feculari, ficut ipfiufmet beneficij, prout cæteri Regulares incapaces exiftunt, Gig. *de penfion. quæft.*57. *n.*5. & *feq.* Gambar. *de officio legati lib.*8. *tit.de penfion. num.*261. Rota *apud Marchef.de commiff.p.*1.§.2. *fol.*261. vbi id extendit etiamfi referuetur aliena,ad commoditatem tamen Equitis Hierofolymitani, Lotteri *d.lib.*1.*qu.*36.*num.*28. Sperell.*dict.decif.*21. *num.*67. vbi *num.*68. poft Gambar.*lib.*6.*num.*259. & alios fubdit referuationem penfionis effe validam fi in eius litteris expreffum fuerit ipfum referuaturum effe Equitem Hierofolymitanum,quia ftante hac narratiua Papa referuando penfionem cenfetur difpenfare.

Decimononò infertur, vt quemadmodum fummus Pont.cum cæteris Regularibus non folet difpenfare in voto folemni caftitatis per profeffionem emiffo, nifi cum magna & vrgentiffima caufa, vt per Gratian. *dict. cap.*457. *numer.*9. *cum feqq* & Sperell. *d.decif.* 21. *num.*46. Sic etiam de his Equitibus Hierofolym. dicendum eft, vt nempe eadem magna caufa requiratur in difpenfando cum eis, quæ in alijs Regularibus requiritur. Ita Nau.*conf.*2. *numer* 3.*de conuerf.coniug.* Gratian.*dict. cap.*457. *numer.*12. & *num.*36. *cum feqq.* vbi ex Aragon.refert cum iftis Militibus nunquam fuiffe difpenfatum ob caufam, quia non poterant feruare caftitatem. 53

Vigefimò infertur Equites Hierofolymitanos tanquam veros Religiofos non admitti ad officia iurifdictionalia, vel ad Magiftratus ciuitatum, & per Vincent. de Franch *decif.*479. *num.*3. Caball. *refolut.crimin.vol.*1.*cafu* 64.*num.*8. Gratian. *d.cap.*457.*num.*28.Giurb.*crimin.conf.*22.*num.*9 Maftrill. *de magiftr.lib.*2.*cap.*6.*num* 35. Sperell.*dict.decif.*2. *num.*122 & *decif.*21. *numer.*63. vbi *num.*4. poft Vincent.de Franc. & Cabell. tenet quòd fi de facto eorum aliquis ad fecularia officia fuerit à Principe laico admiffus,in eiufq; deliquerit,vel in fyndicatu querelas habuerit, non poterit quidem per Principem, vel eius Miniftros puniri etiam in pœnas pecuniarias, fed vti verus Religiofus ad fuos fuperiores remittendus erit:quicquid dixerint Fr. Emman.*q.regul.tom.*2.*q.*63.*art.*13.& Bobad.*in fua politica lib.*2.*c.*18.*n.*232. 54

Vigefimoprimò infertur quòd licèt Ecclefia de alimentis modeftis prouidere teneatur Patronum non fua culpa ad inopiam redactum, *c.nobis* §.*pro fundatione, de iurepatr,*Surd. *de aliment.tit* 1.*q.*59. Campan.*in diuerf.Iuris Canon.rub.*11.*cap.*27.*n.*22. nihilominus Equitem Hierofolymitanum tanquam patronum ipfa Religio alere debet,Rota *decif.*454.*n.*3.& 5.*part.*1.*recentior.*citat Sperell.*dict. decif.*21.*num.*72. 55 56

Vigefimofecundò infertur adeò eos effe verè Religiofos, vt poffint confiteri cum Sacerdote feculari non approbato ab Ordinario, prout cæteri Regulares,quod in Equitibus Hierofolymitanis veriffimum credo; nam licèt in alijs cæterarum Militiarum Religionibus idem refoluat Sancius *in fuis felect. difput.* 49.*num.*11.& 13.& valde notandum dicat Diana *refol.moral.p.*1.*tra.*2.*refol.*49. *ante fin.*& *p.*2.*tract.*2.*refol.*30 ipfe tamen cogitandum relinquit, quia confuetudo eft in contrarium; vnde Sperell. *dict.decif.*2.*num.*123.aduertit debere cauere tam ipfos Milites, quàm Confeffarios, ne Confeffiones inualiditati fubiaceant, & ne Confeffarij ab Ordinariis puniantur, præfertim quia Sacra Congreg. dictam opinionem non admittit in Militibus Regularibus præter Hierofolymitanos, videL.ezana *d.tom.*2.*cap.*5. *num.*45. vbi dicit quòd cùm in hoc attendenda fit confuetudo tam ea, quæ fuit inter hos Milites ante Concilium Trident. quàm poft illud, & hæc fit in contrarium,& tandem non effe affentiendum Ioannis Sancij fententiæ, fed vt falfam reiiciendam concludit. 57

Vigefimotertiò infertur ad commendas, feu Præceptorias, & ad earum naturam declarandam, quas poffident Priores Canonici Regulare infignis Monafterij B. Mariæ de Roncefualles, & à primordijs 58

primordiis tem percipiendo, presuppono cum insigni & notæ sanctitatis viro Doctore Nauarro huius Monasterij Canonico, in particulari quodam suo consilio propria mano signato, & adhuc inter impressa non inserto, quòd in vertice Montis Pyrenæi, qua parte mare Oceano alluitur, in finibus Regni Nauarræ est locus desertus, & insignis, cui nomen *Roncaualis*, qui à glos. *cap. vlt. §. compescendi, de heret. lib. 6.* vocatur *Rongisballis*, & alibi *Ronscioualls*, sed eruditius à Paulo Æmilio dictus est *Roncaualis*, frigore, niue, gelu, imbribus, & ventis Borealibus rigidissimus, per quem omnes ferè peregrini, qui ab Italia, Gallia, & aliis Regnis à Pireneo in Septentrionem sitis regionibus peregrinantur in Compostelam ad visitandum Corpus, & sepulchrum gloriosissimi Apostoli Iacobi, & similiter omnes ferè, qui peregrinantur ab Hispania in limina Apostolorum Petri, & Pauli, & ad alia pia loca, in aliis præfatis in Septentrionem sitis transeunt, recipiuntur in hospitali in eo sito, quod est omnium generalium totius Hispaniæ præter Compostellanum antiquissimum fundatum & dotatum à Carolo Magno, & aliis Regibus, præsertim Castellæ, Lusitaniæ, & Nauarræ, vbi peregrini præfati sani, & ægroti excipiebantur, vt & nunc exeipiuntur, fouentur, & liberantur ab omni tempestate, & necessitate famis, potus, & medicinæ, propter quam generalem charitatem in omnibus ferè Christianorum Regnis prædicti peregrini illac transeuntes donauerunt in vita, & reliquerunt in vltimis voluntatibus multa bona Ecclesiastica, Ecclesiastici scilicet, & secularia, laici videlicet, ad sustentandum perdictam hospitalitatem; ex quibus bonis fuit constructum monasterium per Priorem vnum, & Canonicos Regulares Ordinis S. Augustini gubernandum, sub inuocatione B. Mariæ Roncoualis, quæ duo vnita subiacent immediatè sanctæ Sedi Apost.

59 Deinde ne bona sic dotata & relicta perderentur, aut dissipararentur, prædicti Prior & Canonici cœperunt commenda e singulis Canonicis ad nutum amouibilibus bona singulorum Regnorum, vt colligerent teddituа bonorum omnium tam Ecclesiasticorum, quàm secularium; quæ in illis Regnis donata fuerunt prædictis monasterio, & hospitali com onere reddendi rationem de receptis & impensis, quos Commendatarios, siue Præceptores appellauerunt, quasi procuratores ad administranda illa bona deputatos, Commendatarios inquam sequuti morem Hispaniæ, secundum quem illos Religiosos, quibus commendantur aliquot membra, vel portioncs bonorum Religionis, appellant Commendatarios, quales sunt Commendatores Sancti Antonij, & S. Ioannis Hierosol. Præceptores autem secundùm morem Gallicum appellat Cœlestinus *in cap. cum deputati, de iudic.* in cuius casu relato à Panor. *ibidem*, Bernardus aliquantulum declarat, & latius idem Panor. *eod. cap n. 1. & 2.* & Fel. *num. 1.* Et quia verba Commendatarius, & Commenda non sunt ita recepta à iure, & ab eius interpretibus, sicut verbum Præceptoria, ideo Datarius Sanctissimi D. Papæ, qui erat Gallus tempore vnionis infra dicendæ noluit in Bullis nominare præfatam Præceptoriam Commendam, nec Præceptorem Commendatarium, sed Præceptoriam more Gallico, & in Italia magis recepto.

60 His postmodum Commendatoribus, siue Præceptoribus iidem Prior & Canonici ad tollendum fastidium reddendarum & accipiendarum rationum concesserunt eas pro suis portionibus Canonicalibus, & certis pensionibus annuis monasterio & hospitali reddendis, & ita olim habebat dictum monasterium & hospitale in octo Regnis octo Commendatarios, seu Præceptores, quorum vnus erat is, cui commendabantur omnia bona, quę prędictum monasterium & hospitale in nostro Regno Lusitaniæ, quem vocabant Commendatorem, seu Præceptorem, sanctæ Mariæ de Luymil in diœcesi Visensi, & omnium bonorum Regni Portugalliæ, & alium in Castella veteri, quem appellabant Commendatarium, seu Præceptorem del Villar, & alios sex in aliis Regnis, & ita sicut in cæteris Regnis, ita in Regno Lusitaniæ ab Ecclesiasticis, & secolaribus personis fuerunt prædicto monasterio, & hospitali aliquot bona spiritualia, & plurima temporalia donata, & relicta, quæ per Canonicum, cui commendabantur vni legitimo procuratori ad illorum redditus colligendos ab immemoriali tempore possessa fuerunt; & eodem modo bona Castellæ commendabant alteri Canonico, & bona Galliæ alteri, & alia bona aliorum Regnorum aliis.

Ex dictis colligitur prædictas Commendas Ronceuallis non esse de genere illarum, de quibus in hoc cap. egimus, nec de quibus agit *cap. nemo deinceps, de elect. lib. 6.* per quas Ecclesiæ ipsæ commendantur ad tempus, vel in perpetuum cutandæ, & tegendæ, aliquibus idoneis de quibus egimus *in cap. præcedenti*, sed de genere illarum, quæ, vt dictum est, propriùs vocantur Præceptoriæ, & Commendatores Præceptores, quasi Priores & administratores, qui præcipiunt in eis ea, quæ sunt facienda, licet more Hispano vocentur Commendæ, eo quod aliquot bona administranda commẽdatur Religiosis, præsertim ad nutum reuocabiles, de quibus sub nomine Prioratuum agit *Clem. 1. §. eadem, de suppl. negl. Prel.* approbando consuetudinem seruiendi Ecclesiis, quæ intra boua sic commendata inueniuntur per alios Clericos, ita quod Monasterium Ronceuallis non commendabat dictam Ecclesiam B. Mariæ de Luymil in Lusitana Commendatori, vel Præceptori, vt eam curaret & tegeret, per se neque per alium instituendum à se, quia Ronceoualla monasterium non habebat talem iurisdictionem, cum non esset ei pleno iure subiecta, sed vnita ei ad hoc vt perciperet fructus eius, soluendo iustum stipendium Vicario temporali prius examinando & instituendo ab Ordinario loci: & hoc modo insignis Doctor Nauarrus fuit constitutus à monasterio suo de Rooceuallis Commendatarius, seu Præceptor ad nutum reuocabilis prædictæ Ecclesiæ B. Mariæ de Luymil. qui tamen circiter quadraginta annos, & amplius fuit in possessione illius, & seruiuit per clericum secularem quolibet anno ab Ordinario institutum, soluendo illi iustum stipendium, & reliquos fructus tam ipsius Ecclesiæ, quàm aliorum omnium bonorum in dicto Regno Portugaliæ existentium sibi percipiendo, sed Ronceuallis monasterio certam annuam pensionem soluendo. 61

62 Denique Philippus II. Rex omnium Hispaniarum Maximus mandauit Comiti de Oliuares apud Sedem Apostolicam Oratori suo, vt indicaret Doctori Martino ab Azpilcueta Nauarro tunc Romæ in sacro Pœnitentiariæ Prætorio Officiali perpetuo, & Commendatori, seu Præceptori prædictæ S. Mariæ Luymil, velle suam Regiam Maiestatem vt renuntiaret prædictam Commendam

dam in manibus suæ Sanctitatis quo vniret eam prędicto monasterio, aut certè redoceret in statum, in quem bona eius ante tempus immemoriale pertinebant ad dictum monasterium Rôccuallis, quod prædictos liberoret effecit, & felicis record. Greg. XIII. vnuit dictam Ecclesiam monasterio Roncesuallis, siue illam reduxit ad statum in qoo à principio huiusmodi bona ad illud pertinebant. Mox fuerunt expeditæ litteræ Apost. per quas fuit facta hæc vnio, siue ad pristinum statum reductio, reseruatis tamen fructibus eidem Doctori quoad viueret loco pēsionis annuæ; ipse in fine scripturæ quam hac de re edidit, multum lamentatur de R. D. Don. Michaële de Castro tunc temporis Episcopo Vrsensi, in cuius diœcesi sita est dicta Ecclesia S. Mariæ de Luymil, eo quod noluerat quod dictæ litteræ Apost. exequerentur, vnoque præfata effectum sortiretur, & nimis ipse Doctor defatigatur suo bieui, & facili stylo in ostendendo quàm malè procederet idem D. Episcopus in litterarum Apostolicarum executione retardanda, & multò prius in responsione, quam præstat, se consensurum dicens simul ac Regia Maiestas scriberet ad eum vt id faceret, quasi (addit ille) simplices litteræ Regiæ maioris ponderis essent, quam litteræ Apost. plumbatæ, super re spirituali expeditæ: nihilominus tamen vnio effectum sortita fuit, & Monasteriom Roncevallis fructibus & redditibus

63 dictæ Ecclesiæ ad præsens iuxta formam dictarum litterarum Apost gaudet. Sed non sine speciali obseruatione pertransire hanc materiam, cum videam Excellentissimum Doctorem, de Republica Christiana optimè meritum, insignis litteraturæ & sanctitatis virum, cui plurimum debemus omnes Iuris Canonici professores, & de quo multum gloriatur nostra Hispania, semper in rebus suis acquirendis, vel conseruandis parum felicem fuisse, & positum ad sagittam, vt omnes illi contradicerent, sicut videmus in hoc casu, & in successu Cantoriæ sanctæ Ecclesiæ Conimbricensis, de quo latissimè scripsit *in c. si quando, de rescript.* & in contradictione, quam à suis expertus fuit Romæ, ne Cardinalis crearetur, & in oppositione, quam ei fecit Franciscus Sarmiento Hispanus Rotæ tunc Auditor excedendo voluntatis terminos, quæ tanto viro debebatur; ideo mirum si aliquis, qui de suo discipulo gloriatur, eandem sentiat infelicitatem, & contradictionem, nam, vt dicit Tac. *in vita Agricola, Fortuna vitrea est, cùm splendet, frangitur.* Senec. *in Octauia,*

Regitur fatis mortale genus,
Nec sibi quisquam spondere potest
Firmum & stabile; perquàm casus
Voluitur varios semper nobis
Metuenda dies.

Ouid. *lib. 5. de Trist.*

Passibus ambiguis fortuna volubilis errat.

Nonnunquam enim Deus Opt. Max. felicitatē, quæ iuxta Eschylij versum, donum Dei est mortalibus, litteratis, & eruditis domibus, vt aliis non tanta virtute præditis præstaret tanquam fidelis distributor, demit; & conducit vulgare illud dictum. *In maximo ingenio minima fortuna.* Optimè Seneca *in Hercule furente.*

Inqua rarò maximis virtutibus fortuna parat.

Aliquando non meritum, sed gratia Principis felicem reddit hominem, iuxta Cassiodor. *lib. 1. epist. 43.* dum ita ait. *Non est malus meritum, quàm gratiam inuenisse regnantium.*

CAPVT VIII.

De Præstimoniis.

SVMMARIVM.

1 *Præstimonia nihil aliud sunt quàm stipendia quædam instituta pro studentibus, vel militantibus pro Christiana fidei defensione.*

2 *Præstimonium dicitur quasi præstans munium, id est, officium, seu obsequium.*

3 *Præstimonia ex genere suo verè, & propriè beneficia Ecclesiastica dici non possunt, neque sub beneficiorum nomine comprehenduntur, sed contrarium tenent citati n. 4. componitur vtraque opinio n. 5.*

6 *Præstimonia vtrum habeant onus spirituale annexum vel non, si apparent, tunc in dubio recurrendum est ad obseruantiam, & vltimum statum præstimonij.*

7 *Præstimonia in Hispania consueta sunt dari in titulum perpetuum beneficij.*

8 *Præstimonium obtinentes ad eius titulum possunt ad sacros Ordines promoueri.*

9 *Horas Canonicas recitare tenentur præstimonia obtinentes.*

10 *Præstimonia vēdi non possunt absq; labe simoniæ.*

11 *Beneficij in impetratione facienda est mentio de præstimonio obtento.*

12 *Gratia de beneficio simplici vacante per obitum N. capit præstimonium vacans per obitum illius, si non fuit dictum esse seruitorium.*

13 *Præstimonium an comprehendatur in expectatiua ad beneficium simplex, aut ad beneficium cum cura, vel sine cura, ostenditur.*

14 *Fori priuilegio gaudent habentes præstimonium*

15 Conc. Trid. sess. 25. de refor. c. 15. *comprehendit etiam præstimonium ne illud filij illegitimi in Ecclesia in patres obtinere valeant.*

16 *Præstimonium residentiam non requirit, nec ad aliquod seruitium tenentur illud obtinentes.*

17 *Præstimonium accipiens sine animo inseruiendi Ecclesiæ in aliis quam recitandis horis Canonicis, non peccat, cum ad nihil aliud quam ad illas dicendas obligetur de precepto.*

18 *Præstimonia in Hispania sunt qua neque exigūt vt clerici in Ecclesiis assiduè commorentur, nec vt absentes aliquem in suum locum substituant.*



PRÆSTIMONIA nihil aliud sunt, quàm stipendia quædam instituta pro studentibus, vel militantibus pro christianæ fidei defensione, atque ideo Præstimonia dicuntur, quasi præstans munium, id est officium, seu obsequium, vt docent Host. *in c. postulasti, de rescript.* Oldrad. *cons. 71. n. 2.* Staphil. *de litteris gratia tit. de formis expectat. form. 5. à n. 1.* Iacob. de Graff. *in aureis decis. p. 1. lib. 2. c. 97. n. 13. in fine,* Anton. Fab. *in Theorica de re benef. tit. de præstimon. in princ.* Gonz. *ad reg. 8. Canceg. glos. 5. §. 2. n. 6.* Vnde cùm ex genere suo nullum spirituale officium contineant, ideo tum propter nominis, tum propter naturæ diuersitatem verè & propriè beneficia Ecclesiastica dici non possunt, neque sub beneficiorum nomine comprehenduntur. Ita Ioan. Andr. *in cap. vnic. de rerum permut. lib. 6.* Domin. *cons. 89.* Abb. *cons. 17. Illud de Iure, per tot. lib. 2.* Staphil. *d. forma 5. n. 2. & 3.* Ludou. Gom. *in tract. de expectat. n. 9.* 1 2 3

O Andr.

Andr. Gamb. *in c. vnic. de rerum permut. lib. 6. n. 66.* Hoied. *de incompat. benefic. p. 2. c. 8. à n. 1.* Petr. Gregor. *de rei benef. c.* 11. *n. 9.* Card. Tusch. *tom. 1. lit. A. concl. 9. n. 6.*

4 Contrarium tamen, imò, præstimonia verè esse esse beneficia Ecclesiastica, & inter Ecclesiastica beneficia debere computari, probant multa Iura id ipsum clarè demonstrantia, videlicet *c. vlt. de concess. præbend. lib. 6.* ibi, *præstimoniis, Ecclesiis, parochialibus, ruralibus, & aliis quibuscunque Ecclesiasticis beneficiis* quæ particula, *aliis*, natura sua est explicatiua similium, & repetit similes qualitates in præcedentibus, per Iura & DD. quos citani *in tr. de dictionibus vsufreq. dict.* 16. *n.* 1. Item Concil. Trident. *sess.* 14. *de reform. c.* 9. ibi. *beneficia vnius diœcesis etiamsi Parochiales Ecclesiæ, Vicariæ seu præstimonia, aut præstimoniales portiones fuerint, &* *sess.* 13. *de reform. c.* 18. *post med.* ibi, *nec non beneficia aliqua simplicia, cuiuscunque qualitatis, aut dignitatis fuerint, vel etiam præstimonia*; ex quibus hanc partem, videlicet quod Ecclesiastica beneficia sint, tenent Oldrad. *cons.* 81. *sub n.* 5. *vers. nam præstimonia sunt beneficia*, Nicol Mil. *in repet. verb. beneficij appellatione continentur beneficia*, Pauin. *de officio & potest. Capituli, Sede vac. in 1. q. secunda partis sub num.* 5. *vers. & idem dicendum*, Rebuff. *in praxi tit. seculare beneficium quotuplex n.* 16. Mandos. *reg.* 34. *q.* 12. *n.* 3. *de monitor. q.* 60. *n.* 32. Sandoual. *de officio Canon. p.* 5. *c.* 5. Fagundez *in quinque Ecclesiæ præcepta, prac.* 1. *lib.* 2. *c.* 4. *n.* 17. Iacob. de Graff. *d. c.* 97. *n.* 13. Gonz. *ad reg.* 8. *Cancel. glos.* 5. §. 2. *ex n.* 7. Azor. *instit. moral. p.* 1. *lib.* 3. *c.* 7. *q.* 1. Anton. Fabric. *d. tit. de Præstimoniis n.* 4. Nicol. Garc. *de benefic. p.* 1 *c.* 2. *à n.* 117. Perez de Lara *de anniuers. & Capellan. lib.* 2. *c.* 8 *à n.* 53. Sebast. Cæs. *in relect. de Eccles. hierarchia p.* 3. *disp.* 14 §. 5. *n.* 1. Torreblanca *de iure spirituali lib.* 15. *c.* 6. *n.* 8.

5 Ex hisduabus opinionibus posterior verior, & magis communi doctorum calculo recepta est; eas tamen facilè ad concordiam reduci posse existimo, sic distinguendo; aut loquimur de præstimoniis, quæ primam illam & antiquam retinent institutionem, & studentibus, aut militantibus laicis vtplurimum dantur absque aliquo spirituali onere, sed in sola temporalitate consistentia, & tunc procedit prima opinio, quam in principio retulimus: aut loquimur de præstimoniis, quæ clericis dantur in titulum perpetui beneficij, & habent annexum aliquod obsequium spirituale, sicut in Hispania frequenter clericis dari testantur præcitati, & tunc procedit secunda opinio quod sint beneficia Ecclesiastica. Hanc distinctionem, qua supradictæ contrariæ componuntur opiniones, præstant Mandos. *in reg. de annali q.* 12. *n.* 3. *vers. possit distingui*, Hoied. *d. c.* 8. *n.* 12. Flam. Parif. *de resign. lib.* 2. *q.* 1. *n.* 132. *cum seqq.* Iacob. de Graff. *dict. c.* 97. *n.* 14. Anton. Fabric. *d. tit. de Præstimoniis n.* 4. & 7. Gonz. *d.* §. 2. *ex n.* 10. Sebast. Cæs. *d.* §. 5. *n.* 8. & plures alij, quos refero *in tract. de appellat. verborum vtriusque Iuris signif. appell.* 32. *n.* 6.

6 In dubio autem si non appareat vtrum onus habeant spirituale annexum, vel non, tunc recurrendum est ad obseruantiam, & vltimum statum præstimonij, secundùm Hoied. *d. c.* 8. *n.* 13. Gonz.

7 *d.* §. 2. *n.* 13. Sebast. Cæs. *d.* §. 5. *n.* 9. & cùm in Hispania consueta sint dari in titulum perpetuum beneficij, vt testantur Sot. *de instit.* 10. *q.* 5. *artic.* 3. *concl.* 2. Salzed. ad Bernard. *in pract.* 18. *n.* 9. Gonzal. *d.* §. 2. *n.* 15. id esse præsumẽdum infert Hoied. *d. c.* 8. *n.* 15. quæ illatio non placet Sebast. Cæs. *citato loco* itum quia consuetudo Hispaniæ vniformis non est cum videamus huiusmodi præstimonia aliquando clericis in titulum dari, interdum verò laicis pro onere temporali; tum quia primæua eorum institutio fuit, vt darentur studentibus, & militantibus absque spirituali onere, ergo id præsumendum videbatur in dubio; quod sanè non versatur in casu, quo apparet de consuetudine, vel vltimo Ecclesiæ statu.

Ex qua resolutione habente Præstimonia clericis solita dari in titulum, esse ecclesiastica beneficia, multa scitu digna colligere oportet, & 8
primò colligitur obtinentes huiusmodi præstimonium ad eius titulum posse ad sacros Ordines promoueri, vt per Salzed. *ad Bernardum d. cap.* 18. *n.* 10. Sebast. Cæs. *d.* §. 5. *n.* 3.

Secundò colligitur teneri quoque ad horas 9
Canonicas recitandas, vt per Nau. *de Orat.* 21. *n.* 9. Oliuet. Bonart. *de oblig. horar. Can. li.* 2. *c.* 8. *n.* 4. Fagundez *vbi suprà*, Azor. *instit. moral. p.* 1. *lib.* 10. *c.* 3. *q.* 4. Suar. *de Relig. tom.* 2. *tract.* 4. *lib.* 4. *c.* 22. *à num.* 7. Paul. Laym. *in Theolog. moral. lib.* 4. *tit.* 2. *c.* 5. *n.* 6.

Tertiò colligitur Præstimonia vendi non pos- 10
se sine labe simoniæ, ita Suar. *tom.* 1. *de Relig. lib.* 4. *de simon. c.* 25. *n.* 4. Filliuc. *tract.* 45. *c.* 5. *ad fin.* Bonac *de simon. q.* 4. *n.* 14. Sebast. Cæs. *d.* §. 5. *n.* 7.

Quartò colligitur, in impetratione beneficij fa- 11
ciendã esse mentionẽ de huiusmodi Præstimonio obtẽto, vt per Nic. Garc. *de benef. p.* 1. *c.* 2. *ex n.* 122.

Quintò colligitur gratiam de beneficio sim- 12
plici vacante per obitum N. capere præstimoniũ vacans per obitum illius, si non fuit dictum esse seruitorum; ita Nicol. Garc. *d. cap.* 2. *n.* 110. vbi *num seq.* subdit quòd in expectatiua ab beneficiũ 13
simplex, aut ad beneficium cum cura, vel sine cura, comprehenderetur de Iure præstimonium, nisi ex consuetudine loci & communi vsu loquendi appellatione beneficij simplicis, seu beneficij cum cura, vel sine cura non venire præstimonium nisi specialiter nuncupetur, vel nisi doceretur de illo cura in contrarium.

Sextò colligitur habentes Præstimonium gau- 14
dere fori priuilegio, Cresc. *decis.* 8. *de concess. prab.* Aloys. Ricc. *collect.* 540. *ampl.* 3. *& in praxi rerum fori Eccles. resol.* 317. *vers. sufficere tertiò*, quem refero Ego ipse *de offic. & potest. Episcopi p.* 2. *alleg.* 12. *n.* 11. me citato Torreblanca *d. iure spirit. lib.* 15. *c.* 6. *n.* 8.

Septimò colligitur, decretum Concilij Trid. 15
sess. 25. *de reform. c.* 15. dum vetat filios illegitimos habere beneficium in Ecclesia, in qua patres ministrauerunt, comprehendere etiam Præstimonium, ne illud ibi obtinere valeant; ita Quintanad. *Eccles. lib.* 2. *n.* 86. Sebast. Cæs. *d.* §. 5. *n.* 5.

Illud aduertere oportet Præstimonium huius- 16
modi residentiam non requirere, nec ad aliquod seruitium teneri illud obtinentes, posse tamen Præstimoniarium, vt præstimoniarium intrare chorum, & seruire Ecclesiæ tanquam præstimoniarius, & Diuinis interesse. Ita Pute. *decis.* 358. *num.* 3. & *decis.* 171. *in fine, lib.* 3. *in correctis*, & insinunt Nau. *de orat. miscel.* 44. *num.* 1. dum ait quòd 17
accipiens Præstimonium sine animo inseruiendi Ecclesiæ in aliis quàm recitandis Horis Canonicis, non peccat, cũ ad nihil aliud quàm ad dicẽdas eas obligetur de præcepto, & Azor. *instit. mor. p.* 1. *lib.* 18. *c.* 4. *in fine*, sic dicẽs. *In Hispan. videmus* 18
esse beneficia, quæ Præstimonia vocantur, quæ neque exigunt, vt clerici in Ecclesiis assiduè cõmorẽtur, nec vt absentes aliquem in sui locum substituãt. Quãuis

præstimonia les

præstimoniales portiones, requirere de Iure communi residentiam existimauit Menoch. *de arbitr. cent.1.casu 102.n.55.*& iden Azor.*p.2.lib.7.cap.3. q.1.vers.quæras aliquis.*

CAPVT IX.

De Commendis beneficiorum sæcularium.

SVMMARIVM.

1 *Commenda est duplex, altera temporalis, altera perpetua.*

2 *Commenda temporalis dicitur fieri quando beneficium alicui datur ad tempus in custodiam, & administrationem ad vtilitatem Ecclesiæ.*

3 *Commendare nihil aliud est quàm deponere.*

4 *Commendatarius fit depositario similis.*

5 *Commendare ad tempus Ecclesiā seu beneficium potest Episcopus, & alius quicunque inferior habens iurisdictionem quasi Episcopalem.*

6 *Parochiales Ecclesias, & alia beneficia, quibus inest cura animarum, non potest Episcopus vltra sex menses commendare.*

7 *Clerico ætatem legitimam, & Sacerdotium habenti tenetur Episcopus Parochialem ad sex vsque menses commendare.*

8 *Parochiales poterunt ab Episcopo per aliud semestre commendari, si finito primo semestri adhuc duraret eadem necessitas, vel vtilitas.*

9 *Commenda, quæ ad sex menses in Ecclesiis Curatis fieri poterant ad Ordinariis iuxta* c.nemo, de elect.lib.6. *amplius post Concilium locum non habent, cum debeat in eis deputari Vicarius ad formam.* c.18.sess.24.de refor.

10 *Vicarij deputatio in Parochialibus donec prouideatur de Rectore spectat semper ad Episcopum, in cuius diœcesi Parochialis est.*

11 *Inferiores, qui non habent iurisdictionem quasi Episcopalem cum facultate congregandi Synodum, non possunt constituere Vicarium in Parochiali donec prouideatur de Rectore.*

12 *Commenda temporales non dant ius in re, nec ad rem, & quandocumque possunt reuocari.*

13 *Episcopus, qui ad sex menses Parochialem commendauit iuxta formam* c.nemo, de elect. in 6. *potest ante semestre finitum, nutu suo commendationem reuocare.*

14 *Commenda temporales cessant per superuenientes nouos titulares.*

15 Extrauag.Iniunctæ, de elect. inter communes *non habet locum in commendis temporalibus.*

16 *Commendatarij tēporales non possunt agere spolio.*

17 *Commendatarij temporales non faciunt fructus suos, sicut nec depositary, nisi quatenus ad congruam sustentationem sibi, & suis ministris opus sit, reliquo, quod superest, in vtilitatem Ecclesiæ conuertendo.*

18 *Commendatarij temporales tenentur de fructibus rationem reddere.*

19 *Officium diuinum recitare non tenetur habens Commendatum beneficium quoad exteriora, & publica seruitia Ecclesiæ.*

20 *Beneficium habens integrè commendatum quoad totam administrationem, tenetur recitare Officium diuinum.*

21 *Officium diuinum tenetur recitare ille, cui commendatur tota Ecclesia administratio auctoritate Papæ quandiu beneficiatus puer non valet recitare.*

22 *Commenda perpetua conceditur in fauorem personæ cum facultate disponendi de beneficio sicut verus beneficiarius, & nullo modo ab alio quàm à Papa fieri potest.*

23 *Commenda perpetua via adquid per summos Pont. inuenta? ostenditur.*

24 *Commenda pertua dicitur dispensatio palliata ad obtinendum aliquod beneficium obtineri prohibitum.*

25 *Beneficium, seu Prioratus Regularis quando datur in Commendam perpetuam, non requiritur professio.*

26 *Commenda perpetua beneficij est titulus Canonicus.*

27 *Formula commendæ refertur.*

28 Regulæ Cancellar. *de beneficiis loquentes habent locum in commendis perpetuis.*

29 *Commenda perpetua est irreuocabilis.*

30 *Beneficium commendatum in perpetuum alteri conferri non potest commenda durante.*

31 *Beneficij in impetratione debet fieri mentio de commenda perpetua, aliàs gratia erit nulla.*

32 *Illegitimus non dispensatus Commendam perpetuam habere non potest.*

33 *Incompatibilitatem inductam à* c.de multa, de præbend.& Extrauag.execrabilis, eod.tit. *inducit Commenda perpetua.*

34 *Beneficia duo commendata in perpetuum, aut vnum iure tituli, & alterum commendatum in perpetuum, non possunt simul haberi sine iuris relaxatione quando aliequin sunt beneficia ipso iure incompatibilia.*

35 *Beneficium vnum in titulum, & alterum in commendam obtinere quis poterat*, ante Concil. Trident.

36 *Commenda perpetua & temporales ad materiam simoniæ pertinent, si pretio fiant.*

37 *Commendatarij perpetui habentur vt titulares.*

38 *Pœna* c.licèt canon. de elect. lib.6. *contra non promouentes se infra annum, habet locum in Commendatariis perpetuis.*

39 Cap.quoniam Abbas, de officio deleg. *dicens quod delegatio facta dignitati non expressō nomine proprio transit ad successorem, habet etiam locum in Commendatario perpetuo.*

40 *Commendatarius perpetuus habet liberam potestatem in temporalibus, & spiritualibus.*

41 *Præsentare, eligere, & conferre potest Commendatarius perpetuus, sicut quilibet alius prouisus.*

42 *Transigere super fructibus sui beneficij commendati, & eos vendere potest Commendatarius perpetuus.*

43 *Permutare cum alio beneficio in titulum dato, potest Commendatarius perpetuus.*

44 *Resignare etiam in fauorem potest Commendatarius.*

45 *Commendatarius perpetuus tenetur verificare narratiuam, sicut quilibet alius beneficiatus.*

46 *Officium diuinum recitare tenetur Commendatarius.*

47 *Commendatarius Abbas iura quasi Episcopalia habens, est verè, & propriè Prælatus.*

48 *Abbas Commendatarius iura quasi Episcopalia habens potest esse delegatus Apostolicus.*

49 *denunciationes Matrimoniales ex causa remi-
mittere potest Abbas commendatarius, iura
quasi Episcopalia habens illas scilicet quæ fie-
rent in suo territorio.*
50 *Concursum beneficiorum Curatorum non potest
facere Abbas cõmendatarius, iura quasi Epi-
scopalia habens, nisi esset nullius, haberetque
ius congregandi Synodum, & legitimè constet
illa congregasse, & elegisse examinatores.*
51 *Commendatarius Abbatiæ existentis intra fines
alicuius Diœcesis etiam exemptæ, & habentis
iura quasi Episcopalia, non potest vocare
quem maluerit Episcopum pro ministrando
Sacramento Confirmationis suis populis, nisi
de licentia & consensu Episcopi, in cuius
Diœcesi est Abbatia.*
52 *Commendatarij curam iurisdictionalem haben-
tes tenentur residere, & Sacris initiari.*
53 *Commendatarius etiam Cardinalis tenetur con-
tribuere seminario.*
54 *Abbatia an vacet per obitum Commendatarij
etiam perpetui sicut prius, & commenda ex-
tinguatur? remissiue.*

1 COMMENDA est duplex, altera
temporalis, altera perpetua, seu al-
tera in vtilitatem Ecclesiæ, altera in
vtilitatem Commendatarij cum fa-
cultate disponendi de fructibus, sicut verus be-
neficiatus, prout distinguunt bene, Nau. *cons.* 9.
num. 1. & 2. *de prabend. in nouis*, Læli. Zech. *de be-
nef. & pens. c.* 7. Roman. *cons.* 350. *In casu, nu.* 5. & 6.
Card. Tusch. *tom.* 1. *lit.* C. *concl.* 473. *à princip.* Ia-
cob. de Graff. *in aureis decis. p.* 1. *lib.* 2. *cap.* 97. *à n.* 22.
Nicol Garc. *de benefic. p.* 4. *c.* 4. *num.* 7. Azor. *instit.
moral. p.* 1. *lib.* 6. *cap.* 31. *quæst.* 2. Sebast. Cæs. *in relict.
de Eccles. Hierarch. p.* 3. *disput.* 14. §. 7. *num.* 6. Tam-
burin *de iure Abbatum tom.* 1. *disp.* 4. *quæst.* 3. Paul.
Laym. *in Theologia morali lib.* 4. *tract.* 2. *cap.* 5. *n.* 7.
Lotter. *de re benefic. lib.* 3. *quæst.* 8. *num.* 11. *cum
seqq.*

Temporalia Commenda dicitur fieri quando
2 beneficium alicui datur ad tempus in custodiam,
3 & administrationem, ad vtilitatem Ecclesiæ, nam
commendare nihil aliud est, quàm deponere. *l.
commendare, ff. de verborum signif. l. Lucius* 24. *ff.
depositi. cap. ne quis arbitretur*, 22. *q.* 2. glos. *verb.
commendare in c. nemo deinceps, de elect. lib.* 6. Pute.
decis. 21. *num.* 2. *lib.* 2. *in correct.* Simon. *de reseruat.
q.* 69. *n.* 2. Gonzal. *ad reg.* 8. *Canccllar. glos.* 5. *n.* 38.
Nicol. Garc. *d. cap.* 5. *n.* 6. & Solorzan. *de iure In-
diarum tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 15. *num.* 10. Commendata-
4 rius huiusmodi fit depositario similis, glos. *d. verb.
commendare, vers. idem est quod deponere.* Menoch.
remed. 15. *recuper. num.* 38. *cum seqq.* Ego ipse *de
officio & potest. Episcopi p.* 3. *alleg.* 59. *n.* 10. Sed ha-
bet id amplius depositario quod ex fructibus ali-
menta sibi comparet & expensas, in retributionem
temporarij regiminis, & gubernij, iuxta senten-
tiam Archid. *in cap. qui plures n.* 1. 21. *q.* 1. Rebuff.
in praxi tit. de commendis num. 2. Rota *decis.* 772.
sub num. 3. *vers. eo quòd magis p.* 2. *recent.* quod re-
fert & sequitur Lotter. *d. lib.* 3. *q.* 8. *num.* 117. vbi
num. 119. ait quod hodie huius Commendæ vsus
exoleuit.

5 Commendare ad tempus Ecclesiam seu bene-
ficium potest Episcopus, & alius quicumque infe-
rior habens iurisdictionem quasi Episcopalem, vt
contra Gambar. *de officio & potest. legati à latere
lib.* 4. *tit. de potest. legati in commendando beneficia
q.* 21. *num.* 165. resoluunt flores de Mena *var. lib.* 2.
q. 24. *n.* 16. Tambur. *de iure Abbatum tom* 2. *disp.* 4.
q. 1. *n.* 8. & 9. & Nicol Garc. *d. c.* 4. *n.* 11. & 12. vbi
num. 17. hoc ait intelligendum de Commendis fa-
ctis in Ecclesiæ vtilitatem, per quas non datur li-
centia disponendi de fructibus liberè, illosque 6
conuertendi in proprios vsus. Parochiales verò
Ecclesias, & alia beneficia, quibus inest animarum
cura, non potest Episcopus vltra sex menses com-
mendare, *d. cap. nemo deinceps*, Bal. *cons.* 164. *Qui-
dam fuit, per tot. lib.* 1. Card. Tusch. *tom.* 1. *lit.* C.
concl. 474. *n.* 1. Lamber. *de iurepatron. lib.* 2. *p.* 3. *q.* 7.
art. 1. & *p.* 2. *q.* 1. *art.* 29. & 30. Monet. *de commut.
vlt. volunt. c.* 10. *n.* 378. Filiuc. *tom.* 3. *tract.* 41. *c.* 3.
n. 132. Ego ipse *d. alleg.* 59. *n.* 15. & clerico ætatem 7
legitimam & Sacerdotium habenti, intra præfatum
tempus commendare tenetur, *d. cap. nemo deinceps*,
Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 6. *c.* 8. *q.* 7. quem refero *d.
alleg.* 59. *n.* 23. Didac. Narbona *in tract. de ætate ad
omnes humanos actus req. anno* 25. *q.* 56. *num.* 5. & 6. 8
Si tamen finito vno semestri, adhuc duraret eadem
necessitas, vel vtilitas, poterunt per aliud seme-
stre commendari, Gonzal. *d. glos.* 5. §. 8. *n.* 35. Azor.
d. q. 7. Ego ipse *d. alleg.* 59. *n.* 14. *in fine.*

Hodie per sacrum Concil. Trid. correctus est 9
text. *d. cap. nemo deinceps*, vt sacra Congreg. decla-
rauit his verbis, *Commendæ, quæ ad sex menses in
Ecclesiis Curatis fieri poterant ab Ordinariis, iuxta*
c. nemo de elect. lib. 6. *amplius post Concilium, lo-
cum non habent, cum debeat in eis deputari Vicarius
ad formam c.* 18. *sess.* 24. refert Nicol. Garc. *d. cap.* 4.
n. 14. cuius quidem Vicarij deputatio, donec proui- 10
deatur de Rectore, spectat semper ad Episcopum,
in cuius Diœcesi Parochialis est, sicut ab eadem S.
Cong. decisum fuisse attestatur Armendar. *in ad-
dit. ad recopil. legum Nauarra lib.* 1. *tit.* 18. *l.* 7. *de
Episcopis n.* 86. ac proinde inferiores, qui non ha- 11
bent iurisdictionem quasi Episcopalem cum fa-
cultate congregandi Synodum, non possunt con-
stituere Vicarium eiusmodi, Fr. Leo *in thesauro fori
Eccles. p.* 2. *c.* 18. *n.* 52. Nicol. Garc. *p.* 2. *c.* 2. *numer.* 8.
Massobr. *in praxi habendi concursum requis.* 1. *dub.*
8. & 11. Ego ipse *d. p.* 3. *alleg.* 60. *n.* 3. & 4. qui si fue-
rit semel constitutus cum congrua, non poterit si-
ne causa remoueri, quia Episcopus non retractat
quod semel exequutus est pro exequutione Con-
cilij vt Massob. *de requis.* 1. *dub.* 26.

In istis autem Commendis temporalibus nullus 12
adest titulus, nec datur ius in re, nec ad rem, &
quandocunque possunt reuocari, Ludouic. Gom.
in reg. de non tollendo iure quæs. q. 4. *n.* 22. Mand. *in
reg.* 32. *Cancel qu.* 7. *n.* 2. Flam. Paris. *de resign. benef.
lib.* 2. *q.* 17. *n.* 3. Gonz. *d. glos.* 5. §. 8. *n.* 37. Quintanad.
Eccl. lib. 4. *n.* 124. Ant. Fabric. *in theorica de re be-
nefic. tit. de benef. in tit. à n.* 4. Azor. *instit. moral. p.* 2.
lib. 6. *c.* 31. *q.* 5. Et quòd etiam ob id Episcopus, qui
ad sex menses Parochialem commendauit, iuxta
formam *d. c. nemo deinceps*, possit ante semestre fi- 13
nitum motu suo commendationem reuocare, per
glos. *in c. qui plures*, 21. *q.* 1. & *in c. si constiterit, de
accusat.* resoluit Garc. *d. c.* 4. *à n.* 53. Ego ipse *d. p.* 3.
alleg. 59. *num.* 18. Vnde persuperueniente, nouo ti- 14
tulario cessant tales commendæ, Rom. *cons.* 350.
n. 3. Caputat. *decis.* 146. *n.* 1. *p.* 1. nec de illis debet
fieri mentio in impetratione beneficiali, Pute. *dec.*
272. *n.* 1. *lib.* 2. *aliàs dec.* 274. *in correctis*, Gonzal. *d.
g.* 5. §. 8. *n.* 41. Et in illa non habere locum, *Extra- 15
uag. Iniuncta, de elect. inter commun.* tenent Flam.
Paris. *de resign. lib.* 7. *q.* 21. *n.* 50. Oldrad. *cons.* 179.
Quæritur. Card. Tusch. *d. lit.* C. *concl.* 475. *n.* 1.

16 Ideo Commendatarij temporales non possunt
17 agere spolio, Putc. *decis.*205.*lib.*3.*in correct.* Nec
faciunt fructus suos, sicut nec depositarij, glos.
verb.commendare,vers.sed nunqaid facit iste fructus
suos,in d.cap.nemo deinceps, Nau.*d.cons.*9.*num.*2.*de*
prabend. nisi quatenua ad congruam sustentatio-
nem sibi, & suia ministris opus sit; reliquo, quod
superest, in vtilitatem Ecclesiæ conuertendo, sicut
tradunt Roman.*d.cons.*350.*num.*8.Rebuff.*in praxi*
*tit.de Commendis,num.*25.Putc. *decis.*22.*n.*3.*lib.*1.
in correct. Card.Tusch. *d.lite.C.conclus.*475.*n.*12.
28 Quapropter tenetur de illis fructibus rationem
reddere. *cap.placuit* 10. *q.*3. Hoied. *de incompat.*
*benefic.p.*2. *cap.*14. *num.*4. Flamin. Paris. *d.lib.*2.
*quæst.*17.*num* 4. Gonzal.*dict.glos.*5.§.8. *numer.*40.
Et quamuis Imola *in c.vltima,de rerum permut.*
quem sequitur Gammar.*in cap.licet* 83.*vers.contra-*
*rium, eodem titul. lib.*6. teneant licitum esse per-
mutare Commendas temporales, tamen contra-
rium asserit verissimum Flamin. Paris. *d.quæst.*17.
*n.*6. dicens quod non possunt temporales Com-
mendæ resignari in fauorem, quia illud ius non est
perpetuum, bene tamen possunt simpliciter renun-
ciari in manibus Superioris.
19 Et ob eas rationes si quis alicui commendet
beneficium quoad exteriora & publica seruitia Ec-
clesiæ, non tenebitur recitare ex vi huius com-
mendationis; verbi gratia, si beneficiatus propter
negotia à sua Ecclesia absuturus, commendet ali-
cui clerico, etiam mercenario, vt inseruiat pro eo
toto illo tempore absentiæ, tunc ex vi huius one-
ris, quod in se suscipit, non tenebitur talis substi-
tus recitare officium, nisi quatenus fuerit necessa-
rium, iuxta morem Ecclesiæ, illud canere publi-
cè in ea Ecclesia, cum sit illi commendatum so-
lum publicum, & externum ministerium, & obli-
gatio recitandi priuatim, semper apud proprieta-
rium manet, ita vt alteri illam delegare non valeat.
Ita Suar.*tom.*2.*de Relig.lib.*4.*cap.*22.*n.*14.Nicol.
Garc. *de benefic.p.*3.*c.*1.*n.*106. Squillante *de oblig.*
*cleric p.*1.*num.*12. Paul.Layman. *d.cap.*5.*num.*7.*in*
20 *fine.* Si verò quoad totam administrationem quis
habeat beneficium integrè commendatum, tunc
tenebitur, licet illa commendatio Ecclesiæ non sit
in titulum beneficij erecta, neque conferatur in
perpetuum, quia licet non obligetur ratione bene-
ficij, quod ipse habeat, tamen cùm sit loco benefi-
ciom habentis subrogatus, cum tota beneficij obli-
gatione ab eo acceptata obligatur, cum pro tunc
æquiualeat obligatio titulo beneficij quoad omnia
onera eius. Ita Medin.*de orat.q.*7.§.*ex dictis appa-*
ret, Nau *eod.tra.c.*20 *n.*16.Azor. *inst. mor.p.*1.*lib.*
10.*c.*3.*q.*6.Squillante *d.p.*1.*n.*12.*in princ.*vbi *n.*13.
21 resoluit illum teneri recitare officium, cui com-
mendatur tota Ecclesiæ administratio auctoritate
Papæ, quamdiu beneficiatus puer non valet reci-
tare, quia hoc casu intelligitur Vicario commis-
sum totum beneficij onus, etiam quoad recitatio-
nem, ne Ecclesia priuetur vllo officio.
22 Perpetua Commenda conceditur in fauorem
personæ cum facultate disponendi de beneficio si-
cut verus beneficiarius, vt in exemplia adductis
per Hoied.*d p.*1.*cap.*14. *num.*5. & alios citatos à
Flamin. *d.quæst.*17.*num.*8. Lotter. *de re benef.lib.*1.
*q.*17.*num.*10.*cum seqq.* & *lib.*2. *q.*33. *num.*12.&
*lib.*3.*q.*8.*n.*120.*cum seqq.*vbi quòd perpetua Com-
menda confert liberam potestatem administrandi
tam in spiritualibus, quam in temporalibus, & per
eã constituitur verus Prælatus, interdicta dumtaxat
alienatione. Nullo modo ab alio, quàm à Papa fie-
ri potest, Æn.de Faleon *de reser.q.*3.*n.*11.Gambar.
*d.tit.de potest.legati commend. benef n.*162. & *seq.*
Azor.*instit.mor.p.*2.*lib.*6.*c.*31.*q.*15. Tamburin. *de*
*iure Abbatum tom.*1.*disp.*4 *q.*3. Ego ipse *d.p.*3.*all.*
68.*n.*16. Nicol.Garc. *d.c.*4 *n.*13. & 22. vbi *n.*23.
contra Cuch.subdit vt nec à Legato etiam de Late-
re, nisi habeat à Papa specialem facultatem. Hu- 23
iusmodi Commendæ via ad hoc per summos Pon-
tifices inuenta fuit, vt qui non est habilis ad titu-
lum, sit habilis ad commendam; veluti quia proui-
detur alicui existenti in minori ætate, vel de bene-
ficio incompatibili, vel prouidetur Regulari de be-
neficio sæculari in Commendam, & è contrario: vt
aduertit Nicol.Garc. *d c.*4.*à n.*24. Vnde talis Cõ- 24
menda perpetua dicitur dispensatio palliata ad ob-
tinendum aliquod beneficium aliàs obtineri pro-
hibitum, Mandos.*reg.*33 *q* 30.*n.*3. Gonzal. *d.glos.*
5.§.8.*n.*6. Et quando beneficium, seu Prioratus 25
Regularis datur in Commendam perpetuam, non
requiritur professio, nec habens in Commendam
beneficium regulare, cogi potest profiteri Religio-
nem, sicut habens in titulum cogeretur, nisi aliud
in Bulla cõmẽdationis fuerit expressum, Ita Cuch.
*inst.maior.lib.*3.*tit.*6.*n.*48. Nicol.Garc. *d.c.*4 *à nu.*
27.Tambur.*d.disp.*4.*q.*9.Ego ipse *d.alleg.*59.*n.*17.
Hæc igitur Commenda perpetua beneficij est
titulus Canonicus, *c.dudum,el.*2.*de elect. d.c.sicut pla-* 26
res 21.*q.*1.Nau.*cons.*9. *num.*2.*de prebend. in nonis.*
Aloys.Ricc.*in praxi rerum fori Eccles.p.*4.*res.*346.
Lotter.*d.lib.*3.*q.*8.*n.*127.plures citat.Gonzal.*dict.*
*glos.*5.§.8.*n.*2.vbi *n.*3.subdit Commendam perpe- 27
tuam de beneficio parum, aut nihil distare ab aliis
prouisionibus beneficiorum, & sic in illius Bulla
ita dici. *Vt commodius onera sustentare valeas, de ali-*
cuius substentationis auxilio prouidere cupientes, tale
beneficium auctoritate Apostolica concedimus & cõ-
mendamus, ac prouidemus, per te quamdiu vixeris,
obtinendum & possidendum, ita quod durante com-
menda huiusmodi de fructibus, ac redditibus ipsius
disponere, & ordinare valeas. &c.quam formã ponit
Rebuff.*in praxi t.de commenda,n.*28.& sic obligare
ad recitandũd iuinum Officium resoluit.Pau.Lay-
man.*in Theologia morali lib.*4.*tit.*2.*c.*5.*n.*7.*in fine.*
Quare Regulæ Cancellariæ de beneficiis lo-
quentes in Commendis perpetuis sibi vẽdicant lo- 28
cum, vt *de reg.de infirmis resignantibus*, tradit *ibi*
Ludou Gom.*q.*13.Cassad.*dec.*32. *super reg.*Gonz.
*d.gloss.*5.§.8.*n.*13.Aloys.Ricc. *in collect.decis.par.*4.
*collect.*999.*in princip.* Et *de publicandis resignatio-*
nibus, Ludou.Gom.*ibid.q.*3. Gonzal.*d.*§.8. *num.*6.
Aloys.Ricc. *in d.praxi resol.*346 *n.*11. Et *de idio-*
mate Ludou.Gonzal.*ibid.q.*5. Mandos.*reg.*32. *q.*7.
*num.*14.Gonzal.*d.*§.8.*n.*21.Et *de triennali*, Ludou.
Gom.*ibid.q.*5.*n.*10.*cum seqq.*Gonzal.*d.*§.8. *nu.*22.
Fab.*decis.*4.C.*de Episcopis & clericis*, Aloys. Ricc.
*d.resol.*346.*n.*17.Et *de verisimili notitia*, Lud.Gom.
*ibid.q.*4.& Ioan.Cochier.*n.*16.Cassad.*decis.*30.*su-*
*per reg.*Gonzal.*d.*§.8.*n.*23.Et deoique *reg.*25.*Can-*
cellariæ de beneficiis vacaturis per promotionem ad
Ecclesias, & monasteria, procedit etiam commenda
perpetua, Rot.*decis.*791.*n.*8. *cum seqq.p.*1. *diuers.*
Gonzal.*d.*§.8.*post.n.*32.
Hinc quoque prouenit, vt Commenda huius- 29
modi perpetua, sit irreuocabilis, Ludou. Gom. *in*
*reg.de publicand.q.*4.Rot.*dec.*791.*n.*11.*p.*2. *diuers.*
Gonzal.*d.*§.8.*n.*29.ita vt ea durante non possit be- 30
neficium commendatum alteri conferri.Lud.Gom.
in reg.de impetr.benef per obitum fam. Cardin. *q.*6.
*n.*4.*in fine*, & *in reg.de verisimili q.*4. *n.*2. Gonzal.
d.§.8.*ante n.*33.

31 Hinc etiam in impetratione alterius beneficij
debet fieri mentio de tali Commenda, aliàs gratia
erit nulla, Capyc. decis.3.num.6. Pute. decis.26.in
fine lib.2. in correct. Gonzal.d.§.8.num.17. Aloys.
32 Ricc. d.collect.999.vers.item in impetratione. Et il-
legitimus non dispensatus talem Commendam
habere non potest, Rebuff. in praxi tit.de Commen-
dis, num.63. Gonzal.d.§.8.n.18. & requirit quo-
què talis Commenda ætatem, & alias qualitates
legitimas, sicut verum beneficium, Caputaq. de-
cis.127.n.3.p.1. Gonzal d.§.8.n.9.
33 Hinc quoque talis Commenda operatur incom-
patibilitatem inductam à cap.de multa, de prabend.
& Extrauag. Execrabilis, eode tit. Hoied.de in com-
patibil.benef.p.2.cap.14. à num.16. Gonzal.d.§.8.
n.20. Aloys.Ricc.d.collect.999.vers.item talis, & d.
34 resol.346.n.15. ita nec duo beneficia commendata
in perpetuum, nec vnum iure tituli, & alterum
Commendatum in perpetuum possint simul habe-
ri sine iuris relaxatione, quando alioquin sunt be-
neficia ipso iure incompatibilia: vt ex Nau.in ma-
nu.c.25.n.15. resoluit Azor.Instit.moral.p.2.lib.6.
c.10.q.11.vers.cum dubia,. Flamin.Paris. de resign.
lib.3. q.1.n.110. & colligitur ex Conc.Trid.ses.7.
de reform.c.4. sic statuente. Quicumque de catero
plura Curata, aut aliàs incompatibilia beneficia Ec-
clesiastica, siue per viam vnionis ad vitam, seu Com-
menda perpetua, aut alio quocunque nomine, & tit.
contra formam sacrorum canonum, & prasertim Con-
stitutionis Innocent. III. qua incipit, De multa, re-
cepta in simul retinere prasumpserit, beneficiis ipsis
iuxta ipsius Constitutionis dispositionem ipso iure,
etiam prasentis Canonis vigore priuatus existat.
Quamuis Prosper de Augustino in addit.ad Qua-
rant.in summa Bullary, verb. beneficiorum resigna-
tiones causa 9.vers. secundò limita, & alij sentiant
hoc Concilij decreto esse prohibitum ne quis plu-
ra simul beneficia incompatibilia habeat commen-
data, non tamen vetitum esse ne quis habeat vnum
nomine & iure tituli, alterum commendatum etiā
in perpetuum, quod vt vidimus sustineri non po-
35 test. Quamuis antea secus dicendum foret: erat
enim receptum posse quem vnum beneficium in
titulum, & alterum, in commendam habere, vt per
Cassad. decis.32.n.7.super Regul.4. vers.la quinta
razon.tit.16.p.1. Caputaq.decis.147.n.2.p.1.Pute.
decis.325.n.3.lib.1.& decis.274.n.2.lib.3.Sayr.in
finibus decis.sub titul.de prabendis decis.32. Aloys.
Ricc.in collect.dec.474.in med.Gonzal.d.§.8.n.21.
36 Hinc denique prouenit huiusmodi Commen-
das ad materiam simoniæ pertinere, si pretio fiant,
vt resoluunt Suarez de Relig.tom.1.lib.4.de simon.
c.21.à n.3. Subest. Cæs.d.§.7.prope fin.Bonacin.de
simon.disp.4.n.14. id ipsum resoluentes siue illæ
sint perpetuæ, siue temporales. Ratio est quia hæ
Commendæ continēt spiritualem iurisdictionem,
vel administrationem, cui temporales fructus an-
nectuntur, vel enim Commenda est temporalis, &
sic Commendatarius acquirit iurisdictionem dele-
gatam; vel est perpetua, & sic acquirit iurisdictio-
nem ordinariam, vel quasi.
37 Ex his apparet Commendatarios perpetuos ha-
beri vt titulares, censenque & reputari titulares, &
ideo dispositionem & iura loquentia de titulari-
bus, seu de veris Prælatis habere locum in illis.
38 Hinc pœna cap. licèt canon.de elect.lib.6. contra
non promouentes se infra annum, habet locum in
his Commendatariis perpetuis, Clem.in agro §.ca-
terum, de statu Monach.ibi, infra annum computan-
dum à tempore collationis & commissionis, vbi per

comissionem intelligitur Commenda, Rebuff.
de pacif.possess.n.42.vers.& sic tenetur.infra annum,
Mandos.reg.32.q.7.num.10.& 11. Gonzal.d.glos.
5.§.8.à n.7. Et dispositio text.in cap.quoniam Ab-
bas 14.de offic.deleg.dicentis, quòd delegatio facta 39
Dignitati, non expresso nomine proprio, transit ad
successorem, habet etiam locum in Commenda-
tario perpetuo, Mandos. d. reg.32.q.7.num.8.& 9.
Flamin.Paris.de resignat.benef.l.2.q.17.n.13.Gon-
zal.d.glos.5.§.8.n.10.vers.ita.
Commendatarius perpetuus habet liberam po- 40
testatem, in temporalibus & spiritualibus Rebuff.
de pacif.possess.num.41. Flamin. Paris.d.q.17.n.13.
Gonzal.d.glos.5.§. 8. n. 13. Potest præsentare, eli- 41
gere, & conferre, sicut quilibet alius prouisus Re-
buff.in praxi tit.de commend.n.62. Gonzal.d. gloss.
5.§.n.14. transigere super fructibus sui beneficij 42
commendati, ac eos vendere, Capic.decis.3 sub n.
9. Rebuff.de pacific.possess.sub.n.40. Gonzal.d.gl.5.
§.8.nu. 19. permutare cum alio beneficio in titu- 43
lum dato, cap. fin.de rerum permut. Rebuff.de pac.
possess.num 38. Petr. de Perusio de permut. num. 9.
Bellon.eod.tract.p.3.q.4. Gonzal.d.glos.5.§.8.n.24.
& resignare etiam in fauorem, Flamin.Paris. dict. 44
q.17.à princ. Gonzal.d.glos.5.§.8.n.25. Et tenetur 45
verificare narratiuam, sicut quilibet alius benefi-
ciatus, vt per Pute.decis.253.lib.3. per quam deci-
sionem fuit recessum à decis. 246. eiusdem Putei
d.lib.3.in correctis, in quia contrarium Rot. prius
tenuerat. Et tenetur ad pensum Canonicarum 46
precum, vt per Nau.de orat.cap.20.num.16. Medi-
na in simili tract.q.2. Azord. instit.moral.p.1.l.10.
c.3.quas.6. Vasq.in opusc.de benef.cap.4.art.1.dub.
3. Suar.de Relig.tom.2.tract.4.l.4.c.21.n.14 Bona-
cin.de horis Canon.disp.1.q.2.puncto 4.nu.3. Obli-
uat Bonat.de obligat.Horar.Canon.lib.2.c.4.n.20.
Commendatarius Abbas est alius iura quasi 47
Episcopalia habēs, qui verè & propriè est Prælatus
Dec.in c.edoceri, num.4. de rescript. Barbat. cons. 2.
num.18.& 25.l.2. Ludou.Gom.super reg. de trien-
nali q.5.num.17.& seq. Rebuff.cons.77.n.1. Aloys.
Ricc.in collect.decis.in collect.999.vers.idem, Gon-
zal.d glos.5.§.8.num.27. Rot. decis.346.n. 2. p. 3.
diuers. Buratt. decis.610
Vnde potest esse delegatus Apostolicus iuxta 48
cap.statutum, de rescripit.in 6. vbi Ludou. Gom. n.
77.in 9.ampl. Gonzal.d.glos.5.§.8.n.10. Garc.d.p.4.
cap.4.num.59. Massobri. de Synodo diœcesana c.4.
4.dub13.num.38. Anton Fabric.in theorica de re be-
nef tit.de benefic.in titul.& commendam, n 17. Se-
bast.Cæsar.in relect. de Eccles. Hierarchia disput.
24.§.7.num.5.
Ac denuntiationes matrimoniales ex causa re- 49
mittere potest, illas scilicet quæ fierent in suo ter-
ritorio, iuxta Conc. Trid.sess. 24.de reform. cap. 1.
sicut resoluunt Petr.de Ledesma in sum.p.1.de sa-
crament. vbi Sacram matrim.cap.6.concl.7. dub.1.
vers.seguesse lo segundo, Gonzal.d.§.8.num.28. Ego
ipse de officio, & potest Episcopi p.2.alleg.31.n.32.
Contrà Franc Leon.in thesauro fori Eccles.p. 2.
cap.9.num.55. Armendat.in addit. ad recop. legum
Nauarra lib.4.tit.14 l.1.de Matrim.num.22. exi-
stimantes huiusmodi Commendatarios in eorum
Abbatiis, in quibus habent iura quasi Episcopa-
lia dictas denuntiationes sine speciali concessione
Apostolica remittere non posse. Et contra Basil.
Pont.de Matrim.libro 5.capite 10.numero 13. asse-
rentem decisum non permitti hanc facultatem
Commendatario, licet eius Abbatia iura Episcopa-
lia habeat.

Non

50 Non poteſt tamen facere concurſum beneficiorum Curatorum, ſed hoc ſpectat ad Epiſcopum in cuius Diœceſi eſt Abbatia exempta, qui electo magis idoneo mittet eundem ad Commendatarium pro collatione, vt cenſuit S.Cong. teſte Garc. *de benefic.p.9cap.2.num.123*. Si verò omnimodam habeat iuriſdictionem Epiſcopalem, nec alicui ſubſit, ſed ſit immediatè ſubiectus Sedi Apoſtol. nullius Diœceſis proprium territorium habens, ſi habeat ius congregandi ſynodum, & legitimè conſtet illam congregaſſe, & elegiſſe examinatores, poteſt concurſum inſtituere, examinare, approbare, omniaque illa facere, quæ continentur decreto Conc. *cap.18.ſeſſ. 24.de reform.* S.Cong. Conc. teſte eodem Garc. *de benefic. part. 2. cap. 2.*
51 *num.136.*

Commendatarius Abbatiæ exiſtentis intra fines alicuius Diœceſis etiam exemptæ, & habentis iura quaſi Epiſcopalia, non poteſt vocare quem maluerit Epiſcopatum pro miniſtrando ſacramẽto Confirmationis ſuis populis niſi de conſenſu, & licentia Epiſcopi, in cuius Diœceſi eſt Abbatia,
52 ita cenſuit S.Congreg. Concilij.

Commendatarij curam iuriſdictionalem habentes tenentur reſidere & Sacris initiari; per omnia enim æquatæ ſunt hodie commendæ titulis: eadem S.Cong. Conc. teſte eodem Garc. *de benef.*
53 *p.3.cap.2.n.166.*

Commendatarios etiam Cardinalis tenetur cõtribuere ſeminario, S.Cong.Con. *in Adrien.3.Decembris 1622.*

An autem per obitum Commendatarij etiam perpetui vacet Abbatia ſicut prius, & Commenda extinguatur, ac expiret reſeruatio; vide Gonzal. *ad reg.8.Cancell.gloſſ.5.§.8.à n.48.* Garc. *de benefic. p.4.c.4.n.61.cum ſeqq.*

CAPVT X.

De Coadiutoriis.

SVMMARIVM.

1 *Coadiutoria eſt duplex, quædam temporalis & reuocabilis, altera perpetua, & irreuocabilis, ac cum futura ſucceſſione.*
2 *Temporalis coadiutor, & reuocabilis ille dicitur, qui propter fauorẽ, & vtilitatẽ Eccleſiæ adhibetur alicui eius Rectori ob ægritudinẽ, vel infirmitatem animi, aut corporis facto inutili, & miniſtrari impotenti, vt pro eo miniſtret.*
3 *Rector inutilis ſuo non debet priuari beneficio.*
4 Cap. tua nos, de cleric. ægrot. *declaratur.*
5 *Epiſcopo, qui ex morbo non poteſt oneri iniuncto ſatisfacere, Coadiutor dandus eſt.*
6 *Religioſus Epiſcopus poteſt dari Coadiutor Epiſcopo.*
7 *Epiſcopo ſenio confecto ita licet Coadiutorem ſibi aſſumere quemadmodum & ægroto.*
8 *Præſuli ab hoſtibus capto Coadiutor datur in ſpiritualibus, & temporalibus.*
9 *Leproſo Eccleſiæ Rectori dandus eſt Coadiutor.*
10 *Paraclytico debet dari Coadiutor.*
11 *Dementi, vel furioſo datur Coadiutor.*
12 *Illiteratis, & imperitis Parochialium Eccleſiarum Rectoribus, ſi aliàs honeſtæ vitæ ſint, deputat Epiſcopus tanquam Sedis Apoſt. delegatus, coadiutores pro tempore.*
13 *Illiterati, ſeu imperiti dicuntur illi, qui inhabiles ſunt ad explorãda ea, quæ incumbunt muneri, ac oneri beneficij, quod habent.*
14 *Coadiutoris datio vigore* Concilij Trid. ſeſſ. 21. de reform. c. 6. *non erit attentata quamuis ſit executa poſt appellationem interpoſitam.*
15 *Coadiutoris datio non cenſetur comprehenſa in generali vicariatus commiſſione.*
16 *Rectori de coadiutore prouidendum eſt propter auctam populi numeroſitatem.*
17 *Rector ſolus quando eodem tempore pluribus infirmis prouidere non poteſt, non datur iuſta cauſa diuidendi Parochiam ſed adhibendi miniſtros coadiutores.*
18 *Epiſcopus in vim* Concilij Trid. ſeſſ. 21. de reform. c. 4. *non poteſt erigere coadiutoriam, ſed vtique cogere debet rectorem ad adiungendũ ſibi tot Sacerdotes, qui ſufficiant Eccleſiis in Sacramentis adminiſtrandis.*
19 *Epiſcopus non poteſt diſmembrare partem curæ animarum ab Eccleſia Parochiali ſubiectæ Religioni Hieroſolymitanæ, & applicare alteri Eccleſiæ eiuſdem loci ſub prætextu quod populus eſſet numeroſus.*
20 *Rectori prouidendum eſt de Coadiutore quando ſuſpectus eſt de dilapidatione bonorum Eccleſiæ.*
21 *Papa ſolus poteſt Epiſcopis Coadiutores dare.*
22 *Coadiutores deputant alias Epiſcopo inferioribus Legati, Nuncij, & Epiſcopi.*
23 *Coadiutorum poteſtas pendet à forma dationis Coadiutoriæ.*
24 *Coadiutor Epiſcopo deputatus ob temporalia in temporalibus tantũ liberam habebit adminiſtrationem, datus verò ob ſpiritualia, tunc poterit conferre de conſenſu ipſius Epiſcopi.*
25 *Coadiutor datus Epiſcopo dementi tunc habet in ſpiritualibus, & temporalibus generalem, & liberam poteſtatem, & poteſt beneficia in Diœceſi vacantia conferre, & illorum reſignationes recipere.*
26 *Expenſæ neceſſariæ adminiſtrandæ ſunt Coadiutori pro eius ſufficienti victu & fructibus beneficij ipſius coadiuti.*
27 *Vicerector ſeruiens Eccleſiæ, & adminiſtrans Sacramenta Parochianis pro Rectore infirmo conquirit emolumenta ipſius Rectoris, & licita eſt ei retentio oblationum, & eleemoſynarum ſibi factarum.*
28 *Redditus Eccleſiæ quando coadiutori, & ægrotanti Beneficiario non ſufficiunt, prius prouidendum eſt infirmo Coadiuto, & deinde in ſubſidium tenentur Parochiani ad alimenta coadiutoris.*
29 *Coadiutoris conceſſio non liberat Coadiutum à reſidentia.*
30 *Coadiutus quicunque inhabilis, & illiteratus à reſidentia abeſſe non poteſt.*
31 *Coadiutores Rectorum Parochialium auctoritate Apoſt. inſtituti ad perſonalem reſidentiam vt Rectores ipſi tenentur.*
32 *Coadiutoria perpetua licet olim cõcederetur, poſt* Trid. tamen Concil. *minimè permittebatur, ſed à Pontificatu Sixti V. vſque ad hæc tempora in Dignitatibus, & Canonicatibus Cathedralium, & Collegiatarum Eccleſiarum conceditur.*
33 *Papa ſolus Coadiutorias concedit perpetuas, & cum futura ſucceſſione.*
34 *Coadiutor perpetuus Archiepiſcopi, & Epiſcopi,*

& cum futura successione quam auctoritatem, & iurisdictionem habeat, remissiuè.

35 *Coadiutori Episcopi cum futura successione non licet ingredi ciuitatem Pontificaliter.*

36 *Coadiutor Archiepiscopi cum futura successione non debet vti cruce in diuinis, nec in functionibus Pontificiis.*

37 *Coadiutor cum futura successione Archiepiscopi Pontificalia in Ecclesia exercens absente Archiepiscopo vti potest cappa.*

38 *Canonici sunt compellendi vt Coadiutori Episcopo solemniter celebranti, & Pontificalia exercenti semper assistant.*

39 *Canonici non debent accedere ad circulos cum Episcopo Coadiutore.*

40 *Confessionem facere debet cum Sacerdote Canonico solemniter celebrante Coadiutor Episc.*

41 *Benedicere populo dum per ciuitatem incedit licet coadiutori Episcopi cum futura successione, de licentia tamen eiusdem Episcopi*

42 *Canonici debent obuiam ire coadiutori Episcopi ad Ecclesiam Pontificaliter accedenti ad ostium Ecclesiæ, eumque discedentem ad idem ostium deducere.*

43 *Indulgentias largiendi facultatem non habet Coadiutor Episcopi.*

44 *Coadiutor Episcopi debet in Synodo Prouinciali inter Episcopos prouinciales loco suæ promotionis sedere.*

45 *Coadiutor Archiepiscop. Metropolit. Bononien. debet præcedere vexillifero eiusdem ciuitatis.*

46 *Visitare limina Apostolorum tenetur Coadiutus Episcopus, & non Coadiutor.*

47 *Episcopo dandus est Coadiutor sufficiens habens qualitates Pastorali officio requisitas.*

48 *Tenor literarum Coadiutoriæ ante omnia inspiciendus est.*

49 *Coadiutores cum futura successione non sunt Beneficiarij, interim dum viuunt coadiuti, nec habent ius in re, sed ad rem.*

50 *Coadiutoria cum futura successione non sunt verè & propriè beneficia.*

51 *Papa coadiutoriam cum futura successione concedendo non prouidet absolutè de beneficio.*

52 *Canonici coadiutor cum futura successione vocatur Canonicus fictus.*

53 *Beneficium vacat per obitum coadiuti.*

54 *Coadiutoria post mortem coadiuti continet gratiam coadiutoris.*

55 *Publicationi non subiacet coadiutoria.*

56 *Fructus ex beneficio coadiuti consequi non potest coadiutor.*

57 *Distributiones quotidianas lucratur coadiutor absente coadiuto ad ipsius coadiuti vtilitatem.*

58 *Coadiutor vt nihil prorsus percipere debeat de fructibus, nec distributionibus aliquando disponitur, interdum mandatur dari centum, nonnumquam plus, vel minus.*

59 *Officium Canonicum recitare non tenetur coadiutor, sed proprietarius.*

60 *Professionem Fidei non tenetur emittere coadiutor nisi cum fuerit successionis locus.*

61 *Possessionem non capit coadiutor, nisi post cessationem coadiutoriæ.*

62 *Possessio noua debet capi à Coadiutore post mortem Coadiuti, quia non sufficit prima capta viuente Coadiuto.*

63 *Coadiutor debet habere locum captæ possessionis post mortem Coadiuti, & non locum captæ possessionis viuente Coadiuto.*

64 *Possessio ab obitu Coadiuti numeranda est quã uis prima decederet ad annos viginti.*

65 *Sedes eadem principalis Coadiuti non assignatur Coadiutori, sed ille debet sedere vltimo loco post omnes Canonicos.*

66 *Coadiutores quando aliquas functiones faciunt, quæ pertinent ad suos Coadiutos, debent illas facere in nouissimo loco.*

67 *Canonici quamuis posterius prouisi præcedunt Coadiutoribus, quacunque consuetudine in contrarium non obstante, nisi aliud in forma Coadiutoriæ caueatur.*

68 *Coadiutor in dignitate, absente vel impedito coadiuto suo, præcedit omnibus Canonicis, & habere debet idem prorsus stallum, quod coadiutus si præsens esset, obtineret.*

69 *Casus proponitur decisus nouissimè in sacra Cong. Rituum.*

70 *Coadiutor non censetur comprehensus in statuto quod ex aliqua causa subtilare facit Canonicos.*

71 *Coadiutor non sibi optat, sed Coadiuto.*

72 *Coadiutor in ingressu non debet fabricæ soluere quod est consuetum solui per Canonicos de nouo ingressos.*

73 *Iudex Apostolicus, seu delegatus Papæ non potest esse Coadiutor, nec designari Iudex Synodalis.*

74 *Coadiutor non gaudet priuilegiis, & indultis de percipiendis fructibus in absentia.*

75 *Coadiutor non tenetur ad onera Canonicorum iuniorum, licet teneatur ad onera sui Coadiuti.*

76 *Canonicus iunior, iuxta consuetudinem Ecclesiæ, debet supplere vices hebdomadarij absentis, vel impediti, & non Coadiutor.*

77 *Pœnæ iudiciales, & quæ non haberent rationem mulctæ ordinariæ, non possunt imponi Coadiuto, nec eius præbẽda ob culpam coadiutoris.*

78 *Coadiutor non tenetur tempore concessionis Coadiutoriæ habere Ordinem Presbyteralem, vbi statuto Ecclesiæ cautum fuerit quòd Canonicus actu sit Sacerdos.*

79 *Coadiutor non tenetur se promoueri facere intra annum ad Ordinem requisitum, si nunquam resedit, seu inseruiit, quia Coadiutus non vult.*

80 *Ordinari nõ potest coadiutor ad titulum coadiutoriæ tanquam ad titulum beneficij, sed tanquam ad titulum pensionis, si ratione illius haberet congruam.*

81 *Officia ad quæ Coadiutus electus est, non potest exercere Coadiutor.*

82 *Distributiones quotidianas non amittit Coadiutus si per se deseruiat absente vel non seruiente Coadiutore.*

83 *Habitum & Tonsuram clericalem deferre tenetur Coadiutor, & fori priuilegio gaudet.*

84 *Coadiutor gaudet* reg. de annali, & triennali possessore.

85 *Mensibus datis causa recreationis gaudere potest Coadiutor, & illos consumere sicut principalis.*

86 *Coadiuti si ex forma literarum Apost. nunquam teneantur Horis Canonicis interesse Coadiutores quãdiu aliqua ex tribus causis expressis* in c. vnic. de cleric. non resid. lib. 6. *verè fuerint impediti, distributiones quotidianas lucrantur perinde ac si Diuinis interessent.*

87 *Coadiutor potest inseruire, & residere in Ecclesia excommunicato existente coadiuto, sed non*

non potest ad eius commodum, & vtilitatem lucrari.

88 *Coadiutor tenetur habere qualitates requisitas ad obtinendam prebendam exemplo resignatarij.*

89 *Coadiutores debent esse constituti in illa etate, qua ad illud obtinendum beneficium requiritur.*

90 *Coadiutor promoueri debet infra annum ex quo resedet, & inseruit ad ordinem sua prabenda annexum.*

91 *Coadiutor extra Ecclesiam Cathedralem tanquam verus, & proprius canonicus censeadus est quoad praeminentias.*

92 *Coadiutor tenetur facere mentionem de obtentis beneficiis, qua habet saltem ratione futura successionis, qua ipsi conceditur.*

93 *Coadiutor quamuis non sit in Sacris constitutus, potest omnia, & singula facere, qua sine paramentis sacris cum cappa, & catta facere possit coadiutus si praesens esset.*

94 *Coadiutors tenentur Canonicis inseruire & ministrare, prout tenerentur inseruire proprio Canonica coadiuto in omnibus functionibus canonicalibus.*

95 *Cadiutor seruiens pro coadiuta non tenetur exire de Capitulo in quo agitur de negotio ipsius coadiuti*

96 *Coadiutus, & coadiutor possunt simul in habitu canonicali interesse in processionibus, & Missarum solenniis, principaliter in loco sibi debito, & coadiutor post omnes Canonicos.*

1 COADIVTORIA est duplex: quaedam temporalis, & reuocabilis; altera perpetua, & irreuocabilis, ac cum
2 futura successione. Temporalis coadiutor & reuocabilis ille dicitur, qui propter fauorem, & vtilitatem Ecclesiae adhibetur alicui eius Rectori ob aegritudinem, vel infirmitatem animi, vel corporis facto inutili, & ministrare impotenti, vt pro eo ministret, & officium exerceat cum congma portione ex redditibus beneficij ei assignanda. Ita Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. glos.* 5. §. 9. *ex num.* 19. Nicol. Garc. *de benef. p.* 4. *c.* 5. *a princip.*

3 Iustum enim non est, nec rationi congruere videtur vt Rector inutilis, vt supra effectus; suo priuetur beneficio, quia afflictis non est danda afflictio, *cap. Rectoribus, c. ex parte, capite fin. de cle-*
4 *rico agrot. c.* 1. *eodem tit. lib.* 6. Nauarr. *cons.* 1. *eod. tit.* Gonzal. *d.* §. 9. *num.* 32. Garc. *d. c.* 5. *num.* 5. Nec contradicit text. *in cap. tua nos illo tit.* ibi, *debet officio remoueri*, quia intelligitur quoad exercitium & actum, non verò à iure, & titulo beneficij. Ita Lancellor. *in instit. Canon. lib.* 1. *tit. de coadiutor* § 1. *& vlt.* Suar. *tom.* 5. *de censur. disp.* 51. *sect.* 2. *ad fin.* Campan. *in diuers. Iuris Canonici rub.* 11. *c.* 17. *n.* 160. *ante vers. addo*, Garc. *d. c.* 5. *n.* 6. Salgaldo *de protect. Regia tom.* 1. *p.* 3. *c.* 2. *num.* 44.

Ex quibus autem causis coadiutor huiusmodi dari, & assignari debeat, latè habebor *in tit. de Clerico agrotante*, *in Decretalib. & in libris Sexti*, & apud Thom. Campeg. *in speciali tract. de coadiutore Episcoporum*, & Flamin Paris. *de resign. benefic. l.* 7. *q.*
5 20. Et imprimis quòd Episcopo, qui ex morbo non potest oneri iniuncto satisfacere, Coadiutor daodus sit, probat text. *in cap. ex parte* 5. *de cleric. agror.* Flamin. Paris. *de resignat. benef. lib.* 6. *q.* 5. *n.* 15. Camil. Borell. *in sum. omnium decis. tom.* 1. *tit.* 9. *n.* 6. Cardin Tusch. *tom.* 1. *lit.* 1. *Concl.* 402. *num.* 2. Machado *en su perfetta Confessor tom.* 2. *lib.* 4. *part.* 6. *tract.* 18. *docum.* 1. *n.* 2. *vers. la segunda* Mascon. *de maiest. milit. Eccles. p.* 1. *lib.* 1. *c.* 8 *fol.* 135. vbi causas concedendae coadiutoriae enumerat, veluti senectutem, infirmitatem pro maiori parte temporis, itaut illum impediat ob officio Pontificali, vt quia caecus est; vel laborat lepra, dementia, epilepsia, & similibus, ac tandem tam inhabilis, quod suum munus exercere non possit, refert oo- uissiorè Gonzales de Salzedo *in lege politica lib.* 2. *c.* 21. *n.* 37. Azor. *inst. moral. p.* 2. *lib.* 3. *cap.* 2 *q.* 2. *vers. porra*, & *q.* 8. resoluit quòd Religiosus Episcopos 6
potest dari Coadiutor Episcopo. Hinc si quia impetrauerit coadiutoriam sub narratiua quòd aliquis Canonicus non potest amplius in choro propter aduersam valetudinem inseruire, id concludendum debet probare, Rot. apud Paul. de Robeis *decis.* 237. *numero* 6. *tom.* 3. *diuers.* vbi *numero* 8. quòd infirmitas ad effectum coadiutoriae cum futura successione debet praestare perpetuum impedimentum; & eadem Rota apud eundem Paul. de Rubeis *decis.* 308. *numero* 17. *tom.* 2. *diuers.* aliàs *part.* 6. *recent.* tenet quòd coadiutoriae gratia, & similes valere non possunt nisi coadiutura nominatim exprimat talem morbum, qui sit aptus impedire humanas actiones, cum non sufficiat quaecunque inhabilitas, aut praua habitudo asserentis indigere auxilio coadiutoris, & *ibidem* iuncto *numero* 23. subdit quòd coadiutoriae gratia, obtenta sub praetextu dolorum infirmitatis, valere non potest nisi quatenus illi sint continui.

Vnde Episcopo senio confecto ita licet coadiutorem sibi assumere, quemadmodum & aegroto, 7
vt resoluunt Anchar. *consil.* 188. *numero* 7. Menoch. *de praesumpt. libro* 6. *praesumpt.* 46. *numero* 3. Gonzal. *d. glos.* §. 9. *numero* 21. Cardinal. Tusch. *d. tom.* 1. *lit. C. conclus.* 402. *num.* 1. nouissimè Didac Narbona *in tract. de aetate ad omnes humanos actus requis. anno* 60. *quaest.* 5. Machado *en su perfecto Confessor tom.* 2. *libro* 4. *part.* 6. *tract.* 18. *docum.* 1. *numero* 2. *vers. Por derecho.* Et probatur *in d. capite* 1. aliàs *vnic. de clerico agrot. libro* 6. vbi conceditur facultas Episcopo, qui ob senium, vel aliud impedimentum perpetuum suum officium nequit exercere, vt possit de sui consilio, & assensu Capituli, vel maioris partis vnum, vel plures Coadiutores assumere ad officium exercendum; & si Episcopus fuerit demens, vel nequiuerit exprimere quod velit, Capitulum, vel duae partes eligere poterunt praedictos, & si in vtroque casu Episcopus tenuat Coadiutores & dicat se illis non egere, Capitulum nihil innouet, sed omnia notificet Pontifici.

Praesuli quoque ab hostibus capto Cadiutor datur in spiritualibus, & temporalibus, *c. si Episcopus, de suppl. negl. Praelat. lib.* 6. vt ex Rebuff. tradit Gonzal. *d.* §. *n.* 28. 8

Leproso Ecclesiae Rectori dandus est etiam Coadiutor vt probatur *in capite de Rectoribus*, & *in capite tua nobis*, *de cleric. agret.* resoluunt Maiol. *de irregul. lib.* 2. *capite* 18. *col.* 3. Henriquez *in summ. libro* 14. *de irregul. cap.* 18. *in princ.* Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib.* 5. *quaest.* 3. *numer.* 20. *& libro* 7. *quaest.* 20. *num.* 8. Aloys. Riccius *in praxi rerum fori Ecclesiast. resolut.* 494. *numero* 5. *in* 2. *edit.* latè Campan. *in diuersor. Iuris Canon. rub.* 11. *capite* 17. *numero* 154. *cum sequentibus*, vbi *numero* 160. subdit atteota Constit. Pij V. posse leprosum coram 9

ram ordinario libere resignare, non tamen ad id cogi inuitum, tametsi non dubitet quòd habenti curam animarum etiam inuito dandus sit Coadiutor.

10 Paralitico item debet dari Coadiutor, *cap. vlt. de cleric. agrot.* Gonzal. *d.* §. 9. *num.* 24. Aloys. Ricc. *in d. praxi rerum fori Eccles. resolut.* 494. *num.* 7. Scip. de Rubeis *in aphorismis Episcop. verb. Coadiutor, num.* 6.

11 Dementi quoque, vel furioso datur Coadiutor, vt *in d. cap. vnic.* §. *si verò, de cleric. agrot. libro* 6. Anchar. *consil.* 188. *Visis, numero* 7. Bertachin. *de Episcopo part.* 2. *lib.* 4. *numer.* 24. Nauar. *consil.* 3. *numero* 2. *sod. titul.* Flamin. Paris. *d. libro* 7. *quaest.* 20. *numero* 9. Gonzal. *d.* §. 9. *numero* 23. Card. Tusch. *d. concl.* 402. *numero* 3. Aloys. Ricc. *in sua praxi part.* 4. *resol.* 543. *num.* 4.

12 Illiteratis, & imperitis Parochialium Ecclesiarum Rectoribus, si aliàs honestæ vitæ sint, deputat Episcopus tanquam Sedis Apost. delegatus, Coadiutores pro tempore secundum dispositionem Concil. Trident. *sess.* 21. *de reform. capite* 6. & tradunt Sbroz. *de officio Vicarij libro* 2. *quaesti.* 212. Salzed ad Bernard. *in pract. capite* 21. *litt. C. in nouiss. edit.* Franc. Leo *in thesauro fori Ecclesiast. part.* 2. *cap.* 2. *numero* 71. Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori Ecclesiast. decis.* 574. *in* 1. *edit.* aliàs *resol.* 494. *in* 2. Zerol. *in praxi Episcop. part.* 1. *verb. Parochia* §. 7. vbi subdit procedere etiam in Parochiis exemptis, Grilenzon. *conf.* 5. *numero* 3. Vgolin. *de officio Episcopi capite* 54. *in princip. numero* 2. Campan. *in diuersor. Iuris Canon. rub.* 5. *capite* 5. Nauar. *in singularib. Cabonic. conclus.* 56. & 57. Scip. de Rubeis *in aphor. Episcop. verb. Coadiutor, numero* 3. Ego ipse *de officio & potest. Episcopi par.* 3. *alleg.* 53. *num.* 6. *cum seqq.*

13 Illiterati, seu imperiti ad hunc effectum dicuntur illi, qui inhabiles sunt ad explorandaea, quæ incumbunt muneri, ac oneri beneficij, quod habent, & secundum dignitatem, statum, & officium ad quod assumuntur, ex adductis per Aloys. Ricc. *in d. praxi p.* 4. *resol.* 547.

14 Hæc tamen Cadiutoris datio vigore Concilij *citato loco* non erit attentata, quamuis fit exccuta post appellationem interpositam à sententia eius, qui iudicialiter processit, quia per illud decretum tollitur, appellatio sd effectum suspensiuum, sed non deuolutiuum, vt ex S. Congregationis, & Rotæ decisionibus probant Aloys. Ricc. *in d. part.* 4. *capite* 9. *numero* 9. & 10. Aloys. Ricc. *in d. praxi part.* 4. *resolut.* 546. Ego ipse *d. alleg.* 63. *numero* 10.

15 Nec comprehensa censebitur in generali Vicariatus commissione, vt resoluunt Sbroz. *d. quaest.* 212. *num.* 2. Aloys. Ricc. *d. resolut.* 494. *num.* 10. & *in d. praxi p.* 4. *resol.* 545. Narbona *de appellat, a Vicario ad Episcopum par.* 1. *num.* 210. Nauar. *d. concl.* 56. *num.* 3.

16 Propter auctam quoque populi numerositatem prouidendum est Rectori de Coadiutore, vt docent Cæs. de Graff. *decis. vnic. de Paroch.* Gonzal.

17 *d.* §. 9. *num.* 26. Aloys. Ricc. *d. resolut.* 494. *num.* 8. Non enim datur iusta causa diuidendi Parochiam, sed adhibendi ministros Coadiutores quando solus Rector eodem tempore pluribus infirmis pro-

18 uidere non potest, Rot. *in Aquilana nullitatis erectionis* 10. *Maij* 1613. coram. R. P. D. meo Pirouano, impressa per Patinac. *decis.* 484. *numero* 5. *part.* 1. *recent.* Nec Episcopus in vim Concilij Trident. *sess.* 21. *de reform. capite* 4. potest erigere Coadiutoriam, sed vtrique cogere debet Rectorem ad adiungendum sibi tot Sacerdotes, qui sufficiant Ecclesiis in Sacramentis ad ministrandis, vt attestatur resolutum Armendar. *id addit. ad recop. legum Nauarræ lib.* 1. *tit.* 18. *l.* 7. *de Episcopis, n.* 43. Vnde S. Congreg. Conc. *in vna Ostunen.* 12. Iulij 1631.

censuit Episcopum non posse dismembrare partem 19 curæ animarum ab Ecclesia Parochiali subiecta Religioni Hierosolymitanæ, & applicare alteri Ecclesiæ eiusdem loci sub prætextu quod populus esset numerosus.

Et similiter quando est suspectus de dilapidatio- 20 ne bonorum Ecclesiæ, prouidendum est ei de Coadiutore, vt ex Specul. Abb. & Mandos. resoluit Gonzal. *d.* §. 9. *num.* 7. & Aloys. Ricc. *in d. praxi p.* 4. *resol.* 543. *sub num.* 7.

Superest nunc vt videamus quis possit præfa- 21 tis Coadiutores huiusmodi assignare. Si loquimur de Episcopis, & eorum superioribus, solus Papa illos eis dare potest, vt probatur *in d. cap. vnic.* §. *si autem, de cleric. egrot. libro* 6. & resoluunt Gambar. *de officio, & potest. Legati de latere lib.* 5. *tit. de Coadiutor. num.* 4. Flamin. Paris. *d. libro* 7. *q.* 20. *numero* 14. Quarant. *in sum. Bullar. verb. Archiepiscopi auctoritas, numero* 9. Gonzal. *d.* §. 9. *numer.* 34. Campan. *in diuers. Iuris Canon. rub.* 7. *cap.* 6. *numero* 105. *vers. est tamen*, Scip. de Rubeis *d. verb. Coadiutor, numero* 1. Ego ipse *d. part.* 3. *alleg.* 50. *num.* 8. Et de his Coadiutoribus dandis Episcopis aliqua diximus suprà *lib.* 1. *cap.* 16. *de Vicario, & Coadiutore, in fine.*

Sed aliis Episcopo inferioribus. Coadiutores de- 22 deputant Legati, Nuncij, & Episcopi; nam cum possint instituere, & destituere, à fortiori poterunt Coadiutores dare, vt benè argumentantur Gambar. *d. lib.* 5. *tit. de Coadiutorib. n.* 3. & Gonzal. *d.* §. 9. *num.* 36.

Potestas autem Coadiutorum huiusmodi pen- 23 det à forma dationis Coadiutoriæ, vt aduertit Pasin. *de visitat. par.* 1. *quaest.* 2. *numero* 32. quem refert Flamin. Paris. *d. lib.* 7. *quaest.* 20. *numero* 19. At verò vbi de illa constare non potest, inspiciendum est ex qua causa fuit datus Coadiutor; nam si Epi- 24 scopo ob temporalia deputatus reperiatur, idest propter timorem dilapidationis, putà quia bene administrat spiritualia, sed timetur de dilapidatione, tunc videtur datus propter certam causam, & exercitium illius causæ, & per consequens officium Coadiutoris vertitur circa temporalia, *capi. venerabili, de offic. deleg.* vnde in temporalibus liberam habebit administrationem, ac proinde in spiritualibus gubernare non poterit, nec beneficia conferre. quandò verò datur ad spiritualia, vt quia datur infirmo, vel seni, tunc poterit conferre de consensu ipsius Episcopi. Ita Pasin. *de officio, & potest. Capituli Sede vac. par.* 2. *q.* 1. *num.* 8. Flamin. Paris. *d. quaest.* 20. *ex num.* 21. Sed quando datur dementi, 25 tunc habebit spiritualibus, & temporalibus generalem, & liberam potestatem, & potest beneficia in Diœcesi vacantia conferre, & illorum resignationes recipere. Ita Flamin. Paris. *d. quaest.* 20. *ex numero* 25. Azor *instit. mor. part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 2. *quaest.* 10. & *libro* 6. *cap.* 25. *q.* 15. Ergo ipse *in collect. ad d. cap. vnic. num.* 9. & *de officio, & potestate Episcopi par.* 3. *allegat.* 63. *n.* 13.

Expensæ necessariæ administrandæ sunt Co- 26 adiutori huiusmodi pro eius sufficienti victu ex fructibus beneficij ipsius Coadiuti, *c. de Rectoribus, in fine, cap. tua nos, de cleric. agrot. d. cap. vnic. ante fin. sed. titul. in* 6. ibi, *de prouentibus Prælatorum, ad quorum*

quorum assumetur auxiliam, sumptus recipiat moderatos,&c. Concil. Trid. *sess.* 21. *de reform. cap.* 6. ibi, *partemque fructuum eisdem pro sufficienti victu assignare, vel aliter prouidere possint quacunque appellatione & exemptione remota*,&c. Vide Anchar. *cõs.* 279. *Quæstio preponitur, in fine*, Gābar. *d. tit. de Coadiutorib. n.* 11. Card. Tusch. *d. conclus.* 402. *num.* 10. Gonzal. *d.* §. 9. *n.* 33. Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori Eccles. resol.* 494. *n.* 11. Azor. *instit. moral. p.* 2. *l.* 3. *c.* 2. *q.* 9. Cauagnol. *tom.* 2. *decis. consultiua* 582. *per tot.*

27 vbi quòd Vicerector seruiens Ecclesiæ, & administrans Sacramenta Parochianis pro Rectore infirmo, consequitur emolumenta ipsius Rectoris, & licita esset retentio oblationum, & eleemosynarum sibi factarum.

28 Quando autem redditus Ecclesiæ Coadiutori, & ægrotanti beneficiario non sufficiunt, alimenta potius danda esse Coadiutori quam beneficiario infirmo, existimauit Azor. *d. q.* 9. Ego tamen post Aloys. Ric. *d. n.* 11. pium magis putaui *d. p.* 4. *alleg.* 63. *n. vlt.* prius prouideri debere infirmo Coadiuto, & deinde in subsidium teneri Parochianos ad alimenta Coadiutoris.

29 Coadiutoris concessio non liberat Coadiutum à residentia, vt in Episcopo declarauit S. Congreg. negotiis Episcoporum, & Regular. præ-

30 posita *in Nicoterea* 7. *Septembris* 1619. quem retuli *lib.* 1. *cap.* 16. *in fine*; & in specie quod Coadiutus quicunque inhabilis & illiteratus a residentia abesse non possit, ne aliàs sit melioris conditionis stultus, & insufficiens, quàm prouidus, & litteratus, resoluunt Gonzal. *d.* §. 9. *n.* 30. Quarant. *in sum Bullarij verb. Residentia vers. præter summistas*, Garc. *d. cap.* 5. *num.* 8. Piasec. *in praxi Episc. p.* 2. *cap.* 3. *num.* 27. Vgolin. *de officio Episc. cap.* 15. §. 3. *ad fin. & cap.* 54. *nu.* 3. Ego ipse *d. p.* 3. *allegat.* 63. *num.* 8.

31 Nec ex eo quòd Coadiuti residere tenentur, Coadiutores liberantur à residentia, quia reperi sacram Congreg. Conc. censuisse Coadiutores Rectorum Parochialium auctoritate Apost. institutos ad personalem residentiam vt Rectores ipsos teneri prout nobis idonei testes sunt Galet. *in Margarita casuum conscient. verb. Residentia* 1. Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori Eccles. decis.* 564. *n.* 14. & *decis.* 502. *in* 1. *edit.* aliàs *resol.* 494. *n.* 14. & *resol.* 393. *ampl.* 5. *in* 2. *edit.* Caman. *d. rub.* 7. *cap.* 6. *n.* 104. Monet. *de optione Canonica, cap.* 4. *qu.* 8. *n.* 157. Armendar. *in addit. ad recopil. legum Nauarræ lib.* 2. *tit.* 33. *de resident. num.* 171. Ego ipse *d. part.* 3. *alleg.* 53. *num.* 78. Hactenus de Coadiutoria temporali, & reuocabili nunc verò ad aliam speciem accedamus.

32 Coadiutoria perpetua, & irreuocabilis, & cum futura successione quamuis olim facilè concederetur iuxta formulam, quam ponit Mandos. *reg.* 11. *Cancel. quæst.* 6. tamen post Concilium Trid. minimè permittebatur, illud enim *sess.* 25. *de reform. c.* 7. *vers. In Coadiutoriis*, statuerat vt nemini in quibuscumque beneficiis Ecclesiasticis permitterentur perpetuæ, & irreuocabiles Coadiutoriæ cum futura successione, & quod iuxta eius dispositionem fuit inuiolabiliter obseruatum vsque ad Pontificatum Sixti V. sed ab eo vsque ad hæc tempora huiusmodi Coadiutoriæ perpetuæ, & cum futura successione concessæ fuerunt, & conceduntur in Episcopatibus Dignitatibus, Canonicatibus, & portionibus Cathedralium, & Col-

33 legiatarum Ecclesiarum, à solo scilicet Papa, & non ab alio, quamuis sit Legatus, seu Nuncius, vt doceat Flamin. Paris. *de resignat. benef. lib.* 6. *q.* 5. *num.* 15. & *lib.* 7. *q.* 10. *num.* 14. Gonzal. *d. glos.* 5. §. 9. *nu.* 91. Monet. *de distribut. quotid. p.* 2. *qu.* 3. *num.* 33. Garc. *d. p.* 4. *c.* 5. *n.* 19. Campan. *d. rub.* 7. *cap.* 6. *n.* 105. *prope fin.*

De Coadiutore perpetuo Archiepiscopi, & Episcopi cum futura successione, & quam auctoritatem, & iurisdictionem habeat, agunt Prosp. de August. *in addit. ad Quarant. in sū. Bullarij verb. Archiepiscopi auctoritas, aucter.* 13. *n.* 12. *in fine*, Piasec. *in praxi Episc. p.* 1. *c.* 1. *n.* 10. Campan. *d. cap.* 6. *n.* 107. qui referunt sequentem declarationem. *Die Iouis* 31. *Ianuarij* 1561. Congregatio Illustrissimorum DD. Cardinalium super sacris Ritibus ad dubia nomine Illustrissimorum DD. Cardinalium Poleothi, & Veronen. proposita, sic respondendum censuit. 34

Ad primum dubium censuit Coadiutori cum futura successione non licere ingredi ciuitatem Pontificaliter, quia licet sit Coadiutor cum futura successione; ex quo tamen non habet ius iure, sed ad rem, non debet recognosci tanquam Superior, & caput, sed vti Coadiutor, & eò magis, quia contingere potest, vt non succedat in Episcopatu, sed prior moriatur. 35

Ad secundum respondit ipsum nō debere vti cruce in diuinis, nec in functionibus Pontificiis, nec dum incedit per vrbem, cùm Crux sit signum, & ornamentum dignitatis, & iurisdictionis, & Coadiutor vtraque careat. 36

Ad tertium censuit Coadiutorem Pontificalia in Ecclesia exercentem absente Archiepiscopo vti posse cappa, cum ea sit tantum ornamentum dignitatis Episcopalis, præsente autem Archiepiscopo vti debet mantellette, & rochetto, neque licere vnquam Coadiutori vti mozzetta, & rochetto etiam absente Archiepiscopo, cum hoc proprium sit eius penes quem est dignitas, & iurisdictio. 37

Ad quartum respondit negatiuè cùm vna sedes non capiat duos. 38

Ad quintum censuit Canonicos esse compellendos vt Coadiutori Episcopo solemniter celebranti, & Pontificalia exercenti semper assistant, alioquin indecorum videretur si Episcopus sine Canonicorum assistentia celebraret, nec non videretur esse contra decretum Concilij Trident. quod extensive huic etiam casui accommodari potest. 39

Quoad circulos respondit Canonicos nō debere accedere ad circulos, cum ipsi circuli denotent membrorum vnionem ad ipsum caput, & ex superius deductis constat Coadiutorem non debere esse caput.

Quo verò ad confessionem faciendam cum celebrante solemniter respondit decere vt Coadiutor Episcopus cōfessionem faciat cum sacerdote Canonico celebrante. & vt idem quoque benedicat in fine Missæ ne populus præsens Diuinis benedictione Episcopali defraudetur, & iam est vsu receptum, vt Episcopus benedicturus in fine Missæ faciat etiam confessionem cum celebrante. 40

Ad sextum censuit licere Coadiutori, de licentia tamen Archiepiscopi benedicere populo dum per ciuitatem incedit. 41

Ad septimum respondit maximè decere vt Canonici prodeant obuiam Coadiutori Episcopo ad Ecclesiam Pontificaliter accedenti ad ostium Ecclesiæ, eumque discedentem ad idem ostium deducere, immo esset valde commendandum si nonnulli Canonici officij, & vrbanitatis gratia ad ipsius Coadiutoris adesse accederent. 42

Ad octauum respondit Coadiutorem non habere facultatem 43

facultatem largiendi Indulgentias, & sic eas Archiepiscopi nomine, si quas Arciespicopus concedere voluerit, esse publicandas. Hanc declarationem Hispano idiomate transcripsit Machado *d. tract.* 18. *documento* 2. *num.* 4.

44 Inueni quoque decisum Coadiutores Episcopi Veronen & Tridēt. *in Synodo Prouinciali Aquilein.* debere inter Episcopos Prouinciales loco suæ promotionis sedere cum propriis radiis fulgeant. Ita Cōg. S. Rituum *sub de* 10. *Septemb.* 1596.

45 Item Coadiutorem Archiespicopi Metropolitanæ Bononien. debere præcedere vexilliferο eiusdem ciuitatis, declarauit eadem S. Congr. *in Bononien.* 4. *Maij* 1592.

Item Coadiutum Episcopum, & non Coadiutorem teneri visitare limina Apostolorum censuit S. Congr. Concil. *sub die* 4. *Augusti* 1609.

46 Denique monet Concil. Trid. *d. sess.* 25. *de reform.* 7. quod si quando Ecclesiæ Cathedralis vrgens necessitas aut euidens vtilitas postulat Præ-
47 lato dari Coadiutorem, is non alias cum futura successione detur, quam hæc causa prius diligenter à Sanctissimo Romano Pont. sit cognita, & qualitates omnes in illo concurrere certum sit, quæ à Iure, & decretis eiusdem S. Concilij in Episcopis requiruntur, alias concessiones subreptitias censendas super his factas esse declarat. Ex quo Concilij loco colligit Flamin. Paris. *d. lib.* 7. *q.* 20. *n.* 15. Episcopo dandum esse Coadiutorem sufficientem habentem qualitates pastorali officio requisitas, & *n.* 14. *cum multis seqq.* refert plures causas, propter quas Coadiutores Episcopis sint concedendi, nam ideo Coadiutoriales cum futura successione deputandis ita euidens vtilitas, & causa diligenter probata requiritur, quia huiusmodi Coadiutoriæ omni Iure detestabiles sunt, & solo stylo inuentæ, Sanch. *in consil. moral. lib.* 2. *c.* 2. *dub.* 64. *n.* 1. Sebast. Cæs. *de Eccles. hierarch. q.* 2. *proœm.* §. 4. *n.* 19. At iam proh dolor! isti Coadiutores magis suum commodum quàm Ecclesiæ vtilitatem & necessitatem prospiciunt, & mediante Coadiutoria, voluntaria & electiua successio conceditur pro consanguineo, vel amico, nulla habita de Ecclesiæ necessitate ratione, vt videtur considerare Gambar. *de officio legati lib.* 5. *tit. de Coadiutorib.* ibi, *de Coadiutoribus autem qui hodie dantur à Pontificibus cum successione ad petitionem impediti*, &c. *hodie non sunt Coadiutores, sed hæredes, plerumq; pueri, qui nec dum Coadiutore sed pædagogo indigerent, & quæsito colore intrat fœda successio in Ecclesiam Dei*, &c.

48 Nunc deueniamus ad hos Coadiutores Dignitatum, Canonicatuum, & Portionum Cathedralium, & Collegiatarum Ecclesiarum hoc tempore dari solitos perpetuos, & irreuocabiles cum futura successione, quorum potestas, auctoritas, & officium cum à forma dationis Coadiutoriæ pendeat, illius ante omnia est inspiciendus tenor litterarum, ex Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. glos.* 5. §. 9. *num.* 94. qui vt plurimum continet vt per hanc dationem & deputationem constituatur quis, & deputetur alteri in Coadiutorem perpetuum, & irreuocabilem in regimine & administratione Dignitatis, seu Canonicatus, & præbendæ, quos ille obtinet in spiritualibus & temporalibus cum plena, libera & omnimoda facultate & auctoritate, & potestate omnia & singula, quæ ad huiusmodi Coadiutoris officium de Iure, vel consuetudine, aut aliàs quomodolibet spectant & pertinent, faciendi, gerendi, exercendi, & procurandi, ita quòd durante Coadiutoris officio huiusmodi talis Coadiutor Coadiuto absente, vice, & loco illius eidem Ecclesiæ vti Canonicus seu Dignitas deseruire, stallúmque in choro & locum ac vocem in Capitulo processionibus, & aliis actibus eiusdem Ecclesiæ habere, necnon omnes & singulas prærogatiuas, præeminentias & honores, quos principalis ratione Canonicatus, aut Præbendæ, seu Dignitatis habet, & si præsens adesset haberet atque omnia & singula fructus, redditus, prouentus, iura, obuentiones, distributiones quotidianas, & alia emolumenta quæcunque etiam anniuersaria, manualia & alia quomodolibet nuncupata in quibusuis rebus consistentia, quæ per ipsum principalem, si personaliter diuinis Officiis, tam diurnis quam nocturnis in eadem Ecclesia interesset lucrifieri, & percipi possint in omnibus & per omnia absque vlla prorsus differentia pro eo lucrari & percipere libere, & licitè valeat. Solet tamen apponi clausula, quod non possit, nec debeat Coadiutor nisi de ipsius principalis consensu & voluntate in dicto regimine & administratione quouis modo se intromittere, aut immiscere, neque prætextu Coadiutoriæ quouis titulo, seu causa quicquam petere, seu exigere, & deinde dicitur, quod cùm primùm tale beneficium per cessum, vel decessum, seu quamuis aliam dimissionem, vel amissionem, Coadiuti, vel alio quouis modo vacare contigerit, & sic eodem Coadiutoriæ officio cessante conferatur, & assignetur eidem N. & in corporalem possessionem illius, & annexorum, iurium, & pertinentiarum, auctoritate Apostolica inducatur, & defendatur. Et notat Rota apud Paul. de Rubeis *dec.* 313. *n.* 20. *cum seq. tom.* 3. *diuers. disp.* 7. *recent.* quòd Papa in concessione harum Coadiutoriarum duo facere censetur, primò prospicere Ecclesiæ, occurrendo tum præsenti illius necessitati propter infirmitatem Coadiuti, tum futuræ eiusdem vacationi. Secundò videtur voluisse prouidere Coadiutori de beneficio præueniendo tempus vacationis, quæ est successura per obitum eiusdem Coadiuti: sed principaliter datur pro necessitate Ecclesiæ, & non personæ, cui conceditur Coadiutoria, ead. Rot. apud Paul. de Rubeis *decis.* 20. *n.* 11. & *decis.* 114. *n.* 13. *tom.* 2. *diuers.* aliàs *p.* 6. *recent.* non requiritur tamen tempore obitus Coadiuti pro Coadiutore noua collatio cùm absque aliquo ministerio gratiæ Coadiutoriæ ex primo iure sibi concesso effectuetur, quia Papa in istis Coadiutoriis ex nunc prout ex tunc facit collationem, Rota *apud Marches. de commission. p.* 1. *pag.* 466.

Coadiutores igitur huiusmodi cum futura suc- 49
cessione non sunt beneficiarij interim dum viuunt Coadiuti, nec habent ius in re, sed ad rem, vt per Nau. *in cap si quando, de rescript. prælud.* 5. *n.* 10. & *in tract. de orat. c. si quando, de rescrip. prælud.* 5. *num.* 10. & *in tract. de orat. c.* 20. *n.* 18. Ludou. à Sarania *in tract. de iurisd. adiunct. qu.* 19. *num.* 44.
Rot. *decis.* 456. *n.* 9 *par.* 1. *recent.* quia Coadiutoria 50
huiusmodi non sunt verè & propriè beneficia, secundū Abb. *in c. de rectoribus, de clerico ægrot.* Petr. Greg. *de re benef. c.* 11. *n.* 12. Gonz. Mendez de Cabedo *diuers. Iuris arg. lib.* 4. *c.* 1. *n.* 8. Azor. *instit. moral. p.* 2. *l.* 3. *c.* 2. *q.* 4. Gonzal. *d glos.* 5. §9. *n.* 40. & 64. *cum seqq.* Anton. Fabr. *in theorica de re benefic. tit. de officiis & administ. n.* 20. *cū seq.* Sebast. Cæs. *in relect.* 51
de Eccl. Hierarchia p. 3. *disp.* 14. §. 9. *à princ.* Nam

Papa

Papa Coadintoriam concedendo non prouidet abſolutè de beneficio, illud abſolutè conferendo, ſe ad effectum prouidendi neceſſitati Eccleſiæ Buratt.*decif*.78.

52 Vnde Coadiutorem Canonici cum futura ſucceſſione vocari Canonicum fictum tradunt Gon-
53 zal. *d.gloſ*.5.9.*n*.107.Monet.*de opt. Canon.qu*.8. *n*. 143.Ludoo à Sarauia *d.tract.de iuriſd.adiunctorum qu*.29.*nam*.32.

54 Per obitum enim Coadiuti dicitur beneficium vacare, Pute.*decif*. 225. *numero* 3. *lib*. 3. *in correctis*. Caualer.*decif*.116.*num*.5.& Coadiutoria poſt mortem Coadinti continet gratiam Coadiutoris, ex
55 Pute.*d.decif*.215.*n*.6.*lib*.3.*&* *decif*.98.*l*.2.Gonzal. *d.gloſ*.5.§.9.*num*.53.*& ſeq*. Monet. *d.q*.8.*a*.143.ac proinde non ſubiacet publicationi, Ludouic. à Sarauia.*d.qa*.29.*u*.23. Mandoſ. *de ſignatura gratiæ tit.de Coadiut.verb ſi Papa*, Nouar. *in ſum.Bullar. tit de benefic.reſign.nam*.18.aduertit Leiua *in exam. Epiſc.lib*.4.*&* 58. *u*.6.ſecurius eſſe publicationem facere; licèt enim ſit ſimilis reſignationi, eſt tamen quid diuerſum ab illa, Rota *decif*. 10 *num*. 3. *lib*.3.*p*.3.*diuerſ*. Gonzal. *d*. §. 9.*nam*.69. Caualer.
56 *decif*.116.*n*.4.

Hinc prouenit quod Coadiutor conſequi non poteſt fructus ex beneficio Codiuti, Nau. *conſ*. 2. *num*.3.*de cleric.ægrot*. Ludouic.à Sarauia *d.qa*. 29.
57 *n*.26.Rot. *decif*.285.*lib*.3.*part*.3.*diuerſ*.Sed lucratur etiam diſtributiones quotidianas abſente Coadiuto ad vtilitatem ipſius Coadinti, ita Trulench. *in Decalog.lib*.1.*cap*.8.*dab*.6.*nam*. 3. vt cenſuit ſa-
58 cra Rituum Congreg. *in vna Colimbrien*. 16. *Septembris*.1606.*in dab*.6.*& ia alia Elboren*.15.*Aprilis*. 1606.& ideo quando Coadintor habet aliunde vnde ſe valeat decenter ſuſtentare, diſponitur nonnunquam, quod nihil prorſus percipere debeat de fructibus, nec diſtributionibus, prout fuit in caſu in quo Nau. conſuluit *d.conſ*.2.*n*.3. & ſæpè aliàs fit. Et interdum mandatur dari centum ducatos, & aliquando plus, vel minus, prout partes inter ſe conueniunt ante porrectam ſupplicationem, habita ſemper conſideratione, ne Coadiutor egeat, refert Gonzal. *d.gloſ*.5.§. 9. *u*. 96. quia aliàs Coadiutor poſſet petere à Coadiuto congruam ſuſtentationem, ſi deſeruiat vti Coadiutor Nau.*d.conſ*.2.*a*. 230.*dub*. 36. niſi aliud caueatur in Coadiutoria huiuſmodi, in qua hodie conſuetum eſt poni clauſula, quia partes ita conueniunt, quod Coadiutor non poſſit petere congruam, nec quicquam exigere quouis titulo ratione Coadiutoriæ, vt ipſe teſtatur Garc. *vbi proximè* ſubdens id procedere etiamſi non narretur Coadiutorem habere beneficium, ſeu vnde ſe valeat ſuſtentare, quamuis ſi Coadiutor ob paupertatem magnam, non valeat decenter ſeruire Eccleſiæ, poſſet excuſari à ſeruitio, nec principalis poſſet illum arctare, ſeu compellere, niſi dando ei aliquid quo decenter & honeſtè valeat deſeruire.

59 Nec tenetur ad officium Canonicum recitandum, ſed proprietarius, vt per Campeg. *de Coadiutore Epiſcopi*, *n*.8. Nau.*in c. ſi quando prel*.5.*nam*. 20.*de reſcr.& de orat.c*.20.*n*.18.Gambar.*de offic.Legati à latere lib*.4.*n*.285.Rodoan.*de ſimon.part*.2.*c*. 28.*de Rectorib*.Suarez *de relig.tom*.2.*tract*.4. *lib*. 4. *cap*.22.*nam*.19. Sebaſt.Acoſta. *in Bull. Cruc.q*. 75. Molfeſ.*in ſum.Theolog.moral.tract*.2.*c*.3.*n*.44.Azor. *inſtit.moral.par*.1.*lib*.10.*c*.4.*qu*.1. Valer.Reginald. *in praxi fori pœnit.lib*.30.*num*. 41. Nicol. Garc. *de benefic.p*.3.*cap*.1.*n*.109.Malder. *de virtut.tract*. 10. *cap*.2.*dub*.3.*quæſt*.2.Oliuer. Bonart. *de obligat.Horarum Canonic.lib*.2.*cap*.4.*nu*.26. Bonacin. *de Horis Canon.diſp*.1.*q*.2.*puncto* 3.*& num*.15.Squillante *de oblig.cleric.p*.1.*à n*.14.Ludou.à Sarauia *d.q*. 27. *n*.24. Paul.Layman *in Theolog.morali lib*.4 *tract*.2. *c*.5.*n*.8.*in fine*.Sebaſt.Cæſar.*d.diſp*.14.§. 9. *num*. 3. Sanch.*in conſil.parc*.1.*lib* 2.*cap*.2. *dub*. 64 *num*. 3. Me citato *in hoc loco* Trullench.*in præcepta Decalogi lib*.1.*cap*.7.*dub*.12.§.3.*numero* 10.quicquid dicat Diana *mor reſol.parc*. 5. *tractat*. 13. *miſcel*. 1.*reſol*. 75.

Nec tenetur ad fidei profeſſionem, niſi cum 60
fuerit ſucceſſioni locus, vt contra Acoſtam de Andrada *ad Bullam Cruciata qa*. 73. reſoluunt Nicol. Garc.*de benefic.par*.3.*c*.3.*num*.16. Ludouic. à Sarauia, *d.quæſt*.29.*num*.37.Ego ipſe *de officio, & poteſt. Epiſcopi part*.3.*alleg*.61.*n*.18.me citato Squillante *de priuilegiis cap*.4.*num*. 79.Macado *tract*.7.*doc*.3. *num*.2.

Nec verè capit poſſeſſionem niſi poſt ceſſatio- 61
nem Coadiutoriæ, Rot. *decif*.356.*num*.6.*par*.1.*recent*.Ludou.à Sarauia *d.q*.29.*numero* 51. non enim
ſufficit prima capta poſſeſſio viuente Coadiuto, 62
vt declarauit ſacra Rituum Congreg. in Patauina 30.*Ianuar*.1616.*& in d.Colimbrien*. debet enim
poſt mortem Coadiuti noua capi, eadem S. Con- 63
greg.*in Patauina* 3. *Iunij* 1616. & idea *in vna Terulen*. 21. *Martij* 1609. cenſuit quòd Coadiutor debet habere locum captæ poſſeſſionis poſt mortem Coadiuti & non locum captæ poſſeſſionis vi-
uente Coadiuto, & *in alia Bergomen*. 7. *Augaſti* 64
1627.cenſuit poſſeſſionem ab obitu Coadiuti numerandam eſſe, quamuis prior poſſeſſio caderet ad annos 20.

Nec ei aſſignatur eadem ſedes principalis Co- 65
adiuti, ſed ſedere debet vltimo loco, poſt omnes Canonicos, prout deciſum referunt Gonzal.*d.gloſ*. 5.§.9.*num*.101.*&* 109.*cum ſeqq*.Monet.*de opt. Canon.cap*.4 *quæſt*.8.*ex nam*.141.Nicol.Garc.*d.par*. 4. *c*.5.*ex nam*.66. Sebaſt.Cæſar. *d*.§.9.*num*. 6. Macado *d.l*.4.*p*.4.*tract*.7.*docum*.1.*a*.5.Rot.*decif*.456.*& decif*.637.*part*.1.*recent*.Ludouic.à Sarauia *d.q*.29.*nu*. 41.vbi tenet Coadiutores antianitatem non à die eorum admiſſionis, ſed à ceſſationis Coadiutoriæ die adipiſci. Rota apud Marcheſ. *commiſſ.p*.1.*pag*. 468.

Et quòd Coadiutores viuentibus Coadiutis 66
ſedere debent in vltimo loco poſt omnes Canonicos, & quando aliquas functiones faciunt, quæ pertinent ad ſuos Coadiutos: vt cantare Lectiones, præintonare Antiphonas, &c. pariter debent illas facere in nouiſſimo loco, cenſuit S. Rituum Congreg.*in d.Colimbrica*.16. *Septemb*. 1606. *in* 4. *dub*.& in Patauina 3.*Decembris* 1616. Brundunſin. 18. *Martij* 1617. Caſalen.15. *Iulij eiuſdem anni*, *&* 10,*Decemb*.1619. & in Vincentin. 17.*Auguſti* 1618.

Competit igitur præcedentia Canonicis quam- 67
uis poſteriùs prouiſis, niſi aliud in forma Coadiutoriæ caueatur, quacunque conſuetudine in contrarium non obſtante, eadem S. Congr.*in d. Colimbrien*. 16. *Septembris* 1612. *in* 2. *dab*. Taurinen. 10.*Nouembris* 1612. *&* 3.*Iunij* 1613. Brundiſin. 18. *Martij* 1617. Elnen. 20. *Aprilis* 1619. Tiraſonen. 13. *Iulij eiuſdem anni*, Dertonen. & Cæſaraguſtana 26. *Septembr*. 1610. Bellunen. 23. *Ianuarij* 1621. Triuiſin. 29. *Maij eiuſdem anni*, Calaritana 18. *Auguſti* 1629. vbi fuit reſolutum Coadiutoribus nullam deberi ab aliis Canonicis præcedentiam, Caſalen. 10.*Decembr*. 1619. vbi fuit dictum ſtatutum Eccleſiæ Caſalen.

disponens quòd Coadiutores gradatim ascendant, & præcedant posterioribus Canonicis, vel Iuri Canonico aduersans seruandum non esse, sed Coadiutores post omnes cedere debere eundem locum, quem vigore statuti auctoritate Apostolica minimè confirmati, nec consuetudinis haud legitimè præscriptæ habebat tempore Coadiuti sed illum cedere debere omnibus Canonicis proprietariis ingressis durante eius Coadiutoria. Quamuis Nicol. Garc. *dict. part. 4. cap. 5. num. 68.* ex Rotæ decisione crediderit Coadiutori Canonici assignandam esse vltimam sedem post omnes Canonicos proprietarios existentes tempore suæ receptionis, & ingressus, acquirere tamen antiquitatem respectu Canonicorum post instantiam, & eos præcedere. Respectu enim honoris nunquam sul stiturus, subrogatus, vicesgerens, delegatus, & similes eandem habent prærogatiuam, quam principales, Ponte *decis. 15. num. 8.* Cabed. *Lusit. decis. 4. num. 6 part. 1.* Gonzal. *ad reg. 8 Cancell glos. 5. §. 9. num. 102. & 103.* Nicol. Garcia *dict. part. 4. cap. 5. num. 65.* Mastrill. *de magistr. lib. 5. cap. 15. num. 61.* Sic & in reuerentialibus non possunt locum tenentes, sicut Rectores, & substituti adæquari principalibus, Feder. de Senis *cons. 302.* Mich. Ferro *de precedent. q. 1. n. 28. & q. 15. n. 7.*

68 Verum vbi Coadiutor in Dignitate esset, absente vel impedito Coadiuto suo, præcedit omnibus Canonicis S. Congr. Rit. *in Neritonen. 21. Octobris 1619.* idemque pro eo stallum, quod Coadiutus, si præsens esset, obtineret, habere debet, vt censuit ead. S. Congreg. *in Brundusin. 29. May 1611* Vnde cum Stephan. Guenierius prouisus de Coadiutoria Archidiaconatus primæ dignitatis. Neriton. quæsiisset ab eadem Sacra Rit. Congr. quo in loco debeat ipse sedere absente Archidiacono Coadiuto; item an ad ipsum spectent functiones quas faceret idem Archidiaconus, si præsens esset? eadem Sacra Rit. Congr. Eminentiss. Card. Crescentio referente censuit Coadiutori supradicto iuxta formam litterarum Coadiutoriæ competere locum, seu stallum in quo sederet Archidiaconus Coadiutus si præsens esset, necnon ad eundem Coadiutorem spectare functiones, quas obiret idem Archidiaconus si adesset, ita *sub die 21. Octobris 1619.*

69 Cùm in certa Ecclesia Metropolitana sint duo Primicerij, & inter eos seruetur quòd vacante primo Primiceriatu, secundus primicerius subintret locum primi, & efficiatur primus, prouisus verò in locum primi sit secundus, orta fuit controuersia inter secundum Primicerium, & Coadiutorem primi, cui eorum absente, vel impedito primo Primicerio Coadiuto deberetur primus locus, & præcedentia, S. Congreg. Rit. *die 17. Iulij 1632.* vtraque parte plenè informante censuit, in præsenti casu ad relationem Eminentissimi Card. Pamphilij durante Coadiutoria, absente, vel impedito primo Primicerio Coadiuto, primum locum & præcedentiam deberi secundo Primicerio non autem Coadiutori primi Primicerij: Coadiutoria verò cessante, & facto loco futuræ successioni secundum Primicerium effici primum, & in illius locum subintrare, Coadiutorem verò effici secundum.

70 Nec intelligitur Coadiutor comprehensus in statuto, quòd ex aliqua causa iubilatè facit Canonicos, eadem sacra Congr. *in Elboren. 15. Aprilis 1608. in 3. dubio.* Quicquid dicat Garc. *cap. 4. num.* 89. Et Rota apud Marchesf. *de commiss. part. 1. pag. 467.* censuit primò coadiutum non priuari priuilegio iubilationis iam quæsitæ, secundò priuilegium iubilationis non suffragari Coadiutori, tertiò Coadiutum non perficere suam iubilationem per seruitium Coadiutoris.

71 Nec sibi aptat, sed Coadiuto, Monet. *de optiom. Canon. quæst. 8. num. 152.* Loudou. Sarauia *d. quæst. 29. num. 31.* & declarauit eadem sacra Rit Congreg. *in d. Colimbrien. 16. Septembris 1606. in. 5. dub.*

72 Nec in ingressu debet fabricæ soluere, quod est consuetum solui per canonicos de nouo ingressos, Nicol. Garc. *d. p. 4. c. 5 n. 78.*

73 Nec potest esse Iudex Apost. seu delegatus Papæ, vel designari Iudex Synodalis, quis ex dicendis Coadiutor non est verè dignitatis Prælatus, seu Canonicus, quamuis sit in seruitio Ecclesiæ, & sic non habet qualitates, *c. statutum · de rescript. lib. 6.* Ita contra Acostam de Andrada *ad Bullam Cruciatæ quæst. 5.* resoluit Nicol. Garc. *d. part. 4. cap. 5. In addit. post num. 130. dub. 28.* vbi subdit, propterea commissionem factam Dignitati non transire in eius Coadiutorem, non solùm quando fuit expressum nomen proprium, sed etiam quando non fuit expressum: quicquid dubitet Machado *d. tract. 7. doc. 1. n. 7.*

74 Nec gaudet priuilegiis, & indultis de percipiendis fructibus in absentia, porà ratione studij, aut lecturæ in aliqua Vniuersitate, quibus Coadiutus gaudere potest, ex multis adductis per Nicol. Garc. *in d. addit. dub. 30.*

75 Nec tenetur ad onera Canonicorum iuniorum, licèt, tenetur ad onera sui Coadiuti, quia licèt sedeat post omnes Canonicos, id non est ex eo quòd sit Canonicus iunior, sed quia non est verè Canonicus, & fulget aliena Dignitate non propria. Ita Nicol, Garc. *in d. addit. dub. 33.* declarauit S. Rituom

76 Cong. *in d. c. Colimbrien. 16. Septem. 1606. in 7. dub.* Vnde censuit in alia Elboren. *15. April. 1606.* quòd Canonicos iunior iuxta consuetudinem Ecclesiæ debet supplere vices hebdomadarij absentis, vel impediti, & non Coadiutor, licèt sedeat post post vltimum Canonicum.

77 Nec potest pœnas iudiciales, & quæ non habetent rationem mulctæ ordinariæ, impositas ob culpam suam Coadiuto, aut eius præbendæ imponere, non obstante statuto contrario, quia esset iniustum & contra Ius, nisi fortè fuisset à Papa in specie confirmatum, Ita Nicol. Garc. *in addit. dub. 34. in fine.*

78 Nec tenetur tempore concessionis Coadiutoriæ habere ordinem Presbyteralem, vbi statuto Ecclesiæ cautum fuerit, quòd Canonicus actu sit Sacerdos tempore promotionis, sed sufficit habere clericatum, & legitimam ætatem ad Ordinem requisitum. Ita Caputaq. *decis. 127. num. 1. & 2.* Gonzal. *d. glos. 5. §. 9.* Nicol. Garc. *in d. addit. sub. dub. 2.*

79 Nec tenetur se promoueri facere intra annum ad Ordinem requisitum si nunquam resedit, seu inseruiit, quia Coadiutus non volt, ex quo non habet exercitium Coadiutoris, sicut habens curam habitu, & non actu, non tenetur ad Sacerdotium promoueri infra annum, vt diximus *in tract. de Paroch. cap. 5. n. 29.* Ita Nicol. Garc. *in addit. sub. die 23. vers. modo*; & ideo habilitas requiritur in Coadiuto, nec hoc casu illa Coadiutoris sufficeret, nam stante statuto in Ecclesia Barbastren. quòd Canonici, qui infra annum non fuerint promoti

promoti ad Subdiaconatum, amittant tertiam partem fructuum, & si infra alios duos annos non fuerint promoti ad Diaconatum, amittant medietatem fructuum, & si infra alios duos annos non fuerint promoti ad presbyteratum, amittant omnes fructus,& distributiones: quæsitum fuit an coadiutor datus Canonico non ordinato, vt supra possit lucrari fructus & distributiones pro coadiuto, si ipse coadiutus est ordinatus ad formam dicti statuti? Sacra Cong. *die* 1. *Decemb.* 1629. censuit Canonicum supra dictum coadiutum non lucrari fructus, nec distributiones mediatè seruitio dicti Coadiutoris.

80 Nec potest ordinari ad titulum coadiutoriæ, Salzed. *ad Bernard.in pract.cap.* 18.*num.*7.Conzal. *d. glos.*5.§.9.*n.*8.Monet.*de opt.Canon.cap.*4.q.8.*n.*169. Sebast.Cæsar.*d.*§.9.*n.*4.*&* 9. Nicol. Garc.*de benefic. p.*2.*c.*5.*à num.*132.vbi subdit posse quem ordinari ad titulum Coadiutoriæ, si fortè ratione illius haberet congruam, non tanquam ad titulum beneficij, sed tanquam ad titulum peonsionis.

81 Nec potest exercere officia ad quæ Coadiutus electus est; nam in his, quæ speciali nominatione competunt Coadiuto, non venit Coadiutor, nec eum repræsentat. Ita Nicol.Garc. *in addit. ad dict. cap.*5.*sub.n.*88.

82 Nec eo absente, vel non seruiente amittit distributiones quotidianas Canonicus Coadiutus, si per se deseruiat, quia in *causa Vrbenetana die* 9. *Septembris* 1628. Sacra Congreg. Conc. censuit distributiones quotidianas deberi Canonico Coadiuto, infirmo, absente vel non seruiente Coadiutore.latè Truleoch. *in Decalog.lib.*1.*cap.*8.*dub.* 6. *à num.*5.

83 In multis tamen Coadiutori effectus veri beneficiarij tribuuntur, vt est ille quòd tenetur habitum & tonsuram clericalem deferre, & fori priuilegio gaudet. Ita Nicol.Garc.*d.cap.*5.*numero* 97. Armendar.*in addit.ad recop.legum Nauarræ lib.*2.*tit.*17.*de foro compet.num.*26.Sebast.Cæsar.*de eccles. Hierarchia disput.* 14.§ 9.*num.*8.Squillante *de priuileg.clericor.cap.*7.*numero* 11. Machado *d.tract.*7. *docum.* 2. Ego ipse *de officio & potest.Episcopi part*,2.*alleg.*12.*n.*4.*&* 9.

84 Gaudet regul. de annali, & triennali possessore, vt apparet ex formulis Coadiutoriæ, Nicol. Garc. *d.cap.*5.*à n.*89.Gonzal.*d.*§.9.*à num.*118 & declarauit S.Rituum Congreg.*in dict. Colimbrien.*16. *Septemb.*1606.*in* 3.*dub.*

85 Et potest gaudere mensibus datis causa recreationis,& illos consumere sicut principalis, ita tamen quòd dies per vnum ipsorum consumpti non possint per alterum assumi, sed quoad ambos remaneant consumpti.Ita Gonzal.*d.*§.9.*n.*13.*& seq.*Nicol.Garc.*d.cap.*5.*n.*79.

86 Et ægrotans coadiutor aut aliàs legitimè impeditus haberi debet pro præsenti, & lucratur, sicut lucraretur principalis, quando ipse coadiutor erat actu seruiens tempore superuenientis infirmitatis, seu impedimenti, aliàs posset dari locus fraudibus in decrementum seruitij Ecclesiæ; ita dum dubitaretur in sacra Cong. Conc. *in causa Barbastren.*an coadiutus impedito, seu infirmo coadiutore teneatur inseruire, si habilis sit ad effectum lucrandi distributiones. *Die* 9. *Nouembris* 1630. S. Congreg. censuit si ex forma litterarum Appostolicatum coadiuti nunquam teneantur. Horis Canonicis interesse, coadiutores quamdiu aliqua ex tribus causis expressis *in cap. vnico, de cleric. non resid. libro* 6. verè fuerint impediti, distributiones quotidianas lucrari perinde ac si diuinis interessent.

Potest inseruire, & residere in Ecclesia excommunicato existente principali Coadiuto, quia non inseruit, nec agit nomine excommunicati, sed nomine proprio, aut nomine Ecclesiæ, vt contra Gonzal.*dict.*§.9.*numero* 128. ult.Nicol.Garc. *dict. cap.* 5. *à numero* 83. vbi *numero* 85. subdit quòd si fortè Coadiutori aliquid de fructibus, seu distributionibus assignatum est pro congrua, seu seruitio, vt aliquando fit, id sibi poterit lucrari non obstante excommunicatione principalis, quæ sibi non alteri debet nocere, & *numero* 86. cum Gonzal. *vbi supra numer.* 125. resoluit quòd tunc Coadiutor non potest lucrari pro Coadiuto excommunicato, & ad eius commodum & vtilitatem, per *cap. pastoralis*,§. *verum, de appellat.* Cùm enim in litteris Apost. coadiutoriæ dicatur quod inseruire debeter coadiutor pro coadiuto & pro ipso coadiuto lucrari, iure consequitur vt hoc priuilegium intelligeretur competere coadiuto, dummodo esset habilis & capax, Rota *apud Marchesam de commission. p.* 1.*pag.*467. 87

Et tenetur habere qualitates requisitas ad obtinendam præbendam exemplo resignatarij, vt per Flamio.Patis.*de resignat.benef.lib.*4 q.9.*numero* 19. Nicol.Garc.*de benef.part.*7.*cap.*4.*in fine.*Gonzal.*d. glos.*5.§.9.*n.*6. *&* 90.Monet.*d.cap.*5.*n.*151.*&* 155. Ludouic à Sarauia *d.q.*29.*n.*7.Campan. *in diuersorio Iuris Canon.rub.*7.*c.*6.*n.*103.vbi quòd Coadiutores huiusmodi debent esse constituti in illa ætate, quæ ad illum obtinendum beneficium requiritur, de quo etiam nouissimè Squillaote *de priuil.cleric.c.*4. *num.* 79. me citato *in hoc loco*, Didac. Narbona *de etat. ad omnes actus humanes req.anno* 30.*q.*6.vbi *n.* 4.quòd huiusmodi ætas tempore gratiæ adesse debet, de quo etiam Machado. *d.tract.*7.*docum.* 2. *numero* 2. 88 89

Et sic debet promoueri infra annum, ex quo tenet, & inseruit ad ordinem suæ præbendæ annexum, vt per Nicol.Garc.*d.c.*5.*in addit.sub num.*130. *dub.*23.*vers.modo.* 90

Extra Ecclesiam Cathedralem in absentia coadiuti, tanquam verus & proprius Canonicus censendus, quoad præmioentias veris Canonicis conuenientes, vt censuit sacra Rituum Cong. *in Pistorien.*15.*Martij* 1608. 91

Et tenetur facere mentionem de obtentis beneficiis, quæ habet; saltem ratione futuræ successionis, quæ ipsi conceditur, cùm sit gratia beneficialis, seu de beneficio, Nicol.Garc.*in d.addit.dub.* 38.vbi addit totam gratiam vitiari, & esse nullam, sinon fiat mentio de obtentis coadiutoris, quia licèt illa de se sit diuidua, & separabilis tamen ex intentione Papæ, & ipsius coadiutoris est indiuidua. 92

Et quamuis non sit in Sacris constitutus, potest omnia & singula facere, & exercere, quæ sine paramentis sacris cum cappa & cotta facere posset coadiutus, si præsens esset, sacra Congreg. Rituum *in Bononien.*19.*Decembris*.... 93

Et ei tenentur Canonici inseruire & ministrare; prout tenerentur inseruire proprio Canonico coadiuto in omnibus functionibus Canonicalibus, eadem Sacra Congregat. *in Casalem.* 10. *Ianuarij*. 1609. 94

Vtrum autem coadiutor seruiens pro coadiuto debeat exire de Capitulo in quo agitur de negotio ipsius Coadiuti? Et videtur respondendum, non debere exire, quia Coadiutor non agit, nec inseruit 95

nomine coadiuti, licèt eum repræsentet, quatenus agit & inseruit loco, & vice illius, sed agit & inseruit nomine proprio, seu nomine Ecclesiæ, & sic nihil impedit eum interesse, & dare vocem in Capitulo in quo tractatur de negotio Coadiuti, vnde videtur, quòd posset Coadiutor dare suffragium seu vocare in electione præbendæ, quam prætenderet coadiutus, & esset oppositor, & etiam pro eo suffragium dare; rursus è conuerso coadiutus bene potest interesse in Capitulo, & dare vocem seu votum vbi agitur de negotio Coadiutoris, nisi fortè tractetur de re spectante ad ipsam coadiutoriam, quæ particulariter etiam spectet ad ipsum coadiutum. Ita Nicol. Garc. *d.p.4.c.5.ex n.103.* Sebast. Cæs. *d.§.9.n.12,* vbi *n.13.* existimat non esse inconueniens quòd simul possint in habitu Canonicali interesse coadiutus, & Coadiutor in Processionibus & Missarum solemniis: principalis in loco sibi debito iuxta antiquitatem suam, Coadiutor post omnes Canonicos; quicquid dicat Nicol. Garc. *d. cap.5.ex n.107.* Cothmar. *cons.95. per tot. vol.2.* Besold. *de praced.c.2.n.25.in fine*, quorum fundamentum, quòd vnum tantum Canonicatum repræsentant, solùm concludit ne duplicem vocem habeant, vel duplices lucrentur distributiones, non quoad interessentiam, quæ diuersis respectibus vtrique conuenit, quod in eadem Ecclesia Rector principalis vt talis, & Vicarius vt Vicarius interesse valeant, & vsu receptum videmus in Episcopo, & eius Vicario generali.

CAPVT XI.

De Pensionibus.

SVMMARIVM.

1 *Continuatio, & diuisio materia.*

2 *Pensio vnde dicatur? ostenditur.*

3 *Pensio definitur vt sit certa portio ex aliquo beneficio, vel mensa ex causa ad tempus, non autem in perpetuum separata, pendens à proprietate beneficij, à quo extrahitur, sicut vsusfructus à proprietate dependet.*

4 *Pensio extinguitur, & expirat morte pensionarij.*

5 *Pensio in quibus casibus in alium transferri possit.*

6 *Beneficium perpetuum dicitur, quia non dicitur per mortem extingui, sed vacare, vt alteri concedatur.*

7 *Pensio est quoddam ius temporale, id est, ad tempus separatum & formale de per se distinctum ab ipso beneficio.*

8 *Doctores referuntur tenentes pensionem non esse beneficium ecclesiasticum, ate venire appellatione beneficij.*

9 *Mandata de prouidendo de beneficiis vsque ad certam summam non suffragantur ad prouidendum de pensione.*

10 *Pensionis ad titulum non potest quis ordinari nisi necessitas, aut commoditas Ecclesia aliud suadeat, prout Episcopus iudicauerit.*

11 *Pensionarius ratione pensionis etiam clericalis, & in titulum data non tenetur diuinum Officium, quod magnum dicitur, recitare, sed tantum Officium paruum B. Virginis.*

12 *Pensio quando reseruata fuit in capite, seu persona vnius, in commodum, & vtilitatem alterius, ille duntaxat ad officij recitationem obligatur, in cuius commodum pensio constituta est.*

13 *Officium paruum B. Virginis non tenetur recitare ille, cui confertur pensio absque praeuia conditione status clericalis.*

14 *Clericus Sacris initiatus, vel habens beneficium, simulque pensionem, satisfacit sua obligationi vnica magni officij recitatione.*

15 *Pensio clerico assignata quod sit Ecclesiasticum beneficium; ostenditur.*

16 *Pensio vel est merè temporalis, qua laico datur, vel clericalis, qua datur in titulum clericis, vt commodiús valeant sustentari.*

17 *Pensionem obtinentes habentur pro clericis ad effectum priuilegij fori contra citatos num. 18. quorum resolutio intelligenda est de pensionibus merè temporalibus, & sic datis titulo temporali.*

18 *In Beneficij impetratione facienda est mentio de pensione, qua clerico assignatur loco beneficij, non sic de pensione data titulo temporali.*

19 *Simonia materia non est pensio temporalis.*

20 *Pensio temporalis de stylo Curia non potest vendi, aut redimi propria auctoritate, aliàs reus erit simonia contra ius humanum.*

21 *Pensio clericalis est materia simonia non solùm contra ius humanum, verùm etiam contra ius diuinum, vbi recepta est* Pij V. *constitutio.*

22 *Pensionarius non potest pensionem transferre accepto pretio, vel reseruatis sibi fructibus, aut eorum fructuum parte, etiamsi alio, quia habeat facultatem illam transferendi.*

23 *Pensionarius non potest pensionem anticipatis quibusdam solutionibus extinguere priuata auctoritate.*

24 *Pensionarius absque simonia incursu, vel alterius peccati labe potest pensioni propria auctoritate cedere, nisi remittens pensionem ad illius titulum Sacris initiatus fuerit.*

25 *Pensionarius absque simonia labe potest alteri vendere, vel donare fructus sua pensionis, etiam ad totam vitam suam, modò illius titulum retineat.*

26 *Pensionis clericalis, non verò temporalis collatio facta illegitimo est inualida.*

27 *Illegitimus eatenus est incapax pensionis clericalis, quatenus est incapax Ordinis, qui illegitimis conferri non potest sine dispensatione.*

28 *Illegitimus praeuia dispensatione ordinatus eo ipso censetur & efficitur capax pensionis absque particulari dispensatione.*

29 *Illegitimus professus fit capax pensionis recipienda.*

30 *Pensiones data in titulum clericalem vacant per matrimonium per verba de prasenti contractum.*

31 *Transactio, seu noua conuentio inter titularem & pensionarium post contractum matrimonium per verba de prasenti inita super pensionis solutione absque Sedis Apost. beneplacito non valet.*

32 *Milites* Lauretani *ex peculiari priuilegio possunt retinere pensionem ecclesiasticam super beneficiis etiam iurispatronatus, Regum, vsque ad summam 200 ducatorum auri de Camera, non obstante matrimonio contrahendo, & bigamia.*

33 *Milites*

33 Milites SS. Mauritij & Lazari, etiamsi contrahant matrimonium cum vnica, & virgine, remanent capaces retinendi pensiones vsque ad summum ducatorum 400.

34 Milites S. Stephani retinent pensiones vsque ad summam 400. non obstante matrimonio contracto, & bigamia.

35 Pensiones, quæ laicis dantur titulo merè temporali, per matrimonium contractum non extinguuntur.

36 Pensiones si sint reseruatæ pro officio aliquo compatibile cum matrimonio, per illud contractum non extinguuntur.

37 Pensio titulo clericali reseruata non extinguitur per matrimonium, vbi cum clerico illam habente fuerit sufficienter dispensatum per Papam.

38 Pensio data in titulum clericalem vacat per promotionem ad Episcopatum.

39 Pensiones in titulum clericalem datæ vacant per professionem Religionis, non tamen militaris præter Hierosolymitanam.

40 Pensio in titulum clericalem excommunato data non tenet.

41 Reseruatio pensionis facta ordinato prima tonsura ab alieno Episcopo sine litteris dimissoriis est nulla, secus si illa data fuisset titulo merè temporali.

42 Pensionem non potest clericus obtinere ante 14. annum, sed stylus Dataria obtinuit sufficere septem.

43 Filij & nepotes hæreticorum sunt inhabiles ad pensiones acquirandas.

44 Incapaces beneficiorum sunt etiam incapaces pensionis.

45 Pensionis reseruatio super fructibus beneficij sæcularis facta religioso sine dispensatione Papæ, est inualida

46 Irregulari facta pensionis reseruatio est nulla.

47 Pensionarius excommunicatus non facit suos fructus pensionis.

48 Filij clericorum non possunt habere pensiones super fructibus beneficiorum, quæ parentes eorum obtinent, vel aliàs obtinuerunt.

49 Pensionem obtinens tanquam clericus, si incedat in habitu sæculari, pensio ipso iure remanet extincta.

50 Pensiones in titulum clerico assignatæ per militiam censentur vacare.

51 Pensionis nomen olim pro censu perpetuo, quod ecclesiis, vel rebus ecclesiasticis perpetuo concessis soluitur, accipi consueuit.

52 Pensio à beneficio differt non solùm nomine, sed etiam natura, & effectu.

53 Pensiones antiquioribus Ecclesiæ temporibus non adeo in vsu fuerunt.

54 Origo, vel causa pensionum vnde potissimum descendat? ostenditur.

55 Papa pensionem sine causa imponere potest

56 Episcopus potest reseruare pensionem pro bono pacis, pro studio alicuius scholaris pauperis, vel in vtilitatem Ecclesiæ, pro concordia litis, pro pauperibus & egenis, pro benemeritis, & pro vsu pio.

57 Causa iusta in Episcopo pensionem reseruante est amor, quo suum ex fratre nepotem prosequitur, vel vt commodius S. Scripturæ operam dare posset.

58 Causa iuuandi viros litteratos, & sacris litteris studentes est adeò fauorabilis, vt Episcopus posset etiam contra Canones dispensare.

59 Episcopus cum maiori parte Capituli, & contradicente minori potest statuere, vt quilibet Canonicus de suis Præbendis conferat alicui pauperi scholari studenti certam quantitatem singulis annis in subsidium.

60 Episcopus potest mandare cessante pacto quod recipiens beneficium pinguius soluat aliquam pensionem suo tempore duraturam ad coæquandos fructus vtriusque beneficij permutati.

61 Regularium Superior potest pensionem imponere in beneficiis suæ Religionis manualibus, & amouibilibus, quæ ad proprietatem transeunt in Religionem.

62 Præceptor Generalis Militiarum potest imponere pensionem in Commendis suæ Religionis spectantibus ad illud ad fauorem Religiosorum, siue Equitum eiusdem Religionis.

63 Pensionem quis obtinere valeat, ostenditur.

64 Filij clericorum qui non ex legitimo nati sunt matrimonio, non possunt obtinere pensiones super fructibus beneficiorum, quæ parentes eorum obtinent, vel obtinuerunt.

65 Filius legitimus non prohibetur habere pensionem super beneficio paterno.

66 Pater clericus habens facultatem, pensionem, quam possidet, transferendi, illam transferre potest in filium clericum.

67 Concil. Trid. sess. 25. c. 15. de reform. loquitur, quando pensio est reseruata super beneficio, quod habuit pater.

68 Priuilegia officiis omnibus Romanæ Curiæ concessa, vt laici, bigami, & clerici coniugati possent pensiones obtinere, fuerunt à Pio V. reuocata.

69 Cathedrales Ecclesiæ, quorum redditus summum ducatorum mille, & Parochiales, quæ summam ducatorum centum non excedunt, vllis pensionibus, aut fructuum reseruationibus prægrauari non debent.

70 Pensio legitimè imposita est à beneficiato soluenda atque ad id compelli potest non solum in futurum, sed etiam in præteritum pro terminis diuersis ante suam prouisionem.

71 Pensionarius potest agere hypothecariè contra successorem in beneficio, super quo fuit imposita pensio.

72 Pensionarij in electione erit vel agere contra beneficij possessorem, vel contra hæredem defuncti prædecessoris, in casibus, in quibus hæres est obligatus, siue contra prædecessorem in beneficio si adhuc viuit.

73 Pensionario datur actio contra successorem in beneficio pro terminis decursis, & non solutis in vita prædecessoris, si contra eundem prædecessorem diligentiæ præcessissent.

74 Pensio quibus casibus extinguatur? ostenditur.

75 Proponitur casus dubius.

76 Iudex non potest incipere ab executione.

77 Resignatarius ante finitam litem intentatè regressus ob non solutionem pensionis potest pœnitere offerendo illam soluere.

78 Pensionarius potest etiam sine Papæ auctoritate in totum, vel pro parte remittere pensionem sibi debitam, quasi ius priuatum, & proprium.

79 Pensiones decursas an amittat, qui vigore regressus ob illas non solutas obtinuit mitti in possessionem.

80 Opinio negatiua verior videtur, & probatur.

81 *Maximè in casu, quo pensionarius sub iuramento se obligauit ad pensionis solutionem.*
82 *Clausula*, rato manente pacto, *quid operetur?*
83 *In emphyteusi apposita operatur, vt emphyteuta possit expelli ob non solutionem canonis, etiamsi dominus diuersis illum receperit de praterito.*
84 L. apud Celsum. §. Labeo *respendetur.*
85 *Ex quibus petuntur pensiones.*
86 *Interesse proprium homines excacat.*
87 *Proponitur dubium.*
88 *Dictum Gig. expenditur.*
89 *Refutatur.*
90 *Canonem recipiens post incursam caducitatem, videtur illam remittere.*
91 *Regressui renunciare quando, & quomodo, quis videatur.*
92 *Pensionarius quando non censeatur renuntiare regressui.*
93 *Pensio est onus fructuum, & ipsis fructibus inharens, & debita ab eo, qui fructus percepit.*
94 *Pensio decursa debet solui ex fructibus antè decursis, & non de futuris.*
95 *Condemnatus ad dandum hominem, si promisit illum tradere intra certum diem sub pœna, transacto tempore non potest pulsari, vt soluat hominem, & pœnam.*
96 *In materia feudali, & emphyteutica petens canones prateritos, videtur remittere caducitatem.*
97 *Regressus extinctio est actus fauorabilis.*
98 *Pensio exacta litteris non expeditis, redditur nulla stante decreto in reseruatione apponi solito,* vigore litterarum Apostol. desuper conficiendarum, nec antè aliàs præsens reseruatio sit nulla.
99 *Ex solito decreto requiritur litterarum expeditio, quod apponitur in indultis Cardinalibus concessis conferendi reseruata.*
100 *Littera dicuntur expedita, quando sunt plumbata.*
101 *Pensio extinguitur, siue redditur nulla stante decreto,* quòd illa nulla sit, si non fuerit soluta verè, & realiter, quamdiu vixerit resignans.
102 *Pensionem quando quis obtinet sibi reseruari, debet facere mentionem de alia pensione super eodem beneficio reseruata, aliàs secunda pensio ad sui fauorem est nulla.*
103 *Idem procedit in pensione translata.*
104 *Pensionis translatio etiam facta in articulo mortis non est nouum grauamen.*

1 VONIAM extat consuetudo, vt in collationibus beneficiorum certæ quædam portiones, & eorum redditus alicui quandoque assignentur, quæ pensiones vocantur, & in nonnullis rebus ad instar beneficiorum habentur, & beneficia prædicta, super quibus imposita sunt, comitantur; propterea visum est in hoc loco, de hac quoque materia breuiter tractare, cuius frequens est hodie vsus & tractatus. Qua in re breuiter videbimus. Quid sit pensio? & quid à portione, & præstimonio differat? & nunquid beneficij nomine comprehendatur? præterea vnde originem habuerint pensiones, & quibus de causis sint concedendæ, qui eas obtinere possint, vel minimè, & demum de earum solutione atque extinctione.

2 Pensio igitur ita dicta, vel quia pendet à beneficio, vnde extrahitur, sicut vsusfructus à proprietate secundùm Cardin. *in Clem. 1. de suppl. negligentia Prælat.* vel quia appenditur, id est, soluitur, nam & quælibet annua solutio dicitur pēsio, & ipsius pensionis solutio dicitur pensitatio, Azor. *in sum. C. si propter publicas pensitat.* variè definitur à Gig. *in tract. de pension. quæst. 1. num. 1.* Zech. *de benefic. & pensionib. c. 11. num. 1.* Gambat. *de officio legati à latere, lib. 6. n. 9. cum seqq.* Nau. *in man. cap. 23. n. 111. & cons. 63. num. 6. de simon.* Vgolin. *tab. 1. de simonia in genere, cap. 28. §. 3. n. 3* Nicol. Garc. *de benef. par. 1. c. 5. à n. 162.*

Definitur autem vt *sit certa portio ex aliquo beneficio, vel mensa ex causa ad tempus, non autem in perpetuum separata, pendens à proprietate beneficij, à quo extrahitur;* sicut vsusfructus à proprietate dependet. Dicitur *certa portio*, quia non in quota fructuum, velut in dimidia, vel tertia parte, & huiusmodi; sed in certa quantitate solet assignari, alioquin esset beneficium scindere, quod non licet, *cap. maioribus. de praben. cap. de catero, de transactionib.* potest tamen Romanus Pontifex ex aliqua causa hoc facere, qui est in beneficialibus dominus absolutus, *Clem. 1. vt lit. pend.* Ex causa etiam concedi dicitur pensio, quia neque ipse Romanus Pontifex sine aliqua causa pensionem assignat, de quibus causis infrà dicemus. Dicitur etiam ad tempus, non autem in perpetuum dari, quia ad instar vsufructus conceditur, qui morte vsufructuarij extinguitur, §. *finitur, Instit. de vsufr.* interdictum est autem pensionem de Ecclesiæ prouentibus pro beneficio assignare, *c. extirpanda. §. fin. de praben.* 3

Et pensionem de vna in aliam personam transferri ad oneris continuationem vitandam, vnde pensio expirat, & extinguitur morte pensionarij. Caputaq. *decis. 303, num. 3. par. 2.* Flamin. Paris. *de resignat. benef. lib. 6. q. 4. num. 5.* Nicol. Garc. *de benef. par. 1. cap. 5. num. 239.* vbi *num. 240. & 251. cum seq.* subdit nec posse in alium transferri, nisi in tribus casibus. 4

Primò, quando in reseruatione adest clausula transferendi, vt in pensionibus pro Palatinis. Secundò, quando de consensu ipsius pensionarij, & soluentis pensionem transfertur in alium auctoritate Papæ. Tertiò, in vim priuilegiorum concessorum militibus sancti Petri, & sancti Pauli, & nonnullis aliis officialibus Romanæ Curiæ. 5

Beneficium verò perpetuum dicitur, quia non dicitur per mortem extingui, sed vacare, vt alteri concedatur. De mensa autem, vel beneficio dicitur pensio separari, quia de quibuscunque Ecclesiæ redditibus dari solet: bona autem de mensa dicuntur, quorum proprietas, & vtilitas ad Ecclesiam pertinet, & necessitatibus Ecclesiæ in communi, atque indigentium, non autem vnius tantùm iam longo tempore seruiunt, quod enim vnius tantùm vtilitati deseruit, etsi proprietas sit Ecclesiæ, vocabitur beneficium, aut feudum, vel emphyteusis. 6

Præmissa pensionis etymologia, & definitione, est differendum an pensio sit beneficium Ecclesiasticum? quod est principale nostrum intentum. Quæstio hæc est admodum controuersa, in qua vna sententia tenet pensionem non esse beneficium Ecclesiasticum, nec beneficij nomine intelligi, nec venire appellatione beneficij, videtur enim quoddam ius temporale, id est, ad tempus separatum & formale de per se distinctum ab ipso beneficio, vt habetur *decis. 425. part. 1. diuers.* & per pensionem non intitulatur quis Ecclesiæ, sicut per beneficium; & in multis differt à beneficio, & præcipuè 7

quod

quod penſio non datur propter officium, ſicut beneficium, vt per ſe patet,& infra videbimus:etiam differt à beneficio non ſolùm nomine, ſed etiam
9 natura & effectu; vt infra oſtendemus *n.* 5 2.Et adeo hanc partem tenent Dominic.Franc. & alij *in cap. quamuis* 1. *de prabend. in* 6. Caccialup.*de penſionibus q.* 1 2.*& vlt.* Sarnen. *in reg.de infirmis,q.*16. *& de annali q.*21.*& in tract. de expectatiuis,n.*74. *&* 92.Selu.*de benefic.p.*1.*q.*3.*num.*1 1.Maudoſ.*reg.*19. *Cancel.q.*1 1.*n.*11. *& cenſ.*55.*num.*18.*& cenſ.* 139. Staphil *de litteris gratia* 9. *forma expectatiuarum, n.*27.Couar.*practic.c.*36.*n.*10. *verſ.quartè quoties.* Paleoth.*de nothis,& ſpur.c.*58.*num.*4. Salon.*de Iuſtitia & iure q.*63.*art.*2. *controuerſ.*6. Card. Tolet. *in inſtruct Sacerd.lib.*3.*c.*82.*num.*2. Ceuall.*de cognit.per viam violent.à q.*62.*n.*16. Fillius. *de ſtatu clerici tract.*41.*de penſion.c.*1.*num.*7.nouiſſimè Didac. Naibona *in tract. de atate ad omnes humanes actus requiſita anno* 14.*q.*39.*num.*2.*& anno* 1.*q.*13. *num.*7.Vgolin *de officio Epiſcopi c.*26.§.14.*num.*1. Creſcent.*deciſ.*14 *de ſent.& re iud.* Sanctatel. *var. lib.*1.*q.*42.*num.*25. Carraſ. *de Sacerdot.part.*2.*c.*4. Hoied. *de incomp.benef.par.*1.*in praſat.n.*3.*& p.*2. *cap.*7.*n.*4.Azeoed.*l.*1.*num.*5.*tit.*4.*lib.*1. *noua recop.* Flamin.Patiſ. *de reſignat. benſ.lib.*1. *q.*10. *n.*64. *& lib.*2.*q.*15.*num.*11.*& li.*11.*q.*4.*n.*21.*& ſeq.* Quintanad. *Eccleſ.lib.*1.*cap.*3.*num.*13.Gonzal.*ad reg.*8. *cancell.gloſ.*5.§ 3. *n.*2. Suar.*de cenſur.tom.*5.*diſputat.*13.*ſect.*1.*num.*7. Azot.*inſtit. moral.par.*2.*lib.*3. *cap.*5.*q.*2 *& lib.*8.*cap.*5.*q.*4. Aloiſ.Ricc. *in collect. deciſ par.*4. *collect.*415. *& par.*3. *collect.*960.*& in deciſ.curia Archiep Neap par.*2.*dec.*71.*num.*4.Flores de Mena *var.lib.*3.*q.*23.*num.*35.Grilenzon.*conſil,*36.*à num.*16. Marescot.*var.lib.*2.*cap.*18.*num.*4. Anton.Fabric. *in praxi,& theorica benef.tit.de penſion.benef.à num.*1.Nicol.Garc.*de benef. par.*2.*c.*3. *num.*3.*cum ſeqq.*Anton.Ricciul.*de iure perſonar.extra gremium Eccleſ.exiſt.lib.*5.*cap.*19. *n.*6. Steph. Gratian.*diſcept.forenſ.cap.*397. *num.*11. *cum. ſeqq.* Sebaſt.Cæſ.*d.§.*13.*à princ.*& plures alij per me citati *in tract. de appellatiua verborum vtriuſque Iuris ſignif.appell.*32.*num.*3.

10 Ex hæc eadem ſententia probari videtur ex text. *in cap.quamuis* 4.*de prabend.lib.*6. quatenus decidit per mandata de prouidendo de beneficiis vſque ad certam ſummam, prouideri non poſſe de penſione, prout ex illo colligunt gloſ.*ibi verb. in penſione*, Card. *in Clem.per litteras n.*5. *in fine, de praben.* Ludouic.Gom. *in tract.expectat.num.*92. Gig. *de penſionib.q.*28. vnde datur intelligi penſionem beneficium Eccleſiaſticum non eſſe,ſed aliud longè diuerſum, licet text.ille *in d.cap.quamuis*, poſſit intelligi, vt procedat ex eo, quia dicta mandata de prouidendo, etſi ſolius liberalitatem concedentis, nullius tertij contineant præiudicium, & ſic fauorabilia videantur: meritò tamen odioſa ſunt cenſenda, ob ambitionem, quam continent ex parte impetrantis, iuxta reg.text. *in l.ſi quemquam* 30.*verſ.tantum, C.de Epiſcop.& cleric.* & fatetur *d.cap.quamuis*, ibi, *ambitiosè impetrantes*,ac proinde nil mirum ſi ad penſiones non extendantur, vt text.ille habet.

Vlterius probari videtur ſtgum. Concil. Trid. *ſeſſ.*21.*de reform.cap.*2. vbi poſtquam ſtatuerat ne quis deinceps clericus ſecularis; quamuis alias ſit idoneus moribus, ſcientia, & ætate, ad ſacros Ordines promoueatur,niſi prius legitimè conſtet eum beneficium Eccleſiaſticum, quod ſibi ad victum honeſtè ſufficiat, pacificè poſſidere, poſtea ſubiungit. *Patrimonium verò, vel penſionem obtinentes ordinari poſt hac non poſſint,niſi illi,quos Epiſcopus iudicauerit aſſumendos pro neceſſitate*,&c,quibus verbis probatur ad titulum penſionis non poſſe quem ordinari, niſi neceſſitas, aut commoditas Eccleſiæ aliud ſuadeat, prout Epiſcopus iudicauerit, ſicut ex hoc loco colligunt Gonz *d.gloſ.*§.3.*num.*4. Armendar.*in addit.ad recopil.legum Nauarra lib.*2.*titul.*8.*l.*2.*de patrimon.cleric. num.*3. Vgolin.*de offic. Epiſcop. cap.*16.§.14. Azot.*inſtit.moral.par.*2.*lib.*3. *cap.*5. *q.*3. nouiſſimè Gonzal. de Salzedo *de lege politica lib.*2.*cap.*16.*num.*6. Ego ipſe *in ſimili tract. par.*2.*alleg.*19.*num.*74. vnde videtur apertè colligi penſionem non eſſe beneficium Eccleſiaſticum, quamuis reſponderi poſſet Concilium continere ſpecialem prohibitionem,non ob id, quod penſio non poſſet ſaltem latè dici beneficium Eccleſiaſticum, ſed ne nimium creſceret Ordinandorum numerus; & ideò vbi neceſſitas, aut commoditas Eccleſiæ poſtulauerit, quem ordinandum ad titulum penſionis, id Epiſcopi iudicio relinquit.

Deinde hoc ipſum probari videtur ex eo, quia 11
penſionarius ratione penſionis etiam clericalis, & in titulum datæ, non tenetur diuinum Officium (quod magnum dicitur) recitare,ſicut omnes quicunque beneficiarij obligantur, ſed tantùm tenetur recitare Officium paruum Beatæ Mariæ Virginis, ſub eadem pœna, ſub qua beneficiarij tenentur ad recitationem diuini Officij. Ita Azot. *inſtit. moral.lib.*10.*cap.*4.*quæſ.*3.*p.*1. Vaſq. *in opuſc.de beneſic.cap.*4.§. 1.*dub.*4. *num.*27. Molſeſ. *in Theolog. moral.tract.*5.*cap.* 3.*num.*46.Fillius.*in quaſt. moral. tract.*23.*cap.*3.*q.*9. *num.*173. Suar. *tom.*2. *de relig. tract.*4.*lib.*4.*cap.*22.*num.*6. Oliuet.Bonart.*de oblig. Horarum Canon.lib.*2.*cap.*9. Trullench.*in pracepta Decal.lib.*1.*c.*7.*dub.*12.§.3.*num* 6. Gonzal.de Salzedo *d. cap.*16. *num.*13. Bonacin.*de Horis Canon. diſp.*1.*q.*2. *puncto* 4.*num.*7. vbi etiam tenet quòd 12
quando penſio reſeruata fuit in capite, ſeu perſona vnius, in commendam, & vtilitatem alterius, ille duntaxat ad Officij recitationem obligatur, & in cuius commodum penſio conſtituta eſt,& *num.*8.
reſoluit eum non teneri ad recitandum paruum B. 13
Virginis Officium, cui conſertur penſio abſque prævia conditione ſtatus clericalis,etiamſi fortè detur perſonæ Regulari,& *num.*9.aduertit penſionarium, qui, vt Clericus percepit penſionem,non ita teneri ad recitandum Officium B. Virginis, quin ſatisfacere poſſet recitando Horas Canonicas, &
*num.*10. addit Clericum ſacris initiatum, vel habentem beneficium, ſimulque penſionem, ſatisfacere ſuæ obligationi, vnica magni officij recitatione,etiamſi paruum officium Beatæ Virginis non recitet, & *num.*12. pariter obſeruat eum, qui ceſſit penſioni ſolùm in parte,non remanere immunem, & exemptum ab obligatione diuini Officij, quia dicitur adhuc penſionem titulo clericali poſſidere, ſecus ſi liberaliter ceſſit penſionem in totum, & idem ſibi valdè probabiliter dicendum videri aſſerit de penſionario, qui conſenſit penſionem redimi, accepta nonnullorum,vt quinque aut ſex annorum anticipata ſolutione. Ex quo fundamento datur intelligi penſionem non eſſe beneficium, cùm aliàs penſionarius non ad Horas canonicas recitandas vt faciunt beneficiarij omnes,ſed tantùm ex noua Pij V. Conſtitutione ad Officium paruum B.Mariæ teneantur, etiam quando penſio Clerico datur clericali titulo,vt intelligit Suar.*d.lib.*4.*c.*22. *à num.*4. quem refert Sebaſt.Cæſ. *d.*§.10. *num.* 5. Verùm his omnibus non eſſet difficile reſponderc,ſi aduertas antè dictam Pij V. Conſtitutionem

P 4 penſiones,

pensiones, quæ in titulum beneficij dantur pro onere spirituali perpetuò inseruiendi Ecclesiæ, obligasse ad Horas Canonicas, sed Pontifex præfatas considerans dictas pensiones, partim videri ad beneficium accedere, partim verò à beneficiis recedere, medium quoddam sequutus est, vt omnis qui vt Clericus pensionem, vel alias res Ecclesiasticas percipit, teneatur ad prædictum officium paruum B. Virginis.

55 Contrariam verò partem affirmatiuam, quòd pensio saltem Clerico assignata Ecclesiasticum sit beneficium, probare videtur expressè text. *in cap. ad audientiam 31. de rescript.* ibi, *pensiones, seu alia beneficia*, expendendo particulam illam, *alia*, quæ est implicatiua similium, & in precedentibus eandem repetit qualitatem, vt per Doctores, quos plena manu citaui *in tr. de dictionibus vsufreq. dict. 26. num. 1.* Vlterius probatur, quia licèt pensiones aliquando laïcis dentur ratione alicuius seruitij temporalis, iam tamen hodie frequentissimè dantur clericis in stipendium suæ sustentationis, & cum onere spirituali recitandi saltem prædictum Officium paruum B. Virginis, & ideò cum dentur in perpetuum, in vitam, scilicet pensionarij, nihil deficit de iis, quæ ad integram beneficij Ecclesiastici substantiam constituendam necessaria sunt, eóque fundamento pensiones, quæ hodie in vsu sunt, Ecclesiastica beneficia reputantur, quia iam ex stylo Romanæ Curiæ introductum est, vt illæ regulariter reseruari non soleant, nisi Clericis, & si quando Pontifex reseruat ad fauorem non Clerici, solet apponere clausulam, *postquam charactere clericali fueris insignitus*, vt est tritum in Rota, & signanter *in Terulen. pensionis 13. Nouembris 1596. coram bo. me. Penia. Quare* hanc partem affirmatiuam tuentur, Gig. *de pensionib. p. 1. q. 21. & 28.* Rebuff. *de nominat. q. 9. n. 37.* Rodoan. *de simon. par. 2. c. 14. n. 18.* Salzed. *ad Bernad. in practic. c. 64.* aliàs *67. n. 10.* nouissimè Gonzalez de Salzedo *in lege politica lib. 2. c. 16 à n. 1. vsq. ad n. 18.*

56 Ex quibus in vtramque partem adductis dubia redditur hæc quæstio, sed vt certa ab incertis separemos, pro illius vera resolutione est prænotandum duobus modis posse pensiones constitui; vel enim sunt merè temporales, quæ laïcis dantur titulo merè temporali, veluti Decano paraphernaliorum Papæ, vel Cardinalium, aut barbitonsori, vel chirurgo, sacristæ, thesaurario, pulsatori campanarum, præfecto infirmorum, & similibus, vel hoc expressè in illarum reseruatione cauetur, hac vel simili clausula. *Tibi quod pensio per præsentes reseruata loco beneficij Ecclesiastici non cedat, neque in numero beneficiorum Ecclesiasticorum, seu pensionum etiam sub eodem tecto consistentium intret, aut illius taciturnitas in impetratione aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum deinceps per te facienda subreptionem, aut nullitatem aliquam faciat*, &c. vt vidi & legi in quadam reseruatione expedita de hoc anno 1632. & tunc & in hoc casu procedunt rationes, & fundamenta pro prima sententia adducta. Vel secundò, dantur in titulum, clericis scilicet, vt commodiùs valeant sustentari, vel ex causa resignationis, vel cessionis, ne ex ea nimium dispendium patiantur, & tunc clericales sunt, & loco beneficij assignantur, ac proinde de istis intelligitur secunda Doctorum sententia, & rationes in illius corroborationem adductæ. Hanc bimembrem pensionum distinctionem tradunt Gig. *de pensionib. q. 67. n. 4. & cons. 33. n. 10. vers. aut sumus*, Mand. *reg. 19. Cancellar. q. 51. n. 2.* latè Ciarlin. *controuers. forens. c. 115. num. 18. cum seqq.* Nicol. Garc. *de benefic. p. 1. c. 5. à n. 5.* Sebast. Cæs. *in relect. de Eccles. hierarch. par. 3. disput. 14. §. 10.* Bonacin. *de simon. q. 4. §. 13. n. 1. & 2.* Paul. Layman. *in Theologia morali lib. 1. tract. 5. p. 2. cap. 2. num. 8. & lib. 4 tract. 2. c. 18. n. 2.* & sic præfatæ contrariæ opiniones, vbi stricta, aut odiosa materia aliud non postulauerit, iuxta supradictam distinctionem facilè componuntur, & secundum illam sunt infrascripti intelligendi.

Primò, ex dicta distinctione colligitur resolutio 57
ad illam controuersam quæstionem, Vtrùm pensionem obtinentes fori priuilegio gaudeant? In qua duæ communes adinuicem contrarias reperio sententias, vna tenet clericum primæ Tonsuræ, seu in minoribus constitutum habentem pensionem gaudere fori priuilegio, quam defendunt Cresent. *decis. 14. de sent. & re iud.* Laxarit *de decim. vendit. cap. 19. num. 24.* Salzed. *loco proximè citato*, Vilar. *del patronado de Calatajud. par. 4. §. 3. n. 12.* Fr. Emman. *in sum. tom. 1. c. 155. n. 11.* Zerol. *in praxi Episcop. p. 1. verb. clericus, §. 2. dub. 2.* Marta *de Iurisdict. p. 2. c. 32. n. 45.* Benzon. *in tr. de censur. tom. 1. lib. 5. disp. 16. c. 1. vers. postulabis pag. 672.* Stephan. VVeyms *ad constit. 24. ex iure antiquo, desumptas, & per Concil. Trid. innouatas const. 9. in fine*, Didac. Narbona *d. tract. de ætate ad omnes humanos actus requis. anno 14. quæst. 59. num. 10.* Suarez *contra Regem Angliæ lib. 4. cap. 26. n. 9.* Diana *resol. moral. par. 1. tract. 2. resol. 30.* & sacram Congregationem decidisse obtinentes pensionem haberi pro Clericis beneficiatis ad effectum priuilegij fori attestantur Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ, lib. 2. tit. 19. de foro compet. num. 5. & 7.* & D. Alex. Sperell. *in decis. fori Eccles. decis. 66. num. 35.* vbi ita loquitur. *Et reperio fuisse huiusmodi dubium præsidente bonæ mem. Cardinali Alciato in sacra Cong. positum sub die 6. Decemb. 1576. occasione cuiusdam Clerici Volterni, qui pensionem Ecclesiasticam habens non incedebat in habitu, & Tonsura, nihilque decretum fuisse. Nam primo aspectu videbantur obstare verba Concilij requirentis beneficium, & sic re ipsa corpus beneficij, cuiusmodi non est pensio. Et quamuis ea largo modo, & in materia fauorabili veniat appellatione beneficij; hæsitabant tamen Eminentissimi Patres an fauor Ecclesiæ suaderet, vt non incedens in habitu & Tonsura gaudeat beneficio fori, quemadmodum videmus aliàs idem Concilium non intellexisse appellatione beneficij venire pensionem, vt in cap. 2. sess. 21. cap. 28. sess. 23. c. 15. eadem sess. 23. Ex alia parte valde vrgebat doctrina Gigant. in terminis de pension. d. q. 94. n. 4. quæ in praxi obseruatur Neapoli. Venetiis, & alibi, præsertim quia in dubio pro foro Ecclesiastico est iudicandum; vnde censuit Congregatio esse maturius deliberandum. Iterumque eodem casu proposito sub die 13. eiusdem remisit articulum decidendum ad Sanctissimum, qui Summus Pont. tunc Gregorius XIII. audita relatione Congregationis sub die 18. eiusdem mensis declarauit pensionarium censeri beneficiatum ad effectum gaudendi priuilegio fori Ecclesiastici, de quo loquitur Concilium d. c. 6. sess. 23. de refor.* &c. Hactenus D. Sperel. Et ego ipse vidi originalem, & authenticam declarationẽ eiusdem sacræ Congregationis hoc ipsum continentem, emanatam ad instantiam Illustrissimi D. mei Roder. à Cunha, tunc Episcopi portugalensis, cuius memini *de offic. & potest. Episc. p. 3. alleg. 151.* & hæc sententia procul dubio procedit in pensionibus datis in titulum spiritualem clericis, vt obseruant Marc. Anton. Cuch. *lib. 5. tit. 8. n. 17.* Diana *moral. resolut. par. 1. tractat. 2. resol. 30.* Squillante

de

de priuil. clericor cap.7.num.20.in fine.

Altera autem sententia negat pensionarium gaudere priuilegio fori, & eam tuentur Azeued. *l.1. n.5.verf.sed an pensio, tit.4.lib.1. noua recop.* Flam. Parif. *de resignat.benef.lib.1.q.11.n.70.& li.2.q.15. num.15.* Gonzal. *d.gloss.5.§ 5.num.6.* latè Carol. de Grassis *de effect.clerical.effect.1.n.1198. cum multis seqq.* Aloys. Ricc. *in decis. curiæ Archiep. Neapol. p.2.decis.71.n.11. & decis.192.n.10. ad fin.* Nicol. Garc. *d.c.5.n.70.* Cened. *Canon.quæst.li.1. q.4.n.32. cum seqq.* Bonacin. *de legib. disp.10. q.2. puncto 1. num.11.* Et licèt Bellet. *disquisit.clerical.tit.de fauore cleric.person.§.8.num.11.* quem aliquando secuti fuimus, eam intelligere velit in pensionariis non excedentibus pensionem sexaginta ducatorum, tamen facilius credo intelligendam de peosionibus merè temporalibus, & sic datis titulo temporali, quod etiam tradit Speréł. *d.decis.66. n.38.* asserens hos Doctores saluari posse quoad eos qui pensiones tanquam apud prophanum possident,

18 Secundò, ex eadem distinctione componitur alia non minùs inter Doctores controuersa quæstio, vtrum impetrans beneficiom teneatur facere mentionem de pensione, sicut de obtentis beneficiis, iuxta *cap.si motu proprio, de praben.in 6.* In qua atqui tenent oegatiuam partem, ex eo quòd pensio non sit beneficium Ecclesiasticum. Ita Gonzal. *d.§.5 à nn.16.* & plu es citati à Nicol. Garc. *d. c.5.n.75.* quorum resolutio procedit in pensionibus datis titulo temporali, ex Rebuff. *de nominat. q.9.num.37.* Gig. *de pensionib.q.67. num.1.* Gambar. Mandos. & alij, de quibus Garc. *d. cap.5. num. 76.* Sebast. Cæsar *d.§.10.num.10.* At verè de pensione, quæ Clerico assignator loco beneficij, vt commodiùs sustentari valeat, vel ex causa religionis, seu cessionis, ne nimirum dispendiom patiatur, necessariò facienda est mentio in impetratione beneficij: nam, cùm loco beneficij succedat, perinde est; ac si beneficium haberet, *cap. ad audientiam, il 2.de rescript.* Gig. *d.q.67. conclus.3.* Menoch. *de arbitr.cas.201.num.52.* Hoied. *de incompatib.benef. par.2.cap.7.num.1.* Flam. Paris. *de resig. benef lib.2. quæst.15.num.5.& lib.6.q.2.num.13.& lib.10.q.2. num.78.* Læl. Zech. *de benef. & pension. ca.9.n.2.* Nicol. Garc. *d.cap.5.ex num.81.* cum aliis citatis per me, *in collect.ad cap.17 num.4. de rescript.* Sic in reseruatione secundæ pensionis si nulla est facta mentio primæ pensionis, non sustinetur secunda, sed in totum corroit. Flam. *de resignat.lib.6. q.2. num.4.* Garc. *de benefic.par.1.cap 5.n.561.* Mantic. *dec.111.num.3.* Lotter. *de re benef.lib.1.q 58. n.58. cum seqq.* Et quidem ipso iure, non autem ope exceptionis, adeò vt nec reuiuisceret, si prima pensio cessaret. Cassad. *decis.3.n.5. & decis.4. num.5. de pension.* Crescent. *decis.1. num.1.& 3. de rebus Eccles.non alien.1.* Lotter. *d.q.58.num.59.* quamuis etiam secunda pensio motu proprio reseruata fuisset. Cassad *d decis.3.n.4. de pension.* Gig *de pensionib.q 29.n.4.* quia non præsumitur quod Papa voluerit Ecclesiam duplici onere grauare, *cap.mandatum, de rescript.* Paris. *cons.5 n.134.lib.4* Caputaq. *decis.312.num 3.& 4 par.2.* Et vt pensio secunda sustineatur sufficit quod sit facta mentio de pensione antiqua valida. Verall. *decis.31.n.1.& 2.p.2.* Rota *decis 666 n.2.p.2.recent.*

Remanet in hac materia videndum, vtrum pensionarius releuetur ab onere probandi per narratiuam factam in supplicatione, quòd super fructibus beneficij erat aduersario reseruata pensio, & an impetrans per talem narratiuam videatur pensioni consentire? Hanc quæstionem dissoluit doctissimè more suo D. Ioannnes Ghinius in Romana Curia Aduocatus integerrimus, & non causarum Patronus, vt quidam inaduertentur dixit, cùm esset de ea pro veritate consultus, & respondit, quòd licèt Rot. *in Elboren. pensionis coram D. Peronano, & in Vlixbonen. pensionis coram Andrea,* quas citant addent. ad Gregorium *decis.57.num.17.in fine.* tenuerit, quòd impetrans beneficium, si narret pensionem super eo reseruatam, videtur illi consentire, & & pensionarius non tenetur aliàs ad illius iustificationem, & etiam *in Auersana pensionis 30. Martij 1626.coram R.P.D. Merlino,* attamen dubio *in eadem Auersana pensionis* repropolito, & pleniùs discusso *coram eodem D. Merlino,* Rot. *sub die 27. Martij* 1628. à dictis decisionibus recessit, ea ratione, quod narrans pẽsionem fatetur quidem beneficium esse pensione grauatum, sed non propterea dicit eam fuisse validè reseruatam, cùm potuerit nulliter reseruari, quod ipse D. Merlinus cum suo eleuatissimo ingenio, pluribus aliis comprobat, & exornat, & D. meus Decanus etiam *in Meliten. pensionis 7. Iunij. & 6. Nouembris* 1630. & ferè in puncto Mantic. *decis.205.num.1.*

Non obstat decisio eiusdem D. Merlini *toletana pensionis 1.Iulij* 1530. quia in illo caso Franciscus, qui pensioni consenserat super fructibus Caonicatus, eondem Canonicatum resignauit cum expressione eiusdem pensionis ad fauorem Petri, qoi Canonicatum acceptauit, & literas expediuit, illarumque, vigore possessionem adeptus fuit, & consequenter omnia fuerunt correspectiuè facta, ita vt consensus Francisci fuerit consensus Petri, perinde ac si idem Petrus quoque pensioni consensisset, Putc. *decis.511.n.2.& 3.lib.2.in correctis* & ideò iure merito in d. Toletana Rota transiuit cum fundamentis decisionis Elboren. & aliorum, qoæ sunt in contrarium, & ita in puncto declarat eadem Rot. *in d. Auersana pensionis 27. Martij* 1628. vbi, qoòd consensus predecessoris non præiudicabat successori, qui non habebat causam à consentiente: ergo secus est, & ita decisio Toletana non discordat ab Auersana. Nec obstat, quòd sufficiat consensus vndecunqne collectus; qoia procedit in consensu præstito ab initio, scilicet tempore reseruationis, cùm præstatur ad gratiam reseruationis perficiendam, & iste liberat pensionarium à iustificatione gratiæ Caualer. *dec.26.n.2.* secùs est in consensu præstito ex post, in puncto D. Coccinus *decis.40. num.26.* vbi quòd nec obligatio de soluendo pensionem æquipollet consensui. Minùs obstat, quòd pensio narretur, vt Papa sciat beneficium, quod sibi confertur, esse tantò minoris valoris, quia potiùs narrat, vt Papa non oneret idem beneficium noua pensione, ad quem effectum, vt narratiua non sit falsa, sufficit quòd literæ reseruationis huiusmodi fuerint expeditæ cum subsequuta pensionarij quasi possione exigendi, licèt pensio sit nulla, Rot. *in puncto dec.739. num.3.& 4.par.2.recent* & ideò non sequitur. Narrauit pensionem esse reseruatam: ergo confessus fuit peosionem esse validam, cùm narratiua possit intelligi de sola litterarum expeditione cum subsequuta quasi possessione, vt *in d. decis.739.* quia confessio interpretatur, vt præiudicet confitenti minus quàm sit possibile, Rot. *decis.l.366 num.5.& decis.633.num.6. & 7. par.1.recent.* Atque intrat alia Iuris conclusio, quòd confessio ad vnum finem & effectum, non præiudicat quoad diuersum finem, etiamsi sit iurata, Salic. *in l.1.num.37 C. de confess.*

confess. Surd. decis. 150. num. 6. & decis. 309. num. 3.
Rot. decis. 127. num. 10. in fine, p. 1. recent. & sicut
dum quis dicit se mutuò accepisse centum à Titio,
non fatetur se esse debitorem Titij, quia confessio
est ad excusandum, ne mutuum sibi ab altero pe-
tatur; ita impetrans potuit ad mouendum Papam
narrare beneficium esse pensione grauatum, non
tamen quia pensio esset valida; sed quia de facto
soluebatur, & ex consequenti intrat dictum deci-
sionum, quòd narrans factum non propterea dicit
esse legitimè factum, cùm validitas pensionis præ-
sertim penderet à continuata solutione dicti sui
prædecessoris, & sic à facto alieno; & debuerat im-
petrans dictam pensionem narrare, ne si eam ta-
cuisset, Papa nouam pēsionem reseruasset, vel etiam
ne beneficium fortè non sibi sed alteri contulisset;
& nihilominus dari possit, quòd pensio ita esset
valida, sicut nulla ad instar prouisi de secundo be-
neficio dubio, aut litigioso non tenetur dimitte-
re primum, ne contigat ipsum vtrumque carere,
iuxta notata in cap. commissa, de elect. lib. 6. Sera-
phin. decis. 997. n. 10.
19 Tertiò, ex eadem distictione dimanat, vt pen-
sio temporalis non sit materia simoniæ, quia est
res temporalis pretio æstimabilis? & quamuis sit
portio fructuum beneficij, est tamen separata à ti-
tulo spirituali, & illo nomine collata. Ita Sot. de
Iustit. lib. 9. quæst. 7. art. 2. Victor. relect. 1. de simon.
num. 54. Suar. de relig. tom. 1. lib. 4. de simon. c. 26.
num. 4. Less. de iustitia, lib. 2. c. 35. dub. 22. n. 123.
Filliuc. p. 5. tract. 45. cap. 8. quæst. 1. n. 2. Grilenzon.
cons. 56. per tot. Rodoan. de simon. p. 2. ca. 14 à n. 26.
Sebast. Cæs. d. §. 10. n. 3. Paul. Layman. in Theolog.
moral. lib. 4. tract. 10. ca. vlt. §. 5. num. 46. vers. tertia.
latè Lotter. de re benef. li. 3. quæst 29. n. 84. cum seqq.
20 De stylo tamen Curiæ, qui facit legem absque Ro-
mani Pontificis auctoritate, non potest huiusmo-
di pensio vendi, aut redimi, qui quidem stylus in-
duci potuit, vt sic omnis simoniæ suspicio euita-
retur, vnde vendentem, aut redimentem huius-
modi pensionem priuata auctoritate reum videri
simoniæ, contra ius humanum tenent Azor. in-
stit. moral. par. 2. lib. 8. cap. 10. quæs. 10. Valer. Regi-
nald. in praxi fori pœniten. lib. 23 num. 276. Suarez.
21 d. cap. 26. num. 16. Filiuc. d. quæst. 1. num. 3. At pen-
sio clericalis est materia simoniæ non solùm con-
tra ius humanum, verùm etiam contra ius diui-
num, vbi recepta est Pij V. Constitutio incip. Ex
proximo, edita an. 1571. Ita Paul. Layman. dict. §. 5.
num. 48. Bonacin. de simon. q. 4. §. 13 ex num. 4. vbi
22 nu. 5. resoluit pensionarum non posse pensionem
transferre accepto pretio, vel reseruatis sibi fructi-
bus, aut eorum parte etiamsi alioquin habeat facul-
23 tatem transferendi pensionem, & n. 7. quòd pen-
sionarius non potest pēsionem anticipatis quibus-
24 dam solutionibus extinguere priuata auctoritate,
& num. 52. quòd pensionarius non est reus simo-
niæ, vel alterius peccati, liberè cedendo pensioni
propria auctoritate, nisi remittens pensionem ad il-
lius titulum Sacris initiatus fuerit & nu. 13. quòd
25 pensionarius absque simoniæ labe potest alteri ven-
dere, vel donare fructus suæ pensionis, etiam ad
totam suam vitam, modò illius titulum retineat.
Rota semper tenuit quòd cassationes regressuum
& pensionum, quia sunt quodammodo liberatio-
nes beneficiorum à seruitute, possunt fieri in ma-
nibus cuiuscunque, Achil. de Grassis dec. 313. aliàs
7. de decim. p. 2. Theodos. de Rubeis in singularib.
Rota p. 2. verb. Pensio. §. 8. pag. 7-. & ibidem in § 5.
dicit quod eadem Rota seruat de æquitate vt pro
pensionibus debitis hæredi Pensionarij defuncti
prius conueniantur hæredes titularis, quam petan-
tur à successoribus in beneficio, & citat Crescent.
dec. 3. de solut. & Pute. decis. 189. n. 2. lib. 2.
Quartò ex eadem distinctione prouenit, vt sicut 26
collatio beneficij facta illegitimo est inualida, c. 1.
de fil. Presbyt. lib. 6. ita etiam collatio pensionis
clericalis, non autem temporalis, facta illegitimo
pariter est inualida. Ita Nauar. cons. 61. num. 3. de
filiis Presbyt. Zerol. in praxi Episc. p. 2. verb. pensio-
narius, §. 1. Squilante d. c. 5. num. 23. Sanctarel. var.
resolut. quæst. 79. num. 24. Campan. in diuers. Iuris
Canon. rubr. 11. cap. 14. num. 16. in princip. Paleot. de
nothis, & spur. cap. 58. à num. 4. Gonzal. d. gloss. 5. §. 5.
à num. 24. Seraph. decis. 1264. Nicol. Garc. d. par. 1.
cap. 5. num. 115. Stephan. Gratian. discept. forens. ca.
397. à n. 11. Sebast. Cæs. d. §. 10. num. 6. Less. de iust.
lib. 2. cap. 34. n. 203. Azor. instit. moral. p. 2. lib. 8. c. 7.
q. 6. Sed eatenus est incapax huius pensionis illegi- 27
timus quatenus est incapax ordinis, qui illegitimis
conferri non potest sine dispensatione, & propter-
ea si fuerit prævia dispensatione ordinatus, eò 28
etiam censetur, & efficitur capax pensionis absque
alia particulari dispēsatione, prout resoluunt Gon-
zal. gloss. 5. §. n. 24. Campan. rubr. 11. cap. 13. n. 64.
Aloys. Ricc. in decis. Curiæ Archiep. Neapol. p. 4. de-
cis. 186. n. 12. Squillante d. c. 6. n. 24. reiecta opinio-
ne Gig. & Rebuff. perpetuò Rota tenuit hanc sen-
tētiam, prout attestantur Sarnen. in reg. de annali q.
21. in fine, Gambar. de offic. & potest. Legati de la-
tere, lib. 6. n. 28. & sunt decisiones coram Orolen.
relatæ in 1. par. diuers. dec. 425. & coram Card. Se-
raph. dec. 1264. num. 2. & coram Card. Blanchetto in
Aquilen. fructuum 14. Ianuarij 1599. coram Litta,
relata per Nicol. Garc. in addit. ad d. p. 1. c. 5. n. 117.
& in Veneta pensionis 10. Decemb. 1572. coram Re-
bufterio, in Cæsaraugustana pensionis 19. Februarij
1595 coram Gipsio, in Melitene pensionis 14. Maij
1614. coram bo. me. Buratto impressa per Marches. de
cōmiss. tom. 2. pag. 527. vbi quòd perpetuò Rota ser-
uat hanc opinionem, inter eius impressas dec. 53.
n. 1. & coram Reuerendissimo D. meo Coccino Decano.
decis. 31. n. 8. in eius impressis, quæ citantur in Re-
gien. translationis 14. Maij 1629. coram R. P. D.
Merlino, & Firmana pensionis 13. Decembris 1627.
coram R. P. D. Duran. inter impressas decis. 117. &
in aliis citatis à Theodos. de Rubeis in singular. Ro-
ta p. 2. verb. Pensio §. 1. pag. 76. ideò pensionis reci- 29
piendæ fit capax illegitimus professus, & Maiol. de
irregul. lib. 1. c. 10. num. 3. & 4. Sayr. de censur. lib. 6.
cap. 1. n. 3. Sanch. in præcepta Decalogi tom. 2. lib. 5.
c. 5. n. 16. in fine.
Quintò, ex eadem distinctione infertur, quòd 30
sicut per matrimonium per verba de præsenti con-
tractum à clerico in maioribus Ordinibus consti-
tuto vacant eius beneficia cap. 1. de clericis coniug.
vbi in collect. num. 2. plures relati Doctores, & in-
frà hoc eodem cap. 14. num. 7. Sic eodem modo va-
cabunt eius pensiones datæ in titulum clericalem,
vt per Couar. de sponsal. par. 2. cap. 3. §. 3. sub n. 6.
Clar. §. fin. q. 74. versic. clericus, in fine. Nauar. de
orat. cap. 21. num. 53. Gig. de pension. quæst. 54 Sal-
zed. ad Bernard. in pract. cap. 80. lit. E. vers. amit-
tit, Cenall. commun. contra commun. q. 147. num. 7.
Flamin. Paris. de resignat. benefic. lib. 1. q. 1. num. 15.
& lib. 9. q. 2. n. 115. Sanch. de matrim. lib. 7. disp. 43.
n. 5. Card. Tusch. lit. P. concl. 717. à n. 8. Azor. inst.
mor. p. 2. lib. 10. c. 10. Campan. d. rubr. 11. c. 14. n. 16.
vers. de celibatu. Farinac. fragm. crimin par. 1. verb.
clericus n. 331. Carol. de Grassis de effectib. clerical.
effectu 5.

effectu. 5. *n.* 12. Caual. *decis.* 180. *num.* 1. Nicol. Garc. *d.p.cap.* 5. *n* 107. Aoton. Ricciul. *de iure personar. extra grem. Eccles. exist. lib.* 7. *cap.* 3. *à princ.* Paul. Layman. *in Theologia morali lib.* 4. *tract.* 2. *cap.* 18. *n.* 2. Squillante *de priuileg. cleric. c.* 5 *n.* 18. vbi *n.* 20. attestatur de stylo Curiæ huiusmodi pensiones per matrimoonium vacare, etiamsi nullo spirituali onere adiecto sint constitutæ, Seb. Cæs. *d* §. 10. *n.* 11. Castro Palao *in opere moral. tom.* 2. *tract.* 13. *disp.* 2. *punct.* 11. §. 10. *num.* 3. Thom. Valasc. *allegat. Iuris tom.* 1. *alleg* 40. *num.* 7. Alphons. de Leone *de officio Capellani p.* 1. *q.* 4. *praxi* 1. *n.* 59. & 60. Viuian. *dec.* 96. *num.* 13. Caualer. *decis.* 180. vbi intelligit quando indubitanter constat de matrimonio. Gregor. XV. *decis.* 18. *n.* 2 Buratt. *decis.* 86. *num.* 14. Rot. *in Nolana pensionis* 11. *Ianuarij* 1610. *coram Card. Sacrato*, impressa per marchel. *de commiss. on. tom.* 1. *pag.* 127. & *in Cæsaraugustana pensionis* 16. *Iun.* 1610. *coram Lancelloto iun.* & *in Ferraren. pensionis* 14. *Iunij* 1624. *coram bonæ mem. Remboldo*, & *in Romana pensionis* 10. *Maij* 1610. *coram Reuerendissi-*
31 *mo D. meo Coccino Decano*, & *in Tullen. fructuum Prioratus* 21. *Iunij* 1619. *coram eodem*, vbi etiam fuit dictum post contractum matrimonij per verba de præsenti non valere transactionem, seu nouam conuentionem inter titularem, & pensionarium super eius solutiooe, absque Sedis Apostolicæ beneplacito, simpliciter & ibi dictum fuit ad istum effectum sufficere probari matrimonium præsumptiuè, & hanc resolutionẽ procedere, siue matrimonium fuerit validum, siue nullum, & de facto contractum, dummodo non fuerit nullum ex defectu consensus, quod etiam censuit eadem Rota coram Caual. *decis.* 166. *per tot.* Hinc optimè Ciarlin. *controuers. forens. c.* 36. *num.* 55. resoluit clericum matrimonium contraheotem perdere beneficium, & pensionem, etiamsi sponsa antequam ab eo carnaliter cognoscatur, Religionem ingrediatur, quo casu resoluitur, matrimonium, & tamen ipse non recuperat pensionem.

32 Illud aduertendum duxi, quòd Milites Lauretani ex peculiari priuilegio possunt retinere pensionem Ecclesiasticam, vsque ad summam ducentorum ducatorum auri de camera, non obstante matrimonio contrahendo, & bigamia ex constit. Sixti V. quam refert. Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib.* 6. *q.* 4. *num.* 51. Gregor. XV. *decis.* 18. *n.* 2. Reuerendissimus D. Coccinus *decis.* 299. *n.* 3. Rot. *in Hieracen. pensionis* 21. *Iunij* 1531. *coram R.P.D. Verospio*, cuius dispositio vendicat sibi locum non solum super beneficiis liberæ collationis, sed etiam iurispatronatus etiam Principum, & Regum, Rot.
33 *in Terulen. pensionis* 15. *Septembris* 1600. *coram Card. Sacrato*: similiter milites SS. Maoritij, & Lazari, etiamsi contrahant matrimonium cum vnica, & virgine, remanent capaces retinendi pensiones vsque ad summam ducatorum 400. auri de camera ex peculiari priuilegio ad fauorem dictæ religionis indulto per fel. mem. Clementem VIII. *in sua Constit.* 102. §. 13. incip. *Decet.* 9. *Septembris* 1603. cuius priuilegij meminit. Rot. *in Ro-*
34 *mana pecuniaria* 26. *May* 1627. *coram Card. Virili*. Ita quoque Milites S. Stephani retinent pensiones vsqoe ad summam 400. ducatorum de Camera, non obstante matrimonio contracto, & bigamia, ex Constit. fel record. Pauli. V. 46. incipit. *Dum generosa* 14. *Kal. Iuly* 1608. licèt prius pro summa 100. ducatorum tantum retinuerint, vt colligitur ex Seraphin. *decis.* 758. *n.* 1. Milites etiam bigami Militiæ Christianæ possuot recipere pensiones vsque ad summam scutorum 300. Vrbanus VIII. *Constit.* 11. §. 13. incip. *Inscrutabilis*, 11 *Kalend. Februar.* 1623. apud Angel. Mariam Cherub. *tom.* 4. *pag.* 25. sic etiam Equites Pij retinent pensionea pro summa ducatorum 250. auri de Camera, Seraphin. *d. decis.* 758. Et de his meminerunt Antoonius Ricciul. *de iure person. extra gremium Eccles. exist. lib.* 7. *c.* 3. *num.* 7. & 8. Valcox. *cons.* 15. *n.* 20.

Verùm pensiones, quæ laicis dantur titulo me- 35
rè temporali, per matrimonium contractum non
extinguontur, vt expressè resoluit Ricciul. *d. c.* 3. 36
n. 4. & 5. Grilenzon. *cons.* 36. *num.* 20 quod est conforme distinctioni nostræ, quam suprà præstitimus. Idem dicendum si illæ reseruatæ sint pro officio aliquo compatibili cum matrimonio, velutì pro pulsandis campanis, vel custodienda Ecclesia, vt per Gig. *de pension q.* 14. *n.* 3. Rot. *decis* 1079.
num. 1. *part.* 3. *lib.* 3. *diuers.* Denique hoc ipsum in 37
pensione titulo clericali reseruata asserendum existimo, vbi cum clerico illam habente fuerit sufficienter dispensatum per Papam, vt non obstante matrimonio possit retinere pensionem, secuodum Gig. *d. q.* 54. *sub n.* 4. *vers. quando autem appareret*; concessa enim hac habilitatione nihil est quia retineri possit pensio non obstante matrimonio, siue agatur de pensione reseruata, siue translata; cum in hoc nullum sit discrimen, Rot. coram Gregorio XV. *decis.* 18. *num.* 2. & 3. & de beneficio loquentes idem cognoscunt Sanch. *de matrim. lib.* 7. *disput.* 42. *num* 18 Carol. de Grass. *de effectib. cleric. effectu* 15. *num.* 19. & Squillante *de priuil. cleric. c.* 4. *n.* 92.

Sextò, ex eadem distinctione dimanat, quod 38
sicut per promotiooem ad Episcopatum vacant beneficia, iuxta *c. cum in cunctis, de elect.* vbi citaui plures Doctores *in collect. n.* 29. ita etiam vacabit pensio data in titulum clericalem, sicut resoluont Gig. *de pension. q.* 56. *num.* 2. & *cons.* 149. *num.* 8. Seraph. *decis.* 91. Hieron. Gabr. *cons* 200. *lib.* 2. Flamin. Paris. *de resign. benef. lib.* 9. *q.* 2. *nu.* 121. Nicol. Garc. *d. part.* 1. *c.* 5 *ex num.* 110. & *p.* 11. *cap.* 6. *n.* 4. & 25. Squillante *de priuil. cler. cap.* 5. *num.* 45. Sebast. Cæs. *d.* §. 10. *num.* 11. vbi insinuat secus esse, si pensio data fuisset titulo merè temporali. Rot. *decis.* 233. *part.* 1. *diuers.* & apud. *Marchesan. de commission. p.* 1. *pag.* 637. vbi etiam quòd facultas retinendi pensionem concessa promoto ad Episcopatum, non intelligitur cum facoltate transferendi, quæ ante promotionem competebat, nisi fuerit expressa. ead. Rota apud. euodem *Marches. pag.* 638. vbi quòd pensio valeat per translationem Episcopi ad aliam Ecclesiam.

Septimò, iuxta eandem distinctionem verius vi- 39
detur, quòd sicut per professionem Religionis vacant beneficia, iuxta *cap. beneficium, de Regular. lib.* 6. vbi plures citaui Doctores *in collect. ex n.* 3. ita etiam vacant huiosmodi pensionea in titolum clericalem datæ, vt per Gig. *q.* 57. Hieron. Gabr. *cons.* 187. *num.* 11. *lib.* 2. Mantic. *dec.* 104. *n.* 7. Nicol. Garc *d. p.* 5. *c.* 1. *ex n.* 114. Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 4 *n.* 13. Molfes. *in sum. Theolog. moral. tract.* 6. *c.* 3. *num.* 51. Lezana *in sum. quæst. Regul. tom.* 2. *c.* 2. *n.* 20. & 23. Squillante *cap.* 5. *n.* 58. & *d. cap.* 5. *num.* 42. vbi ao idem dicendum sit de professione Equitum Militarium, S. Ioannis, S Iacobi, & similium. Rot. *in nullius*, seu *Capuaquen. Pensionis* 18. *Aprilis.* 1616. *coram bon. mem. Martino Andrea*, Matt. de Iurisdict. *p.* 2. *c.* 32. *num.* 16. vbi limitat in ingredientibus Religionem Militarem,

præter

præter Hierosolymitanam, Seba. Cæs. d. §. 10 n. 11. in fine, vbi insinuat secus esse, si pensio data fuisset titulo merè temporali.

40 Octauò, iuxta eandem distinctionem verum videtur, quod sicut beneficij collatio excommunicato facta non tenet iuxta text. in cap. postulastis, de cleric. excom. minist. vbi plures citaui Doctores in collect. n. 2. ita etiam non tenet pensio in titulum clericalem excommunicato data; sicut resoluunt Cou. in cap. alma mater, p. 1. §. 7. sub num. 2. vers. nono, idem in pensione. Vgolin. de censur. tab. 2. cap. 13. §. 2. num. 8. Suar. in simili tra. disp. 13. sect. 1. num. 7. & 8. Flamin. de resign benef. lib. 4. q. 3. n. 48. Turrian. de censur. lib. 2. disp. 16. dub. 1. Vasq. in opusc. de excommun. dub. 6. n. 5. Cornejo in 3. p. tr. 5. p. 2. c. 2. n. 8. Diana mer. resol. p. 5. tractat. 9. resol. 103. Ioan. Cochiet. eodem tract. cap. 33. num. 8. Henriq. in sum. lib. 13. cap. 13. §. 2. Sayr. de censur. lib. 2. cap. 5. num. 15. Auil. in simili tract. par. 2. cap. 6. disp. 5. dub. 5. Paul. Layman. in Theolog. morali lib. 1. tract. 5. p. 2. cap. 2. num. 8. Squillante d. c. 5. num. 15. Sanctarel. var. resol. q. 79. num. 21. Mart. Alter. eod. tract. tom. 1. lib. 2. disp. 6. cap. 4. vers. ex his diuersis modis, Nicol. Garc. de benef. part. 1. cap. 5. num. 130. Valer. Reginald. in praxi fori pœnit. li. 32. num. 45. Anton. Ricciul. de iure person. extra gremium Ecclesiæ existent. lib. 4. cap. 6. num. 29. Campan. in diuers. Iuris Canon. rubr. 11. cap. 14. num. 17. Rot. in Pacen. pensionis 20. Nouembris 1609. coram bona mem. Cardin. Marquemontio.

41 Nonò, iuxta eandem distinctionem verum quoque videtur, quod sicut collatio beneficij facta ordinato prima tonsura ab alieno Episcopo sine literis dimissoriis est nulla, secundum ea quæ latè resoluit Nicol. Garc. d. part. 1. cap. 1. ex num. 141. ita etiam reseruatio pensionis tali facta erit nulla, vt per Cæs. de Grassis decis. vnic. de præben. num. 3. Flamin. Paris. de resignat. benef. lib. 4. q. 2. sub num. 60. Hieronym. Gabr. cons. 18. num. 6. & cons. 186. nu. 3. cum seqq. vol. 1. Nicol Garc. d. c. 5. num. 143. Rot. in Firmana pensionis 15. Decembris 1628. coram R. P. D. Duran. inter impressas decis. 117. Sebast. Cæs. d. §. 10. n. 11. in fine, vbi insinuat secus esse si pensio data fuisset titulo merè temporali, Aloys. Ricc. in collect. decis. par. 5. collect. 1578. Carol. de Grass. de effect. b. cleric. effectu 1. n. 636. Squillante de priuil. cleric. cap. 5. num. 12.

42 Decimò, iuxta eandem distinctionem dicendum videtur, quod sicut ante decimum quartum annum non potest Clericus obtinere beneficium iuxta decretum Concilij Tridentini sess. 23. de reform. c. 6. sic nec pensionem, prout referunt à Sac. Congregatione decisum Nicol. Garc. d. p. 1. cap. 5. num. 129. Emman. Sà verb. beneficium, n. 30. Campan. in diuers. Iuris Canonici, rub. 7. cap. 6. num. 5. & rub. 11. cap. 1. num. 16. Sanctarel. d. q. 79. num. 17. in fine. Ego ipse de officio & potest. Episcopi, p. 3. alleg. 60. num. 79. & me citato Squillante dict. cap. 5. num. 13.

Contra Læl Zech. de benef. & pension. cap. 11. num. 7. Gig. de pension. q. 13. num. 3. Aloys. Ricc. in praxi rerum fori Eccles. 367. & part. 4. decis. 186. Metenda cons. 29. Anton. Raguc. in vase Eccles. disciplina tit. de futuris Episcopis, quæst. 4. Stephan. Gratian. discept. 397. num. 17. Nauar. in singul. Cau. concl. 13. à num. 10. Perez de Lara in compend. vita hominis cap. 16. num. 71. Didac. Narbona de ætate ad omnes humanos actus requis. anno 1. q. 15. num. 6. licèt anno 14. q. 59. affert priorem opinionem sibi magis arridere, & eam defendit, existimantes sufficere ætatem septem annorum; quibus fauet stylus Datariæ, prout mihi constitit.

Vndecimò, iuxta eandem distinctionem verum 43 etiam videtur, quòd sicut filij, & nepotes hæreticorum sunt inhabiles ad beneficia in posterum obtinenda, iuxta text. in cap. 2. §. hæretici, de hæret. lib. 6. sic etiam sunt inhabiles ad pensiones acquirendas, vt per Nicol. Garc. de benefic. part. 11. c. 10. §. 1. num. 74. Sanch. in præcepta Decalogi tom. 1. lib. 2. cap. 28. n. 35. & 36. Farin. de hæresi q. 191. §. 2. n. 9. Sanctarel. in simili tract. c. 34. dub. 2. num. 15. Squillante de priuileg. cleric. cap. 4. num. 220. quia in materia hæresis verbum beneficium, accipitur largè sumpto vocabulo, ex Ricc. de iure personar. lib. 5. cap. 19. num. 7. tum quia incapaces benefi- 44 ciorum, sunt etiam incapaces pensionum, Sanch. de matrimon. li. 7. disp. 44. n. 9. Zerol. in praxi Episc. p. 1. ver. Irregularitas, § 8. & verb. Pensio, § 6. Nicol Garc. p. 1. c. 5. n. 121. Nauarr. cons. 11. n. 11. de temp. ordin. Ciarlin. controu. for. c. 10. à n. 5.

Hinc prouenit quod sicut exteri ex priuilegio Sixti IV. non possunt in Regis Castellæ & Legionis beneficia obligare, cuius meminere l. 14. & 16. tit. 3. lib. 7. recop. Mariana de rebus Hispan. lib. 14. c. 16. & Gonzales de Salzedo de lege politica lib. 2. c. 15. per tot. & c. 17. n. 52. & plures citati per me in collect. ad c. bonæ memoriæ, de postul. Præl. vbi idem priuilegium concessum refert Regnis Lusitaniæ, Galliæ, Vngariæ, Aragoniæ, Valentiæ, & aliis; sic ad pensiones obtinendas incapaces erunt, cum eadem ratio militet in pensionibus, ac in beneficiis, vt per Cou. pract. c. 36. n. 9. Portoles ad Molin. §. alienigena, Camil. Borrel de præstantia Regis Cathol. c. 50. num. 41. Gabr. Pereira de manu Regia p. 2. c. 64. num. 18. Baldel. in Theolog. moral. lib. 5. disp. 33. n. 12. latissimè, & eleganter Gonzales de Salzedo in lege politica lib. 2. c. 6 per tot. vbi etiam quid dicendum in pensionibus constitutis in testa de ferro?

Duodecimò iuxta eandem distinctionem ema- 45 nat, quod sicut collatio beneficij sæcularis facta Religioso est inualida, cap. cùm beneficio de præben. lib. 6. iunctis iis, quæ supra adduximus hoc lib. c. 4. n. 14. cum seqq. Ita reseruatio pensionis supra fructibus beneficij sæcularis facta Religioso sine dispensatione summi Pontificis, tantes est inualida, ex Mandos. de signatura gratia, tit. de pensionibus, vers. Militibus, Læl. Zech. de benef. & pension. cap. 11. n. 7. quos refert Sanctarel. var. resol. q. 79. n. 25. Illustrissimus D. meus Roder. à Cunha in comment. ad c. 1. n. 4. dist. 55. Regularis etiam ita est incapax pensionis super beneficio sæculari, sicut est incapax ipsiusmet beneficij, Gig. de pension. q. 57. n. 5. & 6. & q. 16. n. 6. Nau. cons. 11. in tip. N. familiaris n. 2. de temp. ord. Gamb. de officio & potest legati lib. 6. tit. de pensionib. n. 16. Rota apud Marches. de commiss. p. 1. pag. 16.

Decimotertiò, ex eadem distinctione prouenit, 46 quod sicut collatio beneficij facta irregulari, est inualida, vt diximus hoc lib. cap. 13. vers. quarto, ita etiam reseruatio pensionis facta eidem irregulari nulla, vt per Nau. cons. 63. n. 5. de simon. & cons. 44. n. 2. de homicid. Vgolin. de irregul. c. 65. §. 1. num. 3. Zerol. in praxi Episc. p. 2. verb. irregularitas, § 8. & verb. pension. § 6. Sayr. de censur. lib. 6. c. 2. n. 22. Auil. eod. tract. p. 7. disp. 2. dub. 6. concl. 3. in fine, Campan. in diuers. Iuris Canon rub. 11. c. 11. n. 5.

Decimoquartò, ex eadem distinctione colligitur, quod sicut beneficiatus excommunicatus non facit fructus suos beneficij, quamdiu est in excommunicatione

municatione, *c.pastoralis.§.verùm,de appell.* vbi notauimus, ita nec pensionarius excommunicatus facit suos fructus pensionis, ex Suar. *tom.5.de censur. disp.13.sect.1.* quem refert Sanctarel. *d.q.79. n.19.*

48 Decimo quintò, ex eadem distinctione emanat, quod sicut filij clericorum, qui non ex legitimo nati sunt matrimonio, prohibentur in Ecclesiis, vbi eorum parentes beneficium aliquod habent, aut habuerunt, obtinere aliud, neque in illis Ecclesiis ministrare, vt statuit Conc. Trid. *sess.25 de reform.c.15.* ita nec habere pensiones super fructibus beneficiorum, quæ parentes eorum obtinent, vel aliàs obtinuerunt, vt idem Conc. Trid. pariter disponit, & infrà diximus.

49 Decimosextò, ex eadem prouenit distinctione, quod sicut non incedentes in habitu clericali, & tonsura, ipso facto priuati sunt Ecclesiasticis beneficiis, vt statuit Sixtus V. *in sua constit.* incip. *Cum sacrosanctam, sub die 5. Ianuarij* 1586. cuius memini *de offic.& potest.Episc. p.2.alleg.9.num.12.* ita obtinens pensionem tanquam clericus, si incedat in habitu sæculari pensio ipso iure remanet extincta, absque alia citatione, & Iudicis decreto, vt sunt verba clara dictæ constitutionis Sixti V. tradunt Gonzal. *ad reg.8.Cancell.gloss.15.in princ. num.56.* Nicol.Garc. *de benef.p.7.c.1.n.18.* Rot. *decis.* 158. *num.16.p.1.recent.* & latè fuit dictum in *Cæsaraugustana pensionis 3.Iunij 1622.coram R. P. D. meo Coccino Decano, & in Ellboren. pensionis 7. Iunij 1627.coram R.P.D.Vbaldo, & in eadem 20.Decemb. 1628.coram R.P.D. Merlino.* Requiritur tamen quòd spatio tanti temporis in habitu sæculari non incesserit vt communi opinione reputaretur laïcus, Farin. *in praxi crimin.p.1.q.8.n.68.* Ricciul. *de iure personar.lib.7.c.vlt.num.17.* vide *sup.lib.1.c.40.vers. contra non deferentes.* vbi declaratur.

50 Decimoseptimo, ex eadem infertur distinctione, quod sicut per militiam censentur vacare beneficia, quæ Clericus obtinebat; vt resoluimus *lib.3.c.14.num.31.* ita & pensiones extinguuntur, si quæ sibi in titulum vti Clerico erant assignatæ, vt per Laur. *in Clem.1.§.eadem, de suppl. negl. Prælat.* quem *ibidem* sequitur Card. *in 6.quæst. num.5. & in Clem 1.q.18. num.19.de rebus Eccl.non alien.* Paul.de Roma *in tra.de pension.c.3.n.4.* Caccialup. *in simili tract.q.15.* Gig. *in eod.tr.q.55.n.2.* Ricciul. *de iure personar.extra grem.exist.lib.7. cap.5. n.26.* latè Ciarlin. *controu forens.c.36.n.41.cum seqq.* vbi *n.55.* subdit quòd licet miles derelinquat militiam, tamen non recuperat pensionem, quia iam extincta fuerat ob transitum ad militiam ipso iure, & semel extinctum non reuiuiscit, & idem Ciarlin. *c.115.n.36.*

Decimooctauò ex eadem distinctione inferri videtur quod sicut Episcopi, & cæteri beneficiati Clerici tenentur vt minimum erogare quartam partem fructuum siue reddituum in opera pia, vel medietatem residui congruæ sustentationis, Hurtad.de Mendox. *in 2.2.vol.2.disp.160.sect.15.§.105.cum seqq.* Diana *moral.resol.p.5.tr.8. resol.27.* Ita etiam pensionarij si pensio sit Ecclesiastica, Nau. *de spol. cleric.§.1.n.6.& §.7.n.7.* Sarmient. *de reddit.par.3. c.5.num.7.* Molin. *de instit.tract.2.disp.145.num.5.* Hurtad.de Mendoxa *dict.disp.160.sect 8. §.117.* Castr.Palao *tom.1.tract.6.disp.2.punct.7.n.2* Diana *d.tract.8.resol.29.* Quicquid dicat Vasq. *in opusc. de eleemosyna dub.vlt.n.22.*

51 Pensionis nomen olim pro censu perpetuo, quod Ecclesiis, vel rebus Ecclesiæ perpetuò concessis soluitur, accipi consueuit, *c. Eleutherius 18. q.2.c. constitutus, de relig.domib.c.præterea, de censib.* Vnde in eo significatu quoque ab ea pensione, de qua hic loquimur, constat differre. A bene- 52
ficio autem differt non solùm nomine sed etiam natura, quia beneficij natura est, vt perpetuò duret, nec morte extinguatur, vt diximus, nec absque Ordinarij permissione valeat renunciari, & vt illud obtinens clericus esse debeat, in quibus, & aliis quoque diuersa est pensionis natura. Effectu quoque à beneficiis differt, quia pensio non habet beneficiorum effectum, nisi in supradictis casibus, & aliis nominatim expressis, & vbi scilicet natura diuersa non repugnat: quia vbi illa non repugnat, idem est vtriusque effectus: quare cum loquimur de clerico beneficiato in materia sustentationis, & victus, is etiam comprehenditur qui obtinet pensionem, Doct. *in c.quamuis il 1. de preben. in 6.& in c.ad audientiam. il 2.de rescript.*

Vnde autem originem traxerint pensiones non 53
satis compertum habetur; hoc verò satis probari videtur, antiquioribus Ecclesiæ temporibus non adeò in vsu fuisse, cùm non ita in antiquis Canonibus sicut in recentioribus de huiusmodi materia mentio habeatur; nam de illa fit tantùm mentio *in d.c. Eleuterius, & in c. querelam, de elect. & in c. extirpanda.§.fin.in fine, de præben.& in c.nisi essent, eod.tit.& in c.pastoralis, de his quæ fiunt à Prælat. & in c.quæ fiunt, de his, quæ fiunt à maiori parte Cap. & in c.constitutus. de religios. domib. & in c. præterea, de censib.& in c. quamuis il 1.de præben in 6, & in Clem. vnic. de supplen. negl. Prælat.* & hoc nomen in antiquis pro censu potiùs, aut portione, quàm pro vera pensione, de qua agimus, sumebatur, vt ex iis, quæ superiùs diximus, conijcere licet. Origo autem, vel causa harum pensionum inde 54
potissimum descendere videtur, quod scilicet de Ecclesiæ possessionibus, aut redditibus cœpit necessitati, & meritis Clericorum, & religiosarum personarum, nec non laïcorum simili quadam ratione subueniri, vt ex canone Symmachi Papæ colligitur *in c.possessiones 16.q.1.* qui ait, *Possessiones Ecclesiæ sub quocunque titulo, vel argumento alienari non patimur, nisi fortè aut clericis bonorum meritorum, aut monasteriis religionis intuitu, aut certè peregrinis si necessitas largiri suaserit, sic tamen, vt hæc non perpetuò, sed temporaliter perfruantur.* Cùm ergo hac de causa res Ecclesiæ ad tempus alienari permitterentur, non incongruè Patres censuerunt partem potiùs fructuum talibus quoad viuerent assignare, idem quoque ex canone Gelasij Pont. *in c.fin.16.q.6.* comprobatur, sic enim ait: *Statuimus vt quascunque munificentias clericis, aut sibi seruientibus de rebus Ecclesiæ in vsum præcedentes dederint sacerdotes, subsequentes Pontifices nullatenus auferre præsumant.* Non ergo absurdum, vt adeò nouum debet videri, si benemeritis clericis, aut etiam laïcis seruientibus de Ecclesiæ redditibus aliquid super certo beneficio ad victum assignetur, quando succedentes, etiam in eodem beneficio illud eis prohibeatur auferre, ex his namque causis pensiones assignari probantur: sed illa quoque causa probatur, vnde magis propriè pensionis impositio videtur orta, idque ab ipso B. Gregorio factum est, qui scilicet Episcopo propter ægritudinem renuncianti sumptus debitos de eiusdem Ecclesiæ redditibus quousque vixisset, ministrari præcepit, *in c.quamuis triste 7. quæst.1.* nec non etiam ob merita literarum, ac personarum sublimium, quas Romanus Pontifex maioribus beneficiis honorandas affirmat.

55 Pensionem enim sine causa imponere potest
Papa, quia in beneficiis plenissimam habet potesta-
tem, c. 2. *de praben. in 6.* citati per Nicol. Garc. *de
benef. part. 1. cap. 5. num. 374. & seq.* quibus addo
Squillant. *de priuileg. cleric. c. 5. num. 8.* regulariter
tamen pensionem non assignat sine causa, & sine
consensu beneficiati, Cassiad. *dec. 4. n. 6. de pensio-*
56 *nib.* Nicol. Garc. *d. c. 5. n. 278.* Episcopus verò licet
non possit reseruare pensiones, cum illæ non re-
seruentur, nisi auctoritate Papæ, ex Rot. *dec. 437.
n. 2. par. 1. recent.* tamen hoc intelligitur sine iusta
causa, nam ea existente passim permittitur talis
reseruatio, videlicet pro bono pacis, vel pro stu-
dio alicuius scholaris pauperis, vel in vtilitatem
Ecclesiæ, pro concordia litis, pro pauperibus, &
egenis, pro benemeritis, & pro vsu pio, vt per
Stephan. Gratian. *discept. forens. cap 617. num. 5.* vbi
num. 8. subdit, quòd non sufficit assertio Episcopi
dicentis causam interuenisse in similibus pensio-
nibus per eum reseruatis, & ideò aliunde debet
constare de causa, & *num. 9.* notat, vt talis pensio
reseruetur per vim quantitatis pecuniæ, bladi, vel
vini, non autem per viam quotæ, videlicet, quod
detur tertia, vel quarta pars reddituum, & à
num. 12. obseruat, quòd in casu, quo Episcopus
potest reseruare pensionem, istud intelligeretur,
vt reseruatio solum fiat vsque ad vitam oneratì,
ita vt tantùm teneantur ad talem pensionem pri-
mus oneratus, non autem successor in illo bene-
ficio.
57 Iusta autem causa in Episcopo est quoque amor,
quo ille suum ex fratre nepotem prosequebatur,
ad tex. in cap. dilecto, vbi notant Doctores, *de pra-
ben.* Rot. *decis. 166. num. 4. part. 2. recent.* & quò
commodius Sacræ Theologiæ operam dare posset,
ex traditis per Rebuff. *de pacif. possess. num. 23.* Iu-
stam similiter causam reputat eadem Rot. *in vna
Meliten. Canonicatus 9. Martij 1595. coram bo.
mem. Card. Millino,* impressa per Marches. *de com-
missionib. p. 1. §. 2. pag. 611.* quia ille, ad cuius fauo-
rem Episcopus pensionem imposuerat, originarius
Meliten. erat, & in Vrbe sacris literis operam da-
bat; quæ causa respicit vtilitatem, non solùm il-
lius particularis Ecclesiæ, sed etiam vniuersalis,
quæ ad suum regimen viris literatis maximè indi-
58 get, iuxta ea, quæ dixi *de officio, & potestat. Epi-
scopi p. 2. alleg. 46. à princ.* & iusta causa est adeò fa-
59 uorabilis, vt Episcopus posset etiam contra Cano-
nes dispensare, Rom. *cons. 325. num. 8.* cum maio-
ri parte Capituli, & contradicente minori parte
potest statuere, vt quilibet Canonicus de suis
præbendis conferat alicui pauperi scholari studen-
ti certam quantitatem singulis annis in subsidium,
Abb. *in cap. vlt. num. 2. de his, quæ fiunt à maiori
parte Capituli.* Bolognet. *in Auth. Habita nu. 387.
C. ne filius pro patre,* Bottæ *de Synodo Episcopi p. 3.*
60 *concl. 17. in 9. col. art. 1.* Rebuff. *de priuil. Schol. pri-
uil. 41.* Potest quoque Episcopus cessante pacto
mandare quòd recipiens beneficium pinguius sol-
uat aliquam pensionem suo tempore duraturam
ad coæquandos fructus vtriusque beneficij permu-
tati, vt per Anchar. *cons. 279. Quæstio proponitur,
vers. ex qua causa, n. 1.* Rot. *in d. Meliten. Canonica-
tus, & in Albiganen. Confidentia 6. Martij 1606.
coram bon. mem. Card. Marquementio,* Flam. Paris. *de
confident benef. q. 28. n. 12. in princ. & in fine, vers.
ad coæquandum,* Rodoan. *de simon. p. 2. c. 21. nu. 34.
seqq.* Stephan. Grat. *d. c. 6. 18. n. 1. & 2.*
61 Ex eisdem causis potest quilibet Regularium
Superior pensionem imponere in beneficiis suæ
Religionis manualibus, & amouibilibus, quæ ad
proprietatem non transeunt in Religiosum, Abb.
in cap. nisi essent, n. 12. de praben. Mobed. loquens
de Hospitalariis, *S. Ioanis, decis. 10. de causa possess.*
& fuit dictũ *in Troiana pensionis 24. Iunij 1610. co-
ram R.P.D. meo Pirouano,* vbi ampliatur etiam ad 62
omnem Generalem, Præceptorem Militiarum, ve-
luti magnum Magistrum religionis Hierosolymi-
tanæ, in Commendis tantùm suæ Religionis spe-
ctantibus ad illum ad fauorem Religiosorum,
siue Equitum eiusdem Religionis, eadem Rota
*in montis Falisci pensionis 10. Iunij 1630. coram
eodem.*
Obtinere autem pensiones quilibet potest quo- 63
tiescunque ei legitimè assignantur, dummodo sal-
tem sit clericali tonsura insignitus, & legitimæ æta-
tis, nullis censuris innodatus, nec irregularis, nec
coniugatus, nec illegitimus, de quibus omnibus
requisitis ad pensiones obtinendas egimus supra,
& refert aliqua Squillante *de priuileg. cleric. c. 5.
num. 9. cum seqq.* Nam, licèt de Iure communi laï-
cus sit capax pensionis, vt per Gigan. *de pensionib.
q. 21.* Rot. *in Ferrarien. pensionis 14. Iunij 1624. co-
ram bona mem. Remboldo;* de stylo autem, & ob-
seruantia Curiæ non dantur nisi Clericis, qui sunt
capaces beneficiorum Ecclesiasticorum, vt *in dict.
Ferrarien. coram Remboldo,* ita si pensionarius de
tempore reseruationis non sit Clericus, vel persona
Ecclesiastica, pensio sit nulla, Gig. *de pension. q. 22.
num. 8. cum seqq.* Rot. *decis. 20. & 108. lib. 3. par. 3.
diuers.* Gambar. *de officio & potest. legati de latere,
lib. 6. n. 333.* Rot. *in Papien. fructuum 6. Iun. 1607.
coram Card. Lancellotto iun. & in Zamoren. pensio-
nis 29. Octobr. 1601. coram Ortembergo.* Et proce-
dit, etiamsi postea efficeretur Clericus, Gig. *d. q. 22.
num. 16.* Rot. *decis. 20. & 108. lib. 3. p. 3. diuers.* Lam-
bert. *de iurepatr. p. 1. lib. 2. q. 7. art. 7. n. 7.* & fuit di-
ctum *in Vercellen. Canonicatus 23. Ian. 1598. coram
Corduba, & in Papien. fructuum 6. Iun. 1607. coram
Card. Lancellotto iun.*
Ex decreto autem Concil. Triden. *sess. 25. de re-* 64
*form. ca. 15. filij clericorum, qui non ex legitimo nati
sunt matrimonio, non possunt obtinere pensiones super
fructibus beneficiorum, quæ parentes eorum obtinent,
vel obtinuerunt,* vt docent Steph. Gratian. *discept.
tom. 3. cap. 397. à n. 24.* Campan. *in diuersor. Iuris
Canon. rubr. 11. c. 13. nu. 70.* Steph. *decis. 1442. n. 15.*
Aloys. Ricc. *in dec. curia Archiep. Neapol. p. 4. decis.
186. n. 3.* Rot. *decis. 549. num. 4. p. 2. recent. & in Me-
liten. pensionis 14. Maij 1614. coram bon. mem. Bu-
ratto,* inter eius impressas *dec. 53. n. 3.* Vbi Ferentil.
in annot. lit. B. Ego ipse *de officio, & potest. Episcopi
p. 3. alleg. 65. n. 26.* Vnde filium legitimum non 65
prohiberi habere pensionem super beneficio pa-
terno, referunt decisum Nicol. Garc. *de benefic. p. 7.
cap. 3. n. 35.* Armendar. *in addit. ad recop. legum Na-* 66
uarra lib. 3. tit. 19. l. 1. de filiis cleric. num. 7. At verò
pater clericus habens facultatem pensionem, quam
possidet, transferendi, illam transferre potest in
filium clericum, etiam illegitimum dispensatum
simpliciter ad beneficia, & pensiones, vt tradunt
Gig. *de pension. q. 86. n. 5.* Flamin. Paris. *de resignat.
benefic. lib. 7. q. 4. num. 21. & 22.* Gonzal. *ad reg. 8.
cancell. gloss. 5. §. 5. num. 22. & 23.* Azor. *instit. mo-
ral. par. 2. lib. 8. cap. 8. q. 7.* Nicol. Garc. *d. cap. 3.
num. 34.* Stephan. Gratian. *d. cap. 397. num. 1. & 7.*
Aloys. Ricc. *in collect. decis. part. 4. collect. 1267. in
fine, & d. Neapol. decis. 186. n. 1. & 7.* Ego ipse *d. al-
leg. 65. n. 27.* me citato *in illo loco* Squillante *d. c. 5.*
num. 26. quia Concil. Trident. *d. cap. 15.* loquitur, 67
quando

quando pensio reseruata super beneficio, quod habuit pater, Flam.*d.q.4.n.22*.Belle**t**.*disquisit.cler. p.1.tit.de discipl.clerical.§.2.n.3* t.Aloys.Ricc.*dict. p.4.decis.*186.*n.*19. Vide S. Congreg. Concil. *in Zameren.9. Nouembris* 1619. censuit clericum reseruatarium pensionis annuæ scutorum 200. super Ecclesia, quam ipse nunquam obtinuit, posse transferre medietatem ad fauorem sui filij illegitimi.

68 Priuilegia quoque officiis omnibus Romanæ Curiæ concessa, vt laici, bigami, & clerici coniugati possent pensiones obtinere, fuerunt à Pio V. Romano Pontifice reuocata, intendens in posterum plenius constituere, ne laici vsquam pensiones possent Ecclesiasticas obtinere, cum hodie tantopere Ecclesia redditibus, ac fructibus indigeat, non tantùm in alendis clericis, & ministris, quàm in instaurandis Ecclesiis, & alendis pauperibus, aliisque plis necessitatibus prouidendis, quibus de causis antea quoque *in Lateranen. Concil.* de quo *in cap. prohibemus, de censib.* fuerat constitutum, vt non liceret Prælatis nouam Ecclesiis imponere, vel veterem augere pensionem: quamuis

69 glos.ibi censu potius, quam pensione, de qua hic loquimur, intelligere velit. Concilium verò Trid. *sess.24.de reform.cap.*13. constituit, ne Cathedrales Ecclesiæ, quarum redditus summam ducatorum mille, & Parochiales, quæ summam ducatorum centum, secundùm verum annuum valorem non excedunt, vllis pensionibus, aut fructuum reseruationibus prægrauentur, quæ quidem summa intelligitur iuxta valorem ducatorum loci, in quo est beneficium, vt referunt decisum Læl.Zech. *de Republ.Ecclef.cap.*28.*n.*4.*pag.mihi* 323. Galet. *in margarita casuum conscientiæ, verb.Parochus, vlt & verb. pecunia* 1. *& verb. pensio* 15. Aloys.Rice. *in praxi rerum fori Ecclef.decis.*428.*in* 1.*edit*.aliàs *resolut.*365.*num* 2 *& resol.*644.*in* 1.*edit*.Nicol.Garc. *in addit. ad tract.de benefic.par* 1.*ca.*5.*n.*373. *& in dicto tract.num* 375. asserit, quòd in pensione, quæ constituitur super Parochiali, solet apponi clausula, *dummodo remaneant centum ducati annuatim liberi pro Rectore*, & quod verbum illud, *liberi*, importat idem, quod absque vllo grauamine, per Rot. *decis.*298.*par.*1.*diuers.* de qua clausula latè diximus *in tr.de clausulis vsufreq. clausf.*47. *&* 48. secundum Lugdunen.impressi. *& de officio, & potest. Parochi cap.*19.*n.*15. *cum seqq.* Si enim lex ciuilis Falcidiam Legaris decreuit imponere, ne hæres nimiom prægrauetur, vt habetur *in princ.instit. de leg.Falcid.* (cum legatum sit delibatio hæreditatis, *l.legatum ff.de legat.*2.sicut pensio beneficij) quantò consultius Canones, & Canonum seruatores à grauaminibus Rectores Ecclesiarum seruare debent indemnes? Verùm quia plerumque Christo in pauperibus suis, quod nobis dispensandum tradidit, reddere detrectamus, illud Augustini, de quo *in c.maiores* 16.*q.*7. cum hac in re, tum etiam in aliis casibus impletur, cùm ait, *hoc tollit fiscus, quod non accipit Christus.* Statuit præterea Concil. Trid. *sess.*23. *de reform. cap.*18. vt pensiones minui possent ex occasione legitima, quia is, qui eas soluit, tenetur portiones aliquas Episcopo soluere ex causis Ecclesiæ opportunis; vt idem Concil. statuit *proxime citato loco*, ita & pensio immoderata tedigi ad moderationem debitam potest, vel quando in posterum incipit nimiùm prægrauare, vt notatur *in c.*1.*de censuet.& in c.preterea, de iure patr.* Denique Nicolaus V.summus Pontifex statuit, vt habetur *in regulis Cancellariæ*, vt litteræ

pensionis non expediantur in Curia, nisi is, qui pensionem est soluturus, præstet de ea te consensum.

Cæterùm legitimè imposita pensio est à beneficiato soluenda, atque ad id compelli potest, non solùm in futurum, sed etiam in præteritum pro terminis decursis ante suam prouisionem, Nau. *consf.*1.*n.*3.*&* 4 *& consf.*2.*n.*3.*&* 5.*de solution.*Franc. Leo *in thesauro fori Ecclef.p.*3.*c.*7.*n.*46 Mooet.*de distribut. quotid.p.*3.*n.*22. Decian.*consf.*37.*n.*12 *&* 14.*vol.*2. Bellet.*disquisit. clerical.p.*1. *tit.de clerico debitore*, §.8.*à princ.* ita vt pensionarius agere possit hypothecaria contra successorem in beneficio, super quo fuerit imposita pensio, secundùm Roman.*consf.*388.& Remin. iun.*consf.*198. *n* 9.*vol.*3. quos refert.& sequitur Bellet.*d.*§.8.*num* 9. Rot. *in Toletana pensionis* 1. *Iulij* 1630.*coram R.P.D.Merlino.* In cuius tamen electione erit vel agere contra beneficij possessorem, vel contra hæredem defuncti prædecessoris in casibus, in quibus hæres est obligatus, siue contra prædecessorem in beneficio, si adhuc viuit, vt per Gig. *d.q.*39.*n.*11. *& q.*43.*n.*5.Rot. *dec.*1182.*n.*1.*p.*3.*lib.*3.*diuers.*Franc. Leo *d.p.*2.*c.*7.*n.*51. Bellet.*d.*§.8. *n.*10. vbi *nu.*11. cum Gig *d.q.*39.*n.*13. aduertit conducibilius esse pensionario, quod potiùs agat contra possessorem beneficij, quàm contra hæredem defuncti prædecessoris, quia contra possessorem beneficij procedit executiuè, quatenus non soluat; si autem vellet agere pensionarius contra hæredem defuncti prædecessoris, tunc esset necesse iuris ordinem seruare; in casu verò, quo pensionarius agat contra successorem, idemmet successor habebit actionem contra suum prædecessorem, si viuit, vel eius hæredes, Ioan.Andr. *in cap.non est in mora, de regul.iuris in* 6. Federic.*consf.*290. *num.*6. Geminian. *consf.*4.*n.*9 *& per tot.* quos refert,& sequitur Bellet. *d.*§.8.*n.*12.& licèt Rot. aliquando dubitauerit, an detur actio pensionario contra successorem in beneficio pro terminis decursis, & non solutis in vita prædecessoris, vt per Cassad. *decis.*3. *&* 4. *de locato.* Achil.*decis.*3.*de de pension.*& Crescent.*dec.*6. *n.*3.*&* 7.*de solut.* ipse tamen postmodum eam concessit cum hoc temperamento æquitatis, si diligentiæ scilicet præcessissent contra eundem prædecessorem, ideò vt pensionarius nulla notari possit negligentia. Ita fuit dictum *in vna Canarien. pensionis* 15.*Ianuar.*1597.*cor.* Giptie, *& in causa Hispalen.pensionis* 16. *Decemb.*1577.*cor.Cards.Bianchetto, & in Oscen. & Barbastren. pensionis* 19. *Aprilis* 1609.*cor.Card. Lancelloto iun. & sæpissimè in aliis citatis in Neritenen.pensionis* 10.*Iunij* 1611. *coram Gregor.XV.*impressa per Farin.*decis.*352.*n.*2. *p.*2.*recent.* & per Beltramin. *decis.*507. *n.*1. & per. Campan. *in diuers.Iuris Canon.rubr.*11. *c.*14.*n.*20. referunt latèq; exornant Bellet. *d.*§.8.*n.*13. Franc. Leo *d.c.*7.*n.*52.*&* 53. Nicol.Garc.*de benef.p.*1.*c.*5. *n.*199.Steph.Grat.*discept.forens.c.*94.*n.*59. Marescott.*var.lib.*1.*c.*18. Pacific. *de Salmana interdicto decis* 99.*& inspect.*3.*c.*14.*à n.*199.

Sed dubitaui, an pensio posita super Canonicatu, cuius Præbenda fuit dimissa, & alij adiudicata, debeatur à possessore præbendæ, vel potiùs ab obtinente Canonicatum? Consultus de hoc dubio D. Ioannes Ghinius in Romana Curia Aduocatus integerrimus, & vtriusque iuris consultissimus, scripsit ad pensionem huiusmodi teneri, qui possidet Canonicatum, super quo pensio imposita fuit, quia ad hunc effectum non sufficit fuisse dimissam primam, & assequutam nouam præbendam,

70, 71, 72, 73

dam, nisi quoque fuerit renuntiatus titulus Canonicatus: quia pensio non dicitur reseruata super prædiis præbendæ in mera temporalitate consistentibus, sed super præbenda, prout est ius percipiendi ex isto, vel ex illo prædio, atque ita dimittitur terrenum, & sola temporalitas, sed retinetur idem Canonicatus cum sua præbenda: & cum illa temporalitas non sit perpetuò annexa Canonicatui, illius dimissio non facit, vt pensio desinat esse reseruata super fructibus & præbenda, super quibus reseruata fuit, Gig. *de pensionib. q. 63. n. 3. vers. secundo casu pulchrè*, Rot. *decis. 8. n. 1. vers. secundo casu, de consuetud. in nouis*, Seraphin. *decis. 1429. n. 4.* vbi quòd onus pensionis non transit ad alium ob solam bonorum translationem, sed demum si transferatur titulus. Monet. *de distribut. quotid p. 3. q. 8. n. 15. & 16. & de optione Canon. c. 7. q. 3. n. 47.* Gonzal. *ad reg. 8. cancell. gloss. 34. n. 45. & seqq.* bene Garc. *de benefic. in addit. p. 1. c. 3. n. 466.* Mantic. *decis. 273. n. 1. vers. sed cum dic*, & fuit plenè resolutum *in Lucana pensionis 29 Ianuar. 1618. coram bonæ mem. Vbaldo sen.* ita vt præbenda, sit inseperabilis; & ita non possit dimitti antiqua præbenda, quominùs dimittatur etiam Canonicatus, vt per eundem Garc. vbi suprà, Hinc licèt quando pensio fuit reseruata super pluribus redditibus, censeatur distributa pro rata, ita vt parte ipsorum dismembrata, pensio quoque censeatur diminui pro rata Abb. *in cap. constitutus, num. 8. de relig. domib.* Gom. *in compend. vtr. signatura num. 87. vers. & alius casus*, Mantic. *decis. 224.* tamen procedit dummodo fiat dismembratio tituli, secus autem si dismembrentur bona, Mantic. *dec. 273.* Seraphin. *d. decis. 1429. num. 4.* Quando enim tantum dismembrantur fructus, sufficit quod beneficio pensione grauato remaneant tot alij fructus, ex quibus pensio reseruata solui possit, Seraphin. *vbi suprà num 6.* Et quod plus est, dum pensio ex vtrisque debetur, quia sunt dismembrati tituli, pensionarius habet electionem agendi ex duobus possessoribus, contra quem velit, & pro tota pensione, dummodo fructus sint tantæ pensionis capaces, vt declarat Seraphin. *d. decis. 1426. n. 7.* Et adhuc est manutenendus in sua quasi possessione exigendi; quamuis ex aduerso dicatur, quod fructus sunt tenues; quia hæc exceptio, & aliæ huiusmodi sunt ad petitorium reiiciendæ, Gregor. XV. *decis. 275. num. 11.* & fuit dictum *in Lucana pensionis 21. Aprilis 1616. coram R. P. D. meo Pironano, & in Fauentina pensionis 30. Ianuarij 1619. coram bonæ mem. Vbaldo sen. & in Calaguritana pensionis 17. Iunij 1624. coram bonæ mem. Patriarcha Manzanedo.*

74 Extinguitur autem pensio morte ipsius pensionarij, per contractum matrimonij, per promotionem pensionarij ad Episcopum, & per professionem in aliqua religione, sicut etiam vacant beneficia, & in his omnibus casibus notauimus supra, & breuiter tangit Squillante *de priuileg. clericor. cap. 5. à n. 42.*

75 Inter casus extinctionum pensionis, ille est notabilis, quem ponit Rota *in causa ciuitatis Plebis pensionis 15. Iunij 1616. coram bon. mem. Cardin. Sacrato.* Fabius resignauit parochialem, reseruata sibi pensione, cum facultate regrediendi ad parochialem casu, quo pensio sibi non solueretur, cessante resignatario soluere pensionem, Fabius obtinuit se immitti in possessionem parochialis, prout realiter fuit immissus, & appellauit resignatarius, & causam appellationis obtinuit commissi in Rota cum clausula, *Sine præiudicio legitimæ executionis*, postea fuit concordatum, & resignans remisit resignatario possessionem Parochialis, & per multum tempus exegit pensionem, mortuo demum resignatario, & per illius obitum prouiso Angelo ipse dedit de extinctione pensionis, quasi quod per dictum regressum resignantis ad Parochialem resignatam pensio ad instar vsusfructus fuerit consolidata, cum proprietate, ex cumulatis per Gig. *de pensionibus, q. 49. n. 7.* & hoc stante non poterit per simplicem concordiam inter resignantem, & resignatarium sine nouo beneplacito Apostolico reuiuiscere; vt resoluit Gambar *de offic. & potest. Legati de Latere, lib. 6. num. 483. cum plurib. seqq.*

Contrariam tamen sententiam, quòd scilicet 76
pensio non fuerit extincta, tenuerunt Domini de Rota in causa supradicta, moti ex eo, quia lis inter resignantem, & resignatarium, nunquam fuit finita, stante commissione appellationis, de qua supra; tum ex eo quia iudex non poterat incipere ab executione, sed debebat procedere ordinatè canonizando regressum. Cassiodor. *decis. 4. de locato* Gambar. *d. lib. 6. n. 472.* Vnde resignatarius de facili obtinuisset in primis reuocari remissionem hoc stante, quòd lis inter resignantem, & resignatarium non fuerit finita, pluribus rationibus ibi
concludebatur pensionem non fuisse extinctam; 77
tum denique quia ipse resignatarius ante finitam litem poterat pœnitere, offerendo soluere pensionem, Sarnen. *super reg. de subrogandis quæst. 7. vers. secundus casus est*, Rot. *in Placentina Decanatus 15. Nouembris 1595. coram bon. mem. Penia*, atque ita non obstat Gambar. *d. lib. 6. n. 483.* suprà allegatus, quia loquitur, per sententiam est canonizatus regressus, quod debet intelligi per sententiam, quæ fecerit transitum in rem iudicatam: nam aliàs sententia per appellationem suspenditur, & durante lite habetur, ac si non esset, & ipsemet Gambar. *ibidem sub n. 349. cum seqq.* admittit, quòd resignans litè pendente possit pœnitere, & renunciare regressui.

Illud denique est aduertendum, posse pensio- 78
narium, etiam sine summi Pontificis auctoritate, in totum, vel pro parte remittere pensionem sibi debitam, quasi priuatum, & proprium, vt latè ostendunt Caccialup. *de pension. q. 30. n. 11.* Gig. *in simili tract. q. 45. n. 5. & q. 99. n. 8. & q. vlt. num. 8. & cons. 112. n. 7. & cons. 125. n. 6. & cons. 145. n. 6.* Bursat. *cons. 126. n. 91.* Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib. 5. q. 2. num. 123.* Franc. Leo *in thesauro fori Eccles. p. 2. c. 22. n. 79.* Nicol. Garc. *de benefic. p. 1. cap. 5. n. 39.* & specialiter de remissione partis Gig. *d. q. 99. n. 4.* Aloys. Ricc. *in collect. decis. p. 5. collect. 1653. vers. item potest.*

Quæstio est etiam in hac materia controuersa, 79
an pensiones decursas amittat, qui vigore regressus ob illas non solutas obtinuit immitti in possessionem beneficij? Illas amittere tenet Steph. Gratian. *disceptat. forens. cap. 617. n. 34.* vbi citat Alphons. Aluarez Guerrero *in speculo Iuris Pontificij c. 6. de pensionib. n. 6.* & Gig. *latè disputantem de pensionib. q. 76 per tot.* arg. tex. *in l. apud Celsum. §. Labeo, de doli except.* vbi quòd condemnatus ad dandum hominem, si promisit illum tradere intra certam diem sub pœna, transacto tempore non potest pulsari, vt soluat hominem, & pœnam.

Contrarium tamen, his non obstantibus, verius 80
mihi videtur, idque expressè colligo ex text. *in l. colonus ff. locati*, vbi dicitur, quòd Dominus potest expellere

expellere colonum contumacem in soluendo, & petere pensionem, & *in Auth. Qui rem. C de sacros. Eccles.* vbi dicitur quòd Ecclesia potest expellere emphyteutam per biennium non soluentem, & habere pensiones, ac retinere meliorament a & nullus dubitat posse dominum tunc expellere emphyteutam, & petere pensiones, quando incepit ab expulsione, vt resoluunt Clar. *in §. emphyteusis, quæst.* 10. *post princ.* Gig. *de pension. q.* 73. *n.* 8. Surd. *decis.* 327. *n.* 14. Stephan. Gratian. *discept. forens.* c. 633. *n.* 38. *cum duobus seqq.* vel saltem ab executione prætentarum pensionum cum protestatione, Card. Mant. *de tacitis, & ambig. convent. li.* 22. *tit.* 33. *n.* 5. Camill. Borell. *in summ. omnium dec. tom.* 1. *tit.* 33. *n.* 146. Buratt. *decis.* 624.

81 Et absque dubio hanc sententiam veriorem existimo eo casu, quo pensionarius sub iuramento se obligauit ad pensionis solutionem: quia tunc iuramentum habet vim clausulæ, *rato manente pacto*, *l. si quis maior C. de transact.* Bald. *in l. cum proponas, n.* 2. *vers. vlterius. C. de transact.* Seraphin. *de priuil. iuram. priuil* 85 Cardin Tusch. *tom.* 1 *lit. C. conclus.*

82 300 *n.* 4. Clausula autem, *rato manente pacto*, operatur, quòd debitum principale simul & pœna exigi possint, & vtrumque debeatur. *l. qui fidem ff. de transact. d. l. cùm proponas.* Salustius Tiber. *in form. instrum. lib.* 1 *ca.* 14. *num.* 10. *& cap.* 19. *n.* 14. Gutier. *in repet. l. nemo potest. num.* 413. *ff. de legat.* 1. Cald. Pereira *de empt. & vend. c.* 30. *n.* 52.

83 Vnde in emphyteusi apposita operatur, vt emphyteuta possit expelli ob non solutionem canonis, etiamsi dominus directus illum receperit de præterito, quia vtrumque consequi poterit, videlicet, canonem præteritum, & expulsionem, quæ sunt compatibilia. Alexand. *consil.* 196. *n.* 2. *seq. vers. nec ad hoc obstat, & cons.* 206. *num.* 2. *vers. ad prædictorum, vol.* 7. Card. Tusch. *d. concl.* 300. *n.* 11. Mart. *de clausulis p.* 1. *claus.* 131. *n.* 7. quos refero *in tract. de clausulis vsufreq. claus.* 128 *n.* 7.

84 Non obstat *dict. l. apud Celsum. §. Labeo.* quia ibi pœna successerat loco rei debitæ, cùm fuerit maior, quàm res debita, & ideò minor illa summa inerat maiori, *cap.* 1. *de arbitr. lib.* 6. *l.* 1. *§. si stipulanti, ff de verbor. oblig.* cum aliis citans per Card Tusch. *tom.* 7. *lit. S. conc.* 885. At verò in hoc casu regressus non succedit loco pensionum debitarum, sed illis accedit, ac proinde vtrumque peti potest, pēsiones, scilicet præteritæ, & beneficium, ad not. per Bald. *in d. l. cùm proponas. n.* 3. *vers. tertio casu*, & *ibi* Paul. de Castro *n.* 2. *vers. adde quartum casum.*

85 Et maximè, quia pēsiones petuntur ex debito antiquo propter fructus beneficij perceptos, & regressus ob incursam contumaciam in non soluendo debitis temporibus, vel potiùs ex pacto expressè initio in litteris Apostolicis reseruationis: & tunc quando pœna apponitur loco contemptus, & postea res, & pœna petuntur ex diuersa causa, veluti si pœna petatur ex contumacia, vel ex pacto, & debitum ex actione antiqua, certum est, vtrumque peti posse, ex adductis per Bald. *citato loco, vers. sed si non petitur*, ibi, *interdum pœna*, & Paul. *ibidem vers. item adde quintum.*

86 Verùm, quia aliquando proprium interesse homines excæcat, & non sinit vera agnoscere, & ideò vulgo dici solet; *In causa propria Aduocatum quære*, propterea hac de re consului sapientissimum & vtriusque iuris consultissimum D. Ioannē Ghioum in Romana Curia primarium, & integerrimum Aduocatum, nunc verò Cameræ Apost. commissarium meritissimum, qui respondit, vt sequitur.

Quæritur pro insigni viro D. Augustino Barbosa, in scientia legali nemini secundo, & omnibus Iurisperitis, præsertim sacrorum Canonum Professoribus, qui tot Opera cum summa eius laude impressa per maximè benemerito, an ipse, qui obtinens Thesaurariam insignis Ecclesiæ B Mariæ de Oliueira, illam resignauit ad fauorem Balthasaris, cum reseruatione annuæ pēsionis ducatorum 200. auri de Camera, & regressus in euentum non solutionis, & stante mora eiusdem Balthasaris in soluendo pensionem huiusmodi, obtinuit etiam per decisiones & tem iudicatam Rotales canonizari dictum regressum, hodie valeat petere, & exigere terminos dictæ pensionis decursos, & non solutos, vel quoad eos per dictum regressum sibi præiudicauerit? Et pro veritate requisitus credetem non prohiberi dictos terminos petere vsque ad actualem illorum exactionem. 87

Nam licèt Gig. *in tract. de pensionib. in hac eadem quæstione*, teneat pensionarium, postquam obtinuit possessionem beneficij priuari ob non solutionem pensionis, non posse petere terminos decursos, vt *in quæst* 76. *ex n.* 2 *vers. istis non obstantibus*, quem sequuntur Gratian. *discept. foren. tom.* 1. *c.* 152 *n.* 19. *& tom* 4. *c.* 617. *n.* 13. *vers. insuper. cum seq.* Paris. *de resignat. lib.* 6. *q.* 3. *num.* 30. vbi quòd regressarius recipiendo pensionem decursam videtur renunciare regressui. 88

Tamen dictum Gigan. ita simpliciter intellectum non est verum; sed materia videtur potius distinguenda: nam, aut quæritur de eo, qui si voluisset, potuisset habere regressum; quia lapsus fuerat terminus soluendi pensionem, & nihilominus recepit eam, & tunc videtur regressui renunciasse, quia, cùm concernat tantum fauorem ipsius pensionarij, regressus reseruatus intelligitur eo volente ita Gambar. *de officio, & potest legati de latere, tit. de pensionib. lib.* 6. *n* 489. *vers. primus casus*, & in terminis loquuntur Cassad. *decis.* 2. *n.* 3. *post princ. vers quod procedit, & decis.* 3. *n* 4. *tit. de locato.* Caputaq *dec.* 8. *n.* 1. *p.* 3. Paris. *de resignat. lib.* 6. *quæst.* 3. *n.* 20. *&* 22. *& q.* 3. *n.* 82. Pute. *decis.* 206. *n.* 1. *lib.* 1. *& decis.* 86 *lib.* 2. *in correctis.* Sicuti recipiens Canonem post incursam caducitatem, videtur illam remittere, Specul. *in tit. de locato. §. nunc aliqua, n.* 34. *vers.* 130. *quæritur.* Surd. *decis.* 317. *n.* 26. Mantic. *dec.* 200. *n.* 1. ex eadem ratione, quòd caducitas intelligitur domino volente, Roland. *d. cons.* 57. *n.* 9. *& cons.* 82. *n.* 6. *lib.* 3 Cassad. *d. decis.* 2. *de locato* & iste non est casus noster. 89 90

Aut loquimur de eo, qui egit in iudicio ad pensionem tantùm, & de regressu nihil dixit, & eodem modo recipiendo pensionem saltem sine protestatione videtur regressui renunciare. Gambar. *d. lib* 6. *n.* 482 *vers. secundus casus*, qui mouetur ex dicto Speculatoris *vbi suprà.* Sed nec iste est casus noster; & hæc conclusio etiam continet in se aliquam difficultatem: quia remissio intelligitur facta etiamsi canonem, vel pensionem recipiat cum protestatione. Gig. *q* 73. *n.* 7. Mantic. *d. decis.* 200. *n.* 1. Surd. *dec.* 317. *n.* 26 Corbul. *de causa priuata ob non solut. canon limit.* 21. *n.* 2. 91

Vel denique versamur in casu, quo pensionarius egit ad vtrumque, & fuit pronunciatum super vtroque, scilicet super solutione pensionis, & super regressu, prout est casus noster; & tunc certè recipiendo pensionem etiam absque protestatione, non censetur renunciare regressui, siue pensio sit de præterito, siue de futuro; quia, vt inquit idem Gambar. *loco citato, num.* 483. *vers. tertius casus*, 92

per pronunciationem iudicis resolutus est titulus possessoris, & consolidatur in pensionarium virtute regressus: vnde nec tacitè nec expressè beneficium potest reuertere ad ipsum; quia semel exclusus semper remanet exclusus: & benè quia Papa in regressus de nouo confert beneficium pensionario ex nunc, prout ex tunc; adeò vt collatio censeatur facta ab initio, Achil. *decis. 6. num. 4. de renunc.* & propterea, quamuis ipse postea petat pensiones decursas, tamen non ideò videtur renunciasse regressui, quia ex quo possessor semel beneficium amisit ob non solutionem pensionis, non potest absque nouo titulo illud recuperare; etiamsi regressarius consentiat; quia illius ius non pendet ab eius voluntate, sed à Papa, quatenus velit ei beneficium de nouo conferre. Gambat. *vbi suprà num. 484. cum seqq.* quem intellexit Rota *in ciuitatis Plebis pensionis 15. Iunij 1616. coram bonæ mem. Cardin. Sacrato* quando canonizatus est regressus per sententiam, quæ fecit transitum in rem iudicatam, vt in hoc casu, quicquid contrarium dicendum esset, si iudex nullo modo pronunciasset super regressu, vt declarat idem Gambat. *dicto loco num. 488. & seqq.* vbi, quòd licèt sola declaratio pensionarij videatur inducere vacationem, tamen magna æquitas dictat contrarium; si præsertim pensionarius recepit pensiones sequentis temporis, & facit Caputaq. *decis. 10 par. 3.* vbi quòd habens regressum repellitur exceptione *reg. de triennali*, Mohed. *decis. 2. de causa possess. & propr.* quia ex triennali præsumitur nouus titulus, latè Rot. *in Corduben. Capellania 25. Nouembris* 1597. & sic etiam Caputaq. tenet post latam sententiam super regressum requiri nouum titulum.

93 Non obstant rationes Gigan. *d. q. 79.* non enim primo, quòd scilicet pensio sit onus reale cohærens ipsi beneficio; quia imò potiùs est onus fructuum, & ipsis fructibus inhærens, & debita ab eo, qui fructus percepit, vt latè probat idem Gigas *resp. 29. num. 4. vers. propterea quod*, & ideò pensio decursa de tempore, quo beneficium fuit occupatum ab intruso, ab ipso solo est soluenda, & non à titulari, qui fructus de illo tempore non percepit; Gigas *per totum dictum responsum*, & in eadem quæstione intrusi sequitur Bursat. *cons. 361. n. 19. vers. secundo quod*, adeò vt si contingat verum titularem post recuperatum suum beneficium conueniri super pensione decursa durante intrusione, ipse cedendo actiones contra intrusum liberatur, Pute. *decis. 10. lib. 1. in correctis*, Ferret. *cons. 37. n. 2.* Bursat. *d. cons. 761. n. 18. vers. beneficiatusque, lib. 4.* qua ratione, etiamsi quis nulliter beneficium resignet, non ipse resignans, qui per resignationem nullam suam possessionem beneficij amisit, sed resignatarius, qui vigore resignationis quantumuis nullæ fructus percepit, Mohed. *decis. 3. de renunc.* & ideò etiam mortuo beneficiario, qui non soluit pensionem, successor non cogitur soluere pensionem, nisi factis diligentiis contra hæredes prædecessoris. Gregor. *decis. 507. num. 3. & ibi, adden. n. 7.* & fuit me informante pro recolendæ mem. Scipione Collebutio viro laudatissimo ob eius eminentes virtutes à sanctæ mem. Paulo V. ad Cardinalatus dignitatem exaltato, & Cardinalis sanctæ Susannæ nuncupato resolutum *in Larinen. pensionis 7. Februarij* 1620. *coram Vbaldo sen.* & pariter in isto casu successor cedendo actiones contra hæredes prædecessoris liberatur, Pute. *decis. 15. de pensionib.* ergo, licèt pensio cohæreat benficio, tamen magis inhæret fructibus, illósque tantùm sequitur, Gig. *d. resp. 29, num. 2. & 4.* Quod comprobatur etiam ex alio, nam ratio, quare pensio imposita super fructibus, & distributionibus quotidianis debet solui à Capitulo, cui accreuerunt propter non residentiam Canonici, qui illius reseruationi consenserat, non autem ab ipso Canonico iuxta opinionem Rotæ, vt *in decis. 133. per tot. p. 2. recent.* Garc. *de benef. p. 1. c. 5. n. 296.* Gonzal. *glos. 5. §. 5. n. 44.* quod non est, nisi quia de intentione Papæ, dum pensionem reseruat, est grauare illos fructus, super quibus imponitur pensio, & non beneficium, vt est beneficium, vt per Rot. *vbi suprà sub n. 3.* qui propterea dicuntur pro ipsa pensione affecti, & hypothecati, vt ibi: & consequenter pensionarius agere potest hypothecaria contra quemcunque possessorem fructuum, Gig. *de pensionib. q. 51.* Caccialup. *q. 9. vers. aut quærimus*, cum aliis citatis; igitur pensio est onus fructuum, illisque, vt dixi, inhæret magis quàm beneficio, & ex consequenti actio, quam habet pensionarius aduersùs possessorem fructuum perceptorum, non perditur per regressum ad beneficium, vt vult Gigas *d. q. 76.*

Minúsque concludit alia ratio eiusdem Gigantis dicentis, quòd cùm regressarius succedat in beneficio, eius creditum confunditur, quia illa quoque cessat, ex prædictis, cùm pensio decursa debeat solui ex fructibus antea decursis, & non de futuris: qua ratione regressarius potest vtrumque petere, scilicet pensiones præteritas, & regressum; quia ex quo debetur vtrumque, per acceptationem vnius, non sequitur renunciatio alterius, Gambar. *vbi suprà n. 191. vers. & dico.* 94

Sed neque obstat tex. *in l. apud Celsum. §. Labeo. ff. de dali excep.* vbi quòd commendatus ad dandum hominem, si promisit illum tradere intra certum diem sub pœna, translacto tempore non potest pulsari, vt soluat hominem, & pœnam, cum aliis Iuribus à Gig. citatis *d. q. 76.* ratio illius text. est, quia postquam creditor assequutus fuit id, quod principaliter debebatur, petendo pœnam videtur inhonestis quæstibus anhelare Socin. iun. *cons. 23. n. 1. & per tot. lib. 2.* & etiam valdè benè, cùm ibi in substantia debitus non esset nisi homo; ideóque tex dicit iniquum esse hominem, & pœnam petere; secùs autem in casu nostro, in quo non esset sufficienter consultum regressario, si recuperet tantùm suum beneficium, quia semper remanet in damno propter fructus perceptos, nisi consequatur vtrumque, scilicet, beneficium, & pensiones decursas, vt tenet Gamb. *vbi supra n. 491.* Hinc, licèt pœnæ conuentionales de iure Canonico debeantur, tamen sustinentur semper pro quanto alterius partis interest, Roman. *cons. 510. n. 8. vers. est, & vltimò*, vbi Mandos. *super verb. interesse*; & quando etiam ex vno malefacto resultat pœna ciuilis, & criminalis, vna alteram non confundit, Franc. *in c. felicis. §. per hoc, num 4. in 4. limit. extra, de pœnis*, cum aliis per Gratian. *discept. foren. tom. 5. c. 859. n. 9.* 95

Postremò non obstat, quòd in materia feudali & emphyteutica petens canones præteritos, videatur remittere caducitatem; quia argumentum non applicatur casui nostro, saltem postquam fuit pronunciatum super regressu, ex quo priuatus per sententiam, reducitur ad statum pristinum, in quo erat ante renunciationem iuxta naturam regressus, Gamb. *dicto lib. 8. n. 498.* Achil. *decis. 7. n. 2. in fine, cum seq. de renunc.* vbi quòd Papa in regressu confert beneficium ex nunc, prout ex tunc, & ideò collatio censetur facta ab initio, Put. *dec. 306. n. 2. vers. quia dicebatur*, 96

cebatur lib. 1. in correctis, indiget noua collatione, & nouo titulo, qui non potest dari à priuato, Gambar. d. lib. 6. n. 485. & vers. praeterea, imò postquam fuit pronunciatum super vtroque, vtrumque debetur, regressatius sibi non praeiudicat petendo tantùm pensiones praeteritas, idem Gamb. d. loco n. 491. vers. & dico.

97 Et ex eisdem non obstat, quòd extinctio regressus est actus fauorabilis, vt inquit Parif. de resignat. lib. 6. q. 6. nu. 39. quodque effectur ex sola voluntate ipsius regressarij, Caputaq. dec. 1. 2. n. 1. p. 3. Parif. d. q. 5. n. 88. & per renunciationem factam coram notario, & testibus, Craescent. dec. 1. de renunc. Achil. dec. 6. sod. tit. Parif. de resignat. lib. 2. q. 23. n. 16. vers. quartò infero; quia procedit antequam regressarius declaret velle tedire ad suum beneficium, Pute. d. dec. 306. n. 2. vers. quia dicebatur, l. 1. in correctis, vbi quòd declaratur cessionem ab initio fuisse nullam; vel si nolumus amplecti rigorem, sed aequitatem, quae dictat contrarium teste Gambar. vbi suprà num. 489. vers. tamen magna aequitas, quae etiam mihi placet, quonsque non sit pronunciatum super regressu, sed post sententiam, quia priuatus indiget noua collatione, quae, vt dictum est, non potest dari à priuato, tacitus consensus regressarij nihil prodest, quia etiam expressus esset inutilis, ex allegatis. Quare, &c. Ioannes Ghinius Aduocatus. Hactenus vir iste doctissimus, cuius in consulendo auctoritatem tota agnoscit Curia, & ideo huic suae consultationi subscripsère Doctores magni nominis Romae, Bononiae, & Neapolis, & nullus est, qui de hac doctrina dubitet, imò mirantur omnes tn re adeò clara allucinatum fuisse Gigantem virum aliàs doctissimum, & quod peius est, ipsummet Gratianum, qui illum sequitur, articulo quaestionis minimè examinato, vnde spero non esse amplius relinquendum disputationi locum.

98 Redditur quoque nulla pensio exacta litteris non expeditis stante decreto in reseruatione apponi solito, vigore litterarum Apostol. desuper conficiendarum, nec ante, aliàs praesens reseruatio sit nulla, Ita Pute. decis. 199. lib. 3. Crescent. dec. 18. de praeben. Nicol. Garc. de benefic. p. 4. c. 1. n. 43. & seq. Mantic. dec. 286. per tot. & dec. 300. vbi num. 1. quòd nulla excusatio suffragari potest ad euitandam nullitatem pensionis, Rot. in veronen. pensionis apud Matchesan. de commission. p. 1. pag. 611. Rot. apud Gregor. XV. decis. 440. vbi Beltram. num. 8. Cochiet ad reg. Cancel. de non iudicando iuxta formam 25. aliàs 26. n. 38. Quod quidem locum habet, etiamsi litterae essent in parte expeditae: nam requiritur totalis expeditio, Sarnen. in reg. de idiomate, q. 8. Tibet. in praxi Adiutoris Cam. lib. 3. c. 4. in addit. Rot. in d. Veronen. pensionis.

99 Eodem modo ex solitò decreto requiritur litterarum expeditio, quod apponitur in indultis Cardinalibus concessis conferendi reseruata, vt scilicet, per eos prouisi de beneficiis teneantur intra sex menses litteras expedire, alioquin dictis sex mensibus elapsis beneficia eo ipso vacent: & certum est illis non expeditis infra dictum tempus ea vacare, vt per Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 15. num. 109. & 110. Rot. in Vlixbonen. beneficij 22. Iunij 1622. & 19. Decembris eiusdem anni, coram bonae mem. Vbaldo, nisi prouisi huiusmodi fuerint à Datario impediti, ita vt infra dictum tempus litteras expedire non potuerint, sicut fuit resolutum in Vlixbonen. beneficij 4. Decembris 1609 coram Cardin. Pamphilio nun. & in d. Vlixbonen. beneficij 19. Debris 1622. coram bonae mem. Vbaldo. De quo impedimento dicitur constare, si coram Notario, & testibus fuerit institutum coram Datario pro noua prouisione, & protestatum, quòd per eos non stat, quin expeditio fiat intra tempus praedictum, prout tradit Gonzal. in loco mox allegato, & Rot. in d. Vlixbonen. coram bona mem. Vbaldo.

100 Dicuntur autem litterae expeditae, quando sunt plumbatae. Sarnen. in reg. de non indic. iuxta formam suppl. quaest. 5. num. 5. Rot. decis. 674. num. 1. & 2. part. 1. diuers. & aliis relatis Rot. decis. 270. part. 2. recent. quae est 440. apud Gregor. XV. Cassad. decis. 4. num. 3. super regulis, Mandol. in reg. 8. quaest. 3. G. tc. de benefic. p. 4. c. 2. n. 56. Rot. in Bisuntina pensione 4. Iunij 1603. coram Card. Sacrato.

101 Extinguitur etiam, siue nulla redditur pensio, stante decreto, quòd illa nulla sit, si non fuerit soluta verè, & realiter, quandiu vixerit, vbi actualis, & vera solutio facta non fuerit, quamuis pensionarius confiteatur de recepto, quia talis confessio non sufragatur; Ferentil. in annot. ad decis. 156. lit. A. Buratti, Rot. in Bergom. pensionis 7. Nouembris, 1625. coram Reuerendissimo D. meo Coccino Decano, & in Parmen. pensionis 27. Ianuarij, 1617. coram bona mem Patriarcha Mazanendo, & in Cerusen. pensionis 22. Martij, 1632. coram R. P. D. Verospio, in qua, etsi concurrerent plures solutiones reales, ex quarum vnica producta potuisset pensionarius obtinere manutentionem, vt saepius Rot. respondet, & signanter in Lucana pensionis 21. Aprilis, 1617. coram R. P. D. meo Pirouano, & in Spoletana pensionis, 21. Iunij, 1619. coram bona mem. Vbaldo sen. Attamen stante rescripto Signaturae gratiae, in quo fuit concessum arbitrium Rotae super cumulatione petitorij, & possessorij, & eo quo relaxatur totis rigor, & stante productione omnium solutionum, ex quibus apparebat non omnes fuisse reales, sed confessatas, & quidem à praetenso procuratore pensionarij, Rot. censuit esse locum cumulationi, prout priùs in eisdem terminis responsum fuerat in Cremonen. beneficij 26. Aprilis 1621. coram bona mem. Vbaldo sen. quia ex dicta solutione confessata pro pensionario producta apparet de nullitate tituli inualidi, & sic videbatur iustificatum decretum annullatiuum, quod inficit titulum, & possessionem tanquam habens vim decreti irritantis, vt in terminis huius decreti fuit dictum in decis. 124. num. 3. inter impressas Reuerendissimi D. mei Decani, & in Bergomen. pensionis 7. Nouembris, 1625. coram eodem & in Syracusana quarta 24. Maij 1585. coram Card. Blanchetto, quam refert, & sequitur Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. vlt. n. 64 & Rot. in d. Cerusen. coram R. P. D. Verospio.

102 Item quando quis obtinet sibi reseruari pensionem, debet facere mentionem de alia pensione super eodem beneficio reseruata, aliàs secunda pensio ad sui fauorem est nulla, quia si Papa sciuisset beneficium illud esse grauatum pensione, aut illam nullo modo reseruasset, aut saltem illam difficilius concessisset, quia non intendit Ecclesiam grauare duplici onere. Cassad. decis. 3. num. 1. & per tot. de pensionib. vbi num. 4. ampliat, etiamsi secunda esset reseruata Motu proprio, Mohed. decis. 11. num. 1. vers. fuit tamen dubit. de locato, Caputaq. decis. 298. & decis. 312. num. 3. vers. fuit insuper dictum, & num 6. part. 2. luca Boët. decis. 162. num. 1. & 2. Rot. decis. 39. num. 1. part. 1. recent. vbi allegat alias decisiones, & in Spoletana pensionis 14. Ianuarij, 1622. coram Vbaldo sen. vbi quòd pensio esset nulla in totum: dummodo tamen huius-

modi

modi pensiones sint validæ, ad quem effectum sufficit docere de litteris reseruationis cũ sequuta quasi possessione exigendi, Rot. *d.dec.739.n.3.& 4* inter quas computanda est pensio annua, quæ soluitur pro seruitio Sacristæ, Patis. *de resig.l.6.q.2.n.47.*

103 Quæ videntur procedere etiam in pensione translata, in his enim terminis est dicta decisio. Boët 162.*num.3.vers.contrarium*, quamuis ipse sustineat secundam pensionem esse validam, quia prima tempore traoslationis secundæ iam erat extincta, vt ibi, & meritò: quia per translationem pensionis protogatur seruitus beneficij, & ideò est odiosissima, Caputaq *decis.306.num.19.p.2.& decis.100.num.6.p.3.* Sed tamen, istis ooo obstitibus, Rota tenuit contrarium, vt apud Crescent. *decis. 1. de rebus Eccles. non alien.* vbi quòd licet quando constituitur secunda pensio, debeat fieri mentio de alia pensione vigente super eodem beoeficio; tamen si huiusmodi expressio facta fuit in prima assignatione pensionis, & demum per pensionariom cassetur, & in eadem supplicatione eadem similis pensio alteri assignetur, fuit tantum pro validitate pensionis, etiam quòd antiquæ pensionis mentio non existeret; & hoc, quia Ecclesia ex hac, scilicet translatione, noo recipit aliquod grauamen, ex quo si secunda pensio non valeret, prima remaneret valida, Anton. August. *in epist.tit. de translat.pension.in princ.* Rot. *decis.122.n.9.& decis.505.n.4.p.1.recent.* & hoc sequuta fuit *in Terulen.pensionis.15.Decembris*, 1600. *coram bona mem. Card. Sacrato, & in Veronen. pensionis, 14. Ianuarij*, 1615.*coram Card Verospio*, quæ est inter alias decisiones diuersorum, quæ nuper prodierunt etiam recentiores noncupatæ, *dec.119.n.2.p.1.* quæ erit *pars 3.& in Mantuana pensionis, 4. Decembris*, 1626.*coram R.P.D.Merlino*, vbi latissimè firmatur, quod ex latione pensionis nullum infertur Ecclesiæ præiudicom considerabile, sed euentuale tantùm, cùm contingat aliquos translatarios, etiam iuniores præmori ipsis transferentibus, quamuis senioribus & quòd propterea remoto præiudicio non requiritur aliqua expressio; sicuti etiam in retentione pensionis, quæ conceditur in limine promotionis ad Episcopatum, non debent de necessitate exprimi ea, quæ in illius reseruatione fuissent exprimenda, ex quo enim dispensatio præuenit extinctionem pensionis, non adest præiudicium considerabile, Rot. *dec 327.n.6.p.1.recent.& in Firmana pensionis, coram bo.mem.Card.Mellino* apod Marchesan *de commission.p.2.pag.* 489 benè eadem Rota *in d.Mantuana pensionis*, sicut in ipsa translatione noo est necessaria mentio iurispatronatus, dummodo facta fuerit in litteris prioris reseruationis, Rot. *dec.505. n.5.p.1.recent.*

104 Non obstat, quòd per translationem pensionis protogatur seruitus beneficij quia non est verum ex iam dictis, & ex dicta Mantuaoa, vbi quòd quicquid antiquitus Rot. senserit, hodie constans, & receptissima est sententia in Sacræ Rotæ Tribunali, quòd translatio etiam facta in articulo mortis noo est nouom grauamen.

CAPVT XII.

De Iurepatronatus.

SVMMARIVM.

1 *Continuatio, & diuisio materia.*

2 *Iuspatronatus definitur, vt ius honorificum onerosum, & vtile alicui competens in Ecclesia, & quod de ordinarij consensu eam construxerit, fundauerit, vel dotauerit, aut id à suis antecessoribus factum fuerit.*

3 *Iuspatronatus est triplex, ecclesiasticum, laicale, & mixtum.*

4 *Ecclesiasticum Iuspatronatus dicitur, quando de bonis ecclesiasticis fundatum & creatum fuit*

5 *Ecclesiasticum censetur iuspatronatus fundatum & creatum à clerico beneficiario, quem non constat habuisse bona patrimonialia, vel aliunde quæsita.*

6 *Ecclesiasticum iuspatronatus dicitur, quod clericicus habet nomine sua Ecclesia, vel aliqua Vniuersitas, siue Collegium Religiosorum, seu clericorum.*

7 *Ecclesiasticum iuspatronatus dicitur, quod competit laicis vtriusque sexus religiosè viuentibus, & habitum Religiosorum deferentibus, & gaudentibus priuilegio fori & Canonis.*

8 *Ecclesiasticum est iuspatronatus spectans ad Magistros seu Milites Ordinum, & Militiarum etiam coniugatos, ratione Præceptoriarum, aut Commendarum.*

9 *Iuspatronatus expressè reseruatum personis Ecclesiasticis censetur ecclesiasticum, etiamsi esset fundatum ex bonis laicalibus.*

10 *Ecclesiasticum dicitur iuspatronatus, quod licet originem habuerit ex patrimonio laici, fuit vel ab initio, vel fundatione, testamento, donatione, aut alio quouis titulo in Ecclesiam, Capitulum, seu Collegium ecclesiasticum translatum.*

11 *Res non priuilegiata, quando peruenit ad priuilegiatam, amittit naturam antiquam, & efficitur res priuilegiata.*

12 *Conditio apponi potest in fundatione vt iuspatronatus reseruatum personis ecclesiasticis non cadat sub reseruatione sed habeatur pro merè laicali.*

13 *Laicale iuspatronatus dicitur illud, quod laico, seu clerico ratione sui proprij patrimonij competit.*

14 *Iuspatronatus competens clericis respectu patrimonij, vel quia fundatoribus laicis successurant, vel quia illud ex suo patrimonio fundarunt, non dicitur ecclesiasticum, sed laicale.*

15 *Laicale dicitur iuspatronatus Confraternitatis laicorum, cuius confratres non induuntur, aut distinguitur aliquo signo Religionis, & beneficium sui à laico fundatum, & de bonis prophanis.*

16 *Iuspatronatus ecclesiasticum in laicos titulo oneroso permutationis cum auctoritate Apost. translatum an desinat esse Ecclesiasticum, & efficiatur laicale, ostenditur.*

17 *Mixtum iuspatronatus illud dicitur, quod pertinet partim ad ecclesiasticum, partim ad laicum & si tunc facta sit concordia de alternis vicibus præsentando, in turno laici censebitur totum Ecclesiasticum.*

18 *Mixtum iuspatronatus ad effectum exclusionis reseruationis censetur merè laicale.*

19 *Mixtum iuspatronatus censetur merè laicale ad hoc, vt in eo non requiratur forma examinis per concursum.*

20 *Hæreditarium iuspatronatus est, quod transit ad quoscunque hæredes etiam extraneos, nisi*

nisi in fundatione esset expressum, quòd transiret tantum ad hæredes sanguinis de consensu Episcopi.

21 Iuspatronatus in dubio est præsumendum hæreditarium, & transitorium ad quoscunq; hæredes etiam extraneos, vbi ex fundatione, vel aliunde de contrario non doceatur.

22 Gentilitium, siue familiare iuspatronatus dicitur illud, quod competit & relictum est tantùm illis de tali familia, & quando fundator expressit rationem conseruandæ agnationis.

23 Iuspatronatus in dubio præsumitur potius hæreditarium quàm gentilitium, nisi in eius prouisionibus semper fuisset habita mentio familiæ, & descendentiæ, nunquam verò hæreditariæ qualitatis.

24 Iuspatronatus quando dubitatur an sit gentilitium, leuiores sufficiunt probationes.

25 Iuspatronatus aliud passiuum, aliud actiuum.

26 Patronus quare dicatur ille qui ius obtinet patronatus, ostenditur.

27 Iuspatronatus antiquitus nullum, aut modicum habebatur.

28 Iuspatronatus acquiritur ex fundatione alicuius Ecclesiæ, siue quis eam proprio solo suis sumptibus omninò construeret, siue etiam solum tantummodo, siue fundum ad eam ædificandam obtulerit, transferendo totum illius dominium.

29 Iuspatronatus acquiritur ex sola constructione sine fundi proprij assignatione, sed si in solo ab aliis dato quis proprijs sumptibus Ecclesiam construxerit.

30 Ecclesiam construens cum protestatione recuperandi expensas ab illa, tunc iuspatronatus non acquiritur construenti, sed Ecclesiæ, ex cuius bonis fuit ipsa constructa.

31 Iuspatronatus non acquiritur ex constructione necessariò, non voluntariè facta.

32. Iuspatronatus acquiritur ex reædificatione, seu refectione Ecclesiæ penitus destructæ, seu dirutæ.

33 Iuspatronatus vt acquiratur ex reparatione Ecclesiæ, requiritur totalis restauratio ipsius Ecclesiæ funditus dirutæ.

34 Ecclesia adeo diruta iudicatur, vt reædificata dicatur, & acquisitum iuspatronatus, si noua indigeat consecratione.

35 Iuspatronatus acquiritur ex Ecclesiæ constructione absque alia reseruatione, nisi illud expressè remittatur.

36 Constructione Ecclesiæ probata, cum assensu Episcopi saltem præsumpto, non est necesse probare, alium assensum quoad acquisitionem.

37 Capellania noua in abstracto fundari potest in Altari iam constructo, & in ea reseruari iuspatronatus.

38 Ordinarij Diœcesani consensus requiritur in fundatione & constructione Ecclesiæ ad acquirendum in ea iuspatronatus siue ille ante creationem iurispatronatus, siue postea, & quandocunque interueniat.

39 Ordinarij nomine qui consensum præstare debet in creatione iurispatronatus, venit Ordinarius loci, in quo fundatur Ecclesia, etiam Prælatus inferior episcopalem iurisdictionem habens, & Capitulum Sede vacante.

40 Vicarius generalis Episcopi non potest assensum præstare in creatione iuspatronatus, nisi ad hoc habeat speciale mandatum.

41 Ordinarius Diœcesanus si nolit consensum præstare creationi iurispatronatus, poterit compelli per Superiorem, aliàs ipse superior consentiat, si adhuc Diœcesanus renuat sine causa.

42 Consensum Ordinarij in creatione iurispatronatus, præsumitur interuenisse ex diuturnitate temporis, ædificatione capellæ cum insignibus, & armis, ac visitatione superioris.

43 Tempus triginta annorum necessarium est ad præsumendum consensum Ordinarij in iurispatronatus donatione, in eius verò creatione decennium sufficit.

44 Consensus Ordinarij in creatione iurispatronatus potest interuenire ex post facto

45 Consensus tacitus Ordinarij sufficit pro creatione iurispatronatus, ille scilicet qui colligitur ex institutionibus ipsius factis ad præsentationes patronorum.

46 Iuspatronatus in Ecclesia Conuentuali non potest fundari cum solo Episcopi consensu, sed est necessarium priuilegium Apostolicum in limine fundationis, etiam ad effectum præsentationis.

47 Iuspatronatus quando præsumatur fundatum ex priuilegio Apostolico, ostenditur.

48 Iuspatronatus in tota Ecclesia regulari non acquiritur ex sola fundatione, & dotatione sine particulari priuilegio Apost. secus in Altari constructo, vel construendo de ordine testatoris, quia tunc sufficit solùm consensus Regularium.

49 Priuilegium Apost. requisitum ad acquirendum iuspatronatus in Ecclesia tota regulari ex fundatione, & dotatione ex cursu temporis, & obseruantia præsumitur interuenisse in limine fundationis, licèt non sit enunciatum, nisi ex facie instrumenti fundationis constaret adhibitum fuisse solum consensum Episcopi, vel alterius Prælati Papa inferioris.

50 Iuspatronatus acquiritur ex assignatione dotis, siue certi redditus Ecclesiæ facta.

51 Patronatum in Ecclesia per emptionem nullus acquirere potest.

52 Iuspatronatus per vsurpationem non acquiritur, imò tale præsumere volens, excommunicationis sententiæ subiicitur.

53 Iuspatronatus non acquiritur illi, qui fundum præstitit, si Ecclesia non à se, nec ab alio construatur, sed neque constructa Ecclesia, donec dotem ab aliquo competentem acceperit.

54 Patroni pro parte simul tres esse possunt, si singuli singulas causas acquirendi iuspatronatus præstiterint.

55 Dotans Ecclesiam an, & quando fiat patronus? ostenditur.

56 Dotans insufficienter, quod arbitrabitur Ordinarius, non acquirit iuspatronatus, sed dicitur benefactor.

57 Iuspatronatus vt quis acquirat ratione secundæ dotis, debet prius constare primam fuisse reductam de esse ad non esse.

58 Dos ab initio fundationis sufficiens præsumitur.

59 Ordinarij diœcesani consensus requiritur in dotis datione, & assignatione ad acquirendum iuspatronatus.

60 Iuspatronatus ad acquirendum tria copulatiuè requiri, fundum, constructionem, & dotationem, qui tenuerint, referuntur.

61. Iuspatronatus ex sola dotatione, vel constructione acquiri, tenet receptior opinio.

62 Iuspa

62 Iuspatronatus honorificum vt acquiratur, sola sufficit constructio absque vlla reseruatione, nisi expressè remittatur.

63 Iurispatronatus acquisiti in quibuscunque beneficiis facultates, & priuilegia concessa abrogauit Conc. Trid. etiamsi dicatur in priuilegio, quod esset eiusdem prorsus naturæ, & celeris, ac si ex fundatione, & dotatione competeret.

64 Iuspatronatus quando constat esse ex priuilegio, vel præsumitur, tunc immemorabilis non prodest, nisi priuilegium sit ex causa onerosa.

65 Priuilegium quando dicatur ex causa onerosa? ostenditur.

66 Iurapatronatus ex priuilegio etiam cum amplissimis clausulis propter augmentum concessa, cadunt hodie sub reseruatione reg. de mensibus, vbi augmentum non ascendit saltem ad medietatem.

67 Iurispatronatus titulus probatur ex authentico documento fundationis, vel dotationis, non autem priuilegij, aut alterius qualitatis, vel accidentis extrinsecè aduenientis.

68 Probatio vera Iurispatronatus est quando exhibetur instrumentum veri tituli fundationis, vel dotationis.

69 Iuspatronatus probatur ex multiplicatis præsentationibus per antiquissimum temporis cursum, qui hominum memoriam excedat, etiamsi nullum instrumentum fundationis, vel dotationis, ostendatur.

70 Possessio immorialis verificatur in centum annis.

71 Centenaria quasi possessio præsentandi inducit præsumptionem tituli dotationis totalis, seu æquiualentis.

72 Iuspatronatus probatur ex præsentationibus per spatium centum annorum effectum sortitis, eo quod ex illis præsumatur titulus fundationis, vel dotationis.

73 Centenaria effectum in probatione iurispatronatus non tollit defectus modici temporis.

74 Possessio immemorabilis in probatione iurispatronatus requiritur etiam in priuatis personis.

75 Immemorabile tempus vt probetur, sufficit memoria quadraginta annorum, & quod de reliquo tempore testis deponat secundum auditum & famam.

76 Immemorialis per testes non dicitur sufficienter probata, si testes minimè dicant quòd non audierunt, nec viderunt contrarium.

77 Testes de immemorali testificantes debent saltem habere 54. annos.

78 Immemorialis vt conficiatur tam in testibus quàm instrumentis, concurrere debent anni elapsi vsque ad terminum controuersia mota, & non tempus decursum vsque ad Concilij publicationem.

79 Immemorialis vt conficiatur tempus litis deducendum est tam in instrumentis quàm in testibus, & tempus prouisionis Apost. in iurepatronatus probando.

80 Præsentationes multiplicatæ quamuis interpollatæ, & non successiuæ probant iuspatronatus.

81 Præsentationes multiplicatæ dicuntur, si ad minus fuerint duæ.

82 Præsentatio vnica sufficeret ad probandum iuspatronatus, si præsentatus per 40. annos possederit, nec vnquam venerit casus nouæ præsentationis.

83 Actus quando habet causam successiuam, & permanentem, necnon continuationem temporis requisiti, inducit præsumptionem sufficientem, quamuis sit vnicus.

84 Præsentationes continuatæ, & immemoriales nihil suffragabuntur, vbi constaret a principio de initio inualido.

85 Iuspatronatus probatur ex præsentationibus etiam per 40. annos effectum sortitis, dummodo cum huiusmodi quadragenaria possessione concurrat publica vox & fama, vel aliæ præsumptiones, quæ vim habeant famæ.

86 Fama sola non sufficit ad probandum iuspatronatus.

87 Enunciatiuæ centum annorum, & hominum memoriam excedentes probant iuspatronatus.

88 Enuntiatiuis Ordinariorum multum defertur in probatione iurispatronatus.

89 Enuntiatiua vna, etiamsi sit antiqua, non probat iuspatronatus.

90 Enuntiatiuæ plures ab vna persona emanantes pro vnica tantùm habentur.

91 Enuntiatiua plurium instrumentorum à diuersis Notariis confectorum centum annos, & hominum memoriam excedentes probant iuspatronatus.

92 Enuntiatiuæ plures & à diuersis personis non suspectis emanatæ, & antiquissimæ plenè probant iuspatronatus etiam contra tertium.

93 Insignia alicuius familiæ sculpta in Ecclesia probant iuspatronatus, quando apparet insignia ita esse antiqua, prout est Eccesia, vel capella, in qua adsunt, vt n. 94.

95 Iuspatronatus probatur ex denominatione capellæ alicuius familiæ seu ex epitaphiis, aut litteris scriptis in lapidibus Ecclesiæ mentionem facientibus de familia, vel ex inscriptione antiquissima in marmoribus, lapidibus, vel lignis positis in Ecclesia.

96 Sententia antiqua Episcopi, quæ iudicauit ad præsentationem alicuius patroni beneficium pertinere, probat iuspatronatus.

97 Sententia antiqua existimabitur, quoties 50. retro annis completis lata fuerit.

98 Iuspatronatus probatur ex litteris institutionalibus Antistitum, quibus attestantur beneficium ad præsentationem alicuius patroni pertinere.

99 Papa semper præsumitur iuxta vacaturam, & qualitatem beneficij conferre, nec intendit præiudicare patronis.

100 Iuspatronatus non probatur ex certo subsidio alicui præstito tanquam patrono.

101 Visitationum libri non probant iuspatronatus.

102 Concil. Trid. sess. 25. c. 9. de reform. nihil alterauit circa probationem iurispatronatus in personis priuatis.

103 Nec grauat compræsentatos duriore probatione cessante vsurpationis præsumptione.

104 Iuspatronatus potest præscribi ab vno contra alium compatronum spatio quadraginta annorum cum titulo colorato.

105 Iuspatronatus quando controuertitur incidenter, tunc semiplena sufficit probatio, quando verò principaliter & obiectiuè, tunc plena, & concludens requiritur probatio.

106 Probatio plenior, & exactior requiritur ad docendum verũ titulũ iurispatronatus in iis personis, seu Communitatibus, in quibus ius quæsitũ plerumque ex vsurpatione potius præsumi solet

107. Pro.

107 Probatio plenior & exactior quae & qualis dicatur, est tum arbitraria Iudici, tum etiam determinata, & assignata à Concilio.

108 Forma tradita à Concilio Trid. sess. 25. de reform. cap. 9. in probando iurepatronatus persona potentis, est omnino obseruanda, etiamsi concurrerat maior, vel aequalis potentia in Ordinario.

109 Concil. Trid. sess. 23. de reform. cap. 9. exactiorem & pleniorem probationem requirens in probando iurepatronatus persona potentis, procedit tam in petitorio, quàm in possessorio.

110 Sustulit omnem possessionem.

111 Respicit etiam iurapatronatus fundata ante eius publicationem.

112 Praesentationes continuatae per tempus 50. annorum requiruntur in probando iurepatronatus persona potentis.

113 Praesentationum continuatarum probatio in iurepatronatus persona potêtis debet fieri per scripturas authenticas, non est tamen necessaria continuatio temporis in praesentando, si probentur extrema, cùm tunc media praesumantur.

114 Praesentationes continuatae non sufficiunt, nisi sint effectum sortita.

115 Effectuatio praesentationum & prouisionum factarum de beneficio tanquam vacante, probatur per alterius prouisi obitum, vel renunciationem, vel per contractum matrimonij.

116 Praesentatio vnica non sufficit, licet fuerit effectuata spatio quinquaginta annorum ad probandum iuspatronatus persona potentis.

117 Probatio plenior & exactior requisita à Concil, in iurepatronatus persona potentis ita necessario est facienda per scripturas publicas, vt testium probatio remaneat exclusa, vt numero 122.

118 Scriptura authentica ad probandum iuspatronatus censetur Bulla Episcopi, consensus in scripto datus ad fundandum, construendum, seu dotandum.

119 Scriptura vt dicatur authentica, debet continere omnia requisita à Iure necessaria.

120 Instrumentum authenticum vt regulariter dicatur, non solum debet confici cum debitis requisitis ex dispositione Iuris communis, sed etiam interuenire debent solemnitates Iuris municipalis.

121 Scriptura authentica ad probandum iuspatronatus persona potentis censentur ipsa testium attestationes in antiqua acta redacta, & in archiuo publico reperta.

122 Praesentationes continuatae & effectuatae ad probandum iuspatronatus persona potentis non sufficiunt probari per testes, aut aliud aequipollens.

123 Enunciatiuae plures antiquae Ordinariorum in collationibus emanatae licèt probent iuspatronatus, nihil prosunt tamen ad probandum praesentationes ad effectum à Concilio requisitum.

124 Concilij Tridentini sess. 25. de Regul. cap. 9. menti satisfactum non videtur, quamuis ipsae collationum scripturae essent authenticae.

125 Nec etiamsi praetendatur authenticas scripturas, quae deperditae fuerunt, probare per testes, iuxta formam c. olim, de priuileg.

126 Probari debet ex actis fuisse cognitum de iurepatronatus.

127 Procuratorem fiscalem in cognitione iurispatronatus citatum fuisse constare debet, eo quod de illius interesse agatur.

128 Personae, in quibus iuspatronatus ex vsurpatione praesumitur acquisitum, sunt omnes domini ciuitatum, castrorum, & locorum, Duces, Marchiones, Comites, Barones, & alij quicunque domini perpetuam iurisdictionem habentes.

129 Iurispatronatus vsurpatio praesumitur, si probetur eum qui est in illius possessione fuisse dominum illius loci, in quo est beneficium.

130 Potentia in loco quamuis non sit coniuncta cum iurisdictione, sufficit vt exigatur plena illa & exactior probatio. Concilij Trid. sess. 25. de reform. c. 9.

131 Probatio eadem requiritur, quando ad iuspatronatus agit familia potens & magna, prout requiritur, quando agit dominus castri.

132 Potentia probatur, ex diuitiis, amicis, numerositate personarum, & familiarum, ac populari existimatione.

Potentes à Rota habentur, vt in eis vsurpatio iurispatronatus praesumatur,

133 Imperator,

134 Rex Aragoniae,

135 Infans Portugalliae,

136 Columnenses,

237 Sabelli,

138 Vrsini,

139 Caraccioli,

140 Nobiles Veneti.

Facit praesumi iurispatronatus vsurpatio,

141 Familia potens,

142 Magnas,

143 Baro, aliúsque dominus iurisdictionem temporalem habens.

144 Iuspatronatus ex vsurpatione etiam praesumitur acquisitum in Vniuersitatibus, seu Communitatibus etiam Parochianorum, etiamsi paruae sint, vt n. 135.

146 Iuspatronatus non praesumitur ex vsurpatione acquisitum, si non totius Vniuersitatis, sed illius partis esse praetendatur.

147 Iuspatronatus non praesumitur ex vsurpatione acquisitum, si priuata persona, seu familia haberet iuspatronatus simul cum familia potenti.

148 Probatio praescripta à Concilio sess. 25. de reform. cap. 9. non est necessaria, si suspectus de vsurpatione concurrit cum suspecto.

149 Suspicio vsurpationis non cadit in iurepatronatus, cuius praesentatio spectat ad aliquam Confraternitatem.

150 Praesumptio vsurpationis per dict. pletumque qua vtitur Concil. Trident. sess. 23. de reform. cap. 9. an cadat in singulos cum iurisdictione in loco beneficij potentes taxatiuè, vel demonstratiuè, & vniuersaliter ostenditur, & n. 151.

152 Praesumptio vsurpationis non cadit in Ecclesia domina castri, aut iurisdictionis temporalis.

153 Abbatis in iurepatronatus habentis temporalem iurisdictionem non requiruntur ampliores illae probationes, quas Concilium exposcit in iis personis, quibus praesumitur vsurpatio.

134 Probatio iurispatronatus coram Iudice ecclesiastico est facienda.

155 Iurapatronatus concessa à 50. annis citra Concilium Trident. debent reuideri ab Ordinario

rio ad effectum, vt debeant reuocari, vel confirmari.

156 *Iurapatronatus concessa à 40. annis citra Concil. interim dum reuidentur ab Ordinario, patroni sua quasi possessione non sunt priuandi.*

157 *Patronus habet ius præsentandi personam, quæ eius Eccesiæ, cuius est patronus, Rector, seu Beneficiatus perpetuus existat, dummodo sit habilis.*

158 *Minores 14. annis ad beneficium possunt præsentari, quando hoc in fundatione expressè cauetur*

159 *Fundator beneficij si mandauit præsentari clericum in minoribus constitutum, tunc poterit præsentari, & institui minor 14. annorum.*

160 *Fundator beneficij ante* concilium Trident. *si mandauit præsentari clericum prima tonsura, tunc poterit minor 14 annis præsentari.*

161 *Iurispatronatus in erectione si cautum sit, vt prouideatur de beneficio quicunque clericus, non potest alicui clerico conferri, qui sit minor 14 annorum.*

162 *Ecommunicatus an possit præsentare ? ostenditur.*

163 *Episcopus vel alius ad quem institutio spectat, non potest absque patroni consensu Rectorem in eius Ecclesia instituere.*

164 *Collatio facta per Episcopum de beneficio iurispatronatus absque consensu patroni manebit firma si post elapsum terminum ad præsentandum, patronus non reclamauerit, nec contradixerit.*

165 *Patronus si per negligentiam excedit tempus sibi à Iure statutum ad præsentandum, poterit is, ad quem spectat, Rectorem eligere, atque instituere.*

166 *Scientia patronorum, vt deuolutioni sit locus, debet esse certa, nec sufficit interpretatiua, & verisimilis.*

167 *Ius præsentandi conseruatur in vno ex patronis, qui scientiam huiusmodi vacationis non habuit, aliis propter scientiam exclusis.*

168 *Tempus præsentationis præfinitum à Iure est quatuor mensium à die vacationis scita, si quidem patronatus est laicorum: si verò est clericorum, sex mensium spatium constituitur.*

169 *Iuspatronatus mixtum assumit naturam ecclesiastici.*

170 *Tempus ad præsentandum non currit absenti, vel legitimè impedito.*

171 *Episcopus quando propter plurium compatronorum diuisam præsentationem, seu quæstionem super electione possit Ecclesiam ordinare? ostenditur.*

172 Cap. quoniam in quibusdam, de iurepatronat. *inducens deuolutionem quando lis est inter patronos, tanquam exorbitans, & rigorosum, non extenditur ad litem inter præsentatos, nec inter patronos, & præsentatos.*

173 *Patroni durante lite inter duos præsentatos alium tertium præsentare sine vitio attentati non possunt, nec etiam alium in locum vnius præsentati mortui.*

174 *Indignum si præsentet patronus nisi infra tempus legitimum alium idoneum præsentauerit, potest Episcopus per se electionem, atque institutionem perficere.*

175 *Indignum scienter præsentantes ecclesiastica persona, priuata sunt pro illa vice iure præsentandi.*

176 *Indignum ex sola confessione præsentantes non incurrunt pœnas à Iure ratas.*

177 *Patronus ecclesiasticus si primum aliquem præsentauit idoneum, nõ potest variando aliquem in eius locum præsentare, secus in patrono laico, cui variatio permissa est, semel tantum, & cumulatiuè, non autem priuatiuè.*

178 *Patronus laicus si secundo æquè idoneo præsentato priorem non repudiauerit in Episcopi electione consistet, quem voluerit instituere, nisi prior præsentatio nulla fuisset, & inualida.*

179 *Episcopus poterit instituere quem voluerit, vbicunq; inter plures cumulatiuè præsentatos ad idem beneficium omnia paria esse constiterit.*

180 *Ecclesia iurispatronatus si est conuentualis sine interuentu patroni est facienda electio, sed ipsius postulari debet consensus ad effectum vt patronus electionem approbet, & laudet.*

181 Cap. nobis 25 de iurepatron. *declaratur.*

182 *Patronus præsentare potest Præbendas, capellas, seu alia beneficia, quæ extiterint in Ecclesia Conuentuali.*

183 *Patronus si est clericus, aut Ecclesia, Papa, aut eius legatus de latere, potest absque eius præsentatione instituere in eadem Ecclesia Rectorem; si verò sit laicus, id solum Papa potest.*

184 *Patronus laicus & ecclesiasticus, in quibus differant; ostenditur.*

185 *Patronus putatiuus debet præsentare, & non alius, qui caret possessione, licèt bonum ius habeat in proprietate.*

186 *Existens in quasi possessione iurispatronatus, seu præsentandi, validè præsentat, & eius præsentatio admittenda est, ac proinde institutio sequenda.*

187 *Præsentatus ab existente in possessione præsentandi, etiam quod nullum detegatur ius possessoris, non debet amoueri.*

188 *Iurispatronatus possessio acquiritur etiam ex vnica præsentatione sequuta institutione.*

189 *Possessio iurispatronatus vt acquiratur, quæ requirantur ? ostenditur.*

190 *Præsentandi quasi possessio non transit in hæredes præsentantium sine noua apprehensione.*

191 *Præsentare alternis vicibus possunt singuli ex pluribus patronis, aut omnes simul in præsẽtatione concurrere, prout conuenerit inter eos, & si fuerint in præsentando discordes, maioris partis sententia præferetur.*

192 *Patroni vnius defuncti plures hæredes pro vno tantùm simul patrono reputantur, & vnius tantum vocem habebunt.*

193 *Patronus clericus etiam idoneus, & benemeritus non potest se ipsum præsentare.*

194 *Patronus etiam ad beneficium simplex se præsentare non potest.*

195 *Procurator constitutus à patrono ad præsentandum, non potest se ipsum præsentare, imo nec ipse patronus poterit procuratorem deputare, qui eundem constituentem ad Ecclesiam vacantem nominet.*

196 *Patroni plures possunt ex se ipsis vnum nominare, & præsentare, qui præsentationi à solis compatronis intra tempus debitum de ipso facta consentiat, non verò se ipsum præsentet.*

197 *Patronus potest filium suum præsentare.*

198 Cap.

198 Cap. consulnit 15. de iurepatron. *delaratur.*

199 *Patronus, qui vnicus est si vellet suum de iurepatronatus adspisci beneficium, qua medela ad illud assequendum vti possit, ostenditur.*

200 *Patroni si differant concordari, quid debeat Episcopus facere? ostenditur.*

201 *Patronus à præsentato nihil potest exigere temporale, nisi quod in ipsa fundatione constat impositum.*

202 *Præsentatio est simoniaca, quando aliquid datur, vel promittitur pro habendis vocibus, seu præsentationibus patronorum, quamuis id fiat etiam ipso præsentato ignorante.*

203 *Præsentatio si fiat sub conditione, seu onere celebrandi Missas, minimè erit simoniaca, nisi onus Missarum impositum præsentato spectaret ad ipsum præsentantem.*

204 *Conditiones, quæ de iure insunt, non inducunt simoniam.*

205 *Patronus non potest promittere presentationem, antequam vacet Ecclesia, nequeante id tempus potestatem præsentandi concedere.*

206 *Præsentatus à patrono si est idoneus, non est repellendus, sed in Ecclesia instituendus.*

207 *Patronus ipse etiam ecclesiasticus ius instituendi, aut destituendi Rectorem in Ecclesia non habet.*

208 *Institutio regulariter ad Episcopum ordinarium solet pertinere.*

209 *Capitulum Sede vacante vice Episcopi instituit.*

210 *Vicarius generalis Episcopi absque speciali eius facultate non instituit.*

211 *Prælatis inferioribus potest ex causa speciali, nempe ex priuilegio, seu præscriptione immemorabili, aut consuetudine legitimè præscripta ius instituendi competere.*

212 *Institutio illa, quæ fuerit facta in contradictorio iudicio, habebit vim diffinitiuæ, & causabit attentata*

213 *Institutio ab alio quàm ab Episcopo facta, vel eo qui vices ipsius sustinet, & præsentatio alteri facta est ipso iure nulla.*

214 *Patrono debetur honor processionis respectu vltimi loci, si in illa prouincia maior honor sit sequi quàm præcedere.*

215 *Patronus aliis debet præferri in præeminentiis honorabilioris sed is, & dignioris loci, ac anterioritate in suscipienda pace, thurificatione, & aliis consimilibus actibus.*

216 *Patronum ad inopiam vergentem alit Ecclesia, quamuis in summa egestate positus non sit.*

217 *Ecclesia debet dare alimenta patrono pauperi, si superest vltra id, quod necessarium est ad Dei cultum, & ministrorum alimenta.*

218 *Alimenta integra in domo propria patroni, & non in ipsa Ecclesia sunt præstanda, non solum pro se, verùm etiam pro vxore, filiis, & familia.*

219 *Patronus ingratus non alitur ab Ecclesia.*

220 *Iuspatronatus transit ad hæredes patroni etiam extranei.*

221 *Iuspatronatus transit ad hæredes etiam cum vniuersitate bonorum, sed non diuiditur inter eos, intelligendo vt ibi.*

222 *Bona iurispatronatus quando vendi, & in alium transferri possint? ostenditur.*

223 *Iuspatronatus consistens in aliqua villa, vel castro dato in dotem cum ea villa, seu castro transit in maritum*

224 *Dominium rei dotalis sicut illius possessio per matrimonium in maritum transit.*

225 *Iuspatronatus transit in conductorem castri, aut villæ, vbi illud est, & num. seqq.*

227 *Hæreditate vendita, in qua consistit iuspatronatus, in emptorem illud transit.*

228 *Fundo vendito, in quo existit iuspatronatus in capella intus illud ædificata translatum, & venditum quoque censetur ipsum iuspatronatus.*

229 *Palatio vendito, maximè si aditus ad capellam non pateat aliunde quàm per illud, venditum quoque censetur iuspatronatus in illa consistens.*

230 *Curator hæreditatis iacentis potest presentare ad beneficium iuspatronatus dictæ hæreditatis.*

231 *Tutor potest validè præsentare ad beneficium iuspatronatus pupilli.*

132 *Iuspatronatus in fructuarium vniuersitatis bonorum transit.*

233 *Sequestratis villa, vel castro, aut bonis, in quibus consistit iuspatronatus, si durante sequestro vacauerit beneficium, an sequester ad illud eligere & præsentare possit, ostenditur.*

234 *Sequestratione voluntaria transit possessio in sequestrem, secus in necessaria.*

235 Cap. examinata 15. de iudic. *declaratur.*

236 *Depositarius non potest presentare in iurepatronatus annexo villæ, vel castro penes se deposito.*

237 *Creditor, cui pignerata fuit villa, cui erat annexum iuspatronatus, non potest validè in vacante Ecclesia presentare.*

238 *Publicato castro seu villa ob delictum patroni delinquentis, cui consistebat iuspatronatus annexum, indirectè, & accessoriè ipsum iuspatronatus publicatur.*

239 *Iuspatronatus personale, & de per se principale, & distinctum non includitur in confiscatione bonorum, nec de per se Iudex laicus illud potest confiscare.*

240 *Iuspatronatus in feudatarium, vel emphyteutam transit si villa, aut castrum, cui inest, infeudetur, vel in emphyteusim detur.*

241 *Iuspatronatus de per se in feudum dari, aut vendi non potest.*

242 *Iuspatronatus per se, aut præcipue, citra simoniam vendi non potest, & talis venditio ipso iure non valet.*

243 *Venditione villæ cum expressione iurispatronatus eidem annexi, an transeat ipsum iuspatronatus cum vniuersitate vendita, ostenditur.*

244 *Iuspatronatus transfertur in alium per donationem.*

245 *Iuspatronatus transit de vno in alium per permutationem.*

246 *Episcopi consensus requiritur in donatione, aut translatione, seu permutatione iurispatronatus à laico in laicum facienda.*

247 *Vicarij generalis auctoritas non sufficit in donatione, permutatione, aut translatione iurispatronatus, nisi doceatur de speciali facultate.*

248 *Iuspatronatus quando ex antiqua institutione delatum est filiis, & nepotibus etiam non hæredibus, non potest per patrem assignari vni ex filiis in aliorum præiudicium, etiam cum consensu Episcopi.*

249 *Iuspatronatus Ecclesiæ competens non potest in alium transferri absque beneplacito Papæ.*

250 *Episcopi consensus non est necessarius in donatione, seu translatione facienda ab vno patrono laico, alteri compatrono socio, non sic compatroni filio.*

251 *Compatroni possunt inter se conuentiones, permutationes, donationes, & cessiones facere absque Episcopi consensu.*

252 *Hæredes, ac successores patronorum possunt propria auctoritate absque superioris consensu facere concordiam de Rectore alternis vicibus præsentando.*

253 *Patronus laicus vbi iuspatronatus donat, vel concedit religiosis locis, tunc consensus Episcopi necessarius non est.*

254 *Iuspatronatus cessat, & omninò amittitur destructa Ecclesia, vel Capella, aut deficientibus omninò redditibus, siue dote.*

255 *Patronus si patiatur Ecclesiam erigi in Collegiatam, aut monasterio conferri absque reseruatione, perdit in ea iuspatronatus.*

256 *Iuspatronatus amittitur, quando causa, propter quam quis erat patronus perempta est.*

257 *Iuspatronatus amittitur per non vsum.*

258 *Et per defectum, aut extinctionem lineæ, & successorum in cognatione institutum.*

259 *Patronus si Rectorem, vel alium clericum ipsius Ecclesiæ occiderit, aut mutilauerit, iurepatronatus ipso iure priuatur,*

260 *Patronus si fiat hereticus, schismaticus, apostata, &c. iuspatronatus amittit,*

261 *Patronus si ingratus sit Ecclesiæ, perdit iuspatronatus.*

262 *Patronus si se ingerat in perceptione fructuum beneficij patronati, aut ipsius bona vsurpauerit priuatur eo ipso iurepatronatus, & incurrit excommunicationem reseruatam*

1 ANTEQVAM de beneficiorum collationibus pertractemus, videtur post pensionum materiam de iis beneficiis agere, quæ sub iurepatronatus permanent instituro; nam & de huiusmodi iure in collationibus ratio habetur. Videndum est igitur, quid sit iuspatronatus, & vnde originem traxerit? quid patrono competat ratione huius iuris, & quibus modis acquiratur, conseruetur, & probetur? & denique quomodo transferatur, & amittatur?

2 Solet itaque iuspatronatus sic quidem à Doctoribus diffiniri, vt scilicet sit *ius honorificum, onerosum, & vtile, alicui competens in Ecclesia, & quod de Ordinarij consensu eam construxerit, fundauerit, vel dotauerit, aut id à suis antecessoribus factum fuerit.* Ita in effectu Abb. *in rubr. de iurepatron. num.* 3. Roch. *in simili tract. in princ. num.* 3. & 4. Viuian. *in praxi Iurispatron. part.* 1. *lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 2. *secundùm nouissim. impress.* noster, si dignatur, in Romana Curia amicus, vtriusque Iuris cognitione clarus, & incomparabili vitæ vnitore excellens. Ius enim *honorificum* dicitur, quia habet honorem, vt Rector Ecclesiæ suæ alius non instituatur, quam is, quem ipse elegerit, ac præsentauerit Superiori, vt infra videbimus. *Onerosum* verò dicitur istud ius, quia patronus tenetur defendere Ecclesiam suam, ne eius bona dispereant, eámque, cùm opus fuerit, reparare, atque impensis necessariis regere, *cap. filiis* 16. *quæst.* 7. & suprà de Ecclesiis vidimus. Vtile verò dicitur, quia si patronus vergeret ad inopiam, Ecclesia tenetur eum potiùs, quàm cæteros pauperes ex redditibus, qui, detractis necessariis impensis, supersunt, alere, ac iuuare, *cap. quicunque, il 2. cum seqq.* 16. *quæst.* 7. *cap. nobis, de iurepatron.*

Et hoc iuspatronatus est triplex, *Ecclesiasticum*, 3
scilicet, *laicale*, & *mixtum*, secundùm Gonzal. *ad
regul.* 8. *cancell. glos.* 18. *à num.* 4. Nicol Garc. *de beneſic. part.* 5. *cap.* 1. *num* 153. *cum seqq.* Monet. *de
commutat. vltim. volunt. cap.* 10. *num.* 220. *cum seqq.*
quos refero Ego ipse *de officio, & potest. Episcop.
part.* 3. *allegat.* 72. *num.* 128. Cabed. *de patronatibus Regiæ Coronæ cap.* 1. *num.* 10. *cum seqq.* Alphons.
de Leone *de offic. Capellani part.* 1. *quæst.* 4. *à num.* 1. 4
Ecclesiasticum dicitur multipliciter. Primò, quando
de bonis Ecclesiasticis fundatum, & creatum fuit,
iuxta *cap. dilectus, de offic. Legati, & cap. cùm dilectus, de iurepatron.* vel de bonis intuitu Ecclesiæ quæsitis, glos. *verb in concessione in d. cap. dilectus*, Flamin
Paris. *de resignat. lib.* 2. *q.* 4. *à num.* 39. Vgolin *de offic.
Episcopi c.* 31. *in princ. à n.* 3. Gonzal. *ad reg.* 8. *cancell. glos.* 18. *n.* 3. Vel denique à Clerico beneficiario, 5
quem non constat habuisse bona patrimonialia,
vel aliunde quæsita, Roch. *de iurepatr. verb. ius, n.*
18. Lambert. *eod. tract. lib.* 1. *p.* 1. *q.* 8. *art.* 7. *n.* 17. Rot.
decis. 615. *n.* 4. *p.* 1. *recent.*

Secundò, etiam iuspatronatus Ecclesiasticum 6
dicitur quod clericus habet nomine suæ Ecclesiæ, vel aliqua Vniuersitas, siue Collegium Religiosorum, seu Clericorum, Rot. *decis.* 8. *de iurepatron. antiqu.* Viuian. *part.* 1. *lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 7
10. & sic quòd competit laicis vtriusque sexus
religiosè viuentibus, & habitum Religiosorum
deferentibus, & gaudentibus priuilegio fori, &
Canonis, vt resoluit Nicol. Garc. *d. cap.* 1. *num.*
556. quem refert Viuian. *d. cap.* 3. num. 3. vbi *num.*
3. hinc infert iuspatronatus spectans ad Magi- 8
stros, seu Milites Ordinum, & Militiarum, vt S.
Iacobi, Calatrauæ, Alcantaræ, & similium, etiam
coniugatos ratione Magistratuum, præceptoriatum, aut Commendarum, esse Ecclesiasticum, &
n. 3. post eundem Nicol. Gar. *d. cap.* 1. *n.* 555. idem
ait de iurepatronatus, quod competit Episcopo
ratione dominij temporalis competentis eidem
Episcopo occasione suæ Ecclesiæ. Et quod iuspa- 9
tronatus expressè reseruatum personis Ecclesiasticis, censeatur Ecclesiasticum, etiam quòd esset
fundatum ex bonis laicalibus, tenuit Rot. *d. decis.* 615. *n.* 5. *par.* 1. *recent.* vbi *numeris seqq.* subdit
hoc procedere, etiamsi vigore fundationis præsentatio ob negligentiam Ecclesiasticorum deuoluatur ad laicos.

Tertiò, & illud quoque iuspatronatus Eccle- 10
siasticum dicitur, quod, licèt originem habuerit ex patrimonio laici, fuit tamen, vel ab initio, vel fundatione, testamento, donatione, aut alio quouis titulo in Ecclesiam translatum, aut in Capitulum, seu Collegium Ecclesiasticum, Canonicorum Regularium, aut sæcularium, vel in aliquam personam Ecclesiasticam ratione Ecclesiæ, dignitatis, aut beneficij, vt probat *c. vnic. §. verum, de iurepatron. lib.* 6. Roch. *de iurepatron. verb. ius, qu.* 7. *num.* 14 Lambert. *in simili tract. lib.* 1. *qu.* 1. *artic.* 1. Rebuff. *in praxi, tit. de præsenta. num.* 5. & 7. *part.* 3. *signatura, verb. nec non iuris patronatus, n.* 8 Couar. *pract. cap.* 36. *n.* 2. & 5 Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib.* 1. *quæst.* 4. *num.* 39. Gonzal. *ad reg.* 8. *cancell. glos.* 18. *n.* 5. Valasc. *cons.* 163. *num.* 13. Nicol. Garc. *d. c.* 1. *n.* 553. Seraphin. *decis.* 1420. *n.* 1. Rot. *decis.* 541. *num.* 4. *part.* 2. *recent.* mutata eius

11 conditione personæ, & bonorum conditio mutata
videtor, Valasc. *de iure emphyt.q.17.n.15.col.2.* &
quando res noo priuilegiata peruenit ad priuilegia-
tum, amittit naturam antiquam, & efficitur res
priuilegiata, secundùm Tiraq. *de iure primog. in
præfat.num.133.* D.Barbos.*in l.hæres absens.in princ.*
12 *num.176.ff.de iudic.* Potest tamen in fundatione ap
poni conditio, vt iuspatronatus reseruatum perso-
nis Ecclesiasticis, non cadat sub reseruatione, sed
habeatur pro merè laicali, vt fuit resolutom *in Ro-
mana iurispatronatus 31. May 1613. coram bo. me.
Card.Sacrato*, cuius meminit Lotter.*de re benefic.li.
2.q.10.num.4.*

13 Laicale iuspatronatus dicitur illud, quod lai-
co, seu Clerico ratione sui proprij patrimonij com-
petit, glos. *verb. præsentare.in Clement. plures, de
iurepatron.* Hoied.*de incompatib.cap.vlt.n.113.* Mo-
net.*de commut.vltim.volunt.c.10.num.220.* Viuian.
14 *d.part.1.lib.1.c.3.num.11.* Et in specie, quòd iuspa-
tronatus competens clericis respectû patrimonij,
vel quia fundatoribus laicis successerunt, vel quia
illud ex suo patrimonio fundarunt, non dicitur
Ecclesiasticum, sed laicale, resoluunt Abb.per tex.
ibi in cap.dilectus,nu 4.de iurepatron. Mandos.*super
reg.1.Cancel.q.10.n.7.* Put.*decis.222.in princ.lib.2.
in correct.* Cabed.*de patronatib. Regia Corona cap.1.
num.11.* Alphons.de Leone *de officio Cappellani p.1.
q.4.num.3.* Rota *in Asloricen.* Capellaniæ *2.Februa-*
15 *rij 1611.coram Card.Pamphilio iuniore.* Dicitur quo-
que laicale iuspatronatus Confraternitatis laico-
rum, coius Confratres non induuntur, aut distin-
guuntur aliquo signo religionis, & beneficium
fuit à laïco fundatum, & de bonis profanis: vt
per Fel. *in tract. quando littera col.7. circa med.
limit.4.vers.induxit etiam dictam decisionem*, Roch.
de iurepatr.verb.ius,n.18.q.3. Coo. *pract.c.36.n.8.*
Gambat.*de potest.Legati in conseru.n.414.* Fusc.*de
visita.lib.2.c.14.n.12.ad fin* Zerol.*in praxi episc.p.1.
verb.iuspatronatus,vers.33.* Axeoed.*l.1.n.6.tit.4 li.1.
noua Recop.* Nicol.Garc.*de benefic.par.5.cap.1.n.604.
circa finem.* Azor.*Instit.moral.par.2.lib.5.c.18.col.2.
vers.item iuspatronatus est profanum*, Cened.*pract.&
canon quæst.lib.1.q.22.n.11.* quos refert, & sequitor
Rot.*in Romana beneficiatus S.Laurentij in Damaso
7.Februarij,1618.coram R.P.D. Duran.* inter eius
impressas *decis.130.*

16 Vtrùm autem iuspatronatus Ecclesiasticum in
laïcos titulo oneroso permutationis, cum aucto-
ritate Apostolica translatum desinat esse Eccle-
siasticum, & efficiatur laicale? Affirmatiua pars,
quæ verior est, ex eo suadetur, quia quemadmodum
quando à principio iuspatronatus est laicale, & de-
inde transit in Ecclesiasticas personas, efficitur
Ecclesiasticom, & illius naturam assumit, ex Abb.
*in cap. de monachis, num. 14. de probat. & in cap.
1. de iure patron. in 6.* vbi Ioan. Monac. *numero 4.
prob.in addit.n.17.* Rebuff.*de nominat.qu.8.num.22.*
Crot.*cons.291.n.25.lib.3.* Card.Seraph. *decis. 1410.*
iunctis aliis citatis per me *in collect. ad cap. porrò 7.
num.3.de priuileg* & fuit resolutum *in Leodien.pa-
rochialis 18.Decembris,1623. coram R.P.D.Mer-
line.* Ita etiam è conuerso videtur, vt iuspatrona-
tus exuat primordialem suam naturam, & dum tran
sit io laïcum, identidem efficitur laïcale, vt in
puncto arguit Borgnin.*decis.22.num. 6.par.1.* At-
tenditur enim persona, quæ præsentat, & quæ pos-
sidet ius præsentandi, & prout illa est, ita etiam
determinatur natura ipsius iurispatronatus Mohed.
dec. 9. in fine, de iurepatr. Crescent. *decis. 9. eod.
tit.* Achil. *decis. 1. eod. etiam tit.* Put. *decis. 90.*

lib. 3. & vulgatum est, quòd si laïcos ex iusto titu-
lo, & cum solennitate efficiatur dominus, & ac-
quirat bona Ecclesiæ, hæc bona non dicuntur
amplius Ecclesiastica, sed assumunt naturam, &
qualitatem personarum, quibus ipsa bona cohæ-
rent, & ideò efficiuntur in totum laicalia, & patri-
monialia; late Menoch.*de success.creat. lib. 1. §. 20.
num.684.* Sord.*cons.338.n.9.cum seqq.* ita vt ex illis
legitima detrahi debeat, vt per Peregrin. *de fideic.
art. 36. num. 7.* & fuit dictum *in Romana legitima
16 Decembr.1616.& 16.Mart. 1617.coram bo.me
Card.Sacrato.*

Noo obstat, quòd semper erit verum dicere
hoc iuspatronatus fuisse fundatum ex bonis Ec-
clesiasticis; & quod hæc qualitas videatur inse-
parabilis, etiamsi transeat ad laïcos; & propterea
adhuc tanquam Ecclesiasticum sit reputandum;
quia hoc verum est, quando fuisset aquisitum ti-
tulo lucratiuo; tunc enim iuspatronatus suam
originalem teneret naturam; at verò si laïcus
fuisset adeptus hoc iuspatronatus titulo oneroso,
mediante scilicet permutatione, & cum aucto-
ritate Apostolica, videtur effici penitus laïcale;
& illud, quod à laico io permutatione datum
fuit Ecclesiæ, videtur succedere loco illius iuris-
patronatus Ecclesiastici, alioquin in valdè exor-
bitanti lucro versaretur Ecclesia, si vtrumque,
nempe, & quod illa dat, & quod recipit, Ecclesia-
sticum remaneret, quod alienum omnino vide-
tur ab honestate Ecclesiæ, quæ religiosa cultrix
& auctrix ex iustitiæ, non enim patitur contra iusti-
tiam aliquid fieri in se vel in alterum, vt dicit egre-
gius text.*in cap.1.§ sed diuersum,de alien.fundi, in
vsibus feud.*

Mixtum verò iuspatronatus illud dicitur, quod 17
pertinet partim ad Ecclesiasticom, & partim ad
laicum. Felin.*in d.tract. quando littera Apostolica,
&c.ampl.6.* Gonzal.*d.glos.18.n.8.* Monet.*d.cap.10.
n.220.* & si tunc sit facta concordia de alternis vi-
cibus præsentando iuxta *Clem.plures, §.vt facilius,
de iurepatron.* in turno laici censebitur totum
laicale, & io turno Ecclesiastici censebitur totum
Ecclesiasticum, & vacans in turno Ecclesiastici in
mense Apostolico erit reseruatum, Ioan. Andr. *in
cap.cum illis,§.fin.in fine,de præbend.in 6.* & tunc Ec-
clesiasticus consumeret suum turnum; è contra si
beneficium vacet in turno laici, non caderet sub
reseruatione; & si prouideretur tunc à Papa cum
derogatione iurispatronatos mixti, non haberet
locum derogatio, *ad decis.* Achil.315. aliàs *2.de in-
iurepatr.* & Put.*decis.107.lib.3.*

Hoc autem iuspatronatus mixtum ad effectom 18
exclusionis reseruationis censetur merè laicale, Cou
pract.c.36.num.5.vers.& ideo, Achil.*decis.3.de iure-
patr.* Put. *decis. 157. lib. 3.* Mandos. *super reg. 1.
Cancell.q.10.n.8.* Card.Seraph. *dec.719.n.4. & dec.
1334.num.7.* cum aliis pluribus relatis per Gonzal.
ad reg.Cancell.glos.18.num.13. & 14. & per Nicol.
Garc.*de benef.p.5.c.1.n.582.* Lotter.*de re benef.lib.2.
q.10.n.76.* Card. Caual.*dec.147.n.3.& dec.639.n.4.*
4 Rot.*decis.574 n.10.par.1.diuers. & decis. 641. n.
p.2.recent. & in Gerunden. beneficij de Ceruidno 19.
Aprilis 1602. coram Litta, & in Viterbien. iurispa-
tronatus 4. Maij 1610.coram bo.me.Cardin.Sacrato.*
Prout etiam censetur merè laicale ad hoc, vt in eo 19
non requiratur forma examinis per cõcursum posi-
ta in Concil Trid.*sess.24.de refor.c.18.* pro confe-
renda Parochiali, quæ sit iurispatronatus merè ec-
clesiastici, vt censuit S.Cong.Conc. quam refero *de
officio, & potest.Parochi,c.1.n.126.*

20 Secunda est diuisio iurispatronatus, quia alìud
ast hæreditarium; aliud familiare; hæreditarium
est, quod transit ad quoscunque hæredes etiam ex-
straneos, cap. 3. de iurepatr. Couar. libro. 2. var. cap.
18 num. 6. Bonacos. tom. 1. commun. opin. lib. 1. tit. 5.
n. 36. pag. 170. Aloys. Ricc. in collect. decis. par. 4. col-
lect. 1025. Cald. Pereira de empt. capi. 82. numero 16.
Grilenzon. cons. 75. num. 5. Steph. Gratian. discept. fo-
rens. cap. 645. n. 10. Marescot. var. resol. lib. 2. cap. 55. n.
7. Monet. de commut. vltim. volunt. cap. 11. num. 134.
Seraph. decis. 364. num. 3. & 7. & decis. 378. num. 1.
Ciarlin. controuers. forens. cap. 1. numero 2. & alij per
me citati de offic. & potest. Episcop. part. 3. alleg. 71.
21 numero 3. nisi in fundatione esset expressum, quòd
transiret tantùm ad hæredes sanguinis de con-
sensu Episcopi, Roch. verb. ipse vel is, numer. 18. In
dubio enim iuspatronatus est præsumendum hæ-
reditarium, & transitorium ad quoscunque hære-
des, etiam extraneos, vbi ex fundatione, vel
aliunde de contrario non doceatur, Card. in d.
Clem. plures, quæst. 6. Anchar. numer. 7. & 11. Lam-
bert. de iurepatr. 2. par. 1. lib. quæst. 2. nu. 15. Hieron.
Gabr. cons. 196. num. 5. lib. 2. Lotter. de re benef. lib.
2. q. 11. nu. 19. & 20. Maranta lib. 1. controu. resp. 16.
num. 23. Ciarlin. contron. 1. num. 19. & 20. Noguerol.
tom. 1. alleg. 28. n. 11. Rota decis. 707. num. 8. par. 1. &
decis. 756. num. 1. part. 2. recent. & coram Buratt. dec.
647. num. 1. & decis. 6 9. num. 8. & apud Post. post.
tract. de manut. decis. 172. num. 20. & fuit dictum in
Florentina Canonicatus, 25. Maij 1616. coram bo. me.
Buratto, inter eius decisiones impressas, decis. 183.
n. 1. & in Pistorien. Parochialis, 9. Februarij. 1624.
coram R. P. D. Merlino.
22 Gentilitium verò, siue familiare, dicitur illud,
quod competit, & relictum est tantùm illis de ta-
li familia, vel in quo vocantur solùm illi, qui
sunt de genere testatoris, Gabr. cons. 196. num. 2. li. 2.
Cioff. cons. 18. li. 1. Ricc. tract. de iurepatr. resol. 232.
n. 1. Ciarlin. d. c. 1. n. 18. Massabor. in sua praxi haben-
di concursum, prælud. 7. dub. 21. n. 54. secundùm Ro-
manam impression. & quando fundator expressit ra-
tionem conseruandæ agnationis, Rot. decis. 395. n.
23 2. p. 1. recent. In dubio tamen præsumitur potiùs
hæreditarium, quàm gentilitium, Innoc. in rubr. de
iurepatr. n. 4. Abb. in c. cum sæculum. n. 5. eod. tit. Hier.
Gabr. cons. 196. n. 5. li. 2. Pereg. cons. 33. num. 10. li. 1.
Rot. dec. 675. n. 1. p. 1. recent & fuit dictum in Ascu-
lana iurispatronatus, 24 Februar. 1616. coram Card.
Verospio. impressa per Viuian. post praxim. iurispatr.
decis. 23. n. 6. Hæc verò præsumptio eliditur, ita vt
potiùs præsumatur gentilitium quàm hæreditariū,
si in eius prouisionibus semper fuit habita mentio
familiæ, & descendentiæ, nunquam verò hæredita-
riæ qualitatis, vel quando per spatium centum an-
norum nullus extraneus, aut fœmina in eo præsen-
tauit, vt fuit resolutum in d. Florentina Canonicatus
24 coram bo. me. Buratto, inter eius impressas, dec. 183.
n. 22. & 23. Et quando dubitatur an sit gentilitium,
leuiores sufficiunt probationes, cùm agitur non de
illius substantia, sed de pertinentia, Rot. decis. 675.
n. 3. in fine, p. 1. recent.
25 Tertia est diuisio, quam ponit Monet. de com-
mutat. vltim. volunt. c. 10. n. 20. quòd scilicet iuspa-
tronatus aliud sit passiuum, aliud actiuum: passiuum
est per quod certi de tali familia sunt præsentandi;
aliud actiuum, per quod fit, ne quis beneficium
conferat, nisi ad præsentationem talis personæ, vide
apud illum.
26 Qui autem istud ius obtinet; patronus voca-
tur, ad similitudinem eius, qui libertorum suorum,
quos seruos manumisit, patronus vocatur, & ius
habet successionis in bona ipsorum, & ius istud
iuspatronatus leges appellarunt, vt in l. 1. & per tot.
ff. de iurepatr. ad cuius rei exemplum, quia Ecclesiæ
persæpè quorundam incuria deciderent in ruinam.
fuit sacris Canonibus constitutum, vt qui Ecclesias
fundarent, aut fundatas construerent, vel dotarent,
quamdiu ipsi essent superstites, quamuis laici exti-
tissent, curam illarum, ac solicitudinem obtinerent,
eique de Rectore idoneo cum consensu Episcopi
prouiderent, irritaque institutio illius haberetur,
quem ipsi non elegissent, aut præsentassent, vt
colligitur ex c. decernimus 16. quæst. 7. Ius autem
istud iuspatronatus Canones apellarunt, vt per
tot. tit. de iurepatr. non tantum ad similitudinem
patronatus legalis, vt diximus, verùm etiam, quia
Ecclesiæ illius patrocinium, aut tutelam suscepe-
re videtur, qui tale ius obtinet. Vnde etiam ad-
uocatus dicitur, aut custos, & quandoque vicedo-
minus, vel guardiam habens, sicut colligitur ex cap.
quia clerici, vbi glos. & c. præterea, il 2 de iurepatr.
& ex c. in singulis, in fine. de statu monach. & ex cap.
generali, de elect. lib. 6.
Antiquitus verò nullum, aut modicum iuspa- 27
tronatus huiusmodi habebatur, vt refert glos. in
cap. pia mentis 16. quæst. 7. & tempore Gelasij Papæ
patroni nihil aliud proprij iuris in Ecclesiis habe-
bant, quam processionis aditum, seu (vt alij vocant)
frequentationis, qui Christianis omnibus in com-
muni debetur, vt ipse Pontifex loquitur in d. c. pia
mentis, quod quidem (aliis diuersè exponentibus)
videtur intelligi facultas, vel libertas amplior in
ea Ecclesia commorandi, aut eam frequentandi;
qui aditus omnibus quidem Christianis, vt in-
quit Pont. datur, eis tamen liberalius concedetur,
vel non ita facilè ex causis communibus dene-
gabitur. nam processionis honor, quem nonnulli
intelligunt, hodie potius, quam olim introductus
videtur, ius verò præsentandi, quod per hoc ver-
bum volunt exponi, non potest intelligere, cùm
Canon expressè de vtroque tanquam de diuersis
loquatur in c. nobis, de iurepatron. nec tunc quidem
adhuc fuerat institutum ius presentandi tempore
Canonis antiquioris; nam postea in Toletano
Concil. IX. de quo in d. cap. decernimus. 16. q. 7. in-
stitutum fuisse videtur, & ipsis tantùm superstiti-
bus concedebatur, vt ibidem dicitur; postea verò
eorum quoque ex consanguinitate hæredibus est
ius idem concessum, cap. filius, cap. considerandum,
cum seq. 16. q. 7. c. 1. & ferè per tot. de iurepatron. &
infrà latè videbimus.
Non solùm autem ex constructione Eccclesiæ 28
iuspatronatus acquiritur, sed tribus de causis po-
test acquiri. cap. nobis, cap. Abbates 16. quæst. 7. cap.
monasterij, cap. filij, ead. causa & quæst. latè Lam-
bert. de iurepatron. lib. 1. part. 1. artic. 20. quæst. 1.
princ. Cabed. de patronatib. Regia Corona capi. 2.
num. 1. Prima est Ecclesiæ alicuius fundatio, siue
quis eam in proprio solo suis sumptibus omninò
construeret, cap. Abbatem, 18. quæst. 2. cap. nobis,
de iurepatronat. siue etiam solum tantummo-
do, siue fundum ad eam ædificandam obtulerit,
ac donauerit, Lambert. de iurepatronat. part. 1. lib.
1. quæst. 2. artic. 2. num. 1. & 2. & Doctores com-
muniter; nec qualiter fundi donatio tribuit
iuspatronatus, sed necessarium est, vt totum do-
minium transferatur, vt post Lambertin. resoluit
Massabor. in sua praxi habendi concursum, prælud.
7. dub. 18. secundùm Roman impress. Secunda est
etiam sola constructio, siue fundi proprij assigna-
tione,

29 tione, sed in solo ab aliis dato ipse propriis sumptibus Ecclesiam construxerit, *cap. monasterium.* 16. q. 7. aliàs enim si hæc fiant iuxta terminos *cap. ad*
30 *audientiam*, *tit. de Eccles. ædif.* & cum protestatione recuperandi expensas ab ipsa Ecclesia, tunc iuspatronatus non illi acquiritur, sed Ecclesiæ, ex cuius bonis fuit ipsa constructa, gloss. *verb. construxisse, in cap. Apostolicos*, 17. q. 2. Gonzal. *d. gloss.* 18. *num.* 33 Nicol. Garc. *de benefic. par.* 5. *cap.* 9. *à num.* 36. Monet.
31 *d. cap.* 10. *num.* 20 2. *& seq.* quia nec etiam acquiritur iuspatronatus ex constructione necessariò, non voluntarie facta Lambertin. *d. par.* 1. *lib.* 1. *q.* 4. *princ. art.* 7. Rot. *decis.* 167. *a.* 5. *&* 6. *p.* 1. *diuers. & dec.* 758. *n.* 2. *p.* 2. *recent. & in Camerauen. pensionis* 10. *Decembris*, 1625. *coram R. P. D. meo Piroano*, & aliis Rot. decisionibus relatis, Ferentil. *in annot. ad decis. Burat.* 22. *sub lit. A, n.* 26.

32 Hinc etiam ex reædificatione, seu refectione Ecclesiæ penitùs destructæ, seu dirutæ, ita vt noua consecratione indigeat, acquiritur iuspatronatus; secus verò si reædificaretur Ecclesia non penitus destructa. Ita Abb. *in cap. de iurepatr. nu.* 1. *&* 11. & ibi B ... *n.* 56. Ias. *in l.* 1. *§. si quis edificium, n.* 4. *ff. de no. oper. nunc.* Staphil. *de litter. gratia, tit. de modo, & forma impetrandi, § sequitur videre, n.* 6. Roch. *de iurepatr. in verb. construxit, n.* 12. Lambert. *eod. tract. p. lib.* 1. *q.* 6. *princ. art.* 3. *ex n.* 13. Busfat. *cons.* 310 *à n.* 3. *vol.* 3. Menoch. *cons.* 90. *n.* 17. *& cons.* 336. *nu.* 5. *cum seqq.* Spin *in specul. test. am glos.* 4. *princ. nu* 28. Zerol. *in praxi Episc. par.* 1. *verb. Iuspatronatus. §. ad finem*, Seraph. *decis.* 518. *&* 907. Aloys. Ricc. *in collect. decis. p.* 5. *collect.* 1559. Azor. *instit. moral. par.* 2. *lib.* 6. *cap.* 19. *q.* 10. Nicol. Garc. *d. cap.* 9. *num.* 51. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancellar. gloss.* 18. *n.* 33. Campan. *in diuers. iuris canon rubr.* 11. *c.* 13. *num.* 337. Massabot. *in praxi habendi concursum, prælud.* 7. *dub.* 22. *n.* 6. *secundum Romanam impress.* Viuian. *in sua praxi iurisp. l.* 2. *c.* 4. *n.* 6. Bened Ægyd. *in repet. l.* 1. *C. de sacros. Eccl. p.* 5. *§.* 2. *n.* 18. Rot. *in Senen. beneficij*, 18. *Martij*, 1596. *coram Litta, & dec.* 54. *n.* 4. *p.* 1. *recent. & in Mutinen. Plebis, seu iuspatronatus* 21. *February*, 1625. *coram Reuerendissimo D. meo Coccino Deccano*, *& in Rossanen Parochialis* 3. *Iunij*, 1626. *coram bo. me. Buratto*, inter eius impressas *dec.* 949. *n.* 7. vbi Ferentil.
33 *sub lit. A.* Benè Stephan. Gratian. *discept. forens. c.* 177. *num.* 26. vbi dicit quòd ad adquirendum iuspatronatus ex reparatione requiritur totalis testauratio
34 ipsius Ecclesiæ funditus dirutæ: vnde Busfat. *dict. cons.* 310. *num.* 6. Campan. *d. cap.* 13. *num.* 339. & Rot. *decis.* 506. *par.* 3. *diuers.* dicunt Ecclesiam adeò dirutam iudicari, vt reædificata dicatur, & iuxta prædicta acquiritur iuspatronatus, si noua indigeat consecratione, per *cap. de fabrica, de consec. dist.* 1.
35 ex qua quidem Ecclesiæ constructione acquiritur iuspatronatus, absque alia reseruatione, nisi illud expressè remittatur, Viuian *par.* 1. *lib.* 2. *cap.* 1. *num.*
36 9. Ferentil. *in annot. decis.* 1 *Buratti n.* 14 *lit. B.* quia probata constructione cum assensu Episcopi, illtem præsumpto, non est necesse probare alium assensum, quoad acquisitionem, Caualer. *dec.* 336. *ex num.* 4.

37 An in Altari iam constructo possit in abst acto fundari noua Capellania, & in ea reseruari iuspatronatus? Affirmatiuè respondent Roch. *in verb. & dotauit numer.* 1. Lambert. *d. lib.* 1. *p.* 1. *q.* 5 *art.* 15. *in princ. vers. nota tamen, & quest* 6. *art.* 1. *num.* 30. *vers. in circa*, & fuit dictum *in Gerunden. iurispatronatus* 22. *Aprilis*, 1622. *coram Reuerendissimo D. meo Deccano.*

38 In his tantùm duabus causis consensus eius requiritur, sine cuius auctoritate construi Ecclesia non potest, vt *lib.* 2. *cap.* 2. ostendimus & sic Diœcesani Ordinarij consensus interuenire debet, vt probat *d. cap. nobis*, 25 *de iurepatron.* Calderin. *consil.* 10. *vers. nam auctoritas de iurepatron.* Lambertin. *lib.* 1. *part.* 1. *q.* 2. *art.* 5. Rot. *in Gerunden. beneficij* 5. *Maij*, 1510. *coram Ortembergo*, Ego ipse *dict. part. allegat.* 70. *numer.* 20. & potest etiam ante creationem iurispatronatus interuenire, & postea, & quandocunque, Calder. *cons.* 6. *de iurepatron* Roch. *verb. pro eo, quæst.* 4. *numer.* 9. Lambertin. *d. libro* 1, *par.* 2. *quest.* 1. *art.* 16. *& quæst.* 11. *art.* 16. *nu.* 5. Rot. *in Pientina iurispatronatus* 23. *Martij* 1607. *coram Reuerendissimo D. meo Coccino, & in Brixinensen. iurispatronatus* 7. *Maij*, 1612. *coram bo. me. Vbaldo sen.* Beltramio. *in annot. ad decis.* 420. *Gregorij nu.* 7. Rot. *decis.* 101. *num.* 7. apud Paul. de Rubeis *tom.* 3. *diuers.* aliàs *p.* 7. *recent.* vbi quod consensus Ordinarij in dotatione iurispatronatus, quandocunque superueniat, valedat donationem etiam in præiudicium tertij. Ego ipse *d. alleg.* 70. *num.* 21 vbi *nu.* 23.
39 quòd præstandus est ab Ordinario illius loci, in quo fundatur Ecclesia, & *num.* 30. quod Ordinarij nomine in hac materia venit quilibet Prælatus, etiam inferior, dummodo habeat Episcopalem iurisdictionem, & *num.* 31. amplio ad Capitulum Sede vacante, quem tamen consensum dare non po-
40 terit Episcopi Vicarius generalis, nisi ad hoc habeat speciale mandatum, vt docent plures, quos sequutus fui *eadem par.* 3. *alleg.* 54. *n.* 74.

41 Si verò nolit consentire Diœcesanus, poterit compelli per Superiorem, aliàs ipse Superior consentiat, si adhuc Diœcesanus tenuat sine causa, Massobr. *in praxi habendi concursum, prælud.* 7. *dub.* 7

42 Vtrùm autem præsumatur ex lapsu temporis? solet ab aliquibus in dubium reuocari, in quo communis obtinuit ex diuturnitate temporis, ædificatione capellæ cum insignibus, & armis ac visitatione superioris, huiusmodi consensum præsumi, vt ex multis Sacræ Rotæ decisionibus comprobauimus *d. p.* 3. *alleg.* 70. *a.* 22. quibus addo Caualer. *dec.*
43 265. *num.* 5. & regulariter tempus triginta annorum necessarium esse ad præsumendum talem consensum, firmauit Beltramin. ad Gregor. XV. *decis.* 420. *n.* 7. Rot. *decis.* 179. *a.* 1. *p.* 2. *diuers. & dec.* 694. *nu.* 5. *p.* 1 *recent. & decis.* 101 *num.* 6. apud Paul de Rubeis *tom.* 3. *diuersor.* Verùm hac in re optimè considerauit Rot. *in Segobten. Cappellaniæ.* 13. *Ianuarij*, 1623. *coram bo. me. Vbaldo sen.* quòd licet supradicta procedant in donatione iurispatronatus, in qua nullus potest considerari fauor Ecclesiæ, ac proinde requiritur spatium tanti temporis ad præsumendum talem consensum: tamen vbi agitur de eo præsumendo in erectione alicuius beneficij cum reseruatione iurispatronatus, cum sit in fauorem Ecclesiæ, qui in eo versatur, ne beneficium iam erectum supprimatur ob defectum talis consensus, non videtur requiri spatium tanti temporis, ac proinde videbatur sufficere decennium, ex quo agitur de modico præiudicio, ex Menoch. *de præsu. lib.* 3. *præs.* 32.
44 *nu.* 54. eo maximè quia consensus Ordinarij potest interuenire ex post facto, vt supra diximus; & quia Ecclesia reperitur ædificata, interuenisse præsumitur, secundùm Menoch. *lib.* 6. *præs.* 79. *num.* 4. Nicol. Garc. *de benef. p.* 5. *c.* 9. *n.* 73. tum, quia sufficit etiam tacitus, qui colligitur ex institutionibus ipsius factis ad præsentationes patronorû. Roch. *d. verb. pro eo, q.* 8. *n.* 20. Rot. *in Aquen. iuspatronatus* 7. *Nouembris*, 1601 *coram bo. mem. Lancelloto*, impressa per

Marches. *de commission, par.* 1. *pag.* 453. Beltramin. *ad d. decis.* 420. *Gregor. XV. n.* 7.

46 Illud tamen quoad hoc propositum est aduer-
tendum, cum solo Episcopi consensu non posse
iuspatronatus in Ecclesia Conuentuali fundari, sed
esse necessarium priuilegium Apostolicum in limi-
ne fundationis, etiam ad effectum præsentationis:
vt docent Host. *col.* 2. & Abb. *num.* 9. *in d. c. nobis. de*
iurepatr. Aloys. Ricc. *in collect. decis. p.* 5. *collect.* 1486.
Perez. *l.* 1. *col.* 15. *vers. in Ecclesia, tit.* 6. *lib. Ordinam.*
47 *p.* 142. Seraph. *decis.* 1305. *n.* 5. *& decis.* 1353. *n.* 5. *&*
decis. 1395. *n.* 2. Rot. *decis.* 53. *n.* 1. *p.* 1. *recent.* vbi *n.* 2.
subdit iuspatronatus, præsumi fundatum ex pri-
uilegio Apostolico, quando vltra temporis anti-
quitatem concurrit obseruantia præsentationum.
Verùm ad effectum præeminentiarum, & ad omnes
effectus, excepto iure præsentandi, & nominandi,
potest in Conuentuali iuspatronatus ex constru-
ne acquiri, secundum Lambert. *lib.* 1. *part.* 1. *artic.* 7.
vndecima q n. 3. Caualer. *dec.* 265. *n.* 7. *&* 8.

48 Vnde quodque in Ecclesia regulari non acqui-
ritur iuspatronatus ex sola fundatione, & dotatione
sine particulari priuilegio Apost. vt per Mohed. *de-*
cis 240. aliàs 10. *n.* 3. *de iurepatr.* Couar. *in reg. possess.*
p. 2. §. 10. *n.* 3. *vers. alter casus*, Lambert. *lib.* 1. *q.* 5. *p.* 1.
art. 1. *num.* 10 *&* 11. Rot. *decis.* 563. *vers. non obstat, &*
decis. 564. *nu.* 2. *&* 3. *decis.* 572. *num.* 1. *& decis.* 574.
num. 1 *par.* 4. *diuers. & decis.* 421. *nu.* 2 *par.* 2. *recent.*
Ferentill. alios cumulans *in annot. ad decis.* 1. *Buratt.*
num. 15. Intellige si iuspatronatus esset reseruatum
in tota Ecclesia, secus verò si fuit reseruatum in
Altari constructo, vel construendo de ordine te-
statoris in dicta Ecclesia regulari, quia tunc sufficit
solùm consensus Regularium, vt citato Paris. *con-*
sil. 35. *num.* 10. *lib.* 4 firmanit. Rot. *in Segobien. Capel-*
lania 26. *February*, 1625. *corã bo. me. Vbaldo, in vers.*
non obstat secundò, refert. Ferentil. *in annot. ad dec.* 1.
49 *Buratt. num.* 17. vbi *num.* 16. post. Seraph *decis.* 1395.
nu. 3. ampliat decisionem *d. cap. nobis*, quamuis Ec-
clesia esset Conuentualis habitu, & non actu. Pri-
uilegium autem prædictum ex cursu temporis, &
obseruantia præsumitur interuenisse in limine
fundationis, licèt non sit sit enunciatum, Abb. *in c.*
cura pastorali, nu. 4. *de iurepatr.* Rota *decis.* 363. *n.* 1.
& decis. 173. *num.* 2 *par.* 4. *diuers.* nisi ex facie instru-
menti fundationis constaret adhibitum fuisse so-
lum consensum Episcopi, vel alterius Prælati, Pa-
pæ inferioris, Anton. Gabr. *commun. tit. de præsumpt.*
concl. 1. *n.* 57. *n.* 2. *part.* 1. *recent.*

50 Tertia est dotis, siue certi redditus assignatio Ec-
clesiæ facta, *cap. filiis & cap. quicunque* 16. *quæst.* 7.
Vnde illud adducitur per gloss *in d. cap pia mentis,*
ead. q. 7. *Patronum faciunt dos, ædificatio fundus*, & in
Concil. Trid. *sess.* 14. *de reform. cap.* 12. sic dicitur,
Nemo quacunque ratione, nisi Ecclesiam, beneficium,
aut Capellam de nouo fundauerit, & construxerit, seu
iam erectam, quæ tamen sine sufficienti dote fuerit, de
suis propriis & patrimonialibus bonis competenter do-
tauerit, patronatum impetrare, aut obtinere possit, &
51 *debeat.* Per emptionem autem patronatum in Ec-
clesia acquire nullus potest, *cap. quia clerici* 6. *de*
iurepatron. quin potius, qui tale ius in Ecclesia
emerit, est illo spoliandus, quia iuspatronatus nec
emi; nec vendi potest, *cap. de iure, eod. tit.* Azor.
instit. moral. p. 2. *lib.* 6. *cap.* 20. *q.* 8. Suar. *de Relig tom.*
1. *lib.* 4. *de simon. cap.* 28. *num.* 17. *cum seq.* Redoanus
de simon. part. 3. *cap.* 22. *num.* 12. Bonacin. *in simili tr.*
52 *q.* 4 §. 11. *num.* 3. Sed neque per vsurpationem ac-
quiritur: tale autem quid præsumere volens ex-
communicationis sententiæ subiacere statuitur *in*
cap. generali, de elect. l. 6. cuius meminerunt Gamb.
de casib. restru. cap. 10. *num.* 2. *in fine, & nu.* 3. Filliuc.
tractat. 14. *num.* 53. *vers. tertio. & num.* 56. *num* 99.
vers. 4 *& num.* 106. & alij per me citati *de offic. &*
potest. Episcopi part. 3. *alleg.* 50. *num.* 203. in impress.
Lugdunen. Verùm nec ita simpliciter patronatus 53
ex supradictis causis acquiritur, vt statim causa
præstita quis efficiatur patronus, quia si quis fun-
dum solùm præstiterit, Ecclesia autem vel à se, vel
ab alio non constituatur, nullum ius acquisiuisse
putatur, sed neque constructa Ecclesia, donec do-
tem ab aliquo competentem acceperit, nullum
ius ædificatoribus præbet, Ecclesia enim non dici-
tur in esse deducta, donec tria hæc adsint, glos. *in*
d. cap. pia mentis 16. *quæst.* 7. Innoc. *in cap.* 1. *de iure-*
patr.

Satis est autem per aliquem id, quod deest, sup- 54
pleri, vt iuspatronatus acquirat, qui aliquid præsti-
tit, verum pro parte tantùm ipse, & alter pro
parte erit patronus, & ita tres possunt pro parte si-
mul esse patroni, si singuli singulas, quas diximus,
causas in Ecclesia dederint. Potest tamen is, qui 55
tantùm dotauit solus fieri patronus Ecclesiæ, in eo
videlicet casu, quo Ecclesia antiqua cuius con-
structor, aut fundator non extet, ab aliquo com-
petenter doretur, modo illud ante eius consecra-
tionem fiat, vt *lib.* 2. *in cap. de consecrat. Eccles.* vidi-
mus; nam per dotis assignationem in consecrata
Ecclesia nullus patronatum acquirit, vt per glos.
notabilem *in d. cap. pia mentis* 16. *quæst.* 7. & quam-
nis Ecclesia aliquid modicum habeat; qui tamen
eam sufficienter dotauerit, antequam consecretur,
ea patronatum videtur acquirere, sed non idem
de eo dicetur, qui iam constructam pro parte re-
parare voluerit, vt colligitur ex Concil. Trid. *sess.* 14.
de reform. cap. 12. vbi dicitur, *competenter dotauerit.* 56
& sic dotantem insufficienter, quòd arbitratur
Ordinarius, non acquirere iuspatronatus, sed dici
benefactorem, tenent Lambertin. *d. lib.* 1. *part.* 1. *q.* 5.
num. 11. Nicol. Garc. *d. par.* 5. *cap.* 9. *num.* 52. Aloys.
Ricc. *in praxi rerum fori Eccles. resol.* 123. *n.* 3. *vers.*
declaratur. Armendar. *ad recop. legum Nauarra, lib.*
4. *tit.* 30. *libro* 1. *de iurepatron. num.* 31. prout neque
acquirit quis ex augmento dotis, secundum gloss.
in cap. pia mentis 16. *quæst.* 7. vbi Armendar. *num.* 3.
& 4. & Turrec. *n.* 6. Roch. *de iurepatron. verb. & do-*
tauit, quæst. 2. *num.* 4. Lambertin. *eod. tract. lib.* 1. *par.*
1. *quæst.* 6. *art.* 1. *num.* 1. *&* 2. *& art.* 2. *num.* 11. Aloys.
Ricc. *in d. praxi resolut.* 150 Stephan. Gratian. *disce-*
ptat forens. cap. 177. *num.* 24. *&* 25. Rot. *decis.* 511.
par. 2. *recent. & decis.* 318. *num.* 5. *p.* 5. *recent.* refero
Ego ipse *de offic. & potest. Episcop. p.* 3. *alleg.* 70. *n.* 15.
& in collect. ad cap. quoniam 3. *num.* 9. *de iurepatron.*
Debet enim priùs constare dotem primam fuisse re- 57
ductam de esse ad non esse, vt quis ratione illius se-
cundæ acquirat iuspatronatus, vt benè ait Gonzal.
ad reg. 8. *Cancell glos.* 18. *n.* 53.

Illud autem animaduertere oportet, quòd dos 58
ab initio fundationis sufficiens præsumitur, *cap. ne-*
mo 100. *de consecrat. dist.* 1. Calderin. *in consil.* 30. *post*
med. vers. pro parte contraria, Verall. *decis.* 62. *par.* 1.
Gregor. XV *decis.* 483. *nu.* 5. Rota *in Toletana iuris.*
patronatus, 11. *February* 1627. *coram Reuerendissimo*
D. meo Coccino Decano, impressa per Viuian. *post*
suam praxim iurispatron decis. 112. Quæ autem di-
catur sufficiens dos, diximus *lib.* 2 *cap.* 2. *numer.* 20.
cum seq. In cuius dotis datione, & assignatione 59
requiritur Diœcesani consensus, sicut in fundatio-
ne, & constructione requiri suprà diximus, qui
Diœcesanos antea qualitates dotantis exquirere
debet,

debet, & quomodo velit dotem construere, & an sit congrua, & sufficiens, vt benè notat Viuian. *in d. praxi iurispat. lib. 2. cap. 4. n. 17.* secundum vltim. Romanam impressionem, & faciunt, quæ tradi *d. par. 3. alleg. 70. n. 9. cum seq.*

60 Licèt autem non desint, qui velint ad acquirendum iuspatronatus tria copulatiuè requiri, scilicet, fundum, constructionem, & dotem, siue ab vno, siue à diuersis, Roch. de Curte *de iurepatr. in princ. num. 3. in fine, & num. 4. & in verb. Ecclesia fundauit, num. 2. quæst. 2. & verb. contraxit, n. 3. q. 3. & verb. dotauit, num. 1.* Abb. *cons. 106. num. 2. col. 1. in fine, vers. quod etiam, par. 2. & in cap. ad audientiam, num. 4 de Eccl. ædif.* Ioan. de Anania *cons. 24. n. 4. vers. illud probo.* Gregor. Lopez *l. 1 glos. 3. tit. 15. p. 1.* Perez *tom. 1. Ordinam. fol. 136. vers. fundatione igitur, fol. 137. sextò quæritur,* Monet. *de commutat. vltim. volunt. cap. 10. 202 vers. ego verò,* Nicol. Garc. *de benefic. p. 5. c. 9. n. 44.* Cassard. *decis. 6. n. 10. de iurepatron.*

61 Tamen contraria opinio, quòd scilicet ex sola constructione, vel dotatione acquiratur iuspatronatus, receptior videtur, cùm iura alternatiuè loquantur, & propterea vnum concurrere sufficiat, vt probare videtur tex. *in cap. nobis, & ibi* glos. *in verb. construxerit, cap. quoniam, & ibi glos. in verb. fundatores, de iurepatron. cap. filiis, cap. decernimus, cap. monasterium 16. q. 7. cap. significauit, de testib. glos. magna in cap. pie meatis 16. q. 7.* Abb. *in c. ad audientiam, num. 10. & 11. de Eccles. ædific. & in c. proposuit, num 1. de filiis Presbyt. & ibi additio,* idem Abb. *in d. cap. nobis, num. 3.* Card. *num. 3.* Ioan. Andr. *n. 6. & 7.* Butr. *nu. 1.* Boich. etiam *num. 1.* Anchar. *in princ. & num. 6.* Hostien. *nu. 1. de iurepatron.* Beroi. *in cap. quoniam, num. 95. eod. tit.* Host. *in sum de iurepatron. num. 2.* Abb. *cons. 54. num. 1. par. 1. & cons. 59. num. 1. & 3. par. 2.* Cardin. *cons. 122. num. 2. vers. ad quod respondeo,* Ioan. de Anania. *cons. 24. vers. istud probo* & ibi Bolognet. *num. 6.* Menoch. *cons. 241. nu. 1. & 4 & lib. 3. de præsumpt. præs. 90. num. 4. & 5.* Larberdin. *de iurepatr. lib. 1. par. 1. q. 1. art. 1. nu. 18. vers. venio igitur ad 1.* vbi reprobat Roch. Spin. *in speculo testam. glos. 4 princ. num. 28. & 29.* Paul. de Cittadinis *de iurepatr. p. 3. num. 1.* Vgolin. *de offic. & potest. Episcopi, ca. 52. in princ. num. 6.* Franc. Leo *in thesauro fori Ecclesiast. par. 2. c. 6. num.* Camil. Borrell. *in sum. omnium decis. par. 1. tit. 32. num. 23.* Verall. *decis. 133. part. 2.* Rot. *diuers. p. 1. decis. 598. n. 1. & p 4. decis. 565. num. 2* eadem Rot. *decis. 5. de iurepatr. in antiq.* Aloys. Ricc. *dec. 72. n. 5. & seq. p. 1.* & Concil. Trid. *sess. 25. de reform. c. 9. & sess. 24. etiam de reform. cap. 12.* vbi loquitur & alternatiuè, & dicit, *sit titulus iurispatronatus ex fundatione, vel dotatione,*

62 Quoad acquirendum tantùm iuspatronatus honorificum, certum est sufficere solam constructionem, *d. c. nobis, & ibi* glos. Abb. *num. 5.* Ioan. Andr. *n. 15. de iurepatron* Lambertin. *dict. lib. 1. p. 1. q. 11. art. 7. n. 5.* Ioan. de Anan: *cons. 24. num. 4. vers. istud probo,* & *ibi* Bolognin. *n. 6.* Franc. Leo *d. c. 7. num. 72.* Mantic. *decis. 244. num. 1.* & etiam absque vlla reseruatione, nisi expressè remittatur, Lambert. *d. li. 1. p 1. q. 2. art. 4. n. 12.* Rot. *dec. 5. de iurepatr. in antiq.* & fuit dictum in *Iacen. portionis 19. Nouembris, 1591. coram Card. Phamphilio sen*

63 Aliter verò acquisiti patronatus, in quibuscunque beneficiis, facultates, & priuilegia concessa, tam in vim patronatus, quàm alio quocunque iure nominandi, eligendi, præsentandi ad ea cùm vacant (exceptis patronatibus super Cathedralibus Ecclesiis, & aliis, quæ ad quoscunque sublimes Principes iura Imperij in dominiis sua habentes pertinent, & quæ in fauorem studiorum Generalium concessa sunt) in totum prorsus abrogata, & irrita cum quasi possessione inde sequuta intelligi statuit, ac decernit Concil. Trid. *sess. 25. de reform. cap. 9. in princ.* & per illud sic docent Flamin. Paris. *de confident. q. 28. n. 239. & seq.* Seraph *decis. 1395. n. 4.* Gonz. *ad reg. 8. Cancell. gloss. 18.* refert decisum Nicol. Garc. *de benef. p. 5. c. 9. ex n. 115.* vbi *n. 117.* subdit procedere, etiamsi in priuilegio habeatur iuspatronatus competere non solùm ex priuilegio, sed ex vera, & reali fundatione, & dotatione, quod etiam testatur Gonzal. *reg. 8. gloss. 18. n. 97.* & idem Garc. *vbi supra n. 118.* Similiter resolutum refert hoc procedere, etiamsi in priuilegiu dicatur, quòd esset eiusdem prorsus naturæ, & roboris, ac si ex fundatione & donatione competeret, & *num. 119.* 64 asserit etiam decisum; quòd quando constat de origine priuilegij, vel præsumitur esse ex priuilegio aliquod iuspatronatus, & ad. st immemorialis, illa non prodest: refert, & sequitur Massobr. *in sua praxi habendi concursum prælad. 7. dub. 3. n. 85. & 86.* secundùm Romanam impressionem: & ideò Garc. *eodem. c. 9. num. 120.* dicit retentum in Rota Conc. Trid. *d. cap. 9.* non loqui de priuilegiis concessis ex causa onerosa, Serap. *dec. 499. n. 4* Ad hoc 65 autem, vt priuilegium sit ex causa onerosa, spectari debet, an illud, quod expensum fuit, æquiualeat concessioni: quia vbi non æquiualet, concessio ipsa iudicari potius debet gratiosa, quam onerosa, vt censuit Rota *decis. 469.* apud Farinac. *par. ... recent. & in Cæsaraugastana de Maëlla 14. Nouembris 1616. coram R. D. meo Coccino Decano,* impressa per Massobr *d. prælud. 7. dub. 3. n. 51.*

Huiusmodi igitur Iurapatronatus ex priuilegio 66 etiam cum amplissimis clausulis propter augmentum concessa cadunt hodie sub reseruatione *reg. de mensibus.* vbi augmentum non ascendit saltem ad medietatem. Beltram. *in annot. ad Gregor. dec. 397.* vt citat Rot. *in d. Cæsaraugustana de Maëlla 6 Nouembris 1618. coram R. D. meo Coccino,* late Massobr, *d. dub. 3. per tot.*

Sed, quia iuspatronatus colore beneficia Ecclesiastica in seruitutem à multis redigebantur. ideò idem Conc. Trid. *d c. 9.* statuit modos aliquos probandi iuspatronatus præter cæteros secundum Iuris dispositionem adducendos, prout inferius sigillatim ostendemus.

Primò, ex attentia Conciliari dispositione in *d.* 67 *cap. 9.* iurispatronatus titulus probatur ex authentico documento fundationis, vel dotationis, non priuilegij, aut alterius qualitatis, vel accidentis extrinsece aduenientis. Ita ex eo colligunt Cassd. *decis. 7. de iurepatron.* Molfes. *in sum. Theolog. moral. tract. 6. cap. 5. num. 44.* Campan. *in diuers. Iuris Canon. rub. 11. cap. 13. num. 405.* Monet *de commut. vlt. volunt. cap. 10. num. 210* Ego ipse *de officio & potest Episcopi, p. 3. alleg 72. n. 21.* Rot. *in Burgi S. Donnini iurispatronatus 20. Iunij 1622. coram R. P. D. Merlino,* impressa per Viuian. *post suam praxim iurispatron. decis. 17. num. 1. & in Albanen. Prioratus 21. Maij 1603. coram bona mem Penia,* vbi fuit dictum quòd nihil pertinet, quod Conc. *d. c 9.* sustulerit priuilegia, quia non sustulit ea, quæ prouenient ex fundatione, vel donatione legitimè probata. Authentici enim documenti appelatione in hac materia venit Bulla erectionis, siue consensus Episcopi, vel Summi Pont. in scriptis datus ad fundandum, construendum, siue dotandum, Alph. de

Leone de officio Capellani p.1.quæst.4. praxi 2.num.
17. vbi num.18. cum Rota probat Bullam erectio-
nis idem esse atque instrumentum fundationis,vel
dotationis, & num.19.tenet etiam venire scriptum
publicum continentem dictam fundationem, vel
dotationem,etsi non appareat ea de consensu Epis-
copi quia ille sufficit si sequatur, & num.22. ait
sufficere vt tale instrumentum dotationem solum,
vel fundationem, seu constructionem contineat,
& n.24.quòd venit etiam testamentum vbi sun fa-
cta dotatio, & n.26.quod etiam continentur codi-
cilli,& n.36.Sacra Cong.& Rota asserit requiri pro
forma vt probatio fiat per authenticas scripturas,&
regulam esse constituendam quod probatio per te-
stes non sufficiat. Sed quando haberi non potest
probatio existentiæ iurispatronatus per authentica
documenta,vt suprà dixi, Sacrum Concilium pro-
uidet quomodo eadem existentia probet inter pri-
uatos, de quibus non potest esse suspicio vsurpa-
tionis.
69 Secundò,probatur iuspatronatus ex multiplica-
tis præsentationibus per antiquissimum temporis
cursum, qui hominum memoriam excedat,ex eod.
Conc.Trid. in sæpe citato cap.9.Ita Menonch.cons.
336.& de præs.lib.3.præsumpt.90.num.3.cum.seqq.
Mascard, de prob.concl.103.n.9. Gonzal.d.gl.18.n.
44.cum.seq Franc.Leo in thesauro fori Eccl.p.2.c.21.
n.3.Campan.d.c.13.ex n.425.Monet.d.c.10.n.211.
Molfes.d.tr.6.cap.5.n.47.me citato in hoc loco.No-
guer.tom.1.all.28.n.8 Ego ipse d.all.72.n.28. Rot.
dec.148.n.1.& dec.211.n.1 p.1.rec.& dec 6-4.n 2.
p.2.recent. Et etiamsi nullum instrumentum fun-
dationis, vel dotationis ostendatur, & quamuis in
dictis præsentationibus nulla appareat facta mētio
fundationis,vel dotationis,vt benè resoluunt Gōz.
d.l.18.n.46. Galer.in margarita casuum conscient.
verb.Iuspatronatus,pag.145.Mofes.d.tr.6.c.5.n.47.
immed.Aloys.Ricc.in praxi rerū fori Eccl res.127.
n.1.& in dec.Curiæ Archiep.Neapol.p.4.dec.258.
70 Immemorialis autem possessio verificatur in cen-
tum annis,vt per Mar.Ant.var.res.lib.1.res.80.n.11.
Franc.Leo in thesauro fori Eccl.p 2.c.21.n.5. Garc.
de benef.p.12.c.1.n.263.Aloys.Ric.de nouiss.probat.
iuspatr.res.205.n.6.Alphons.de Leone d.q.4 prax.
71 2.n 46.Quia centenaria quasi possessio præsentan-
di inducit præsumptionē tituli dotationis totalis,
seu æquiualentis,secūdùm opinionem,quam Rota
tenet dec.254.n.10.vsque ad fin.lib.3.p.3.diuers.&
coram Pute dec.199.& 206 lib.1.in correctis, ead.
Rot. decis.312.n.4.p.1.rec & in Parmen prioratus
23.Ianuarij 1621.coram Reuerendissimo Seleucien.
& in Ianuen.Abbatiæ 13.Iunij.1625. coram bonæ
me.Buratto,inter eius impressas dec.884.vbi Ferēt.
sub litt.A.concordantes adducit, resoluit Hieron.
72 Gab.cons.198.n.5.lib.2.Vnde probari iuspatrona-
tus ex præsentationibus per spatium centum an-
norum effectum sortitis,eò quòd ex illis præsuma-
tur titulus fundationis, vel dotationis, resoluunt
Gonz.d.g.18.n.44.Rot.dec.211.n.1.p.1.rec.& dec.
541.n.2.dec.647.n.2.p.2.rec.& in Florētina capella,
30.Maij,1616. coram R.P.D. meo Pirouano, im-
pressa per Viui.post praxim. iurisp.dec.61.n.2.& in
Burgi S.Donnini iurispatronatus,20.Iunij.1622.corā
R.P.D. Merlino,Caualer.dec.547.n.1. & dec.625.
73 n.4.Buratt dec.542.n.1.& dec.172.n.1.vbi Feren-
till.alias decis.refert.Nec modici temporis defectus
tollit huius centenariæ effectum, vt per Lotter. de
re benef.lib.2.q.7.n.63. Aloys.Ricc. in tr.de nouiss.
probat.iurispatr.res.206.n.6.& resol.223. Rot.in d.
Florentina Caplla impressa per Viuian.d.dec.61.n.3.
& in Burgi S.Donnini iurispatronatus 9.Decembris
1622.coram R.P.D. Merlino.impressa per eundem
Viuian. dec.18.n.6.& in eadem coram eodem, 20.
Iunij eiusdem anni, impressa per eundem Viuian.
dec.17.n.4.Alphons.de Leone d.q.4.praxi 2.n.47.
Quam quidem immemorialem pensionem in- 74
telligimus requiri etiam in priuatis personis, non
obstantibus verbis illis Concilij Trid. in dict.c.9.
aliàs vo secundum Iuris dispositionem; quia non re-
spiciunt tempus. de quo iam expressè immediatè
supra disposuit, & voluit esse immemorialem: sed
respiciunt alios modos, nempe. per famam, con-
structionem, & similia, quibus secundùm Ius an-
tiquum probari poterat iuspatronatus: at tempus
præcisè, & semper etiam in ipsis priuatis debet
esse immemoriale: alias enim incontinenti indu-
ceretur correctio superioris dispositionis, quæ
non præsumitur: vnde etiam in priuatis ex mente
Concilij requiritur centenaria,& non sufficit qua-
dragenaria possessio, quando agitur contra liberta-
tem Ecclesiæ. Ita Franc.Leo in thesauro fori Eccles.
par.2.cap.6.num.8. Campan.in diuers. Iuris Ca-
non rubr.11.cap.13.num.415. Garc. de benefic.p.5.
cap.9.num.97 & 141. Et adeò ex forma Concilij
requiritur possessio immemorialis, dum deficit
instrumentum fundationis, vel dotationis, vt per
æquipollens non possit adimpleri,Coccin. dec.25.
num.2.& 3. Lotter de re benefic. lib.2. quæst.7. nu-
mer.125. cum seqq. Imò ista immemorialis posses-
sio, quando adest præsumptio vsurpationis, cir-
cumscripto etiam Concilio Trid.de Iure commu-
ni requirebatur, Achil. de Grass. decis.4. num.4.9.
& 10.& dec 6.de iurepatr.Vetall.decis.128.num 5.
lib.2.Hieron.Gabr.cons.192.num.1. lib.2. Mantic.
decis.89.n.3.
Ad probandum hoc tempus immemoriale suf- 75
ficit memoria quadraginta annorum, quòd de re-
liquo tempore testis deponat secundùm auditum &
famam,iuxta doctrinam glos. communiter receptæ
in c.1. de præscr. lib.6. vt per Bald. de præscr.par.2.
quinta partis, quæst.6.num.43. Cou. in reg.possessor.
p 2.§.3.numer.7. Mascard. de probat. conclus.138.
Ioan.Garc. de expens. cap.9. numer.9. Molin. de
primog.lib.2.cap.6. num.51. Molin. Teolog. de Iu-
stit.tractat.2. disputat.76. numer.5. Monet. de de-
cim.cap.5.num.77. Aloys.Ricc. in tractat. de nouis. 76
probat. iurispatron. resol. 70. Quia immemorialis
per testes non dicitur sufficienter probata, si testes
minimè dicant, quod non audierunt, nec viderunt
contrarium. Steph. dec.1367. num.1. & tunc te- 77
stes debent habere sexaginta annos, si probatio
per eos facienda sit: sin autem per scripturas,& in-
strumenta, centenaria requiritur, vt per Flamin.
Paris. de confident. quæst.28. num.235. Garc. dict.
cap.9.num.92.& part.12.c.2.numer.265.aut sal-
tem debent esse testes quinquaginta quatuor an-
norum, secundùm Brunor. à Sole in locis commu-
nib.verb.testis, 20. Aloys.Ricc.in d.praxi rerum fori
Eccles.resol.128.in dict. tract.de nouiss.probat. iu-
rispatron.resol.72. Gregor XV. dec.196. Rota dec.
445.num.1.pars.1.recent. & dec.248 sub num.3. 78
part.2.recent.Ego ipse d.alleg 72.nu. 37. Ad quam
immemorialem conficiendam, tam in testibus,
quàm instrumentis concurrere debent anni ela-
psi vsque ad terminum controuersiæ motæ, & non
tempus decursum vsque ad Concilij publicatio-
nem, vt referunt decisum Gonzal. d gl.18. nu.89.
Piasec. in praxi Episcop.p.2.c 5. n.7. post princ. vbi
etiam resolutum attestatur probata immemoriali
præsumi probatum iuspatronatus ex fundatione,
Vnde

79 Vnde tempos litis deducendum est, tam in instrumentis, quam in testibus, quando quæritur, an sint de Antiquo, Rot. *decis.185. ante num.1. p.1. & decis.233. in fine, par.4. diuers. & decis.160. sub num.9. part.1. recent. & in Nauarien. bonorum, 7. Iunij, 1619. coram Cardin. Sacrato*; atque etiam deducendum est tempus prouisionis Apost. prout non semel tenuit eadem Rota, vt constat ex allegatis *in Aretina Capellaniæ 18. May 1616. coram bonæ mem. Buratto*, inter eius impressas, *decis.178. num.4.*

80 Circa verò requisitum aliud multiplicatarum præsentationum notat Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori Eccles. resol.* 127. *num.2.* præsentationes multiplicatas, quamuis interpolatas, & non successiuas, probare iuspatronatus, maximè si probetur præfatas præsentationes effectuatas fuisse ob successiuam præsentationem per obitum præsentato-
81 rum. Dicuntur autem multiplicatæ præsentationes, si ad minus fuerint duæ, secundùm Caualcan. *decis.17. num.2. p.2.* Marc. Anton. *var. resol. lib.1. resol.109. nu.37.* Aloys. Ricc. *in d. praxi rerum fori Eccles. resol.127. in fine*, Campan. *d.c.13. num.425.* quos refero Ego ipse *d. alleg.72. num.31.* & me citato in illo loco Aloys. Ricc. *d. tract. de nouiss. prob. iurispatron. res.67.* & me citato *in hoc loco* Noguerol. *tom.1. alleg.28. num.8.* Alphons. de Leone *d.q.4.*
82 *praxi 2. num.48.* Sufficeret tamen vnica præsentatio, si is præsentatus per quadraginta annos possederit, nec vnquam venerit casus nouæ præsentationis, vt dicit glos. *vers. vno, vel pluribus. in c. cùm de beneficio, de præbend. in 6.* & *ibi* Franc. *num.3.* Felin. *in c. in nostra, num.41. vers. cæterùm, de rescript.* glos. *verb. breuitatem, in c. cùm Ecclesia Sutrina, de causa possess. & propr.* & *ibi* Butr. *num.36.* Federic. de Senis *cons.234. num.4. in princ. vers. ad id, quod quæritur*, Card. *cons.62. n.8.* Dec. *cons.134. num.1. ante fin. vers. & in casu*, Achil. *dec.5. num.1.*
83 *de iurepatron.* Quia quando actus habet causam successiuam, & permanentem, nec non continuationem temporis requisiti, inducit præsumptionem sufficientem, quamuis sit vnicus, Abb. *in c. fin. num.17. vers. distingue tamen, de consuet.* Dec. *d. cons.134. nu.2. circa fin. & vers. in toto*; nec Sacrum Concil. Triden. circa probationes in patronatu priuatorum aliquid immutauit, vt diximus *hoc eod. c. nu.102.* & ex his ita in puncto censuit Rot. *in Bergomen. Capellaniæ, 18. May, 1629. coram R.P. D. Merlino.*

84 In omni autem euentu, quòd constaret de vitio inualido à principio, tunc continuatæ huiusmodi præsentationes, & immemorialis nihil suffragabuntur, vt per Gonzal. *d. glos.18. num.48.* Piasec. *d.c.5. nu.7. vers. non tamen.* Mantic. *dec.318. ex n.1.* Aloys. Ric. *de nouiss. probat. iurispatron. resol.47.* Rot. *dec.548. n.2. p.2. recent.* metipsum *d. alleg 72. num.67.*

85 Tertiò probatur iuspatronatus ex præsentationibus, etiam per quadraginta annos effectum sortitis, dummodo cũ huiusmodi quadragenaria possessione concurrat publica vox & fama, vel aliæ præsumptiones, quæ vim habeant famæ. Cassad. *dec.3. num.4. cum seq. de probat.* Achil. *decis.6. eod. tit.* Alphons. de Leone *de officio Capell. par 1. qu 4. praxi 2. num.60. cum seqq.* Card. Mantic. *decis.318. num.5.* Cardin. Seraphin. *decis.1103. in fine, & decis.1141. num.6.* Coccin. *dec.174. num.2.* Rot. *decis.77. num.2. & decis.312. num.3. p.1. recens. & dec. 360. ex num.8. & decis.694. nu.6. p.2. recens. & in Lucana iurispatronatus, de Podis 26. Iunij, 1619. coram bonæ mem. Dunozetto, & in Piscien. Capellæ 10. Ianuarij 1622. coram Card. Verospio, & in Auximana beneficiorum, 6. Februarij, 1623. coram R.P.D. meo Pirouano, & in Bergomen. Capellaniæ, 18. Martij 1629. coram R.P.D. Merlino*, Buratt. *decis.172. n.18.* vbi *num.2.* ait prædicta procedere, quando non constat de initio contrario, vel de præcedenti statu libertatis, *& decis.338. num.1.* vbi in fine subdit quadragenariam, & famam copulatiuè re-
quiri ad docendum de iurepatronatus. Vnde for- 86
mam solùm non sufficere tenuerunt Stephan. Gratian. *discept. forens. c.310. num.80.* Aloys. Ricc. *in d. praxi rerum fori Eccles. resol.130.* & Neapol. *decis.274. num.8. & 9. p.4.* Mantic. *decis.198. num.4.* Garc. *de benefic. p.5. c.5. num.40.* Ego ipse *d. alleg. 72. num.43. & seq.* Rot. *decis.333. num.5. p.1. recent. & decis.235. num.2. p.2. recent.* Hoc tamen intelligendum est quoad plenam probationem iurispatronatus, veluti si controuersia esset cum Ordinario, secus tamen quando sufficiunt leuiores probationes, secundùm Mantic. *decis.318. sub num.5. vers. nec obstat*, quem citat Ferentil. *in annot. ad dec. Burrat. 111. num.21.* Ad hanc quadragenariam probandam sufficit etiam vnica presentatio, si præsentatus per quadraginta annos fuerit in possessione, nec vnquam euenerit casus nouæ præsentationis, iuxta ea quæ suprà resoluimus, *num.82.* & in terminis Alphons. de Leone *d. qu.4. praxi 2. num.61.* vbi *num.67.* differit quomodo probetur fama in hoc casu cum dicta quadragenaria, & *numer.67.* quod per quatuor testes cum enunciatiuis antiquis, aliisque adminiculis probatur fama, & *num.72.* quærit an ista fama & vox sufficiat si sit quod capellanis sit de iurepatronatus tantum talis familiæ, vel requiritur quod fuerit de fundatione, & donatione ab eadem familia, & *n.74.* an possit probari existentia prædicta per solam famam absque quadragenaria.

Quartò probatur iuspatronatus per enunciati- 87
uas centum annos, & hominum memoriam excedentes. Ita Garc. *d. c.9. numer.21.* Aloys. Ricc. *in dec. Curia Archiep. Neapol. par.4. decis.274. num.5. & decis.306. num.4 & in tract. de nouiss. probat. iurispatron. resol.39.* Rot. *decis.224. num.4. & 5. p.1.*
recent. Ego ipse *d. allegat.72. n.40. & 41.* Enuncia- 88
tiuis enim Ordinariorum multum defertur in probatione iurispatronatus, quia præsumuntur, scire qualitates beneficiorum, vt plurimum se reddunt difficiles ad instituendum, Mantic. *d. decis.318. numer.2. & decis.350. num.3.* Coccin. *decis.229. in fine, & decis.230. num.3.* Rot. *decis.518. n.3. p.1. recent.*

Intellige tamen procedere pluribus concurren- 89
tibus: & primò, dummodo sint duæ enunciatiuæ, quia regulariter vnica non probat, etiam si sit antiqua, Rot. *decis.160. num.6. & decis.159 num.1.*
p.1. recent. & decis.170. num.3. p.2. etiam recent. Se- 90
cundò, dummodo ponenint à diuersis personis, & à diuerso fonte: quia, si ab eadem persona prouenirent, licèt plures pro vnica tantum haberentur, Caputaq. *decis.337. numer.6. p.3.* Rot. *dict. decis. 388. numer.1. p.1. & d. dec.289. n.1. p.1. diuers. & decis.295. num.7. p.1. recent.* Beltramin. *ad Gregor. XV. decis.407. num.6.* Tertiò, dummodo non emanauerint à personis suspectis, & interesse haben-
tibus, ead. Rot. *dec.405. num.2. p.1. recent.* Quartò, 91
dummodo sint enunciatiuæ plurium instrumentorum à diuersis Notariis confectorum, Achil. *decis.8. num.2. de iurepatron.* Rot. *decis.518. nu.2. & 3. p.2. recent.* & pluribus conclusionem, & declarationem

tionem comprobat Ferentill. in annot.ad decis.Burat.172.sub lit.T.

92 Vnde enunciatiuas plures,& à diuersi personis non suspectis emanatas, & antiquissimas plenè probare iuspatronatus etiam contra tertium censuit non semel Rota, & signanter coram Buratt. decis. 807.n.2.& in nullius, seu Squillacen. iurisdictionis 4.Martij,1616.coram bona mem.Martino Andrea, & in Burgi S.Domini iuspatronatus,20. Iun.1622. coram R.P.D.Merlino.

93 Quintò probatur iuspatronatus per insignia alicuius familiæ sculpta in Ecclesia vt per Rip. in cap. cùm Ecclesia,num.97.de causa possess.Lambertin. de iurepatron.lib.3.q.5.art.4.n.2 Roman.sing. 480.Ferret. cons.297.num.9.Menoch. de præsumpt. lib.3.præs.90.num.10.& præs.130.n.31. Aloys.Ric. in tract.de nouiss.probat. iurispatr.resol.31.Seraph. decis.552.num.2.& decis.1141.num.7. vbi, quòd concurrentibus aliis adminiculis plenè probant iuspatronatus, Coccin. decis.230. num.1. Buratt. decis.917.num.4.vbi Ferentil.Rot.decis.14.sub n.3. ad fin.& decis.318.n.5.p.1.recent.& dec.548.nu.7. p.2.etiam recent.& in Lucana iurispatronatus, 26. Iunij 1619. coram bonamem. DunoZetto, impressa per Viuian. post suum tract. de iurepatron. decis.26. n.13.& 16..

94 Intellige, quando apparet insignia esse ita antiqua, prout est Ecclesia, vel Capella, in qua adsunt, adeò quod non possit assignari alia causa, ob quam fuerint apposita nisi in fundatione Ecclesiæ, alias enim potuissent apponi ob restaurationem, vel ob elemosynam, ex quibus iuspatronatus non acquiritur, vt dicit Rot. in Calaguritana praeminentiarum, 17. May, 1391. coram G.ptio, Coccin. d.decis.230.num.1. Card. Caualer. decis. 139.num. 8. quamuis eadem Rot. d.decis.13. sub num.3.par 1.recen.dixerit,quòd licèt insignia non appareant adeò antiqua, vt dici possit fuisse apposita in fundatione, nihilominus suffragantur ad probationem iurispatronatus, quia præsumuntur per patronos apposita ad conseruationem sui iuris.

95 Sextò, probatur iuspatronatus ex denominatione Capellæ alicuius familiæ,Rot.dec.694. num.6. p.2.recent.& coram Buratto dec. 927. num 3. Seu ex epitaphiis, aut litteris scriptis in lapidibus Ecclesiæ mentionem facientibus de familia, vt per Lambert. de iurepatron p.2. art.4. quæst.10. princ. lib.2.num.21. Mascard.de probat. concl 958. n.28. Vel ex inscriptione antiquissima in marmoribus, lapidibus, vel lignis positis in Ecclesia, & locis publicis, vt per Ferret. cons.293.num.9. lib.3.Hier. Gabr.cons.196. num 9.lib.2. Menoch.de præsumpt. lib.6.præsumpt.73.num.7.Aloys Ricc.in d.praxi rerum fori Eccles.resol.123.num.3.in fine,& in d. tra. de nouiss.probat.iurispatron.resol.34. Garc. dict.ca.9. num.91.Molfes.dict. tract.6.c 5. num.46.Ego ipse dict.allegat.72.num.50.Rot decis.374.num.7.p.2. recentior. & in Mutinen. Plebis, 24. Nouembris, 1623.coram Reuerendissimo D. meo Coccino Decano.

96 Septimò probatur iuspatronatus ex sententia antiqua Episcopi, quia iudicauit ad præsentationem alicuius patroni beneficium pertinere, vt per Putc. dec.237. lib. 2.in correctis, Hieron.Gabr.cons.198. num.4.lib.1. Aloys.Ricc. in d praxi rerum fori Eccles.resolut.123.& in tract.de nouissima probat. iurispatron.resol.233. num.1. Ciarlin. controuers. forens.c.58. num.5. & cap.107.num.88.Lotter. de re benef.lib.2.quæst.13.n.152. Ciarlin. contro.forens. cap.57. Negueiol. tom.1. alleg.28. num.9. Rot. in Florentina Canonicatus 11.Decembris 1615.coram bona mem.Buratto, inter eius impressas dec.42.nu. vlt.& apud Posti.post tr.de manut.dec.172. nu.10.
Antiqua autem existimabitur, quoties qninqua- 97
ginta tertò annis completis lata fuerit, vt per Stephan.Gratian. discept.forens.c.310.ex n.90. quem refero Ego ipse d.alleg.72. n.49. addo Campan. in diuersor. Iuris Canon.rub.1. c.13. num. 421. Aloys. Ricc.de nouissima probat.iurispatr.resol.233.num.2. Ciarlin. d.cap.37.num.7. Et propterea si reperirentur duæ sententiæ latæ ante Conc. Triden. hodie non probarent iuspatronatus si aliunde non iustificarentur, Gnlenxon. cons.147. n.28. Ciarlin. d.c.57.n.8.& c.107.n.86.

Octauò probatur iuspatronatus ex litteris insti- 98
tutionalibus Antistitum,quibus attestantur beneficium ad præsentationem alicuius patroni pertinere, vt resoluunt Flamin. Paris. de resignat. benef. lib.8.quæst.11.num.38. Mar.Antonin. var.resolut. lib.2.resol.80. num.1. Aloys. Ricc.in tra.de nouiss. probat.iurispatron.res.22. Ego ipse d.alleg.72.n.47. Rot. decis.376. & 1447.lib.3 p.3.diuers. quamuis
aliqui Beneficiati fuerint admissi vigore prouisio- 99
num Apostolicarum, quæ non mutant statum iurispatronatus, quia Papa semper præsumitur iuxta vacaturam, & qualitatem beneficij conferre, nec intendit præiudicare patronis, Gare. de benef. p.5. cap.5. à num.113.me citato in hoc loco Noguerol. tom.1.alleg.28. num.36. Canaler.dec.390. num.5. Rot. decis.546.num.3.p.1.recent.& decis.347.n.2. & dec. 360.num.14. ad fin.p.2. etiam recent. & in Lucana Canonicatus 23. Martij 1620. coram bon. mem. DunoZetto, & in Asculana Plebania 12. Ianuarij 1624.coram R. P. D. Merlino, & in Sorana beneficij 28.February 1626.coram eodem, quando, scilicet, verè constat de anteriori statu contrario, non autem si de illo non constet, vt fuit dictum in Placentina Plebis Carpineti 7. Nouembris 1628. coram R.P.D.Pirouano,& coram Caualer.dec.252. n.2.& dec.266.n.2.

Non probatur tamen ex certo subsidio alicui 100
præstito, tanquam patrono, vt per Rot. dec.1243. num.1 lib.3.p.3.diuers. quam refero Ego ipse d. all. 32.n.46.

Nec ex libris visitationum, quia fiunt ad alium 101
effectum, nempe quoad visitationem personarum, & Sacramentorum, ita Piasec. in praxi Episc. p.2. c.5.num.7. Aloys.Ricc. in d.praxi rerum fori Eccl. resol.125.n.1. & in tract.de nouiss.probat.iurispatr. resol.18.Molfes. d.tract.6. c.5.num.45. Ego ipse d. alleg.72.n.48.

His, & aliis Iuris modis poterit probari iuspa- 102
tronatus in personis priuatis, in quibus Concil. dict.cap.9. nihil alterauit circa huiusmodi probationem, aliàs secundùm Iuris dispositionem faciendam, vt per Gonxal. d.gloss.28. num.54.& 55. Monet. de commut.vltim.volunt. c.10. num.210.& 214.Aloys.Ric. in d.tract.de nouissima probat iurispatr.resol.82.Ciarlin. controu. forens.c.37.n.1. Rot. decis.798.n.4.p.1.diuers.& dec.331.prope fin.p.2. etiam diuers.& dec.360. n.2. & dec.374. n.1.p.2. recent.& coram Caualer.dec.360.n.1.& Coram Coccin.dec.23.& in Florentina Capella 30.May,1616. coram R.P.D.meo Pirouano, impressa per Viuian. post suam praxim Iurispatron. dec.61. num.1. & in Bergomen.Capellania 18.May 1629.coram R.P.D. Merlino.

Nec etiam quando lis est inter compræsenta- 103
tos, qui non sunt potentes in probando iurepatronatus,

tronatus, rigorosè est agendum, quia Concil. dict. c. 9. non grauat eos duriore probatione cessante vsurpationis suspicione, Cassad. decis. 2. num. 5. de probat. & fuit dictum in Firmana iurispatronatus 21. May 1591. coram Orano, & in Florentina Capellæ 20. May 1616. coram R. P. D. meo Pirouano. Imò hoc casu leuiores admitti posse probationes tenent. Gonzal. d. gloss. 18. n. 59. & me citato Aloys. Ricc. d. trac. de nouissima probat. iurispatr. resol. 205. num. 11.

104 Vnde prouenit, vt iuspatronatus possit præscribi ab vno contra alium compatronum spatio 40. annorum cum titulo colorato, sicut resoluunt Lambert. de iurepatron. p. 2. lib. 1. art. 5. q. 11. princ. Gallet. d. verb. iuspatronatus, pag. 144. co. 2. Gonzal. d. gloss. 18. n. 57. Franc. Leo d. p. 2. c. 6. num. 8. in fine. Mat. Anton. d. lib. 1. resol. 108. n. 28. Aloys. Ricc. d. tract. de nouiss. probat. iurispatron. resol. 205. in fine, Ego ipse d. alleg. 72. n. 68. Rot. decis. 146. n. 5. p. 2. recent. Quoniam operi publico inscribi nomen eius, cuius pecuniis id opus factum est, licere scripsit Marcel. Iureconsul. in l. opus nouum, ff. de operib. publ. & Paul. in l. 2. ff. eod. tit. inquit, qui liberalitate, non necessitate debiti redditus suos ad opera publica perficienda concessit, munificentiæ suæ fructum de inscriptione nominis sui operibus, si qua fecerit, capere per inuidiam non prohibetur. Et Imperator Valen. pariter in l. legatum ff. de admin. rerum ad ciuit. pertinent. rescripsit magnificentiam eius, qui legauit municipio esse inscriptione notandum, Alphao. in l. 1. n. 220. ff. si certum pet. Cassan. in catalogo gloriæ mūdi, p. 1. consid. 38. concl. 13. Caput. de regim. Reipubl. in rub. n. 45. à Ponte de potest. Proregis, tit. de diuers. process. rub. de insignib. & armis n. 5. Et huiusmodi inscriptiones, dummodo nil contineant, quod à veritate alienum sit, approbauit etiam Rot. in Abulen. iurispatron. 16. Iunij 1628. coram Reuerendiss. D. meo Decano, Refert eadem Rot. in Romana Computorum 10. Aprilis 1630. coram R. P. D. Merlino, in fine.

105 Sed non semper est eadem probatio in prioratis admittenda, quia debet distingui casus à casu, & sic aduertere oportet iuspatronatus dupliciter controuerti posse, nempe, principaliter, vel incidenter. Incidenter est, quando de eo agitur quoad iustificationem gratiæ, & clausulam iurispatronatus, vel quoad eius pertinentiam: & tunc semiplena sufficit probatio. Principaliter verò, & obiectiuè controuerti dicitur iuspatronatus, quando de eius existentia pro libertate Ecclesiæ ex parte Ordinarij, vel prouisi Apost. agitur, & in isto casu iuspatronatus, sicuti & dominium, cùm quo in probatione fraternizat, plenam, & concludentem requirit probationem; vt benè & magistraliter docent Achill. de Grass. decis. 7. n. 3. & 4. de probat. Seraphin. decis. 832. n. 1. & decis. 1120. n. 1. Mantic. decis. 208. num. 1. & decis. 244. num. 5. & decis. 360. num. 3. Coccin. decis. 25. n. 2. & 3. Lotter. de re benefic. lib. 2. quæst. 7. num. 27. & seq. & q. 13. num. 100. & seq. Rot. decis. 522. num. 3. & decis. 788. part. 4. diuersor.

106 In iis verò personis, seu Communitatibus, in quibus ius quæsitum plerumque ex vsurpatione potiùs præsumi solet, pleniorem & exactiorem probationem ad docendum verum titulum requiritur, nec immemorialis temporis probationem talibus suffragari, nisi præsentationes etiam continuatas non minori saltem quàm quinquaginta annorum spatio, quæ omnes effectum sortitæ sint, authenticis scripturis probauerint, statuit Concil. Trident. d. c. 9. & aduertit Monet. de
commutat. vlt. volunt. cap. 10. n. 215. quòd ista ple- 107
nior & exactior probatio, quæ & qualis dicatur, est tum arbitraria Iudici, tum etiam determinata, & assignata à Concilio.

Quæ quidem forma à Concilio tradita, est omninò obseruanda, etiamsi concurreret maior, vel æqualis potentia in Ordinario, prout tenet Nouar. in singul. Canonic. sing. 95. n. 2. Beltramin. ad Greg. XV. decis. 222. n. 11. vers. & hac forma. Lotter. de re benefic. l. 2. q. 13. n. 129. & seq. Aloys. Ricc. in tr. de nouiss. probat. iurisp. resol. 109. Rot. in Lucana iurispatron. 14. Iunij 1621. coram Reuerendissimo D. meo Coccino Decano, & in Ferrarien. Archipresbyteratus, 16. Iunij 1628. coram eodem, & reprobata decisione iuris decimandi coram Card. Blanchetto firmauit eadem Rota in Sorana iurispatronatus 28. Aprilis 1603. coram bonæ mem. Card. Pamphilio, & in Iacen. Parochialis, 23. Iunij, eodem anno, coram eodem. Quamuis contrarium tenuerint Hieronym. Gabr. cons. 191. lib. 2. Marescot. var. lib. 2. c. 52. n. 6. Aloys. Ricc. in collect. decis. collect. 1240. & in praxi rerum fori eccles. resol. 135. n. 2. & in decis. Curiæ Archiep. Neapol. p. 3. decis. 127. n. 1. Viuian. in praxi iurispatr. lib. 11. c. 5. n. 77. 108

Et procedit illud conciliare decretum dictam exactiorem & pleniorem, probationem requirens, tam in petitorio, quàm in possessorio, vt per Gonzal. d. glos. 18. n. 23. Aloys. Ricc. in d. tract. de nouiss. probat. iurisp. resol. 84. Gregor. XV. decis. 222. n. 1. vers. quod probato, Rot. decis. 756. num. 31. vers. vnde sequitur, p. 2. recent. & in d. Ferrarien. Archipresbyteratus, 16. Iunij, 1618. coram Reuerendissimo D. meo Coccino Decano, in vers. secundum, quia Concil. 109
Trident. d. c. 9. sustulit omnem possessionem. Se- 110
raphin. decis. 1395. n. 4. vers. neque obstat, & num. 5. vers. & ex eo.

Respicit etiam iurapatronatus fundata ante eius publicationem: quia licèt lex futura respiciat, non præterita. l. leges, C. de legib. tamen ista lex, quamuis noua, est tamen iuris antiqui declaratoria, ac proinde trahi debet ad præterita, vt resoluunt citati per me in collect. ad cap. 3. num. 3. de constit. Et licèt non inuenerim Doctorem in his terminis agentem; tamen legi non paucos de iurepatronatus fundato ante Concilium loquentes, qui pleniorem illam & exactiorem probationem in eo requirunt, ad probandum titulum, vbi ex vsurpatione præsumitur: ita colligitur ex Paris. de confident. q. 28. nu. 210. Monet. de commutat. vltim. volunt. cap. 10. num. 204. Nou. quæst. forens. lib. 1. Seraph. decis. 1312. 1367. 1395. & 1421. Mantic. decis. 89. 208. & 253. Coccin. decis. 25. Non obstat decisio S. Congregationis, quam refert Aloys. Ricc. in decis. Curiæ Archiep. Neapol. p. 4. decis. 257. quia non cadit super d. c. 9. Concilij, vt ipse falsò existimauit, sed super cap. 12. sess. 14. de reformat. quòd vltimum intelligendum esse de iuribus patronatibus in futurum acquirendis post Concilium, non verò de acquisitis, censuit illa decisio S. Congregationis à Riccio malè allegata, prout eam referunt Armendar. in addit. ad recop. legum Nauarræ lib. 4. tit. 30. l. 1. de iurepatron. num. 22. Cauagnol. in addit. ad cons. 90. Menochij. 111

Requiruntur ab eodem decreto in vers. In iis autem personis, præsentationes continuatæ, vt scilicet vna sequatur aliam, ex adductis per Flamin. Paris. de confident. q. 28. num. 255. Aloys. Ricc in d. praxi rerum fori Eccl. resol. 133. vers. amplia secundò, & in d. tract. de nouiss. probat. iurispatr. resol. 113. num. 4.

num. 4. resol. 112. num. 2. vbi resoluit præsentationes debere esse continuatas solùm per tempus 50. annorum, & *resol.* 110. ait tempus 50. annorum non requiri, vt sit separatum ab immemorabili.

113 Quarum quidem præsentationum continuatarum probatio debet fieri per scripturas authenticas, Rot. *decis.* 199. *n.* 4 *p. 2. diuers.* Marescot. *var. lib.* 2. *cap.* 52. *num.* 52. Aloys. Ricc. *in d. tract. de nouiss. probat. iurispatr. resol.* 118. Non est tamen necessaria probatio continuati temporis in præsentando, si probentur extrema, cùm tunc media præsumantur, Cassad. *decis.* 2. *num.* 7. *de probat.* Seraphin. *decis.* 337. *& decis.* 1141. Aloys. Ricc. *in d. tract. de nouiss probat. iurispatr. resol.* 14. Rot. *in d. Florentina Capella*, 30. *May.* 1616. *coram R. P. D. mea Pirauano* impressa per Viuian. *post suam praxim iurispatran. decis.* 61. *n.* 4. *& in Ianuen. Albatia*, 13. *Iunij.* 1625. *coram bana mem. Buratta*, impressa per eundem *decis.* 38. *n.* 4.

114 Nec sufficiunt continuatæ; nisi sint effectum sortitæ, vt disponit claris verbis idem Concil. Trid. *d. c.* 9. quæ tales dicuntur, si sint confirmatæ præsentationes, Flamin. Paris. *d. q.* 28. *num.* 256. Aloys. Ricc. *in d. praxi rerum fori Eccles. resol.* 134. *vers. amplia tertià*, Seraphin. *decis.* 1141. Mallobt. *in sua praxi habendi concursum, praelud.* 13. *dub.* 4. *ex num.* 3. *secundum Romanam impress.* Aloys. Ricc. *in dict. tract. de nouiss. probat. iurispatronat. resol.* 115. *&* 116.

115 Rota sæpiùs canonizauit doctrinam Oldradi *cons.* 229. vbi dicitur probari affectuationem præsentationum, & prouisionum factarum de beneficio, tanquam vacante per alterius prouisi obitum, vt apud Seraphin. *decis.* 127. *num.* 1. *&* 2. *& decis.* 1141. *num.* 1. *vers. & ista*, Gregorius XV *decis.* 215. *num.* 1. vbi adden. *num.* 8. Card. Caualer. *d. decis.* 625. *num.* 3. *& in Aquilana beneficij*, 6. *Aprilis*, 1620. *coram bona mem. Rembaldo*, *& in nullius, seu Taurinen. Prioratus*, 13. *Ianuarij*, 1625. *coram R. P. D. Merlino*, *& in Ianuen. Parochialis*, 13 *Martij* 1626. *&* 19. *Aprilis*, 1627. *coram R. P. D. Duran.* inter eius impressas *decis.* 23. *& decis.* 72. quæ doctrina procedit, nedum quando beneficium vacauit per obitum, verùm etiam per renunciationem: in quibus terminis loquuntur Seraphin. *decis.* 317. *num.* 1. Rot. *decis.* 413. *n.* 2 *p.* 2. *recent.* Card. Caualer. *decis.* 424. *in princ. & decis.* 655. *num.* 6. *& in Lucana iurispatronatus*, 26. *Iunij* 1619. *coram bona mem. Dunozetta*, *& in Romana iurispatronatus, seu beneficiatus*, 9. *Decembr.* 1619. *coram bona mem. Vbaldo*, *& in Neocastren. Parochialis*, 30 *Ianuarij*, 1613. *coram R. P. D. mea Nauarra*, *& in Sulmonen. beneficij*, 9. *Iunij* 1623. *coram eodem*, *& in d. nullius, seu Taurinen. Prioratus.* Quamuis contrarium senserit eadem Rota *decis.* 264. *sub n.* 10. *vers. quamuis autem effectuatio*, *p.* 4. *diuers.* & in aliis, quas refert, & sequitur Gonzal. *d. glos.* 18. *n.* 85. *vers. hoc tamen.* Habet etiam locum dicta doctrina, quando beneficium vacauit per contractum matrimonij, & alius postea ad illud præsentatus, & prouisus fuit, Rot. *in Anximana beneficiorum* 6. *Februarij* 1623. *coram R. P. D. meo Pirouano.*

116 Vnde non sufficit vnica præsentatio, licèt fuerit effectuata spatio quinquaginta annorum, & vltra: quia Conc. Trid. *d. c.* 9. non contentatur vnica præsentatione, cùm requirat plures, easque effectuatas, vt ait Rot. *decis.* 557. *sub n.* 1. *vers. hic autem part.* 4. *diuers. & in Sorana iurispatronatus* 28. *Aprilis*, 1603. *coram bona mem. Card. Pamphilio.* Ferentil. *in annot. ad Buratt. decis.* 139. *n.* 12.

Probationem autem prædictorum omnium per scripturas publicas necessariò esse faciendam statuit idem Concil. *d. cap.* 9. & ex eo colligunt Gonzal. *d. glos.* 18. *num.* 76. Garc. *d. part.* 5. *c.* 3. *num.* 98. *&* 113. Lotter. *de re benef. lib.* 2. *q.* 13. *ex num.* 18. Aloys. Ricc. *in dicta tract. de nouiss. probat. iurispatr. resolut.* 2. 117

Authentica verò scriptura quoad hoc propositum censetur Bulla Episcopi, seu consensus in scripto datus ad fundandum, construendum, seu dotandum, vt per Piasec. *in praxi Episc. p.* 2. *cap.* 5. *n.* 6. Viuian. *in praxi iurispatronat. p.* 2. *lib.* 11. *cap.* 5. *n.* 11. Garc. *d. c.* 9. *n.* 8. *cum seqq.* Molfes. *d. c.* 5. *n.* 44. *in fine* Aloys. Ricc. *in d. praxi rerum fori eccles. resolut.* 118

125. *in* 2. *edit. & resol.* 116. resoluit, vt scriptura dicatur authentica, debere continere omnia requisita à iure necessaria, tam in confectione, quam in extractione; *& in tract. de nouissima prob. iurisp. à resol.* 1. *vsque ad resol.* 65. ostendit, quibus casibus dicatur instrumentum authenticum ad probandum iuspatronatus: & vbi *resol.* 50. resoluit quòd vt regulariter dicatur instrumentum authenticum, non solùm debet confici cum debitis requisitis ex dispositione Iuris communis, sed etiam interuenire debent solemnitates Iuris municipalis, & *resol.* 58. *cum seqq.* tradit, quibus casibus debeat recognosci instrumentum, vt dicatur authenticum ad effectum probandi iuspatronatus: & *resolut.* 61. an debeat esse integrum, & integraliter edi: & *resol.* 65. tenet instrumentum possessionis captæ per prædecessores beneficiatos dici posse authenticam scripturam ad hunc effectum, *& resol.* 30. *num.* 4. tenet quod consensus præstitus per patronum in resignatione beneficij dicitur scriptura authentica ad effectum probandi iuspatronatus, prout illum refert Noguerol. *tom.* 1. *alleg.* 28. *n.* 58. Consensus enim patronorum in resignationibus habetur loco præsentationis, & præseruat quasi possessionem præsentandi, Cresc. *decis.* 1. *de iurepatr.* Hieron. Gab. *cons.* 162. *in fine lib.* 2. Rota *apud Farin. decis.* 260. *n.* 1. *p.* 2. *recentior. & decis.* 661. *n.* 3. *p.* 1. *in posth. &* apud Postit. *post tract. de manut.* 171. *à n.* 1. 119 120

Censentur quoque authenticæ scripturæ, quoad hunc effectum, ipsæ testium attestationes in antiqua acta redactæ, & in archiuo publico repertæ, vt bene resoluunt Menoch. *cons.* 336. *n.* 23. Monet. *de commutat. vlt. vol. c.* 10. *n.* 210. Campan. *d. rub.* 11. *c.* 13. *n.* 410. Viuian. *d. c.* 5. *num.* 18. Aloys. Ricc. *in nouiss. probat. iurispatran. resol.* 36. Ego ipse *d. alleg.* 72. *num.* 26. Rot. *decis.* 542. *&* 580. *p.* 4. *diuers.* per egregiam doctrinam Angeli *in l. vlt. col.* 2. *vers. sed Innocentius, C. de edicto D. Andriani tollen.* 121

Testium igitur probatio remanet exclusa: cùm enim Concil. Trident. *d. cap.* 9. requirat pro forma, quòd de præsentationibus constet per authenticas scripturas, non sufficit præsentationes illas per testes, aut aliud æquipollens probare: ita Flamin. Paris. *de confidant. qu.* 28. *num.* 147. Gonzal. *dict. gloss.* 18. *n.* 79. *&* 80. Piasec. *in praxi Episcop. p.* 1. *c.* 5. *n.* 5. Marescot. *var. lib.* 2. *c.* 52. *num.* 2. Franc. Leo *d. c.* 6. *n.* 6. Garc. *d. cap.* 9. *num.* 113. Aloys. Ricc. *in dict. tract. de nouiss. probat. iurispatran. resolut.* 3. Mantic. *decis.* 89. *n.* 2. vbi quòd ita respondit Sacra Cong. Illustriss. Cardinalium Concilij Trident. Interpretum, Beltramin. *in annot. ad Gregor. XV. decis.* 222. *num.* 11. Rot. *decis.* 299. *num.* 4. *&* 4. *p.* 2. *diuers. & in Hieracen. iurispatronatus*, 18. *Aprilis*, 1616. *coram Card. Veraspia*, impressa per Viuian. *post suam praxim iurispatronat. decis.* 9. *nu.* 9. *& in Calagurritana* 122

iurispatronatus de Vrena, 2. Decembris, 1624. coram bona mem. Remboldo, & in eadem causa, 18. Decembris, 1626. coram Reuerendiss. D. meo Coccino Decano. & in Ferrarien. Archipresbyteratus 16. Iunij 1628. coram eodem.

123 Vnde licète nuociatiuę Ordioariorum plures antiquæ emaoatæ in collationibos probent iuspatronatus, Mantic. decis. 318. n. 2. & decis. 350. num. 3. Rot. coram Reuerendissimo D. meo Coccino Decano dec. 229. in fine, & decis. 230. num. 3. inter eius impressas, & p. 1. recent. decis. 518. num. 3. & in Casertana beneficij, 17. Martij, 1627. coram R.P.D. Duran. inter eius impressas decis. 75. tamen nihil prosunt ad probandum huiusmodi præsentationes ad effectum à Concilio requisitum: ita io terminis Seraphin. decis. 1367. n. 5. & in Sarona iurispatronatus; 28. Aprilis, 1603. coram bona mem. Card. Pamphilio, & in Iacen. Parochialis, 27. Iunij 1603. coram eodem, & in d. Ferrarien. Archipresbyteratus in vers. neque in hac. coram Reuerendissimo D. meo Coccino Decano, & in Terracinen. iurispatronatus, 20. Aprilis, 1620. coram R.P.D. Merlino, in qua redditur ratio, quia cùm Concil. de testibus omninò non confidat, vbi adest vsurpationis præsumptio, & ideò ipsis exclusis requirat pro forma scripturas authenticas, necessariò sequitur, vt non sine admirrēdę tales enunciatiuæ Ordinariorum in collationibus emanatæ, quæ nihil aliud videntur esse, nec magis operari, quam testium depositiones, Ferentil. ad d. decis. 139. n. 14.

124 Nec satisfactum menti Concilij videtur, qoamuis ipsæ collationum scripturæ essent authenticæ: quia Conc. excludit omnem testificationem, non solùm implicitam, sed etiam expressam, & requiritomninò scripturas authenticas ipsarum præsentationum, ita vt nedum scriptura, verùm etiam probatio ipsa sit authentica, & authenticè resultans: quod fieri non potest, nisi per scripturas, quæ confectæ fuerint super actu ipso præsentationis, & cadant super præsentationibus primariò ac directè: aliàs enim redderetur elusoria dispositio Concilij, quæ reiicit testes: nam sequeretur, semper posse admitti probationes factas per testes, si quando redigerentur in instrumenta, & in scripturas authenticas, quia etiam hæc posset dici probatio per scripturas authenticas; ita singulariter Rot. in d. Terracinen. iurispatronatus, coram R.P. D. Merlino.

125 Nec etiam quoad hunc effectum sufficeret, si prætendatur authenticas scripturas deperditas fuisse, illas probare per testes, iuxta formam cap. olim, de priuileg. cum similib. vt benè resoluunt Flamin. Paris. de confident. q. 8. n. 258. Aloys. Ricc. in d. praxi fori Eccles. resol. 136. & in decis. Curia Archiep. Neapol. p. 3. decis. 133. & in d. tractat. de nouiss. probat. iurispatron. resol. 119. & 521. latè in puncto Rot. in Calaguritana iurispatronatus de Viana, 2. Decembris, 1624. coram bona mem. Remboldo. licet contrarium tenuerint Marc. Ant. Genuens. in pract. Archiep. Neapol. cap. 63. n. 22. Garc. de benef. par. 3. c. 9. num. 513. quos noncupatim refert, & reprobat Rot. in d. Calaguritana de Viana, coram Remboldo.

126 Illud est in hac materia maxima consideratione dignum, quòd debet ex actis probari fuisse cognitum de iurepatronatus, iuxta terminos Concilij d. c. 9. & non statur assertioni factæ per Ordinarium, Rot. dec. 421. n. 3. vers. minus obstare, par. 2. recent. & in d. Ferrarien. Archipresbyteratus, 16. Iunij, 1628. coram Reuerendissimo D. meo Coccino Decano, in vers. hic positis. Et debet etiam constare 127
fuisse citatum procuratorem fiscalem, de cuius interesse agitur. Steph. decis. 1395. nu. 7. vers. nec fuit citatus, Rot. in ferrarien. Archipresbyteratus.

Superest nunc, vt videamus, quæ sint personæ, 128
in quibus iuspatronatus plerumque ex vsurpatione præsumitur acquisitum, & Gonzal. d. gloss. 18. n. 66. testatur Sacram Congreg. Concilij declarasse personas istas esse omoes dominos Ciuitatum, Castrorum, & locorum, Duces, Marchiones, Comites, Barones, & alios quoscumque dominos perpetuam iurisdictionem habentes.

Præsumitur enim iurispatronatus vsurpatio, si 129
probetur eum, qui est in possessione iurispatronatus fuisse dominum loci illius, in quo est beneficium, Rot. decis. 219. n. 1. par. 1. recent. & decis. 421. num. 1. & dec. 756. n. 3. p. 2. etiam recent. Sicut è contra, quando patroni non sunt domini temporales loci, in qno fundatum est iuspatronatus, illud dicetur priuatorum ad effugiendam vsurpationis præsumptionem, Rot. dec. 364. num. 5. par. 2. recent. vbi fuit dictum, quòd iuspatronatus probatur secundùm quod Ius commune disponit, & non secundùm Concil. d. c. 9. quando patroni sunt personæ priuatæ, & non domini temporales, prout refero Ego ipse d. alleg. 72. num. 66. & sic comprehendi sub dispositione Concilij d. loco habentes iurisdictionem in loco, resoluunt Mohed. dec. 10. n. 2. de iurepatr. Capuraq. dec. 128. p. 2. Pute. dec. 55. & 56. lib. 1. Greg. XV. decis. 222. n. 1. Rota apud Posth. in fine sui tr. de mandato de manutenendo decis. 238. n. 13.

Ex quo videtur inferri nòn habere locum for- 130
mam datam à Concil. d. c. 9. circa pleniorem illam, & exactiorem probatiooem, si sola concurreret potentia prætendentium iuspatronatus absque iurisdictione, vt resoluunt Hieron. Gabr. cons. 192. n. 3. & 4. lib. 2. Rot. decis. 374. p. 2. recen. & in Lucana iurispatronatus, 26. Iunij, 1619. coram bona mem. Dunozetto sen. confirmata 2. Decembris eiusdem anni, coram eodem. Verùm ab hac sententia penitus recessit eadem Rot. in d. Ferrarien. Archipresbyteratus, 16. Iunij 1628. coram Reuerendissimo D. meo Coccino, in vers. & prædicta, quæ reperitur impressa p. 5. recent. decis. 197. asserens sufficere potentiam in loco, quamuis non sit coniuncta cum iurisdictione; additque potentem prætendentem iuspatronatus ex persona propria, egere eadem probatione; quia decretum Conc. d. c. 9. propter dictionem, plerumque, qua vtitur, habet locum etiam quando cessat præsumptio vsurpationis, si iuspatronatus prætendatur à persona potenti, vel Magnate, siue Vniuersitate, & testatur, Sacram Congreg. Concilij ita censuisse, refertque idem fuisse decisum in Sorana iurispatronatus 28. Aprilis
1603. coram bona mem. Card. Pamphilio sen. Eadem 131
enim probatio requiritur, quando ad iuspatronatus agit familia potens & magna prout requiritur quando agit dominus Castri, Rot. cons. 104. lib. 2. aliàs 1273. lib. 3. p. 3. diuers. & decis. 342. eadem p. 3. & in sæpè citata Ferrarien. Archipresbyteratus, in vers. si verò. Potentia autem probatur ex 132
diuitiis, amicis, numerositate personarum & familiarum ac populari existimatione, Doctores in l. C. ne liceat in potentiorē, & in c. fin. vbi Card. n. 3. & 5. de alien. iudic. mutandi causa facta Rota apud Posth. d. dec. 238. n. 17. Sed, quia hæc non semper certa esse possunt, melius erit illa relinqui arbitrio, & religioni iudicantis, vt in his terminis tenent Bald. cons. 151. sub num. 1. vers. nam illa lex, libro 1.

Rot. *in Lucana iurispatronatus de Podiis*, 14. *Iunij*, 1621. *coram Reuerendissimo D. meo Coccino Decano*, *& in d. Ferrarien. Archipresbyteratus*, *in vers. in proposito*. Et ideo potentia non præsumitur in persona, quæ per Papam in Bulla nuncupatur nobilis vir, Rot. in Alphina iurispatronatus 1. *Iunij* 1629. *coram R. P. D. Ghislerio*, impressa per Alphons. de Leone *d. q. 4. praxi 2. n. 85*.

Personæ, & familiæ nonnullæ potentes expressè per Rotam fuerunt canonizatæ ad effectum, vt in eis iurispatronatus vsurpatio præsumatur, ac proinde plenior & exactior probatio, de qua *in d. c. vers. in personis*, requiratur: sunt autem quæ sequuntur.

133 Imperator, vt refert Pute. *decis. 60.* aliàs 56. *lib. 1. in correctis*.

134 Rex Aragoniæ, Mohed. *dec. 10. n. 4. de iurepat.*

135 Infans Portugalliæ Pute. *decis. 57.* alias 55. *lib. in correctis*.

136 Quilibet ex familia Columnæ, Caputaq. *decis.* 128. *p. 2.* Rot. *decis. 199. lib. 2. diuers. & in Lucana iurispatronatus de Podiis*, 5. *Martij*, 1621. *cor. R. P. D. meo Coccino Decano*, impressa per Viuian. *post. suam praxim iurispatronatus, dec. 32.*

137 Quilibet ex familia de Sabellis, Rot. *in Sabin. iurispatronatus 26. Octobris*, 1594. *coram Litta, & 6. Martij*, 1596. *coram Penia, & in d. Lucana iurispatronatus de Podiis, corā R. D. meo Coccino Decano*.

138 Ex ex familia Vrsinorum, Rot. *dec. 842. lib. 3. p. 2. diuers. & decis. 199. num. 1. p. 2. etiam diuers. & in d. Lucana iurispatr. de Podiis, coram R. P. D. meo Coccino Decano*.

139 Et quilibet etiam ex familia Neapolitana de Caracciolis, Rot. *in Neapolitana Capellania*, 19. *Ianuarij*, 1571. *coram bonæ mem. Card. Lancelloto sen.* & apud Post. *decis. 238. n. 16. in fine*.

140 Et nobiles Veneti in Statu Venetorum, Rot. coram Steph. *decis. 952. n. 6. & in d. Lucana iurispatronatus de Podiis, coram Reuerendissimo D. meo Coccino, Decano*, & apud Posth. *d. decis. 238. n. 16. in fine*.

141 Item, quæcumque alia similis familia potens, Pute. *dec. 55. cum seqq. & decis. 99. lib. 1. in correctis*, Marc. Ant. *var. resol. lib. 1. resol. 33. n. 2* Garc. *d. c. 9. ex n. 98.* Mantic. *decis. 257. n. 5.* Greg. XV. *dec. 222. n. 1.* Aloys. Riec. *in tract. de nouiss. probat. iurispatron. resol. 99. cum seqq.* Rot. *dec. 5. p. 2. lib. 2. diuers. & decis. 532. p. 3. lib. 3. etiam diuers. & in Lucana iurispatronatus de Podiis, coram Reuerendissimo D. meo Coccino Decano, & in Comaclen & Ferrarien. Praepositura*, 15. *Decembris*, 1625. *coram bonæ mem. Rēboldo*, & apud Post. *post d. tract. mandati de manutenen. dec. 238. n. 16.*

142 Vel alter Magnas, Caputaq. *decis. 128. n. 1. p. 2.* estque *decis. 1273. lib. 3. p. 3. diuers.* Rot. *in d. Lucana iurispatronatus de Podiis, coram Reuerendissimo D. meo Coccino Decano*, & apud Post. *dict. decis. 238. num. 16.*

143 Seu Baro, aliúsque dominus iurisdictionem temporalem habens, Rot. *decis. 53. n. 2. & 6. p. 1. recent.* Gonzal. *d. gloss. 18. num. 66. vers. in his personis*, Aloys. Riec. *in d. praxi rerum fori Eccles. 132. n. 1.* Molfes. *d. tract. 6. c. 5. n. 61.*

144 Statuit insuper Concil. Trident. *d. c. 9.* iuspatronatus ex vsurpatione etiam præsumi acquisitum in Vniuersitatibus, seu Communitatibus, etiam Parochianorum, vt ex eo colligunt Caualc. *dec. 17. num. 7. p. 2.* Gonzal. *dict. gloss. 18. num. 63.* Aloys. Riec. *in praxi rerum fori Eccles. resol. 131. & in d. tract. de nouiss. probat. iurispatron. resol. 82. & 108.* vbi de Parochianis, Garc. *de benef. p. 5. c. 9. n. 102.* Mantic. *decis. 134. nu. 1.* Rot. *in Calagurritana iuris prouidendi de Viena*, 15. *Maij* 1609. *coram Penia, & 9. Maij*. 1616. *coram bonæ mem. Rembaldo, & 2. Decembris*, 1624. *coram eodē, & in dicta Ferrarien. Archipresbyteratus*, 16. *Iunij*, 1628. *coram Reuerendissimo D. meo Coccino Decano in vers. & praedicta*, vbi ampliat, quamuis non habeant iurisdictionem, in loco.

Quod quidem locum habet etiamsi vniuersitates, seu Communitates huiusmodi paruæ sint, vt in puncto resoluunt Garc. *d. c. 9. n. 102.* Aloys. Ricc. *in d. praxi rerum fori Eccles. resol. 135. & in collect. decis. p. 4. collect. 1240. & de nouiss. probat. iurispatron. resol. 101.* me citato Ciarlin. *controuers. forens. c. 57. n. 13.* Rot. *decis. 481. n. 1. p. 1. recent. & in Lucana iurispatronatus*, 31. *Ianuarij*, 1620. *coram bonæ mem. Dunozetto*, impressa per Viui. *post suam praxim. iurispatr. decis. 28. n. 1.* eadem Rot. *in nullius Archipresbyteratus*, 2. *Maij* 1588. *coram Card. Pamphilio sen. & in Calagurritana iurispatronatus de Viana*, 18. *Decembris*, 1626. *coram Reuerendissimo D. meo Coccino Decano*, & apud Posth. *d. dec. 238. n. 18* & Paul. de Rubeis *decis. 82. nu. 18. tom. 3. diuers.* aliàs *p. 7. recen.* Et quamuis Parochiani, seu vicini, à quibus prætenditur iuspatronatus sint pauci, Rot. *apud Ricc. in d. tract. de nouiss. probat. iurispatron. resol. 82.* eadem Rot. *in d. Ferrarien. Archipresbyteratus, coram Reuerendissimo D. meo Coccino Decano, in vers. & praedicta*. 145

Non præsumitur tamen iuspatronatus ex vsurpatione acquisitum, si non totius Vniuersitatis, sed illius partis esse prætendatur, vt per Gonzal. *d. gloss. 18. n. 69.* Aloys. Ricc. *in d. praxi rerum fori Eccles. resol. 135. in fine, & tr. de nouiss. probat. iurispatron. resol. 102. & 107.* Viuian. *d. c. 5. n. 77.* mer. ipsum *d. all. 72. n. 64.* Rot. *decis. 210. n. 2. p. 1. recent.* quæ loquitur de iurepatronatu pro parte spectante ad Vniuersitatem Parochianorum, & *decis.* 798. *num. 4. p. 1. diuers.* vbi de Capitulo Ecclesiæ Tyrassonen. refert eadem Rot. *in d. Bergomen. Capellania*, 18. *Maij*, 1629. *coram R. P. D. Merlino*. 146

Sicut nec præsumitur, ac proinde necessario non est probatio præscripta à Concilio *d. cap. 9.* si priuata persona, seu familia haberet iuspatronatus simul cum familia potenti, secundùm Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præs. 99. n. 15. & 16. & cons. 654.* Rot. *decis. 154. sub num. 7. p. 2. recent. & in Firmana Altaris de Doriis*, 15. *Februarij*, 1610. *coram bonæ mem. Card. Marquemont*. 147

Prout nec etiam exigitur eadem probatio, si suspectus de vsurpatione concurrit cum non suspecto; quia tunc Ordinarius remoto suspecto, nihilominus libertatem beneficij non acquirit, suspicio illa non releuat; vt intret forma præscripta per Concilium; sed sufficit probatio ordinaria: ita Rot. *in Fesulana iurispatronatus*, 12. *Februarij*, 1610. quæ est 89. inter impressas *bo. mem. D. Card. Caualerij, & decis. 224. n. 9. p. 1. recent.* cum aliis, per Aden. *ad decis. 222. num. 11.* Gregorij XV. refert, & sequitur eadem Rot. *in Papien. iurispatronatus*, 28. *Iunij* 1630. *coram Reuerendissimo P. D. meo Pirouano*, apud Alphons. de Leone *d. q. 4. praxi 2. num. 87.* 148

Et in hac materia, meo iudicio, singularis decisio Rotæ *in d. Bergomen. Capellania* 18. *Maij* 1629. *coram R. P. D. Merlino*, apud Alphons. de Leone *dict. quest. 4. praxi 2. n. 89.* dum asserit suspicionem vsurpationis non cadere in iurepatronatus, cuius præsen 149

præsentatio spectat ad Coofraternitatem aliquam; quia illa non constituit aliquod collegium publicum cum iurisdictione, seu potentia, sed potiùs est priuata quædam congregatio personarum ad exercitium pietatis instituta, & sic dici non potest Vniuersitas, ex adductis per Innoc. *in cap. dilecta, numer.* 9. & *ibi* Cardin. *numer.* 7. *de excess. Prал.* Alexand. *consil.* 102. *n.* 2. *vers. confirmatur, n.* 7. Nau. *consil.* 3. *de foro compet.* Rot. *coram Reuerendissimo D. meo Coccino Decano, dec.* 472. *n.* 1. & 2. Item quando principaliter non est quæstio super libertate beneficij, sed solùm agitur de pertinentia iotet patronos, non requiruntur probationes iuxta formam Concilij, sed sufficiunt ordinariæ, Rota apud Paul. de Rubeis *decis.* 83. *num.* 18. *cum seqq. tom.* 7. *recent.*

150 Sed dubium est, an præsumptio vsurpationis per dictionem, *plerumque*, qua vtitur Concil. *d. c.* 9. cadat in singulos cum iurisdictione in loco, beneficij potentes, taxatiuè, vel demonstratiuè, & vniuersaliter? In quo dubio videtur respondendum, præsumptionem vsurpationis iurispatronatus ex Concilio vniuersaliter absque vlla restrictione & distinctione comprehendere omnes, & cadere in singulos potentes iurisdictionem habentes in loco, vbi situm est beneficium; quia dicta præsumptio, etiamsi de facto, & actualiter cessaret; adhuc tamen de iure, seu ex dispositione Concilij semper præsumitur: nam ea tantùm oritur ex potentia cum iurisdictione, & non aliunde. Vnde vt cessaret talis præsumptio, necesse est, vt destruatur, & penitùs annihiletur potentia cum iurisdictione: stat igitur illa dictio, *plerumque*, non taxatiuè, & restrictiuè, sed demonstratiuè, & vniuersaliter. Quare quisquis sit iudicio, si petens iuspatronatus est potens cum iorisdictione in loco beneficij, præsumitur semper vsurpator, & tenetur probare iuspatronatus ad formam Concilij, etiamsi actualiter, & de facto in eo non adsit vsurpatio, quamuis etiam esset ipse potens, eiusque antecessores fundatores beneficii pij & iusti, bonæque vitæ, pietatis, & auctoritatis. Colliguntur ex Aloys. Ricc. *in tract. de nouiss. probat. iurispatronatus resol.* 109. Lotter. *de re benef. lib.* 2. *quæstio* 13. *numero* 129. & *seq.* Nouar. *in singul. iuris canon. sing.* 95. *numero* 2. Rot. *decis.* 590. *p.* 4. *diuers.* & *dec.* 219. *p.* 1. *recent.* & *coram Mantic. decis.* 253. & Apud Viuian. *decis.* 34. *numero* 1. & 2. in hoc dubio de potentia cum iurisdictione in loco, non semel memini, non quia vtrumque secundùm nostram opinionem suprà positam requiratur, sed, quia Doctores & decisiones Rotales proximè citati cono hac phrasi loquuntur, eò quòd illi existimant, potentiam prætendentium iuspatronatus absque iurisdictione non sufficere, quos tamen cum iudicio suprà reprobani.

151 Noo obstat Seraph *dec.* 468. quia loquitur in diuersis terminis, videlicet, in casu vsurpationis bonorum beneficij iurispatronatus per patronum, quo debet vsurpatio probari ad hoc vt incurratur excommunicatio ab aliqua persona, de qua in Conc. Trid *sess.* 22. *de reform. c.* 11. cùm tunc de iure non præsumatur talis vsurpatio, sicut ex dispositione eiusdem Conc. *in d. c.* 9. semper præsumitur. Neque contrarium velle videtur Monet. *de commut. vlt. vol. c.* 20. *n.* 214. dum asserit in suo casu dictam dictionem, *plerumque*, stare taxatiuè; quia loquitur de personis potentibus, & Vniuersitatibus, comprehendendo, & includendo Imperatorem, Reges, & Principes habentes iura imperij, & Vniuersitates, ac Collegia in ordine ad studia vniuersalia: verùm, quia Conc. *in dict. c.* excepit has personas, respectu huius exceptionis Monet. affirmat, dictionem, *plerumque*, stare taxatiuè, sicut & taxatiuè stare respectu potentium, & Vniuersitatum habentium iuspatronatus simul cum aliquo priuato suprà resolutum *numero* 147. sicut & in aliis casibus quaodoque non præsumi protulit Rot. *decis.* 224 *n.* 9. *p.* 1. *recent.* quam refero Ego ipse *d. alleg.* 71. *n.* 63. Præcipuè stante initio acquisitionis ex alia causa, vt fuit dictum *in Leo lieu, Parochialis*, 18. *Decembris*, 1623. *coram R. P. D. Merlino, in vers. nec etiam.* Vel constitutio de initio ex instrumentis fundationis eadem Rot. *decis.* 21 *t. n.* 3. *p.* 1. *recent.* Aut stantibus præsentationibus similium beneficiorum per tempus à Concilio requisitum, ead. Rot. *dec.* 581. *n.* 2. *p.* 1. *recen.* seu continuatis spatio quadraginta anootum, eadem Rot. *d. dec.* 481. *n.* 1.

Ecclesia, cùm sit iustitiæ cultrix, nec connumeranda inter Magnates, quibus cùm Ordinarius ob illorum potentiam contradicere non possit, inde oriatur præsumptio vsurpationis, vt ponderauit Pute. *decis.* 57. & 59. *lib.* 1. *decis.* 3. & 8. *de iurepatron.* ideò præsumptio vsurpationis non cadit in ipsa domina Castri, aut iurisdictionis temporalis, vt in puncto fuit resolutum in Rota *in d. Papien. iurispatronatus*, 18. *Iunij* 1630. *coram R. P. D. Pirouano*, quæ reperitur impressa *p.* 5. *recent. dec.* 401. & declarauit S. Congreg. Concil. *in Sublaceu.* 12. *Septembris*, 1621. in iurepatronatus Abbatis temporalem iorisdictionem habentis non requiri ampliores illas probationes quas Concil. exposcit in his personis, quibus præsumitur vsurpatio. Non enim de Ecclesia domina Castri potest timeri, ne quis ei contradicere valeat; quia semper subiicitur suo Superiori absque contradictione aliqua, nec acquirendo iuspatronatus bona Ecclesiæ vsurpare præsumitur, prout contra laïcum suspicari potest, ex quo eidem Ecclesiæ acquiritur iuspatronatus; non autem hæredibus fundatoris, Abb. *in cap. ad audientiam, numero* 12. *de Eccles. ædifican* Felin. *in cap. cùm venerabilis, numero* 32. *de except.* Roch. *de iurepatron. d. verb.* & *dotauit, q.* 6. *n.* 26. Rot. *in Mantuana bonorum*, 17. *May*, 1617. *coram, bona mem. Patriarcha Manzanedo*, & *decis.* 648. *p.* 1. *recent.* 152

Probatio autem iorispatronatus coram iudice Ecclesiastico est facienda, sicut & omnes causæ iurispatronatus ad Iudices Ecclesiasticos spectant, *c. quanto, de Iudic. Ordin. Regia Lusitan. lib.* 2. *tit.* 1. §. 7. vbi Patens meus plures refert, Cald. Pereira *q. forens. consil.* 5. *num.* 6. & 7. Bernard. Greuæ. *ad pract.* : *amera Imper. lib.* 1. *concl.* 38. *consid.* 1. Cabed, *de patronat. Regia Coronæ, cap* 5. *num.* 5. & *c.* 49. à *n* 1. Armendar. *in addit. ad recopil. legum Nauarra tit.* 4. *l* 4. *n.* 41. 153 154

Iurapatronatus concessa à quadraginta annis citra Concil. Trid. debere reuideri ab Ordinatio, ad effectum, vt debeant reuocari, vel confirmari, secus in illis, quæ fuerunt coocessa quadraginta annis ante Concilium, vt idem Concil. *d. cap.* 9. statuit & post Nicol. Garc. tradit Filliuc. *in quæst. moralib. tom.* 3. *tract.* 41. *cap.* 2. *n.* 62. censuit Rot. *in Lucana canonicatus*, 14. *Maij* 1590. *coram Bubalo*, & *decis.* 4. *num.* 4. *p.* 2. *recent.* Dum enim Concil. *d. cap.* 9. subiicit examini, & reuisiooi Ordinarij iuspatronatus concessum ex augmento à 40. annis citra, signum euidens est quòd vult cætera Iurapatronatus ex augmeoto cocessa ante 40. 155

anoos valida remanere, Nicol. Garc. *d. cap. 9. num. 104. & seq.* Beltramio. *ad Gregor. XV. decis. 597.*
156 *num. 6.* Interim verò dum reuidentur patronos sua quasi possessione noo esse priuandos fuit dictum *in Barchinonen. Prioratus, 11. May, 1609. coram D. meo Coccino Decano; & in Cæsaraugustana de Mella 6. Nouembris, 1617. coram eodem*, quos refert Massobr. *in praxi habendi concursum, prælud. 7. dub. 3. numer. 66. secundum Romanam impressionem.*

157 Habet autem patronus ius præsentandi personam, quæ eius Ecclesiæ, cuius est patronus, Rector, seu Beneficiatus perpetuus existat, *c. 1. vers. adificatori. 16. q. 5. §. hic autem distinguendum, & c. monasterium, vers. licet atque 16. q. 7. c. nobis. vers. sedes tamea, de iurepatron. c. ad audientiam, de Eccles. adifican.* dummodo sit habilis ad beneficia obtinenda, nec incapacitatem aliquam patiatur, iuxta ea, quæ diximus infrà *c. 13. de collat. vers. quibus autem personis, cum seq.* quod circa ætatem 14. annorum requisitam ad beneficium simplex iuxta formam Conc. Trid. *sess. 23. de reform. c. 6.* requiritur, nam in beficiis iurispatronatus locum hobet cum absolute loquatur, prohibendo ne admittatur ad beneficium minor 14. annorum; ita Squillante *de priuil. cleric. cap. 4. dub. 3. n. 62.* Mari. Anton. *var. resolut. lib. 1. resol. 112. casu 51.* Aloys. Ricc. *in decis. Curia Archiep. Neapol. p. 3. decis. 26. & par. 4. decis. 343.* quicquid aliud velit Ioan. Maria Nouar. *in quæst. forens. p. 1. q. 71. num. 5. cum seq. & in nouo Iure Pontif. coacl. 14. nu. 7.* Diana *moral. resol.*
158 *p. 3. tract. 6. resol. 64.* Limitatur, ne procedat, quando in fundatione expressè cauetur, etiam minores 14. anois posse admitti, vt fuit dictum *in Granaten. Capellania, 12. Ianuarij 1607. coram bona mem. Card. Marquemont*, quam refert. Lotter. *de re benef.*
159 *lib. 1. q. 32. num. 35.* & est *decis. 194. p. 2. recent.* Vel si fundator tacitè id voluisset, nempe, si mandauit præsentari clericum in minoribus constitutum: nam tunc etiam poterit præsentari, & institui minor 14. annorum, non obstante dispositione Con-
160 cil. *d. c. 6.* Rot. *decis. 482. ad fin. par. 1. diuers.* Garc. *de benef. par. 7. c. 4. n. 9. & 10.* Vel si mandauit præsentari clericum primæ tonsuræ, quia tunc poterit minor 14. annis præsentari, vt fuit resolutum *in Monopolitana beneficij 6. Iunij, 1621. coram R. P. D. Merlino*; quod intelligitur, vbi fundatio facta est ante Concil. Trid. de quo tempore secundùm Iuris communis dispositionem, clericus etiam primætonsuræ; & in septimo anno constitutus erat capax beneficij simplicis, *cap. si eo tempore, de rescript.* & declarauit Rot. *in Corduben. Capellania, 5. Decemb. 1629. coram R. P. D. Duran.*
161 *dec. 228.* 10 impres. Si verò iurispatronatus erectione cautum sit, vt prouideatur de eo quicumque clericus, non potest alicui clerico conferri, qui sit minor 14. annorum Sac. Congregat. Concil. *sub die 4. Augusti 1619.* Dixi, *in iurispatronatus erectione*, quia in iure cautum est, non licere patrono ex interuallo post fundationem adiicere conditiones, Abb. *in c. cùm dilectus, numero 5. de consuet.* Roch. *de iurepatr. verb. pro eo, q. 13. 4. 29.* Lambert. *li. 1. p. 2. q. 4. art. 4. n. 3. vers. & sic verteretur*, Monet. *de commut. vltim. volunt. c. 11. num. 199.* Rot. *in Toletana Capellania maioris 16. Iunij, 1631. coram R. P. D. Merlino.*

162 Sed an excommunicatus possit præsentare, videtur ab aliquibus in dubium reuocari? In quo quantum ad præsentationem iurispatronatus Ecclesiasti certum est, non posse; quia talis præsentatio confert ius, & æquiualet electioni, quæ ab eodem excommunicato facta non valet, vt colligitur *ex c. cù mantem, de iurepatr.* Ita Sayr. *de censur. lib. 2. c. 6. numero 7.* licèt Suar. *tom. 5. disput. 14. sect. 2. numero 31.* aliter sentiat. Quantum ad præsentationem laïcalem est valida, cùm huiusmodi præsentatio non tribuat ius, sed sit quædam expressio voluntatis, & sic quid facti tantùm. Ita Nicol. Garc. *de benef. p. 5. c. 4. num. 307.* Sayr. *d. num. 7.* vbi aduertit præsentantem tam in iurepatronatus Ecclesiastico, quàm in laïcali, peccare mortaliter, cùm vtatur hominum communicatione, qua est priuatus.

Non igitur absque patroni consensu Episco- 163
pus, vel alius, ad quem institutio spectat, Rectorem in eius Ecclesia instuet, aliàs enim nolla atque irrita erit institutio, sed ab alio fiet iuxta patroni votum, vt velle videtur Toletanum Concilium, de quo *in cap. decernimus*, vbi *gloss. 16. quæst. 7.* quod quidem hodie seruabitur, vbi Episcopus nollet factum suum reuocare, quo casu ad Superiorem haberetur recursus, arg. *cap. nullus, de iurepatron.* Sed Ego *de offic. & potest. Episc. par. 3. alleg. 72. & 171.* teneo talem collationem firmam esse, irritari tamen ex patronorum dissensu, veluti illis præsentantibus, aut expræssè contradicentibus cùm videatur sperni: ex tunc enim collatio à Iure reputabitur irrita, argum. *d. c. decernimus*; Vnde, si 164
fuerit elapsus terminus ad præsentandum, patrono non reclamante, nec contradicente, manebit omninò firma collatio, vt meritò resoluunt Rebuff. *in praxi par. 3. signatura, verb. accnon iurispatronatus, num 52. & de nomin. quæstio 17. numero 11.* Spin. *in speculo testament. gloss. 4. princ. numero 99.* Flamin. Paris. *de resignat. lib. 8. q. 10. numero 11.* Zerol. *in praxi Episc. par. 1. verb. iurispatronatus, §. 8. dub. 8.* Cald. Pereira *de potest. aligendi, c. 10. num 24.* Nicol. Garc. *dict. c. 9. num. 232.* Aloys. Ricc. *in dict. praxi rerum Ecclesiast. resolut. 154.*

Verùm, in nonnullis casibus valet institutio 165
Rectoris facta absque consensu, & præsentatione patroni. Primò, si patronus per negligentiam excedit tempus sibi à iure statutum ad præsentandum, poterit is, ad quem spectat, Rectorem eligere, atque instituere, ne Ecclesia diu sine Rectore permaneat, *c. si verò, & cap. cum te decet, de iurepatron. c. 2. in fine, de supplen. neglig. Prælat.* de quo vide quæ diximus *c. seqq. vers. in primis*; dummodo priùs constet de lapsu temporis à die scientiæ patronorum, Capuraq. *decis. 248. num. 3. p. 3.* Steph. *decis. 380. num. 1.* Rot. *decis. 173 sub num. 1. & decis. 186. sub num. 1. par. 1. recent.* Beltramin. *in annot. ad decis. 177. Greg. XV. num. 9.* & fuit dictum *in Praten. beneficij 24. Februarij, 1620. coram bona mem. Buratto*, quæ quidem scientia patronorum, vt 166
deuolutioni sit locus, debet esse certa, nec sufficit interpretatiua, & verisimilis, Seraph. *decis. 1173. num. 3.* Rot. *dict. decis. 173. sub num. 1. & decis. 186. sub numer. 2. par. 2. recent.* Hieronym. Gabr. *consil. 185. num. 6. lib. 2.* Nicol. Garc. *de benef. part. 10. c. 3. numer. 34.* & ius præsentandi conseruatur in vno ex patronis, qui scientiam huiusmodi, 167
vocationis non habuit, aliis propter scientiam exclusis, Rot. *in Spoletata 28. May 1590. coram Cardia. Blanchetto*, impressa per Garc. *d. p. 10. c. 2. nu. 41.* Tempus autē huiusmodi præsentationis præ- 168
finitum à iure, est quatuor mensium à die vacationis scitæ, si quidem patronatus est laicorum. *c. quoniam in quibusdam, in fine, & c. cùm propter, de iurepatron.*

iurepatr.c.vnico,eod.tit.in 6.si verò est Clericorum,
sex mensium spatium constituitur, in d. cap. cam
te decet, & in c.vnico. Ita Perez l.1. tit.3.lib.1. Or-
din pag.59. Aloys.Ricc.in collect.dec.par.1.collect.
119.& in decis.Curia Archiep. Neapol. decis.228.
n.14.& 15.part.2. Cardos. in praxi iudicum,verb.
Iuspatronatus, num.15.& 16. Nicol.Garc. d.cap.9.
num.209.quod quidem semestre ad præsentandum
non solùm habent Ecclesiastici patroni, sed & eo-
rum causa compatroni laïci;Perez vbi suprà,Nicol.
Garc.d.c.9. num.210. Aloys. Ricc. in praxi aurea,
res.558.Ego ipse d.alleg.72.num.132. & me citato
Viuião. in praxi iurispatron.lib.7. c.1.num.9.in vlt.
impress. vbi n.10. post me ead. alleg.72. num.131.
169 ampliat,etiamsi laïcos habeat maiorem partē, ius-
patronatus enim mixtum assumit naturam Eccle-
siastici, secundùm Flamin. Paris. de resignat.benef.
lib.2.q 4.nu.50. Sed hoc non est absolute verum,
per ea quæ resoluunt Gabr.Pereira de manu Regia
p.1.c.7.num.32.cum seqq. Melch.Phœb. Lusit. de-
cis.214. per tot. tom.2. Ego ipse de officio, & potest.
Episc par.3. alleg.60. n.17. in vltima impress. de
anno 1641.
170 Non currit tamen præfinitum tempus absenti,
vel legitimè impedito,veluti si patronus sit absens
Reip. causa, vel iniustè carceratus, vel si non ha-
beret tutum accessum propter perhorrescentiam
alicuius inimici, cùm Ecclesia sit pia, & cultrix
iustitiæ; Rebuff.de pacif.possess.num.304. Flores de
Mena var.q.3.n.4. vbi n.5. subdit, quòd absentia
in dubio præsumitur, refero Ego ipse dict.alleg.72.
n.138.& seq vbi num.136.ex Hier.Gabr.cons.185.
n.11.vol.2 & Menoch. de præsumpt.lib.6.præsump.
77.n.14. teneo præsumptionem esse pro patrono,
vt dicatur ignorasse vacationem, nisi sciuisse pro-
betur: & à n.140. late trado an, & quando patro-
nis præsentare contendentibus currat tempus?
Quid autem faciendum, quando vacauerit paro-
chialis iurispatronatus Ecclesiastici, vel laïcorum,
& intra quod tempus eius prouisio sit facienda, &
quomodo? dixi in tr.de officio,& potest.Parochi,c.2.
n.124.cum seqq.
171 Secundò, si propter plures compatronos diuisa,
vel discors præsentatio fiat, adeò vt sine scandalo
non valeat vnius ex præsentatis institutio fieri,
poterit Episcopus Ecclesiam, vt meliùs secundùm
Deum ei visum fuerit,ordinare, c. quoniam in qui-
busdam,de iurepatr. Zerol.in praxi Episc.p.1.verb.
iuspatronatus, §.5. Et id ipsum facere poterit, si in-
tra quatuor menses quæstio patronorum super ele-
ctione non fuerit terminata, d.cap. quoniam,c.cùm
propter, 27.eod.tit. Tiraq.de tr.lignag.§.11.gloss.10.
n.37. Cald. Pereira de renouat. Emphyt.q.7. n.13.
Campan.in diuers.Iuris Canon.rub.11.c.13. n.486.
Ioan.Ant.Massubr.in sua praxi habendi concursum,
requis.1.dub.10.à n.14. Rot. decis.586. nu.2. p.4.
diuers. aut intra sex menses, si quæstio non super
electione, sed super iurepatronatus extiterit, d. c.
172 cam te decet, vbi gloss. c.si verò,eod.tit. Vnde nota-
bis textum in d.c.quoniam, inducentem deuolutio-
nem,quando lis est inter patronos,tanquam exor-
bitantem, & rigorosam,non extendi ad litem inter
præsentatos, vt tenuit Rota dec.586.n.7.par.4.di-
uers. prout nec etiam extendi stante lite inter pa-
tronos & inter presentatos,resoluunt Ioan.Andr.in
c.cum vos,num.2.vers.vnde iura.de offic.Ordin. vbi
etiam Butr. n.7.vers.iura ergo,& Imol.n.7. vers.nec
obstat.Lap.alleg.78.n.15.Rot.dec 81.in fine,p.1. re-
173 cent.quamuis patroni,durante lite inter duos pre-
sentatos, alium tertium præsentare sine vitio at-

tentari non possint, Sarnen.super reg.de subrogan-
dis q.13.Couar. pract. c.37. n.7. vers.quam ratio-
nem, Lancellot. de attent. c.4. in præfat. num.608.
Nicol Garc. dict. c.9.num.217. Seraph. dec. 990.
n.6.cum seqq.Rot.decis. 504.num.2.p.1. recent. nec
etiam alium in locum voius præsentati mortui se-
cundum Calderin. cons.1. sub tit.de iurepatr. Lap.
alleg.22.n.3. Cassad,decis.3.nu.5. vt lite pend. Rot.
dec.306.n.1.p.1.recent.
Tertiò, si patronus presentet indignum,nisi In- 174
fra tempus legitimum alium idoneum præsentaue-
rit, potest Episcopus per se electionem, atque in-
stitutionem perficere, c.sicut,in fine,de supplen.ne-
glig. Prælat.c.ad audientiam, il 1.de Eccles.ædific.
quod quidem in eo Patronatu volunt præcitati
textus esse intelligendum,qui ad Ecclesiasticas per-
sonas pertinet, & id ipsum insinuat c.cùm vos, de
offic.Ordnar.ibi,in quibus Ecclesiastica persona præ-
sentationem non habet, nisi scienter indignum præ- 175
sentauerint: quia tunc huiusmodi Ecclesiasticæ
personę priuatæ sunt pro illa vice iure præsentan-
di,glos.verb.minus idonea.in c.d.cũ vos,Steph Gra-
tian.discept.forens.c,8.n.11. Mar.Ant.var.res.lib.1.
resol.19.n.vlt.Vgolin.de offic.Episc.c.51.§.1. nu.4.
vers.secundo, quas tamen pœnas non incurrunt il-
li,qui indignum ex sola confessione notum præ- 176
sentant, quia pœnæ huiusmodi pertinent ad fo-
rum externum,Sanch.de matrim.lib.3.disp.16.n.6.
in fine.Fagundez in quinque Ecclesia præcepta.præc.
2.lib.6. c.2. num.7. in fine. Nam, quod ad laïcos
pertinet, etiam elapso tempore eis permittitur al-
terius idonei præsentatio, modò intra terminum
aliquem præsentauerint: interim verò, ne Eccle-
sia diu vacans dispendium patiatur, idoneus in ea
Vicarius, aut œconomus ab Episcopo constitua-
tur,d.c.cùm vos;licet quippe Episcopis præsentatos
à patronis, si idonei non fuerint,repellere, Con-
cil.Trid. sess.24.de reform.c.18.& sess.25. etiam de
reform.c.9.
Quartò si patronus primùm aliquem præsenta- 177
uit idoneum, & ante institutionem illius velit va-
riando alium in eius locum præsentare, potest
Episcopus non attenta hac secunda præsentatio-
ne, absque consensu patroni priorem præsentatũ
instituere, c.cum autem,de iurepatr. Quod quidem
in patronatu Ecclesiasticarum personarum est in-
telligendum, quæ in præsentatione variare non
permittuntur,secundùm citatos per me d alleg.71.
n.151. quibus addo Sanch.in consil.moralib. lib.2.
c.3.dub. 65.n.2. quia earum præsentatio vim ele-
ctionis videtur habere:electio autem Ecclesiastica
mutari non potest, c.publicato, de elect. cum aliis
per me adductis d.alleg.72.n.154. Laïcorum verò
variatio est admittenda & vltima præsentatio est
attendenda antequam prioris facta fuerit institu-
tio, dict.c.cùm autem 24.c.pastoralis, c. quod au-
tem,de iurepatr. Intellige tamen, huiusmodi va-
riationem permissam esse semel tantùm, & cumu-
latiuè, non autem priuatiuè, id est non recedendo
à priori præsentatione, sed solummodo addendo,
& cumulando d.c.quod autem,c.cùm autem, c. pa-
storalis. de iurepatron. Calderin.cons.16. eodem tit.
Nauar. in c.placuit, num.167.cum seqq. de pœnit.
distinct. 6. Gutier. de iurament. confir. par.3. c.13.
num.4. & 5.Rot. in Compostellana Parochialis,30.
Februarij,1630. coram. R.P.D. Merlino, Roch.de
iurepatronatu, verb.honorificum,q.10.Franc.Marc.
decis.488.post.n.6.p.1.Tiraquel.in l.boues §.hoc ser-
mone,in reg.num.25.ff.de verb.signific.Cald.Pereira
de potest. elig. cap.3. num.10. Nicol. Garc. d. c.9.
S 3 n.214.

num. 214. Campan. *in diuers. Iuris Canon.rubr.* 11. *c.* 13. *num.* 440. vbi *num.seq.* subdit, quod si nihil addatur de variatione, aut cumulatione, & alter simpliciter præsentetur, tunc præsumendum est cumulatiua, præsertim cùm censeri debeat vti voluisse facultate à Iure sibi concessa variandi, & citat Lambertin. *p.2.lib.2.q.7.art.*22. *n.*7. Gutier. *d.c.*11.*n.*5.

Verùm conclusio illa, quòd patronus laïcus potest variare solummodo addendo & cumulando, habet plures limitationes, duasque principaliores: quarum prima est, quando accumulatio fit lite pendente; quia tunc vti attentata licita non est, Craoer. *con.*63.*n.*3.*in fine*. Crescent. *dec.*10 *de iurepatr.* Cou.*pract.c.*36.*n.*7.*vers.tertio quandoque*, Lancellot. *de attent.p.*2.*c.*4.*in præfat.n.*583. Flam. Parif. *de resignat.benef.lib.*11.*q.*3.*n.*37. Garc. *de benefic.p.*5.*c.*9.*n.*217. Rot. *dec.*442.*n.*6 *p.*1.*diuers.& in Zamoren.beneficij de Morales* 30. *Maij* 1586. *coram Orano*, me citato *in hoc loco* Noguerol. *tom.*1. *all.*28.*n.*76. Nisi tamen hæc noua præsentatio, siue accumulatio, fieret in colligantem, ita vt non inde difficilior euaderet exitus litis, nec diutiùs protraheretur iudicium: tunc enim cessat ratio *c.*2. *vt lite pend.* vt bene per Roch. *de iurepatron.in verb. honorificum*, *q.*23.*n.*53. Lanc. *de attent. lite pend. in præfat.n.*5-6. *&* 590. Garc. *d.c.*9.*n.*220. & fuit dictum *in Mediolanen iurispatron.* 29. *Ianuarij* 1597. *coram bona mem. Card. Blanchette*, quæ est impressa apud eundem Garc. *de benef.p.*10.*c.*3.*n.*8. *& in Aretina Capellaniæ*, 24. *Ianuarij*, 1603. *coram bo. mem. Card. Pamphilio*, *& in Romana iurispatronatus*, 9. *Maij*, 1603. *coram bo. me. Iusto*, *& in d. Compostellana parochialis*, *coram R.P.D. Merlino*; quia non liceret patrono lite pendente super titulo beneficij etiam cumulando colligantem præsentare; quando per illam præsentationem daretur occasio litigandi, & aperiretur via, ne lis finiatur, Rot. *dec.*216. *n.*7 *p.*1.*recent.* Secunda limitatio est, quando quis sub iuramento promittit non reuocare, nec etiam, quod magis est, cumulare; vbi enim patronus simpliciter promisit, & iurauit non reuocare, non dicitur contrauenire per secundum præsentationem; quia reuerà non reuocat primam, sed solummodo addit, & cumulat, ita vt Ordinarius possit etiam primum præsentatum instituere; sic rectè animaduerterunt Castr. *cons.*361 *n.*4.*lib.*1. Rip. *in rub. de iudic.n.*68. Lambert. *de iurepatr.p.*1.*lib.*2.*q.*4.*art.*13. *n.*3. *& p.*2.*lib.*1.*q.*7.*art.*16.*n.*2. quos refert, & sequitur Bursat. *cons.*369.*n.*14.*lib.*4. & Rot. *dec.*547. *n.*4.*p.*3. *diuers.* Sed quod patroni signanter sub iuramento promiserunt, quòd non reuocarent neque accumularent, tunc noua præsentatio in spretum religionis iuramenti non est attendenda. Regulariter enim, licèt actus gestus contra priùs emissum iuramentum sustineatur, quamuis ipse contraueniens efficiatur periurus, prout si quis promiserit, & iurauerit non reuocare procuratorem, tamen reuocatio facta subsistit. *c.fin.* & ibi glos. communiter approbata *in verb.reuocatus, de procuratorib.lib.*6. Iurans non reuocare testamentum, si reuocaret, deierat quidem, sed valida est reuocatio, glos. *in cap. vltima voluntas* 13. *quæstio.* 2. quam extollit Couar. *in rub.de testament.par.*2. *num.*13. *vers.est & alia ratio.* Et si quis contrahat sponsalia, & iuret se non contracturum matrimonium cum alia, si tamen contra facit, & contrahit cum alia, validum est matrimonium, & penitus irritantur priora sponsalia, vt ex text. in *cap. sicut ex litteris, de sponsalib.* Quibus rationibus innixus ita in his terminis præsentationis etiam consulit Alexand. *cons.*16.*n.*3. *cum seq.lib.*3. cuius dicta ponderat Roch. *de iurepatron.verb honorificum*, *qu.*12. *num.*37. *in princ.* Nihilominus in terminis præsentationis contrarium est dicendum, quod illa scilicet, non attendatur contra iuramentum prius emissum, quoniam actus gestus contra emissum iuramentum sustinetur, quoties talis actus est, qui liberè & absolutè pendeat à sola voluntate facientis, prout est constituere procuratorem, contrahere matrimonium, facere testamentum. Ita obseruant Couar. *in cap.quamuis pactum*, *p.*2.*§.*2.*n.*5.*sub vers.sed in gloss.de pactis*, *lib.*6. Sanch. *de matrim. lib.*6.*disp.*13.*nu.*5. Non potest enim quis per iuramentum efficere, quòd actus ille non sit validus, nec coërcere voluntatem, ne validè velle possit, quod volitura est, sed hoc est solùm potestatis Superioris, vt doctè explicant Suar. *de Relig. tom.*2. *tr.de iuram.lib.*2.*c.*19.*n.*17. Sanch. *in præcepta Dec. tom.*1.*lib.*3.*c.*12.*n.*32. At quoties actus non pendet ad sui perfectionem à sola voluntate facientis, sed vel infringitur à iure, vel expectat approbationem, & factum iudicis, prout est præsentatio, quæ debet admitti ab Ordinario mediante institutione, tunc iuramentum priùs emissum impedit, ne Ordinarius teneatur approbare secundam præsentationem, nec instituere hunc secundo loco præsentatum, quia aliàs fieret particeps delicti, periuriúmque illud confoueret: ita in his terminis reprobato Alexandro dixerunt Lambertin. *de iurepatr. par.*2. *lib.*2.*q.*7.*art.*16. *per tot.* vbi *n.*4. dicit se mirari Alexandrum ita consuluisse, Grammat. *cons. ciuil.* 32. *n.*8. *&* 9. Cou. *in d. c.quamuis pactum*, *p.*2.*§.*2.*nn.*5. *vers.prædicta verò conclusio.* Ant. Gom. *ad leg* 50. *Tauri*, *num.*58. Gutier. *d.c.*13.*vers. his autem non obstantibus.* Spin. *in speculo testamentor.gloss.*4.*n.*77. Matienf. *l.*3.*glos* 13.*num.*7. *& tit.*10.*lib.*5. *Recop. cum seqq.* latè & eleganter Rot. *in d. Compostellana Parochialis*, 20. *Februarij* 1630. *coram R.P.D. Merlino*, vbi respondit aliis fundamentis, quæ in contrarium adduci possent.

Verùm, si laïcus secundo æquè idoneo præsentato priorem non repudiauerit, in Episcopi electione consistet, quem voluerit instituere, *d.cap. cum autem* 24. *Clem. plures, in fine, de iurepatr* cùm ex præsentatis ab Ecclesia patrona prior tempore etiam in iure potior sit habendus, quod tamen ita est intelligendum, si vtraque præsentatio post vacationem Ecclesiæ facta fuerit: nam si antequam Ecclesia vacaret, vnius facta fuerit præsentatio, nihil secundo præiudiciat, qui post vacationem fuit præsentatus; quia prior præsentatio nulla extitit, & inualida, *cap.illud*, *de iurepatr.* Item præsentatio secunda etiam ab Ecclesiasticis facta eo casu est admittenda si prior fuerat minus legitimè institutus aut præsentatus indignus, *c. fin. eod.tit.* sicut etiam institutio à laïcis, vel Ecclesiæ concessio non canonicè facta irritatur, & alterius præsentatio admittitur, *c.cùm laici.* *& c. suggestum*, *eod. tit.* 178
Vbicunque autem inter plures cumulatiuè præsentatos ad idem beneficium omnia paria esse constat, habens instituere poterit optare, & quem voluerit instituere, cum hoc casu locus sit gratificationi, gloss. *verb.iudicio Episcopi*, *in d.c. cum autem* Roch. *d.verb. honorificum*, *quæst.*15. *num* 4. Cæsar. de Grassis *dec.*1.*n.*9. *de iurepatr.* Cald. Pereira *de renou.emphyt.q.*17.*n.*33.*cum seqq & q* 18. *n.*23. Mar. Anton. *var.res.*104.*n.*2.*in fine.* Campan. *d.c.*13.*n.*445. vbi *n.*446. secus ait dicendum, si reliqua non essent paria. 179

Quiotò

180 Quintò si Ecclesia iurispatronatus est conuen-
tualis, instituit Episcopus sine præsentatione pa-
troni, quia in Conuentuali Ecclesia (vbi scilicet
plures conuenientes ius habent eligendi Prælatum)
electio Prælati ad Capitulum spectat, vt *lib. 1. c.*
de elect. vidimus, quæ sine interuentu patroni est
facienda; sed ipsius postulari debet consensus,
gloss. *verb. honestius.* Abb. *numero* 8. Zabarel. & alij
in dict. cap. nobis 25. *de iurepat.* idem Abb. *num.* 2.
in cap. cùm terra, de elect. Rocch. *de iurepatron. verb.*
in Ecclesia, quæst. 2. *num.* 2. *& quæst.* 3. *numer.* 8. Paul.
de Cittad. *part.* 3. *quæst.* 32. *numer* 41. Lambertin. *d.*
181 *lib.* 2. *part.* 1. *q.* 5. *art.* 1. *à num.* 9. *& art.* 2. *à princ.* qui
intelligunt procedere in postulatione consensus,
ad effectum, vt patronus electionem approbet, &
laudet, manente ipsius validitate quantumcunque
illam recusauerit: nam, cùm huiusmodi consen-
sus tantummodo in obsequium, & remuneratio-
nem beneficij accepti postuletur, & tale obse-
quium, seu remuneratio non dicat prædictum
consensum præcisè esse obtinendum, rectè fit, vt
talis consensus ita requiratur vt velit, nolitve va-
liditas electionis permaneat, prout explicant
Abb. *in cap. sacrosancta, num.* 6. *de elect.* Paul. de Cit-
tad. *dict. n.* 41 Roch. *d. q.* 2. *n.* 2. Causler. *d. decis.* 321.
num. 5. *& decis.* 4 5. Pro quo intellectu facit ver-
bum illud, *honestius*, de quo *in d. cap. nobis*, quod
quidem supponit honestè fieri, si patroni consen-
sus non requiratur, prout in simili probat text. *in*
cap. commissum. 16. *de sponsalib.* ibi *tutius.* & iun-
cta communi interpretatione, de qua ibi. Nec
huic intellectui refragatur text. *in c. Abbatem, il.* 2.
18. *q.* 2. siquidem omissis multis declarationibus de
quibus communiter Doctores, satisfit si dicas text.
illum solùm voluisse habendam esse rationem
ipsius patroni, & certiorem esse faciendum de ele-
ctione Prælati in Monasterio, cuius patronus exi-
stit non verò constituere consensum patroni præ-
cisè esse requirendum, vt aliquid impediat, vel
officiat electioni iam factæ, prout voluit *gloss.* 1. *cap.*
principali 63. *dist.* Vnde iam colliges non vide-
ri veram sententiam gloss. *verb. honestius in d. cap.*
nobis, dum videtur velle, de necessitate præcisa fo-
re postulandum assensum patroni, ita vt sine illo
non confirmetur electio: idem dicit apertiùs gloss.
verb. Princeps in cap. de hoc, de simon. sequitur Host.
relatus à Zabarel. *in dict. cap. nobis quæst.* 3 aduer-
tere namque debuissent solùm postulari consen-
sum in obsequium & reuerentiam patroni ad il-
lum tantùm effectum, vt coram Diœcesano, si
aliqua sciat opponat quæ de Iure debeant impe-
dire confirmationem, prout resoluunt supracitati,
aliàs data confirmatione sine requisito consensu,
vel illo non dato, permanet ipsa in sua firmitate,
vt admittit Lambert. *d. lib.* 2. *p.* 1. *quæst* 5. *art.* 2. *n.* 9.
Supradicta autem limitantur non procedere stante
conditione in contrarium in eadem Ecclesia Con-
uentuali apposita de consensu Episcopi in funda-
tione, constructione, vel dotatione ipsius; siquidem
illa prædicto modo opponi potest, per quam pa-
tronus in eadem Ecclesia Conuentuali Prælatum
præsentare possit. Ita in specie Paul. de Cittad. *d.*
loco, Roch. 1. *quæst.* 2. *num.* 3. Lambertin, *d. lib.* 2. *p.* 1.
182 *quæst.* 5. *art.* 1. *numer.* 23. Eodem modo limitatur lo-
cum non habere respectu Præbendarum, Capella-
rum, seu aliorum beneficiorum, quæ extiterint in
eadem Ecclesia Conuentuali: in his enim non da-
tur inconueniens, quominùs patronus præsentare
possit, vt probatur *d. c. nobis, vers. secus tamen*, Con-
cil. Trid. *d. sess.* 25. *de reform. cap.* 9. *vers. reliqua.* Abb.
in cap. suggestum, num. 3. *de iurepatron.* Paul de Cit-
tad. *vbi suprà* Roch. *d. q.* 2. *n.* 3. Lambertin. *d. q.* 5.
art. 1.

Sextò, si patronus est clericus, aut Ecclesia, 183
Romanus Pontifex, aut eius Legatus de latere, po-
test absque eius præsentatione instituere in eadem
Ecclesia Rectorem, *cap. dilectus, de offic. legati, cap.*
cùm dilectus, de iurepatr. Si verò sit laïcus, id solùm
Pontifex potest, glos. *verb. quemquam præsentare, in*
d. cap. cùm dilectus. Cabed. *de patronatib. Regiæ Coro-*
næ cap. 35. *num.* 1. *&* 2. Viuian. *in praxi Iurispatron.*
lib. 14. *cap.* 1. *à num.* 98. *in vltim. impress.* & diximus
lib. 1. *cap.* 2. *vers.* 37.

Denique, si patronus iuspatronatus amittat, 184
eius, de cætero præsentatio non attendetur: quo-
modo autem hoc ius amittatur dicemus infrà *hoc*
eod cap. n. 254. *cum seqq.* Est autem circa prædicta
notandum primò, quòd differentia esse videtur
inter patronum laicum, & Ecclesiasticum, vt ex
iis, quæ diximus, conijcere licet. Porrò patro-
nus ecclesiasticus intelligitur persona ecclesiasti-
ca, quæ nomine Ecclesiæ, aut Monasterij, vel Ca-
pituli sit patrona; adeò vt alioquin nihil ea in re
à laïco patrono differat, vt suprà diximus Plus au-
tem Iuris videtur Ecclesia laicis patronis, quàm
ecclesiasticis dare: nam ecclesiasticus non potest,
sicut laicus, in præsentatione variare; neque si
præsentet indignum, excedere Iuris terminum ad
alium præsentandum potest, sicut laicus posse vi-
detur qui & dat Episcopo electionem, quem ex
duobus æquè idoneis præsentatis instituere velit,
cum in præsentatione ecclesiastici patroni prior
nominatus debeat priùs institui, & denique laï-
ci præsentatio à solo Romano Pontifice potest
contemni, cùm Ecclesiastici præsentationem
etiam Legatus spernere valeat, vt proximè vidi-
mus, Est & alia differentia ex Concilij Triden.
decreto *sess.* 24. *de reformat. cap.* 18. quòd patronus
laïcus ad parochialem Ecclesiam vnicum eligit, &
præsentat, atque examini subijcit, alios ad exa-
men teneri videtur admittere, ex approbatis ve-
rò digniorem, quem præsentet, eligere. Causa hu-
iusmodi imparitatis ea potissimùm esse videtur,
quòd istud iuspatronatus magis in laicorum fauo-
rem ab initio probatur fuisse institutum *in c. piæ*
mentis, cum seqq, & in cap. quicunque, cum seq. 16.
quæst. 7. vt ad iuuandam Ecclesiam patroni ef-
ficerentur, quò magis ipsi indigere quàm personæ
Ecclesiasticæ comprobantur, hæc generalis causa
videtur præter eas causas, quæ iuxta subiectam
materiam specialiter diuersitatem ostendunt, vt
vidimus.

Restant quædam de præsentatione notanda, an- 185
tequam de translatione iurispatronatus agamus.
Notandum est igitur primò, quod patronus pu-
tatiuus debet præsentare, & non alius qui caret
possessione, & licèt bonum ius habeat in proprie-
tate, ita per text. *in cap. consultationibus, de iurepatr.*
resoluunt Roch. de Curte *verb. competens, quæst.* 19.
num. 39. *cum seq.* Gutier, *consil.* 4. *num.* 34. Gonçal.
ad regul. 8. *Cancellar. gloss.* 45. §. 2. *num.* 6. Salgado. *de*
protect. regia, tom. 1. *par.* 3. *cap.* 10. *cum seq.* Rot. *de-*
cis. 167. *num.* 7. *part.* 5. *diuers.* Existens enim in
quasi possessione iurispatronatus, seu præsentan-
di, validè præsentat, & eius præsentatio admit-
tenda est, ac proinde institutio sequenda *gloss.* 5.
Innocent. Butr. *numer.* 1. Ancharan. *num.* 1. *&* 5. *in*
d. cap. consultationibus. Roch. *dicto verb. competens,*
q. 14. *num.* 28. *& q.* 22. *num.* 44. Aloys. Ricc. *in tr. de*
nouiss. prob. iurispatr. resol. 84. Seraph. *dec.* 1382. *n.* 4.

Mantic.decis.86.num.1.Mascard.de prob.concl.173.
num.5.Rot.decis.176.num.3.par.2.recent.vbi benè:
& in Ferrarien. Archipresbyteratus.16. Iunij,1628.
187 coram.R.D.meo Coccino,in vers.& prædicta,vbi fuit
dictum præsentatum ab existente io possessione
præsentandi, etiam quòd oullum detegatur ius
possessoris,non debere amoueri: latissimè Ego ipse
188 in collect.ad.d.cap.consultationibus,nu.5.vbi n.6.re-
fero plures Doctores ad hoc, quòd iurispatrona-
tus possessio acquiritur etiã ex vnica presẽtentatio-
ne sequuta institutione,de quo etiá Garc. de benef.
par.5,cap.5.n.59 Rot.in Sarnen.beneficq, quam re-
fert Aloys.Ricc.de nouiss.probat.iurispatr.resol.229.
& 216.Posti de manut. obs. 71. n. 53. me citato in
hoc loco Noguerol. tom.1.alleg.28.n.54.

189 Ad acquirendum verò huiusmodi possessionem
iurispatronatus,plura requiruntur: & primò,quòd
ille, qui vult præsentare, præsentauerit bona fide:
secundò quòd præsentatio fuerit admissa: tertiò,
quòd institutus fuerit habitus tanquam Rector in
possessione Rectoriæ:quartò,quòd præsentans cre-
dat vti iure suo:quintò,quod ille in in cuius præiu-
dicium possessio quæritur, hoc sciat, & patiatur.
Colliguntur hæc ex Caldio.cons.12. de iurepatron.
Roch.d.verb competens,quæst.14. à.nu.35.Lambert.
lib.2.part.1.q 3.art.10.Aloys Ricc.vbi proximè,re-
sol.214.cum seq.Rot.in d.Ferrarien. Archipresbyte-
ratus.

190 Sed est notandum,quòd hæc quasi possessio præ-
sentandi non transit in hæredes præseotantium,
sine noua apprehensione, Achil. decis. 5. de caus.
possess.Capuraq.decis135.& 420.part,2..Verall.de-
cis.420.part.2.Rot.decis.150.num.2.& decis. 260.
numer.4.& decis.337.num.5.part.2.recent. Mantic.
decis.88.numer.5.Rot.in Lucana Parochialis,7.Fe-
bruarij,1620.coram bo.mem.Vbaldo,& in Vrbeneta-
na fideicommissi,3.Aprilis, 1509. coram R. D. meo
Coccino Deccano, quam refert Aloys. Ricc. in tract.
de nouiss.probat. iurispatron.resolut.226.vbi fuit di-
ctum,quòd licèt præsentaos ab eo, qui est in qua-
si possessione præsentandi debeat institui, hoc
tamen iotelligendum, quando constat de iure-
patronatus, & quando illemet, qui hodie præ-
sentat,aliàs præsentauit: quia Rota tenet illam
opinionem, quòd possessio defuncti non traosfer-
tur in hæredem sine noua apprehensione, iuxta
text. in l.cùm hæredes,vbiDoctores ff.de acquir.poss.
me citato in hoc loco Noguerol.dict.allegat.28. nu-
mero 64.

191 Secundò nota, quòd ex pluribus patronis sin-
guli possunt alternis vicibus præseotare, aut om-
nes simol in præsentatione coocurrere,prout con-
uenerit inter eos, Clem.plures, de iurepatron. &
si fuerint in præsentando discordes,maioris par-
tis sententia præferetur,cap. quoniam 3. de iurepa-
tronat.Massobr.in sua praxi habendi concursum,præ-
lud.7.dub.22.num.12. secundùm Roman. impress.
Marc.Anton.var resol.lib.1.resol.104.num.1.Aloys.
Ricc.in dict.praxi resol.173.Rot.decis.625.num 2.
& 3.part.1.recent. vbi numer.3. subdit, quòd si à
maiori parte electus fuerit indignus, & à minori
presentatus dignus sit, is vltimus admitti debet
ad beneficium;quia vbi præseotatio indigni scien-
ter fit à maiori parte patronorum, totum ius de-
uoluitur ad præsentatum à minori parte, si præ-
sentatio fit à pluribus patronis, vti singulis, non
autem à Collegio, vel Vniuersitate, vt obseruat
192 ea Rot. decis.568.num.1.dict.part. 1.recent. Plu-
res tamen hæredes vnius patroni defuncti pro
vno tantùm simul patrono reputantur, & vnius
tantùm vocem habebunt ad Clem. plures, Azeued.
l.9.numer.2.tit.6.lib. 2. nouæ recop. enim potest di-
uidi inter eos patronatus, cùm sit res incorporalis,
c.1.de iurepatr.Cou.var.lib.3.c.19.n.5.in princ.Ma-
tant.in repet.l.is potest n.33.& 34 ff. de acquir. hæ-
red.Gonzal.ad reg.8.Cancell.gloss.45.§. 1.n. 6.Pe-
regr.cons.34 n.2.cũ seqq.vol.1.Camp,d.rub.12.c.13.
ex n.379.quare plures hæredes non succedũt in ius
istud in capita,sed in stirpes,vt infrà videbimus.

Tertiò nota,quòd patronus Clericus, etiam 193
idoneus,& benemeritus, non potest se ipsum præ-
sentare, cap.per nostras 26. de iurepatro. Paul. de
Cittad.part.6.quæst.48.artic. 3.num. 89.cum seqq.
Lambertin.d.lib.2.part.1.quæst.8.art.1.num.6.Fla-
min.Paris.de resignat,benefic.lib.9.quæst.17.n.112.
Campan.de rubr. 12.c. 13.num. 398.Mar. Anton.
variar.resolut.lib.1.resolut.51.num.1.Ego ipse dict.
allegat.61.num 85.Rot.in Spoletana Capellania 16.
Maij 1623. coram bo.me.Buratto, & in Regien. Iu-
rispatronatus 15.Ianuarij,1624.coram R.P.D. meo
Pirouano, & in eadem 5. Martij, 1625. coram bo.
mem.Vbaldo. Ratio est,quia in præsentatione pa-
troni de ipso facta vitium ambitionis reperiri
censetur:nam, cùm non solùm prohibeantur il-
la,quæ per se mala sunt, verùm etiam illa, quæ
speciem mali repræsentant, & præsentatio de se
facta propter prædictum vitium in illo præsump-
tum mali speciem habere censeatur, argum text.
in cap.quia in tantum, & in cap. cùm indultum, de
præbend.meritò patronus se ipsum ad Ecclesiam pa-
tronatam vacantem præsentare non potest.

Vnde,cùm in d.c.per nostras, solùm de Ecclesia- 194
stica prælatione mentio haberetur videbatur in-
ferri ad beneficium simplex se patronum præsenta-
re posse,vt probant Lambertin. dict.lib.2.p.1.q. 8.
art.2.à numer.6.Peregr.consil.18.num.15.lib. 5. Io-
seph.Ludouic.concl.42.col.16.vers.ampliatur quin-
to Ciarlio.controuers.forens.c.59.numero 8.vbi n.13.
declarat nisi sit primus fundator.Rot.in d. Regien.
Iurispatronatus, 15. Ianuar. 1624. coram R.P. D.
meo Pirouano. Sed contrariam sententiam tenuit
Ioan. Andr & communis in præsenti:pro qua facit,
quia d cap.per nostras, agit de Personatu, ad quem
dicit patronum non posse seipsum præsentare, &
tamen constat Personatum esse beneficium sim-
plex, cap.super eo. de præbend. lib. 6. Facit rursus,
quia ratio in qua text.in d. c.per nostras, fundatur,
& in decisione exprimitur etiam in simplicibus
beneficiis reperitur, & colligitur ex Concil. Trid.
sess.24.de reformat.cap. 17.ibi, improba cupiditatis
affectu & ibi,vnum tantum beneficium, &c. ac pro-
inde dicendum est io illis etiam prohibitionem
illius text.locum habere: licèt enim aliqua decisio
exorbitans etiam contra Iuris regulas sit, non est
inconueniens, quòd accomodetur ad casus, de
quibus non loquitur, si in illis verificatur ratio
ipsius dispositionis: dummodo tamen in eadem
dispositione exprimatur, prout notatur in reg.odia,
de regul. iuris,lib.6 & ideo Rot.re maturiùs discus-
sa adhærere noluit opinioni Lambert.& sequa-
cium, vt videre est in Regien. Iurispatronatus, 5.
Martij, 1625.coram R.P.D. meo Pirouano,refert &
sequitur Ferentil. in annot. ad decis. 306.Buratti,
litt.A.

Quod adeò verum est,vt nec procurator consti- 195
tutus à patrono ad præsentandum, possit se ipsum
præsentare,vt per Gonzal.ad reg.8 Cancell.gloss. 2.
n. 57.& seq.quem refero Ego ipse d.alleg.72.n.88.
imò nec ipse patronus poterit procuratorem depu-
tare,qui eundem constituentẽ ad Ecclesiã vacantem
nominet

nominet Flamin.d.q.17.numero 113.Caputaq.de-
cis.397.par.2.Ciarlin.d.c.59.nu.11.Rot.decis.185.
par.2.diuers.vbi etiam fuit dictum, qnòd si procu-
rator deputatus fuerit à pluribus patronis ad præ-
sentandum, & vnum ex dictis constituentibus
præsentee, dummodo comparuerit nomine om-
nium, valet actus, refere Campan. d.c.13.numero
196 399.quia etiam quando plures patroni sunt cle-
rici, videlicet, aut vnus laicus, & alter clericus,
possunt ex se ipsis vnum nominare, & præsentare,
cui præsentationi à solis compatronis intra tem-
pus debitum de ipso factæ consentiat, non verò
se ipsũ præsentet, glos. verb. concedant in c. consuluit.
35. de iurepatron. Roch. verb. honorificum. qu.4. princ.
numero 20. Abb. cons.25. vol.2. Lambertin. d. lib.2.
par.1.q.8.art.5. Aloys. Ricc. in d. praxi resol. 179.n.
3. Mar. Antonin. var. lib.1. resol.51. num.5. Ego ipse
d. alleg.72. numero 91.
197 Et quamuis iuxra supradicta patronus non
possit se ipsum præsentare, potest tamen filium;
cùm in illo, & quòd sit alia persona diuersa, defe-
cerint rationes, propter quas prohibetur patrono
se ipsum præsentare; tum quia filius patroni non
debet esse deterioris conditionis, quàm reliqui
omnes extranei, qui per patronum parentem præ-
sentare possunt; aliàs enim fauor, quem Ius Ca-
nonicum in remunerationem beneficij patronis
facere intendit, in illorum odium retorqueretur,
contra reg text. in l. quod fauore, ff. de legib. & in reg.
quod ob gratiam, de regul. iuris, lib.6. Quare ita resol-
uunt gloss. d. verb. concedant. Paul. de Cittad part.
6. numero 3. Lamber. lib.2. par.1. quæst.8. art.12. Ti-
taq. de iure primog. q.33. numero 1. Richard. & Kir-
chou. tom.1. commun. opin. lib.1. tit.4. numero 5. & 6.
pag.167. Spin. in speculo testam. glos.4. princ. numero
80. Azot. Instit. moral. p.2. lib.6. cap.21. quæs.1. & 2.
198 Flamin Paris. de resignat. lib.9. q.17. numero 122. &
plures alij per me citati d. alleg.72. numero 93. Non
obstat d. cap. consuluit; quia tantummodo prohibet
patronum filio suo Ecclesiam partonatam con-
ferre; sicut similiter vnicuique extraneo conferre
non potest, cap. præterea, 4. de iurepatronatus, non ve-
rò prohibet in eadem Ecclesia patronata filium
patroni per patrem præsentari Prælato, qui eidem
institutionem exhibere tenetur; idque manifestè
colligitur ex verbis illius textus, ibi, propria au-
ctoritate detineantur, & ibi, concedant; quæ quidem
verba benè in collatione, minimè verò in præsen-
sentatione verificantur.
199 Si autem patronus, qui vnicus est, vellet suum
de iurepatronatus adipisci beneficium, qua mede-
la ad illud assequẽdum vti possit, non abs re quæ-
ret aliquis? Et vno ex duobus modis sibi succur-
rere posse tradunt communiter Doctores, quorum
vnus est, vt Episcopus conferat dictum beneficiũ
eidem patrono inhærenti, atque assentienti hu-
iusmodi collationi, vt longa serie post alios tuta-
tur Lambertin. par.1. lib.2. q.8. art.4. Ciarlin. d. cap.
59. numero 16. Alter verò est, & magis securus, vt
patronus procedat per viam deprecationis & sup-
plicationis factæ Episcopo, vt sibi conferat bene-
ficium, quo casu poterit Ordinarius illum gratifi-
cando admittere, Lambertin. d. q.8. art.3. Ioseph.
Ludou. concl.42. vers. ampliatur 6. Zerol. in praxi
Episcop. p.1. verb. iuspatron. §.21. Rot. in d. Regien. iu-
rispatr. 15. Ianuar. 1624. coram R.P.D. meo Pirona-
no, & in eadem, 5. Martij, 1625. coram bona mem. Vb-
aldo, & in Barchinonen. benef. 1. May, 1625. coram eo-
dem D. meo Pirouano, cum aliis citatis per Feten-
till. in annot. ad dec.316. Buratti, n.19.

Quartò, quòd propter discordiam patrono-
rum, vbi different concordare, nec potest alteri 200
Ecclesiæ prouideri, debet Episcopus ibi Missæ
celebrationem interdicere, & ostia claudere, ac
Reliquias inde extrahere, donec ad concordiam
venerint, c. si plures, 16. q.7. c.1. & 2. de iurepatron.
Lambert. d. lib.2. q.1. art.31.

Quintò, quod patronus à præsentato nihil po- 201
test exigere temporale, nisi quod in ipsa funda- 202
tione constat impositum, c. sicut, de supplen. neglig.
Prælat. cap. præterea, de iurepatron. Simoniaca enim
dicitur præsentatio, quando aliquid datur, vel
promittitur pro habendis vocibus, seu præsenta-
tionibus patronorum, cap. veniens, il 1. vbi Abb. &
Dec. in 2. not. Nauar. in man. cap.23. numero 100. vers.
nam cùm quis. Roch. de Curte de iurepatron. verbo,
& vtile, quæst.3. numero 19. Lambert. in simili tract.
lib.2. par.1. quæst.9. art.8. Rot in commen. capella, 16.
Martii, 1595. & in Romana iurispatron. 29. Ia-nua-
ris, 1601. coram bona mem. Card. Millino; quamuis
id fiat, etiam ipso præsentato ignorante, cap. pen. de
elect. cap. nobis, de simon. Rot. decis. 285. numero 3.
p.1. diuers. & in d. Commen. capella. Si verò præsen- 203
tatio fiat sob conditione, seu onere celebrandi Mis-
sas, minimè erit simoniaca, nisi onus Missarum
impositum præsentato, spectaret ad ipsum præ-
sentantem, cùm per tale pactum releuetur ab il-
lo onere, vt fuit resolutum in Romana iurispatro-
natus, 10. Decembris, 1600. coram eodem Card.
Merlino; vbi etiam habetur conditiones, quæ
de iure insunt, non inducere simoniam; ac pro- 204
pterea simoniaca non erit præsentatio facta cum
onere defendendi iura beneficij, recuperandi
bona, & congerendi in vnum scripturas attinen-
tes ad beneficium, cùm hæc spectent ad institu-
tum in beneficio, vt per Lambertin. lib.3. quæst.2. in
princ. numere 2.

Neque potest patronus promittere præsenta- 205
tionem, antequam vacet Ecclesia, nec ante id tem-
pus potestatem præsentandi concedere, cap. fin. de
concess. præb. Cassad. decis.5. de iurepatron. Cosm. in
pragm. sanct. tit. de collat. §. reseruationes in glos. verb
vacaturorum. vers. quemadmodum enim, Nicol. Del-
phin, de iurepatronatus lib.2. n.192. Pot. decis.238. n.
3. lib.1. in correct. Nicol. Garc. de benefic. part.10. cap
1. à numero 4. Rot. in Fauentina beneficij, 13. Iunii,
1614. coram bona mem. Buratto, inter eius impressas
decis.61. numero 1. vbi Fetentill. in annot. lit. A. re-
fert plures.

Sextò, quòd præsentatus à patrono, si est ido- 206
neus, non est repellendus, sed in Ecclesia insti-
tuendus, alioquin ad Superiorem recursus habe-
bitur, cap. significasti, de iurepatr.

Septimò quoad ius instituendi notandum est, 207
quòd patronus ipse ius instituẽdi, aut destituendi
Rectorem in Ecclesia non habet, cap. præterea, cap.
quòd autem. in fine, cap. querimoniam, cap. cùm laici, c.
consuluit, de iurepatr. quamuis esset ecclesiasticos
patronus, cap.1.16. quæst.1. cap. sicut, de supplen. ne-
glig. Prælat. Institutio autem regulariter ad Epi-
scopum Ordinarium solet pertinere, d.c.1. ex fre- 208
quentib. de instit. c.1. eod. tit. lib.6. cap. cùm satis, de
offic. Archid. Lambertin. d. lib.2. par.3. q.1. princip.
art.10. num.1. Vgolin. de offic. Episcop. cap.51. §.4.
numero 1. Mat. Anton. var. resol. lib.1. resol.47. n.6. &
resol.55. numer.11. in fine: quamuis aliis quoque ec-
clesiasticis personis vel Capitulis, aut Monasteriis à
fundatoribus sit relicta; quia in ipsa fundatione
conditio apponi potest, quòd institutio spectet ad
inferiorem, de consensu tamen Episcopi. Abb. in
c. cùm

c.cum dilectus,notab. 3.*de consuet.* Roch. *de iurepatron.verb.pro eo,quod de Diœcesani consensu.nu.* 25. Lambert.*in simili tract.lib.* 1.*par.* 1.*qu.*9.*princ.art.*1. *num* 55.*&* 96. Mar.Antonin *var.resolut.* 1.*a num.*4. quod tamen hodie per decretum Concilij Trid. *sess.* 14.*de reform.c.*12.*&* 13. correctum, quo cauetur,vt deinceps in fundatione, vel dotatione Ec-
209 clesiæ institutio Rectoris Episcopo, non autem inferiori sit reseruanda: Sede autem vacante Capitulum vice Episcopi instituit, *cap.*1.*de instit.li.* 6.Quarant.*in sum.Bullarij,verb.Capitulum Sede vacante,vers.qua conclusio.pag.*138. Nicol.Garc.*p.*5.*c.*
210 7.*numero* 54. Et Vicarius etiam viuente Episcopo absque speciali facultate id valet efficere, *d.cap.ex frequentibus,*cum citatis per me *par.*3. *alleg.*54.*nu-*
211 *mero* 70. Potest quoque Prælatus inferioribus ius instituendi competere ex causa speciali, nempe, ex priuilegio, seu præscriptione immemoriali, aut consuetudine legitimè præscripta, vt latè
12 probaui *d.n.*3.*alleg* 72.*numero* 184.*cum seqq.* Institutio autem illa, quæ fuerit facta in contradictorio iudicio, habebit vim diffinitiuæ, & causabit attentata,glos.*verb.Ioannes,in cap.fin.de elect.in* 6. Io:n.Andr. *in cap. auaritia,ante numero* 4 *vers.item facta* Gemin. *ante num.*8.Franc. *num.*5.*de elect.lib.* 6. Rota in *Ferrarien. Archypresbyteratus* 1 6. *Iunij,* 1628.*coram Reuerendissimo D. meo Coccino Decano, vers. primo.*

213 Octauò;quòd institutio ab alio, quàm ab Episcopo,facta, vel eo, qui vices ipsius sustinet, & præsentatio alteri facta, est ipso iure nulla, atque inualida,*cap.illud,cap.relatum,de iurepatron.*nisi(vt prafati sumus) antiqua fundatio id alteri, quàm Episcopo reseruasset, & institutio ab ipso patrono proprio auctoritate facta, est irrita, *d.capi. illud*, sicut & illa quam Episcopus absque patroni præsentatione fecerat,*cap. decernimus* 16.*quæstio.*7. extra casus exceptos, quos suprà exposuimus. Institi autem ab Episcopo non possunt sine eius auctoritate destitui, *cap. vnic. de Capell. Monach. lib.* 6. patronus verò sicut nec instituere,ita destituere Rectorem non potest, vt diximus.

214 Nonò, quoad præeminentiam, & vtilitatem patrono obuenientes, est aduertendum, illi deberi honorem processionis,*cap.nobis,de iurepatron.*vbi glos *verb.modeste* Butr.*nume ro* 2.Abb.*n.*5.& Anan. *n.*9.Roch.*verb.honorificum,q.*63.*n.* 98. Lambertin. *lib.*3.*q.*1.*art.* 1 *à princ.*Azor.*instit.moral.p.*2.*lib* 6. *c.*20.*q.* 2. Intellige de honore continuo processionis respectu vltimi loci illius, in quo patronus tenetur præcedere debet prope Prælatum in solemni processione, si in illa Prouincia maior honor sit sequi, quàm præcedere, prout in specie resoluit Angel. *in summa,verb.Iuspatronat.* Paul.de Cittad.

215 *par.* 6. *q.* 1. Nam patronus aliis debet præferri in præeminentiis honorabilioris Sedis dignioris loci,ac anterioritate in suscipienda pace, thurificatione,& aliis consimilibus, Roch. *vbi proximè nu.* 99. Mantic. *decis.* 244. *numero* 2. Fran. Leo *in thesauro Eccles.par.*2.*cap.* 16. *cum.*72 Bellet. *disquisit.clerical.par.*1.*tit.de Clerico debitore,§.*14.*nu.* 10. *vers.ratio,*Cauales. *decis.*321.*num.*1.vbi *n.*4.subdit pariter præeminentiam habere, vt possit defendere Ecclesiam, & denuntiare personas lapidantes eius bona,imò & persecutari, ne à beneficiato dilapidentur Roch.*verb onerosum,n.*3. Lambertin. *d.lib.*3.*q.*2.*princ.art.* 5. necnon reuocare alienationem perperam,& indebitè factam,idem Roch.*verb. honorificum sub.n.* 10.

Patronum ad inopiam vergentem ali Ecclesia, vt probatur in *d. cap. nobis, & in cap. quicumque,* 216 ibi,*suffragium,vita,& c.*16.*q.*7 Butr.*n.*22.Abb.*n.* 6. Anan.*n.*9.*in,d.c.nobis,*Roch.*verb.vtile.q.*1.*numer.*1. Lambertin.*d.lib.*3.*q.*3.*art.*1.Gig *de pe-sionib.q.*23. *n.*1 Molin *de primogen.lib.*1. *cap.*14.*n.*21. Corduba de Lara *in l si quis à liberis.*1.*solent.n.*20.*cũ seqq. ff.de liber.agnosc.*Surd.*de alimen. tit.* 1.*q.*54.*per tot.* Grilençon.*cons.*15 1.*à n.*12.Campan.*d.rub.*11.*c.*27. *sub n.*22. Rot. *dec.*594.*num.*5.*p.* 4. *diuers.* vbi fuit dictum ad hoc ipsum patronum summam egestatem probare teneri. Sed ego existimo, non esse necessarium, quòd patronus in summa egestate positus sit, sed sufficere, quòd iam iam ad paupertatem deueniat, ita vt verum sit dicere, quòd iam, secundùm qualitatem suæ personæ sustentari non potest ex suis bonis, vel aliunde, puta ex aliquo opere suo,quod licitè, & honestè exercere possit, attenta qualitate suæ personæ, propter text. *in d.l. si quis à liberis.§.sed si filius.de liber.agnoscen.* Patet si expendas id importare venire ad inopiam, vt probat text.*in cap.*1.*§.sane, de statu Monach.lib.*6. iuncta decisione text.*in l.nepos Proculo* 125.*in fine. vers.potest ff.de verbor. signif.* & ita in specie Lambert.*d.lib.*3.*q.*3.*art.*3.*n* 6.Quidquid glos. *verb. ad inopiam,in c.quicumque.*16.*q.*7. contrarium velit, existimant oportere in summam egestatem esse deductum patronum: contra quam, vltra prædictam rationem,viget text.*in d.cap.nobis,* ibi,*ad inopiam vergat;* quæ quidem verba non requirunt nisi tantùm illum casum, in quo ipse ex his bonis commodè, vel aliunde sustentari nequeat, vt eleganter probat Iurisconsult. *in l. si constante,* 24.*in princ.ff.solut. matrim.* vbi agens de illo, qui vergit ad inopiam,ad effectum, vt repetitio dotis contra illum intentetur, dicit talem esse, qualem constat iam aliquid minùs habere ex illis bonis, quibus antea dos poterat præstari. Patet ibi, *ex quo euidentissimè apparuerit mariti facultates ad dotis exactionem non sufficere*; prout tradit in specie Nouell. *de dote,p.*6.*q.*70 Campeg. *eod.tract.p.*2.*q.*19. Palat. *in repet.c.per vestras,de donat.inter vir.& vxor.§.*17. *&* 18.Anton.Gom.*l.*50.*Tauri,n.*33.

Declara, tunc demum Ecclesiam debere dare 217 alimẽta patrono pauperi,si superest, vltra id, quod necessarium est ad Dei cultum, & ministrorum alimenta, vt per Abb.*d.cap.nouit.num.*6 & Butr.n. 22.Roch *d.verb.vtile,num.*1.*&* 2.Cassiad.*dec.* 3.*n.* 2.*de iurepatron.*Roland.*cons.*2.*n.*33. *lib.*1. Surd. *de aliment.*7.*q.*3. *à princ.*Rot.*dec.*454.*p.*1.*recent.* Ali- 218 mẽta autem huiusmodi in domo propria patroni, & non in ipsa Ecclesia, sunt præstanda, Rebuff.*in tract.congrua portionis,n.*97.Corduba de Lara *in d. l.si quis à liberis,§.solent.n.*28.Surd.*de alimen.tit.*4 *qu.*14 *num.*21. non solùm pro se, verùm etiam pro vxore,filiis,& familia,idem Surd.*d.tit.*4.*q.*18.*num.* 18.*& tit.*7.*q.*32.*n.*30.Grilenzon.*cons.*151.*n.*25.in tegra,scilicet,id est, cibus, potus, vestis, lectum, & alia omnia, quæ sub alimentorum vocabulo continentur, si ei suppetat facultates: iidem Surd. *d.tit.*4.*q.*23. *à num.* 12. ita ve ex fructibus sint deducenda, non verò ad ea vendenda eß proprietas; idem Surd.*d.tit.*4.*q.*9 *n.* 11. præstando ampliora & pinguiora patrono nobili, quàm ignobili, vt ait *eod.tit.*4.*q.*18.*n.*15. Limita tamen in patrono ingrato, qui non aliter ab Ecclesia, secundùm Surd. 219 *d.tit.*7.*q.*32.*à n.*6.

Nunc verò circa translationem iurispatronatus sciendum est, quòd ius istud non extinguitur 220 morte, sed transit ad hæredes patroni, etiam extraneos,

traneos, *cap. filiis* 16.*q*.7.*c*.1 *de iurepatr.* Couat.*lib.*
2.*var.c.*18.*n*.6. & alij per me citati *d.p.*3.*alleg.* 71.
221 *n*.3. iunctis iis, quæ suprà notauimus; & ad huiuſ-
modi hæredes tranſit etiam cum vniuerſitate bo-
norum, ſed non diuiditur inter eos, *c. ex litteris*, *c.*
cum ſæculum, de iurepatron. Lambert.*lib*.1.*p*.2.*q*.5.
art.11.*cum ſeqq.& art*.5.*&* 6. *& qu*.8.*art*.1. Ioan.
Garc.*reg*.341. Emman.Coſt.*in cap. ſi pater. de teſt.*
lib.6.*p*.2.*verb. Trebellianica*, *c.n*.7.*q*.32. Ioſeph. Lu-
dou.*commun.tit.de iurepatr.concl.vnica, verſ.decla-*
ratur ſecundò, cum ſeqq. Azor *Inſtit. moral.p*.2.*li*.6.
c.20 *q*.8. Menoch.*de arbitr. lib*.1.*q*.54.*à num*.49.D.
Barboſ.*in l.diuortio.§.ſi vir.num*.46 *ff.ſolut.matrim.*
Mar.Anton.*var reſol.lib*.1.*reſol*.40.*n*.5.*& reſol*. 60.
n.13.*& reſol*.108.*n*. 22. Aloyſ. Ricc.*in collect.deciſ.*
p.5.*collect*.1679.Campan.*d.rubr*.11.*c*.13.*n*.353. In-
tellige, ſiue res principalis, cui annexum eſt iuſ-
patronatus, ſit vniuerſitas bonorum, ſiue ſit res
particularis; dummodo tamen ita inſeparabiliter
adhæreat, vt rem illam, quaſi ſuum principale ſe-
qui dicatur: tranſit enim iuſpatronatus cum bo-
norum poſſeſſione, quibus inſeparabiliter inhæ-
ret, Spin.*in ſpeculo teſtam.gloſ*.4 *princ.n*. 111. Surd.
de aliment.tit.9.*q*.22.*n*.27.*&* 28.Suar.*de Relig.tom.*
1.*tract*.3.*de ſimon.lib*.4.*c*.28.*n*.12.*cum ſeqq.& à n.*
18. quod quidem colligitur *ex d.cap.ex litteris.* ibi,
villa, in qua Eccleſia ſita eſt. ex quibus verbis ap-
paret iuſpatronatum de quo illic, annexum, & ac-
ceſſorium fuiſſe fundo, in quo Eccleſia fuerat æ-
dificata: nam, cùm in illo textu partium intentio
ſit villam transferre in totum per illam conceſ-
ſionem factam ad firmam, veluti tranſlato prin-
cipali, dixit Pontifex iuſpatronatus veluti acceſ-
ſorium tranferri, quod neceſſariò ſequi debebat
naturam ſui principalis, cui inſeparabiliter ad-
222 hærebat, ex *reg. neceſſarium, de reg.iuris, lib*.6. Intel-
lige etiam, vbi bona, & iuſpatronatus habent
quidem connexionem inter ſe, non tamen iuſpa-
tronatus cohæret bonis, ſed potiùs bona cohæ-
rent ipſi iuripatronatus, hoc pacto, vt ipſe poſſi-
deat bona; cum hoc tamen onere; vt conſulat ne-
ceſſitati, & egeſtati Eccleſiæ, cum opus fuerit,
quia tunc bona iuriſpatronatus vendi, & in alium
transferri poſſunt, dum poſſidens illa bona poteſt
aliquos fructus in ſui vtilitatem conuertere, ſeu
dum ſuperſunt aliqui fructus præter illos, qui in
vtilitatem Eccleſiæ conuertendi ſunt. Ita Suar. *de*
Relig.tom.1.*lib*.4.*de ſimon.c*.28.*n*.22. Filliuc. *tract.*
45.*c*.6.*q*.9.*n*.15. Dummodo tamen huiuſmodi bo-
na iuriſpatronatus cariùs non vendantur ob iuſ-
patronatus illis annexum, quia ipſum ius eſt ſpi-
rituale, ac proinde non eſt pretio æſtimabile, ſed
ipſa bona ſunt pretio æſtimabilia, quæ exinde
vendi poſſunt; quantum ex ſe æſtimantur, non ha-
bita ratione iuriſpatronatus, alioquin ipſum ius
vendi cenſeretur. Ita Vgolin.*de ſimon.tab*. 1. *c*. 49.
§.2.*n*.15. Suar.*d.lib*.4.*de ſimon.c*.28.*n*.13. Bonacin.
de ſimon.q.4.§.11.*n*.6.

223 Ex quibus primò infertur, iuſpatronatus con-
ſiſtens in aliqua villa, vel caſtro datu in dotem,
cum ex villa, ſeu caſtro, tranſire in maritum, vt
per Palat.*in repet.c.per noſtras. de donat, inter vir.&*
vxor.§.43.*à princip.* Baëça *de decima tutorum.c*.23.
19.*& in tract.de non meliorandis filiab*.*c*.26. *n*. 1.
Tiraqu.*poſt leges connub gloſ*.9. *n*. 7. Molin. *de pri-*
mog.lib.1.*cap*.24.*num*.3.Menoch.*conſil*.66.*num*.27.
Mantic.*deciſ*.140.*num*.2.*&* 13. Nicol. Garc.*d.cap.*
9.*à n*.147. quos refero Ego ipſe *d.p*.3. *alleg*. 71. *n*.
38. quibus addo Aloyſ.Ricc. *in tract. de nouiſſ. pro-*
bat.iuriſpatron.reſolut.191.*num*.1. Cuius illationis
principale fundamentum est, quia negari non po-
teſt iuſpatronatus annexum rei tranſire in illum,
in quem eiuſdem rei dominium, vel ſaltem poſ-
ſeſſio transfertur vt fatentur ſcribentes *in d. c. ex*
litteris, & Doctores ſuprà citati: conſtat autem 224
dominium rei dotalis, ſicut illius poſſeſſionem,
per matrimonium in maritum tranſire, *l. doce an-*
cillam.c.de rei vend. & docent Cordub. de Lara *in*
l.ſi quis à liberis:§.ſi quis ex his, à n. 249.*ff.de liber*
agnoſ. Anton.Gom.*l*. 50. *Tauri*, *n*.33. D. Barboſ.*in l.*
dotalem ff.ſolut.matrim. à n. 1. *&* 4. Si ergo iuſpa-
tronatus, & illius dominium, ſeu poſſeſſio tranſit
in maritum, neceſſariò dicendum eſt, quòd virtu-
te illius poterit maritus præſentare, ne aliàs dica-
mus manente Eccleſia patronata, deficere præ-
ſentationem ad illam; vt in terminis concludit
D.Barboſ. *in l.diuortio.§.ſi vir.n*.57.*ff ſolut.matrim.*
Accedit, quia dato matrimonio, fructus dotis ad
maritum ſpectant, iuxta reg text. *in d.§.ſi vir.* à qua
regula poteſtas præſentandi excepta non reperi-
tur; cùm fructus iuſpatronatus eſſe dicatur, *gloſ.*
vlt.in cap.cùm Bertoldus.de re iudic. & hæc eſt com-
munis, & verior ſententia: quicquid dicant Abb.
in cap, vlt.n.8.*de conceſſ præbend.* Iaſ *in d.§.ſi vir n*.7.
Felin.*in cap. cùm olim. de maior. & obed. & in cap.*
cauſam quæ, n.8.*de præſcript.* Guillelm. Bened. *in c.*
Raynutius.verb.cætera bona, *n*. 37. Vnde iam appa-
ret, quàm fruſtratoria ſit dubitatio, in qua tor-
quentur Doctores, vtrùm concurriente viro, &
vxore ad præſentandum, quæ præſentatio ſit præ-
ferenda: de qua agunt Abb. *d.n*.8. Lambert.*d. lib*. 1.
par.2.*q*.10.*art*. 2. *&* 3. Tiraquell. *poſt leges connub.*
gloſ 9.*n*. 6. Cardin. Mantic. *de tacit. & ambig. con-*
uent.lib 12.*tit*.30.*à n*.20. Campan.*d.cap*.13.*n*.362.
Siquidem ex prædictis ſoli marito ius præſen-
tandi competere conſtat: vnde non ſolùm præ-
ſentatio illius præferenda eſt, ſed & alia per vxo-
rem facta nequaquam admittenda.

Secundò infertur in conductorem caſtri, aut 225
villæ, vbi eſt iuſpatronatus, illud tranſire, vt clarè
annuere videtur text. *in d.c.ex litteris*, dum ait iuſ-
patronatus tranſire in conductorem villæ datæ ad
firmam. Verùm in explicando, an hoc ſolùm pro-
cedat in conductione ad longum tempus, an
etiam in illa, quæ ad modicum fit? mirè variant
Doctores. Nam Abb. *in cita, c. ex litteris*, *n*. 5. ſub
diſtinctione rem componit, dicens illationem
procedere, vbi locatio ad longum tempus facta
cernitur; ex aduerſo verò adducta per Doctores
contrarium tenentes, ſi ad modicum: ſequuntur
Palat.*in repet.c.per veſtras, de donat.inter vir.& vxor.*
§.43.*col*.3. Roch.*verb.ipſe velis, q*.26 *num*.54. Lam-
bert.*d.lib*.1.*p*.2.*q*.8.*art*.1. *in princ.* Caballin.*mille-*
loq.145.*inc.Ius præſentandi*, *n*.3 *p*.1. Molin. *de pri-*
mog.lib.1.*c*.24.*à n*.2. Menoch.*conſ* 90.*per tot.* Spin
in ſpeculo teſtam gloſſ.4.*princ.n*.119. D Barboſ.*in d.*
§ ſi vir.n.58. Cened.*ad Decretal. collect*.5. *num*. 10.
Aloyſ.Ricc *d. reſol*.192. *n*. 3. Pro quibus facit effi-
caciter: quia locatio ad modicum tempus nullum
dominium, nullámve poſſeſſionem transferre ſo-
let, vt docet Iureconſ. *in l.non ſolet.ff.locati, iuncta l.*
genere 3.*ff de acquir.poſſeſſ.* ſicut transfert locatio ad
longum tempus, vt probat text. *in l*.1.§.*quod autem.*
ff.de ſuperfic. conſtat manifeſtè *d.cap.ex litteris* age-
re de locatione ad longum tempus; id enim im-
portat conceſſio ad firmam, vt tradit Bart. *in l*.1. *nu.*
8. *C. de iure emphyt.* eò quod inſpecta lingua. An-
glicana talis conuentio ſic appellata ſignificat
annuum cenſum, & vti talis cenſetur facta ad de-
cennium, & importat alienationem: quod qui-
dem

dem videtur probare text. *in cap. 2. de locate.* dum in fine inquit ad firmam concedi poſſe decimas, de quibus ibi agebatur, ita vt ad alienationem non videatur extendi: ſic planè inducit, contractum iſtum ad firmam de ſe alienationem importare. Deinde faciunt verba eiuſdem *c. litteris*, ibi, *vel antequam*, &c. quibus vult text. quod ſi præſentatùs, à milite præſentaretur, antequam eſſet ſuborta controuerſia inter militem, & Abbatiſſam, ille præualeat in Eccleſia, etiamſi prædicta Abbatiſſa obtineat: quod quidem fieri non poterat caſu, quo per ſolam locationem, de qua illic reſultaret tantùm detentio, qualis reſultat ex locatione ad modicum tempus; ſed, quia poſſeſſio in eundem militem tranſlata fuit, iuxta text. *in cap. conſultationibus, de iurepatr. & in cap. querelam, de elect.* adeò neceſſario text. ille *in d. cap. ex litteris* ſupponit prædictum militem non conduxiſſe villam ad modicum tempus, ſed ad longum; aliàs non eſſet poſſeſſor, vt text. ſupponit, ſed ſolùm detentor, vt probat *l. malè agitur, C. de præſcript.* 30. cuius præſentatio præualere non poterat, iuxta *d. c. conſultationibus.* Non deficerent tamen qui abſolutè tenuerint iuſpatronatus annexum villæ, vel caſtro in his terminis tranſire ſolummodo, cùm datur in emphyteuſim, feudum, cuius opinionis auctor eſt Paul. de Caſtro *conſ.* 262. incip. *Venerabilis vir, vol.* 1. vbi *n.* 1. aſſerit *d. c. ex litteris* procedere vbi tranſlatum eſt, vtile dominium, ſcilicet, cùm datur in emphyteuſim, vel in feudum, explicans illud verbum, *ad firmam*, de emphyteuſi: & hæc Pauli de Caſtro opinio indicatur communis ſecundum Roch. *verb. ipſe, vel is, à quo in* 26. *q. nu.* 58. Lambert. *art.* 2. *q.* 8. *princ. par.* 1. *lib.* 1. Ioſep Ludou. *tom.* 3. *commun. opin. ſub tit. de iurepatr. concl. vnic. verſ. acquiritur etiam, pag.* 534. *col.* 2.

226 Ego tamen nec vni, nec alteri aſſentior opinioni, ſed in eam fortaſſe ſententiam deflecti poſſe ſentio, vt contractus iſte ad firmam de quacunque locatione, & affictu conceſſo, quamuis breui, intelligatur: cùm diſpoſitio *d. cap. ex litteris* militet etiam, vbi Caſtrum, ſeu villa locata fuit ad modicum tempus, atque ideò illius conductor, tanquam patronatus beneficij exiſtentis in eodem caſtro valeat præſentare, ſi illius vacatio contingat tempore conductionis, vt videtur ſentire gloſ. *verb. ad firmam*, ibi, *dicunt quidam*, &c. *in d. c. ex litteris*, ſequitur *ibi* Hoſt. *col. vlt.* & apertiùs Zabarell. *q.* 1. *ad fir.* Campan. *d. c.* 13. *n.* 358. Pro quibus vrget; quia per locationem ad modicum tempus tranſit commoditas ipſius rei locatæ in ipſum conductorem, ita vt illi liceat vti frui re conducta vt probat text. *in l. ex conducto,* 16. *in princ. ff. locati.* tradit Bart. *n. l.* 1. §. 1. *ff. ille tit. & in l.* 1. *n.* 3. *C. de iure emphyt.* vnde dicendum videtur, tranſire ius præſentandi, ſeu præſentationem, quæ eſt commoditas, vel quidam fructus iuriſpatronatus, iuxta doctrinam gloſ. receptæ *verb. capitulo. ad fin. in c. cum clim. de maiorit. & obedient. gloſ. vlt. in c. Bertoldus. de re iud.* Facit etiam, quòd quemadmodum iuſpatronatus eſt ſpiritualibus annexum, ita etiam ius decimandi, & ſpiritualibus coniungitur, vſque adeò vt laici reſpectu illius dicantur habere incapacitatem: probat text. *in cap. cauſam quæ, de præſcript* & conſtat per locationem beneficij, etiam ad modicum tempus factam, ius decimandi tranſire, & poſſe conductorem decimas percipere, vt probat text. vbi Abb. *n.* 3. *in d. c.* 2. *de locato, & in cap. vlt ne Prælati vices ſuas,* Tiraq. *de retract. lignag.* §. 1. *gloſ.* 7. *n.* 51. Duen. *reg.* 249. Rebuff. *de decimis qu.* 10. *n.* 34. Vnde ſimiliter non inconuenit, quòd conductor, etiamſi laicus ſit, mediante locatione rei temporalis principalis, iuſpatronatus eidem rei annexum retineat, & illius fructus, hoc eſt, præſentationes percipiat: ex quibus hæc ſententia defendi poteſt, licèt prima receptior ſit, & forſan melioribus nitarut fundamentis.

Tertiò infertur hæreditate vendita, in qua 227 conſiſtit iuſpatronatus, in emptorem illud tranſire, vt per Roch. *verb. ipſe. vel is. q.* 22. *num.* 40. Lambert. *d. p.* 2. *lib.* 1. *quæſt.* 5. *art.* 15. Ioan. Garc. *reg.* 341. Mozz. *de contractib. tit. de empt. & vendit. §. de naturalib empt. & vendit. n.* 41. *verſ. ſed quare.* Molin. *de primog. lib.* 1. *c.* 24. *n.* 25. Aloyſ. Ricc. *d. collect.* 1679. *verſ. infero,* Salaz. *de vſu, & conſuet. c.* 12. *n.* 7. Marc. Anton. Genuenſ. *in pract. Archiep. Neapol. c.* 61. *nu.* 26. Sic etiam fundo vendito in quo exiſtit iuſpa- 228 tronatus in Capella intus illum ædificata, tranſlatum, & venditum quoque cenſetur ipſum iuſpatronatus, vt per Beroi. *in c.* 1. *n.* 39. *& in c. ex litteris, in vlt. concl. de iurepatr.* Bart. Roman. Lambert. & Ioſeph. Ludou. quos refert, & ſequitur Campan. *d. c.* 23. *n.* 355. Idem in palatio vendito, maxi- 229 mè ſi aditus ad Capellam non pateat aliunde, quàm per illud, vt per Zabarel. *in c. cum ſecundum. verſ. idem dico in palatio vendito, de iurepatr.* Boër. *deciſ.* 322. *in fine.* Bertaxol. *de clauſul. inſtrum. clauſ.* 26. *gloſ.* 13. *ſub n.* 3. Campan. *d. c.* 13. *n.* 356. Quicquid contrarium teneat Innoc. Ioan. Andr. & Hoſt. *in d. cap. ex litteris.* & Ioſeph. Ludouic. *d. concluſ.* 41. *verſ. declaratur ſeptimò.*

Quartò infertur curatorem hæreditatis iacen- 230 tis poſſe præſentare ad beneficium iuriſpatronatus d. hæreditatis, vt per Campan. *d. c.* 13. *n.* 360. *in med.* Aloyſ. Ricc. *in tract. de nouiſſima probat. iuriſpatron. reſol.* 192. *n.* 5. Prout etiam tutor poteſt validè 251 præſentare, ſecundùm Federic. de Senis *conſ.* 212. *in* 1. *dub.* Lambertin. *d. lib.* 2. *pag.* 1. *qu.* 1. *art.* 10. & fuit dictum *in Foroliuien. iuriſpatronatus,* 25. *Octobris* 1599. *&* 15. *Maij* 1600. *coram bo. me. Card. Lãcellote*, & ſufficit, quòd communiter reputaretur tutor, etiamſi eſſet minùs legitimus, Socin. *conſ.* 153. *n.* 3. *lib.* 2. Caputaq. *deciſ.* 323. *in fine, p.* 3. & fuit reſolutum in dictis deciſionibus *coram Card. Lancellote, & in Segobien. Capellania,* 13. *Ianuarij,* 1623. *coram bo. memor. Vbaldo.*

Quintò infertur iuſpatronatus in vſufructua- 232 rium vniuerſitatis bonorum tranſire, vt per Roch. *d. verb. ipſe, vel is, à quo in q.* 28. *à num.* 62. Molin. *de primogen. lib.* 1. *c.* 24. *n.* 3. Spin. *d. gloſ.* 4. *n.* 113. Menoch *cõſ.* 66. *n.* 26. Cened. *d. collect.* 5. *n.* 5. Campan. *d. c.* 13. *n.* 262. Aloyſ. Ricc. *de nouiſſ. proba. iuriſpatr. reſol.* 194. *& reſol.* 192. *n.* 6. Non tranſit tamen in fideicommiſſarium, ſed remanet penes hæredem, Bart *in l quia perinde.* §. 1. & *ibi* Nicol. de Neapol. & Alex. *ff. ad Trebell.* Couar. *var. lib.* 2. *c.* 18. *ſub n.* 8. *verſ. quibus & alia,* Roch. *d. verb. ipſe, vel is, à quo, n.* 20. *& ſeq.* Emmã à Coſta *in c. ſi pater, verb. Trebellianica, n.* 4. *de teſtam. lib.* 6. communem fatetur Molin. *d. c.* 24. *n.* 4. *in fine*, licèt ipſe teneat cõtrariam ſẽtentiam; & fuit dictum *in Vicen. beneficij* 11. *Decembris* 1619. *coram bon. men. Vbaldo.*

Sextò infertur villa, vel caſtro, aut Bonis ſe- 553 queſtratis, in quibus conſiſtit iuſpatronatus, ſi durante ſequeſtro vacauerit beneficium, cuius electio, vel præſentatio ad ſequeſtratam villam, vel Caſtrum pertinebat, ſequeſtrem ad illud beneficium vacans eligere, vel præſentare poſſe, vt per Lambertin. *d. par.* 2. *li.* 1. *q.* 9. *art.* 3. Perez. *l.* 1. *tit.* 10. *lib.* 3. *Ordinam.* Ioan. Andr. Imol. Felin. Roch. Gambat.

bat. Cosm. Corraſ. Veſtr. & plures alios, quos refert, & ſequitur Nicol. Gatc. *benef. part. 5. cap. 6. num. 1.* quibus addo Gotier. *de tutel. part. 3. cap. 7. num. 8. & 16.* Ceuall. *commun. contra commun. quaſt. 740. à n. 3.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gloſ. 23. num. 17.* Ceoed. *Canon. quaſt. lib. 14. 10. per tot.* Azor. *Inſtit. moral. par. 2. lib. 6. cap. 25. q. 17.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. 30. tract. 3. numer. 243.* Campan.

234 *in diverſ. Iuris Canon. rubr. 11. c. 13. num. 360.* Aloyſ. Riec. *in d. tract. de nouiſſ. probat. iuriſpatron. reſol. 192. num. 7.* Intellige procedere in ſequeſtratione voluntaria, quæ fit voluntate, & conſenſu partium; in hac enim poſſeſſio tranſit in ſequeſtrem, vt probat text. ſic intelligendus *l. licet. §. rei depoſitæ ff. depoſiti.* ſecùs autem dicendum in neceſſaria, quæ iubente iudice fit, in qua certum eſt in ſequeſtrem poſſeſſionem non tranſire, niſi id expreſsè actum ſit, vt probat *l. interdũ. 39. ff. de acquir. poſſeſſ.* qui ita venit interpretandus; & ideò ſic prædicta Iura conciliant, & intelligunt Gregor. Lop. *l. 1. gloſ. 2. tit. 9. p. 3.* Corraſ. *Maſcell. lib. 3. cap. 2. n. 12* Menoch. *remed. 3. retinen. à n. 86.* Caioc. *de ſequeſt. p. 1. q. 4. à n. 2.* Gom. *Luſit. dec. 177. n. 3. & deciſ. 151. n. 3.* Azeued. *ad rub. tit. 12. n. 7. cum ſeqq. lib. 4. nouæ recop.* Cald. Pereira *quaſtion. forenſ. li. 1. q. 21. n. 3.* Seraph. *deciſ. 46. n. 3.* Non obſtat text. *in cap. examinata. 15. deiudic.* quatenus probare videtur

235 per ſequeſtrum etiam iudiciale non amitti poſſeſſionem: quia reſpondetur cum Sahag. *ad cap. 1. n. 23. cum ſeqq. de ſequeſt. poſſeſſ.* in illo text. Pontificem minimè decidere hanc quæſtionem de ſequeſtrata poſſeſſione; ſed actorem ab inſtãtia repulſiſſe, propter libelli ineptitudinem; quia in ipſius Eccleſiæ proprietatem, ſeu iuſpatronatus, & inſimul ſe poſſeſſorem eſſe dicebat, quæ duo incompatibilia ſunt iuxta reg. text. *in lib. officium. 9. ff. de rei vend. cum ſimilib.*

236 Ex qua ratione colligitur depoſitarium non poſſe præſentare in iurepatronatus annexo villæ, vel Caſtro penes ſe depoſito, quia in eum villæ, vel Caſtro penes ſe depoſito, quia in eum nec dominium, nec poſſeſſio transfertur, iuxta gloſ. 2. *in fine, cap. bona fides, de depoſit.* Anton. Gom. *l. 48. Tauri, num. 8. & tom. 2. var. cap. 7. num. 2.* Emman.

237 Coſta *in l. ſi ex cautione, fallet 1. num. 7.* Eadem ferè ratione videtur dicendum creditorem, cui pignerata fuit curia, ſeu villa, cui erat annexum iuſpatronatus, non poſſe validè in vacante Eccleſia præſentare, vt per text. *in c. cum Berteldus de ſent. & re iud.* reſoluunt Greg. *l. 9. verb. empeñada, tit. 13. par. 1.* Roeli. *verb. ipſe, vel is, num. 6.* Lambert. *d. lib. 1. par. 2. q. 9 art. 2 n. 3.* Spin. *in ſpecul. teſtam. gloſ. 4. num. 118.* D. Barboſ. *in l. diuertio. §. ſi vir. num. 57. ff. ſolut. matr.* Cened. *ad Decretal. collect. 5. num. 15. & pract. canon. quaſt. lib. 1. quaſt. 10. nu. vlt.* Nam certum eſt propterea in creditorem iuriſpatronatus non tranſire, quia illius iuris, ſicut & ipſius rei pigneratæ nullum dominium, nullave poſſeſſio in illum transfertur, ſed ſolùm nuda detentio, donec debitum perſoluatur à domino, vt probat text. *in l. ſi pignus. 37. ff. de pign. act.* & text. *in l. 1. §. per ſeruum. tl. 2. ff. de acquir. poſſeſſ.* ac proinde cùm ad præſentationem faciendam dominium, vel ſaltem poſſeſſio in præſentante requiratur vti fundamentum validitatis ipſius, *cap. querelam, de elect. cap. conſultationibus, de iurepatron.* meritò effectum eſt, vt propter rem pigneratam iuſpatronatus illi annexum in creditorem non tranſeat. Nec obſtat, quòd ius præſentandi, ſeu præſentatio ipſa eſt commoditas, vel quidam fructus iuriſpatronatus, iuxta doctrinam gloſ. receptæ, *verb. Capitulo, ad fin. cap. cum olim, de maiorit. & obed. gloſ. vlt. in d. cap. cum Berteldus*, qui fructus à creditore percipiuntur: ſatis fit enim, ſi aduerſus receptionem illorum non proprio nomine, prout à poſſeſſore, ſed nomine alieno fieri, & vti talem in facto conſiſtere: vnde nil mirum, ſi id contingat abſque poſſeſſione; validè tamen ad effectum inſtituendi, vel computandi ex intentione contrahentis: at verò præſentatio, licèt fructus ſit; nihilominùs tamen talis eſt, cuius effectus non conſiſtit ſolùm in facto recipientis, hoc eſt, præſentantis ſed etiam dependet ab inſtitutione per Epiſcopum facienda, qui validitatem illius, & merita præſentati iudicare debet, & tenetur, iuxta text. *in c. decernimus. 16. q. 7.* Vnde, cùm inſtitutio alienato iure non exhibeatur, niſi illi, qui à vero patrono vel ſaltem à poſſeſſore iuris præſentãdi præſentatur, vt ſuprà dictum eſt, rectè fit, vt cùm creditor, nec verus dominus, nec poſſeſſor ſit, facta per illum præſentatio non valeat. At data conuentione de facienda præſentatione per creditorem, ſi per illum facta ſit, nulla vſura committitur, ſiquidem in hac ſpecie creditor nihil lucratur, quod debitori reſtituere, vel in fauorem principalem computare teneatur, ac proinde vſura ceſſat, quæ aliàs reperitur in receptione rei pecunia æſtimabilis: & ita in ſpecie reſoluit Beroi. *in d. c. ex litteris, de iurepat.* Pro quo etiam facit, quia deformitas vſuræ conſiſtit in eo, quòd pro vſu rei mutuatæ pretium à mutuante recipitur: vnde, cùm præſentatio propter coniunctionem, quam habet cum rebus ſpiritualibus; non recipiat æſtimationem, eoquaquam in illa vſura dabitur, eò quòd ex ſe non poſſit ſubire vicem pretij, per quod prædictus vſus rei motuatæ appretiatur; iuxta reſoluta per S. Thom. *2. 2. q. 77. art. 2. in corpore.* Abb. *in cap. vlt. numer. 16. de vſuris* Sot. *lib. 6. de iuſt. qu. 1. art. 2.* Nau. *in man. c. 17. n. 207.*

Septimo infertur, publicato Caſtro, ſeu villa 238
ob delictum patroni delinquentis, cui conſiſtebat iuſpatronatus annexum, indirectè, & acceſſoriè, ipſum iuſpatronatus publicari, de quo vide Doctores per me citatos *d. par. 3. alleg. 71. num. 45.*
Iuſpatronatus verò perſonale, & de per ſe principale, & diſtinctum, non includi in conſiſcatione 239
bonorum, nec de per ſe iudicem laicum ex defectu iuriſdictionis poſſe illud conſiſcare, ſed temanere penes delinquentem, donec per iudicem eccleſiaſticum priuetur, tanquam indignus, vt pleniſſimè reſoluunt poſt antiquiores à ſe relatos, Farin. *de hæreſ. q. 190. §. 1. nu. 24.* Nicol Gatc. *de benefic. part. 5. c. 9. n. 25. cum ſeqq.* Sanch. *in præcepta Decalogi, tom. 1. lib. 2. cap 19. à princip.* Anton. Riccetul. *de iure perſonarum extra gremium Eccleſiæ exiſtentium, lib. 5. cap. 34.* qui cùm olim fuiſſet in Romana curia mei amiciſſimus, eſſetque in vtroque Iure ſuprà modum doctus, tandem poſt duos Epiſcopatus obtentos, Eccleſiæ Cuſentinæ in Calabria præficitur, ibique anno præterito 1643. annis & meritis plenus ærumnoſam huius ſeculi vitam cum morte æternæ vitæ delicias pariter feliciter commutauit. Sanctarel. *de hæreſi, cap. 19. à princip.* quo caſu Eccleſiam libertatem acquirere tenuit Rot. *deciſ. 53. n. 5. p. 2. recent. & in Lucana iuriſpatronatus, 12. Iunij, 1606. coram Reuerendiſſimo D. meo Coccin. Decano*, impreſſa per Viuian. *poſt praxim iuriſpatron. deciſ. 106.*

Octauò infertur, in feudatarium, vel emphyteutam tranſire iuſpatronatus, ſi villa, aut Caſtrum, 240
cui

cui inest, infeudetur, vel in emphyteusim detur,
vt resoluunt Azor. Instit.moral.part. 2.lib.6.cap.20.
241 q.12.Campan. d.rubr.11.c.13.n.561.de per se au-
temiuspatronatus in feudum dari, aut vendi non
potest.d.cùm secundùm,d.c.ex litteris,de iurepatron.
Roman.cons.368. Lambertin.lib.1.par. 2.q. 1.art.
29.num. 35. sed cum vniuersitate bonorum vtique
potest, nisi hac præcipuè de causa vendi bona vi-
242 deantur, vt ius istud vendatur, est enim iuspatro-
natus spirituali annexum, & ideò per se aut præ-
cipuè, citra simoniam vendi non potest. cap. de
iure 16.de iurepatron.Roch.verb.vtile.q.3.à num.8.
Lambertin. lib.1.p.2.q.1.art. 12.n. 17. Redoan. de
simon.p.3.c.13.n.22.Azor. d.lib.6.c.20.q.8,Suar. d.
li.4.de simon.c.28.n.17.cum seqq.Bonacin.de simon.
q.4.11.numero 3.& tunc talem iurispatronatus ven-
ditionem ipso iure non valere resoluunt gloss.
verb.irritum,in d.c.de iure.Roch.verb.ipse, vel is.q.
25.n.51.Lambert.libro 1.p.2.q.5.art.1.n.4. Concil.
verò Trid.sess.25. de reform.c. 9.decreuit, vt nulli
liceat iuspatronatus in alios titulo venditionis,
aut quocunque alio titulo transferre, Contra Ca-
nonicas sanctiones, pœna excommunicationis
proposita, & amissionis ipsius iuris, vt in eo de-
243 creto plenius continetur. Vtrùm autem in ven-
ditione villæ cum expressione iurispatronatus ei-
dem annexi transeat ipsum iuspatronatus cum
vniuersitate vendita? vide Roch. verb.ipse, vel is.
q.25.n.46.Lambert.d.lib.1.p.2.q.5.art.20. Cou.lib.
2.var.cap.18.n.8.vers.his verè rationibus,Rot.decis.
399.numero 4.& 5.recent. vbi videtur amplecti di-
stinctionem Ioan. Andr. & Calder. in c. vnico, de
iurepatr. lib. 6. distinguentium inter expressionem
factam declaratiuè, vt tunc transeat iurepatrona-
tus, & inter expressionem factam coniunctiuè, &
tunc non transeat, quod meliùs declerat Sanch.
in præcepta Decalogi, tom.1.lib.2.c.19.sub.12.dum
hac vtitur distinctione; vel fit alienatio rei vni-
uersalis addita mentione iurispatronatus dicun-
do, & iuspatronatus, vel dicendo, & cum iurepa-
tronatus: priori casu ait non transire in emptorem,
vtique verò in posteriori dicit. Vide Cabed.de patr.
Regia Corona,c.3.n.2.

244 Transfertur quoque in alium iuspatronatus
per donationem,cap.illud,cum glos.cap.ex insinua-
tione,c.nullus,& cap.præterea,de iurepatron.cap.vnic.
eod.tit.lib.6. Lambert.lib.1.par.2.q 4.art.1.Vgolin.
de offic.Episcopi,c.51.in princ.n.6.vers.quarto.Aloys.
Ricc.in d.tract.de nouiss.probat.iurispatron.resol.186.
Ego ipse d.part.3.alleg. 71.n.20. vbi n.21.quòd in
donatione omnium bonorum, iurium, & actio-
num venit iuspatronatus: & n.22. quòd non venit
in donatione generali facta à Rege,nisi de eo spe-
cifica fiat mentio.

245 Transit quoque iuspatronatus de vno in alium
per permutationem, Roch. d.verb.ipse,vel is, q. 6.
n.28.Azor.d.cap.20.q.7. & per cessionem,Bruoor à
Sole in locis commun.verb.ius, n.15.Rot.decis.736.
246 n.6.par.1.recent. In hac tamen iurispatronatus do-
natione,aut translatione, seu permutatione à lai-
co in laicum facienda, consensus Episcopi requi-
ritur Aloys.Ricc.vbi proximè, resol. 187. Campan.
d.rub.11.c.13.à n.365. Card.Mantic.decis.86.num.
5.Serap.decis.884.num.1.Rot.decis. 337.num.4. &
decis.257.num.1.par.1.recent. in tantum, vt si fiat
absque Ordinarij consensu, nulla sit, ex eadem
Rot.decis.576.par.2.recent. qui tamen ex 40.annis
præteritis interuenisse præsumitur Mantic. d. de-
cis.66.num.10. prout præsumitur stante donationis
effectuatione, Lambert. lib.1.p.2.q.19.art. 8. Dec.
cons.639.n.& seq. Franc.Marc. Delphin decis 473.
n.3.par.2.Rot.decis.707.n.5.par.2.recent. Auctori-
tas verò Vicarij generalis non sufficit, nisi do-
ceatur de speciali facultate, vt per Calder. cons. 1.
de offic.vicar. 1 etter.cons.347.n. 7. lib. 2. Stephan.
Gratian.discept.forens.c.303.num.10. cum seqq. latè
Aloys.Ricc.in tract.de nouiss probat.iurispatron. re-
sol.189.vbi ampliat, vt nec etiam valeret consue-
tudo in contrarium, Rot.decis.337.n.5.part.1. re-
cent. vbi ampliat, etiamsi absens sit Episcopus:
& n. 7. dissetit, an donatio iurispatronatus facta
sine consensu Episcopi post mortem donantis, 248
possit ab Episcopo confirmari? & eadem Rota
decis.257.n.1.d.p.1.recent.tenet non sufficere con-
firmationem Vicarij, nisi doceatur de speciali
facultate illi ad hoc concessa: & decis.576. part. 2.
recent.resoluit, quòd Vicarius non potest acqui-
rere jus approbandi per consuetudinem. Quando
verò ex antiqua institutione iuspatronatus dela-
tum est filiis, & nepotibus, etiam non hæredi- 249
bus, non potest per patrem assignari vni ex filiis
in aliorum præiudicium, etiam cum consensu
Episcopi, secundùm Molin. de primog.lib.1.cap.23.
n.30.& 31.Couar. d.lib. 2. var.cap.18.n.9.& 10. 250
Stephan. Gratian.discep.forens.cap.177.numero 18.
Vtrùm autem iuspatronatus Ecclesiæ competens
possit in alium transferri absque beneplacito Pa-
pæ? Negatiuè censuit Rota decis. 146.n.6. part. 1.
recent.

Limitta tamen, quòd suprà diximus de consen-
su Episcopi interuenire debere in donatione,
seu translatione facienda de laico in laicum, vt
non procedat, si fiat ab vno patrono alteri com-
patrono socio: quia tunc necessarius non est Epi-
scopi consensus.Caputaq.decis.284.parc.1.& decis.
131.n.4 p.2.verall, decis.311.n.1.p. 2. Peregr.cons.
87.n.6.vol.3.Azor.d.par.2.lib.6. cap.20.q.6.Cam-
pan.d.cap.13.nu.468. Piasec. in praxi Episc.par.2.
cap.5.num.9.vers.descendentes. Zerol.in simili praxi 251
part.1.verb.iuspatronatus,§.2.vers.secundum dubium,
vbi dicit, quòd licèt possit fieri donatio compa-
trono sine consensu Episcopi; non tamen filio
compatroni absque illo, optimè Card. Pereira de 252
resol.emphyt.cap.8.num.3.& de potest elig.c.1.n.24.
Quinimò, & possunt compatroni inter se con-
uentiones, donationes, permutationes, & cessio-
nes facere, absque Episcopi consensu, Pereg. vbi
suprà, Gonzal.ad reg.8.Cancell.gloss. 45.§.à nu.58.
imò & possunt hæredes, ac successores patrono-
rum propria auctoritate; absque Superioris con-
sensu facere concordiam de Rectore alternis vi- 253
vicibus præsentando, vt per Clem plures.2.de iure-
patr.resoluunt Tiraquel.de iure primog.q.17.opin.6.
n.9.Cebed.ad Sextum collect.7.n. 2.Azeued.l. n. 2.
tit.6.lib.1.noua recop.

At verò quando laicus patronus iuspatronatus
donat, vel concedit religiosis locis; huiusmodi
consensus necessarius non est, d. c. illud 8.de iure-
patron.d.cap.vnic.eod. tit. lib. 6. Roch. verb. pro eo,
quod.q.2.à num.3.& q.3.à num.6.Lambert.lib.1.1.
part.2.q.6.art.4.n.3.& q.1.n.3.Viuian.tom.1.com-
mun.opin.lib.1.tit.4.n.6.pag.167.Azor.d.c. 20.p. 5.
Steph.Gratian.d.c.177.n.3.Suar.d.tom.1. de Relig.
lib.4.de simon.c.28.n.15.Ego ipse d.p.3.alleg.71.n. 254
26.vbi num. 27. Addo dictum consensum requiri,
vbi donatio fit ab Ecclesia alteri Ecclesiæ: quia
sine illo Ecclesia alienare non potest, c. sine exce-
ptione, 12.q.3.

Amittitur autem iuspatronatus pluribus modis,
siue causis. Primò enim, destructa Ecclesia, vel
Capella,

Capella, aut deficientibus omninò redditibus, siue dote, cessat iuspatronatus, & omninò amittitur, arg. §. *fin. Instit. de vsufructu.* Gregor. XV. *decis.* 405. *n.* 1. Vbi Adden. Viuian. *in prax. iurispatr. lib.* 15. *cap.* 1. *n.* 1. *in vltim. impress.* ita vt nisi ab eodem restituatur, vel iterum doteiur iuspatronatus, ad eum non reuertatur. Roch. *verb. construxit, q* 8. *n.* 12. Viuian. *c.* 1. *n.* 3. & 4.

Secundò, si patiatur patronus Ecclesiam erigi in Collegiatam, aut Monasterio conferri, absque reseruatione, perdit in ea iuspatronatus: *cap nobis, de iurepatron.* vbi glos. *verb. capella*, Massobr. *in praxi habendi concursam, pralud.* 7. *dub.* 5. *n.* 5. & *pralud.* 2. *dub.* 3. Viuian. *d. c.* 1. *n.* 12.

Tertiò, quando causa, propter quam quis erat patronus, perempta est, vt per Paul. de Citrad. *de iurepatron. part.* 3. *in prima causa acquir. iuspatron. quast.* 16. Lambert. *de iurepatron. lib.* 3. *quast.* 7. *art. primo.*

Quartò amittitur iuspatronatus per non vsum, si, videlicet, præsentationes de Rectore Ecclesiæ facere patronus omiserit, & duabus saltem vicibus Rector fuerit absque præsentatione institutus, cessante, scilicet, eius legitimo impedimento, ita per expressam cessionem, Abb. *cons.* 106. *col. pen. lib.* 2. Viuian. *d. c.* 1. *n.* 8. & 9.

Quintò perditur per defectum, aut extinctionem lineæ, & successorum in cognatione institutorum: amisso autem, vel extincto iurepatronatus, Ecclesia, siue capella, aut beneficium libertatem consequitur: ita vt ab Ordinario liberè conferatur. Translato verò hoc iure in alium, non est, ius parochiale, quod in Ecclesia habet Episcopus, vllatenus minuendum, *cap. cum secundùm, de iurepatron.*

Sextò, si patronus Rectorem, vel alium Clericum ipsius Ecclesiæ occiderit, aut mutilauerit, eo iurepatronatus ipso iure priuatur, *c. in quibusdam §. sacri, & cap. ad aures, de pœnit.* Viuian. *d. lib.* 15. *c.* 2. *n.* 9. vbi *n.* 10. quòd ius deuoluitur ad Ecclesiam, cui facta est iniuria: & limitat, nisi id faceret ad sui necessariam defensionem vim vi repellendo cum moderamine inculpatæ tutelæ, vel si aliter mortem euitare non posset.

Septimò, si patronus fiat hæreticus, quia bonis omnibus spoliatur, & iuspatronatus amittit, ad not. *in c. fin. de haretic.* quod etiam procedit in receptatoribus, & defensoribus Hæreticorum, in schismaticis, apostatis, & excommunicatis in sordescentibus in excommunicatione maiori per annum, quando censentur vt Hæretici, vt per Marescot. *var. lib.* 1. *c.* 83. *n.* 13. & 14. Monet. *de commut. vltim. volunt. c.* 11. *n.* 158. *cum seq.* Viuian. *d. lib.* 15. *c.* 2. *n.* 6.

Octauò, si patronus ingratus sit Ecclesiæ, perdit iuspatronatus, vt per Surd. *de aliment. titul.* 7. *q.* 32. *num.* 9. & 19. & *q.* 38. *n.* 2. Viuian. *d. lib.* 15. *c.* 2. *num* 4.

Nonò, si patronus se ingerat in perceptione fructuum beneficij patronati, aut ipsius bona vsurpauerit: quia ipso iure priuatur iurepatronatus, & incurrit excommunicationem reseruatam, Concil. Trident *sess.* 22 *de reform. cap.* 11. *vers. quod si eiusdem Ecclesia.* Galler. *in Margarita casuum conscient. verb. iuspatronatus, pen.* Viuian. *d. lib.* 15. *cap.* 2. *n.* 13. Franc Leo *in thesauro fori Ecclesiast. part.* 2. *cap.* 21. *num.* 31.

CAPVT XIII.

De Collationibus, & reseruationibus beneficiorum.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia multis modis canonicè acquiruntur.*
2 *Collationis appellatione continetur præsentatio, confirmatio, institutio, & omnis modus, per quem quis prouidetur de beneficio.*
3 *Collatio beneficij est, à superiore gratuita facta concessio, qua & prouisio dicitur.*
4 *Institutio, sicut & præsentatio ad iuspatronatus pertinet.*
5 *Inuestitura est institutionis, vel collationis confirmatio, & missio in possessionem.*
6 *Beneficium acquiritur per renunciationem, permutationem, vnionem, vel accessionem.*
7 *Beneficium ita dicitur acquiri per optionem, si videlicet, Canonici, aut Ecclesiastici de Collegio antiquiores vigore consuetudinis, vel statuti optent gradatim meliores præbendas decedentium, intra* 20. *dies, qui currunt simul omnibus optare volentibus, & computantur à die verisimilis scientiæ vacationis.*
8 *Antiquiores regulariter prius optare debent, quàm iuniores.*
9 *Antiquiores in optione præbendæ dicuntur non ætate, sed receptione, & qui diutiùs in Ecclesia militarunt.*
10 *Optare absens potest.*
11 *Excommunicatus an possit optare? ostenditur.*
12 *Optare an possint cæcus, surdus, mutus, coadiutus, & coadiutor;*
13 *Optio locum non habet in beneficiis, seu præbendis, vel apud Sedem vacantibus, nec in beneficiis quomodocumque reseruatis, nec in mensibus Apostolicis, reseruatis per regul.* 8. *nec in beneficiis, quæ permutantur, & resignantur.*
14 *Optio habet locum in præbendis, quæ deuoluuntur ad Papam ex negligentia inferiorum in non conferendo intra six menses.*
15 *Beneficia ecclesiastica quomodocunque vacantia de iure communi antiquo ad ordinarij dispositionem, & collationem pertinebant, in cuius Diœcesi consistebant, excepta tamen fuit auctoritas Papæ.*
16 *Gratias beneficiales concedere cœperunt primùm Romani Pont. monendo quidem Ordinarios, postea per rescriptum mandando, & quandoque executores concedendo.*
17 *Innocentij IV. temporibus concedebatur, vt is, pro quo Romanus Pont. rescribebat, posset beneficium vacaturum obtinere, quod sibi videretur acceptandum.*
18 *Reseruationes beneficiorum olim à Romanis Põt. non fiebant, sed à tempore Innocentij III. fuerunt aliqua vsu introducta.*
19 *Beneficia ea, quæ apud Sedem Apost. vacare contigissent, collationi Summi Pont. reseruata censentur.*
20 *Prouisus ab Ordinario de beneficio vacãte apud Sedem, non habet titulum coloratum.*
21 *Beneficia illorum, qui in Vrbe degunt, ratione originis, vel domicilij, non sunt reseruata,*

si apud Sedem moriantur, nisi etiam Curiam sequantur, & Curiales existant.

22 *Beneficia vacantia apud Sedem, licèt dicantur etiam vacare in Curia, nō tamen quæ vacãt in Curia, vel ratione obitus, vel alterius reseruationis, dicuntur vacare apud Sedem, si deficiat qualitas curialitatis.*

23 *Restrictio* cap. præsenti, §. sanè *de prabend. in 6. est localis, ac proinde non comprehendit alia beneficia, quàm illius loci, in quo est ipsa Curia,*

24 *Curiales ad effectum, vt per obitum illorum apud Sedem beneficia maneant reseruata, dicuntur illi qui Papæ, aut Cardinalibus Romanæ Curiæ inseruiunt, aut aliàs occasione Curiæ in Vrbe commorantur.*

25 *Protonotarij Apost. creati à Legatis de latere non dicuntur Curiales; quia nullum officium, neque seruitium in Curia habent, sed creati sunt Notarij honoris causa tantum.*

26 *Curialis vt quis semel fuerit, non sufficit ad hoc, vt beneficia sua per eius obitum apud Sedem reseruata maneant, nisi etiam probetur curialitas continuata vsque ad mortem.*

27 *Curialitas præsumitur continuata vsque ad obitum, nisi mutata probetur, sed aduersùs hanc præsumptionem admittitur leuior probatio, etiam per alias præsumptiones, & coniecturas.*

28 *Beneficia iurispatronatus laicorum non veniunt sub reseruatione beneficiorum vacantium apud Sedem.*

29 *Papa si prouideat de beneficio iurispatronatus laicorum, vacante apud Sedem cum derogatione iurispatronatus, valida erit prouisio.*

30 *Beneficia regularia veniunt sub reseruatione beneficiorum vacantium apud Sedem.*

31 *Indulta etiam amplissimis clausulis concepta non capiunt beneficia apud Sedem vacantia.*

32 *Papa intra mensem à die vacationis prouidere debet de his beneficiis apud Sedem Apost. vacantibus, alioquin dicto tempore elapso valebunt collationes ab Ordinariis factæ potestate ordinaria.*

33 *Litteræ de beneficiis vacantibus in Curia solent datari sub die obitus.*

34 *Papa in cæteris beneficiis præter vacantia apud Sedem nullum est præfinitum tempus ad conferendum.*

35 *Papa moram purgare potest in conferendo beneficia vacantia in Curia, quæ intra mensem non contulerat, si tamen res sit integra.*

36 *Vacare apud Sedem, & vacare in Curia, in quo differant? ostenditur.*

37 *Reseruationes quando inceperint, & à quibus innouatæ, auctæ, & declaratæ fuerint.*

38 *Reseruatio est, alicuius beneficij ecclesiastici vacaturi per habentem potestatem ad se facta aduocatio.*

39 *Reseruatio alia generalis, alia specialis, & quæ sint? ostenditur.*

40 *Reseruatio, siue generalis, siue specialis, habens decretum irritans, operatur eundem effectum.*

41 *Reseruationis effectus est, vt Ordinarij collatio facta de beneficio reseruato, nihil præstet, nec quidem titulum coloratum.*

42 *Reseruationes cessant in Gallia, & Germania*

43 *Beneficia affecta in quibus differant à reseruatis ostenditur.*

44 *Affectio Papæ resultat ex commenda, vel vnione ad vitam, vel ex mandato de prouidendo, vel ex præuentione collationis nulla, vel ex renunciatione facta in manibus Papæ, vel ex manus appositione super electione, &c.*

45 *Beneficia vacatura per obitum S. R. E. Cardinalium, Sedis Apostolicæ dispositioni reseruantur.*

46 *Beneficia vacatura per obitum Officialium Sedis Apostol. reseruantur Sedis Apost. dispositioni.*

47 *Abreuiatorum de minori beneficia sunt reseruata.*

48 *Protonotariorum reseruatio potest dici clausa in corpore Iuris.*

49 *Papæ familiares veri, & continui commensales, qui sint? referuntur.*

50 *Beneficia vacantia, & vacatura per promotionem ad Patriarchatum, Archiepiscopatum, Episcopatum, vel Monasteriorum regimina, sunt Sedi Apost. reseruata.*

51 *Beneficia vacantia per dispositionem, priuationem, translationem, aut muneris consecrationis susceptionem auctoritate Apost. factas, vel fiendas, sunt Sedi Apost. reseruata.*

52 *Beneficia vacantia, & vacatura per assequutionem pacificam quorumcunque Prioratuum, Dignitatum, Personatuum, Officiorum Canonicatuum, Apost. auctoritate prouisorum, seu prouidendorum, sunt Sedi Apost. reseruata.*

53 *Beneficia, de quibus in concordia, vel discordia electi, vel postulati, fuit facta electio, vel postulatio, quæ postmodum fuit cassata, seu repulsa, sunt Sedi Apost. reseruata.*

54 *Beneficia vacantia per execrabilitatem, quando sint Sedi Apost. reseruata? ostenditur.*

55 *Beneficia quæcunque, de quibus ordinarij collatores contra Concilij Trident. decreta disposuerunt, & disponent in futurum, reseruantur Sedi Apost.*

56 *Monasteria virorum valorem annuum* 200. *flor. auri communi æstimatione excedentia, Sedis Apost. dispositioni reseruantur.*

57 *Beneficia vacatura, Sede Episcopali, aut abbatiali vacantia, dispositioni Sedis Apost. reseruantur.*

58 *Dignitates maiores post põtificalem in Cathedralibus valorem decem flor. excedentes, & principales in Collegiatis Ecclesiis, sunt dispositioni Sedis Apost. reseruata.*

59 *Dignitates maiores post Pontificalem in Cathedralibus, & principales in Collegiatis Ecclesiis ex consuetudine prouinciarum, & Ecclesiarum dignosci possunt.*

60 *Prioratus, Præpositura, Præpositatus, ac alia Dignitates conuentuales, & Præceptoria generales Ordinum quorumcunque, sed non militarium, reseruantur Sedis Apost. dispositioni.*

61 *Familiarium, & continuorum commensalium S. R. E. Cardinalium beneficia, quæ obtinuerint, & obtinebunt, eorum familiaritate durante, sunt reseruata; quamuis priùs illa adepti fuissent, etiamsi ab ipsa familiaritate per obitum dictorum Cardinalium, vel aliàs recesserint.*

62 *Collectorum, vnicorum in quacunque ciuitate, vel*

uel diœcesi, & subcollectorum fructuum, & procuratuum Cam, Apost. debitorum beneficiu, qua durante eorum officia obtinebant, sunt Sedis Apost. dispositioni reseruata.

63 *Subcollector ad effectum reseruationis beneficiorum sufficit, quòd aliqua temporis parte quis fuerit vnius, quamuis subcollectoriam non acceptauerit, aut exercuerit,*

64 *Subcollector vnius præsumitur, nisi contrarium probetur.*

63 *Curialiũ beneficia sunt Sedi Apost. reseruata quos dum Curia Romana de loco ad locum transfertur, eam sequendo decedere contigerit in quouis loco, quantumcunque etiam à dicta Curia remoto.*

66 *Cubicalariorum etiam honoris nuncupatorum, & Cursorum Papæ beneficia omnia sunt Sedis Apost dispositioni reseruata.*

67 *Cursores Papæ qui sunt ? ostenditur.*

68 *Canonicatus in S. Ioannis Lateranensis, & Principis Apostolorum & B. Mariæ Maiors. de Vrbe Ecclesiis, sunt Sedis Apost. dispositioni reseruata.*

69 *Beneficia omnia ecclesiastica cum cura, & sine cura, regularia, & qualitercunque qualificata, extra Romanã Curiam vacantia, in singulis mensibus Ianuarij, Februarij Aprilis, Maij, Iulij, Augusti, Octobris, & Nouembris, sunt reseruata.*

70 *Germaniæ Regni beneficia vacantĩa in mensibus Ianuarij, Martij, Maij, Iulij, Septembris, & Nouembris, Sedis Apost. dispositioni reseruantur.*

71 *Cæsaraugustana Ecclesiæ canonicatus, & præbendæ, quæ vacauerint in mensibus Ianuarij, Aprilis, Iulij, & Octobris, sunt reseruata*

72 *Beneficia vacantia in Abbatia S. Crucis Ordinis Camaldulen. diœcesis Eugubina, Sedis Apost. dispositioni reseruantur.*

73 *Abbatia S. Crucis Ordinis Camadulen. fuit vnita Collegio Germanico de Vrbe pro sustentatione nobilium Germanorum.*

74 *Hæresis propter crimen beneficia quæcunque vacantia sunt Sedi Apost. reseruata.*

75 *Simoniæ propter crimen beneficia vacantia reseruantur dispositioni Sedis Apost.*

76 *Beneficia collata personis prohibitis propter suã genus, sunt reseruata dispositioni Sedis Apost.*

77 *Beneficia quæcunque recepta in confidentiam, quæ vacãt ipso iure, Apost. Sedi sũt reseruata.*

78 *Parochialia beneficia collata, non seruata forma Concilij Trid. sunt Sedi Apost. reseruata.*

79 *Beneficia vacãtia per delictum offendentes litigantes in Romana Curia, eorũmque iudices, aduocatos, & procuratores, testes, & Notarios, sunt Sedi Apost. reseruata.*

80 *Beneficia vacantia ob non factam publicationem resignationis, reseruantur Sedis Apost. dispositioni.*

81 *Beneficia vacantia per violationem sequestri, lite pendente in Romana Curia, sunt Sedis Apost, dispositioni reseruata*

82 *Beneficia illorum, qui se ipsos pro aliis examini supponunt, vel annuas pensiones offerunt pro consequendis beneficiis, &c. sunt reseruata Sedis Apost. dispositioni.*

83 *Beneficia vacãtia ob non delationem habitus clericalis, sunt Sedis. Apost. dispositioni reseruata.*

84 *Beneficia per admissionem vacantia sunt Sedis Apost. reseruata,*

August. Barbos. de Iur. Eccles, Pars II.

85 *Benefitia collata à Cardinalibus vigore suorum indultorum, sunt Sedis Apost. dispositioni reseruata, quando illi, quibus fuerunt collata, intra debitum tempus litteras Apost. nõ expediuerint.*

86 *Litigiosa beneficia sunt affecta Sedi Apostolicæ.*

87 *Litigiosum beneficium quod dicatur. ostenditur.*

88 *Beneficia deuoluta ad Papam Sedis Apost dispositioni reseruantur.*

89 *Affecta beneficia sunt reseruata Sedis Apost. dispositioni.*

90 *Affecta beneficia in quibus casibus dicantur, ostenditur, & numeris seqq.*

91 *Papa si electoribus beneficij mandet, ne ad electionem procedant, tale beneficium remanet affectum.*

92 *Affectum remanet beneficium per resignationem de eo factam in Curia in qua Papa semel manum apposuit prouidendo resignatarium, si resignatio vel sit inualida, vel effectum non fuerit sequuta, & quid in resignatione ad fauorẽ certæ personæ, ostẽditur ibid. n. 93.*

94 *Manus appositio Papæ in resignatione, an, & quando faciat beneficium resignatum affectum ostenditur.*

93 *Beneficia reseruata quouis modo vacantia Sede Apost. vacante liberè confert Episcopus.*

96 *Regularum Cancellariæ ius, & auctoritas per mortem Papæ conditoris expirat.*

97 *Papa tempore assumptionis ad Summi Apostolatus apicem, sibi reseruat aliquando beneficia vacantia, Sede Apost. vacante, de quibus ordinarij collatores tunc minimè dispesuerint.*

98 *Beneficia reseruata ratione temporis, nõ censentur reseruata, si vacent Sede Apost. vacãte; secùs si sint reseruata ratione personarum, vel ipsius beneficij, vt ibi optimè explicatur*

99 *Mandata illa de prouidendo, & expectatiuæ ad beneficia vacatura nemini deinceps concedantur.*

100 *Expectatiuæ sunt omninò sublatæ.*

101 *Visitator, seu Vicarius Ecclesiæ Cathedralis vacantis à Papa deputatus beneficiorum conferendorum in ea diœcesi habet facultatem.*

102 *Capitulum Canonicorum, aut Regularium quandoque ius habet beneficia conferendi ex consuetudine, aut priuilegio.*

103 *Collatio beneficij, si ad Capitulum, & Episcopum simul spectet, alter sine altero conferre non potest, præterquam in duobus casibus.*

104 *Concilium generale, seu Collegium Cardinalium nõ potest Sede Romana vacante ea beneficia conferre, vel alia negotia agere, quæ sunt Romano Pontifici specialiter reseruata*

105 *Beneficia omnia sunt intra certum tempus conferenda.*

106 *Cathedrali, vel Regulari Ecclesia vacante intra tres menses Prælati electio, & Ecclesiæ collatio fieri debet.*

107 *Beneficia intra sex menses à die notitiæ vacationis numerando sunt conferenda.*

108 *Patronus, vbi neglexerit ad beneficium ecclesiasticum præsentare intra tempus sibi præstitutum, tunc ius conferendi ad institutentem deuoluetur.*

109 *Prælatus Episcopo inferior, si legitimè ius conferendi beneficia ecclesiastica habuerit, eo negligente conferendi potestas deuoluetur ad Episcopum.*

110 *Capitulo Cathedralis Ecclesiæ negligẽte in conferendis beneficiis, quæ ad suam collationem separatam ab Episcopo pertinent, ad Episcopum fit deuolutio.*

111 *Episcopo negligente intra debitum tempus conferre beneficia ad suam collationem separatim à Capitulo iure proprio spectantia tunc deuolutio fit ad ipsum Capitulum; secus si iure speciali, vel deuoluto.*

112 *Episcopus vbi fuerit exẽptus, & Romano Pont. immediatè subiectus, tunc illo negligente potestas ad solum Romanum Pont. non autem ad Capitulum deuoluetur.*

113 *Deuolutio fit, si ij, ad quos spectat, prouident indignis, seu inhabilibus, & incapacibus.*

114 *Vicarius, si contulit beneficium indigno, non est Episcopus conferendi potestate priuatus.*

115 *Deuolutio gradatim de inferiore ad proximum superiorem facienda.*

116 *Papa in beneficiis inferiorum conferendis vti potest non solùm iure deuolutionis, sed etiam iure præuentionis.*

117 *Deuolutio ex negligentia dimanans fit cum onere, & qualitatibus requisitis in prima prouisione.*

181 *Collatio facta à collatore negligente post tempus elapsum est nulla, quantumuis postea deuolutio contingat, nec per huiusmodi superuenientiam conualescet.*

119 *Ius conferendi per priuationem perditur, aut ad tempus, aut in perpetuum.*

120 *Collationis ius prouidè, & optima ratione fuit ab Ecclesia institutum.*

121 *Regressus, & accessus ad beneficia vacatura cuiquam permitti, aut concedi non debent.*

122 *Beneficia, antequam vacent, conferri, aut promitti non debent.*

123 *Pactum de futura successione in aliena hæreditate prohibetur.*

124 *Officia temporalia promitti possunt, antequam vacent.*

125 *Officia temporalia potest Rex promittere in tempus quo vacent.*

126 *Coadiutores Episcopis, vel Curatis cum futura successione in eorum Ecclesiis dari prohibentur.*

127 *Pactiones omnes, quæ labem simoniacam inducere possunt, prohibentur.*

128 *Permutationes, & resignationes reciprocæ, vel in fauorem alterius, cum obseruationibus debitis, & Ecclesiæ auctoritate fieri permittuntur.*

129 *Beneficia vacantia non possunt collatores sibi ipsis cõferre, & quid an possint procuratorem constituere ad sibi conferendum, ostenditur.*

130 *Beneficia illis tantùm personis sunt conferenda quæ omni careant impedimento clericatus.*

131 *Hæretici, eorùmque fautores, receptatores, defensores, eorùmque filij vsque ad secundam generationem beneficiorum sunt incapaces.*

132 *Crimen superueniens non facit quem inhabilem ad beneficium iam obtentum.*

153 *Filij, & nepotes hæreticorum, &c. qui tales esse, aut tales decessisse probantur, sunt inhabiles ad beneficia non autem filij illorum, quos emendatos esse constiterit.*

Inhabiles sunt ad beneficia consequenda,

134 *Apostatæ.*

135 *Schismatici.*

136 *Excommunicati excommunicatione maiori.*

137 *Beneficium excommunicato collatum, seu resignatum, non potest ab ipso in conscientia retineri, siue excommunicatio sit lata de iure, siue ab homine.*

138 *Absolutio sequens non tollit incapacitatem præcedentem.*

139 *Excommunicatus nulliter non est inhabilis ad beneficia consequenda.*

140 *Excommunicatus potest acceptare beneficium iam sibi, cùm non erat excommunicatus, collatum.*

141 *Possessor triennalis non potest molestari ex eo, quòd collatio sibi fuerat facta tempore, quo erat excommunicatus.*

142 *Excommunicatus post interpositam appellationem potest beneficium acquirere.*

143 *Dispensare an, & quando possit Episcopus, vt quis retineat beneficium obtentum tempore excommunicationis, ostenditur.*

144 *Suspensi ab officio, vel beneficio, beneficia consequi non possunt.*

145 *Beneficia amittit qui contumaciter per annum steterit in suspensione.*

Beneficia consequi non possunt,

146 *Irregulares,*

147 *Sodomitæ notorij,*

148 *Bigami.*

149 *Aleatores.*

150 *Simoniaci in beneficio assequendo.*

151 *Clericus malè vsurpans bona Ecclesiarum,*

152 *Clerici non beneficiati vestes publice portantes contra decretum Concilij Viennen.*

153 *Clerici concubinarij incorrigibiles,*

154 *Clericus coniugatus.*

155 *Coniugatus quicunque qui aliquem de sacris Ordinibus matrimonio durante, etiam nondum consummato, præsumit suscipere, nisi seruata Canonum regula, ad quodcunque beneficium promoueri prohibetur.*

156 *Coniugatus matrimonio durante ad sacros Ordines permotus efficitur irregularis.*

157 *Secularis, & non professus regularia beneficia, in titulum Regularibus conferri consueta, obtinere non potest nisi habitum eiusdem Ordinis omninò suscipiat, &c.*

158 *Religiosus vnius Religionis non est capax beneficij regularis alterius Religionis.*

159 *Laicus nullus ecclesiastica beneficia quantumuis simplicia, consequi potest.*

160 *Clericus prima tonsura ab alieno Episcopo sine litteris, aut cum falsis dimissoriis, beneficia consequi non potest.*

161 *Filij Clericorum legitimi paterna beneficia immediatè obtinere non possunt, & ad hoc egent dispensatione*

162 *Canonicatum in Ecclesia, in qua pater, obtinere non potest illegitimus per subsequens matrimonium.*

163 *Beneficium aliquod obtinere non potest minor 14. annis, sed standum, fundationi statuenti contrarium.*

164 *Episcopus non potest indulgere cuiquam, vt ante 14. annum beneficium obtineat.*

165 *Illiterati beneficia consequi non possunt; sed qui tales dicantur? ostenditur.*

166 *Infamis beneficium obtinere non potest.*

167 *Corpore vitiati beneficia consequi non possunt.*

168 *Cleri*

168 Clerico incidenti in cæcitatem, beneficium etiam simplex conferri non potest.

169 Periurus, vti infamis, beneficium consequi non potest.

170 Filij & nepotes offendentium Cardinalem beneficia obtinere non possunt.

171 Beneficia incompatibilia secundùm formam præscriptam in Extrauag. Execrabilis, dimittentes, inhabiles penitùs ad quæcunque alia fiunt.

172 Beneficium vnum curatum habens non potest aliud curatum, vel aliàs incompatibile adipisci.

173 Beneficium curatum, aut personatum, vel dignitatem habens, si recipiat secundum simile, ipso iure vacat primum, & si illud retinere contenderit, etiam secundo spoliari debet.

174 Possessio pacifica quando dicatur, vt inducatur vacatio prioris beneficij, ostenditur.

175 In beneficiis simplicibus residentiam requirentibus, vel aliàs quomodolibet incompatibilibus, inducitur vacatio primi ipso iure per adeptionem secundi pacificè possessi.

176 Papæ reseruata est facultas dispensandi, vt sublimes, & litteratæ personæ retentis minoribus, maioribus valent beneficiis honorari.

177 Dispensandum est cum litteratis iuris circa beneficiorum pluralitatem.

178 Litteratis est fauendum, cum hac tempestate miseri vagentur.

179 Beneficia simplicia, & quæ sunt sine titulo, faciliùs pluralitatem admittunt.

180 Episcopus non potest plura beneficia simplicia vltra duo vni conferre, vsque ad sufficientem eius sustentationem absque Apostolica dispensatione.

181 Episcopus poterit conferre beneficium habenti iam in pensionibus Ecclesiasticis.

182 Episcopus, si de facto conferat tertium beneficium habenti duo beneficia simplicia, aliàs ad sustentationem insufficientia, collatio tertij est valida: sed, si tertium sit sufficiens, vacant duo priora, & si continuauerit in possessione, recipiendo ex eis fructus vacant omnia.

183 Beneficium quod dicatur sufficiens ad congruam sustentationem ostenditur.

184 Collatio tertij beneficij simplicis ei, qui alia duo habet sufficientia, potest fieri ab Episcopo, & potest recipi; sed non ad effectum retentionis omnium.

185 Beneficium vnum sufficiens habens, non potest retinere duo; & habens duo per se separatim insufficientia, sed simul iuncta sufficientia, non potest retinere tertium.

186 Per retentionem plurium simplicium beneficiorum an, & quando vacent omnia ipso iure? ostenditur, & numeris seqq.

189 Votum Illustrissimi D. Paulutij S. Congregationis Concilij Secretarij, & num. seqq.

193 Beneficia simplicia de iurepatronatus laicorum sunt sicut cætera incompatibilia.

194 Prouisi de beneficiis incompatibilibus, etiam simplicibus, non possunt se tueri triennali possessione.

195 Beneficium impetrans debet indicare, si quod aliud obtinet, aliàs collatio est nulla, nisi in prouisione Ordinarij, vt n. seq.

196 Prouisus ab Ordinario, ad validitatem suæ gratiæ, nihil tenetur iustificare.

197 Data litterarum stabitur, vbi plures in eadem Ecclesia idem beneficium impetrarent, & prior impetrans præfertur.

198 Data facit, vt gratia dicatur in rerum natura.

199 Gratia an dicatur perfecta ex sola signatura? ostenditur.

200 Collatio si facta sit duobus diuersis eo die, nec appareat, cui prius facta fuerit, potior est conditio possidentis.

201 Index nullus in Curia etiam Cardinalis debet iudicare secundum tenorem supplicationis concernentis gratiam, sed secundum litterarum expeditarum tenorem.

202 Bullarum expeditio de iure communi non requiritur quoad essentiam, & effectum gratiæ.

203 Bullarum expeditio requiritur de stylo Curiæ quoad exercitium gratiæ, siue illius probationem, & canonizationem.

204 Supplicatio sola sine litteris sufficit, vbi non agitur de canonizatione gratiæ, vel ad effectum obtinendi simplicem absolutionem.

205 Supplicatio sola sine litteris sufficit, quando agitur possessorio pro manutentione in quasi possessione erigendi processionem.

206 Supplicationi sine litteris creditur contra supplicantem.

207 Signaturæ supplicationis stabitur ad probandam impetrationem, & præcedentem veram vocationem.

208 Rota procedit ad disputationem dubiorum cum sola supplicatione absque litteris.

209 Mandatum speciale requiritur ad acceptandam collationem beneficij, seu institutionem.

210 Mandatum speciale requiritur in apprehensione possessionis beneficij per procuratorem.

211 Mandatum ad acquirendam possessionem talis beneficij in indiuiduo non requiritur.

212 Titulorum multiplicatio datur in beneficialibus & ratione illorum potest quis se defendere, quamuis vtroque titulo non possit agere.

213 Intellige in gratiis diuersis, non autem in contrariis.

214 Beneficiorum in collatione, aut qualibet prouisione nihil est detrahendum iniunctis oneribus, aut aliis qualitatibus in ipsorum beneficiorum fundatione, aut erectione constitutis.

215 Clerici minùs nobiles non sunt à beneficiis consequendis repellendi, nisi propter vitium aliquod sint viliores.

216 Statutum, siue consuetudo non valet, quòd non admittantur ignobiles in Canonicos Cathedralium.

217 Clerici certæ originis non sunt eligendi, sed vndecunque sint, modò idonei existant, sunt ad beneficia admittendi.

218 Statutum prohibens Clericos forenses admitti ad Capitulum, tanquam illicitum, ambitiosum, & contra Ius non tenet.

219 Neophyti, si aliàs digni sint, & idonei, non sunt à beneficiis consequendis repellendi.

220 Conuersi ad fidem sunt honorandi propter adeptam sacri Baptismatis dignitatem, & non vituperandi.

221 Beneficij Ecclesiastici capax est ille, qui à Iudæis originem ducit.

222 Beneficia si aliquando conferantur, aut aliàs contra Canones collatio fiat, ipsa irrita est, si is, cui facta fuit, omninò sit de iure inhabilis ad beneficia consequenda.

223 Idoneus intrinsecè præsumitur is, cui Papa

beneficium contulerit, etiam cum clauſ. Si idoneus fuerit.

224 *Capitulo obiicienti impuritatem, & ortum à parentibus impuris, vel infidelibus, incumbit onus probandi.*

225 *Nemo natus inter Christianos, de iure grauatur onere probandi se eſſe natum ex puris Christianis, ſed in dubio praſumitur.*

226 *Collatio beneficij, antequam fiat, debent coram iudice executori iuſtificari ea omnia, quæ ſunt de narratiua ſubſtantiali gratia, vt illius executioni ſit locus. Sed an, & quando, & in quibus caſibus id verum ſit, oſtenditur.*

227 *Narratiua duplex eſt, alia cauſa conceſſionis, quæ debet plenè, & concludenter probari; alia, quæ eſt pars gratiæ, cuius ſemiplena probatio ſufficit.*

228 *Narratiua ſufficit iuſtificari de facto.*

229 *Probatio plena requiritur narratiuæ, quæ eſt pars gratiæ, quãdo adeſt cõcurſus alterius tituli.*

230 *Caſus tres diſtinguendi in materia iuſtificationis gratiæ.*

231 *Originale litterarum Apoſt. eſt producendum vt Iudex, qui illas exequi debet, ſit certus de ſua iuriſdictione.*


Inimvs iam de omnibus generibus
1 beneficiorum, nunc verò quomodo
acquirantur, eſt videndum. Multis
namque modis beneficia Canonicè
acquiruntur; veluti per collationem, ſeu prouiſionem; inſtitutionem, ſeu inueſtituram, per reſignationem, ſeu renuntiationem; per vnionem, & acceſſionem, permutationem, optionem, electionem poſtulationem, & tranſlationem. Per emptionem verò, aut venditionem, ſeu quamlibet illicitam occupationem minimè, *c. alienationes, verſ. illud.* 12. *q.* 2. Verùm electio, poſtulatio, & tranſlatio locum habent præcipuè in Epiſcopatibus, & Prælaturis, ac Dignitatibus electiuis atque ad perſonas ipſas eligendas ſpectare videntur, propterea de his *ſupra lib.* 1. egimus: hic verò de cæteris pertracta-
2 bimus, quæ quidem omnia, electionem, ſcilicet, præſentationem, confirmationem, inſtitutionem, & omnem modum, per quem quis prouidetur de beneficio, collationis appellatione contineri probant *Clem vnic.* iuncta gloſſ. *verb. conferantur, in fine, de rerum permut.* Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloſſ.* 16. *n.* 9. & citati per me *de appellatiua verborum vtriuſque Iuris ſig. appel.* 54. *n.* 1.

Eſt autem collatio beneficij, à Superiore gra-
3 tuita facta conceſſio, quæ & prouiſio dicitur; quia is, cui eſt facta collatio, dicitur de beneficio prouiſus, aut beneficium de perſona prouiſum. Impetrans beneficium à vero collatore ſi concurrit cum eo, qui impetrauit ab alio communiter reputato vero collatore, vtique præferendus eſt, per *cap. ſuſceptum, de reſcript. in* 6. Lap. *alleg.* 89. *n.* 14. *in fine, & n.* 15. Boer. *deciſ.* 150. *num.* 13. Rota *in Aſſiſien. Canonicatus* 25. *Iunij* 1599. *coram Litta*, vbi fuit dictum non tenere collationem Canonicatus factã ab Epiſcopo Aſſiſienſi, qui tunc ſuſpenſus erat, quippe qui aliud beneficium in manibus eius reſignatum fratri germano reſignantis contra formam Conſtitutionis Pij V. 58. contulerat; nec ſuffragari quod communiter habebatur pro non ſuſpenſo, & quod propterea per *l. Barbarius ff. de offic. Præſid.* deberat ſuſtineri actus, quia *d. l. Barbarius* non poterat ſibi vendicare locum ſtante concurſu prouiſi Apoſt. refert Sperel. *dec.* 30. *n.* 35.

Inſtitutio autem, ſicut & præſentatio ad iuſpa- 4
tronatus pertinet. Beneficium nanque iuriſpatronatus non dicitur propriè conferri: non enim Ordinarius perſonam eligit prouidendam, nec patronus ipſe electum dicitur prouidere, ſed propriè Ordinarius dicitur inſtituere: patronus verò dici-
tur præſentare. Inueſtitura verò eſt inſtitutionis, 5
vel collationis confirmatio, & miſſio in poſſeſſionem, & in Principibus beneficia conferentibus accipitur pro collatione ipſa, & confirmatione, vt colligitur ex *cap. Adrianus, & cap. in Sinodo* 63. *diſtinct.* atque in ſecularibus collatio feudi propriè inueſtitura vocatur, vt *in lib. feudorum*, videre
licet. Per reſignationem, ſeu renunciationem, &
permutationem, vnionem, vel acceſſionem acqui- 6
ritur beneficium iis modis, quos *infra ſuis locis*
exponemos. Per optionem verò beneficium ita 7
dicitur acquiri, ſi, videlicet, Canonici aut Eccleſiaſtici de Collegio antiquiores vigore conſuetudinis, vel ſtatuti optent gradatim meliores præbendas decedentium, hoc eſt, ſuas deteriores cum melioribus vacantibus permutent, vt Bonifacius VIII. conſtituit *in cap. vltim. de conſuetud. lib.* 9. quę quidem optio regulariter fieri debet intra viginti dies, *dict. cap. vltim.* Franc Marc. *Delphin deciſ.* 1258. *num.* 5. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell gloſſ.* 34. *num.* 75. Monet. *de opt. Canon. cap.* 4. *à num.* 1. & currunt ſimul omnibus optare volentibus, gloſſ. *verb. duntaxat in d. cap. vltimo.* Gonzal. *d. gloſſ.* 34. *num.* 76. Monet. *d. tract. c.* 6. *n.* 11. Sed minui poteſt hoc tempus per Capitulum, Pariſ. *conſ.* 10. *num.* 17. *vol.* 4. Monet. *d. c.* 4. *n.* 3. ſicut & prorogari valet, vt docet Zerol. *in praxi Epiſc. p.* 1. *verb. Canonica*, §. 7. Monet. *d. c.* 4. *à n.* 7. Computantur autem huiuſmodi viginti dies à die veriſimilis ſcientiæ vacationis Gloſ. *verb. viginti, in d. c. vlt.* Zerol. *d.* §. 7. Gonzal. *d. gloſ.* 34. *n.* 75. cùm tempus optandi præbendas non currat ignorãtibus. Tiraq. *de retractu lig.* §. 35. *gloſ.* 4. *num.* 14. Monet. *d. tract. c.* 6. *à n.* 18. vbi *n.* 25. notat, quod ad hoc, vt currat hoc tempus ad optandum, non ſufficit ficta illa notitia, de qua *in Clem. vnic.* §. *cæterum, de conceſſ. prebend. & num.* 39. firmat, probabile eſſe, quod ſi ij omnes, qui optare debebant, iuſtè impediti fuerint, durante tali impedimento illud tempus ius non currat. & *à n.* 43. ait, quòd vbi etiam ipſo iure curerit illud tempus optandi, adhuc competet, tam minoribus ex cauſa ætatis, quàm abſentibus, aliiſve iuſtè impeditis integrum reſtitutio.

Antiquiores regulariter priùs optare debent 8
quàm iuniores, vt decidit text. *in d. c. vlt.* Monet. *d. tract. cap.* 4. *q.* 1. *n.* 15. vbi cum Bellarm. *dec.* 229. ait hoc ita procedere, vt huiuſmodi antiquiores vigore ſtatuti, aut, conſuetudinis de optando non ſemel duntaxat, ſeu pro prima vice ſeu quoties caſus euenerit, modò aliud non eſt obſtet, optare poſſint, cùm hic actus ſua natura reperibilis, ſeu iterabilis ſit. Si Canonicus antiquior differt optare intra legitimum tempus, itavt ſit periculum, ne illud labatur, ad damnum iuniorum, poterit iunior ſequens optare præbendam, quam ille optare debebat; & tenebit optio iunioris in euentum, quo ſenior, ſiue antiquior, intra tempus ſtatutum non optauerit, vt per Tiraquell. *de retract. conuent.* §. 2. *gloſſ.* 1. *num.* 66. Zerol. *dict. verb. Canonica*, §. 7. *concluſ.* 4. Gonzal. *dict. gloſ.* 34. *n.* 76. Monet. *dict. tractat. cap.* 5. *quæſtio.* 5. *numer.* 3. Intellige de antiquioribus non ætate, ſed receptione, gloſſ. *verb. antiquiores, in d. cap. vltim.* Rota *deciſ.* 6. *num.* 2. *conſuet. in antiq. & deciſ.* 411. *n.* 2. *p.* 1. *diuerſ.*

diuers Falcon.in tract.de reseruat.benefic.effectu 49. Miles in suo repert.verb.consuetudo;per quam disponitur,l 1.Zerol.d.verb Canonicus, §.7. concl. vltim. Azor Instit.moral.p.2.lib.6.cap.26.qu. 12. Gonzal. ad reg.8. Cancell.§. proœm.à nu.22.Monet.d.tract. c. 4.q.1.n.15. Et sic antiquiores in opinione præbendæ illi dicuntur, qui diutiùs in Ecclesia militarunt,Menoch. de arbitr.casu 124.num.5.& fuerunt in possessione priores, licèt sint in prouisione posteriores, Gonzal d.gloss.34.n. 49.Vnde antiquior non censebitur ille ,ac proinde præferendus non erit; qui cùm priùs esset Canonicus, postea mutauit præbendam, & Canonicatum, per impetrationem & collationem, sed præferri debebit is ,qui post primam illius receptionem, ante tamen secundam receptus fuit in Canonicum, vt post Paris.resoluit Monet.d.tract.c.5.q.1. n.12. Antiquior num sit ille, qui per Cameram possessionem accepit iis, qui eam postea per se ipsos vel procuratores cœperunt? Vide Monet. d.c.5.n.22 & 13.

10 Absens optare potest, Monet.d.tract.cap.4.q.3. à num.31.per procuratorem scilicet, Gonzal. d.gl. 34.num.123.Monet.d.c.4.numero 52. cum seqq.vbi numero 55.id ampliat, etiamsi procurator non habeat speciale mandatum, dummodo constitutus sit cum libera ,& à num.58.subdit, quòd si procurator habeat generale mandatum, vel negotiorũ
11 gestor optet nomine meo, & ego tamen habeam optionem, valebit optio.Nec ab optione huiusmodi excluditur excommunicatus, secundùm Cou.in cap.alma mater,p.1.§.7.num.4. Gig.de pensionib.q.63.n.15. Vgolin. de censur.tab.2. cap. 13. §.2.num 15.Sayr.in simili tract.lib.2.cap.6. numero 23.Monet.d.cap.4.à num.26.vbi post n.30.limitat, si ex speciali statuto, vel consuetudine optandus sit titulus,veluti quando portionarius optat Canonicatum, vel Canonicus dignitatem, aut aliàs, vbi requiratur in optione noua collatio, quod etiam tenent Gonzal.d.gloss.34. n. 65. & num. 71. Suar.tom.5.de censur.disp,13.sect.1.num.19. Nicol. Garc.de benefic.p.1.c.13.num.48.cum seqq. Anton Riccinl.de iure personar.extra gremium Eccles. existentium.lib.4.c.11.per tot.

12 Vqi antiquus propter aliquod corporis vitiũ repellitur ab Ordinibus annexis alicui præbendæ, vel beneficio in Ecclesia Cathedrali, seu Collegiata, non poterit quoque in ea Ecclesia optare vacantem præbendam, aut portionem, vt resoluit Monet,d.c.3.q 46.à.numero 109.& à numero 117.obseruat clericum, qui cæcus est, postquam beneficium in Ecclesia aliqua Cathedrali, vel Collegiata obtinuit, non ideò excludendum esse ab optione, quæ deinceps facienda occurrat: & n.126. idem quoque dicendum putat de surdo, muto, & aliis similibus corpore vitiatis: & à n. 128.ait, peccatorem etiam notorium regulariter, vt sic non esse arcendum ab optione: & à n.136. tenet irregularitatem præcedentem receptionem Ordinis, aut beneficij, impedire quoque optionem. An autem coadiutor & coadiutus optare possint, latè disputat idem Monet. vbi proximè, à n.139.vbi n.158.firmat Dignitatem, Canonicatum, vel portionem in Cathedrali, vel Collegiata Ecclesia obtinentem, perinde optare posse, ac si non haberet coadiutorem cum futura successione: & n.163.dicit coadiutorem minimè optare posse, de quo tamen vide, quæ latè scribunt Gonzal. d.glos.34.n.97. Nicol.Garc.de benefic.p.4.c.5. n,118.cum seqq.

Optio locum non habet in beneficiis, seu præ-
bendis in Curia, vel apud Sedem vacantibus, d.c. 13
vlt.Simonet.de reseruat.benef.c.45.n.3. Falcon.in simili tract.q.4.effectu 1. Flamin.de resignat.benef. lib.2.q.20.n.7.Azor.d.p.2.lib.6.cap.26.q.13.Monet. d.tract. cap.3. à n.12.Nec in beneficiis quomodocũque reseruatis, siue generaliter, siue specialiter, Franc.Marc.Delphin.decis.1271.nu.2.p.2. Flamin Azor,d.q.20.n.3 Azor.d.p 2.lib.6.cap.26. q.13.Anastas.Germon. de indultis Card.§.etiam ex eo,num.12.Gonzal.d.gloss.34.numero 2.Nicol.Gar. de benefic.p.5.c.1.n.452.Monet.d.cap.3.qu.3.à 51. Nec in mẽsibus Apostolicis, seu beneficiis reseruatis per reg 8.Cancel.de alternatiua, vt in specie tradunt Paul.Granut.in addit.ad Simonet.de reseru. benef.q.45.verb.superfluum, Gonzal.d.gloss.34.à n. 1.Monet. d.q.3.n.78. Nec in beneficiis, & præbẽdis, quæ permutantur, & resignantur, siue in ipsa permutatione, & resignatione, Petr.Greg.de benef. cap.39.num.4.Ayor.d.p.2.lib.7.cap.30.q.7.Flam. Paris.d.q.20.numero 2.Gonzal.d.glos.34.num.35.
& seq.Moner.d.cap.3.q.3.à n.124.Habet tamẽ lo- 14
cum in iis Præbendis, quæ deuoluuntur ad Papam ex negligentia inferiorum in non conferendo intra sex menses à die notitiæ vacationis, vt per Franc.Mar. Delphin.decis.1259.n.1.p.1. Gonzal.d.gloss.34.numero 75.Ayor.d.c.26.q.13.Monet. d.q.1.n.106.

Nunc verò de collationibus in genere pertra- 15
ctemus, discutientes, scilicet, quis, & quæ beneficia possit conferre, vbi de reseruationibus agemus, & quibus personis sint conferenda, & alia nonnulla circa beneficiorum acquisitionem. Quod ad primum attinet, est sciendum, quòd de Iure communi antiquo beneficia ecclesiastica quomodocumque vacantia, ad Ordinarij dispositionem, & collationem pertinebant, in cuius Diœcesi consistebant, glos.& Doctores in cap.fin. de suppl. neglig. Prelat. nisi ad alium ex speciali statuto, vel consuetudine pertineret. Excepta tamen fuit semper auctoritas Romani Pontificis, qui tanquam totius Ecclesiæ Ordinarius in multis casibus semper beneficia quæcumque ad libitum contulit, c.si à Sede, de prabend.lib,6.Clem.1. vt lite pend. habet enim vbique liberam beneficiorum dispositionem, cap.2 vbi glos. & Doct. de prabend.lib.6.d. Clem. 1. Sæpiùs autem idem Roman. Pontifex consueuit Ordinariis mandare, vt alicui de beneficio vacaturo prouiderent, ac prætetea beneficiorum conferendorum sibi reseruationes generales, & speciales fecit, vt ostendemus.

Est enim sciendum, quòd cœperunt primùm 16
Romani pontifices gratias beneficiales concedere monendo quidem Ordinarios, cap.capitulum, cum seqq. de rescript. postea per rescriptum mandando, & quandoque executores constituendo idem facere consueuerunt, cap. constitutus, cap. ex insinuatione,eod.tit.c.pro illorũ,de prebend.Clem.1.de concess.prabend. illud tamen obseruantes, vt pro vno tantùm Ordinarium grauarent: propterea enim in mandatis de prouidendo, clausulam apponebant, si pro alio non scripserimus, c.mandatum,
cum seqq.de rescript.Temporibus autem Innocen- 17
tij IV.prout refertur in cap.1. de concess. prebend. lib.6. dabatur facultas beneficium acceptandi, vt scilicét is, pro quo Romanus Pontifex rescribebat, posset beneficium vacaturum obtinere, quòd sibi videretur acceptandum. Clemens verò V. in d,Clem.1.de concess.prab enda,eandem gratiam intra mensem

18 mensen tantummodo à die vocationis concedere voluit. Reseruationes verò beneficiorum à Romanis Pontificibus non fiebant; quamuis, tempore Innocentij III. nonnullæ reseruationes speciales super primo vacaturo, & pro certa persona factæ inueniuntur, vt colligitur ex *cap. cùm dilectus, de iurepatr.* atque illud deinceps fuit vsu introductum, vt ea beneficia, quæ apud Sedem Apostolicam vocare contigisset, Summi Pontifi-
19 cis collationi reseruata intelligerentur: quam consuetudinem Clemens IV. Constitutione lata firmauit, de quo *in cap. 2. de præbend. lib. 6.* eámque Bonifacius VIII. *in c. præsenti, eod. tit.* ad vacantia intra duas dietas extra Curiam extendit. Simonet. *in tract. de reseruat. q. 50. num. 1.* Ludouic. Gom. *in reg. de triennali, 31.* Rebuff. *in prax. benefic. tit. de reseruat. n. 2.* Flamin. Paris. *de resignat. lib. 2. q. 16. n. 18.* Zerol. *in praxi Episcop. part. 1. verb. beneficium, §. 2.* Cardinal Tusch. *tom. 1. lit. A. concl. 76.* Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 7. cap. 30. q. 9.* Nicol. Garc. *de benef. p. 5. cap. 1. à nu. 68.* Rot. *in Sabineo. beneficij, 24. Martij, 1631. coram R.P.D. Verospio*, vt præcluderetur vto Ordinariis præueniendi prouisiones Apost. per procuratores in Curia constitutos ad conferendum, vt obseruauit glos. *verb. per se ipsos, in cap. 3. de præbend. lib. 6.* Flamin. Paris. *d. num. 18.* Rebuff. *in praxi tit. de forma Vicariatus, num. 228.* Va-
20 lasc. *cons. 79. num: 6.* vbi propterea dicit prouisum ab Ordinario de tali beneficio, nec habere titulum coloratum, quod antea dixerat Rot. *decision. 803. lib. 3. par. 3. diuers.* Ludouic. Gom. *d. quæstio. 31. num. 19.*

21 Quod quidem locum non habet in iis, qui in Vrbe degunt ratione originis, vel domicilij, nisi etiam Curiam sequantur, & Curiales existant, *d. cap. præsenti, vers. sanè si quis*, Rot, *decis. 616. n. 2. p. 4. diuers. & in Romana, beneficiatus S. Petri 27. Ianuarij, 1693. coram Card. Blanchetto*, quam refert Nicol. Garc. *de benef. p. 5. cap. 1. num. 83.* & latissimè *in alia Romana beneficiatus S. Petri, 8 Aprilis, 1621. & 20. Nouembris, 1624. corã R P.D. meo Pirouano, & in Romana Capellania, 20. Nouembris, 1628. &*
22 *23. Martij, 1629. coram eod.* Licèt enim beneficia vacantia apud Sedem dicantur etiam vacare in Curia, non tamen, quæ vacant in Curia, vel ratione obitus, vel alterius reseruationis, dicuntur vocare apud Sedem, si deficiat qualitas curialitatis; Sarnen. *in reg. de de triennali, q. 31. vers. & ideo pro clariori.* Gonzal. *d. Glos, 13. num. 49. & 5.* Rot. *in d. Romana beneficiatus S: Petri 8. Aprilis, 1621. coram R.P. D. meo Pirouano, & in d. Romana Capellania, coram eodem.* Intellige tamen restrictionem *§. sanè*
23 *d. c. præsenti*, esse localem, ac proinde non comprehendere alia beneficia, quàm illius loci, in quo est ipsa Curia, vt ex mente glos. *ibi verb. moraretur*, sensit glos. Gonzal. *d. glos. 13. num. 14.* Lotter. *de re benefic. p. 2. c. 27. num. 73.* & hunc intellectum approbauit semper stylus Datariæ, quæ hanc distinctionem Curialitatis non obseruat, nisi in beneficiis sitis in loco Curiæ, & dat in aliis, quæ vacent per obitum in Curia, prouisiones indistinctè vti de vacantibus apud Sedem: & fuit hæc eadem firmata, & perpetuò sibi constans Rotæ sententia, vt pro reseruatione ex capite vacationis apud Sedem hæc qualitas Curialitatis in persona defuncti: & iuxta dispositionem *dict. §. sanè*, non sit attendenda, nisi quando agitur de beneficiis sitis in loco Curiæ, vt in Capellaniis clericalibus, & aliis beneficiatis Ecclesiarum Vrbis, super quibus emanarunt decisiones suprà citatæ. Ita eleganter Rota *in d. Sabinen. beneficij, 24. Martij 1631. coram R.P.D. Verospio.*

Curiales autem ad effectum prædictum dicuntur 23
illi, qui Papæ, aut Cardinalibus Romanæ Curiæ inseruiunt, aut aliàs occasione Curiæ, in Vrbe commorantur, Mandos. *ad reg. 5. Cancell. quæst. 1. num. 18. vers. concludo igitur*, Rot. *decis. 616. num. 2. p. 4. diuers. & in d. Romana beneficiatus S. Petri 20. Nouembris, 1624. coram R.P.D. meo Pirouano Ca-* 25
pellania coram eodem; in qua propterea fuit resolutum Protonotarios Apostolicos creatos à Legatis de latere non dici Curiales; quia nullum officium, neque seruitium in Curia habent, sed creati sunt Notarij honoris causa tantùm; potestas enim omnimoda, tam in scribendis actis Martyrum, quàm in aliis functionibus, quæ priùs ad istos Protonotarios spectabant ex Constit. Sixti V. & aliorum successorum, concessa fuit Collegio Protonotariorum participantium priuatiuè quoad alios.

Non sufficit tamen ad effectum prædictum, quòd 26
quis semel fuerit Curialis, nisi etiam probetur Curialitas continuata vsque ad mortem, Anch. Archid. Ioann. Andr. & Monach. *in cap. præsenti*, Mandos. *in reg. 5. cancel. q. 3. in fine*, Rot. *in dict. Romana beneficiatus S. Petri 20. Nouembris 1624. & 30. Martij 1626. coram R.P.D. meo Pirouano.* Præsu- 27
mitur tamen Curialitas continuata vsque ad obitum, nisi mutata probetur, vt de familiaritate tradunt Sarnen. *de impetrat. benefic. per obitum famil. q. 13. num. 6.* Rot. *decis. 145. num. 4. p. 1. recent.* & de ciuilitate firmat Bart. *in l. assumptio, §. vlt. ff. ad municip.* Menoch. *de præsumpt. lib. 6. præs. 25. num. 3. & præs. 42. n. 12.* & de curialitate Mandos. *super. d. reg. 5. q. 4. in fine, & num. 6. vers. ad illud.* Verùm aduersùs hanc præsumptionem admittitur leuior probatio, etiam per alias præsumptiones, & coniecturas. Alciat. *de præsumpt. reg. 2. præs. 21. num. 12. & 13.* Menoch. *lib. 4. præs. 64. n. 65.* Rot. *in d. Romana beneficiatus S. Petri, 20. Nouembris, 1624. & 30. Martij, 1616. coram R.P.D. meo Pirouano*, refert F. tentil. *in annot. ad dec. 540. Buratti lit. C.*

Sub hac reseruatione beneficiorum vacantium 28
Apud Sedem non veniunt beneficia iurispatronatus laicorum, vt per glos. *verb. collatio, in d. cap. 2.* vbi Gemin. *num. 11.* Franch. *num. 8.* & plures, quos refero *alleg. 57. num. 26.* quibus addo Nouar. *in sum. Bullar. tit. de beneficior. reseruat. numero 6.* resoluit Rot. *in Placentina Capellania, 19. Ianuarij, 1622. coram R.P.D. meo Coccino Decano*, & admisit *in Camaclen. & Ferrarien. Præpositura, & beneficij 15. Decembris, 1625. coram bonæ mem. Remboldo*: quòd si
Papa prouideret de beneficio iurispatronatus lai- 29
corum vacante apud Sedem cum derogatione iurispatronatus, posset quidem, cùm sit dominus omnium. Nec beneficia regularia veniunt sub hac re-
seruatione, Gonzal. *glos. 11. num. 2.* me citato Nouar. *vbi suprà num. 7.* Ego ipse *d. alleg. 57. numer. 29.* 30
Nec Episcopatus, & Abbatiæ, quia sunt speciali nota digna, Monach. *num. 1.* & Prob. ad eundem *n. 41. & 48. in d. c. 2.* Lap. *alleg. 48.* vbi Mandos. *lit. B.* Cosm. *in prag. sanct. tit. de elect. cap. licet. §. statuis. verb. obstaculo*, Franc. Marc. *decis. 1112. à num. 3. p. 3.* Petr. Gregor. *de re benef. cap. 24. numero 1.* quamuis in Abbatiis contrarium tenuerint Simon. *quæst. 11.* Gonzal. *glos. 9. à num. 35.* Nicol. Garc. *de benef. p. 3. c. 1. n. 114.*

Indulta autem etiam amplissimis clausulis 31
concepta non capiunt beneficia apud Sedem vacantia, nisi de illis præcipuam, ac præcisam mentionem

mentionem faciant, vt in in d.cap.2.notat Lap.n.4.
Franch. num.3.& Anchar.n.1.Gemin.cons.12.n.4.
Gom.ad reg.de annali q.31.n.59.Simonet.de reseru.
q.73.n.1.& q.83.n.4. Rota in Salsburgen.Prepositura
7.Iunij 1621.coram Card.Verospio,& in d.Sa-
binen.Beneficij.
32 De his tamen beneficiis apud Sedem Apostol.
vacantibus Pontifex intra mensem à die vacatio-
nis prouidere debet alioquin dicto tempore ela-
pso valebunt collationes ab Ordinariis factæ po-
testate Ordinaria, perinde ac si nulla vnquam re-
seruatio extitisset, cap.statutum,de prabend.lib.6.
Ant.Fab.lib.1.defini.forens.tit.2.definit.32. Gom.
de expecta.num.21.& in reg. de triennali q.21. Si-
monet.de reseruat.q.30.Rebuff.in praxi benefic.tit.
de reseruat.num.2. Nicol.Garc.de benef.p.5. cap.1.
num.96. Ioan.à Cochier super reg.1. Cancell.n.22.
vers.prima igitur,Massobr.in praxi habendi concur-
sum,requis.7,dub.48.secundum Romanam impress.
33 vbi subdit hodie litteras de beneficiis vacantibus
apud Sedem solere datari sub die obitus, vel cum
dict. nuper: numeratur autem mensis iste à die va-
cationis, non scientiæ, glos. verb.numerandum, in
d. c. statutum. Zerol. in praxi Episcop. p.1. verb.
reseruatio, vers.decimo, Anton.Fab. d.tit.2. definit.
34 35. quod verum est in vacantibus apud Sedem:
nam in cæteris nullum est præfinitum tempus ad
conferendum, Æneas de Falcon. q.4. princ. effectu
20. Gasp.de Perus. in tract.de reseru.quæst.5. Gra-
nut.ad Simonet. q.47. num.14. Gonzal. ad reg.8.
Cancel.§.5. preœm.à num.143. Nicol. Garc. d.c.1.
35 num.97. Ego ipse d.p.3.alleg.57.sub num.24.Non
operatur tamen hæc restrictio ad mensem, vt post
mensem omninò excludatur Papa, vt conferre
non possit, sed ad hoc tantùm, vt post hunc men-
sem manus Ordinarij non censeantur vlteriùs li-
gatæ, & ideò potest Papa moram purgare in con-
ferendo beneficia vacantia in Curia, quæ intra
mensem non contulerat, si tamen res sit integra:
ita Massobr.requis.7.dubitat.49.quem refero Ego
ipse d.alleg.57.sub num.24.iuxta Lugdunen. im-
press.
36 Denique hac de re te scire volo; aliud esse va-
care apud Sedem, & aliud vacare in Curia: vacare
enim apud Sedem est, quando beneficium vacat
per obitum in Curia, iuxta d. cap.2. d.c. statutum
d.cap.præsenti, de prabend.lib.6. Vacare autem in
Curia dicuntur beneficia, non solùm quando va-
cant apud Sedem per d.cap.2, sed pluribus modis,
quos prosequuntur Monet. de option.canon.cap.3.
numer. 18. Gonlza. ad reg.8.Cancell. gloss.13.per
tot. Nicol.Garc. d.cap.1. §.1. à num.68. veluti,
quando in Curia priuatio, aut alij vacationis mo-
di inducuntur; vt per Monet. d. cap. 3. num.36.
Nicol. Garc. d.cap.1.num.73. vbi num.79. subdit
quòd vbi priuatio inducitur à Iure, seu ex decre-
to propter actum positiuum, beneficium dicitur
vacare vbi fit actus, ob quem inducitur priuatio
à Iure, seu decreto, vnde beneficium vacans per
sententiam priuationis latam in Curia contra se
defendentem, vel verum contumacem, qui de Iu-
re habetur pro præsenti, dicitur vacare in Curia;
quia data tali præsentia, siue vera, siue ficta, pro-
pter talem contumaciam, etiam moraliter lo-
quendo, verè, & realiter talis vacatio in Curia
contingit, vt considerat Verall. decis.64.num.1. &
2.p.2.& dec.327.p.3. secundùm quam intelligen-
da est Rota decis.35.de prabend.in antiq. quatenus
ponit regulam vniuersalem beneficium vacare in
loco, vbi quis eo priuatur, ex doctrina Franch.
in d.cap.in præsenti,sub num.4.vers.quartò adde,vbi
refert hunc inter casus vacationis in Curia; distin-
guens tamen inter effectum directum, & conse-
quutiuum, vt ibi per eum aliis allegatis per Ve-
rall.vbi sup. & Lotter. de re benef.lib.2.quæst.27.ex
n.14. Quare, licèt vacatio apud Sedem per d.cap.2.
quæ alias dicitur clausa in corpore Iuris, sit va-
catio in Curia: non tamen aliæ vacationes in
Curia dicuntur vacationes apud Sedem, in pun-
cto Ludouic. Gom. de triennali q.31.à princip.vs-
que ad §.secundus igitur,Cou.pract.cap.36.num.4.
vers.caterùm ad hanc.Putc. decis.36.alias 38. lib 2.
in correct. Rot.in Corduben.Capellania, impressa per
Nicol.Garc. dict.par.5.p.1. num.425.Gonzal.dict.
gloss.13.num.29. vbi firmat, quid sit vacare apud
Sedem: & num.48. tenet vacare apud Sedem, esse
vacare in Curia: non tamen è conuerso, & nu.49.
& 50. respondet ad gloss. verb.in Curia, in cap.
dict. statutum, quod vacare in Curia impropriè di-
citur vacare apud Sedem & num.52. subdit, quòd
vulgariter dici solet vacare in Curia, pro vacare
apud Sedem, & n.53. concludit, quòd propriè lo-
quendo, licèt vacare apud Sedem sit vacare in Cu-
ria; non tamen è contra; ex Putc. d. decis.38. Et
ego concludo, quòd vacatio apud Sedem est va-
catio per obitum vera: aliæ autem vacationes di-
cuntur fictæ in Curia; & illa dicitur in corpore
Iuris clausa; aliæ verò non: quod non semel in-
ter disputandum mihi animaduertit Collusitanus
noster Doctor Odoardus Pinto, vtriusque Iuris
consultissimus, ac in Romana Curia Aduocatus
integerrimus.
Demum à Ioannes XXII. in Extrauag.Ex de- 37
bito, de elect.& à Benedicto XII. in Extrauag. Ad
regimen; de prabend. reseruata fuerunt Apostolicæ
Sedi omnia beneficia electiua, & ea, quæ per obi-
tum Cardinalium; & quorumcumque officialium
Romanæ Curiæ vacarent. Verùm, cùm dictæ Ex-
trauagantes fuissent temporales, & cum condito-
re expirassent, vt de dict. Extrauag. Ex debito,
tradunt Mandos. reg.1. Cancel. quæst.1. sub num.1.
Zerol.in praxi Episc.p.1.verb.beneficium,§.2. fallit.
5. Nicol.Garc. de benef. p.5.cap.1.num.85. Lotter.
de re benef.lib.2.q.27. num.90.Et de d. Extrauag.
Ad regimen, docent.Nicol.Garc. d.cap.1. num.86
Lotter. d.c.27.num.97. ideò ab Innocentio VIII.
& aliis subsequentibus Romanis Pontificibus eæ-
dem reseruationes innouatæ, auctæ, ac declara-
tæ fuerunt, vt in regulis Cancellariæ Apost. con-
tinetur, sigillatim inferiùs exprimendas diximus.
Sed antequam reseruata beneficia simul & affecta 38
Sedi Apost. referamus, videndum est, quid sit reser-
uatio, & quid affectio? & in quo differant? Reser-
uatio igitur est alicuius beneficij Ecclesiastici
vacaturi per habentem potestatem ad se facta ad-
uocatio, Æn. de Falcon. in tract. de reseruat. q.1.
Iacob, Simon. eod.tract.quæst.1. Gonzal. ad reg. 8.
Cancel.gloss.32.à princip. Ioan.à Cochier.in reg.1.
Cancel.n.12. Viuian. in praxi iurispatr.lib.14. c.1.
num.5. Alia est reseruatio generalis, alia specialis
Generalis, quando Papa reseruat beneficia, quæ
tali modo vacabunt, v. g. quæ per adeptionem se- 39
cundi, vt in Extrauag.Execrabilis; vel quæ in Cu-
ria vacabunt, vel beneficia Officialium, seu familia-
rium Papæ, & Cardinalium, vt in Extrauag. Ad
regimen. Simonet.de reseruat.q.4. Denique quoties
reseruatio est in corpore Iuris clausa, vel per Ex-
trauagantem inducta aut per regulas Cancellariæ,
ea generalis dici potest, Ægid. Bellam. cons. 34.
incip.

incip. Ssatute,col. 5.vers.ad tertium, Simonet. *de re-*
seru.q.4. num.3.& 14. Specialis verò reseruatio ea
est quando certum corpus beneficij reseruatur
non tamen pro certa persona, vt quando reseruat
certam Præposituram, vel Ecclesiam Cathedralem
suæ dispositioni, vt *in ca.si eo tempore de elect.in 6.*
40 Æn. de Falcon. *dict.tract. quæst.2.* Operatur tamen
eundem effectum reseruatio, siue generalis sit, siue
41 specialis, habens decretum irritans. Mandos. *in*
rub.regularum Cancel.quæst.4. Effectus autem il-
lius est, vt Ordinarij collatio facta de beneficio
reseruato nihil præstet, nec quidem titulum co-
loratum, Simonet. *de reseru.q.48.* & qui illud ob-
tinet, si spolietur, non possit agere spolio, Simon.
de reseruat.q.40. per tot. Ioan. à Cochiet. *d.reg.1. à*
num.18. Et demum tanta est vis reseruationis, vt
etiamsi Papa daret alicui facultatem conferendi
omnia, & quæcunque beneficia; non tamen in-
cluderentur reseruata. Rot. *decis.3.de offic. Legati,*
in nouiss. Æn. de Falconib. *de reseruat.effectu.6.* Si-
42 monet. *eodem tract.q.41. per tot.* Ioan. à Cochier.
d.reg.1. ex num.17. Reseruationes istas cessare in
Gallia, & Germania referunt Rebuff. *ad reg.4.Can-*
cel. in princip. & Simonet. *de reseruat.quæst.1.n.3.*
quibus in locis plurimum Iuriscoosultorum au-
ctoritate docent ex eo procedere, quia habent fa-
cultates beneficia conferēdi reseruationibus, & ex-
pectatiuis non obstantibus, Galli, scilicet, à Leone
X. anno 1516. Germani verò à Nicolao V. Bene-
ficia qunque quouis modo vacantia etiam reserua-
ta Episcopus liberè confert, quod *infrà post nume-*
rum 94. late declarabimus.

43 Quod ad beneficia affecta attinet, de quibus
infrà post vers.35. tractabimus, te scire volo, illa
in multis distare à reseruatis: quia reseruatio re-
spicit actum verbalem & expressum, vt si Papa per
Constitutionem, aut solo verbo dicat, *reseruamus*;
dicitur reseruatio. Affectio verò respicit actum
realem, & factum, ex quo tacita reseruatio oritur,
vt cùm Papa apponit manum super dispositione
alicuius beneficij, etiamsi prouisio fuerit nulla,
vtpotè facta inhabili, icapaci, vel propter subre-
ptionem, aut aliom defectum, Simonet. *in tract.*
de reseruat. beneficij, q.64. nam tunc dicitur affe-
ctio, ita vt omnes inferiores ampliùs se intromit-
tere non valeant, vt declarant Æn. de Falconib.
de reseruat.præl.3. Mandos. *in proœm. reg. Cancell.*
5.num.1. Bursat. *cons.116. num.62. lib.2.* Gonzal.
ad reg 8.Cancel.gloss.52.a princip. Viuian. *d.cap.1.*
ex n.59. Hinc dicitur, quod affectio Papæ indu-
44 catur, seu resultet ex commenda, vel vnione ad
vitam, vel ex mandato de prouidendo, vel ex de-
creto apposito per Papam de dimittendo, vel ex
præuentione collationis nullæ, vel ex renuncia-
tione facta in manibus Papæ, vel ex manus appo-
sitione super electione, de quibus omnibus *infrà*
agemus post *n.86.* nunc verò videamus, quæ sint
beneficia reseruata?

45 Primò igitur dispositioni Sedis Apostol, reser-
uantur quæcunque beneficia vacatura per obitum
S.R.E. Cardinalium. Ita habetur *in d. Extrauag.*
Ad regimen. inuocata per *reg.1. Cancellar.* & do-
cent Hieronym. Paul. *in praxi Cancell.§.de benefi-*
cijs generaliter reseruatis, vers. item beneficia Car-
dinalium. Ludouic. Gom. *in reg.de impetran. bene-*
fic. vacan.per obitum famil.Card.q.13.sub num.11.
Bursat. *consil.126.num.9 lib. 2.* Gonzal. *ad reg 8.*
Cancell. gloss.51.num.6. Lotter. *d.lib.2.q.27. n.48.*
& 85. Viuian. *in praxi iurispatron. lib.14.c.1.n.14.*
in vlt. impres.

Secundò, Eiusdem S. Sedis Apostolicæ disposi- 46
tioni reseruantur quæcumque beneficia vacatura
per obitum Officialium Sedis Apost. videlicet,
Camerarij, Vicecancellarij, Notariorum, Audi-
torum, litterarum contradictarum, & Apostolici
Palatij causarum Auditorum, Correctorum, &
Scriptorum litterarum Apostolicarum, ac Pœniten-
tiarij præfatæ Sedis, ad Abbreuiatorum, necnon
commensalium, & aliorum quorumcumque Ca-
pellanorum Sedis eiusdem, & etiam quorumcum-
que Legatorum, siue Nunciorum, ac in terris Ec-
clesiæ Romanæ Rectorum, & Thesaurariorum,
per Romanos Pontifices specialiter deputatorum,
seu missorum, aut deputandorum, aut mittendo-
rum in posterum, vbicumque dictos Legatos, vel
Nuncios, seu Rectores, aut Thesaurarios, ante-
quam ad Romanam Curiam redierint, seu ve-
nerint, rebus eximi contigerit ab humanis, vt *in*
d. Extrauag. Ad Regimen. expressè dicitur, quas
reseruationes in eadem *Extrauag.* expressi Apo-
stolicæ Sedis Officiales ante obitum eorum esse
desierint, quoad beneficia, quæ tempore, quo of-
ficiales erant, obtinebant, declarans nihilominus
beneficia quæ dictæ Sedis Officiales, qui ratione
officiorum suorum huiusmodi eiusdem Sedis No-
tarij erant etiam dimissis ipsis officiis, & quando-
cumque assequuti fuerint, sub huiusmodi reserua-
tionibus comprehendi. Vnde Put. *decis.157.lib.1.* 47
correct. ait *per Extrauag.* beneficia Abbreuiato-
rum de minori esse reseruata, & Lotter. *d.q.27.n.97.*
in fine, per Rot. *in Ferrarien. Canonicatus 26. Apri-*
lis 1624. coram R.P.D. meo Pireuano tenet, reser-
uationem Protonotariorum posse dici clausam in
corpore Iuris. Et est notandum quoad hunc affe- 48
ctum reseruationis, veros familiares, & continuos 49
Papæ commensales esse omnes Referendarios, &
& alios Officiales ex Palatio Apostolico panem
habentes, Protonotarios, Subdiaconos, Auditores
Rotæ, Acolytos, Scutiferos, Secretarios, litterarum
Apost. scriptores, Cubicularios, ac Milites S. Pe-
tri, & reliquos Officiales Romano Pontifici pro
tempore existenti in Palatio deseruientes, aut cu-
stodiam facientes, licèt in eodem non habitaue-
rint, nec habitent, nec forsan habitabunt, nec in
titulo comederint, nec comedant, nec in
futurum forsan comedant, vt statuitur *in const.78.*
& 79. Pauli III. *& constit. 44.* Iulij III prout re-
ferunt Gonzal. *d.gloss. 51.n.17.* & Ioan. à Cochier
in reg.3.Cancell.n.34.

Tertiò. Beneficia quæcumque vacantia, & vaca- 50
tura, per promotionem ad Patriarchatum, Archie-
piscoparum, Episcopatum, vel Monasteriorum re-
gimina, sunt Sedi Apost. reseruata; *dict. Extrauag.*
Ad regimen. Æn. de Falcon. *de reseru.q.2.princip.*
sub n.12. Simonet. *eod.tract q.27.* Mandos. *ad reg.1.*
Cancell.q.13.& 14. Anast. Germon. *de indult. Card.*
§.Si verò, à num.20. Flamin. Paris. *de resign.benefic.*
lib.3.q.1.n.76. Gonzal. *ad reg.8. Cancell.gloss 51.*
n.35. Nicol. Garc. *de benefic.p.11.c.6.n.30.* Ego ipse
d.p.3.alleg.58.n.66. vbi *numeris seqq.* latè tractaui-
mus an, & quando beneficia obtenta vacent per
promotionem ad Episcopatum?

Quartò. Beneficia vacantia per dispositionem, 51
priuationem, translationem, aut muneris conse-
crationis susceptionem Auctoritate Apost. factas
vel fiendas, sunt Sedi Apost. reseruata, *d. Extrauag.*
Ad regimen. Flamio. Paris. *de resig.lib.2.q.16.n.27.*
Gonzal. *d.gloss.51.n.32.* Ioan. à Cochier. *ad reg.1.*
Cancel.n.22.vers.quintus, Viuian. *in praxi iurispat.*
lib.14.c.1.n.16.in vlt impress.

Quintò.

52 Quintò. Beneficia vacantia, & vacatura per assecutionem pacificam quorumcumque Prioratuum, Dignitatum, Personatuum, Officiorum, Canonicatuum, Præbendarum, Apostolica auctoritate prouisorum, seu prouidendorum, suot Sedi Apost.reseruata *Extrauag. Ad regimen*, Simooet. *q.26.num.*1. vbi declarat procedere non solùm in vacatione, quæ prouenit ex decreto Papæ, sed etiam ex dispositione Iuris, quamuis tale decretum oon adsit, Bursat.*cons.*126.*n.*96.*li.*2.Gonzal.*d.glos.*51.*à n.*51.Viuiao.*d.c.*1.*n.*18.*&* 19. Lotter. *de re benef. lib.*2.*q.*17. *à num.*37. Secùs autem erit, si collatum fuerit secundum beneficium, non à Papa, sed ab Ordioario: quia tunc, si primum beneficium iocompatibile vacauerit in mense Ordinarij, illius prouisio spectabit ad Ordinarium, iuxta ea, quæ resoluit Gonzal *gloss.*15.§.2.

53 Sextò. Beneficia quoque, de quibus in concordia, vel discordia electi, vel postulati, fuit facta electio, vel postulatio, quæ postmodum fuit cassata, seu repulsa, vel renunciata, admissaque reseruatio, vt *in d. Extrauag. Ad regimen. vers. necnon si forsan.* Lidouic.Gom.*ad reg.de triennali,q.*13.*n.*10. Hieron.Paul. *in praxi Cancel.§.sequuntur beneficia super quibus.* Viuian.*d.c.*1.*n.*17. Ioan. à Cochier. *in reg.*1.*Cancel.vers. Sextus.*

54 Septimò. Beneficia vacantia per execrabilitatem, nempe, quaodo quis assequutus fuit secundum beneficium incopatibile cum primo: quia non solùm vacat primum, & est reseruatum Sedi Apostolicæ, si ab eadem Sede secondum beneficium obtinuit; sed etiam si statim primum noo dimittit, sed de facto illud cum secundo habere prætendat, vacat similiter secundum, & sic vtrunque, & eorum prouisio remanet Sedi Apostol.reseruata, *Extrauag. Execrabilis.§.qui verò deinceps,&* §. *quæ omnia, de præbend.* Ioan.XXII. quæ etiam renouata est *per regul. Cancell.* referunt Gonzal. *dict. gloss.*51. *num.*38. Ioaoo. à Cochier. *vbi sup. vers. octauus.*

55 Octauò. Beneficia quæcumque, de quibus Ordinarij collatores contra Concilij Trid. decreta disposuerunt, & disponent in futurum, & ea etiã, de quibus per dictos Ordinarios, aut alios collatores contra eiusdem Concilij decretorum formam dispositum fuerit dispositioni summi Pontificis reseruantur *in reg.*1.*Cancel.* vt referunt Gonzal.*d.gloss.*51.*num.*48. Ioan. à Cochier.*vbi sup.vers. Decimus.* Viuian.*d.ca.*1.*ex n.*23. Veluti, si conferant aliquod beneficiom Curatum ei, qui vigesimumquintum suæ ætatis annum nondum attigerit: quod est contra decretum eiosdem Concil.*sess.* 7.*de reform.cap.*3. Vel, si conferant, Personatus, Officia, præbendas, Portiones, aut quælibet alia beneficia, quibus onera varia sunt annexa, puta, vt alij Missas, alij Euangelium, alij Epistolas dicant, seu cantent, iis qui ætatem, & cæteras habilitates integrè habere dignoscantur, quod est cõtra decretum Concilij Trid. *sess.*22.*de reform.c.*4. Vel si conferant beneficium aliquod, etiam simplex, alicui, qui saltem Prima tonsura initiatus, & decimoquartò suæ ætatis anno constitutus non sit, quod est contra decretum Concil.*sess.*23.*de reform. cap.*6. Vel, si conferant officia, aut dignitates, quæ Scholastriæ dicuntur, iis, qui non sint Doctores, vel Magistri, aut Licentiati in sacra Pagina, aut in Iure Canonico, quod est contra decretum eiusdem Concilij *sess.*23.*de reform.cap.*18. *vers.de cætero.* Vel, si conferant aliquam ex Dignitatibus, quibus animarum cura subest, ei, qui saltem vigesimomquintum suæ ætatis annum non attigerit, & in clericali ordine versatus, doctrinam ad suum munus exequendum necessariam oon habuerit, aut si conferant Dignitatem, Canonicatum, seu portionem ei, qui eo Ordine sacro non sit initiatus, quem illa Dignitas, Præbenda, aut Portio requirit, aut in tali ætate constitutus, vt infra annum initiari non valeat, quod est contra decretum eiusdem Concilij *sess.*24.*de reform.cap.*12. Vel, si Præbendam Pœnitentiariæ conferant alicui, qui Magister non sit, vel Doctor, aut Licentiatus in Theologia, vel Iure Canonico, & annorum 40, quod est contra eiusdem Concilij *sess.*24. *de refor. cap.*8. Vel, si conferant beneficia filiis Clericorum, qui non ex legitimo nati sunt matrimonio, consistententia in Ecclesiis vbi eorum patres beneficium aliquod Ecclesiasticum habent, aut habuerunt, quod est contra decretum Concilij *sess.* 25. *de refor.c.*15.

56 Nonò. Monasteria virorum valorem annuum 200. florenorum communi æstimatione excedentia, vt *in reg.*4. referunt Ioan. à Cochier. *dict. reg.*1. *Cancel. vers.duodecimus.* & Viuian. *d.cap.*1 *num.*31.

57 Decimò. Beneficia vacatura Sede Patriarchali Primatiali, Archiepiscopali, Episcopali, aut Abbatiali, vel alterius collatoris, seu collatricis vacante per obitum, aut dimissionem, seu amissionem, vel priuationem vsque ad promotionem, vel prouisionem successorum, & pacificam illorum possessionem adeptam, quando collatio, seu dispositio, ad quemlibet illorum, vel illarum pertinet, dummodo nõ sit simultanea cum alio, vel aliis, aut etiam ad alterius præsentationem, vel electionem pertineat, vt *per Bullam Pij V.* incip. *Sanctissimus, de anno* 1576. *in reg.*3. *Cancellariæ, in* 2.*p.* referunt Ioan.Gabr.*cons.*197.*lib.*1. Ioan. à Cochier.*d.reg.*1. *Cancel.vers.decimusquartus,* Viuian.*d.c.*1. *num.*32. Ego ipse *d.p.*3.*alleg.*57.*ex n.*90. latè Nouar.*in sum. Bullar.tit.de beneficiis vacantibus Sede Episcop.vacante,* vbi multipliciter declarat.

58 Vndecimò. Omnes Dignitates maiores post Pontificales in Cathedralibus etiam Metropolitanis, & Patriarchalibus necnon valorem decem florenorum auri communi æstimatione excedentes, principales in Collegiatis Ecclesiis, vt *in reg.* 4. *Cancel.in* 1.*par.* referunt Ioan. à Cochier. *d.reg.*1. *vers. decimusquintus.* Viuian. *d.cap.*1. *n.*3. Aloys. Ricc. *in collect.decis.p* 3.*collect.*1670. Ego ipse *d. alleg.*57.*ex n.*94 latè Rot.*in Arian. Archidiaconatus* 26.*Iunij* 1637.*coram R.P.D.Verospio,* impressa per Paul. de Rubeis *d.decis.*236.*tom.*3.*diuers. alias p.*7.*recen.* vbi etiam quod vt hæc *reg.*4. locum habeat, non solùm requiritur qualitas dignitatis, sed etiam vt illius redditus excedat annuum valorem decem florenorum, & *à n.*18. attestatur Cancellarium in Dignitatibus vacantibus in Ecclesiis Cathedralibus, aut Metropolitanis nunquam requirere expressionem valoris, sed sicus esse in Collegiatis 59 Quæ autem dicantur dignitates maiores post Pontificalem in Cathedralibus Ecclesiis, & principales in Collegiatis, ex consuetudine prouincialium, & Ecclesiarum, dignosci potest. gl. *verb.electionis, prope fin.in c.deliberatione, de offic. Legati,lib.*6. Azor.*instit.moral.p.*2.*lib.*6.*c.*34.*q.*10. *vers.per tertiã regulã,* Flam.Paris.*de resig.benef.li.*2. *q.*1.*n.*8.*&* 83. quos refero *d.alleg.*57.*n.*95. vbi *n.*97. addo principalem eam dici dignitatem, quæ in Ecclesia Collegiata omnium maxima est; & *n.*98. intelligendo de dignitatibus principalibus actu

& *n.*100. *& seqq.* quòd sub hac reseruatione includitur voa tantùm principalis qualibet Collegiata, nisi in aliqua Cathedrali essent duæ dignitates maiores post Pontificalem, & in Collegiata duæ principales, æquales; quia ambæ erunt reseruatæ:& *n,*102. amplio etiam, vbi tantùm adest & vna dignitas, & quamuis prima dignitas esset vnita Capitulo.

60 Duodecimò Prioratus, Præpositura, Præpositatus; ac aliæ Dignitates Conuentuales, & Præceptoriæ generales Ordinum quorumcumque, sed non Militarium vt *in eadem reg.*4. *Cacel.in* a.*p.*referunt Ioan.à Cochier. *d.reg* 1. *vers.decimus sextus*, Viuian. *d.cap.*1.*n.*34 Ego ipse *d.alleg.*37.*ex n.*103. vbi *n.*104.addo, quòd sub hac reseruatione cadunt Dignitates principales Regularium, Conuentualium, seu Monasteria Fratrum, quæ non reguntur per Abbates; non tamen Prioratus, Præpositura,& aliæ Dignitates temporales, vt Ordinum Mendicantium: & *n.*105. quòd dum reseruantur Prioratus Conuentuales, veniunt Prioratus soliti dari in Commendam.

61 Decimotertiò. Beneficia familiarum, & continuorum commensalium S.R.E. Cardinalium, quæ obtinuerint, & obtinebunt, (eorum familiaritate durante;) quamuis priùs illa adepti fuissent etiamsi ab ipsa familiaritate per obitum dictorum Cardinalium, vel aliàs recesserint, vt *in d.reg.* 4. *Cancel.in* 3.*p* & referunt Ioan.à Cochier. *d.reg* 1. *vers. decimusseptimus*, Viuian.*d.c.*1.*n.*35.Ego ipse *d.alleg.*57.*ex n.*106. vbi latè, qui dicantur familiares quoad hoc propositum?

62 Decimoquartò. Beneficia quorumcumque Collectorum (vnicorum in quacumque ciuitate, vel diœcesi, qui suo tempore officia exercuerunt,) & Subcollectorum, fructuum, & prouentuum Cameræ Apostolicæ debitorum; illa, videlicet, beneficia duntaxat, quæ durante eorum officio obtinebant, & in quibus, seu ad quæ ius tunc eis competebat, vt *in reg.*3.*Cacel.*referunt Ioan.à Cochier. *d.reg.*1.*vers.decimusoctauus*, Simonet.*de reser.q.*23. Aloys.Ricc.*in collect.decis p.*3 *collect.*1647. Caualer.*decis.*16.Viuian. *d.c.*1 *n.*37. Rot. *in Cremonen. Canonicatus*, 14. *Ianuarij*, & 13 *Aprilis*, 1630.*coram R. Duran.*& *in Cesaraugustana Canonicatus*, 10.*Iunij*, 1630. coram eodem, quæ reperitur impressa *p* 5.*recent.decis.*385.& eadem Rota coram Dunozetto *decis.*261.*ead.p.*5.*recent.* Ego ipse *d.alleg.*37. *ex n.*113. vbi *n.*116. resoluo non requiri exercitiũ officij Collectoris, vt eius beneficia sint reseruata: & *n.*118. addo reseruata esse beneficia Subcollectoris vnici in vna ciuitate, vel diœcesi: licèt ibi sit Collector generalis, vel in prouincia Subcollector generalis:& *n.*123, quòd. beneficia, quæ Collectores habuerunt tempore officij, sunt reseruata,
63 etiamsi ante officium illa obtinuissent, Et sufficit, quòd aliqua temporis parte quis fuerit vnicus Subcollector, Rot. *in Licien. Canonicatus*, 19. *Februar.* 1629.*cor.R.P.D.Duran.* quamuis Subcollectoriam non acceptauerit, aut exercuerit, cùm sola deputatio sufficiat, etiam quòd illam non viderit, nec receperit, iuxta magis receptam sententiam, Mandos.*ad reg.*4.*Cancel.q.*4. Simonet.*de reser.q.*33.*n.*8.*cum seq.* Æn. de Falcon. *eodem tract. q.*3.*princ.n.*16. Cochier. *super d.reg.*4.*n.*20. Veral. *decis.*141.*n.*2.*p.*2. Pute. *decis.*329. *n.*4. *in correct.* Rot.*dec.*12.*de Prabend.in nouis*, & *in dictis Cremõ.*
64 *Canonicatus*, & *Cesaraugustana Canonicatus*, vbi quoque fuit dictum, quòd quia vnicus Subcollector præsumitur, nisi contrarium probetur.

Decimoquintò. Omnia & singula beneficia Ecclesiastica quorumcumque Curialium, quos dum Curia Romana de loco ad locum transfertur, eam sequendo decedere contigerit in quouis loco, quantumcumque etiam à dicta Curia remoto vt *in reg.*6.*Cancel.* referunt Ioan.à Cochier. *dict.reg.*3. *vers.decimusnonus*, Viuian *d.c.*1. *n.*39. Ego ipse *d. alleg.*57.*ex n.*127. 65

Decimosextò. Beneficia omnia Cubiculariorum, etiam honoris nuncupatorum, ac Cursorum suorum, vt *in reg.*7. *Cancel.* referunt Ioan. à Cochier. *d.reg.*1.*vers.vigesimus*, Aloys. Ricc. *p.*3. *collect.*1695.Viuian. *d.c.*1. *num.*40. Ego ipse *d.alleg. ex n.*129. vbi *n.*131. addo cursores Papæ esse illos, qui habent locum ad instar Tribunalis, quòd vulgò *banchum cursorum*, nuncupatur; quorum officium est Cardinalibus intimare Capellas, & Consistoria Papæ,& alia similia; vocanturque Cursores ad differentiam eorum, qui mandatarij dicuntur. 66 67

Decimoseptimò. Quicumque Canonicatus, Præbendæ,ac Dignitates, personatus, & officia in S.Ioan. Lateranensis, & Principis Apostolorum,ac S.MARIÆ Maioris de Vrbe Ecclesiis, necnon ad collationem, prouisionem, & præsentationem,seu quamuis aliam dispositionem S.R.E.Cardinalium à Romana Curia absentium ratione suorum Episcoporum Cardinalatus, ipsorum Cardinalium titulorum, & Diaconiarum spectantia, quandiu absentia sua durauerit, Canonicatus, & Præbendæ, Dignitates Personatus, & administrationes,& officia, cæteraque beneficia cum cura, & sine cura vacantia, & in antea vacatura, tam in eadem Vrbe quam in Ecclesiis, ciuitatibus, & diœcesibus dictorum Episcopatuum consistentia, vt *in reg.*8. *Cancel.* referunt Viuian. *d.c.*1.*n.*41. Ego ipse *d.all.*57.*ex n.*132. Aloys.Ricc.*p.*3. *collect.*1672. 68

Decimooctauò. Beneficia omnia Ecclesiastica cum cura, & sine cura sæcularia,& quorumuis Ordinum Regularia qualitercumque qualificata, & vbicumque existentia in singulis Ianuarij Februarij, Aprilis,Maij,Iunij, Augusti, Octobris, & Nouembris mensibus, extra, Romanam Curiam aliàs quàm per resignationem quocumque modo vacatura, vt *in reg.*8.*aliàs* 9. *Cancel.* de qua latè dixi *d. alleg.*37.*ex n.*140. 69

Decimononò. Beneficia Regni Germaniæ vacantia in mensibus Ianuarij,Martij,Maij, Iulij Septembris, & Nouembris, vt *in Constit.*1. *Nicolaò V.* & referunt Gonzal.*d.gloss.*51. *n.*17. & 99. Viuian. *d.c.*1 *n.*43. Ioan.à Cochier. *d.reg.*1. *vers.* 23. Ego ipse *d.alleg.*57.*n.*34. 70

Vigesimò. Canonicatus, & Præbendæ Ecclesiæ Cæsaraugustanæ Metropolitanæ de regulari in sæcularem erectæ, quæ vacauerint in mensibus Ianuarij, Aprilis, Iunij, & Octobris, vt in eius erectione fuit statutum, & referunt Ioan. à Cochier. *d.reg.*1.*vers.*35.Viuian.*d.c.*1.*n.*55.Gonzal. *d.gl.*51. *n.*116.Ego ipse *d.alleg.*57.*n.*.. 71

Vigesimoprimò Beneficia vacantia in Abbatia S.Crucis Ordin. Camaldul. diœcesis Eugubinæ *per Constit.*107. Gregorij XIII.incip. *Vt Apostolica de anno* 1578. referunt Ioan.à Cochier. *d.reg.*1. *vers.* 27. Viuian.*d.c.*1.*n.*47.Ego ipse *d.alleg.*37. *num.*13. 72
Sed deinde fuit vnita hæc Abbatia Collegio Germanico de Vrbe pro sustentatione nobilium Germanorum, qui in d.vrbe litteris, ac Theologiæ assiduè operam nauant. 73

Vigesimosecundò. Beneficia cum cura, & sine cura sæcularia, & quoruuis Ordinum, etiam S.

Ioannis

Ioannis Hierosolymitani, & aliarum quarumuis Militiarum regularia quæcunque vacantia propter crimen hæresis *per Constit.* 29. Pij V. incip. *Cum ex Apostolatus, sub dat. 6. Kalen. Febru.* 1566. *in Bullario nouo, tom.* 2. *pag.* 213. vt referunt Flam. Parif. *de resignat. benef. lib.* 1. *q.* 16. *n.* 29. Nic. Garc. *de benef. p.* 5. *c.* 1. *n.* 81. Gonzal. *d. glos.* 5 1. *num.* 101. Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori Eccles. resolut.* 333. *vers.* 2. Piasec. *in praxi Episcop. p.* 1. *c.* 5. *ante num.* 4. Azor. *inst. mor. p.* 2. *lib.* 6. *c.* 34. *q.* 12. *vers. Pij quoque*, Vgolin. *de potest. Episcopi, c.* 5 0. §. 2. *vers. secundo*, Viuian. *d. c.* 1. *n.* 45. Ioan. à Cochier. *d. reg.* 1. *vers.* 25. Aloys. Ricc. *in collect. decis. collect.* 1699. Nouar. *in sum. Bullar. tit. de beneficiorum reseruatione ob hæresim.* Ego ipse *d. alleg.* 37. *n.* 36.

75 Vigesimotertiò. Beneficia vacantia per simoniam, quia æquiparatur hæresis, seu læsæ maiestatis crimini, *cap.* 1. vbi *glos. vlt. de test. ib. lib.* 6. Franc. Leo *in thesauro fori Ecclesiastici, p.* 2. *c.* 3. *n.* 36.

76 Vigesimoquartò. Beneficia collata personis prohibitis propter suum genus, veluti descendentibus ex sanguine infecto, aut ex genere, seu stirpe de hæresi condemnato, aut ratione alicuius particularis statuti à Sede Apostolica confirmati, vel concessionis, aut priuilegij *per Constit.* 66. Gregorij XIII. incip. *In Ecclesia, sub dat. Idib. Nouembris* 1580. *est in Bullario nouo, tom.* 2. *pag.* 448. referunt Flamin. *d. q.* 16. *n.* 31. Gonzal. *d. glos.* 31. *n.* 12. Aloys. Ricc. *d. resol.* 333. *vers. tertio*, Azor. *d. quest.* 12. *a vers. Greg. XIII.* Vgolin. *dict.* §. 2. *vers. tertio* Ioan. à Cochier. *d. reg.* 1. *vers.* 26. Viuian. *d. c.* 1. *n.* 46. Ego ipse *d. alleg.* 57. *n.* 40.

77 Vigesimoquintò. Beneficia quæcumque recepta in confidentiam, quæ vacant ipso iure Apostolicæ Sedi sunt reseruata, per *Constit.* 85. Pij IV. incip. *Romanum Pont.* in Bullario nouo, *tom.* 2. *pag.* 120. *& per Constit.* 78. Pij V. incip. *Intolerabilis*, referunt Nau. *in manu. c.* 23. *sub n.* 110. *vers.* 3. Flamin. *de resign. benef. lib.* 2. *q.* 16. *n.* 28. *& de confident. benef. q.* 7. Aloys. Ricc. *d. res.* 333. *vers. septimo*, Azor. *d. q.* 12. *vers. idem Pius IV.* Vgolin. *d.* §. 2. *vers. septimo*, Piasec. *d. c.* 3. *n.* 4. *in princ.* Franc. Leo *d. cap.* 5. *n.* 24. Ioà Cochier. *d. reg.* 1. *vers.* 14. Viuian. *d. c.* 1. *nu.* 44. Ego ipse *d. alleg.* 57. *n.* 41. Sanch. *in consil. moralib. li.* 2. *c.* 3. *d.* 34. *n.* 13. *vers. tertia pœna*, Filliuc. *de statu clericor. tr.* 41. *cap.* 21. *n.* 16. nouissimè Gonzales de Salzedo *de lege politica lib.* 2. *ca.* 16. *n.* 65. vbi etiam quod fructus decursi Sedi Apost. Acquiruntur.

78 Vigesimosextò. Beneficia Parochialia collata non seruata forma Concilij Trid. *sess.* 24. *de refor. c.* 18. *per Const.* 32. Pij V. incip. *In conferendis*, quæ habetur in Bullario nouo, *nu.* 2. *pag.* 219. referunt Flam. *d. lib.* 2. *q.* 16. *n.* 32. Azor. *d. q.* 12. *vers. eiusdem Pij V.* Aloys. Ricc. *d. resol.* 333. *vers. octauo.* Vgol. *d.* §. 2. *vers. octauo* Franc. Leo *d. c.* 5. *n.* 26. *&* 22.

79 Vigesimooctauò. Beneficia vacantia per delictum offendentis litigantes in Romana Curia eorúmque Iudices, Aduocatos, & Procuratores, testes & Notarios, *per Constit.* 2. Alexandri VI. incip. *In eminentia*, in Bullario nouo, *tom.* 1. *p.* 400. referunt Rota *decis.* 161. *p.* 2. *diuers.* Gonzal. *d. gloss.* 5 1. *n.* 105. Ioan. à Cochier. *d. reg.* 1. *Cancel. vers.* 28. Viuian. *d. c.* 1. *n.* 48. ego ipse *d. alleg.* 57. *n.* 55.

80 Vigesimononò. Beneficia vacātia ob non factam publicationem resignationis, per *Const.* 83. Gregorij XIII. incip. *Humano vix iudicio, sub dat Nonis Ianuarij*, 1584. *in Bullario nouo, tom.* 2. *p.* 469. referunt Flamin. *de resig. lib.* 11. *q.* 1. *in præfat. n.* 5. Quarant. *in sum. Bullarij, verb. beneficium resignatorum publ.* Gonzal. *d. glos.* 5 1. *n.* 106. Nic. Garc. *de benef. p.* 11.

Aug. Barbos. de Iur. Eccles. Pars II.

c. 3. *à n.* 273. Ioan à Cochier. *d. reg.* 1. *vers.* 29. Viuian. *d. c.* 1. *n.* 49. Ego ipse *d. alleg.* 37. *n.* 46.

Trigesimò. Beneficia vacantia per violationem sequestri, lite pendente in Romana Curia, *Clem. vnic.* §. *si quis autem, de sequest. possess.* Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel.* §. 7. *proœm. n.* 8. *&* 59. Vtrum autem beneficium, quod vacat per violationem sequestri, possit impetrari per quemcumque? & an comprehendatur sub claus. *siue alio quouis modo?* vide Mohed. *dec.* 2. *de sequest. possess.* 81

Trigesimoprimò Beneficia illorum, qui se ipsos pro aliis examini supponunt, vel annuas pensiones offerunt, pro consequendis beneficiis, aut beneficia impetrant pro aliis, vt aliquid consequantur, vel quando pro se ipsis impetrant beneficia cum intentione illa resignandi, per *Constit.* 12. Pauli IV. incip. *Inter cæteras, sub dat.* 27. *Nouembr.* 1557. *in Bullario nouo, tom.* 1. *pag.* 731. referunt Gonzal. *d. gloss.* 5 1. *n.* 107. Ioan. à Cochier. *de reg.* 1. *vers.* 30. Viuian. *d. c.* 1. *n.* 50. Ego ipse *d. alleg.* 57. *n.* 56. 82

Trigesimosecundò. Beneficia vacantia ob non declarationem habitus clericalis, *per Constit.* 92. Sixti V. incip. *Cum sacrosancta*, publicatam *Romæ* 18. *Ianuarij* 1589. *in Bullario nouo, tom.* 2. *pag.* 653. refert Quaran. *in Sum. Bullarij, verb. Habitus clericalis.* 83

Trigesimotertiò Beneficia omnia, quæ per resignationem, vel obitum authoritate Apost. conferuntur cum decreto, quòd prouisus beneficium tunc obtentum in manibus Papæ intra duos menses, aut aliud tempus dimittere teneatur, & quòd de eo per Sedem Apostolicam duntaxat prouideri possit, vt per Monet. *de opt. Canon. c.* 3. *n.* 44. Franc. Leo *d. c.* 4. *n.* 37. 84

Trigesimoquartò. Beneficia collata à Cardinalibus vigore suorum Indultorum, quando illi, quibus fuerunt collata si citra montes intra quatuor menses, & si vltra montes intra octo menses nouas prouisiones non obtinuerint, ac litteras Apostolicas non expedierint; nam lapso dicto tempore eo ipso vacant de nouo talia beneficia, & dispositioni Sedis Apostolicæ reseruantur per Cardinalium indultum prope fin. vt referunt Gonzal. *d. gl.* 5 1. *à nu.* 109. Io. à Cochier. *d. reg.* 1. *vers.* 31. Viui. *d. c.* 1. *n.* 51. Ego ipse *d. alleg.* 57. *n.* 52. 85

Trigesimoquintò. Beneficia litigiosa, quæ licèt non dicantur propriè reseruata, tamen ad effectum, vt Ordinarius non possit prouidere, idem importat litigium, quod reseruatio, *cap.* 2. *vt lite pend. lib.* 6. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel.* §. 7. *proœm. quest.* 3. *à n.* 16. *& gl.* 5 1. *à n.* 111. Viuian. *d. c.* 1. *n.* 53. Ioan. à Cochier. *d. reg.* 1. *vers.* 32. vbi id intelligendum esse ait in beneficiis impetratis propter crimen: quia tunc illa non sunt litigiosa, sed persona accusata: vnde beneficium colligitatoris vacans per eius obitum in mense Ordinarij, poterit Ordinarius liberè conferre, Simonet. *de reseruat. q.* 10. *n.* 5. Quoad hunc effectum beneficium dicitur litigiosum, quando agitur de iure reali super collatione facta, Rota *decis.* 342. *n.* 2. *p.* 2. *recen.* & ex commissione causæ appellationis ex citatione cum inhibitione, vel illius exequutione, ead. Rota *dec.* 455. *n.* 1. *p.* 2. *recent.* Et ideò non dicitur litigiosum, nisi lis sit super titulo: eadem Rota *dec.* 356. *nu.* 3. *in fine p.* 1. *recent.* vel quando non petitur vt suum, sed vt sibi conferendum, eadem Rota *dec.* 255. *n.* 5. *par.* 2. *recent.* 86 87

Trigesimosextò. Beneficia deuoluta ad Papam, secundùm Flam. Parif. *de resignat. benef. lib.* 2. *q.* 16. *num.* 21. Ioan. à Cochier. *d. reg.* 1. *vers.* 55. Viuian. *d. cap.* 1. 88

cap.1.num.25. quamuis Gonzal. *d.gloss.51.n.109.* cootrarium non probabiliter sentiat.

89 Tigesimoseptimò Beneficia affecta, vt doceot Ioan. à Cochier. *d.reg.1.vers.34.* Viuiao. *d.c.2.n.54.*

90 Multis autem casibus dicuntur esse affecta beneficia. Primò, si Papa beneficium det in commeodam, vel in eo administratorem apponat: nam ex appositione manus Papæ io tali Commenda, remanet beneficium affectum, vt cessante Commenda, vel administratione Papa solus prouidere debeat, Gonxal. *glos.52.n.11.cum seqq.* Viuian. *dict. c.1.n.93.* qui ex aliis addunt hoc ipsum procedere in vnione facta de aliquo beneficio ad vitam alicuius. Secundò, si Papa concedat alicui mandatum de prouidendo de certo beneficio, etiam ante vacationem, *Extrauag. fin. §. Romani, de prabend.* Simonct. *de referu. quæst. 6c. num.1.* Flamin. Parif. *de resign. benef. lib.12. q.18. num.9.* Gonzal. *glos.52. n.13.* Viuian. *d.c.1. n.64.* Tertiò, si Papa apponat decretum alicui de dimittendo beneficium in eius manibus, de quo suprà diximus *n.84.* vide Gonzal. *gloss.52.n.14.* Diuian. *d.c.1.n.65.* Quartò, si Papa iure præuentionis, ac præueoire iorendens, contulit alicui beoeficium, & collatio non teneat ex aliquo defectu impetrantis, vel aliàs sit inutilis, quia ampliùs non poterit Ordinarios se intromittere in dispositione illius vacationis quamuis contigerit in suo mense Ordinario, Gonzal. *glos.52. n.15.* Viuian. *d.c.1.n.66.* vbi cum Nicol. Garc. *de benefic. p.5.c.1 §.2.n.138.* idem dicit vbi collatio facta fuerit absenti, qui ante collationem decessit. Quintò, si Papa electoribus beneficij mandet, ne

91 ad electionem procedāt, *c.si eo tempore 45. de elect. lib.6.* Æn. de Falcon. *de referu. prul.3. sub num.4.*

92 Gonzal. *glos.52.n.19.* Viuian. *d.c.1. n.68.* Sextò, beneficium remanet affectum per resignationem de eo factam in Curia, in qua Papa semel manom apposuit, prooidendo resignatarium, si resignatio vel sit inualida, vel effectuatione non fuerit sequuta, Ludouic Gom. *in reg. de infirm. resig. q.33. n.1. vers. & tenendo istum partem,* Gonxal. *glos.52.*

93 *n.16.* Viuian. *d.c.1.n.67.* qui de resignatiooe simplici sunt intelligendi: nam, si loquamur de illa, quæ fit in fauorem, contrarium sustinuit Rot. *in Leodien. Canonicatus S. Dionysij, 25. Maij, 1626. coram R.P.D. meo Pirouano.* ex eo, quia quando resigoatio emanauit ad fauorem certæ personæ, & non sustinetur, & interim resignans moritur, tunc secundùm voluntatem Papæ limitatè manum apponentis ad vacationem per resignationem, censetur beneficium vacare per obitum, secundùm Achil. *decis.14 de restit spoliator. & decis.419.p.1. diuers.* Flamin. Parif. *de resign. benef. lib.11. q.1. nu.4.* Gonzal. *ad reg.8. Cancel glos.52.n.49.* Nicol. Garc. *de benef. p.5. c.1.n.155 & seq.* & fuit resolutum *in Vallisoletana Decanatus 11. Decembris 1600. coram bone mem. Card. Mellino, & in Leodien. Canonicatus*

94 *28. Iunij 1621. coram bonæ memoria Remboldo;* tum quia in istis resignationibus ad fauorem intentio resignantis oon est resignare, nisi quatenus acquiratur resignatario; nec intentio Papæ est admittere, nisi iuxta intentionem resignantis, atque ita quatenos acquiratur resignatario: vnde data resignatione inualida ex quacumque causa vacatio non contingit; qoia ounquam ius à resignante abdicatur, dum non acquiritur personæ nominatæ, & ea cessante cessat & voluntas Papæ appoonendi manum ad prouisionem ex vacatione per resignationem, post quam mouetur, in quantum desiderat resignans, & hæc est ratio, quam poodetauit Rot. *decis.14. de restit spoliat.* peoes Achil. & *decis.419.p.1. diuersor.* & priùs dictum fuerat per Abbat. *in cap. inter dilectos, n.10. de excessib. Prel.* & per alios vim non facientes, siue Papa prouideat conditionaliter, siue purè, sed in præsumpta voluntate Papæ, quæ totum facit in distinguenda affectione secundùm contingentiam casuum, prout aduertunt Lap. *in c. si tibi absenti,* & ibi Gemin. *num.18.* & Fraoch. *n.14. de prubend. in 6.* Anchar. *cons.58. in princ.* Roman. *cons.335.n.14.* Non obstat, quòd contrarium etiam, quando prouisio emanauit ad fauorem certæ personæ, & remanet ex aliqua caosa inualida resignatio, teoueriot Dec. Roman. Simonct. Anchar. & alij quamplures allegati à Rot. *decis.570.n.4.p.1. recent. per Extrauag. ad Romanum. §. Romani quoque de prabon. inter commun.* quia text. ille loquitur, quando Papa beneficium reseruat, & inhibet Ordinario, ne conferat, tunc nisi consummata prouisiooe Papæ semper secundùm magistralem doctrinam Abb. *in d. c. inter dilectos, n.10.* beoeficiom remanet affectum, quia quando mandauit conferri, siue de vacaturo, siue de vacanti, inde constat de mente, vt Ordinarius non possit se intromittere, dum præueoit vacationem, & Ordinatiom in ipsa vacatione taoquam Ordinarius Ordinationum, *c.1. de preb. in 6. c. si Papa, de priuil. cod. lib.* Roma. *cons.335.n.6.* At verò *d. decis.570.* loquitur in coadiutoria cum gratia præuentiua futuræ successionis, quæ arguebatur de subreptione ex falsa narratiua, & dum eadem decisio iterum pooetur *sub die 91. Nouembr. eiusd. anni 1614.* dictum fuit, vt corrigeretur, & videretur, an gratia esset iustificata; auctoritates enim in ea allegatæ non loquuntur de resignatione ad fauorem certæ personæ, quæ ob non sequutum effectum remaneat inualida.

Beneficia etiam reseruata quouis modo vacantia Sede Apost. vacante liberè coofert Episcopus; 95
quia tunc cessant regulæ reseruatoriæ, & omnes menses sunt Ordinarij, possuntque Episcopi tanquam ad Ius commune redeuntes prouidere de beneficiis vacantibus in quolibet mense. Ita Caput. *decis.86.p.1. & decis.214.p.2.* Gonxal. *ad reg. 8. Cancel. §.5. proœm. n.46.* Ioan. à Cochier. *d. reg.1. n.22. vers. sexto,* Massobr. *in praxi habend. concurs. requis.7. dub.43.* Ratio est, quia per mortem Pontificis conditoris vis, & auctoritas regularum Cancellariæ expirat, Caputaq. *decis.83. n.3. p.1.* Lud. Gom. *in proœm. reg. q.1. n.2.* Seraph. *decis.980.n.12.* Piasec. *in praxi Episc. p.2. c.5. nu.2. vers. Sede item,* Zerol. *in simili praxi p.1. verb. regula Cancel. §7.* Gonzal. *d. §.5. proœm. n.5.* vbi *n.46.* subdit, quod non solùm erunt omnes menses Ordinarij ante assumptionem noui Papæ, sed etiam antequam faciat regulas Cancellariæ, quæ semper fieri solent die immediatè sequenti dictæ assumptioni; ita quòd si etiam in illo medio tempore ab assumptione vsque ad editionem regolarum vacaret aliquod beneficium in mensibus aliàs reseruatis, nullum obstaculum Ordinarius habere diceretur, & *n.54.* addit, quòd vt ligent huiusmodi regulæ, non est necessaria earum publicatio: & *n.56.* quòd statim incipiunt ligare quoad effectum nullitans actus in contrarium, non tamen nisi post publicationem quoad pœnas incurrendas; refert Ioan. à Cochier. *in proœm. reg. Cancell. n.10.*

Quod procedit, dummodo Papa tempore as- 96
sumptionis ad summi Apostolatus apicem dicta beneficia & de quibus Ordinarij collatores tunc minimè disposuerunt, noo reseruauerit, provt fecit

fecit S.D.N.Vrbanus VIII.*reg.68.Canc.*ab eo nouitet addita, tenoris sequentis. *Item S.D.N.prouidè considerans consueuisse quandoque Rom.Pont.prædecessores suos beneficia, quæ vacante Sede Apost. vacare contigerant, dispositioni suæ reseruare, intendens de beneficiis huiusmodi, tam Conclauistis, quàm pauperibus Clericis, & aliis benemeritis personis prouidere, omnia & singula beneficia per regulas Cancellariæ Apost. aut qualibet alias Apost. Constitutiones temporales Rom. Pont. pro eo tempore existentis dispositioni quomodolibet, & ex quauis causa reseruari solita, quæ à die obitus felic.record.Gre.XV.prædecessoris sui vsque ad diem supradictam septimam Augusti vacauerunt, & de quibus per quoscunque Ordinarios Collatores tunc dispositum non fuerat, suæ dispositioni reseruauit, decernens irritum*, &c. refert Massobr. *in praxi habendi concursum, requis.1.dub.10.n.*a secundùm Romam.impress.

98 Intellige supradictam principalem resolutionē procedere, quando agitur de reseruatione, quæ fit ratione temporis, prout *in reg.8.alias 9.*tunc enim reseruatio, & affectio non contrahitur, nec inducitur, nisi in mensibus *in d. reg.*8. statutis vacatio beneficij cōtingat,& ad effectum huius reseruationis consideratur illud tempus vacationis, Cassad. *dec.8.n.9.& 11.de preb.* Rot.*decis.774.n.3.& to. lib.3.p.3.diuers.* quia hæc reseruatio beneficij inducitur solùm in ipso obitu possessoris, & vacationis contingentis tali mense Sedi Apost. ad conferendum assignato; vnde si talis vacatio contingeret Sede ipsa Apost. vacante, etiamsi aliàs esset mensis Apost. nihilominus collatio spectaret ad Ordinarium; quia vacatio Sedis Apost. impedit, & excludit reseruationem, & regulæ Cancellariæ tunc non perantur, & ita procedunt Doctores suprà allegati, & cōsiderat Gonz.*d.§.5.proœm.n.94 post med.vers. secùs verò*, & alij infertiùs allegandi. At verò quādo agitur de reseruatione, quæ inducitur, vel ratione personarū, vt putà quia possidens beneficium erat familiaris Cardinalis, vel Collector, aut Subcollector, seu alia adesset reseruatio, quia personæ possessoris adhæreret, vel ratione ipsius beneficij, vel quia esset prima dignitas, Monasterium, vel alio modo ratione rei affectum Sedi Apost. tunc enim etiamsi vacatio contingat Sede Apost. vacante; attamen collatio spectat ad futurum Papam, quia reseruatio hoc casu non inducitur in ipso obitu possessoris, & sic in vacatione, quo tēpore iam regulæ Cancellariæ expirauerunt: sed reseruatio fuit inducta, & iā infixa à principio statim ac ille fuit familiaris, Collector, vel Subcollector, seu beneficium fuit prima dignitas, aut alio modo antea affectum Sedi Apost. quo tēpore regulæ Cācellariæ vigebāt, & suū effectū, nempe reseruationē iam induxerant: & quāuis Sede Apost. vacāte dictæ regulæ Cancellariæ, tanquā auctoritate tunc destitutæ, non inducant eo tēpore reseruationē; non inde tamē reseruationes priùs viuente Papa, & regulis vigentibus inductæ, & infixæ desinunt, nec expirāt, imò beneficiū semel affectum semper remanet affectū, *d.Extrauag.ad Romani.de preb.* Anch.*cons.*138.*n.3.* Gemin.*cons.93.n.16.* qui hoc tutissimū dixit axioma Rot. *dec.10.de preb.in nouis,& dec.11.n.a.& dec.31.n.1.eod.tit.*& in terminis reseruationis ratione familiaritatis & alterius qualitatis personalis, quòd etiāsi familiaris, vel alius decedat Sede Apost. vacāte; nihilominus collatio spectet ad ad Papam, & Ordinarius nō possit se intromittere, tradūt Gemi, seu potiùs Fel. *ad d.illius cōs.93.n.16.*eidē Fel. *in c. in nostra.cerol.a.n.20.vers.&c.de refer.* Sarn. *su-*

per reg.de pub.res.q.6.n.6.vers.sic. etiā. Simonet.*de reser.q.17.n.1.vers.sed hodie & n.5.*& etiā in terminis reseruationis ex eo, quòd beneficium sit prima Dignitas obseruat Gonzal.*d.§.5. proœm.n.93. vers. quia sit prima dignitas,& vers.quia hoc rectè procedit*, Nicol.Garc.*de benef.p.5.c.3.n.789.* vbi *n.791.* refert ita Rotam censuisse *in Abulen. Parochialis, 24.Ianuar.1594.coram Cerduba*, quæ omnia ita elegantet tradita desumpsi ex adductis *Adrien, Archidiac.5.Decem.1625.coram R.P.D. Merlino.*

Mandata autem illa de prouidendo, quæ in fauorem alicuius dari solebant, & gratias, quæ expectatiuæ dicuntur ad Beneficia vacatura, nemini omninò de cætero quouis colore concedendas esse nec hactenus concessas valere statuit Conc. Trid. *sess.24.de refor.c.19.* & per illud docet Gonzal. *ad reg.8.Canc.§.1.proœm.n.57.cū seqq.*vbi *n.63.* subdit expectatiuas esse omninò sublatas, quamuis factæ sint de cōsensu Ordinariorū, Massobr.*in praxi hab. concurs. prel.2.3.in prin.n.10.* secundùm Rom. impress.Lottet. *de re benef.lib.1.in apparatus,num.16.* Quod etiam reseruationes mentales, vel quæcūque gratias ad vacatura, id est, promissiones certorum beneficiorū cùm vacauerint, seu indulta ad alienas Ecclesias, vel beneficia, idē Cōcil. *d.c.19.* penitus abrogauit, nec etiā ex S.R.E.Cardinalibus concedendas esse decreuit. Reseruationes autē mentales dicebātur, quādo Papa reseruabat beneficium vel in specie, vel in genere, per Bullā, seu Breue, vt personę gratæ prouideret quā non exprimebat: sed in mēte retinebat, secundùm Gonzal. *d.§.1.proœm.n.67.* Et hactenus de collatione Papę & Episcopi: nūc autē est sciendū, quòd etiam Legatus Apostolicæ Sedis habet beneficiorū suæ prouinciæ collationem, si est Legatus de latere, vel potestatem habeat Legati de latere, de quo latè diximus *lib.1.c.6. de Legatis & Nunciis Sedis Apostol.vers.secundò.* 99 100

Quartò loco, Visitator, seu Vicarius Ecclesiæ Cathedralis vacantis à Romano Pont. deputatus beneficiorum conferendorum in ea diœcesi habet facultatem, quod ab alio deputatus visitator. facere nequit, vt Bonifacius VIII. declarauit *in c.fin.in fine de suppl.negl.Prel.lib.6.*vbi Dominic. *n.3.* Franc. *sub nu.* a. & Menoch, *sub.n.1.& a.*Rebuff. *in praxi benef.p.1.tit.de deuol.n.99.* Cardos. *in praxi Iudicū verb.visitatio,n.14.* Ego ipse *de officio & potest. Episcopi,p.3.all.132.n.29.*secūdùm Lugdun. impress. Neq; Vicarius Episcopi potest beneficium conferre, nisi id ei specialiter permittatur, vt *lib.1.c.15.n.20.* ostendimus. Permittitur enim Ordinario collatori potestatem conferendi, quàm habet alteri demandare, vt patet *in c.constitutus, de concess. preb.* 101

Quintò, Capitulū Canonicorū, aut Regularium quandoque ius habet beneficia conferendi ex cōsuetudine, aut priuilegio, sicut & aliquæ Congregationes Clericorū, & Abbates nōnulli, & alij prælati inferiores Episcopis, qui Ecclesias, & beneficia suis Prælaturis, vel Ecclesiis annexa obtinēnt, quorū aliqui etiā simul cum Episcopo possunt cōferre, & alij cōsiliū, vel assensum in collatione Episcopi præstant, vt colligitur ex *c.vni.§.cùm verò,& §.vbi verò, ne Sede vacante, lib.6.* qua in re est notandom, quòd si ad Capitulū, & Episcopū simul spectet collatio, alter sine altero cōferre non potest præterquam in duobus casibus, videlicet. Sede Episcopali vacante, & cùm suspensus esset Episcopus à collatione, vel maiori excommunicatione innodatus: in his nāque casibus potest Capitulum per se beneficia huiusmodi conferre: cōtrà quoque potest Episcopus Capitulo à collatione suspenso, vel 102

excommunicatis Canonicis beneficia conferre, quæ simul conferri debebant *d.c. vnic.* Quarant. *in sum.Bullarij, verb.Capitulum Sede vacante, vers. qua conclusio, pag.mihi* 138. Quòd si collatio pertinet ad Episcopum tantùm, cum consilio tamen Capituli, vel assensu, non posset Capitulum Sede vacante, huiusmodi beneficia conferre: suspenso tamen Episcopo & persistente in mora petendæ relaxationis à suspensione, posset Capitulum illa conferre. Ratio differentiæ est: quia Sede vacante beneficia Episcopi sunt reseruata Papæ; non autem Episcopo suspenso: sed, si Capitulum è conuerso, vel alius conferre deberet cum consilio Episcopi, defuncto Episcopo, vel in remotis agente, eò quòd in breui eius præsentia haberi non posset, absque ipso fieri collatio poterit *d.c.vnic.§.vltim.* Cæterùm extra prædictos casus Capitulum non potest ea beneficia conferre, quæ ad collationem Episcopi pertinent. *c.illa, ne Sede vacan.d.c.vnic. eod.titulo, in* 6. Præsentatos tamen à Patronis, qui essent ab Episcopo instituendi, potest Capitulum Sede vacante instituere, *c.1.de instit.in* 6. vt suprà *lib.1.c.32.de Capitulo, vers.* 24. vidimus.

104 Concilium quoque generale, seu Collegium Cardinalium non potest, Sede Romana vacante, ea beneficia conferre, vel alia negotia agere, quæ sunt Romano Pontifici specialiter reseruata, glos. *in c.quanquam, de elect.lib.*6. iuxta quod *sup.hoc.lib. c.5.prope fin.vers.Collegium autem,* exposuimus: laïci verò de iure non habent beneficiorum conferendorum potestatem, *c.si quis deinceps.16.q.7.* quin potiùs Clerici, qui inuestituram beneficij alicuius, aut Ecclesiæ de manu laïcorum sine consensu & auctoritate Episcopi præsumunt accipere, pœna excommunicationis afficiuntur, & si in ea perstiterint, deponuntur, *d.c.si quis deinceps, cum seqq.c. sacrosancta, de elect.c.in Lateranensi, de prabend.c. ex frequentibus, de institut.*

105 Hæc autem potestas beneficia conferendi quandoque amittitur, quod præcipuè in duobus casibus contingere solet, quorum primus est deuolutio, alius verò priuatio. Circa primum sciendum est, quod beneficia omnia sunt intra certum tempus conferenda, quod ab Ecclesia est definitum, ne diu vacatio illorum plura valeat detrimenta afferre: quare est statutum *in cap. ne pro defectu, de elect. & in c. dilectus,* vbi gloss. *de concess. prabend.* vt Cathedrali, vel Regulari Ecclesia vacante intra
106 tres menses Prælati electio, & Ecclesiæ collatio fieri debeat, vt *lib.1.c.20.de elect.* diximus. Cetera
107 verò beneficia intra sex menses sunt conferenda, *cap.nulla,* Vbi Panor. *de concess.prabend.cap.2.cum seq.de supp.negl.Prælat.* cum citatis per me *de officio, & potest.Episc.p.3. alleg.126. n.40. & 41.* secundum Lugdunen. impress. quod tempus à die notitiæ vacationis currere incipit, *c.quia diuersitatem, in fine, de concess.prabend.c.licet, de suppl. negl. Prel.* Ego ipse *d.alleg.116.n.42.* vbi *n.43. & seqq.* an intelligatur continuum? & *n.49.* an & quando currat legitimè impeditis? & *n.50.* quòd non potest per superiorem arctari. Quo elapso absque legitimo collatoris impedimento, vel priuilegio, ad quem fiat deuolutio, à nobis erit explicandum.

108 In primis vbi patronus neglexerit ad beneficium Ecclesiasticum præsentare intra tempus sibi præstitutum, iuxta ea, quæ diximus *hoc lib.cap.12. vers.habet autem patronus, cum seqq.* tunc ius conferendi ad instituentem, tanquam ad proximum huius negotij Superiorem, deuoluetur, iuxta text. *in c.3.& in c.cùm propter, & in cap. cum ex de iurepatron.* docent. Card. *in Clem.vnica, num.5.& 9.cum seqq de suppl.negl.Prælat.* Panor. & alij communi- *in c.2. de concess.prab.* Greg.Lop. *l.9. glos.1. tit.16. par.1.* Rebuff. *in praxi benefic. tit.de deuolat. n.54.* Roch. *de iurepatr.verb.honorificum.q.33.* Petr.Greg. *syntagm. Iuris, p.2.lib.7.cap.9.num.38.* Azor. *instit. moral.p.2.lib.6.cap.26.q.5.* obseruantes hoc idem resoluendum, esse quamuis instituens fuerit Episcopo inferior, & cui ex aliquo speciali titulo, veluti præscriptionis, aut simili spectauerit instituendi potestas; adhuc enim ad eundem ius conferendi in prædictis terminis deuoluetur, idque adeò vt Episcopus illud nullatenus prætendere possit. Quod adeò verum est vt procedat etiam in patronis Regularibus; adhuc enim, his negligentibus, collatio iuxta supradicta deuoluetur ad instituentem; quamuis non sit Episcopus, sed alius ipsi inferior, vt benè resoluit glos. *verb. dispositionem, in dict.Clem.vnicu,* quam expressè sequuntur *ibi* Imola *n.33.* Cardinal. *n.5.* & Rebuff. *d.tit.de deuol.n.26.* Facta sit prædicta ad instituentem deuolutionem ex negligentia patroni non præsentantis, instituenti ad conferendum sex menses à die deuolutionis. & notitię ad hoc munus reseruantur, etiamsi patronus esset laïcus, cui soli quatuor menses ad præsentandum competerent, iuxta text. *in c.1. de iurepatr.li.6.* & ideò sic docent Roch. *vbi sup.n.63.* Azor. *d.c.27.q.11.*

At vbi Prælatus Episcopo inferior ratione, v.g. 109
iurisdictionis quasi Episcopalis sibi legitimè alioquin acquisitæ, habuerit ius conferendi beneficia Ecclesiastica, eo negligente, conferendi potestas deuoluetur ad Episcopum tanquam ad proximum Superiorem vt probant *d.c.2. de concess. prabend. Clem.vnic.de suppl.negl.Prel.* Rebuff. *d.tit.de deuol. n.25.* Petr.Greg. *d.n.38.in fine,* Azor. *d.cap.27. q.4.* nullatenus tamen ad Capitulum, Sede vacante, secundùm Panorm. *in cap.cùm olim, sub n.2.col.2. in med.de maior. & obedien.* Ioan.Monach. *in cap.17. n.93.* Quicquid contrà sent Ioan. Andr. *in d.cap. quanquam,* Panorm. sibi contrarius *in c.2.n.3.ne Sede vacante,* Petr.Greg. *d.c.9. num.43.* Et procedit hæc resolutio in Collatoribus etiam Regularibus: horum enim potestas ex negligentia in conferendis beneficiis ad Episcopum deuoluetur, vt ipse possit conferre tanquam Ordinarius, si illi exempti non fuerint: at verò tanquam Sedis Apostolicæ delegati si exempti sint, & Romano Pont. immediatè subiecti, vt colligitur ex text. *in d.Clem.vnic.* Rebuff *d.tit.de deuolut.n.37.& 39.* Petr.Greg. *d.c.9. n.38.* Zerol. *in praxi episc. p.1. verb.beneficium vers. ad tertium,* Azor. *d.c.27.q.4.* optimè id intelligentes de Episcopo illius loci, in quo sita fuerint beneficia, etiamsi Collatores in alia diœcesi morentur, quod etiam vltra glos. *verb. locorum, in dict. Clemen.vnic.* tradont. Card. Pereira *de empt.cap.14.* Nicol.Garc. *de beneficiis, p.5.c.3.c.28.*

Capitulo Cathedralis Ecclesiæ negligente in 110
conferendis beneficiis, quæ ad suam collationem separatim ab Episcopo pertinent, ad Episcopum tanquam immediatum Superiorem fit deuolutio iuxta text. *in d.c.2.de concess.prabend.* vbi Panorm. *n.6.* gloss *verb.Capitulum, in c.irrefragabili, de offic. Ordin.* Rebuff. *d.tit de deuol.n.21.* Petr.Greg. *d.c.9. n.40.* Azor. *d.c.27. q.2.* quamuis Episcopus ipse, tanquam Canonicus, eorum collationi interesse debuerit: nam adhuc in his terminis, nisi eam dolosè impedierit, & ita ipsum Capitulum in negligentiam induxerit, vtetur iure deuoluto, vt constat *ex c.postulastis, de concess.prabendu, vers.nisi forte*

Rot.

Rot.*decis.1.de supp.neglig.in nouis*, aliàs *decis*.313. exponit eleganter *l.9.tit.16 part*.1.vbi Greg. Lop. Si verò collatio ad Capitulum, & Episcopum communiter spectauerit, tunc deuolutio ex capite negligentiæ, non fiet ad Episcopum, sed potiùs ad Archiepiscopum, tanquam ad proximum Superiorem, *d.cap.postulastis d.l.9.Partitarum*.

111 Episcopo autem negligente intra debitum tempus conferre beneficia ad suam collationem separatim à Capitulo spectantia, tunc deuolutio fit ad ipsum Capitulum, *d.cap.2. de.conceß. preb.* Rebuff. Greg.Lop.& Azor. *vbi proximè*, Nicol.Garc.*de benefic.p.10.cap.3. n.33.* & licèt in hoc casu fiat deuolutio à Superiore ad inferiorem, id tamen ex eo procedit, quia sic expressum in iure reperitur, prout etiam in aliis casibus, de quibus *in cap.vlt.vers. quod si,63.dist.& in cap.2.vers.si verò,89.dist. & in cap.cum summus 9.q.3.* Quod quidem locum tantum habet in beneficiis spectantibus ad collationem Episcopi proprio iure, non verò vbi ad eundem pertinuerint iure speciali, vel deuoluto:tunc enim hæc collatio, negligente Episcopo, non deuoluetur ad Capitulum, sed ad Superiorem, vt docent Abb.*in d.c.2.n.6.& 8.de conceß.prabend.* Felin.*in d. cap.irrefragabili,n.3*.Franc. *in cap.vnico §.cùm verò, n.3.& 4.ne Sede vac.in 6.* Rebuff. *d.tit.de deuolut.à n.21.* Anastas.Germon. *de indultis Card.§.volumus, n.56.*Azor.*d.cap.27.q.2.* Nicol:Garc.*d.cap.3.n.34.*

112 Vbi verò Episcopus fuerit exemptus, & Romano Pontif.immediatè subiectus; tunc illo negligente potestas ad solum Romanum Pontificem, non autem ad Capitulum deuoluetur, vt resoluunt Panor. *in d.c.2.n.7.& 8.*Rebuff.*d.tit.de deuolut.n.36. & in concord.tit. de collationib.§.si quis verò, in glos. ad alium,vers.in exemptis.* Rota apud Nicol. Garc. *d.p.10.c.3.n.3.*

113 Fit quoque deuolutio huiusmodi, si ij,ad quos spectat, prouident indignis,seu inhabilibus, & incapacibus,*cap.cùm in cunctis, §.fin.de elect.c.si compromissarius,eod.tit.in 6.*Zech.*de benefic.p.10.cap.3. n.2.*Card.Mantic.*decis.158.*vbi ait, quòd quamuis non possit argui negligentia Ordinarij,nisi à die scientiæ, tamen ille debebat scire conditionem eius,cui contulit beneficium, quia ita præsumitur, cùm antequam conferat, de vita & moribus illius debeat inquirere, & plenam eius notitiam habere,*c.innotuit,de elect.cap.bona.il.a.in fine.* vbi Abb. *n.15.de postul. Præl.*Rebuff.*in praxi benefic.sub.tit.de*

114 *pœnis contra collatores indignis conferentes nu.5.* Verùm, si Vicarius contulit beneficium indigno, non fieri deuolutionem, nec esse Episcopum conferendi potestate priuatum, nisi habeat ratam collationem,resoluunt Rebuff. *in d. praxi tit.form.Vicariatus,n.140.* Sbrobz.*de officio Vicarij,lib.3.quæst.37.* quos refero Ego ipse *in collect. ad d.cap. cum in cunctis n.38.*

115 Estque facienda deuolutio hæc gradatim de inferiore ad proximum Superiorē,donec perueniat ad Papam,*d.cap.postulastis*,Panor. *in d.c.1.n.7.* Rebuff.*d.tit.de deuolut.n.7.* Mantic.*decis.160.n.2.*Rot. *decis.186.part.2.recent.* non tamen per hoc ligantur interim eius manus, quominùs possit procedere ad collationem huiusmodi beneficiorum inferioribus collatoribus competentium; eàenim si ordinariis legibus,& iuri eorum ordinatio deferre noluerit, poterit ex vi maioris potestatis sibi semper reseruatæ conferre, quin prædictum deuolutionis ordinem spectare teneatur, ex reg. text.*in c.sta dominus,19.dist.& in c.cuncta per mundum*, cum simi.*lib.9.q.3.* Ideo sic docent Rebuff. *d. tit. de deuolut. n 46.cum seqq.* Petr.Gregor.*d.c.9.n.* 23. optimè resoluentes summum Pont. in beneficiis inferiorum conferendis vti posse, non solùm iure deuolutionis, sed etiam iure præuentionis, iuxta text.*in c. dudum,de prabend.lib.6.*vel iure concursus per *cap. quia diuersitatem,vers.nisi, de conceß.preb.& in c.si eo tempore,de elect.lib.6.* Fit denique huiusmodi deuolutio ex negligentia dimanans, cum onere, & qualitatibus requisitis in prima prouisione: vt per Rebuff.*d.tit.de deuolut.n.40.cum seqq* Petr. Gregor.*d.c.9.n.23.* Gutier.*conf.1.n.31.* Azor.*d.cap. 27. q.8.*Nicol.Garc.*d.p.10.c.3.n.42.* 116 117

Collatio autem facta à collatore negligente post tempus elapsum, est nulla, quantumuis postea deuolutio contingat, nec per huiusmodi superuenientiam conualescet,nisi denuò fiat,vt per text.*in cap.ex parte,vers.nos igitur,de conceß.prabend.*resoluunt Felin.*in cap.cùm ex officij num.37. de præscrip.* Rebuff.*d.tit.de deuolut.n.31.* Petr.Gregor.*d. cap. 9. n.23.*Azor. *d. cap. 27.q.6.*Nicol.Garc.*d.p.10.cap.3. n.31.* qqod procedit, etiamsi is, qui iure deuoluto à se putato cōtulit, haberet potestatem ad conferendum iure ordinario: quod enim potuit, noluit; quod voluit, adimplere nequiuit, *c.cùm super, de officio deleg. l. multùm interest. vers. si verò C.si quis alteri, vel sibi.* Ita docet Rebuff. *d. tit. de deuolut. n 52.*vbi *n.53.* inde infert ad casum notabilem.Hæc omnia de tempore conferendi beneficia intelliguntur : aliud nanque est de tempore præsentandi, de quo *sup.cap. proximo* vidimus; & aliud de tempore eligendi, vt *lib. 1. cap. de elect.* visum est; & hoc quidem modo amittitur ius conferendi per deuolutionem; non tamen omninò, sed in eo tantùm casu, & in collatione illa, quæ pro ea tantùm vice est ad alium deuoluta, vt *in cap.cùm Vinton.& in cap.cùm in cunctis §.fin.de elect.* 118

Per priuationem verò perditur ius conferendi, aut ad tempus,aut in perpetuum: ad tempus perditur ius conferendi in casibus, quibus collator à beneficiorum collatione suspenditur, vt *in c.postulastis,de cleric.excom.minist.& in cap.graue nimis, de prebend.*quòd quidem per se simpliciter parum servatur,vt, scilicet, aliquis à collatione tantùm beneficiorum suspendatur;sed aut pro præteriti tātum collatione facienda ea potestate priuatur in pœnam,veluti si elegerit scienter indignum:quo etiam casu fit deuolutio, vt *in d. cap.cùm in cunctis. §. fin. & in d.cap.cùm Vinton.de elect.* aut cùm maiori excommunicatione ligatur: quo casu est consequenter excommunicatione durante, ab huiusmodi collatione suspensus, *d.cap.vnic.ne Sede vacante,in 6.* in perpetuum, cùm verò perditur collator ab ea dignitate deponitur, quæ ob hoc ius habet annexum, vt beneficia conferat, aut cùm eius beneficia Papæ, vel alteri reseruantur, de quibus pœnis alibi commodiùs tractabimus. 119

Est autem sciendum, quòd ius istud collationis prouidè,& optima ratione fuit ab Ecclesia institutum,atque Prælatis ipsius Ecclesiæ munus hoc demandatum; quia enim beneficia ecclesiastica ex Christi & pauperū patrimonio sunt constituta, & spirituale munus,diuiduūmque officium habet annexum,in eis propterea hæreditaria successio, vel ea, quæ hæreditariæ successionis imaginem referunt,sacris constitutionibus, & Patrum decretis sunt omninò contraria;imò expressè interdicta,atque damnata,vt *in cap. Apostolica 8.q.1.& in capite ex transmissa,& in c.ad extirpandas, de filiis Presbyt. & in c. 1.de prab.& in cap.consulta, de iurep & in Concil.Trid.seß.26. de reformat. cap.* 7. Quare fuit constitutum, 120

constirurum, vt vacante beneficio, aiius quilibet non debcrct per sæcularem successorem illud acquirere, sed Christi minister idoneus ac dispensator fidelis illud ab Ecelesia consequeretur.

121 Ac præterea fuit interdictum primò regressus, aut acessus ad beneficia vacatura cuiquam permitti, aut concedi per Concil. Trid. *d. capi. 7.* qod intelligitur de accessibus, & regressibus, per cessum. aut decessum: habent enim speciem successionis hæreditariæ, & dabant occasionem captandæ mortis, vt per Paul. Fusc. *tit. B. sing. 21. princip.* Aloys. Ricc. *in praxi aurea, resol. 337.* Ego ipse *in collect. ad c. 1. n. 3. de prabend.* non autem de illis, qui ob non solutionem pensionum causa resignationis concedi solent, vt tradunt Mandos. *in reg. de impetr. benef. vac. per obitum. q. 31. n. 3.* Flam. Paris. *de resignat. benefic. lib. 6. q. 5. num. 110.* Interdictum quoque est indulta ad alienas Ecclesias, aut expectatiuas ad
122 certa beneficia concedi, vt superiùs vidimus. Secundò, ne conferri debeant, aut promitti beneficia antequam vacent, ne desiderare quis mortem proximi videatur, in cuius locum & beneficium se crediderit successurum, *cap. 1. & 2. & cap. constitutus, de concess. prabend. cap. detestanda, & c. ne captanda. eod. tit. in 6.* Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib. 6. q. 4. n. 104.* Nicol. Garc. *de benefic. p. 10. cap. 1. num. 1.* Valer. Reginal. *in praxi pœnit. lib. 30. tr. 3. num. 247.*
123 sicut & Gentilium legibus pactum de futura successione in aliena hæreditate eadem ratione prohibetur, vt probatur *in l. ex eo instrumento. C. de inutil.*
124 *stipulat. & l fin. C. de pactis*; quamuis dictatum legum Canonicarum prohibitio solùm in beneficiis ecclesiasticis, non verò in officiis temporalibus procedat, vt benè tradunt Fr. Emman. *quast. regular. tom. 1. quast. 1. art, 6. col. 3. post princip.* Cabed. *de*
125 *patronat. regia Corona, c. 15. num. 15. & 20.* proinde temporalia huiusmodi officia potest Rex promittere in tempus, quo vacauerint Didac. de Britto *in sua responso pro Comite de Salinas q. 1. n. 11.* Stephan. Gratian. *discept. forens. tom. 5. c. 818. n. 38.* Parens meus *in comment. ad Ordin. Reg. Lusit. lib. 2. titul. 98. in fine,* Melch. Phæbo *Lusit. dec. 2.* Quicquid alter sentiat Valasc. *cons. 108. num. 28. tom. 2.* & licèt æquiparet officia, & beneficia ad effectum, vt non possint impetrari ante vacationem, Rebuff. *tom. 2. ad leges Gallia tit. vt benefic ante vacat. art. 2. gloss. 2. ad med.* Promissio autem, vel collatio de beneficio non vacante nullius est momenti, *d. cap. 1. & 2. c. ex tenore, de concess prabend.* vnde ea non obstante poterit beneficium illud, cùm vacauerit, alteri conferri, *cap. relatum, eod. tit.* potest tamen beneficium aliquod, aut Ecclesia loco religioso applicari, vel vniri, antequam vacet, vt, scilicet, postquam vacauerit, locus ille immediatè succedat, & nullum interim præiudicium fiat ei, qui illud obtinet, dum ipsum retinuerit, *c. consultationibus, de donat.* Conc.
126 Trid *sess. 23. de reform. cap. 18.* Tertiò propter eandem rationem coadiutores Episcopis, vel Curatis cum futura successione in eorum Ecclesiis dari prohibeotur, iuxta ea, quæ *supr. l. 1. c. de Vicario, & coadiutore Episcopi*, vidimus. Sed à tempore Sixti conceditur, vt ostendimus *hoc lib. 3. c. de Coadiuto-*
127 *ris.* Quartò omnes pactiones, quæ labem simoniacam inducere possunt, iuxta *c. cum pridē, cum seq. de pactis*, vel confidentiam aliquam successionis secūdùm Bullam Pij IV. & V. *de confident.* Omnesque contractus, & etiam transactiones de beneficiis Ecclesiasticis fieri prohibentur, *c. constitutus, cum*
128 *seq. de trans.* Permutationes verò, ac resignationes reciprocæ, vel in fauorem alterius, & cum pensionis, ac fructuum reseruatione, cum obseruationibus debitis, & Ecclesiæ auctoritate, fieri permittuntur, vt infrà suis locis videbimus. Denique be- 129
neficia vacantia non possunt collatores sibi ipsis conferre, sed ea alteri conferre tenentur *c. fin. de instit. c. ad aures, de excess. Pral.* Dec. *cons 351. n. 50.* Mantu. *dial. 34.* Socin. *cons. 15. vol. 1.* Paul. de Cittad. *de iurep. p. 6. q. 48. art. 3.* Roch. *eod. tr. verb. honorificum, n. 20.* Lambertin. *in simili tract. lib. 2. d. 1. q. 1. artic. 2.* imò nec possunt ab eis procuratores constitui, cum facultate conferendi virtute mandati collatores constituentes in beneficiis, siquidem per ipsos procuratores censentur constituentes se ipsos instituere, iuxta regul. text. *in c. mulieres, §. illi, de sentent. excomm. c. qui per alium, de reg. iuris, lib. 6.* vnde, cùm constituens se ipsum instituere non possit, vtique nec per alium, nempe procuratorem, id poterit efficere, qui non aliter constitui potest, quam post vacationem Ecclesiæ, propterea. *in c. vlt. de concess. prab.* qua data vacatione maxima fraus resultat respectu constituentis per constitutionem procuratoris. Accedit, quia procurator non aliter potest in beneficio instituere, quàm nomine ipsius constituentis, cuius personam in tali institutione repræsentat, fatetur Lambert. *d. lib. 2. p. 1. q. 8. art. 9. n. 3.* quo dato necessariò videatur dicendum constituentem se ipsum in effectu instituere contra tex. *in d. c. vlt. de instit.* & reg. tex. *in c. per nostras, de iurepatr.* cuius ratio ambitionis etiam & maximè in institutione verificatur: & ita in specie hanc sententiam tenēt Abb. *n. 6.* Ioan. Andr. & alij *in c. vlt.* Zabarel. *in cap. ex insinuatione, de iurepatr.* Pauin. *de potest. Capituli Sede vac. d. 2. q. 5. in fin.* Roch. *verb. ipse, vel is, q. 20.* Lamb. *p. art. 9.* Quānis contrarium teneat gloss. *verb. dantem, ad fin. in d. c. vlt.* existimans procoratorem posse instituere dominum, cuius sententia potest procedere, quando dominus constituens legitimè transfert in alium omnimodam, & absolutam potestatem instituendi, ita vt is, qu libertatem recepit, debeat suo nomine conferre, non nomine eius, qui in eum hanc facultatem transtulit, vt benè obseruant. Ioan. Andr. *num. 4.* Butr. *num. 8. vers. quara cum eadem gloss.* Anch. *col. vltim. n. 6. vers. quaris glos.* Zabarel. *num. 7. vers. tertio quaro.* Panor. *num 6. vers. & in fine*, Imol. *num. 5. vers. in eadem glos.* Guid Papæ *num. 3. vers. quaritur ponamus, in d. cap. vlt.* Lambert. *d. q. 9. art. 11.* quod quidem est faciendum inferuenire iusta causa concedendi, seu transferendi tali modo, ne aliàs fraus præsumatur, vt aduertit Lambert. *dict. q. 8. art. 9. n. 4. & art. 11. ex n. 2.*

Quibus autem personis possint, aut debeant 130
beneficia conferri. est in præsenti videndum: sed de electiuis quidem, in quibus; scilicet, Prælatus eligitur, *supra lib. 1. c. 20. de elect. Pralatorum*, in genere ostendimus. Cætera autem beneficia illis tantùm personis sunt conferenda, quæ omni careant impedimento clericatus, de quibus impedimentis similiter vidimus *eod. lib. 1. c. 33. de ordine, in §. de qualitatibus ordinand.* nec illis designandis præcipitanter se gerere debet collator: quia celeritas in approbatione personarum est de iure reprobata. *glos. verb. celeritate, in cap. fin. de elect. lib. 6.* inducit namque suspicionem fraudis, Iacobat. *de Concil. lib. 7. art. 5. n. 244.* Redoan. *de alienat. rerū eccles. q. 22. n. 69.* Nec abs re dicit Thucidides apud Plutarch *in Moralib. Dua pracipue sunt contraria ab benè consulendum, & iudicandum, celeritas & ira.* Sunt enim nonnulli, qui nec de iure, neque per dispensationem, nullū possunt ordinem clericatus accipere

accipere, qui nec beneficium ecclesiasticum asse-qui valent, nisi fortè beneficium aliquòd regulare Monialibus competat. Aliqui verò sunt, qui ex dispensatione possunt, saltem minoribus Ordinibus initiati, & hi possunt beneficium aliquod simplex obtinere. Qui autem de iure inhabiles ad beneficia consequenda reddantur in pœnam sunt hi.

131 Primò. Hæretici, eorúmque fautores, receptatores, defensores, eorúmque filij, vsque ad secundam generationem; hi enim omnes ad beneficium quodcunque, aut officium ecclesiasticum admitti non possunt, adeò vt si admitterentur, irrita esset & nulla talis admissio, electio, vel collatio, *cap. quicunque. §. hæretici, cap. constitutum, il 2. de hæret. lib. 6.* vnde de beneficio iam obtento ante declarationem criminis paterni secùs dicendum videtur, cùm superueniens crimen non fa-
132 ciat quem inhabilem ad beneficium iam obtentum vt per Simanch. *de cathol. instit. tit. 29. num. & in Enchirid. tit. 69. num. 9.* Clar. §. *Hæreticus num. 16.* Otalor. *de nobil. par. 4. princ. cap 9.* Cou. *lib. 2. cap. 8. num. 1.* Hoied. *de incom. benefic. par. 1. cap. pen. num. 100* Perez *l. 1. tit. 7. lib. 8. Ordin.* Decian. *in tract. crimin. lib. 5 c. 45. num. 6. limit. 7.* Menoch. *cons. 805. n. 33. & cons. 808. num. 36.* Azeued. *l. 1. num. 206. tit. 3. lib. 8. noue recop.* Petr. de Ledesma *in sum. p. 2. tract. 1. cap. 6. post concl. 17. diffic. 2.* Param. *de origine S. Inquis. lib 3 quæst. 9. num. 203. cum seqq.* Suar. *de censur. tom. 5. disp. 43. sect. 3. num. 2. in fine,* Sanch. *in præcepta Decalogi, tom. 1. lib. 2. c. 28. numero 28.* Quicquid dicat Nicol. Garc. *de benefic. par. 11. cap. 10. n. 77.* Squillante *de priuileg. Cleric. c. 4. ex n. 216.* me citato *in hoc loco* Tambur. *de iure Abbatum tom. 3. disp. 9. q. 7. n. 2.*

133 De filiis autem & nepotibus omnium prædictorum est intelligendum; qui tales esse, aut tales decessisse, probentur, non autem illorum, quos emendatos esse constiterit, & pœnitentiam egerint. *d. cap. statutum.* quamuis ante peractam pœnitentiam obierint, dummodo tamen parati essent ad eam recipiendam, vt docent Carrer. *de hæret. n. 241. vers. limita, nisi pater,* Gundisalu. *eod. tract. qu. 23.* Paris. *cons. 2. n 185. lib. 4.* Surd. *cons. 368. num. 14.* Didac. Quanter. *in quæst crimin. tit. de hæret. cap. 1. num. 11. vers. quod supradictum est,* Decian. *d. lib. 5. c. 45. num. 5. vers. limita tertio,* Sanc. *d. lib. 2. c. 27. n. 26.* Ant. Ricciul. *de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existentium, lib. 5. cap. 30. num. 41.* Farinac. *de hæresi. quæst. 191. §. 2. num. 64.* Squillante, *d. cap. 4. numero 217.* Rot. *in Colimbrien. Canonicatus, 13. Iunij, 1616. coram bonæ mem. Card. Sacrato,* vbi etiam fuit dictum non esse faciendam distinctionem inter sponte confessum & condemnatum. Secunda vero generalior in hac re paternam tantùm lineam comprehendit, ex linea verò materna ad primam tantummodo generationem pœna extenditur, vt Bonifac. VI. I. exposuit *in d. c. statutum.*

134 Idem, quod suprà diximus de hæreticis, dicendum est etiam de apostatis, cùm ipsi hæretici sint, Valent. *1. 2. disput. 1. quæstio. 12. puncto 1. notab. 2.* Sanch. *d. lib. 2. cap. 7. num. 18.* Squillante *d. cap. 4.*
135 *num. 221.* vbi *num. 222. de schismaticis,* idem quoq; resoluendum, ait, vbi schisma cum hæresi coniunctum est, etiam post schismatis pœnitentiam, vt constat ex *cap. qui diligentia, de elect.* Et nota, quòd hæresis patrui non impedit, quominus ne-[illegible] beneficia obtinenda habilis existat, prout [illegible] fuit S. Congreg. Cardinalium negotiis Episcoporum & Regularium præpositorum *sub die Ianuarij 1598.* & me citato *in hoc loco* illius meminit Tamburin. *tom. 3. disp. 9. q. 7. n. 2. in fine.*

Secundò: Excommunicati omnes excommu- 136
nicatione maiori inhabiles sunt ad quæcunque beneficia consequenda, alioquin collatio esset irrita, *cap. postulastis, de clerico excommunicato minist.* Gig. *de pensionib. qu. 41. num. 2.* Cou. *in c. alma mater par. 1. §. 7. num. 1.* Selu. *de benefic par. 3. qu 4.* Rebuff. *in concord. tit. de excomm. non vitand. vers. aduertendum est, & cons. 53. per tot.* Henriq. *in simil. lib. c. 3. § 3. & cap. 13. §. 1.* Mandos. *de signat. gratia, tit. de prouision. vers. clausula,* Philiarch. *de offic. Sacerd. par. 1. lib. 13. cap. 12.* Nauar. *in man. cap. 27. num. 21. & 271. vers. 8. aliàs num. 273. & cons. 13. num. 4. de cleric. excommunic.* Squillante. *de priuileg. Cleric. cap. 4. ex num. 130. & de obligat. Cleric. par. 3. ex numero 68.* Tolet. *in instruct. Sacerd. lib. 1. cap. 13.* Flam. Paris. *de resign. benefic. lib. 4. q. 3. num. 32. cum seq. & li. 5. q. 6. à num. 77.* Vgolin. *de censur. tab. 2. cap. 13. §. 1.* Sayro *eod. tract. lib. 2. c. 5. à princ.* Suar. *etiam eod. tract. disp. 13. sess. 1.* Bonacin. *in simili tract. disput. 2. qu. 2. puncto 4. §. 1.* Mar. Alter. *in simili quoque tract. tom. 1. lib. 2. disp. 6. cap. 2.* Azor. *instit. moralium part. 2. cap. 7. qu. 2.* Ioan. à Cochier. *de permut. benef. cap. 33. num. 5.* Latè Nicol. Garc. *de benef. par. 7. cap. 13. à princ.* Less. *de instit. lib. 2. par. 34. dub. 22. num. 118. & 129.* Lezana *in sum. quæst. Regul. verb. beneficium num. 5.* Valer. Reginald. *de praxi fori pœnit. lib. 32. num. 43. cum seqq.* Campan. *in diuers. Iuris Canonici, rub. 11. cap. 15. num. 11.* Bellet. *disquisit. cleric. par. 1. tit. de disciplina clericali, §. 10. num. 4.* Anton. Ricciul. *de iure personarum extra gremium ecclesiæ exist. lib. 4. cap. 6. per tot.* Tambur. *d. tom. 3. disp. 9 quæst. 7. num. 4.* Sanch. *in opusc. moral. lib. 2. cap. 2. dub. 10.* nouissimè Gonzales de Salzedo *de lege politica lib. 2. cap. 16. num. 63. & seqq.* Antonin Diana *moral. resolu. par. 5. tract. 9. resol. 99.* Rot. *in Tuden. beneficij 5. Aprilis 1604. corã Penia, & Pampilonen. Parochialis 8. Martij, 1619. coram bonæ mem. Andreà, & in Oxomen. Canonicatus 2. Martij, 1622. coram R. P. D. Merlino.*

Amplia in quocunque genere beneficij Eccle- 137
siastici, siue sint beneficia minora, siue sint maiora, vt Dignitates, Episcopatus; siue sint sæcularia siue Regularia; vt post alios docent Suar. *d. sect. 1. num. 4.* Valer. Reginald. *d. lib. 32. n. 48.* Mar. Alter. *d. tom. 2. lib. 2. disp. 6. cap. 6. vers. dubitari contingit,* Anton. Ricciul. *d. cap. 7. num. 21.* & non solùm in collatione huiusmodi beneficiorum, sed etiam in eorum permutatione, seu resignatione; Vgolin. *d. cap. 13. num. 6.* Flamin. *d. lib. 4. qu. 3. n. 45.* Sayr. *d. lib. 5. num. 14.* Azor. *d. cap. 7. q. 4.* Ioan. à Coch. *cap. 33. num. 7. & 11.* Nicol. Garc. *d. par. 7. cap. 13. num. 15.* Bonacin. *de censur. disp. 2. quæst. 2. puncto 4. §. 1. num. 6.* Ricciul. *d. cap. 6. num. 18.* Et in pensionibus, quæ dantur titulo spirituali, Suar. *d. censur. disput. 13. sect. 1. nu. 9.* Villalob. *in sum. tom. 1. tract. 17. difficul. 9. num. 3.* Gordon. *in sum. tom. 2. lib. 7. q. 9. num. 45.* Diana *d. par. 5. tract. 9. resol. 103.* Amplia secundò procedere etiam in foro Conscientiæ, in quo beneficium excommunicato collatum, seu resignatum, ab ipso retineri non potest, vt per Vgolin. *d. cap. 13. §. 5. num. 1.* Sayr. *d. cap. 5. num. 21* Valer. Reginald. *d. lib. 32. num. 48. in fine.* Amplia tertiò, quamuis collatio sit facta Motu proprio, secundùm Cou. *d. §. 7. num. 2.* Rebuff. *in repet. d. cap. postulastis, num. 47. & d. tit. de excommun. non vitan. vers. aduertendum,* Anton. Gabr. *commun. tit. de clau-*

sul.

sul.concl.2.num.43.Nicol.Garc.d.cap.13.numero 5.
Mar.Alter.d.cap.2.vers.similiter eadem ratio.Anton.
Ricciul.d.cap. 6. numero 6.Amplia quartò, siue ex-
excommunicatio sit à Iure,siue ab homine:nam in
vtraque eadem militat ratio. Ita Rebuff. in repet.
d.cap.postulastis,numero 46.& in praxi benefic.tit.de
forma noua prouisionis,verb.téque obsolaenses,num.4.
Cou.d.§.7.ante nu.2.vers.tertiò constat,Anton.Ric-
ciul.d. cap. 6. numero 4. siue per sententiam gene-
ralem,siue particularem, Suarez; d.disp.13.sect.1.
numero 30.Mar.Alter.d.cap.2.vers.quare concludea-
dum, par. 229. Amplia quintò, etiamsi excommu-
nicatio sit iniusta dummodo non sit lata fuerit, vt
per Rebuff in repet.d.cap. postulastis num.67. Cou.
d.§.7.nu.7.in fine,Lancel.de attent.par.3.c.24.q. 3.
n.8.Calder.decis. 1.de prabend. Henriq. in sum. lib.
13.cap.15 §.1.in commento, lit. A. & cap. 15.§.2.
Sayr.d.cap. 5.numero 10. Anton. Ricciul.d.c. 6.n.
34. Amplia sextò, quamuis excommunicatus non
sit ad huc denunciatus; quia ad effectum, vt non
possit obtinere beneficium denunciatio non est
de substantia,cap. Rodulphus, vbi Felin.sub numero
38.vers.limita quartò,de rescrip. Cou.d.§.7,num.2.
Dec.cons.145.num.4.Rebuff.cons. 53.num. 6. Cæs.
de Grass.dec.1.n.12.& 15.de sentent.excom. Franc.
Marc.decis.67.num 5.Coninck de Sacram.tom.2.
disp.14.dub.9.num.70.Auil.de censur.par. 2.cap.6.
disp.5.dub.2.concl.1.Diana d.par.5.tract.9.resol.99.
vbi quod collatio beneficij facta excommunica-
to tolerato est inualida. Amplia septimò quamuis
sit excommunicatos occultus; nam nihilominùs
collatio est nulla; quia in his, quæ geruntur iure
priuato, nulla est differentia inter excommuni-
catum occultum, & publicum, vt per Vgolin. d.
cap.13.§.1.numero 2.Henriq.d.lib.13.cap.3.§.3.&
c 13 §.1.Cou.d. §. 6. numero 2.vers.hac principalis,
Nau. in man. cap.27.numero 21.& 271.& 273.&
cons.13.num.4. de Cleric. excom. Mandos. de signat.
gratia,tit.de prouisionib.vers.claus.verum absolutione
à censuris,Cæs.de Grass.d.decis.2. num. 12. Cassad.
decis.1.de prabend.Franc.Marc.d.decis.967.num. 2.
Suar.d.disp.13.sect.1.num. 25 & 50. Sayr.d.cap. 5.
num. 8.& 9. Salzed.de Bernard.in pract.cap.53.ad-
dit.1.Lancel.de attent.par.3.cap.24.quæst.3.num.7.
Azor.d.part.2.lib.6.cap.7 q.8. Campan.d.cap.15.n.
11.Nicol.Garc.d.par.7.cap. 13. numero 7. Auil. de
censur part.2.cap.6.disp.5.dub.2.Less.de iustit.lib.2.
34.numero 117.Paul Layman.in Theolog moral. lib.
1.tract.5.part.2.cap.2.numero 7. in princip. Amplia
octauò, etiamsi excommunicatus reputetur com-
muni opinione pro absoluto: quia in hac mate-
ria, in qua agit vt excommunicatus sit incapax
ad obtinendum beneficium, veritas præualet opi-
nioni. Ita gloss.verb.solet, in cap. fin.de senteat. ex-
communic.Abb.in cap. pastoralis §. verum,nu.15.&
ibi Franch.num.11.de appellat. Rebuff.in repet. d.c.
postulastis.num.61.Mar.Alter.d.li.2. disp.6. cap. 6.
Anton. Ricciul. d.cap. 6.num. 12. quicquid dicat
138 Sperell.in decis.seri,eccles. decis.30.num.18.Amplia
nonò, quamuis post collationem sequatur abso-
lutio; quia sequens absolutio non tollit incapa-
citatem præcedentem, cùm in istis spectetur ini-
tium,cap.dudum,de elect.Rebuff.in repet.d.cap. po-
stulastis,numero 50.Cou.d.§.7.sub.num.2.vers.septi-
mò,Suar.d.sect.1.ante num.3. Nicol.Garc.d.cap. 13.
num.8.Ioan.à Cochier.d.cap.33.num.8. Mar.Alter.
de censur.tom.1.lib.2.cap.2 pag.227.sub lit.B. vers.
item eadem conclusio,& cap.7. in princip. Ant.Ric-
ciul d.cap.6.num. 32. Et etiamsi excommunicatus
esset absolutus cum reincidentia post aliquod

tempus, quia si post tempus præfixum ac reinci-
dentiam fiat sibi collatio, erit nulla, non obstan-
te quòd non adfuerit aliqua Iudicis declaratio
vt per integram consultationem respondit Dec.
cons.145.& in cap.intelleximus,nu.3.de iudic.Ripa.
in cap.1.num. 25. eodem tit.Quas ampliationes me
citato in hoc loco ponit Tambur.d.tom. 3. disp. 9.q.
7. num. 5. Et etiamsi ipse suam excommunicatio-
nem ignoret, quia oblitus est se eam incurrisse,
aut falsò putat se valide absolutum, esse, quia etsi
ignorantia excuset aliquem à peccato, non tamen
reddit eum habilem ad aliquem actum ad quem
aliàs inhabilis est; ita Philip. Fab.de censur.in 4.
sent.dist.25.q.1.dist.1.disp.4.cap.4.nu. 193.Sanch.
in opusc.moral.lib.tit.2.cap.1.dub.10.num.6.Villalob.
in sum.tom.1.tract.17.diffic.9.numero 5. Turriano.de
censur.lib.1.disp.16.dub.3. Rainaud.de monit.par.2.
cap.2.num.29.

Limita tamen primò, vt non procedat, si ex- 159
commmunicatio sit nulla, secundùm Cou.d,§.7.n.
5.Nau.in cap.cum contingat, de rescript. remed. 6.
num.9.& 11.Vgolin.d.cap.13.§.1.num.2. Sayr. d.c.
5.numero 10. Henriq.d.lib.13.cap.14.§.1.cap.15.§.
2.in commento lit. A. Valer. Reginald.lib. 32. n. 47.
Anton.Ricciul.d.lib.4.cap. 13. §. 1. Limita secun-
dò, quando excommunicatio superuenit post col-
lationem vel electionem factam: quia licèt non-
dum sit effectuata,tamen valet. Anton.Ricciull.d.
lib.4.cap.13. numero 7. Rot.decis. 534.numero 10.
pars.1.recent. Vnde potest excommunicatus acce-
ptare beneficium iam sibi, cùm non erat excom- 140
municatus, collatum,quia in d.c.postulastis,quam-
uis inualidatur collatio beneficij excommunica-
to facta, non tamen acceptatio, cum ibi tantum
inualidetur actio, per per quam acquiritur ius ad
beneficium. Et ideo ita docent Cou.d. §. 7. numero
3.& lib.3.var.16.numero.4. Anton. Gabr.commun.
tit.de probat.con.8.n.43. Nau. in c.si quando,except.
10.n.9.de rescript. Rebuff.in repet.d.cap.postulastis.
numero 124.& d.tit.de excommun. non vitand. sub
gloss.vers.tertiò fallit.vgolin.d.c. 23.§. 1.numero 2.
& §.2.numero 7. Suar.d.disp.13.sect.1.num. 15.&
16.Henriq.d.c.13.§.3.Zerol.in praxi Episcop. part.
1.verb.Beneficia,§.5.dub.3. & verb. excommunica-
nis causa formalis, dub. 8. Flamin. Paris.de resignat.
benef.lib.10.q.8.numero 39. Sayro.d.cap. 5. numero
11.Azor.d.par.2.lib.6.c.7.q.9.lib.7.c.23.q.5. Gon-
zal.ad reg.8.Cancel.glos.58.numero 26.Rendina in
prompt.recept.sent.tit.7.numero 5. Bonacina de cen-
sur.disp.2.q.2.puncto 4.§.1. numero 9. Squillante de
obligat.Cleric.par 3.numero 73 & d.c.4.n.145. Cā-
pan.d.c.15.numero 19. Mat.Alter.d.lib. 2.disp. 6.c.
5.Aloys.Ricc.in praxi aurea,resol.214.Anton.Ric-
ciul.d.lib.4.c.10.à princip.Diana d. par. 5. tract. 9.
resol.102.Less.de Iustit.lib.2.c.34.dub.22.num.118.
Quicquid contra sentiant Coninck de sacram.
tom.2.disp.14.dub.9. num. 78.Layman.in Theolog.
moral.lib.2.tract.5.par.2.c.2.q. 3.numero 11. Hur-
tad.de censur.disp.6.de excommun.diffic.3.numero 8.
Raynaud.de monit.p.2.c.2.numero 29. prout etiam
validè huiusmodi beneficij possessionem capit,
secundùm Henriq.d.lib.13.§.3.Zerol. d. verb. ex-
communicatio formalis,dub.8.Sayr.d.c.5.numero 11.
Azor.d.par.2.lib.6.cap. 7.qu. 10. Squillante d.cap.
4.numero 137.Limita tertiò, quando prouisus es- 142
set possessor triennalis, quia tunc non potest mo-
lestari, non obstante, quòd collatio sibi fuerat fa-
cta tempore, quo erat excommunicatùs: ita Nau.
in d.cap.si quando except.10.n.6.Nicol.Garc.d. par.
7.cap.13.num.7. Quicquid contrarium teneat Re-
buff.

boff. *de pacific. possessor. num.* 253. Limita quartò in eò, qui fuit excommuoicatus post interpositam appellationem, quia pendeote causa appellationis est capax collationis, vt per Rebuff. *in repet. d. cap. postulastis n.* 72. Cou. *d.* §. 7. *sub. n.* 5. Mar Alter. *de censur. tom.* 2. *disp.* 6. *cap.* 6. *vers. vnde.* Aoton. Ricciul. *d. lib.* 3. *cap.* 13. *n.* 4. vbi *num.* 5. hoc intelligit, qoaodo est certum appellatiooem esse validam: secùs si esset ootoriom eam non valere; quia friuola appellatio non suspendit iurisdictiooem Iudicis, & *n.* 6. resoluit, quòd quando appellatio esset dubia, tunc validitas, vel inualiditas collatioois regulatur à futuro euentu, ita vt si constabit appellationem fuisse legitimam, collatio erit valida, sin autem contrà, erit nulla. Limita quintò in orouisiooe Papæ, vel Legati facta in fauorem excommunicati cum clauf. absolutionis à censuris ad effectum gratiæ duntaxat consequendum in litteris Apostolic. apponi solita per illa verba, *Téque à quibusuis* &c. de quo latè egimus *in tract. de clausulis vsu freq. claus.* 179 *per eoe.*

143 Potest Episcopus dispensare, vt quis retineat beoeficium obtentum tempore excommunicationis, ex reg. quòd omnis dispensatio, quæ in Canooe non reseruatur Papæ potest ab Episcopo concedi, *cap. nuper, de sent. excomun.* cùm ergo in hoc text, dispeusatio non sit reseruata Papæ, consequens est, vt possit concedi etiam ab Episcopo. Ita glos. *veeb. dispensat num, in d. cap. postulastis.* vbi Abb. *num.* 8. & Rebuff. *num.* 64. Cou. *in c. alma mater, p.* 1. §. 7. *n.* 8. Duen, *reg.* 248. *num.* 2. *vers. contra quam,* Vgolio. *d. cap.* 13. §. 1. *n.* 21. Gomez. *in exposit. Bulla Cruciata, claus.* 10. *n.* 57. Henriq. *in sum. lib.* 14. *c.* 19. §. 2. Suar. *d. sect.* 1. *sub n.* 34. Sanch. *de matrim. lib.* 8. *disp.* 5. *n.* 1. Azor. *d. p.* 2. *lib.* 6. *cap.* 7. *qu.* 2. Ant. Ricciol. *d. lib.* 4. *cap.* 12. *n.* 5. quillante *d. cap.* 4. *num.* 138. quæ resolutio procedit etiam in Episcopo, qui contulit beneficium excommuoicato ignoranter, scilicet, & bona fide putans illum, cui facta est collatio, non esse, excommuoicatum, vt per Abb. *d. c. postulastis, n.* 9. Suar. *d. sect.* 1. *sub num.* 36. Anton. Ricciul. *d. c.* 12. *numer.* 6. & quamuis collatio non spectaret ad ipsum Episcopum, sed ad inferiorem collatorem, quia nihilominùs sufficit dispensatio Episcopi, Abb. *d. num.* 9. *vers. & intellige;* dummodo tameo is, ad quem spectat collatio, dispensationi consentiat, & non aliàs vt doctè scribit Cou. *d.* §. 7. *n.* 8, *vers. ego verò non admitterem,* quem sequitur Suar. *d. n.* 56. *vers. addit. Panorm.* Vnde dispensare non poterit Episcopus, qui scienter contulit beneficium excommunicato, ex Abb *d. n* 9. *vers. dum tamen.* Sayro *d. cap.* 5. *n.* 22. *vers. tertio,* Anton. Ricciul. *d. c.* 12. *num.* 10. quicquid dicant Suar. *sect.* 1. *n.* 36. Nicol. Garc. *d. c.* 13. *ex n.* 48. nec qoando simul cum excommonicatione concurrit scienter intrusio in beneficio, vt per Nicol. Garc. *d. c.* 13. *n.* 88. Anton. Ricciul. *d. c.* 12. *n.* 13. *vers. tertiò declaratur.*

144 Tertiò Suspensi ab officio, vel beneficio beneficia consequi non possunt, sed illorum sunt incapaces, prouisioqoe eis facta est nulla, *c. cùm dilectus, vers. quia nobis, de cõsuet.* & *ibi* gloss. *verb. cessauimus, c. per inquisitionem, de elect.* gloss. *verb. suspensi, in cap. cùm bona. de ætate & qualit.* vbi Abb. *n.* 8. & *verb. irritas, in c. tanta, de excess. Prælat. & verb. beneficiis, in fine, in c. cupientes,* §. *cæterum, de elect. li.* 6. Lambertin. *de iurepatronat. t. p.* 2. *lib. q.* 9. *art.* 2. Maiol. *de irregul. lib.* 3. *c.* 19. *n.* 10. Vgolin. *de censur. cap.* 4. *de suspens. c.* 6. §. 7. *n.* 4. & *cap.* 8. §. 6. *n.* 1. Flamin. Paris. *de resign. benefic. lib.* 5. *q.* 6. *n.* 84. Less. *de iust. lib.* 2. *c.* 34. *n.* 116. Azor. *Instit. moral. p.* 2. *lib.* 6. *cap.* 7. *qu.* 2. Turrian. *de censur. lib.* 4. *disp.* 39. *dub.* 2. Nicol. Garc. *de benefic. p.* 7. *cap.* 14. *ex num.* 1. Viuian. *in praxi iurispatron. lib.* 6. *cap.* 5. *n.* 16. Layman. *lib.* 1. *tract.* 5. *par.* 3. *cap.* 1. *num.* 3. Mar. Aotoo. *var. resolut. lib.* 1. *resolut.* 19. *ex num.* 1. Tambur. *d. tom.* 3. *disp.* 9. *q.* 7. *nu.* 7. Sanch. *d. lib.* 2. *c.* 2. *dub.* 15. Coninck. *de Sacram tom.* 1. *disp.* 15. *dub.* 2. *num.* 7. Auila *de censur. par.* 3. *disp.* 1. *dub.* 10. Anton. Diaoa *moral. resol. p.* 5. *tract.* 9. *resol.* 100. & *tract.* 10. *resol.* 2. vbi videntur tenere suspenso absolute ab officio, quamuis valide conferri beneficium. Sqoillante *de priuileg. Clericor. cap.* 4. *n.* 148. vbi me citato *alleg.* 8. *num.* 14. subdit collationem esse ipso iure oullam: intellige de suspensis ab omnibus Ordinibus, cùm secùs dicendum sit io suspenso ab vno Ordine sacro tantùm quia ratione alterius Ordinis, quem sine suspensione habet, potest obtinere beneficium: text. optimus *in cap. vel non est compos, de tempor. ordin.* Abb. *in d. cap. cùm bona, num.* 6. Lambert. *d. qu.* 9. *princ. art.* 2. vbi subdit quòd suspensus ab Ordine presbyterali tantùm non potest obtinere præbendam Sacerdotalem, sed benè poterit habere Diacooalem, Mar. Anton. *d. resol.* 19. *n.* 6. Viuian. *d. cap.*
5. *num.* 16. *in fine.* Qui verò per annum contumaci- 145
ter steterit in suspeosione, non solùm ampliùs nequir beneficia coosequi, sed & quæ interim acquisiuit, & ea, quæ primitus obtinebat, amittit, expressè probat tex. *in d. cap. cùm bona de ætate, & qualit.*

Quartò Interdicti personaliter beneficia con- 146
sequi non possunt, vt per glos. *verb. irritas, in d. cap. tanta.* Lambertin. *d. q.* 9. *art.* 3. Nau. *in man. c.* 25. *n.* 133. Vgolin. *d. tab.* 5. *c.* 13. §. 1. *n.* 2. Nicol. Garc. *d. c.* 14. *n.* 5. Viuian. *d. c.* 5. *n.* 21. Less. *d. lib.* 2. *c.* 34. *n.* 116. Squillante *d. c.* 4. *num.* 150. Tambur. *d. tom.* 3. *disp.* 9. *qu.* 7. *n.* 8.

Quiotò. Irregulares beneficia consequi non possuot, eisque facta collatio ipso iure est nulla, *cap.* 1. *in fine, de cleric. pugnan. in duello, cap.* 2. *de cleric. non ord. minist. cap. fin de cleric. excommun. minist.* Less. *de inst. lib.* 2. *cap.* 34. *n.* 120. Sanctarel. *var. resol. q.* 79. *num.* 22. Squillante *d. cap.* 4. *ex num.* 151. Vgolin. *de officio Episcopi, cap.* 50. §. 6. *num.* 4. Coo. *in d. cap. alma mater p.* 1. §. 7. *num.*.. Nao. *d. cap.* 27. *num.* 149. *vers.* 6. *aliàs n.* 261. Sanch. *de opus. moral. lib.* 1. *cap.* 2. *dub.* 14. Lezana *in sum. tom.* 3. *ver. benefic. n.* 7. Nicol. Garc. *d. p.* 7. *cap.* 11. *à princip.* Molin. *de inst. tract.* 3. *disp.* 78. *num.* 2. Viuian. *d. cap,* 5. *ex num.* 37. Auil. *de censur. par.* 7. *disp.* 1. *dub.* 6. Sayr. *eod. tract. lib.* 6. *cap.* 2. *num.* 21. Tambur. *d. tom.* 3. *disp.* 9. *qu.* 7. *n.* 9. Turrian. *de censur. lib.* 8. *disp.* 58. *dub.* 2. Diana *par.* 4. *tract.* 2, *resol.* 79. vbi contrariam probabilem putat.

Sextò, Sodomitæ ootorij ad beneficia conse- 147
quenda inhabiles sunt, ac proinde collatio eis facta est nulla, vt resoluimus *de officio, & potest. Episcopi, p.* 1. *alleg.* 44. *n.* 28. addo ounc Viuian. *d. c.* 5. *ex n.* 100. Sqoillante *d. cap.* 4. *n.* 215. Tambur. *d. tom.* 3. *disp.* 9. *q.* 7. *n.* 10.

Septimò Bigami sicut ordinati, ita pariter ec- 148
clesiastica coosequi beneficia prohibentur, vt per Rebuff. *de pacific. possess.* 193. Cottas. *de benef. p.* 3. *cap.* 4. *n.* 2. Sayr. *de censur. lib.* 6. *c.* 5. *num.* 9. Auil. *eod. tract. par.* 7. *disp.* 8. *dub.* 1, Nicol. Garc. *de benefic. p.* 7. *cap.* 6. *n.* 1. & 9. Tambor. *d. tom.* 3. *disp.* 8. *qu.* 7. *n.* 11. & propterea collationem beneficij factam bigamo inualidam esse fateotur, Nau. *conf.* 3. *n.* 1. *de bigam.* Flamin. Paris. *de resignat. lib.* 5. *qu.* 3. *num.* 192. etiamsi accedat Episcopi consensus, Azor. *Instit. moral. p.* 2. *lib.* 6. *cap.* 4. *q.* 11.

Octauò

149 Octauò Aleatores beneficia consequi non possunt, ita vt collatio eis facta, si publici sint, ipso iure nulla sit, si occulti, veniat irritanda, Rot. *decis.* 426. *par.* 1. *diuers.* Salzed. *ad Bernard. in pract. c.* 73. *lit. D. in nouiss. edit.* Flamio. Paris. *de resign. benefic. lib.* 4. *q.* 3. *ad fin.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 30. *num.* 199. Nicol. Garc. *d. per.* 7. *cap.* 8. *n.* 40. Carol de Grass. *de effect. clerical. effect.* 22. *n.* 17. Squillaote *d. c.* 4. *num* 117. Tambur. *d. tom.* 3. *disp.* 9 *qu.* 7. *num.* 11 Ego ipse *de officio Episcopi*, *par.* 2. *alleg.* 43. *num.* 2.

150 Nonò Simoniaci in beneficio assequendo post priuationem fiunt etiam inhabiles ad quæcunque alia beneficia obtinenda, ex *Constit.* 5. Pij V. iocipit, *cum primum. sub Dat. Kalend. Aprilis* 1566. ibi, *illis sit ipso iure piuatus, & perpetuo sit inhabilis ad ea, & quacunque alia beneficia ecclesiastica obtinenda*, Tambur. *d. tom.* 3. *disp.* 9. *qu.* 7. *n.* 13. quæ quidem inhabilitas ad alia beneficia non incurritur ipso iure, donec delinquens condemnetur; vt docent Nau. *cons.* 91. *n.* 5. *& cons.* 92. *etiam num.* 5. *de simonia*, Petr. Nauar. *de restit. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 435. *cum seq* Arragon. 2. 2. *qu.* 100. *art.* 6. *dub. pen.* Quicquid aliter sentiant Vgolin. *de simon. ta.* 4. *cap* 6. § 6. Bonacin. *eod. tract. qu.* 7. *puncto* 2. *diffic.* 2. *num.* 3. Filliuc. *in qu. moral. tom.* 3. *tract.* 45. *quæst.* 9. *n.* 26. Squillante *d. c.* 4. *n.* 203.

131 Decimò, Clericus malè vsurpaos bona quæcunque, vel iura Ecclesiarum aut locorum piorum, vel aliis consensum ad id, aut consilium, vel opem præstans, post alias pœnas & beneficiorum priuationem etiam inhabilis fit ad alia quæcunque beneficia consequenda, ex Con. Trid. *decreto, sess.* 22 *fin. in fine, de reform. cap.* Tambur. *d. disp.* 9. *q.* 7. *n.* 14.

152 Vndecimò. Clerici pon beneficiati, qui vestes publicè contra decretum Concilij Vieonen. portare præsumpserint, inhabiles ad beneficia consequenda redduntur, iuxta ea, quæ in eiusdem Concilij decreto continentur, de quo *in Clem. quoniam, de vita, & honest. cleric.*

153 Duodecimò. Clerici concubinarij incorrigibiles post multas pœnas, & priuationem etiam inhabiles ad beneficia consequenda redduntur vsque ad emendationem, arbitrio Ordinariorum suorum: vt statuit Conc. Trid *sess.* 23. *de reform. c.* 14. Farin. *in praxi crimin. p.* 5. *qu.* 138. *num.* 54. *&* 66. Tambur. *d. tom.* 3. *disp.* 9. *q.* 7. *n.* 13.

154 Decimotertiò. Clericus coniugatus, etsi clericaliter viuat, beneficia tamen ecclesiastica, matrimonio durante, consequi nullatenos potest, *cap.* 1. *cap. diuersis fallaciis, cap. cum decorem, de Cleric. coniugat* Hoied. *de incompatib. benefic. p.* 1. *cap. vlt n.* 76. Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib.* 4. *qu.* 2. *n.* 72. Camill Borell. *in sum. omnium decis. tom.* 1. *tit.* 8. *num.* 29. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 30. *tract.* 3. *n.* 149. Sqoillante *d. cap.* 4. *à n.* 82. Campan. *in diuers. rub.* 11. *cap.* 14. *n.* 11. *vers* 4. Tamburd, *tom.* 3. *disp.* 9. *q.* 7. *n.* 16. Ciarlin. *controu. forens. c.* 53. *n.* 40. *cum seqq.* & præcipuè *n.* 46. vbi *n.* 10. dixerat coniugatum posse habere beneficiom in stipendium, & non in titulum. Thom. Valasc. *tom.* 1. *alleg.* 49. *à princ.* Sancà. *de matrim. lib.* 7. *disp.* 44. vbi resoluit, quòd licèt non possit habere beneficium ecclesiasticum io titulum beneficij, potest tamen habere ratione stipendij, aut alterius ministerij temporalis, & *num. vlt.* subdit Clericum coniugatum incapacem esse pensionis, quæ titulo clericali conferri solet, nisi ex Summi Pont, dispensatione. Vnde à fortiori seqoitur, Episcopum minimè posse cum eo dispensare, vt habeat beneficium ecclesiasticum etiam simplex, vt teneot Selua *de benefic. p.* 1. *q.* 7. *num.* 17. *&* 18. Flamin, *d. q.* 2. *num.* 19. Sanch. *d. lib.* 7. *disp.* 42. *num.* 18. Nicol. Garc. *d. p.* 7. *cap.* 5. *num.* 4. Carol. de Grassius *de effectib. clerical. effectu* 6. *n.* 15. *in fine*, Goozal. *d. glos.* 2. *n.* 69. Ciarlin. *d. cap.* 53. *n.* 42. vbi *n.* 47. resoluit clericum coniugatum posse habere beneficium vigore fundatioois. Thom. Valasc. *d. alleg.* 49. *num.* 2. Squillante *d. c.* 4. *n.* 92. vbi Respondet ad text. *in c. Iannes, de Cleric. coniug.*

155 Decimoquartò. Coniugatus quiconque, qui aliquem de sacris Ordinibus, matrimooio durante, etiam nondum consummato; præsumpsit suscipere, nisi seruata Canonum regula, etiam ad quodcunque beneficium, vel officium Ecclesiasticum promoueri prohibetur, *in Extrauag. Antique, de voto, Ioan. XXII.* Palat. *in repet. cap. per vestras. de donat. inter virum & vxorem*, §. 18. *num.* 27. Sanch. *de matrim. lib.* 7. *disp.* 49, *num.* 2. Tambur. *d. tom.* 3. *disp.* 9. *qu.* 7. *n.* 17. quia talis sic promotus ad 156
Ordinem sacrum, efficitur irregularis, secuodùm Maiol. *de irregul. lib.* 1. *cap.* 4. *n.* 10. Cou. *de sponsal. p.* 2. *cap.* 6. §. 3. *n.* 2. Petr. de Ledesma *de matr. quæst.* 33. *art.* 4. *paulò post princip.* Azor. *Instit. moral. p.* 1. *lib.* 13. *cap.* 14. *quæst.* 3. Henriq. *in sum. lib.* 13. *cap.* 39 §. 1. Rebello *de obligat. iustit. p.* 2. *lib.* 3. *qu.* 12. *n.* 13. Sayr. *de censur. lib.* 4. *c.* 14. *num.* 28. Bonacio. *de matrimon. q.* 3. *puncto* 9. *in fine. n.* 20.

157 Decimoquintò. Sæcularis, & non professus regularia beneficia io titulum Regularibus conferri consueta, obtinere non potest, nisi habitum eiusdem Ordinis omninò suscipiat, & professionem emittat, vt statuit Concil. Trid. *sess.* 14. *de reform. cap.* 10. Tambur. *d. tom.* 3. *disp.* 9 *q.* 6. *n.* 7. intelligendo iuxta ea, quæ *suprà* diximus *cap.* 4. *de benefic. Eccles. in genere*; sæcularia verò beneficia Regularibus quandoque conceduntur, secundùm ea, quæ *sup. lib.* 1. *cap.* 43. *de statu Monach.* ostendimus. Ad quæ tamen omninò fit incapax Regularis de vno ad alium Ordinem translatus sine conditione, aut promissione perpetuæ obedientiæ, & subiectionis; vt idem Concil, *ead. sess.* 14. *de reform. c.* 11. Ita & quandoque regularia sæcularibus conceduotur, non quidem in titulum, sed in commendam, vt *supra de beneficiis* exposuimus. Nec 158
Religiosum vnius Religionis esse capacem beneficij regularis alterius Religionis, docent Rebuff. *in praxi benefic. tit. dispensat. cum regular. à n.* 2. Nau. *commento* 4. *de regular. num.* 23. *in pric.* Fr. Emman. *quæst. regul. tom.* 1. *qu.* 34. *art.* 8. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. glos.* 8. *num.* 96. *cum seqq.* Tambur. *d. disp.* 9. *qu.* 6. *n.* 8. Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 29. vbi *num.* 30. aduertit oec Pontificem solitum esse concedere Regularibos gratiam assequendi beneficium alterius Religionis, nisi transferendo illos ad id Monasterium, ad cuius collationem beneficium assequuntur & *num.* 31. colligit integrum noo esse duobus Religiosis diuersorum Ordinum permutare beneficia regularia de licentia suorum Prælatorum; quia neuter est beneficij alterius capax; & citat Bellam. *de permut. benefi. p.* 2. *q.* 11. *n.* 2.

159 Decimosextò. Laïcus ecclesiastica beoeficia, quantumuis simplicia, consequi non potest, *c. ex litteris, de transact.* & *supr. lib.* 1. *c.* 39. *de priuileg. Cleric.* ostendimus Campan. *in diuers. Iuris Canon. rub.* 11. *c.* 14. *n.* 11. *vers. secunda.* Vgolin. *de offic. Episcopi*, *c.* 30. §. 6. *n.* 1. Iacob. de Graff. *in aureis dec. p.* 1. *lib.* 1. *c.* 97. *à n.* 35. Tambur. *d. tom.* 3. *disp.* 9. *q.* 7. *n.* 19. Sed

nec

nec Clericus initiatus prima Tonſura ab alieno Epiſcopo ſine litteris, aut cum falſis dimiſſoriis: quia licèt per talem Ordinationem fuerit impreſſus character; tamen non poterit obtinere beneficium, cùm non habeat executionem Ordinis, & quoad te ſit ſuſpenſus, & ideò nulla erit collatio beneficij ei facta, Caputaq. *deciſ.* 126. *part.* 1. Aloyſ.Ricc. *in collect.dec.p.*5.*collect.*1678. Flamin. Pariſ. *de reſignat. benefic lib.*4.*quæſt.*2.*num.*58. Ego ipſe *de offic. & poteſt. Epiſcopi,part.*2.*alleg.*8.*num.*3. Carol.de Graſſis *de effect.lib.Cleric.effect.*1 *num.*636. *& effect.*15.*num.*28. vbi cum Flamin.*num.*96.idem dicit de Ordinato ab Epiſcopo hæretico, vel ſchiſmatico, aut excommunicato, vel ſuſpenſo, ſi hoc ſciebat ordinatus, quod etiam tenuerunt Syluest. *in ſum.verb. Irregularitas, quæſt.*7. Maiol. *de irregul. lib.*4.*cap.*22. Ego ipſe *d.part.*2. *alleg.*48. *num.*4. ac idem dicendum eſt de ordinato per ſaltum, vel ante ætatem ſine diſpenſatione. Carol. de Graſſis *d. effectu* 15.*num.*34.*&* 38. vbi *n.*13. idem ait de Clerico priuato priuilegio clericali.

161 Decimoſeptimò, Filij Clericorum ex legitimo matrimonio procreati, in Eccleſiis, vbi eorum patres quodcumque habent, aut habuerunt beneficium, obtinere non poſſunt, *cap.*2.*& cap.cum decorem*, & fere per tot. *de filiis Presbyt.* Concil. Trident. *ſeſſ.*25. *de reformat.cap.*15. quod cùm id in illegitimis filiis tantùm expreſsè conſtituat, ibi *qui non ex legitimo nati ſunt matrimonio*, Tamburin. *d. tom.*3.*diſp.*9.*q.*7.*n.*20. latè Nouar. *in ſumm. Bullar. tit.de illegitimis ad beneficia parentum non ſuccedentibus.* Et tenent aliqui, quos refero *de officio & poteſt. Epiſcopi,p.*3.*alleg.*65.*n.*16. filios legitimos Clericorum poſſe adipiſci beneficia quæcunque in eadem Eccleſia, in qua genitores habuerunt, vel etiam habent, *par c.ad hæc,de filiis Presbyt.* Sed huiuſmodi legitimos Clericorum filios paterna beneficia immediatè obtinere non poſſe,ſed mediatè *per c.ex tranſmiſſa,& c. ad extirpandas, de filiis Presbyt.* etiam attenta noua Concilij Trident. diſpenſatione *in cap.* 15. meliùs ſoſtinent Salzed. ad Bernard. *in pract.cap.*50.*num.*3. Fr. Emman. *quæſt.regul.tom.*1. *qu.*13.*art.*7. Seraphin. *deciſ.*1443. *num.*6. Gonzal. *reg.*8.*Cancel.gloſ.*5.*n.*33.Nicol.Garc.*de benefic.part.*7.*cap.*3.*num.*18. *& in addit.num.*29.*in fine*, Illuſtriſſimus D. meus Roderic. à Cunha *in comment. ad cap.*13.*num.*5.*diſt.*56. Vnde filius,quantumuis legitimus, eget diſpenſatione ad obtinendum immediatè beneficium paternum, vt refert deciſum Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ, libro ſecundo, titul.* 19. *libr.* 1. *de filiis Presbyter. numero* 4. & Sacr. Congregat. Concilij *ſub die* 23. *Auguſti*,1631. cenſuit filium ex legitimo matrimonio natum egere diſpenſatione, aliàs ex gratia cōcedenda, vt poſſit immediatè obtinere beneficium de iurepatronatus, quod obtinuit pater; ad quod beneficium in fundatione ſunt vocati proximiores de
162 genere. Et eadem S. Congregat. *ſub die* 17. *Auguſti*, 1626. declarauit, quòd Canonicatum in Eccleſia, in qua pater, obtinere non poteſt illegitimus ex Canonico, qui fuit deinde legitimatus per ſubſequens matrimonium. Cætera dubia, quæ circa hanc materiam occurrere poſſunt,iam diſſoluimus *d.alleg.*65.*per tot.* Et declarauit S. Congregat. Concilij *ſub die* 23. *Auguſti* 1622. nepotem legitimum ex filio illegitimo non comprehendi decreto Concil. *d. cap.*17. & idem cenſuit *in vna Maceraten.* 18. *Nouembris*, 1628. patrem non prohiberi obtinere immediatè beneficium filij ſui illegitimi.

163 Decimooctauò. Nec aliquis prima Tonſura initiatus, aut etiam in minoribus Ordinibus conſtitutus ante 14. ætatis annum beneficium aliquod poteſt obtinere, vt ſtatuit Concil. Trident. *ſeſſ.* 23. *de reform.cap.*6. docent Gregor. *lib.* 3. *verb. quatorze annos tit.*16.*part.*1. Henriq. *in ſum. lib.*10.*cap.*19. §.1. Pech. *in reg. beneficium, de regul, iuris, lib.*6. *n.*27.*verſ.cæterùm, quod in iſtis*, Gutier. *canonic. lib.* 1.*c.*26.*n.*33.Flamin.Pariſ.*de reſign.benefic.lib.*3.*q.*7. *num.*65.*& lib.*4.*q.*1. *num.*7. *& q.*11. *num.*13. Petr. de Ledeſma *in ſum.par.*1.*de Sacram. Ordinis,cap.*7. *verſ.de la prima,& part.*2.*tract.*7. *p.*1.*concl.*7. *prope fin.* Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. p.*4. *collect.* 860. *& in praxi fori eccleſ. deciſ.* 385. *in* 1. *edit. aliàs reſol.* 331.*&* 325.*num.*3. *in* 2.*edit. & in deciſ.Curiæ Archiepiſcop.Neapol.p.*4.*deciſ.*281.*num.*2. Leſſ.*de iuſtit.lib.*2.*cap.*34.*dub.*20.*num.*109.Nicol.Garc. *dict. part.*7.*cap.*4.*num.*8. Campan. *in diuerſ.Iuris canon. rub.*7.*cap,*6.*num.*2. Molfeſ. *in ſumm.Theolog. moral. tract.*6.*cap.*7. *num.*44. Homobon. de Bonis *de examine eccleſiaſtico,p.*1.*tract.*1.*cap.*10.*q.*60.*in princip. verſ.quimmò*, Armendar. *in addit. ad recopil. legum Nauarræ,lib.*1. *tit.* 20.*lib.*1 *de ætate, num.*5. Nouar. *in ſingul.Canon.concl.*13. Sqoillante *d.cap.*4. *nu.*59. Ego ipſe *d. par. alleg.*60. *numero* 73. Tambur. *dict. tom.*3.*diſp.*9.*quæſt.*7. *nu.*21. non oportet tamen eſſe expletum decimumquartum annum ad beneficium ſimplex obtinendum, ſed ſufficit cœptum, vt benè docent Henriq. *dict. cap.* 19. §.2. Gallet.*in margarita caſuum conſcientiæ, verb. benefic. num.* 4. Ceuall. *q.*523.*num.*4 *& q.*593.*num.*18. Aloyſ.Ricc. *de collect.*810. *verſ. limita ſecundò, & d.reſol.*325.*num.*3. *verb.nihilominùs.* Azor. *d.cap.*5.*quæſ.*7. *in fine.* Armendar.*d.l.* 1.*de ætatib. num.*5. Leſſ. *d.lib.*2. *cap.*34. *num.*109. Gonzal. *d.gloſ.*5.*numero* 90. Campan. *d. cap.*6.*num.*2. Nouar. *d.conſ.*13.*num.*4. Thom. Valaſc. *alleg. Iuris,tom.*1.*alleg.*8.Squilante *d.cap.*4.*numero* 62. Ego ipſe *d. alleg.*60. *num.*76. Quæ quidem prohibitio de obtinendo beneficio ante illam ætatem 14. annorum ſubſiſtit, nedum ſi per viam collationis daretur, verùm etiam præſentationis,electionis, aut alterius cuiuſcunque prouiſionis, ſtante generica Concilij prohibitione, & ob verbum, *obtinere*, de quo ibi: vt docent Mandoſ. *de minori ætate,cap.*4.*num.*17. Campan. *d.cap.*6.*num.*6. Squill. *d.cap.*4.*num.*62.*verſ.& hæc prohibitio.* Ego ipſe *dict. alleg.*60.*num.* 78. ſtandum tamen erit fundationi ſtatuenti vt beneficium etiam minor 14. annorum adipiſci valeat, cùm ei derogatum non fuerit per Concil.Trident. *d.c.*6. vt referunt Gonzal.*d.gloſſ.*5. *num.*91.Aloyſ.Ricc. *d.collect.*860.*verſ. nunc limita, & primo*, Campan. *d.cap.*6.*num.*2. *in fine*, Maſſobr. *in praxi habendi concurſum, requiſ.*7. *dub.*12. *& requiſ.*10. *dub.*11. *num.* 30. *ſecundùm Romanum impreſſ.* Nouar.*d.concl.*13.*num.*5. Squilante *dict.cap.*4. *num.*61.Rot. *deciſ.*194. *part.*2. *recent.* declarando, iuxta ea,quæ diximus *ſupra hoc lib.... cap.*12. *de iurepatronat. verſ. habet autem patronus*, & eleganter Ferentil. *in annot.ad deciſ.* 757. *Buratti*: in erectione autem iurispatron. ſi cautum ſit, vt prouideatur de eo quicumque Clericus, non poteſt huiuſmodi clerico conferri, qui ſit minor 14. annorum.
S. Congregat. Concil. *ſub die* 4. *Auguſti*, 1619. 164
Vnde Epiſcopus non poterit indulgere cuiquam,vt ante 14. annum beneficium ſimplex obtineant, ſed ſolus Summus Pontifex, vt per Azor. *d.cap.*5. *qu.*9. *verſ.ſi quæras*, Nauar. *d.conſ.*13. *num.*2. Armendar. *dict.lib* 1.*titul.*18. *lib.*7. *de Epiſcopis, numero* 102. Aloyſ.Ricc.*d.reſol.*331. *numero* 2. vbi in fine reſoluit, Epiſcopum conferentem beneficium minori 14.

annorum peccare mortaliter, & collationem esse nullam: refero Ego ipse *dict. alleg.60.nu.75.* intellige supradicta procedere in beneficiis simplicibus: quæ autem ætas legitima sit maioribus, veluti Papatu, Cardinalatu; Episcopatu. Dignitate, Canonicatu, & Parochiali seu aliis curam animarum habentibus, diximus *supr. lib.* 1. dum de vnoquoque particulariter agebamus.

Decimonono, Illiterati qui scilicet, scientiam, &
165 litteraturam competentem, aptam & idoneam pro beneficio obtinendo non habent, beneficia consequi non possunt, *cap. illiteratus, distinct.36.cap.pœnitentes,distinct.*55.Hoied.*de incompat.benefic. part.* 1. *cap.*24. *num.*28. Flamin.*de resignat. benefic.lib.*5. *quæst.*3. *numero* 25. Campan. *in diuers. Iuris Canon. rub.*11. *cap.*14. *ex num.* 5. Carol.de Grass. *de effectib, cleric. in prælud.num.*72. Squilante *dict.cap,*4. *ex num.*98.Tamburin. *dict.tom.*3. *disput.*9.*quæst.*7. *num.* 22. in tantum, quòd collatio beneficij facta penitus illiterato sit ipso facto inualida, & irrita, secundùm Flamin. *d.quæst.*3.*num.*76. Carol.de Crass. *vbi supr.num.*71.Nauarr,*de orat.miscel.*33.*num* 7.*& miscel.*4.*num.*8. Azor. *instit.moral.par.*2 *lib.*5.*cap.*6. *quæst.*3.*cum seqq. & c.*26. *quæst.*1... Less.*d.lib.*2.*cap.* 34.*num,*129.Nicol.Garc.*d.p.*7.*cap.*7.*num.*12.Campan. *d. rub.*11. *cap.*14.*n.*5, Squillante *cap.*4.*n.*193. quorum plures refero Ego ipse *d.p.*3.*alleg.*63.*n.*11. vbi *num.*3. aduertit secùs esse dicendum de illis, qui non sunt penitùs illiterati, sed beneficium acquirunt requisita ad illud scientia carentes, quia tunc prouisio illis facta non est ipso iure irrita, sed venit irritanda, ex Concil. Trident. *sess.*7. *de reform, cap.* 3. ibi, *omninò irritetur*; poterant enim intereà addiscere, & necessariam acquirere scientiam. Vnde, si ille postea litteras addiscat, & eum, qui beneficium contulit, non pœniteat pristinæ collationis, tacita quadam collatione reuiuiscit, vt ex Salzed. & Belletto, aduertit Squilante *d.c.*4.*num.*103. *vers. inquit tamen.* Quæ autem scientia requiratur ad Papatum, Cardinalatum, Episcopatum, & alias inferiores. Dignitates, ad Canonicatum, & Parochiale beneficium, diximus *supr. lib.* 1. dum de quolibet eorum sigillatim agebamus.

166 Vigesimò. Infamis beneficium obtinere non potest, arg. *l.vnic.C.de infam.lib.*12. *cap. inter dilectos, de excess.Prel.cap.infamib: de regul.iuris,lib.*6. accipiendo ibi dignitatem pro quolibet beneficio, secundùm Lambert. *de iurepatron.*1 *p.*2. *lib quæst.*9. *art.*16.docent Duaren.*de benefic.lib* 4. *cap.*11. Petr. Gregor. *d. benefic.cap.*37.*num.* 9. Nicol.Garc. *dict. part.*7.*cap.*8. *num.*3. Squillante *d.cap.*4. *ex.nu.*125. Tambur.*d.tom.*3 *disp.*9.*q.*7. *num.*23. non est tamen ipso iure nulla collatio, electio, seu prouisio facta infami, seu criminoso crimine non inducente irregularitatem, seu inhabilitatem ad beneficia: quia non est text. hanc nullitatem conuincens, vt per Ludouic.Gom.*de grat.expectat.in.n.*87.Less.*d.lib.*2. *c.*34.*num.*126,Nicol.Garc.*d.cap.*8.*n.*47.Squillante *d.cap.*4.*n.*127.

167 Vigesimoprimò. Corpore vitiati, id est, illi, qui insigniter corpore deformati sunt, itaut sine notabili horrore aut scandalo ministri Ecclesiastici minimè esse possint, ad beneficium Ecclesiasticum tanquam irregulares promoueri non possunt, vt
168 per Squllant *d.cap.*4.*ex num.*192. Vnde clerico incidenti in cæcitatem beneficium etiam simplex conferri non potest, ex quo Horas Canonicas recitare nequit, Campan. *dict.rub.*11.*vers. verum* 8. Nicol. Garc. *d.part.*7.*cap.*12.*num.*21.Tambur. *dict. tom.*3. *disp.*9.*quæst.*7.*num.*24. Less. *d.lib.*2.*c.*34 *num.*130. Squillante *d.cap.*4.*num.*196.vbi *nu.*19. post Aloys. Ricc. *in d.praxi fori eccles.resol.* 590. subdit Clericum laborantem morbo caduco non esse inhabilem ad obtinenda beneficia simplicia; secùs, si beneficium requireret Ordinem sacrum. Incidens tamen in irregularitatem, quæ nascitur ex defectu ad vsum vnius Ordinis, & non alterius, iam suscepti, potest obtinere beneficium non requirens maiorem vsum, vt in casu *cap.*2.*de clerico ægrot.* Ita docet Sayr. *de censur. lib.*6.*cap.* 2.*num.* 23. *&* Less. *d.lib.*2.*c.*34. *num.*121.

Vigesimosecundò. Periurus, vtpote infamis, be- 169
beneficium consequi non potest, vt per Mil. *in repert.verb.periurus,*Clar. *in pract.* §.*periuriurum.n.*3. Campan. *in ritu* 37. *Curiæ Archiepiscop. Neapol. num.*12. *& in diuersor. Iuris Canon. rub.*11. *cap.*19. *num.*12. Squillante *d. cap.*4. *ex num.*410. Tambur. *d disp.*9.*q.*7.*n.*25.

Vigesimotertiò. Filij, & nepotes offendentium 170
Cardinalem ad Ecclesiastica beneficia in posterum obtinenda efficiuntur inhabiles, *cap. felicis, vers. quòd si quis prædictorum,de pœnis, lib.*6. Decian. *in tract. crimin. lib.*7.*cap.*41. *num.*32. Menoch. *de arbitr.casu* 551. *num.*7.*cum seqq.* Farinac. *in praxi criminal. part.*5.*quæst.*112. *num.*121. Sanch. *in præcepta Decalogi,tom.*1.*lib.*2. *c.*28. *n.*20. Tamburin.*disp.*9. *q.*7.*n.*26.

Vigesimoquartò. Non dimittentes beneficia in- 171
compatibilia secundùm formam à Ioanne XXII. præscriptam *in Extrauag. Execrabilis, de præbend.* post priuationem eorum, quæ obtinebant, inhabiles penitus ad quæcunque obtinenda beneficia redduntur, vt *in d. Extrauag. vers. quod si non fecerint, & in Extrauag. vt quos,de offic.Ordinarij, inter commun.* Tambur.*d.disp.*9.*quæst,*7.*num.*27.

Denique Habens beneficium vnum Curatum 172
non potest aliud Curatum, vel aliàs incompatibile adipisci. est enim *in cap.vnico,*§,*pen.*10. *qu.*3. *& in cap.*1.21.*qu.*1. *cum seqq.* interdictum, ne plures Ecclesiæ vni presbytero committantur, quia iure naturali prohibetur, ne quis plura simul beneficia obtineat, quæ iure diuino assiduam beneficiarij præsentiam requirunt; vt docent Carthusian. *de vita Christi,part.*2.*cap.*68.§.1.*fol.*113. Comitol. *respons. moral.lib.*1.*quæst.*73. Azor. *d.p.*2.*lib.*6. *cap.*11. *q.*5. Valer. Reginald. *in praxi fori pœn.lib.*39. *tractat.*3. *numero* 277. Tamburin. *dict.disput.*9. *quæst.*7. *numero* 28. Vnde Thom.Cantiq. *lib.*1.*apum, cap.*19. *pag.*6.7. *&* 10. non paucos plura beneficia possidentes infelicissima morte extinctos, & idcircò damnatos esse commemorantes allegat, & Prat. spirituale *lib.*5. *in floribus de apibus, cap.* 6. 7. *&* 8. Quare, si quis Ecclesiam Cathedralem, aut Parochialem, aut Ecclesiasticam Dignitatem, vel Præbendam aliam ex huiusmodi obtinens, accipiat, siquidem Romanæ Sedis auctoritate id egerit, ipso iure vacat prima, *cap. quanto, de translat. Episcop. cap. de multa*, vbi Doct. *de præbend. cap. dudum, il* 2. *de elect. cap. litteras, de concess. præbend. cap. quia nonnulli, de cleric.non resident. cap. te decet, de ætate & qualit.* Sed si absque eius auctoritate id fiat, amittit vtranque, nec consuetudo contraria suffragatur, *cap,*1. *de consuet lib.*6. *dicta Extrauag. Execrabilis,* Concil. Tridentin. *sess.* 7. *de reformat. cap.*2.4.*&* 5. Quæ quidem Extrauag. & eius pœna locum habet, etiamsi Dignitas, Personatus aut Officium sit sine cura, ita quòd ad incurrendam eius pœnam non sit necessarium retinere duo Curata, aut beneficium Curatum cum Dignitate, Personatu, vel Officio habentibus curam animarum, saltem

rem fori contentioſi; ſed ſufficit retinere beneficium Curatum ſiue ſtrictè, ſiue largè cum Dignitate, perſonatu, vel officio ſine vlla cura; vel duas Dignitates, Perſonatus, aut alia officia ſine cura; aut Dignitatem cum perſonatu, vel officio ſine cura, &c. Ita Staphil. *de litteris gratia, tit. de var. mod. vacat. §. tertius vacationis modus nu. 1. & tit. de qualit. & ſtat. beneſic. §. huiuſmodi. num.* 7. aliàs 41. Caſſador. *deciſ.* 1. *de conſtit n.* 2. Mandoſ. *ad reg.* 1. *Cancel. q.* 14. Nauar. *in c. ſi quando, de reſcript. except.* 6. *n.* 5. *& in c. accepta, de reſtit. ſpoliat. oppoſ.* 10. *in ſolut. n.* 10. Azor. *inſtit. moral. par.* 2. *lib.* 6. *c.* 13. *q.* 1. Nic. Garc. *de beneſic. p.* 11. *c.* 5. *n.* 24.

173 Vnde habens beneficium Curatum, aut Perſonatum, vel Dignitatem, ſi recipiat ſecundum ſimile, ipſo iure vacat primum; & ſi illud retinere contenderit, etiam ſecundo ſpoliari debet; vt per text. *in d. cap. de multa*, innouatum per Concil. Trid. *d. ſeſſ.* 7. *de refor. c.* 4. docent Bernard. *in pract. cap.* 49. *in nouiſſ. edit.* Guriet. *conſ.* 10. Spin. *in ſpeculo teſtam. gloſ.* 3. *à num.* 72. Viui. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 1. *tit.* 9. *n.* 6. Flamin. Pariſ. *de reſignat. beneſi. lib.* 3. *q.* 1. *num.* 51. Latè Flores de Mena *var. lib.* 2. *q. c.* 13. *à princip.* Azor. *inſtit. moral. p.* 2. *lib.* 7. *cap.* 16. *q.* 9. Monet. *de opt. Canon. cap.* 6. *q.* 6. *num.* 69. Nicol. Garc. *de beneſic. p.* 11. *cap.* 5. *num.* 7. Ad inducendam vacationem primi beneficij incompatibilis per aſſecutionem ſecundi, non ſufficit collatio ſola, & acceptatio eius, ſed requiritur adeptio poſſeſſionis pacificæ ſecundi, vel quod per prouiſum ſtet, quominus eam adipiſcatur. Ita per text. *in d. cap. de multa*, ibi, *receperit*, meritò ſuſtinent Flamin. Pariſ. *d. lib.* 3. *q.* 1. *n.* 129. Nicol. Garc. *d. cap.* 5. *à n.* 100. Fetentil. *in annot. ad deciſ.* 19. *Buratti, n.* 18. Nec hæc vacatio prioris impeditur per pacificam ſecundi poſſeſſionem, ſi illius prius ſit litigioſum: non enim requiritur, quòd vtriuſque, ſed tantùm ſecundi habeatur pacifica poſſeſſio, Leſſ. *de iuſtit. lib.* 2. *cap.* 34. *numero* 141. Nicol. Garc. *d. cap.* 5. *numero* 107. & 108.

174 Quæ quidem poſſeſſio ſecundi pacifica debet eſſe non ſolum de facto, ſed etiam de iure; id eſt, non litigioſa, ſed abſque controuerſia iuris, & facti iudiciali, & extraiudiciali, Flamin. *d. lib.* 3. *q.* 1. *à* 130. Azor. *d. p.* 2. *lib.* 7. *cap.* 16. *qu.* 9. Nicol. Garc. *cap.* 5. *n.* 140. Seraphin. *deciſ.* 1254. *n.* 1. & 2. vbi habetur, quòd ad effectum, vt non teneatur quis dimittere primum beneficium, ſufficiunt moleſtiæ etiam extraiudiciales, & de facto, & idem dicit *deciſ.* 997. *n.* 2. *deciſ.* 853. *num.* 3. Adden. ad Gregor. XV. *deciſ.* 451. *n.* 12. ac etiam intelligenda eſt non de poſſeſſione ſterili, ſed fructuum, & maioris partis eorum, Seraphin. *deciſ.* 93. *num.* 1. Azor. *d. cap.* 16. *q.* 7. Nicol. Garc. *d. cap.* 5. *n.* 123. Ego ipſe *d. p.* 3. *alleg.* 57. *num.* 201. Ex ea ratione quia beneficiarius non habet in totum pacificam beneficij poſſeſſionem, niſi quando fructus beneficij, per ſe, vel per alium nomine ipſius percipiuntur: in quibus terminis loquitur tex. *in cap. ſi tibi concεſſo, de præbend. lib.* 6. & in ſpecie reſoluunt *ibi* Franc. *num.* 4. Caſſad. *deciſ.* 9. *de cauſa poſſeſ.* Staphil. *de litteris gratia, tit. de ſtatu, & qual, beneſic.* §. *huiuſmodi, numero* 14. Hoied. *de incompatibil. beneſic. par.* 1. *cap.* 13. *num.* 78.

175 Queſtio eſt controuerſa. An in beneficiis ſimplicibus, reſidentiam tamen requirentibus, vel aliàs quomodolibet incompatibilibus, per illud decretum Concilij *d. cap.* 4. inducatur vacatio primi ipſo iure per adeptionem ſecundi? In qua de rigore Iuris negatiuè eſſe reſpondendum, aſſerunt Nau. *conſ.* 17. *de præbenend.* Sayr. *in florib. dec. ſub eod. tit. deciſ.* 38. Flores de Mena *d. qu.* 13. *à num.* 5. plures citati per Nicol. Garc. *d. cap.* 5. *n.* 80. Verùm contrariam ſententiam, & ſic partem affirmatiuam, tenet Hoied. *d. p.* 1. *c.* 9. *n.* 5. dicens, quod per tex. *in d. cap. de multa*, qui loquitur de Curatis, & Dignitatibus, & Perſonatibus extenditur *ex d. decreto Concilij*, ad quæcunque beneficia incompatibilia: nam, vt dicitur *in deciſ.* 483. *p.* 1. *diuerſ.* Concilium ibi loquitur de quibuſcunque incompatibilibus vigore quoruncunque Canonum, nec ſe reſtrinxit *ad d. cap. de multa.* Quia dicit, *præſertim*, quæ dictio eſt ampliatiua, & implicat idem in aliis, & includit alia iuxta ea, quæ dixi *de diction. vſufrequent. dict.* 277. & hoc eſt, quod denotant illa verba, *iuxta ipſius Constitutionis diſpoſitionem, etiam præſentis Canonis vigore*, &c. quaſi dicat, beneficia quæcunque incompatibilia vacant ipſo iure per aſſecutionem ſecundi, iuxta diſpoſitionem text. *in cap. de multa*; ſed quia ille non loquitur in quibuſcunque incompatibilibus, etiam vigore præſentis Canonis illum extendentis ad quæcunque incompatibilia vacent, refert, & ſequitur Nicol. Garc. *d. cap.* 5. *à num.* 91. Quæ quidem ſententia approbata fuit per S. Congregationem DD. Cardinalium Concilij Trid. Interpretum, vt idonei teſtes nobis ſunt idem Nicol. Garc. *d. cap.* 5. *n.* 84. *in* 6. *declar.* Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ, lib.* 4. *tit.* 8. *lib. de beneſic. incompatibil. n.* 17. Monet. *de opt. Canon. c.* 6. *q.* 6. *n.* 70. Aloyſ. Ric. *in praxi rerum fori eccleſ. deciſ.* 393. *in* 1. *edit.* aliàs *reſolut.* 332. *n.* 12. *in* 2. *edit.* atteſtantes eandem Sacram Congregationem cenſuiſſe in beneficiis requirentibus reſidentiam, aut aliàs quocunque modo incompatibilibus, etiamſi Canonicatus ſint, induci vacationem primi ipſo iure per adeptionem ſecundi pacificè poſſeſſi; addentes, item præcipuè Nicol. Garc. *d. c.* 5. *n.* 381. *in* 3. & 4. *declar.* & Armendar *d. loco, n.* 43. & 44. eandem Sanctam Congregationem pariter cenſuiſſe detinentem Canonicatus duos ſimul abſque diſpenſatione Apoſtolica per triennium, & vltra, vtroque ipſo iure eſſe priuatum, in tantum, quòd poſſeſſor vtriuſque Canonicatus ex *reg. de triennali* poſſeſſionem tueri, & defendere non poſſit; refero Ego ipſe *d. p.* 3. *alleg.* 62. *à n.* 28.

Papæ nihilominùs facultas eſt reſeruata circa 176
ſublimes, & litteratas perſonas diſpenſandi, vt retentis minoribus, maioribus valeant beneficiis honorari, *d. cap. de multa*, ibi *circa ſublimes vero, & litteratas perſonas*, &c. quod Ionnes XXII. expreſſit de Cardinalibus & Regum filiis, vt *in d. Extrauag. Execrabilis*; verbum enim, *ſublimes*, id eſt, nobiles interpretantur Tiraqu. *de nobilit. cap.* 20. *num.* 13 & alij apud Aloyſ. Ric. *in praxi aurea, reſol.* 446. *num.* 7. Sed an hæc nobilitas, de qua ibi agitur, ſit illa, quæ moribus, & virtutibus acquiritur, an potiùs illa, quæ à ſanguine ortum habet, tradunt Gamb. *de offic. & poteſt. Legati à Latere, lib.* 7. *ex num.* 259. Torreblanca *de Magia lib.* 3. *de criminis punit. cap.* 12. *ex num.* 16. vide apud eos. Et 177
quòd cum litteratis viris circa beneficiorum pluralitatem ſit quoque diſpenſandum *ex eod. c. de multa*, colligunt Ludouic. Gom. *in reg. de annali, q.* 36. *n.* 3. Staph. *de litteris gratia, forma* 3. *expectat, n.* 3. Rebuff. *in praxi beneſic. tit. de diſpenſat. ad plura beneſic. à n.* 43. & *de priuilegiis ſcholaſticor. priu.* 39. Gambar. *d. tract. lib.* 5. *tit. An legatus poſſit plura beneficia vni conferre, n.* 137. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloſ.* 4. *n.* 26. Aloyſ. Ricc. *d. reſol.* 446. *n.* 1. Bellet. *diſ-*

quis.cleric.p. 1.tit. de disciplina cleric.§.4. *n.*13.Bẽnius *de priuileg. Iuris.conf.* 2.*priuil.*32.vbi *n.* 2.subdit scientiam sine gradu Doctoratus ad dispensandum non inducere; quia hodie moribus receptum est non dispensari cum litteratis, nisi habeant gradum Doctoratus, Licentiaturæ, siue Baccalaureatus in Theologia, vel Iure Canonico, vt concludunt Rebuff. *d. tit.de dispensatione ad plura beneficia,n.*44. Gambar.*d.lib.*15.*nu.* 138.Aloys.Ricc. *d.resol.*446.*n.*5.

178 Sed salua pace Doctores isti non loquuntur, vt Curiales, dum credunt cum literatis dispensandum circa beneficiorum pluralitatem, si omnes ferè, qui litteris incumbunt, quasi à consortio Curialium segregati, nec vnum quidem beneficium, vtpote litterato conferendum, obtinere valent: cùm vtplurimùm indignus indebitè commendetur, & ideò ignoranter digniori postponatur: qua de re optimè Æneas Syluius postea Pius II.*in opusculo de moribus Germanorum, charta mihi* 1045.ita loquitur. *Fatemur in Romana Curia,quam regunt homines,non omnia esse nitida,& plurima fieri digna correctione, nec ambigimus ipsos prima Vrbis Antistites, cùm Christi Dei nostri Vicariatum assumunt,homines remanere,ac propterea falli,errare, labi,& decipi posse.Sedent pij Patres in thalamo suo:veniunt ad eos nunc Cardinales,nunc Episcopi,nunc forte alterius homines,& modò hunc, modò illum laudibus cumulant, dignúmque graui regimini adscribunt, adstruunt:credit Apostolica pietas, hisque beneficia mandat,quos cõmendatos accipit:atque ita fit,vt aliquando virtus pecunia cedat; non quia Pontifex probitati praeferat aurum,sed quoniam internuntij, siue, vt aiunt,mediatores,argento, aut amicitia victi indignum digno praeponunt.* Quod ego in propria persona expertus fui: nam cùm die 23. Iulij 1630. Summo pontifici Vrbano VIII. in viridario suo montis Quirinalis deambulanti occurrerem, & humiliter necessitatem meam exponerem, & quòd adhuc contra intentionem suam non fuissem in præmium laborum meorum de aliquo subuentionis auxilio succursus; piè cum Pio respondit doctissimus Pontifex. Domum ergo reuersus mecum conijcere non destiti, his temporibus in iure distributiuo dicendo, reddendóque, fortunam, id est cæcam rerum humanarùm arbitram, longè primas partes haud dubiè obtinere: non sufficit enim me diu, noctúque per decennij transcursum, quo in alma hac Vrbe detineor, diligenter in multis libris componendis, edendisq; laborasse: & toto illo tempore studiis huiusmodi occupatus, & penitùs intentus: neque ludere, nec lodi, aut comœdiarum spectator, seu in otio esse vnquam visus fui: ob idque aulicis litteris minimè imbutus, locum & præmium amittere vereor; honores enim, aut ab iis teneri necesse est, qui opibus, & necessitudinibus terrestribus prævalent; aut ab iis certè prostitutæ frontis petitoribus, qui ambiendo, efflagitando, se se venditando aulicos obtundere, atque etiam enecare sustinent; sic interdum assolet, faciúntque homines cynomia procaciores, (sic enim muscam caninam vocant) vt quod impetrare non possunt, extorqueant; quod exorare, aut mereri nequeunt, eblandiantur, & extundant: Restat, vt homines ingenui animi, & ex se se magis, quàm ex fortuna pendentes, quibúsque omnis spes in se se est, si nullum huiusmodi nacti sunt, qui apud Principem eis adesse optima fide velit, vt ipsi sibi deesse ac dignitati suæ nolint; integrámque (vt ita dicam) personam aliqua in dignitate deliberare. Præstat igitur egregius viris potiùs in secessu latere, aut in priuata vita consenescere, quàm turpiter, & obnoxiè in prætexta innotescere. Magnum est autem solatium hoc modo præterius obsolentia videre in hominibus indignis honorum insignia. Maios & illud ex dicto Catonis senioris, qui cùm multas erectas statuas spectasset, eorum, qui præclaras res gesserant, *Equidem*, inquit, *malo homines de me percunctari, quamnam ob causam quoque statua mihi posita non est?*

Beneficia verò simplicia, (vt ad rem redeamus) & quæ sunt sine titulo, faciliùs pluralitatem admittunt, *cap.fin. vers. licèt enim 70.dist.* Qua de re Conc.Trid.*sess.*24.*de reform.cap.*17. decreuit, vt in posterum vnum tantùm beneficium Ecclesiasticum, cuiuscunque qualitatis existat, singulis conferatur; quòd si ad eius vitam honestè sustentandam non sufficiat, liceat nihilominus aliud simplex sufficiens eidem conferri, dummodo vtrunque personalem residentiam non requirat. Super 179
quo S. Congregatio DD. Cardinalium Concilij Trid. Interpretum declarauit non posse Episcopum plura beneficia simplicia vltra duo vni conferre, vsque ad sufficientem eius sustentationem absque Apostolica dispensatione; vt referunt Nicol.Garc.*de benefic.par.*11.*cap.*5. *numero* 310.*in* 1. *&* 2.*declara.*Armendar.*in addit.ad recopilat.legum Nauarra,lib.*4.*tit.*7. *de benefic.incompetat. num.*32. *&* 33.*&* 34. Massobr. *in praxi habendi concursum, requis.*7.*dub.*16.Ego ipse *d.par.* 3 *alleg.* 62.*numero* 6. Poterit tamen conferre beneficium Episcopus 180
habenti iam in pensionibus Ecclesiasticis sufficientem sustentationem, vt docent Azor. *d. par.* 2. *lib.*8.*cap.*10.*quæst.*8.*cap.*12.*q.* 6. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel.glos.*5.§.5.*à numero* 14. Massobr..*d.requis.* 7. *dub.* 17. & referunt decisum Nicol.Garc. *d.c.*5.*numero* 310.*dub.*4. Armendar.*d.loco numero* 37.*in* 4. *resp.*Ego ipse *d.alleg.* 62.*numero* 7. Et pariter conferri poterit secundum beneficium obtinenti primum sufficiens iuxta suum verum valorem, & honestam ipsius possidentis sustentationem, si tempore, quo secundum confertur, non sufficiat propter onus pensionis super tali beneficio impositum, dummòdo prouisus post collationem sibi factam non consenserit pensioni. Ita Nicol. Garc.*d. c.*5.*numero* 310.*in* 3.*dub.*Armendar.*d.loco,n.* 73. *in* 3.*dub.* 181

Si verò de facto Episcopus conferat tertium beneficium habenti duo beneficia simplicia aliàs ad sustentationem insufficientia, collatio tertij est valida: sed si tertium sit sufficiens, vacant illa duo priora beneficia; sin minùs, tenetur prouisus dimittere alterum ex illis, & si continuauerit possessionem amborum recipiendo ex is fructus, vtrũque beneficium vacat: sicut per S.Congregationem resolutum fuisse testantur Nicol. Garc. *d. p.* 5. *c.* 5. *n.*310.*in* 1.*&* 2.*dub.*Armendar.*loco,num.*57.*dub.* 1. *&* 2.*& in earum respons.*Vgolin.*d.officio Episc.c.*14. §.2.*n.*3.*vers.tertio*, sed nouissimè in eadem S. Concilij Trid. Congregatione proposito dubio, si Episcopus conferat tertium beneficium simplex & insufficiens habenti iam pariter duo simplicia insufficientia, an vacet primum, vel eorum vltimum, semel, bis, & iterum tandem *sub die* 13.*Nouembris*, 1627.censuit vacare primum. 182

Quod autem dicatur beneficium sufficiens ad congruam sustentationem; arbitrio iudicis relinqui paolò plùs, vel minùs æstimandum, con- 183
sideratis

sideratis considerandis, qualitate, scilicet personarum, locorum & temporum, vt resoluunt Flam. Paris.*d.lib.* 5.*q.*6.*n.*131.*& seq.* Menoch. *de arbitr.casu* 216. Zerol.*in praxi Episc.part.*1.*verb.beneficium*, §.7.*concl.*8 *princ.* Gonzal.*ad reg.*8. Cancel.*gloss.* 15. *n.*29. Valer.Reginald.*in praxi fori pœnit.l.* 30. *tract.* 3.*n.*285. Prosper de Augustino *in addit. ad Quarant.in sum.Bullarij, verb.beneficiorum resignationes, causa* 8. Nicol.Garc.*de beneficiis,p.*11.*cap.*3.*n.*320. Massobr.*in praxi habendi concursum, requis.* 7.*dub.* 14.*cum seq.* Ego ipse *d.alleg.*92.*n.*11.

184 De duobus vidi hac de re acerrimè disputari in S. Congregat. Concilij Trident. hoc anno 1632. Primo, an collatio beneficij simplicis facta ab Episcopo, quorum duo priora erant sufficientia ad sustentationem, sustineantur ad effectum retentionis, vel saltem ad effectum receptionis? Secundò quod si ab Episcopo tertium potest conferri, an ex istius, & duorum priorum retentione per spatium vltra trium annorum absque dispensatione Apostolica vacauerint omnia ipso iure. His dubitationibus, vir quidam doctus respondebat ad primum, collationem tertij beneficij simplicis, ei, qui alia duo habet sufficientia, posse fieri ab Episcopo, & posse recipi, sed non ad effectum retentionis omnium, quod est generale in omni incompatibilitate, quòd habenti vnum incompatibile, possit conferri aliud incompatibile, non ad effectum retinendi omnia, sed vnum, *cap.referente cap.præterea, c.de multa, c.extirpanda.§.qui verò, de præbend. Extrauag. Execrabilis, eod.tit.* Conc.Trid. *sess.*7.*de reform.c.*4. Nicol.Garc. *de benefic.p.*11.*c.*3.*n.*268.*&* 311. & S. Congreg. multoties declarauit, vt apud eundem Garc. *d.c.*3.*n.*84.88.283.*&* 310. Et ad hoc propositum est maxima consideratione dignũ, quod Concil.Trid. *sess.*24.*de reform.cap.*17. vtitur verbo *conferri*, in passiua significatione: diceretur enim conferre in actiua, si Episcopus non posset conferre. Neque aliæ declarationes allegatæ per Garc. *sub. d. n.* 310. quòd Episcopus non possit conferre tertium, aduersantur: quia debent intelligi restrictè ad effectum retentionis; non autem ad effectum receptionis, vt contrarietas inter declarationes euitetur, & vt censeantur conformes dispositioni Iuris, à quo nec S. Concilium recedere voluisse declarat, dum profitetur *in d.c.*4. *sess.*77. *& in d.c.*17.*sess.*24. innouare dispositionem sacrorum Canonum.

185 Ad secundum non est dubium, quod Concil. Trid. *in d. cap.* 17. approbat incompatibilitatem, quòd scilicet, habens vnum sufficiens non possit retinere duo, & habens duo per se separatim insufficientia, sed simul iuncta sufficientia, non possit retinere tertium, vt per Hoied. *de incompatib. part.*1.*cap.* 19.*numero* 1.*cum seqq.* Flamin. Paris. *de resignat.benefic.lib.*3 *quæst.*1.*num.*138. Nicol.Garc. *dict.c.*5.*numero* 268. & S. Congregat. *impressis ad dict. cap.* 17. super qua incompatibilitate plurium simplicium erant diuersæ contrariæ opiniones Doctorum, vt per Hoied. & Garc. *citatis locis.*

186 An autem per retentionem istorum simplicium incompatibilium ipso iure vacent omnia, est præsentis instituti quæstio disputanda. In qua non potest negari, Sacram Congregationem pluries declarasse vacare omnia, vt in sequenti declaratione *Obtinens beneficium Ecclesiasticũ sufficiens ad honestè sustentandum, qui fuit institutus ab Episcopo, ad illud beneficium sufficiens iurispatronatus ad præsentationem patroni laici, & vtrumque beneficium retinuit, eorum denique fructus percepit per duos annos absque dispensatione Apostol. quæritur, quodnam ex dictis beneficiis vacauerit? S. Congreg. censuit vtrumque ipso iure vacasse.* Quæ declaratio, & aliæ similes, cum loquantur de duobus beneficiis, procedunt eadem & maiori ratione in casu trium beneficiorum; *Clement. si plures, de præbend.* Garc.*d.c.*5. *n.*169.

Nihilominus videntur huiusmodi declaratio- 187
nes inducentes vacationem omnium ipso iure, restringi debere ad casum, in quo quis monitus retinere tentauerit, & præsumpserit: non autem procedere simpliciter per lapsum sex mensium quia in rei veritate Concil. Trid. non inducit vacationem omnium ipso iure *in dict.capi.* 17. sed solum in vltima dict.c.parte: contra illos, qui tunc temporis plures Parochiales, aut vnam Cathedralem, & aliam Parochialem obtinebant, qui debebant cogi vna retenta, alias dimittere infra sex menses; alioquin omnia vacare ipso iure simul cum omnibus aliis beneficiis, & hoc in pœnam, quæ vltima pars Concilij, si benè consideretur, nihil habet commune cum aliis dispositis in eodem cap.

Quod verò attinet ad pœnam vacationis om- 188
nium ipso iure, de qua *in dict.cap.* 4. *sess.*4. in executionem executionis *dict. cap. de multa, de præbend.* aduertendum est, quòd aut hic casus retentionis plurium simplicium non continetur sub dispositione *dict.cap.de multa*, consequenter *dict. cap.* 4. *sess.* 7. aut, si non continetur, certè non subiacet illius pœnali dispositioni, & aliunde non habetur talis pœna, imò datur optio, vt quis retineat, quod maluerit, *cap. referente, de præbend.* vbi Doctores Abb. *in cap. fin. numer.* 7. *de Cleric. non residen.* plenè de communi attestans, Flamin. Paris. *de resignat.benefic. lib.*3.*quæst.*1.*numero* 132. *&* 138. Rota *decis.*484 *part.*1.*diuers.* Si verò continetur, vt fortè S. Congregat. contineri censuit, propter illa verba *dict.cap.*4.*aut aliàs incompatibilia.&c.contra formam sacrorum Canonum, & præsertim cap.de multa*, notata illa particula, *præsertim* & in fine, *etiam præsentis Canonis vigore.* vt aduertit Garc. *dict. cap.* 5. *numer.* 91. *& seq.* huiusmodi pœna amissionis omnium beneficiorum debet intelligi iuxta dispositionem *d.c. de multa*, scilicet si quis contenderit, seu præsumpserit retinere, quibus verbis *in d.cap.de multa.* significatur, si in iudicio contentiosè retinere tentauerit, gloss. *verb. contenderit, in dict.c.de multa*, Rota *decis.*484.*p.*1. *diuers.* Quod si velimus non requiri monitionem, sed sufficere retentionem, quæ dolosa & malitiosa videtur, dum non adest dispensatio Apostolica, quo pacto verificari verbum *præsumpserit* dicit Garc.*d.cap.*5.*numero* 95.*cum seqq.* tamen negari non potest, quin esset nimius rigor, vt de dolosa & maliciosa retentione quis condemnaretur in hoc casu: in cuius declaratione insudat ipsa Congreg. ob rei perplexitatem, cùm præsertim in causa hactenus tam dubia & implicata agatur de priuando aliquem inauditum omnibus suis beneficiis. Hactenus vir quidam doctus, & mei studiosissimus. Sed salua pace Illustrissimus & R.D. Franc. Paulutius eiusdem S. Congregationis Concilij Secretarius, vir sanè Pontificij, & Cæsarei iuris studiosissimus, in suo voto contrarium sensit. quod per manus Eminentissimorum DD. Cardinalium transmisit *sub die* 5.*Iunij* 1632. & est, prout sequitur.

In præcedenti Congregatione proposito dubio, 189

an si N. ab Ordinario prouisus de vno beneficio fuerit à Sede Apostolica de alio prouisus: & denique ab eodem Ordinario prouisus de tertio, eique tam duo priora anni valoris scutorum 140. deductis oneribus, & sic ad congruam sustentationem sufficientia, quam tertium retinuerit, vltra trienninm absque dispensatione Apostolica, in quam omnia ista beneficia ipso iure vacauerint, ex dispositione Concilij Tridentini? Eminentissimi Patres admisso quòd agitur de tribus beneficiis simplicibus, & quòd duo priora erant ad sustentationem sufficientia, mandarunt discuti articulos: An collatio tertij beneficij simplicis facta ab Episcopo sustentetur ad effectum retentionis? an saltem ad effectum recipiendi, seu consequendi, quòd si ab Episcopo possit conferri, an ex istius & duorum priorum retentione per dictum tempus absque dispensatione Apostolica vacauerint omnia ipso iure, & si huiusmodi tertium beneficium ad nullum effectum per tempus conferri potuerit, an istud saltem ipso iure vacet?

Vt aliàs dicebam, collatio ab Episcopo facta de tertio simplici beneficio habenti alia duo similia, præsertim ad sustentationem sufficientia, sustinetur ad effectum receptionis, seu consequutionis; non autem ad effectum retentionis; ea ratione; quòd incompatibilitas sequitur ex retentione, non ex consequutione, nec ante possessionem quia plura beneficia, & insimul obtinere dicitur ex *cap. de multa, & Extrauag. Execrabilis, de praben.* tenuit Rota decis. Card. Seraph. 774. *& in Salmātina 27. Martij, & 11. Decembris, 1585. coram bonæ mem. Orano*; & ita loquitur Garc. in contrarium allegatus *de benefic. n. 11. c. 15. n. 311.* à qua opinione non dissentit Sacra Congregatio, vt in sequentibus declarationibus. *In vna Caetana S. Congregatio*, &c. *censuit non prohiberi Episcopum instituere ad beneficium obtinētem duo alia simplicia, sed ipsum institutum postea non posse illud vna cum duobus aliis priùs obtentis vtrumque ad sustentationem in sufficiētia retinere absque noua prouisione, seu dispensatione Apost. die 10. Maij 1607. Sacra Congregatio*, &c. *censuit posse quidem Ordinariū habēti duo simplicia beneficia aliud conferre: sed quamuis duo priora sint ad obtinentis sustentationem insufficientia, non posse retinere simul cum tertio absque noua prouisione Apostol. In vna Bouinen. 13. Nouembris 1629. dubitatum fuit, an habens duo beneficia simplicia, tertium de iurepatronatus ad præsentationem patronorum auctoritate Ordinaria assequi, & retinere possit absque dispensatione Apostolica? Sacra Congregatio censuit, tertium beneficium simplex, etiamsi de iurepatronatus, non posse retineri cum duobus aliis absque Sedis Apostolica dispensatione.* Et in fortioribus de parochiali *in vna Mediolanen.* ad instantiam S. Caroli Cardin. Borromæi dubitatur, ā Ordinarius habēti parochialem Ecclesiam, possit eidem aliam parochialem conferre. S. Congregatio, &c. censuit posse conferre, sed adepta possessione secundæ Parochialis vacare primam, quam Gregorius XIII. seruari mandauit 5. Septembris 1678. *in lib. sig. 16. fol.* 112. Ac propterea aliæ declarationes registratæ à Barbosa *post cap. 17. sess. 24.* & à Garc. *de benefic. p. 11. cap. 15. n.* 310. quæ prima facie videntur aliquo modo repugnare, sunt intelligendæ de collatione ad dictum effectum retentionis non receptionis, seu consequutionis, cùm hoc sacrum Concilium non recesserit à dispositione Iuris communis, ex supradictis declationibus.

190 Eo autem ipso, quòd collatio ab Episcopo facta de tertio beneficio simplici sustinetur ad effectum consequutionis seu receptionis; & non ad effectum retentionis; absque dubio intrat dispositio S. Concil. Trid. *cap. 17. sess. 24. de reform.* quod ex portione extensionis istius tertij cum aliis duobus præcedentibus, per triennium absque Apost. dispensatione omnia ipso iure vacant, cum ratione pluralitatis beneficiorum simplicium ad sustentationem sufficientium inducatur incompatibilitas in retinendo, ex dispositione *eiusdē c. 17.* ibi, *vnum tantum beneficium*, &c. & ibi, *non sufficiat, liceat aliud simplex*, &c. Hæc enim dispositio data sufficientia primi beneficij simplicis inducit incompatibilitatem secundi, & multò magis tertij absque dispensatione Apost. Rebuff. *in sua praxi beneficiali, tit. ac dispens. ratione ætatis, in verb. incompatibilia, n. 6.* Card. *cons. 3. prope fin. vers. attento*, post Barbat. *in Clem. gratia, de rescript. in gloss. verb. beneficium, col. 3. vers. Ego autem, vsque ad vers. & in quantum*, cum concord.

191 Et consequenter resultat vacatio omnium per porrectionem in illorum retentione vltra sex menses, ex dispositione *d. c. 17.* quod extendit Ius commune ad beneficia, etiam simplicia, Hoieda *de incompatib. lib. 1. cap. 9. sub num. 5. vers. aduertendum tamen est*, cum concord. Ideò, sicuti in dispositiua loquitur, tam de Curatis, quàm de simplicibus; ita dum in fine inducit vacationem ex porrectione retentionis per tantum tempus, vtendo verbis, tam Parochiales, quàm beneficia omnia, in necessariam consequentiam, illius dispositio locum habet, etiam in beneficiis simplicibus, cùm ex retentione simplicis sufficientis ad sustentationem, resultet vt dixi, incompatibilitas, prout ex dispositione eiusdem sacri Concilij, & ita in puncto censuit hæc eadem Congregatio in sequentibus declarationibus. *Obtinens beneficium Ecclesiasticum sufficiens iurispatronatus ad præsentationem patroni laici, & vtrunque beneficium retinuit, eorúmque fructus percepit per duos ānos absque dispēsatione Apostolica, quæritur quodnam ex dictis beneficiis vacauerit? S. Congreg. censuit vtrunque ipso iure vacasse. In vna Salmantina 31. Maij; 1607. S. Congregatio*, &c. *ad primam respondit huiusmodi duo beneficia esse conformia, cum sint ambo simplicia sub eodem tecto non requirentia residentiam, licèt diuerso nomine. Ad secundam primum beneficium ob assecutionem secundi procaldubio ipso iure vacasse secundam verò ita demum vacare, si vtrumque retinere sciens præsumpserit. In vna Hispalen. Archiepiscopus* supplicat declarari infrascriptum dubium. *An casu, quo ex decreto S. Concil. cap. 17. sess. 24. de reform. per assecutionem secundi beneficij vacet primum, & nihilominus illud habens continuat possessionem amborum, recipiendo in eis fructus, posset à Sede Apostolica fieri impetratio, tam de primo, quam de secundo beneficio? S. Congregat.* &c. *censuit vtrunque vacare; an autem collatio spectet ad Sedem Apost. remisit ad Sanctissimum.* Itē, *Obtinens beneficium Ecclesiasticum sufficiens ad honestè sustētandum, fuit institutus ab Episcopo ad aliud beneficium iurispatronatus, eorumque fructus percepit per duos annos, & vltra absque dispensatione Sedis Apostolicæ supplicatur declarari, quodnam de dictis beneficiis vacauerit ipso iure, primum, an secundum, an vtrumque? Sacra Congreg. censuit vtrunque ipso iure vacasse: & cum istis aliæ declarationes concordantur.*

193 Nec repugnat declaratio registrata à Garc. *de benefic. par. 11. cap. 5. num. 310. circa fin. & num. seq.*

nam,

nam, propter quod illam non reperi in libris S. Congregationis, & loquitur de duobus prioribus beneficiis insufficiẽtibus ad sustentationem, quatenus esset vera non posset procedere secundùm terminos *d.cap.17.* quando scilicet obtinens tertium porrexerit, & præsumpsit illud retinere vltra sex menses, vnà cum aliis duobus prioribus, in qua sola porrectione, & præsumptione retentionis, tanto tempore fundatur dispositio *d.c.17.* sed procederet, quando prouisus de tertio fuit consequutus tãtum illius possessionem absque eo, quòd insimul retinere vltra sex menses præsumpserit, prout benè distinguitur *in d. cap. de multa, circa medium.* Hoc idem colligitur apertè ex supradicta declaratione, incip. *In vna Salamantin.* ac propterea ideminet Garc. *d.num.311.* se restringit ad solum effectum retentionis.

193 Et supradictæ conclusiones locum habent, etiamsi huiusmodi beneficia sint iurispatronatus laïcorum, cùm ad effectum, de quo agitur, ex opinione huius S. Congregationis, idem indicandum de beneficiis iurisparonatus, quod de beneficiis liberis, vt in sequentibus declarationibus: *In vna Aquilana, &c. S. Congregatio, &c. respondit ad primum, Episcopum habenti vnum simplex beneficium non sufficiens ad illius sustentationem posse aliud simile conferre, sed nõ posse plura, quamuis simplicia vsque ad eius sufficientem sustẽtationem eidem cõferre. Ad secũdum, idem quod superiùs de beneficiis liberis iudicandum esse de beneficiis iurispatronatus laicorum.* Concordat supra allegata declaratio, incipit, *Obtinens beneficium ecclesiasticum*, quæ loquitur de beneficiis iurispatronatus. Quamuis Lambert. *de iurepatron.p.1.lib.2.qu.7.art 15.num.15.* crediderit Concil Trid *dict.cap.17.* locum non habere in beneficiis iurispatronatus, asserens vniuersalem obseruantiam, & praxim esse, vt Episcopi instituant præsentatos à patronis tametsi tertium, & quartũ habeant beneficium attestans etiam se fuisse institutum in trigintaseptem beneficiis, quorũ maxima pars erat patronorum laicorum, & clericorum, quorum insimul fructus non ascendebant ad summam ducatorum 130. de Camera, refert, & sequitur Massobr. *in praxi habendi concursum, requis.7.dub.18.*

194 Nec potest dictus prouisus se tueri possessione triennali, cùm sit sublata in iis, quæ repugnant dispositioni S. Concilij Trid vt post alios tradit Garc. *de beneficiis, p.11.cap.5.num.379.* & firmauit Rota *in Hispalen. beneficij de Casmo à, 17. Iunij, 1588. corã bona mem. Card. Plato, & in Calagurritana, 1. Iulij, 1594. coram bona mem. Card. Pamphilio, &* censuit in his terminis hæc eadem Congregatio in sequentibus declarationibus: *Quæritur, an præsumpta dispensatio, in qua fundatur reg. de triennali, habeat locum contra Decreta Sacra Congregationis Concij cap.4.sess.7. & cap.17.sess.24. & cap. 15. de reform. ita vt possidentes beneficia contra dispositionẽ dictorum Decretorum ex tali præsumpta dispensatione suam possessionem tueri valeant? S. Congregatio censuit nõ habere locum contra supradicta Concilij Decreta, qua declaratione ad Summum Pont. relata, sua Sãctitas dixit benè Congregationem censuisse, atque ita exequendam esse. In vna Leodien Sacra Congreg respondit obtinentem plura beneficia incompatibilia non posse se iuuare reg. de trienali*, cum quibus aliæ concordant. Ex quibus respondendum secundùm ea, quæ proponũtur, omnia dicta beneficia, quamuis simplicia, & de iurepatronatus ipso iure vacasse per porrectionẽ in retentione tanto tempore. Hacte nus Illustrissimus D. Secretarius, & secũdùm eius votum censuit dicta S. Cong. Concilij de eodem anno 1623.

Ad pluralitatem vitandam fuit constitutum *in c. ad aures in cap cùm adeò, & in cap postulasti, & in cap. pen. de rescript.* vt impetrãs beneficium debeat indicare, si quod aliud obtinet, alioqnin si à Sede Apostolica facta est impetratio, litteræ impetrationis inualidæ existunt, & collatio est nulla. Nicol. Garc. *de benef. p.1.c.2.n.122.* latè Menoc. *de arbitr. casu 201.n.41.* vbi *n.42.* hoc ampliat etiam si beneficium esset tenue: & *n. 43.* etiamsi impetrãs secũdum beneficium, re ipsa primum consequutus nõ fuisset, sed solùm habeat litteras super impetratione: *n.45.* quãuis impetrans possideret aliud beneficium, quod violenter occupauerat. Hoc autem cum Nauar. *cons.9. de rescript. in noa* limitat Nicol. Garc. *d.c.2.n.125.* nisi impetrãs de facto ignoraret se habere alia beneficia, per text. *in cap. gratia, de rescript. lib.6.* quem afferunt procedere in ignorãtiis facti, & non iuris. Et idem Garc. ibi obiter notat errasse Gonzal. *ad reg 8. Cancel. glos.15.§.2. nu.68.* quatenus habet, quòd beneficium vacaturum tanquam incompatibile per assecutionem secundi non est opus narrari, vt obtentum in gratia secundi, quia Mohed. *decis. 14 de præbend.* quem pro se allegat id non dicit, sed quòd non est opus facere mentionem de qualitate, quòd sit simile sub eodem tecto. Quòd adeò verum, impetrationem esse nullam, in qua quis de alio obtento non fecit mentionem, vt si Imperator velit dimittere primum, cuius non meminit gratia non conualescat, vt tenent Ferr. *consil.11.col. vltim. n.24.* Specul. Host. Ioann Andr. Card. Butr. Imol. & alij, quos refert, & sequitur Rẽdina *in promptuar. recep. senten. titul.7. numer. 11. tom. 1.* vbi secùs dicit, si impetrationis tempore nondũ beneficium habebat, sed erat illud recepturus: tunc enim resignando iuri quæsito, litteræ conualescunt. Idẽ quoque, quod supra diximus, erit, si à Legato Apostolicæ Sedis impetratio fiat, vt ostendimus *lib.1.cap.6. vers. beneficij collatio.* Verùm, si collatio à Romano Pontifice non ad impetrantis preces, sed proprio motu facta fuerit, non erit inualida, si talis indicatio omissa fuisset, vt probat *Clement si Romanus 4. de cõcess. prebẽd.* Azor. *institut. moral. part.2. lib.6. cap.10. q. 3. vers. quæres quintò.* 195

Aliud verò est, si ab Ordinario beneficium impetretur, cui etsi indicatio huiusmodi esset facienda; si tamen non fiat, valet collatio. *Clement. vlt. de offic. Ordin.* Azor. *d.cap.10.q.4.* Nicol. Garc. *de benefic. p.11. cap.4. num.96.* Sanctarel. *variar. resolut q.50. num. 5.* Prouisus enim ab Ordinario ad validitatem suæ gratiæ, nihil tenetur iustificare, quia Ordinarius, tanquam informatus de statu Ecclesiarum, & personarum, prouidet motu proprio Ecclesiis; non autem personis, Felin. *in cap. ad aures, num.15. de rescript.* Card *in Clement. vlt. num.13. de offic. Ordin.* Selu. *de benefic. part.3. q. 25.* Menoc *de arbitr. casu 201. num. 154. & seq.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. §.6. proœm. num.19. & gloss.5. n.173. & 184.* Seraphin. *decis.1026. num.3. & decis.1467. num.1.* Rot. *decis.190. num.1. p.2. recent. & in Placentina Canonicatus 14. Ianuarij 1600. coram Cardin. Lancelloto, & in Pampilonen. de Aguero, 12. Iunij, 1609. coram Ortembergo, & in nullius beneficij S. Sixti 26. Iunij 1615. coram Card. Sacrato, & in Leodien. Canonicatus S. Dionysij, 27. Martij 1623. coram R.D. meo Coccino Decano, & in eadem 25.* 196 197

Maij 1626. *coram R.P.D. meo Pirouano*; quod procedit, etiamsi Ordinarius prouideat vigore indulti; quia nihilominus non desinit prouidere motu proprio, Put. *decis.* 393. *num.* 2. *lib.* 3. *in correct.* & sequuta est Rota *in dictis Leodien. Canonicatus, corã R.D. meo Decano, & Pirouano.* Limitatur tamen hæc resolutio, quando Ordinarius prouidet ad preces prouisi, Buratt. *decis.* 484. *num.* 6. Et quando prouisus ab Ordinario agit ad exclusionem prouisi Apostol. de beneficio, vti de reseruato ratione mensis: tunc enim tenetur probare vacationem in mense ordinario, in quo fundat intentionem suam, Ferr. *consil.* 2. *num.* 13. *lib.* 1. Put. *decis.* 266. *lib.* 3. *in correctis.* Marescot. *variar. resolut. lib.* 2. *cap.* 2. *numero* 179. *& seqq.* quos refert, & sequitur Ferentill. *in annotat. ad decis.* 484. Buratt. *littera A.*

198 Restant nunc circa beneficiorum collationem quædam adnotanda, & primò, quòd si contingat, vt plures in eadem Ecclesia idem beneficium impetrent, statur datæ litterarum, & prior impetrans præfertur, *cap. capitulum, de rescript.* etiamsi sit in hora, vel puncto, Cassad. *decis.* 20. *numero* 1. *de prabend.* Menoch. *de arbitr. casu* 48. *numer.* 1. *cum seq.* Rota *decis.* 9. *numer.* 2. *cum seq. part.* 2. *& decis.* 88. *numer.* 5. *lib.* 11. *part.* 3. *diuers.* Nam data facit, vt gratia dicatur in rerum natura, & tunc incipit operari, cùm priùs ante datam possit lacerari, & sic tempus datæ inspiciendum est, Felin. *in cap. cam te. n.* 18. & *ibi* Abb. *num.* 5. Imol. *num.* 8. *& 9.* & Zabarel. *num.* 7. *de rescript.* Gig. *consil.* 3. *numer.* 1. *& consil.* 54. *num.* 20. Bero. *consil.* 207. *num.* 57. Rebuff. *super concord. in tit. de reform mand. Apost. verb. datum.* Caputaq. *decis.* 180. *num.* 3. *part.* 2. Rot. *dec.* 28. *num.* 2. *de rescript. in antiq.* & coram Card. Seraph. *decis.* 341. *num.* 9. Et signatura trahitur ad tempus datæ, Castr. *in l.* 1. *num.* 2. *in fine. C. quando libel. Principi dat.* latè Mandos. *consil.* 16. *num.* 1. *& 6. in fine, vers. si verò accipimus, cum tribus seqq.* Put. *decis.* 94. *num.* 2. *lib.* 12. Rot. *decis.* 514. *numer.* 3. *par.* 3. *diuers.* Hieronym. Gabr. *cons.* 193. *num.* 56. *lib.* 2. Stephan. Grat. *discept. forens. cap.* 191. *ex num.* 1. nec quæuis aliæ præcedentes diligentiæ attenduntur, *cap. si eo tempore, & b.* Franch. *numero* 3. *in* 2. *notab. & in cap. de duobus, de rescript. lib.* 6. Paris. *consil.* 43. *num.* 2. *lib.* 4. & plures cumulat Mandos. *d. consil.* 16. *num.* 3. Dumque Papa signat, & scit huiusmodi gratiam apponendam esse per Datarium, qui est illius organum, certam diem, virtualiter declarat etiam, quòd solùm à die datæ debeat operari eius signatura, & sæpè sæpiùs gratiæ non datentur sub eadem die, qua fuerunt à Pontifice signatæ, ita suadente aliqua ratione, & iubente ipso Papa, imò quod plùs est, etiam aliquando iustis de caussis lacerantur supplicationes iam signatæ, & Datarius ex officio muneris sui supplicationibus tam signatis, quàm signãdis, vt ratio postulat, addit & detrahit, vt per Gonzal. *ad reg. Cancel. gl.* 63. *ex n.* 59.

199 Non obstat, quòd ex sola signatura dicatur perfecta gratia, Sarnen. *in reg. de inform. q.* 18. *n.* 5. *vers. nam nõ est dubium.* Cassad. *decis.* 4. *n.* 2. *de causa possess.* Rot. *dec.* 418. *n.* 3. *p.* 1. *diuers.* & apud Put. *dec.* 94. *lib.* 2. *in correct.* imò & solo verbo Principis gratia perficiatur, Bart. *in l. humanum, in fine vers. breuiter. C. de legib.* Paris. *cons.* 5. *num.* 60. *lib.* 4. Rot. *in Bononien. de Binarinis,* 5. *Martij,* 1618. *coram bonæ mem. Andrea*, quoniã simul stant, quòd gratia recipiat perfectionem à signatura Papæ, & quòd tamẽ hæc perfectio incipiat à die datæ, quia censetur Papam signasse publicationem à die, sub qua apparet datata à Datario per ipsum Papam ad hoc munus deputante: & ita hoc intelligit Caputaq. *dec.* 88. *n.* 2. *& 3. p.* 3. Put. *d. dec.* 94. *num.* 2. *lib.* 2. vbi inquit quòd supplicatio præsumitur signata tempore datæ, & quòd non admittitur probatio in contrariũ, & Hieronym. Gabr. *cons.* 193. *num.* 3. *& 4. lib.* 2. Steph. Grat. *d. c.* 191. *n.* 1. *cum seq.* Colliguntur hæc ex optimè adductis *in Meten. Prioratus*, 17. *Maij* 1627. *coram R.P.D. Merlino*, impressa per Viui. *post praxim iurisp. dec.* 54.

Si verò collatio facta sit duobus à diuersis eodem die, nec appareat, cui priùs facta fuerit, potior est conditio possidentis, vt per Tiraq. *de primog. q.* 17. *opin.* 11. *n.* 1. *& opin.* 12. *n.* 2. Menoch. *de arbitr. casu* 48. *n.* 10. *cũ seq.* Zerol. *in praxi Episcop. p.* 2. *verb. beneficium, vers.* 2. & alios, quos refero *de officio & potest. Episcopi, p.* 3. *all.* 57. *n.* 13. vbi *n.* 14. addo, quòd si nondum adepta possessione vnus habeat collationem beneficij à Papa, alius ab Ordinario, si non appareat de prioritate, præfertur, qui à Papa impetrauit, propter prærogatiuam concedentis, nisi in collatione Ordinarij apposita hora, & in collatiõne Papæ nomen; quia tunc collatio Ordinarij præualet vt *ibidem* dixi *n.* 16. 200

Secundò notandum est, quòd iuxta *reg.* 27. *Cãcel. de non iudicando iuxta formam supplicationum, sed litterarum expeditarum*, nullus Iudex in Curia, 201
etiam Cardinalis, debet iudicare secundùm tenorem supplicationis concernentis gratiam, sed 202
secundùm tenorem litterarum expeditarum; quia licèt quoad essentiam & effectum gratiæ non requiratur Bullarum expeditio de iure communi, Cassad. *decis.* 8. *num.* 3. *de restit. spoliat.* Mascard. *de probat. conclus.* 846. *num.* 41. de stylo tamen Curiæ,
& quoad exercitium gratiæ, siue illius probatio- 203
nem, & canonizationem aliud dicendum est, cum exequutor non aliter gratiam exequatur, nisi Bullis expeditis, cùm demum ab illis potestas ipsorũ, & probatio gratiæ pendeat, *cap. pastoralis*, *§. fin. de rescript.* Simonet. *de reseruatione benefic. q.* 55. *n.* 1. Zerol. *in praxi Episcop. p.* 1. *verb. supplicatio, in princ.*
VVames. *cons.* 1. *num.* 5. *lib.* 1. Vnde si non agatur 204
de canonizatione gratiæ, sola supplicatio sine litteris sufficit, Cassad. *decis.* 35. *n.* 2. *super reg. & dec.* 8. *de restit. spoliat. & dec.* 2. *de sentent. & re iud.* Caputaq. *dec.* 235. *p.* 3. Put. *dec.* 537. *lib.* 1. *correct.* Hier. Gabr. *cons.* 190. *n.* 13. *lib.* 1. Seraph. *decis.* 538. *nu.* 4. *& dec.* 775. *num.* 3. Gregor. XV. *decis.* 540. *num.* 6. vbi Beltramin. lit. C. Buratt. *decis.* 540. *num.* 13. *& decis.* 707. Rot. *dec.* 503. *num.* 4. *p.* 1. *recent.* sicut etiã ad effectum obtinendi simplicem absolutoriam licèt secus ad effectum adiudicationis, Nic. Garc. *de benefic. p.* 4. *cap.* 2. *num.* 23 *& 24.* Rota *decis.* 645. *num.* 5. *par.* 1. *recens. & in Ilerden. Canonicatus,* 19. *Aprilis,* 1624. *coram R.P.D. meo Pirouano.*

Sic etiam supplicatio sola sine litteris sufficit; quando agitur possessorio pro manutentione in quasi possessione exigendi pẽsionem, Rot. *in Anconitana pẽsionis,* 10. *Iulij,* 1587. *coram Plato* impressa per Nicol. Garc. *de benefic. p.* 1. *cap.* 5. *n.* 446. & fuit dictum *in Troiana pensionis,* 14. *Maij,* 1629. *coram R.P.D. Queipo*, Buratt. *dec.* 542. *n.* 2. 205

Sic etiam supplicationi sine litteris creditur contra supplicantem, qui eam dedit, putà, si dixerit beneficium vacasse in mense Ordinarij, vel dixit valorem fructuum non ascendere ad ducata 24. vel quid simile. Mandos. *in d. reg. de non iudicando, q.* 8. *n.* 7. Bellam. *consil. supposito statuto, col.* 7. *vers. puto contrarium.* 206

Signaturæ

207 Signaturæ quoque ſtabitur ad probãdum im-
pettationem, præcedentem veram vacationem,
Rot.*dec.332. alias 27.de reſcript. in nouiſſ.*

208 Denique Rota procedit ad diſputationem du-
biorum cum ſola ſupplicatione abſque litteris,
etiamſi in ea derogatum non fuerit *d. reg.* 27. de
non indicando iuxta formã ſupplicationis: quia
derogatio prædictæ regulæ eſt neceſſaria, quando
cauſa foret terminanda, & ferenda ſententia: ſe-
cùs verò ad effectum diſputationis dubiorum, quæ
eſt actua merè extraiudicialis. Ita fuit reſo
lutum *in Canchen.beneficij*, 10. *Iunij*, 1624. *co-
ram bona memoria Patriarcha ManZanedo*, *& in
Neocaſtren. Parochialis*, 28. *February*, 1630 *coram
Reuerend.P.D.Duran.* in qua aliæ deciſiones refe-
runtur.

209 Tertiò eſt notandum, quòd ad acceptandam
collationem beneficij, ſeu inſtitutionem, requiri-
tur ſpeciale mandatum, gl.*verb. habueris, in cap. ſi
tibi abſenti,de prabend.*Sraphl.*de litteris gratia, tit.
de vi & effectu clauſ.in rab.iuram.praſt.n.*4.Couarr.
*lib.3.variar.cap.*16.*num.*4 *&* 5. Villalob.*to.* 1.*com-
mum opin.lib.4.tit.24.n.15.pag.*611. Brunor. à Sole
in locis commun.verb. mandatum, numero 14.Flam.
Pariſ.*de reſignat.beneficior lib.*10.*q.*8.*n.*34. Camill.
Borel.*in ſumma omnium deciſ.to.*1.*tit* 66.*num.* 165.
Azor.*inſtitut.moral.p.*2.*lib.*7.*cap.*23.*q.*5.Maſſobr. *in
praxi habendi concurſum,pralad.*25.*nu.*8. *ſecundum
Roman.impreſſ.*Rot.*in Mendonien.Canonicatus*, 26.
Nouembris,1616.*coram bona memoria Buratto*, in-
210 ter eius impreſſa *deciſ.*209. *numero vlt.* Et in poſ-
ſeſſionis beneficij apprehenſione per procurato-
rem requiri ſpeciale mandatum, & non ſufficere
generale tradunt Couarr.*d.cap.* 16. *numero* 18. Fla-
min.Pariſ.*d.lib.* 20 *q.*6.*num.*13. Buratt. *d.dec.* 209.
n. 12. non requiritur tamen in indiuiduo man-
datum ad acquirendam poſſeſſionem talia bene-
ficij, Alexand.*in l.*1.*§.per procuratorem*, *ff.de acqui-
renda poſſeſſ.*Ferret.*conſ.*220 *num.*12.*in fine.*Rot. *in
Auerſana beneficij*, 1.*Iulij*.1610.*coram bona memor.*
211 *Vbaldo.*Et circa poſſeſſionem capiendam aduer-
tas quòd Paus Papa V. innouando *Extrauag. In-
iuncta,de elect.* mandauit in quadam ſua Conſtit,
incip.*Sanctiſſimus in Chriſto Pater*, prouiſum à Se-
de Apoſt. de quocumque beneficio non poſſe poſ-
ſeſſionem illius adipiſci niſi litteris expeditis, &
capientem poſſeſſionem ex ſola ſupplicatione ſi-
gnata, litteris ſuæ prouiſionis non expeditis, om-
ne ius, quod in beneficio habet, amittere, & de
cætero ad illud obtinendum inhabilem reddi, cu-
ius conſtitut. meminit, & illam interpretatus eſt
Io.Ant.Nouar.*in ſum.Bullar.tit.de beneficiorum poſ-
ſeſſione capienda.*

212 Quartò eſt notandum, quòd in beneficialibus
datur multiplicatio titulorum, vt per Abb. *nu.* 4.
in cap.poſt electionem,de conceſſ.prabend. Caſſad. *de
cauſa poſſeſſ.& propr.deciſ.*3.*n.*8. Verall.*deciſ.*339.*n.*
4.*p.*1. Coccin.*deciſ.*47.*numero* 20.*& dec.*317.*nu.* 4.
Caualer.*deciſ.*159.*num.*6.*&* 7.Ciarlin.*cap.* 107. *n.*
90.Rota *Ianuen. Abbatia* 24.*Maij* 1624. *cor. bona
mem.Buratt.&in eadem,corã eodem* 5.*Martij* 1625
apud Viuian.*poſt.praxim iuriſpatr.deciſ.*6.*&* 37. *in
fine*, *& in Mutinen.plebis*, *ſen iuriſpatr.* 27. *Ianij*
1625.*cor.R.D.meo Coccino Decano.* Et ratione il-
lorum poteſt quis ſe defendere, quamuis vtroque
titulo non poſſit agere, vt *in cap.vt quis duas*, *de
elect.lib.*6. ſicut bene declarant Abb.*d. numero* 4.
Lap.*allegat.*132.*num.*2.Roman.*conſil.* 433. *num.* 7.
Felin.*in cap.in noſtra num.*2.*de reſcript.*Dec.*in cap.
bona numero* 11.*de appellat.*ad idem eſt text. *in c.
conſtitutus*, *il* 1. *de teſtib.& in cap.ex litteris de re-
ſtit.in integr.*Caſſad.*deciſ.*21.*ſuper reg* & talis mul-
tiplicatio ſanat defectus, & iuuat ad conſeruan-
dum ius quęſitum, Card. Mantic *dec.*359.*n.*8. Ciar-
lin.*controuerſ.forenſ.cap.*41.*n.*11. Intellige notabi- 213
le hoc procedere in gratiis diuerſis, non autem in
contrariis: quia ſufficit, vt duplex titulus tendat
ad eundem effectum, ſcilicet, ad collationem be-
neficij; non autem ad diuerſos, ſeu contrariòs in
eadem perſona, ſecundùm Roman. *conſ.*359.*n.*13.
verſ. quoad 2. vbi quòd habens titulum in benefi-
cio conferentem ius in re, ſi poſtea impetrat Com-
mendam, deſinit habere illum primum titulum
conferentem ius in re, quia titulus Commendæ
non eſt illi conformis quoad effectum, cùm confe-
rat ſolùm detentionem, & differant effectualiter in
multis: & in iſtis terminis tituli dicuntur contra-
rij ſequuntur Felin.*in d.cap.in noſtra,n.*2. *verſ.
ſecundo intellige.* Selu.*de benefic.p.*3.*q.*29. *col. pen.
verſ iſtud eſt limitandum*, ſequitur etiam Rota *in d.
Mutinen. plebis.*

Quintò eſt notandum, quòd in beneficiorum 214
collatione, aut qualibet prouiſione nihil eſt de-
rogandum aut detrahendum iniunctis oneribus,
aut alia qualitatibus in ipſorum beneficiorum
fundatione, aut erectione conſtitutis: aliter autem
facta prouiſio cenſenda eſt ſubreptitia, vt ſtatuit
Conc.Trid,*ſeſſ.*25.*de reformatione,c.*3. latè Monet.
*de commit.vlt volunt.cap.*10.*n.*348.*cum ſeqq.*etiam
pro vna vice. Vgolin. *de officio Epiſcopi*, *c.*52. §.1.
*n.*8.Marc.Anton. Genuenſ. *in praxi Archiepiſcopi,
Neapolit.c.*14.*n.*10. Nicol.Garc.*de benefic. p.*9.*c.*1.
num. 111. & in qualibet collatione obſeruari de-
bet diuiſio *cap. quam pio* 1. *q.* 2 vt ſcilicet omnis
abſit pactio, omniſque ceſſet conuentio, Spin. *in
ſpeculo teſtam.gloſ.*7.*num.*33.Sanch.*in conſil.moral.
lib.*2.*c.*3.*dub.*34. *num.*6. latè Gonzales de Salzedo
*de lege politica lib.*2.*cap.*16.*numero* 42.*cum ſeq.*Syl
uius *in reſolut.var.verb.ſimonia* 2.*concl.*2. ſine vitio
autem ſimoniæ in obtinendis beneficiis licet pa-
ciſci de aliquo temporali retribuendo pro recõ-
penſatione gratuita, & ſpectato ſecundum com-
munem rationem labore, prout ex obligatione
onetoſa ſuſcipitur, vide Ghilin.*in pract.reſol. caſ.
Conſcient.verb.beneficium n.*7.Diana *reſol.moral.p.*6.
*tract.*7.*reſol.*42.

Sextò eſt notandum, quòd à beneficiis conſe- 215
quendis non ſunt Clerici minùs nobiles, aut et-
iam non eminentis ſcientiæ (vbi non eſt adeò ne-
ceſſaria) repellendi, contraria conſuetudine, ſiue
ſtatuto minimè obſtante, *cap. venerabilis*, 37. *de
prabend.* niſi propter vitium aliquod ſint viliores:
ſic enim intelligitur illud. quod de vilitate di-
citur *in c. inter dilectos,de exceſſ. Pralat.* Vnde non 216
valere ſtatutum; ſiue conſuetudinem, quòd non
admittantur ignobiles in Canonicos Cathe-
dralium per *d.cap.venerabilis*, tenet Abb.*ibi nume-
ro* 4.Bellet *diſquiſit.cleric.*1.*tit. de diſciplina cleri-
cali*,§.13.*num.*7. Et hinc colligit Bennius *de priui-
leg.Iuriſconſult.p.*2.*priuileg.*30. quòd, etſi ſtatuto,
vel conſuetudine caueatur, nobilem ſolum in
Canonicorum numerum in Eccleſiis Cathedra-
libus admitti; illud tamen non ita in genere,
quàm virtute atque ſcientia nobili viro verifica-
tur. Vnde dicit gloſ.*verb.inuidia, in c.quoniam* 24.
*q.*1.*Petro piſcatori ſucceſſorem quarimus,non Augu-
ſto*, quã in id referunt Felin.*in c.cùm à Deo n.* 7. *de
reſcript.* Abb.*in cap.conſtitutis,il* 2.*de appellat* Lam-
bert.*de iurepatron.*2.*p.*2.*lib.q.*5.Selu.*de benefic.p.*3.
*q.*7.*n.*1.;iuxta med.Tiraq.*de nobilitat.c.*29.*num.* 16.

Nec

217 Nec certæ originis clerici sunt eligendi, sed vndecumque sint; modò idonei existant, sunt admittendi, *cap. ad decorem, de instit.* Camill. Borell. *in*
218 *sum. omnium decis. tom. 1. tit. 6. n. 3.* & ideò non semel in Rota fuit dictum statutum prohibens Clericos forenses admitti ad Capitulum, tanquam illicitum ambitiosum, & contra Ius, non tenere, & signanter *in Placentina admissionis ad Capitulum 26. Aprilis* 1585. *coram Card. Blanchetto, & in Seguntina admissionis ad Capitulum, 26. Iunij* 1587. *coram bonæ mem. Gipsio, & in eadem, 7. Iunij,* 1610. *coram bonæ mem. Patriarcha Munzanedo, & in Toletana confraternitatum 3. Decembr.* 1618. *coram bonæ mem. Vbalda.* In quibus autem Regnis exteri ex Summorum Pontificum indultis beneficia obtinere non possint, latè dixi *in collect. ad cap. bona, il 1. de postulat.*

219 Ita neque Neophyti, si aliàs digni sunt, & idonei, sunt à beneficiis consequendis repellendi,
220 *cap. num. 1.* vbi glos. & doct. *de rescript.* tales enim ad fidem conuersi sunt honorandi propter adeptam sacri Baptismatis dignitatem, & non vituperandi, Montal. *2. verb. nundinæ, tit. 3. lib. 4. for.* Suat. *commun. opin. tom. 1. lib. 1. tit. 16. n. 17. pag. 212.* Vaneg. *p. 1. tit. de las differencias de libros, lib. 3. del offi-*
221 *cio, y vso de la razon, cap. 9. pag. 122.* & ideò capax beneficij Ecclesiastici ille est, qui à Iudæis originem ducit, vt aliàs bene dixit Rot. *in Vixbonen. quaternaria, 15. Ianuarij, 1624. coram R. D. meo Coccino Decano.* Vide quæ hac de re latè diximus *de Canonicis, cap. 13. n. 27. cum seqq.*

222 Septimò est notandum, quòd si contingat, vt beneficia quandoque conferantur, aut aliàs contra Canones collatio fiat, ipsa irrita est, si is, cui facta fuit omninò sit de Iure inhabilis ad beneficia consequenda, vt superiùs vidimus. Qui verò talem fecit collationem, à beneficiorum collatione suspenditur, *cap. pastoralis, de clerica excommun. minist. cap. inter dilectos, de excess. Prælat.*

223 Octauò est notandum, quòd is, cui Papa beneficium contulerit, etiam cum clausula, *si idoneus fuerit,* est præsumendus idoneus, nisi contrarium appareat: vnde ipse non tenetur se probare idoneum, vt habetur *in cap. fin. de præsumpt.* quia talis ad beneficia quis præsumitur, Lambert. *de iurepatron. lib. 2. p. 1. q. 10. art. 2. n. 1.* Alciat. *de præsumpt. reg. 3. præs. 3.* Menoch. *in simili tract. lib. 6. præs. 9.* Mascard. *de probat. concl. 878.* Flamin. Paris. *de resign. benefic. lib. 10. q. 3. n. 54. cum seqq.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancellar. glos. 4. à num. 168.* quod tamen intelligitur de idoneitate intrinseca, scilicet, puritatis, & similium; non verò scientiæ & litteraturæ, quæ, cùm sit quid extrinsecum, & accidentale homini, ineffa alicui non præsumitur, ex adductis per me *de officio, & potest. Episcopi, p. 2. allegat.*
224 10. *num. 17.* Vnde Capitulo obijcienti impuritatem, & ortum à parentibus impuris, vel infidelibus, incumbit onus probandi: & quidem concludenter, vt sæpe sæpiùs censuit Rota, & signanter coram Mantica *decis. 274. num. 1. & decis. 307. & coram Card. Seraphin. decis. 353. & in Legionen. denegatæ possessionis, 8. Martij, 1593. coram Cardin. Blanchetto, & in Toletana Canonicatus 10. Decemb. 1608. coram bonæ mem. Card. Manzanedo.* quæ est inter recent. *decis. 167. part. 1. & fuit confirmata sub die 3. Aprilis, & 11. Iunij, 1609. coram eodem, & in Pacen. puritatis, 6. Aprilis, 1609. coram bonæ mem. Patriarcha Manzanedo,* quæ est *decis. 181. p. 1. & in Legionen. Canonicatus, 1602. coram R. D. meo Coccino Decano,* inter eius impressas *decis. 68. & nouissimè in alia Legionen. puritatis sanguinis, 26. Maij 1631. coram R. P. D. Queipo;* tum, quia de Iure nemo natus inter Christianos grauatur onere probandi se esse natū ex puris Christianis, sed in dubio præsumitur, ex reg. text. *in cap. fin. de præsumpt. & in l. ab ea parte, ff. de probat.* vt dicit Rot. *in Vlissibonen. quaternaria 15. Ianuarij 1624. coram R D. meo Coccino Decano;* assistit enim puritati generis præsumptio iuris; Gregor. *decis. 498. n. 1.* vbi adden. Rot. *in d. Legionen. puritatis sanguinis.*

Nonò est notandum, quòd antequam collatio 226
beneficij fiat coram Iudice executore, debent iustificare ea omnia, quæ sunt de narratiua substantiali gratiæ, vt illius executioni sit locus, vt per Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib. 1 n. q. 3. per tot.* Card. Seraphin. *decis. 412. num. 4.* Rot. *decis. 160. num. 3. p. 3. diuers. & in Illerden. Canonicatus, 2. Decembris 1624. coram bonæ mem. Buratto* inter eius impressas *decis. 838. n. 5.* Mantic. *decis. 358. num. 4.* vbi dicit gratiam non iustificatam tanquam obreptitiam nullius esse momenti, & iustificatio est facienda de tempore datæ. Felin. *in cap. cum te. n. 18. de rescript.* Imol. *in Clem. fin. num. 10. eod. tit.* Rot. *dec. 443. n. 2. p. 2. recent. & in Meten. Canonicatus, 28. Maij 1625. coram Buratto,* inter eius impressas *decis. 786.*

Narratiua duplex est, alia causa concessionis, vt 227
mensis reseruatus, pertinentia collationis ex qualitate beneficij, impetratio ex delicto, & similia, in quibus Papa se fundat, quæ debent plenè, & concludenter probari, nec sufficit semiplena probatio pro iustificatione gratiæ; Put. *decis. 165. lib. 3.* Rot. *decis. 268. num. 5. p. 1. & decis. 46. p. 2. diuers.* fuit dictum *in Placentina Canonicatus, & Prebenda, 1. Martij, 1599. coram Orano, & in Salamantina beneficij de Ampilis, 3. Iulij 1600. coram Penia, & in Cæsaraugustana pensionis 21. Iunij 1604. coram Pusta & in Terracinen. beneficij, 11. Aprilis 1622. coram R. P. D. Nauarro,* vbi de delicto narrato, Ferentil. *in annot. ad decis. 175. Buratti, sub litt. A.* Alia est narratiua, quæ est pars gratiæ, vt valor, Doctoratus, & similia, & ad ista sufficit semiplena probatio, Rot. *decis. 14. de probat. in antiq.* Put. *decis. 29. lib. 1.* Gregor. *decis. 35. num. 1. & decis. 471. num. 10.* Caualer. *decis. 202. num. 3.* Et quod narratiuam suf- 228
ficiat iustificare de facto, latè Garc. qui plures cumulat, *de benefic. p. 7. c. 2. n. 205. & 206.* Rot. *decis. 410. n. 4. p. 4. recent. & in Bossinen. Parochialis, 13. Maij 1627. coram Card. Verili, & in Tullen. iurisdictionis 30. Martij 1629. coram R. P. D. Dunozetto,* & sæpè in aliis. Quod quidem locum habet, etiamsi agatur de executione Breuis Apost. cum claus. *Constito;* quia nihilominus sufficit illam iustificare de facto, vt Breue exequatur, Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloss. 15. §. 1. n. 60. 61. & 81.* Rot. *decis. 484. n. 1. p. 1. recent.* Beltramin. *ad Greg. decis. 84. num. 6.*

Verùm quando adest concursus alterius tituli; 229
requiritur plena probatio narratiuæ huiusmodi, quæ est pars gratiæ, Rot. *d. decis. 484. n. 2. & in Hispalen. beneficiorum, 10. Iunij, & 7. Nouembr. 1611. cor. Card. Pamphilio iun. & coram eodem in Burgen. Canonicatus 24. Ianuarij, 1618.* Et idem dicendum est in probatione vacationis in mense reseruato, quæ aliàs iustificatur sufficienter ex semiplena probatione, Cassad. post Ægid. *decis. 1. de probat. nu. 1. vers. nam pro ea facit.* Rota *coram Reuerendissimo Coccino Decano,* inter eius impressas *decis. 87. n. 2. & in Burgen. de Pancoruo, coram Giptio,* impressa per Marchesan *de commissionib. tom. 1. pag. 346.*

Decimò,

130 Decimò, circa eandem materiam iustificationis gratiæ tres casus sunt distinguendi.

Primus est, quando prouisus habet subrogationem gratiosam, & tamen beneficium non est reseruatum aut affectum, vel litigiosum: & isto casu, licèt regulariter ad effectum immissionis debeat iustificari tota gratia principalis attamen secus est, si non adsit legitimus contradictor; quia isto casu sufficit iustificari iudici etiam extraiudicialiter solam subrogationem gratiosam, & in istis terminis procedit *decis.* Card. Mantic. 71. *numer.* 16.

Secundus verò casus est, quando quis obtinuit immissionem; & isto casu, si non adsit legitimus contradictor in causa appellationis, iste, qui non est legitimus, non potest opponere gratiam non fuisse iustificatam; non quia executor possit concedere immissionem absque iustificatione gratiæ; sed quia cùm non adesset legitimus contradictor, potuit executor extraiudicialiter se informare, & se informatum credendum est; quia pro executore præsumitur, & in istis terminis procedit decisio *in causa Pacen. puritatis*, 11. *Decembris*, 1609. *coram bona mem. Patriarcha Manzanedo*, & decis. sanctæ mem. Greg. XV. 221.

Tertius casus est, quando petitur immissio vigore litterarum Apostolic. in quo distinguendum est, quòd aut adest legitimus contradictor, & gratia debet iustificari firmiter in actis parte citata, Mohedan. *decis.* 35. *de renunciat, per tot.* Cæsar. *de* Graff. *decis.* 12. *n.* 1. *& 4. de probat.* Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gloss.* 9. *in annot. num.* 228. aut non adest legitimus contradictor, & sufficit, quòd iudex extraiudicialiter se informet super iustificatione, vt clarè probant decisiones modò allegatæ, & addo Caualer. *decis.* 664. *n.* 2. Rot. *in Pisana Beneficij* 1. *Februar.* 1630 *coram R. P. D. Merlino*, & ead. Rot. *dec.* 71. *num.* 6. apud Paul. de Rubeis *tom.* 1. *diuers.* aliàs *p.* 6. *recent.* Ratio cur in vtroque casu gratia debeat iustificari, illa est: quia semper habet tacitam conditionem, *si preces veritate nitantur*, siue *si ita est*: aut: *veris existentibus præmarratis, l. fin. in princ. C. de diuersis rescrip. c.* 2. *de rescript.* vbi Rip. *num.* 29. & hinc fit, quòd omnis narratiua ante omnia est iustificanda, Roman. *cons.* 33. *n.* 2. Rot. *decis.* 20. *ad med. de probat. in nouis*, Caputaq. *decis.* 240. *p.* 2. & latè exornat Gonz. *vbi suprà d. n.* 228. *cum seqq.*

131 Vndecimò notandum est originale litterarum Apostolicarum producendum esse, vt Iudex, qui illas exequi debet, sit certus de sua iurisdictione, Rot. *decis.* 21. *de conceß. præb. in nouis*, Ferret. *cons.* 85. *n.* 4. Pute. *decis.* 245. *lib.* 3. *in correctis*, Achil. *decis.* 2. *de offic. deleg.* & latè Rot. *decis.* 143. *par.* 2. *recent. & in Barbastren. decimarum* 14. *Iunij* 1624. *coram bona mem. Vbaldo sen.* Probat. autem transumptum extractum ex registro Palatij Apost. cui fides est adhibenda, Rot. *decis.* 28. *de probat. in antiq.* cum aliis *in Burgen. Abbatia*, 14. *Martij*, 1612. *& in d. Barbastren. decimarum, coram bona memor. Vbaldo sen.* Imò, quòd sufficiat copia impressa ad firmandam iurisdictionem iudicis, tenent Rot. *decis.* 689. *in fine p.* 4. *diuersor.* in qua allegatur Put. *d. decis.* 245. & fuit firmatum *in Bononien. pensionis*, 1. *Iunij* 1616. *coram Card. Pamphilio iun. & cor. Cauaıer. dec.* 644. *n.* 4. *vers. præterea de exibitione, & n.* 9. & sequuta est *in d. Barbastren. coram bona mem. Vbaldo*, & priùs in *eadem* 10. *Nouembris* 1623.

CAPVT XIV.

De Vacationibus beneficiorum.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium vacat per mortem naturalem beneficiati.*

2 *Beneficium ita vacat per mortem beneficiati, vt si ille miraculosè resurgeret, non recuperaret illud.*

3 *Religionis ingressus, & professio emissa facit vacare beneficium.*

4 *Religiosi Societatis* IESV *non amittunt possessionem beneficiorum ab eis priùs obtentorum, nisi post emissam solemnem professionem, vel vota coadiutorum formatorum.*

5 *Beneficia, & pensiones nō vacant, nec extinguuntur per biennij vota in Societate* IESV, *sed durant vsque ad professionem solemnem.*

6 *Beneficium dicitur vacare per renunciationem, seu resignationem ex causa permutationis.*

7 *Beneficium vacat ipso iure, si beneficiatus in minoribus Ordinibus constitutus contrahat matrimonium, aut sponsalia per verba de præsenti.*

8 *Matrimonium indubitanter debet probari, vt ex eo inducatur vacatio beneficij, & non sufficit, quòd lata esset sententia pro validitate matrimonij, si pendet causa restitutionis in integrum.*

9 *Clericus post contractum matrimonium nullatenus potest beneficia retinere, sed tenetur statim illa dimittere, aliàs peccaret mort.*

10 *Clericus matrimonium contrahens beneficio priuatur, siue matrimonium fuerit consummatum, siue non.*

11 *Clericus non recuperat beneficia, quæ iam per matrimonium contractum vacarunt, etiamsi post illius uxor ingressa fuerit religionem, non sequuta adhuc copula carnali.*

12 *Clericus ipso iure beneficiis priuatur per matrimonium contractum, licèt nulliter ex defectu solemnitatis, vel in gradu consanguinitatis, vel affinitatis prohibito, aut aliàs de facto.*

13 *Clericus contrahens matrimonium nulliter in gradu consanguinitatis, vel affinitatis prohibito, siue illud sciat, siue nesciat, semper censetur beneficiis ipso iure priuatus.*

14 *Pensionibus Ecclesiasticis priuatur clericus contrahens matrimonium per verba de præsenti.*

15 *Regressus, & accessus ac alia quæcunque iura ad beneficia Ecclesiastica competentia vacant per matrimonium contractum per verba de præsenti.*

16 *Clericus in sacris constitutus de facto contrahens matrimonium, beneficiis est priuatus per sententiam.*

17 *Vacatio beneficiorum non inducitur post sponsalia per verba de futuro.*

18 *Matrimonium quando est nulliter contractum ex defectu consensus Clerici, tunc non dicitur inducta beneficiorum vacatio.*

19 *Græci vxorati, si Clerici, vel Presbyteri fuerint, possunt legitimè obtinere beneficium Ecclesiasticum, dummodo tale beneficium sit constitutum more Græcorum.*

20 *Benef.*

20 Beneficium vacat per assecutionem alterius incompatibilis.

21 Parochialem Ecclesiam obtinens, si non ordinetur Sacerdos, infra annum vacare intelligitur Ecclesia illa, vel beneficium.

22 Beneficia vacant ipso iure per promotionem ad Episcopatum.

23 Papa in promotione ad Episcopatum consistorialiter decernit beneficia vacare eo ipso à die promotionis.

24 Beneficia de iure non vacant per promotionem ad Episcopatus in terris infidelium.

25 Per translationem Prelati ad aliam Ecclesiam vacat prima, litteris tamen expeditis, & ostensis Capitulo.

26 Electus si intra mensem à tempore electionis ei præsentate, vel à tempore sibi præstituto non consenserit electioni de se factæ, vacat beneficium.

27 Electus si intra tres menses post consensum electioni præstitum non petierit confirmationem, ipso facto priuatur iure per electionem quæsito.

28 Electus, vel præsentatus, quando ante confirmationem, vel institutionem per se, vel per alium se iniecerit, vel administrauerit, priuatur eo ipso iure sibi quæsito, & beneficium vacat, vt prius; secus in prouisionibus Apostol.

29 Postulatus ius amittit per repulsionem postulationis.

30 Electus per electionis cassationem amittit ius ex ea sibi quæsitum.

31 Beneficium ipso iure vacat per militiam sæcularem.

32 Ecclesia pro derelicta habetur eo ipso, quòd beneficiarius fit miles, ita vt Ordinarius iure possit illam alteri concedere.

33 Beneficium vacat, si habeatur pro derelicto per spatium decem annorum.

34 Beneficium vacat ipso iure per non ostensionem tituli, seu dispensationis coram Ordinario, postquam beneficiatus monitus fuerit.

35 Beneficium vacat, quando illud resignans non superuixit per viginti dies.

36 Beneficium ipso iure vacat ob non factam publicationem resignationis, iuxta formam Constitutionis Gregorij XIII.

37 Beneficium curatum vacat ipso iure ob non seruatam formam Constitutionis Pij V. in conferendis.

38 Beneficium vacat ipso iure per apprehensionem possessionis si conferatur à Papa.

39 Beneficium vacat ipso iure per obitum Papæ collatoris, quando fuit collatum ad beneplacitum illius.

40 Beneficium vacat eo ipso iuxta decretum.

41 Scripturas spectantes ad Cameram Apost. indebitè retinens, & illas non restituens, necnon scientes, & non reuelantes ipso iure beneficia amittunt.

42 Beneficium vacat ipso iure per alienationem rerum Ecclesiæ, sine ipsius beneficij factam sine solemnitate Extrauag. Ambitiosæ.

43 Possessionem beneficij violenter ingrediens eo ipso perdit ius, quod ad illud habet; secus in se intrudente in possessionem alicuius ipsius beneficij.

44 Sequestrum violans, quod impositum fuit vigore sententiæ definitiuæ in Romana Curia, prolata in causa beneficiali, amittit ius, quod habet in beneficio.

45 Beneficium vacat per depositionem, seu priuationem.

46 Hæresis ob crimen vacat ipso iure beneficium, & Sedi Apost. est reseruatum.

47 Hæretici beneficia cùm ipso iure vacent, possunt tanquam vacantia impetrari ante sententiam criminis declaratoriam, & alteri conferri.

48 Hæreticus ante sententiam declaratoriam, non tenetur ad dimittendum beneficium, nec ad se spoliandum.

49 Hæreticus in sententia criminis declaratoria non solùm beneficio, sed etiam fructibus perceptis à die commissi delicti priuatur.

50 Beneficia, quæ fuerunt obtenta per preces Hæreticorum, vacant ipso iure.

51 Simonia realis ob crimen vacat ipso iure beneficium.

52 Beneficium vacat ipso iure per crimen læsæ maiestatis.

53 Falsitatis litterarum Apost. ob crimen vacant ipso iure beneficia.

54 Cardinalem percutientis beneficia vacant ipso iure.

55 Episcopum occidens, vel percutiens, amittit ipso iure illa beneficia, quæ obtinet in Ecclesia, cui talis Episcopus præest.

56 Rectorem suæ Ecclesiæ occidens perdit beneficia ipso iure.

57 Assassini beneficia vacant ipso iure.

58 Beneficium illius, qui carcerauit Clericum, donec resignauerit suum beneficium, vacat, ipso iure.

59 Beneficia ipso iure vacant illorum, qui pro obtinendis beneficiis se ipsos pro aliis examini supponunt, vel annuas pensiones offerunt.

60 Beneficia offendentium litigantes in Romana Curia, eorumque Iudices, Aduocatos, & Procuratores. ac Notarios, vacant ipso iure,

61 Beneficia per confidentiam vacant ipso iure.

62 Sodomia ob crimen vacat ipso iure beneficium.

63 Beneficia eorum, qui non incedunt in habitu clericali, vacant ipso iure.

64 Beneficia vacant, aut ipso iure, aut per sententiam.

65 Crimen nullum etiam priuatione dignum inducit priuationem beneficij ipso iure, nisi sit iure cautum.

66 Beneficium vbi vacat ipso iure, vacat in ipsomet puncto. quo contrahitur matrimonium, aut emittitur professio, vel contrahitur delictum, &c.

67 Priuatus si post vacationem ipso iure moriatur, antequam dimittat possessionem, tunc non vacaret beneficium per obitum illius, sed per militiam, professionem, incompatibilitatem, &c.

68 Delictum committens, ob quod priuatur ipso iure, seu ipso facto beneficiis, seu officiis publicis, ita illorum amittit titulum, & dominium, vt non faciat fructus suos, & ad illorum restitutionem teneatur.

69 Beneficium quando vacat ipso iure, potest tanquam vacans impetrari, vt vacuum; secus quando per sententiam esset priuandus.

70 Resignari non potest in fauorem alterius beneficium, quod semel vacauit ipso iure.

71 Beneficia vacant de iure tantùm, aut de facto, aut de iure, & facto simul.

72 *Beneficium impetrans non tenetur de iure exprimere modum vacationis, exceptis Canonicatibus.*

73 *Vacationis nullo modo expresso omnis vacandi modus continetur.*

74 *Vacationis appellatione venit omnis vacatio, seu vacandi casus.*

75. *Si in supplicatione fiat mentio de vacatione simpliciter, non expresso vacandi modo, comprehenditur omnis casus vacandi.*

76 *Vacandi uno modo expresso, non venit alius.*

77 *Clauf.* Siue præmisso, siue alio quouis modo, *includit omnem modum vacandi, siue directum siue indirectum.*

78 *Clausula,* Siue præmisso, *&c. comprehendit vacationem apud Sedem, seu in Curia, & per resignationem.*

79 *Clausula,* Siue præmisso, *&c. debet restringi, vbi fuerit dispositiuè datus modus vacandi.*

1 IDENDVM est nunc, quibus modis beneficia vacent, aut amittantur, ita vt alteri conferri liberè valeant: hoc autem contingit multis modis. Primò enim vacat beneficium per mortem naturalem beneficiat. *cap. susceptum, de rescript. n. 6.* Petr. Gregor. *rei benefic. cap. 32. à numer. 1.* Pauin. *de offic. & potest Capituli Sede vacante, prel. 7, num. 4.*
2 vbi dicit, quòd ita vacat per mortem beneficium, quòd si miraculosè beneficiatus resurgeret, non recuperaret illud, Gonz. *ad reg. 8. Cancell. gloss. 15 à num. 4.* Nicol. Garc. *de benef. p. 11. cap. 2. à num. 1.* Viuian. *in praxi iurispatr. p. 2. lib. 5. num. 25. in vlt. impress.* Lotter. *de re benefic. lib. 3. quæst. 10 à princip.* quorum plures hoc limitant, vbi beneficium suppressum esset ab habente potestatem, vel quando est vnitum, vel de mensa, vel Ecclesia non est numerata.

3 Secundò per mortem ciuilem, veluti per ingressum Religionis, & professionem emissam, *c. beneficium, de regularib. lib. 6.* Henriq. *in sum. lib. 12. c. 5. §. 4. in commento litt. X.* Flamin. Parif. *de resig. benefi. lib. 5. q. 6, à num. 64. & lib. 7. q. 14. n. 28.* Cald. Pereira *in l. si curatorum, verb. improbare num. 17. C. de in integ. restit.* Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 1. q. 37. art. 1.* Sayr. *in claui regia, lib. 9. c. 5. n. 25.* Sanch. *de matrim lib. 9. disp. 33. n. 19.* Gonzalez *ad reg. 8. Cancell. glos. 15. n. 45.* Nicol. Garc. *de benef. part. 11. c. 9.* fere per tot, Ioan. à Gochier. *in reg. 8. Cancel. glos. 7. post n. 19. vers. tertius,* Molfes. *in sum. Theologia moralis tract. 6. cap. 12. num. 18.* Massobr. *in praxi habendi concursum. reg. 1. dub. 2. num. 9. secundum Roman. impress.* Viuian. *d. c. 5. n. 49.* Istè Alphons. de Leone *de offic. Capellani p. 1. q. 4. praxi 1. num. 65 cum seqq.* Fr. Barthol. de Vecchis *in praxi seruanda. in admittendis ad Religionis statum Nouit. disp. 8. dub. 7. n. 4 post med.* vbi cum Rot. *decis. 543. n. 4. p. 2. recent.* subdit statim post professionem integrum esse ei, ad quem spectat collatio, illud liberè conferre: quod etiam procedere in pensione tenent citati *hoc lib. cap. 11. de pensionib. vers. septimò.* Nõ sufficit ad hanc effectum vacandi beneficium, & extinguendi pensiones professio Equitum Militarium S. Iacobi, Calatrauæ, & Alcantaræ S. Stephani, S. Lazari & similium, qui non solemnem professionem emittunt, ideoque sunt capaces beneficij ecclesiastici acquirendi, Seraphin. *decis. 121,* vbi loquitur de pensione, secus de militibus S. Ioannis Hierosolymitani, cùm illi solemnem professinoem emittant, Sanch. *in præcepta Decalogi tom. 2. lib. 7. cap. 29. num. 5. & 35.* Alphons. de Leone *de quæst. 4. num. 69.* vbi *num. 80.* tenet quòd interim dum beneficiatus est nouitius, non vacat beneficium, & facit fructus suos, & à *num. 87.* differit quinam possit dispensare cum beneficiato profitente vt retineat beneficium, & per consequens non vacet ob eius professionem. Quoad
Religiosos Societatis IESV est aduertendum 4
possessionem beneficiorum ab eis priùs obtentorum admitti post emissam solemnem professionem, vel vota Coadiutorum formatorum, per quæ redduntur omninò incapaces, bona, & iura quæcumque acquirendi, & retinendi, non autem per emissionem simplicium votorum biennij, per quæ iuxta dictæ Societatis Constitutiones à Sede Apostolica approbatas tales Religiosi non sunt incapaces retinendi dominium bonorum, & beneficia, quæ in sæculo habebant, vt diximus
lib. 1. cap. 41. de Religiosorum Ordinibus, vbi de 5
hac Religione latè egimus: quare beneficia, & pensiones non vacare, nec extingui per dicta biennij vota, sed durare vsque ad professionem solemnem, resoluit. Sanch. *in præcep. Decal. tom. 1. lib. 7. cap. 4. n. 7. & cap. 17. num. 32. & c. 29. a. 10.* & fuit dictum. *in nullius, seu Caputaq. pensionis 18. April. 1616. coram bona mem. Martin. Andrea,* apud Alphons. de Leone *vbi supra n. 68.* & Apud Viuian. *lib. 5. praxis c. 5. in fine.*

Tertiò, vacare dicitur beneficium per renun- 6
ciationem, seu resignationem, ex causa permutationis, vt in tot. tit. *de renunciat.* Flamin Parif. *de resignat. lib. 1. q. 5. à nu. 15.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. glos. 15. num. 8.* Nicol. Garc. *de benef. p. 11. cap. 3. à princip.* Viuian. *d. cap. 5. num. 28,* latè Lotter. *d. lib. 3 q. 14.* & Alphons. de Leone *de offic. Capellani p. 1. q. 4. n. 105. cum seqq.* & *in sequenti cap.* ostendemus.

Quartò, vacat beneficium, si beneficiatus in
minoribus Ordinibus constitutus contrahat ma- 7.
trimonium, aut sponsalia per verba de præsenti, *c. 1. & 3. de cleric. coniug. c. vnic. eodẽ tit. in 6. reg. 58. Cancelaria,* Staph. *de litteris gratia, tit. de varijs modis vacat. §. quintus vacationis modus* Capell. Thol. *decis. 239.* Clar. *§. fin. q. 73. n. 5. vers. clericus beneficiatus,* Tiraq. *de retractu lig. §. 26. glos. 2. n. 9.* Bonacof. *comm. crim. p. 1. verb. clericos, fol. 26. verso.* Couarr. *de Sponf. p. 2. c. 6. §. 3. a. 4,* Menoch. *de success. progressu lib. 3. §. 22. n. 36.* Petr. Gregor. *de re benef. c. 15. n. 4.* Mascard. *de probat. conclus. 181.* Perez *l. 1. vers. item, quia, tit. 1. lib. 5. Ordinam.* Marienf. *in rub. tit. 1. glos. 1. num. 158. & l. 7. glos. 12, n. 2. ti. 8. lib. 5. noua recop.* Flamin. Parif. *de resignat. benef. lib. 1. quæst. 1. num. 12* Verall. *decis. 215. num. 2. p. 1.* Ceuall. *communi. contra comm. quæst. 147.* Sayr. *de censur. lib. 6. cap. 5. n. 10. & seq.* Pech. *in reg. beneficium, n. 16. de regul. iur. l. 6* Maodos. *de resign. gratia tit. de priuat. vers. impetratur beneficium,* Spio. *in Speculo testam. glos. 16. n. 43* Gutier. *pract. lib. 2. q. 104. num. 3.* Caldas Pereira *de potest. elig. c. 5. num. 14.* Card. Tuch. *lit. C. concl. 39 a & lit. M. concl. 148.* Farinac. *fragm. crimin. part. 1. lit. C. verb. Clericus, n. 325.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 30. tract. 3. num. 312. cum seq.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. glos. 15. n. 43.* Nicol. Garc. *de benef. p. 11. c. 8. n. 1. cum seqq.* Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori Eccles. decis. 240. n. 1. in edit.* aliàs *resol. 212. in 2. edit.* Less. *de iustic. lib. 2. cap. 34. dub. 21.* Giurba *ad consuetud. Messanenses cap. 1. glos. 1. part. 1. num. 39* Cened. *Canon. quæst lib. 1. quæst. 30. num. 27.* Sanch. *de matrim. lib. 7. disp. 42. num. 4. cum seqq.* Azor. *inst. moral. p. 2. lib. 7. c. 15. quæst. 4. & 5.* Carol. de Grassis *de effect. b. clericalib. effectu 15. à n. 11.* Aot. Ricciul.

de iure personarum extra gremiũ Ecclesiæ exist.lib.7 cap. 1. à num. 3. Paul. Squillante *de priuileg. Cler. can.4.num.*83.Filliuc.*tom.*3.*tract.*41.*cap.*8.*num.*5. Iaon. à Cochier *ad reg.*8.*Cancell.gloss.*7.*post nu.*18. *vers.*a.Viuian. *d. cap.* 5 *num.*48.latè Lotter.*d.lib.*3. *q.* 26.*num.*54.*cum seqq.*Escobar.*de puritate probãda p.*1.*q.*4.*§.*7.*num.* 55. nouissimè Transmiera *de polygamia lib.*2.*q.*4.*n.*20.*cum seqq.*latè Thom. Valasc.*alleg.Iuris tom.*1.*alleg.*40. Alphonf. de Leone *de officio Capellani p.*1.*q.*6.*num.* 57.*cum seqq.* Rota *in Lucana Capellania,*23.*Februar.*1609.*coram bona mẽ.Penia,& in Burgi S.Sepulchri beneficij,*25.*Maij* 1626.*coram R.P.D.Merlino,* quorum plures cum *glos.*1.*in d.cap.*1.*de Clericis coniug.* resoluunt huiusmodi vacationem induci ipso iure, adeò vt non requiratur sententia priuatoria : quicquid dicat Fr. Emman. *in summ. tom.* 1. *cap.*123.*num.*1. *in* 2. *edit.* nisi eius opinionem intelligamus procedere respectu possessionis,quam nisi sponte Cle-
8 ricus dimittat : ad eam relinquendam est cogendus manu militari Et quoad hunc effectum matrimonium indubitanter debet probari , vt ex eo inducatur vacatio beneficij: & non sufficit, quòd lata esset sententia pro validitate matrimonij , si pendet causa restitutionis in integrum , Cardin. Caualer. *decis.*180.*num.*1. & 2. Vnde sequi inferunt Sanchez *d. disp.*42.*à num.*10.& Anton. Ric-
9 ciul. *d. cap.*1.*à num.*10.Post contractum matrimonium Clericum nullatenus posse beneficia retinere ; sed teneri statim illa dimittere , aliàs peccaret mortaliter , & teneretur restituere omnes fructus perceptos. Similiter inferunt , renunciationem per eum ad fauorem factam , nullius esse momenti , & posse statim post contractum matrimonium beneficia tanquam vacantia impetrare.
10 Amplia multis modis ; & primò siue matrimonium fuerit consummatum , siue non : quia remanet nihilominus Clericus beneficio priuatus. Ita Capell. Thol.*decis.*239.Panto. *de potestate Capituli Sede vacante,prælud.* 7.*col.*3.Ceuall.*commun. cõtra communes,q.*147.*num.*1.Carol de Graffis *d.effectu* 5,*num.* 13. Caualer. *decis.* 266.*num.* 2. Malcar. *conclus.*182.*num.*3.Anton.Ricciul.*d.cap.*1.*num.*17 Squillante *d. cap.* 4.*num.*65.Lotter. *d. lib.*2.*q.*26.
11 *num.* 72. etiamsi post matrimonium contractum vxor ingressa fuerit Religionem , non secuta adhuc copula carnali: quia non ideò Clericus recuperabit beneficia , quæ iam per matrimonium contractum vacarunt , vt per Butr. *in d. cap.* 1. *num.*7.& Abb.*numer.*6.Cou. *d.*§.3.*n.* 4.& 9. Sayr. *d. cap.* 5 *num.*14.Sanchez *d. disp.*42 *num.*6.Farin. *d. verb. clericus,num.*329 Nicol.Garc.*d.c.*8.*num.*3 Anton. Ricciul.*d.cap.*1.*num.* 20.Squillante *d.c.*4.
12 *num.* 86. Amplia secundò, etiamsi matrimonium nullum sit ex defectu solemnitatis , veluti , quia non est contractum coram Parocho , & testibus , vel aliàs fuit contractum contra formam præscriptam à Concilio Trident.*sess.* 24. *de reformat. matrimon. cap.* 1. adhuc enim Clericus ipso iure beneficiis priuatur , vt in facti contingentia respondit Rota , cuius auctoritate ita resoluunt Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 5.*sub num.*39.& Anton. Ricciul. *d.lib.*7.*cap.* 2. *num.* 32. quicquid contrarium post Fr. Emman. & Veg. crediderit verius Nicol. Garc. *d. cap.* 8. *num.*13.præterquam quòd ex defectu consensus ex Lotter. *vbi suprà num.*75. Vel etiam si contractum fuerit in gradu consanguinitatis , vel affinitatis prohibito , aut aliàs de facto , quamuis ignarus impedimenti contraxisset vt per Cou. *d.* §. 3 *sub n.*4.*vers.quòd si is,qui habet.*Tiraq.*de retract.lign.*§.26.*glos.*2.*nu* 9. Carrof.*de benefic.p.*1.*cap.*10.*nu.*10.Bonacof.*tom.*1. *comm.opin.lib.*1.*tit.*7.*n.*12.& 13.*pag.*173.& *tom.*2. *lib.*9.*tit.*7.*num.*3.*vers.*& *ita commun.pag.*467.Hippol.*cons.*70.*num.*16.Flamin.*d.q.*1.*num.*12.Sanchez *d.lib.*7.*disp.*43.& *lib.*3.*disp.*2.*n.*3. Gonzal. *ad reg.* 8.*Cancell.gloss.*15.*num.*44.& *glos.*57.*num.*44.Frãc. Molina *de ritu nupt.lib.*1.*comp.* 19. *num.* 147. vbi transcripsit ad hoc decisionem S. Rotæ *in Lucana de Insula sancta,*6.*Iunij* 1575.*coram Card. Lancellotto seniore,*cuius etiã meminit Anton. Ricciol.*d. cap.*2.*num.* 20. quamuis contra teneat Nicol.Garc. *d.cap.*8.*num.*8.& *seq.*Lotter.*vbi supra num.*79.*cum* 13 *seqq.*Et addit. Ricciul. *d.cap.*2.*num.*24.conclusionem esse firmandam generaliter , vt siue sciat , siue nesciat Clericus impedimentum,semper censeatur ipso iure priuatus. Amplia tertiò , vt per 14 contractum matrimonium per verba de præsenti clericus non solùm priuetur beneficijs , sed etiam pensionibus ecclesiasticis , de quo latè diximus *hoc lib.cap.* 11.*de pension. vers.quintò n.*30. Amplia 15 quartò , vt etiam per eundem matrimonium contractum à Clerico expirent regressus , & accessus, aut alio quæcunque iura ad beneficia ecclesiastica competentia , *glos. verb. clericalis , in cap.* 1. *de cleric. coniug. lib.* 6. vbi Ioan.Andr.*num.*5.Gemin. *num.* 6. & Prob.*num.*5.Clar.*d.q.*73.*num.*5.Flamin. *d.q.*1.*n.*14. Ceuall. *d.q.* 147.*n.*2 Sãch.*d.disp.*43 *n.* 7. Farin. *d.verb.clericus n.* 330.Nicol. Garc.*d.c.*8. *n.*2.Ioan.Baptist.Costa *de reintegra,disp.*84.*num.*6 Giurba *ad consuet. Messanen.cap.*1.*glos.*5.*p.*1.*n.*44 Gurier. *de matrim.cap.*97.*num.* 4. Carol. de Graffis *d. effectu* 5. *num.* 14.Anton.Ricciul. *d.lib.*7.*cap.*1. *num.* 14. Denique amplia in Clerico contrahente 16 matrimonium in sacris constituto , quem etiam amittere beneficia tenent omnes infrà citandi: inter quos tamen grauis est concertatio , an priuatio in hoc casu introducatur ipso iure , vel per sententiam ? & in tali specie esse priuatum ipso iure censuerunt Abb. *in d.cap.* 1. *de cleric. coniug. num.* 7.& Zabarel. *num.* 2. Aufrer.*ad Capel. decis.* 240. *num* 4.Coo.*d* §.3.*num.*4 Azor.*d.lib.*7.*cap.*16. *q.* 5. Verùm , communiter cæteri Doctores existimant esse priuatum per sententiam : ita glos. *verb. dimittere,in d. can.*1.Ioan.And.*in cap.Ioann.de cleric. coniug. num.*23.*vers.si verò,*tenet Butr. *num.*19. *ad fin.* Anch.*num.*14. Imol.*n.*24.Clar. *d q.*73.*nn.*5 Mascard *concl,* 182.*n.*5.Nauar.*in man.c* 25*n.*120. Henriq.*in sum.lib.*7.*c.*36.§.1.Sanch.*d.lib.*7.*disp*.42 *sub n.*4.Less.*d.lib.*2.*c.* 34.*n.*115.Nic.Garc. *d.cap.*8 *n.*17.Filliuc.*d.tract.*41.*c.*8.*n.*6. Anton. Ricciul. *d. lib.*7.*cap.*2.*n.*12. vel *à n.* 14.rationes reddit,quare Clericus in minoribus constitutus priuetur ipso iure , non ita qui in Sacris est constitutus.

Limita pariter aliquibus modis , & primò in 17 sponsalibus per verba de futuro : per illa enim non iudici vacationem beneficiorum tenent Bur.*in.d.c.*1.*n.*1 Abb.etiam *n.* 1.Cou. *d.*§.3.*num.*4. Clar *d.q.*73.*n.*3. Tiraq. *de iure mariti,gl.n.*18.*in.*2. *fine*,Perez *ad tit.*1.*lib.*5. *Ord.pag.*4.Cald.Perier.*in l.curatorẽ.verb.lasis,n.*127.*col.*6. *C. de in integ.rest. min.*Farin.*d.verb.Clericus,* 332.Gonz.*ad reg.*8.*Cãcel.gl.*15.*n.*43.Sanch.*d.lib.*7.*disp.*42.*n.*1.& 5. & *disp.*43.*n.*6.Nic.Garc. *d.p.*11.*c.*8. *n.*19. *cum seqq.* Gurier. *de matr.c.*97.*nu.*1. Anton. Ricciul.*d.lib.*7. *c.*4.Squillante *d.c.*4.*num.*90. Lotter. *d. lib.* 3. *q.*26 *n.*74.Thom.Valasc.*d.alleg.*46.*num.*13.Alphonf.de Leone *de officio Capellani part.* 1. *quæstio.*4 *prax. num.* 60. *cum seqq.*Rot. *decis.*772.*sub num.*2.*vers.* &

& quamuis p. 2. recent. Limita secundò, quando matrimonium est nulliter contractum ex defectu consensus clerici: tunc enim non dicitur inducta beneficiorum vacatio, vt per Abb. *in d. cap. 1. sub num. 7. vers. quandoque enim*, Nicol. Garc. *d. p. 11. c. 9. n. 10. & 11.* Massobr. *in praxi habeadi concursum, requis. 7. dub. 33. secundum Roman. impress.* Squillan. *d. cap. 14. n. 89.* latè Anton. Ricciul. *d. lib. 7. c. 2. n. 5.* vbi *n. seqq.* exemplificat in Clerico amente, & impubere, in quo malitia non supplet ætatem, ac in contrahente per metum cadentem in constantem virum: & *à n. 7.* disputat, an prædicta procedant, vbi nullitas procedit ex defectu consensus mulieris; nempe, quia erat amens, vel impubes, aut consensum præstitit metu conpulsa, Clericus verò præstitit consensum omni ex parte legitimum: vide eundem. Limita tertiò in Clericis, & Pres-
19 byteris Græcis, seu Orientalibus: hi enim possunt legitimè obtinere beneficium ecclesiasticum, dummodo tale beneficium sit constitutum more Græcorum, secus, si esset beneficium Latinorum, vt per Carol. de Grass. *d. effect. 5. n. 25. & 42.* Piagg. *in tract. de consuetud. q. 9. à num. 5.* Squillante *d. c. 4. num. 94.*

20 Quintò, vacat beneficium per assecutionem alterius incompatibilis, *cap. de multa, de prabend. cap. quia nonnulli, de cleric. non residen. Extrauag. Execrabilis, §. qui verò, de prabend.* Concil. Trident. *sess. 7. de reform. cap. 4.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. 15. à num. 9.* Nicol. Garc. *d. p. 11. cap. 5. à princip.* Ioan. à Cochier. *ad reg. 8. Cancel. gloss. 7. post num. 13. vers. primas igitur*, Monet. *de option. Canon. cap. 3. quest. 3. num. 38.* Viuian *d. lib. 5. cap. 5. num. 36.* latè Lotter. *d. lib. 3. q. 13.* Et de hoc vacationis modo plura diximus *cap. pracedenti.*

21 Sextò, si obtinens parochialem Ecclesiam non ordinetur Sacerdos infra annum, vacare intelligitur Ecclesia, vel beneficium, *cap. licèt canon. cap. statutum, cap. commissa, de elect. in 6.* Staphil. *de litteris gratia, tit. de varijs modis vacat. §. quartus principalis*, Ioan. à Cochier. *ad reg. 8. Cancel. glos. 7. post num. 13. vers. quartus*, Viuian *d. lib. 5. n. 50.* cum alijs per me citatis *in tract. de offic. & potest. Parochi, cap. 5. per tot.* vbi latissimè cum ampliationibus, & limit. hanc materiam declarauimus. Idem quoque est, si ad Subdiaconatum intra id tempus non ordinetur in casu, quo fuerit cum eo dispensatum, vt studiorum causa vsque septennium promoueri ad sacerdotium minimè teneatur, iuxta textum *in cap. cùm ex eo, de elect. lib. 6.*

22 Septimò, per promotionem ad Episcopatum vacant ipso iure beneficia obtenta post adeptam possessionem, & consecrationem sequutam, vel postquam præfixum tempus ad consecrationem petendam lapsum fuerit, *cap. cùm in cunctis, §. cùm verò, de elect.* Concil. Trid. *sess. 7. de reform. c. 9. sess. 23.* etiam *de reform. c. 2.* Hoted. *de incomp. p. 1. c. 4.* Caputaq. *decis. 403. & seq. & 400. p. 2.* Ioan. à Cochier. *in d. reg. 8. Cancel. glos. 7. post num. 13. vers. 9.* Viuian. *d. lib. 5. cap. 5. num. 56.* Less. *de Iustit. lib. 2. c. 34. dub. 27.* Stephan. Gratian. *discept. forens. c. 223. num. 32.* Alzed. *de pracellent. Episcop. dignit. c. 3. nu. 76.* me citato nouissimè Gonzales de Salcedo *de lege politica lib. 2. cap. 14. num. 6. cum seqq.* vbi *à n. 8.* latè disputat an retentio beneficiorum valeat sine patroni consensu. Aloys. Ricc. *in collect. decis. p. 4. collect. 1213. vers. sexto*, Lotter. *d. lib. 3. q. 26. n. 50. cum multis seqq.* Nouar. *in sum. Bullar. tit. de beneficiis vacantibus per promotionem ad Episcopatum*, vbi refert Bullam Iulij III. & ex Achil. de Grassis *decis. 1. de elect.* ait procedere in beneficijs, non autem in officijs: citati per me *in collect. ad cap. cùm in cunctis num. 27.* Verum de stylo Curiæ Romanæ vacatio hæc fit per solam promotionem ad Episcopum, non expectata possessionis apprehensione, vt testatur, Rot. *Terdonen. pensionis, 2. Decembris 1585. coram Card. Blanchetto, & in Carthagin. pensionis 13. Februar. 1604. coram Card. Pamphi-*
lio Stylus autem ex eo procedit, quòd Papa in 23
promotione consistorialiter decernit illa vacare eo ipso à die promotionis, Rot. *in Caputaq. Abbatia, 25. Maij 1620 coram bona mem. Dunozetto; &* ideò eadem Rot. *coram Seraphin. decis. 110. num. 2.* articulo maturè discusso declarauit prædictum stylum procedere, quando Papa in actu promotionis, vel translationis decernit vacare beneficia, aliàs, vbi non adest expressum decretum va-
cationis, standum est dispositioni iuris. Ita Fe- 24
rentil. *in annot. decis. 464.* Buratti *lit. A.* Limita in terris infidelium; quia per talem promotionem eorum beneficia de iure non vacant, vt docet Anastas. Germon. *de indultis Cardin. §. si verò, num. 26.* Nauar. *cons. 14. num. 3. de elect.* Ioan. à Cochier. *ad reg. 24. Cancel. num 26* Flamin Paris. *de resignat. benefic. lib. 3. q. 1. n. 9. & num. 89.* Azor. *instit. p. 2 lib. 7. cap. 16. num. 12.* Nicol. Garc. *de benefic. p. 1. c. 6. num. 44.* Ego ipse *de officio, & potest. Episcopi p. 3. alleg. 57. num. 74.* & nouissimè die 22. *Decembris* 1640. *Sacra Congreg. Eminentissimorum Cardinalium Concilij Trident. interpretum, respondit per promotionem titularem non vacare obtentam curam animarum, seu residentiam non requirentia, vt in casu de quo agitur, nec resultare incapacitatem ad similia obtinenda.* Sed ego pariter hoc ipsum intelligo, si Papa in promotione consistorialiter non decernat ea vacare eo ipso, prout fecit, quando promouit R. D. Viuianum, amicum nostrum, in Episcopum Salonen. de Decanatu, quem priùs obtinebat in Ecclesia Pisana. De stylo & obseruantia quo nominati per Regem Catholicum ad Episcopatus sui iurispatronatus, renunciant beneficia per promotionem huiusmodi vacatura in fauorem eorum quos ipse nominauerit, vide Gonzales de Salzedo *d. lib. 2. cap. 14. num. 21. cum seqq* & citatos per me *de officio Episcopi p. 3. alleg. 57. num. 76. in fine.*

Octauò, per translationem Prælati ad aliam 25
Ecclesiam vacat prima; litteris tamen expeditis, & ostensis Capitulo, *cap. cùm opibus §. translatis. 7. quest. 1. cap. quarto, de translat. Episc. Extrauag. Iniuncta, de elect. inter commun.* Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib. 7. quest. 21. num. 14. & quest. 23. num. 4.* Ioan. à Cochier *in d. reg. 8. Cancell gloss. 7. post. num. 1. vers. quintus.* Viuian. *d. lib. 5. cap. 5 num. 51.* Sed quoad hoc extat nouissima declaratio, quæ sic cantat: *Die 14. Decemb. 1614. Sac. Congregatio Illustriss. DD. Cardinalium negotiis Episcoporum praposita S. D. N. approbante censuit Ecclesiam, à qua volens transfertur, seu quam dimittit Episcopus, vacare ab eo tempore, quo idem Episcopus ab illius vinculo absoluitur in Consistorio Sanctitatis sua, etiam ante expeditionem litterarum Apostolicarum, vel adeptam possessionem secunda Ecclesia.* Refero Ego ipse *in collect. ad cap. 1. num. 5. de translat. Episcop.* & me citato Massobr. *in praxi habendi concursum, requis. 1. dub. 9. secundum Romanam impress.*

Nonò, si electus intra mensem à tempore ele- 26
ctionis ei præsentatæ, vel à tempore sibi præstituto, non consentit electioni de se factæ, *cap.*

cùm sit, §. *electus verò*, *de elect. lib. 6*. Menoch. *de arbit. casu* 477. Ioan. à Cochier *ad reg.* 8. *Cancel. gl.* 7. *post num.* 13. *vers. sextus*. Viuian. *d. lib.* 5. *c.* 5. *num.* 5 a. Aloys. Ricc. *de collect.* 1213. *vers. quantò*. Gonzal. *d. glos.* 15. *n.* 50. Massobr. *in praxi habendi concursum, requisit.* 1. *dub.* 2. *n.* 11. *secundùm Roman. impress.*

27 Decimò si electos intra tres menses post consensum electioni præstitum non petierit confirmationem: nam ipso facto priuatur iure per electionem quæsito, *d. cap. quàm sit* §. *cæterùm*. Doctores citati per me *lib.* 1. *c.* 10. *in princip.*

28 Vndecimò, quando electus, vel præsentatus ante confirmationem, vel institutionem, per se, vel per alium se immiscerit, vel administrauerit: nam eo ipso priuatur iure sibi quæsito, & beneficium vacat, vt priùs, text. est *in cap. auaritiæ* 5. *de elect. lib.* 6. Crescent. *decis.* 6. *de iurepatr.* Rot. *dec.* 83, *p.* 3. *diuers.* Aloys. Ricc. *d. collect.* 1213. *vers. quinto*, Gonzal. *d. glos.* 15. *num.* 5 a. Lauor. *vbi lucrabat tomo* 1. *tit.* 4. *c.* 45. *n.* 6. Lotter. *de re benef. tom.* 1. *lib.* 2. *q.* 13. *à princip.* Intellige de electis ingerentibus se in administratione beneficiorum, non curando de confirmatione, ne se submitterent periculo cassationis; secus autem in prouisionibus Apostolicis, in quibus non proceditur per viam confirmationis, cùm prouisio vnico actu habeat validam electionem, & confirmationem, Rot. *in Bracharen. Parochialis de Moreira*, 13. *Iunij* 1605. *coram Ortambergo*. Aduertit benè Gonzal. dicto loco, quòd proximè præcedentes tres modi vacationis sunt improprij, quia per electum non dicitur vacare beneficium, sed semper durat prima vacatio, ex quo collatio non adest.

29 Duodecimò, per repulsionem postulationis, *Extrauag. ex debito*. §. *huiusmodi. de elect. inter commun.* Ioan. à Cochier *post. d. n.* 13. *vers.* 12. Viuian. *d. lib.* 5. *c.* 5. *n.* 61.

30 Decimotertiò, per electionis cassationem, *c. super eo* 12. *de elect.* Ioan. à Cochier, *post d. n.* 13. *vers.* 13. Viuian. *d. c.* 5. *n.* 61. Gonzal. *d. glos.* 15. *n.* 56. vbi *num.* 5 a. *in fine*, subdit, hos duos vltimos modos propriè dici non posse modos vacationum.

31 Decimoquartò vacat ipso iure beneficium per militiam sæcularem: nam clericus miles effectus ita dicitur è statu clericali alienus, vt proinde statim atque declaratur miles, videatur ipso facto beneficio renunciare, *cap. vlt.* vbi glos. *verb. redierant*, *de cleric. coniug.* Clar. §. *fin. q.* 1. 73. *sub n.* 6. *vers. item clericus*. Gig. *de pension. q.* 55. *nu.* 2. Flamin. Paris. *de resignat. benef. li.* 1. *q.* 1. *num.* 22. & *de confid. benef. q.* 9. *num.* 25. Farin. *fragm. crim. p.* 1. *litt. C. n.* 183. Ioan. à Cochier. *post d. n.* 13. *vers.* 10. Viuian. *d. lib.* 5. *cap.* 5. *n.* 58 Lotter. *d. lib.* 3. *q.* 26. *num.* 84. *cum seq.*

32 Ciarlin. *controuers. forens. c.* 36. *n.* 43. nam Ecclesia pro derelicta habetur, eo ipso, quòd beneficiarius fit miles, ita vt Ordinarius iure possit illam alteri concedere, ex Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 7. *cap.* 15. *in princ.* Quod adeò verum est, vt si ex integro redeat ad clericatum, non recuperet beneficium quamuis non sit alteri collatum, quia iam per militiam fuit inducta vacatio ex præsumpta, & spontanea ipsius militis voluntate, quæ proinde sine noua collatione non reuiuiscit. Anton. Ricciul. *de iure personar. lib.* 7. *cap.* 5. *numero* 17. vbi *num.* 19. & 20. ex eadem ratione contra Iacob. de Graff. *consil.* 1. *de cleric. coniug.* sentit, idem dicendum etiam etiamsi postquam fuerit in matricula militum descriptus, pœniteat, & paucis post diebus, antequam sæua exerceat, deposito cingulo militari, iterum vestes clericales resumat: nam nihilominus dicetur à statu Ordinis recessisse, ita quòd noua clericalis habitus reassumptio ad recuperanda beneficia, quæ ante militiam obtinebat, & per militiam ipso iure vacarunt, illi non sufficiat: & *numero* 31. post multos, quos refert, resoluit in Clerico in Sacris Constituto non censeri ipso iure inductam vacationem beneficiorum, sed magis venire inducendam per sententiam: & *numero* 33. ait quòd quamuis per militiam dicatur ipso iure inducta vacatio beneficiorum, nihilominus illa operaretur tantùm quoad vacationem possessionis, adeò vt si miles adhuc retineat possessionem beneficij, non poterit alter de beneficio prouisus capere possessionem, nisi vel miles consentiat, vel primum ab eo auferatur possessio auctoritate iudicis, illo etiam non citato, neque aliàs vocato.

Decimoquintò, vacat beneficium, si habeatur pro derelicto per spatium decem annorum, ad not. *in ca. ex parte* 8. vbi glos. *verb. per decem annos*, & *ibi* Abb. *n.* 2. *de cleric. non resid.* Pauin. *de potest. Capituli Sede vacante, prælud.* 7. *n.* 12. *vers. septimò, si habeatur pro derelicto*, Flamin. Paris. *d. lib.* 1. *q.* 15. *nu.* 21. Gonzal. *d. glos.* 15. *n.* 64. Viuian. *d. lib.* 5. *n.* 66. Io. à Cochier *post d. n.* 13. *vers.* 17. latè Lotter. *d. lib.* 3. *q.* 26. *cum seqq.* 33

Decimosextò, vacat ipso iure beneficium per non ostensionem tituli, seu dispensationis coram Ordinario, postquam beneficiatus monitus fuerit, *c. Ordinarij*, §. *quòd si fortè*, vbi glos. *verb. eo ipso*, *de officio Ordinarij*, *lib.* 6. innouatum per Conc. Trid. *sess.* 7. *de reform. c.* 5. Gonzales. *d. gl.* 15. *na.* 62. Massobr. *in praxi habendi concursum, reg.* 1. *dub.* 1. *n.* 23. *secundùm Roman. impress.* Viuian. *dict. lib.* 5. *c.* 5. *n.* 64 Ioan. à Cochier post *d. num.* 13. *vers.* 15. Lotter. *d. lib.* 3. *q.* 24. 34

Decimoseptimò, quando resignans beneficium non superuixit per viginti dies, iuxta *reg.* 19. *Cancel.* ita Gonzal. *d. gl.* 15. *n.* 84. Viuian. *d. lib.* 5. *cap.* 5. *num.* 81. Ioan. à Cochier *post d. num.* 23. *vers.* 29. latè Lotter. *de re benef. lib.* 3. *q.* 15. *per tot.* nisi fuerit dictæ regulæ derogatum, Flamin. Paris. *de resignat. benef. lib.* 1. *q.* 14. *numero* 2. vbi subdit, quòd hodie communiter, & de stylo derogatur illi regulæ, quando resignans est absens à Curia. Circa reseruationem aduertit Lotter *d. q.* 15. *ex num.* 57. quòd beneficium sic vacans quatenus resignatio fuerit facta extra curiam in manibus inferioris à Papa siue simpliciter, siue ex causa permutationis non remanere affectum, aut reseruatum, etiamsi iste fictus obitus contigisset in mense Apost. neque ex diuerso euitari reseruationem regulæ reseruatoriæ mensium, si post huiusmodi tentatam resignationem obitus verus contigisset in mense Apostolico. Sed quatenus resignatio fuerit facta in Curia remanere reseruatum asserit, ex reseruatione clausa in corpore Iuris *c.* 2. *de preb. in* 6. 35

Decimooctauò, vacat ipso iure beneficium ob non factam publicationem resignationis, iuxta formam constitut. Gregorij XIII. *de publicandis resignationibus*. Flam. Paris. *de resignat. lib.* 11. *quæst.* 7. Viuian. *d. lib.* 5. *cap.* 5. *num.* 8 a. Ioan. à Cochier *post. d. num.* 13. *vers.* 30. latè Lotter. *de re benef. li.* 3. *q.* 21. Gonzal. *d. glos.* 15. *n.* 85. vbi *n.* 86. subdit, quòd ista vacatio est ita fortis, & potens, vt quamuis reliquæ omnes vacationes comprehendantur sub. claus. *vel alio quouis modo*, vacatio tamen ista ob non factam publicationem nullatenus comprehenditur sub quibuscunque clausulis amplissimis, nisi specialiter exprimantur. 36

Decimonono

37 Decimonono, vacet ipso iure beneficium Curatum, ob non seruatam formam Constitutionis Pij V. incip. *in conferendis, sub Dat.* 15. *Kalend. Aprelis* 1566. quam refert Quarant. *in sum. Bullarij, verb. beneficiorum parochial. collatio.* Ita Gonz. *d. glos.* 15. n. 88. Ioan. à Cochier. *post d. n.* 13. *vers.* 31. Viui. *d. lib.* 5. *c.* 1. *n.* 84.

38 Vigesimò, vacat ipso iure beneficium per apprehensionem possessionis ante litterarum expeditionem, si conferatur à Papa, iuxta *Const.* 33. *Iulij III. sub Dat.* 27. *Maij,* 1553. Mandos. *ad reg.* 27. *de non iudicando iuxta formam supplicationis, q.* 3. *à n.* 3. Rot. *decis.* 203. *p.* 1. *diuers.* Aloys. Ricc. *d. collect.* 1213. *vers. duodecima,* Gonzal. *d. gloss.* 11. *n.* 98. Viui. *d. lib.* 5. *n.* 92. Ioan. à Cochier. *vbi sup. vers.* 36. latè Lotter. *d. lib.* 3. *q.* 9. *per tot.*

39 Vigesimoprimò, vacat ipso iure beneficium per obitum Papæ collatoris, quando fuit collatum ad beneplacitum illius, *c. si gratiosè, de rescript. in* 6. Viuian. *d. lib.* 1. *c.* 5. *n.* 88. Io. à Cochier. *vbi sup. vers.* 33.

40 Vigesimosecundò, vacat ipso iure beneficium iuxta decretum, quando, scilicet, Papa confert beneficium alicui & apponit in ipsa collatione decretum quòd infra sex menses primum beneficium in illius manibus dimittat, aliàs eo ipso vacet secundum: nam, si non adimplet, iuxta formam decreti vacat ipso iure vltimum beneficium collatum vigore decreti, à die, scilicet captæ possessionis pacificæ, seu notitiæ eiusdem Gonzal. *d. gloss.* 31. *n.* 112. Io à Cochiet. *vbi sup. vers.* 34. Viuian. *d. lib.* 1. *c.* 5. *n.* 97.

41 Vigesimotertiò, vacant ipso iure beneficia retinentibus indebitè scripturas spectantes ad Cameram Apost. & illas non restituentibus, nec non scientibus, & non reuelantibus, ex Const. Iulij III. *sub die vlt. Aprilis.* 1552. Io. à Cochier. *vbi sup. vers.* 37. Viui. *d. lib.* 5. *c.* 5. *n.* 93.

42 Vigesimoquartò; vacat ipso iure beneficium per alienationem rerum Ecclesiæ; siue ipsius beneficij factam sine solemnitate. *Extrauag. Ambitiosæ, §. inferiores verò de rebus Eccles. non alien. inter communes.* Petr. Greg. *de re benef. c.* 25. *nu.* 16. Gonzales *d gl.* 15. *n.* 63. Massobr. *in praxi habendi concursum, req.* 1. *dub.* 2. *n.* 24. *secundùm Roman. impress.* Io. à Cochier *vbi sup. vers.* 16. Viuian. *d. lib.* 5. *c.* 1. *n.* 61.

43 Vigesimoquintò, per violentam ingressionem in possessionem beneficij; nam eo ipso perditius, quod ad illud habet, & vacat ipso iure, *cap. eum, qui* 18. *de praebend. in* 6. Couat. *lib.* 3. *var. cap.* 16. *n.* 7. Less. *de iustit. lib.* 2. *c.* 34. *n.* 187. Ioan. à Cochier. *vbi sup. vers.* 13. Gonzal. *d. gloss.* 13. *n.* 68. *& gl.* 5. *n.* 46. Pontan. *de spoliis, lib.* 1. *c.* 9. *n.* 91. *cum seqq.* Zerol. *in praxi Episcopi, par.* 1. *verb. possessio beneficij, vers. ad* 2. Farinac. *in praxi crimin. p.* 6. *q.* 171. *n.* 64. *cum seq.* Aloys. Ricc. *in collect. dec. p.* 3. *collect.* 1475. Massobr. *in praxi habendi concursum, requis.* 3. *dub.* 2. *nu.* 18. *secundùm Roman. impress.* Viui. *d. lib.* 1. *cu.* 1. *n.* 62. latè Lotter. *de re benefic. lib.* 1. *quaest.* 22. *per tot.* Rot. *dec.* 66. *n.* 1. *cum seqq.* apud Farinac. *part.* 4. *sua praxis crimin.* Intellige, de intrudente se in beneficio, non autem in se intrudente in possessionem alicuius prædij ipsius beneficij, cùm sint diuersa, ad tradita per Tiraq. *de retract. lign.* §. 6. *gl.* 2. *n.* 5. Rot. *dec.* 16. *numero* 10. *par.* 1. *diuers.* & ita intellexit Rota *in Mutinen. Canonicatus* 14. *Martij,* 1603. *coram Card. Lancellotto inn.*

44 Vigesimosextò, per violationem sequestri impositi vigore sententiæ diffinitiuæ in Romana Curia, prolata in causa beneficiali *Clem.* 1. *de sequest. possess. & fruct.* Gonzal. *d. gl.* 15. *num.* 19. *&* §. 7. *poenam. n.* 19. Molied. *dec.* 2. *de sequest. possess.* Ioan. à Cochier. *vbi sup. vers.* 14. Vi *dict. lib.* 5. *c.* 5. *num.* 63. Aloys. Ric. *de coll.* 1213. *vers. octauo,* vbi limitat, quãdo sequestrum fuisset appositum propter offensam Iudicis, latè Lotter. *d. lib.* 3. *q.* 12. *n.* 40. *cum seq.* vbi etiam de intellectu dictæ Clem. & quod cum à iure exorbitet ad alios casus non extendenda.

45 Vigesimoseptimò, per depositionem, seu priuationem, *cap. ex litteris, & cap. graue de excessibus Praelat.* Mandos. *in reg.* 32. *Cancel. q.* 8. *à num.* 13. Viuian. *d. c.* 5. *n.* 91. Mandos. *ad reg.* 32. *Cancel. q.* 8. *nu.* 13. *cum seqq.* Io. à Cochier. *vbi sup. vers.* 35.

46 Vigesimooctauò, vacat ipso iure beneficium propter crimen hæresis, *cap. ad abolendam,* §. 1. ibi, *sit omni beneficio spoliatus, de haeres.* Flamin. Paris. *de resignat benefic. lib.* 3. *quaest.* 1. *num.* 31. *& seqq.* Gnlēzon. *consil.* 60. *per tot.* Petr. de Ledesma *in sum. pur.* 2. *tract.* 1. *cap.* 4. *concl.* 14. Azor. *instit. moral part.* 2. *lib.* 7. *c.* 17. *princip.* Nicol. Garc. *de benef. part.* 11. *cap.* 10 *num.* 60. *cum seqq.* Gonzal. *d. gloss.* 11. *num.* 56. Ioan. à Cochier. *vbi sup. vers.* 18. Suarez *de Fide disput.* 21. *sect.* 1. *in fine,* Castr. Palao *tomo* 1. *tractat.* 4. *de Fide disputat.* 4. *puncto* 1. *numero* 4. *&* 5. Trullench. *in praecepta Decal. lib.* 1. *c.* 3. *dub.* 11. *n.* 2. *& dub.* 12. *n.* 1. Viui. *d. lib.* 5. *c.* 5. *n.* 67. latè Lotter. *d. lib.* 3. *q.* 28 latè Alphons. de Leone *de offic. Capell. p.* 1. *quaest.* 4. *praxi* 1. *tract.* 169. *cum seqq.* Sanctarel. *de haeresi, cap.* 31. *numero* 1. vbi refert ex Pij V. Constitutione Sedi Apost. esse reseruatum ius conferendi beneficia, quibus Clerici priuati sunt propter hæresim, & nunquam intelligi esse collata huiusmodi beneficia, nisi in collatione fiat expressa mentio, quòd beneficia vacauerint propter hæresim: quod adeò verum est, vt minimè requiratur sententia priuatoria, sicut docent Rebuff. *in praxi par.* 3. *tit. de modis amittendi benefic. numero* 24. Cou. *lib.* 2. *var. c.* 8. *numero* 4. *vers. nihilominus* Bursat. *consil.* 14. *numero* 18. *lib.* 1. Nau. *consil.* 19. *de haeret.* Rotas. *sing.* 73. Menoch. *de arbitr. casu* 416. *numero* 6. Pena *in directl. in iuris. pur.* 3. *commento* 162. Suarez. *de censur. disput.* 43. *sect.* 1. *numero* 4. *& de fide, disput.* 21 *sect.* 5. *numero* 10. Flamin. Azor. Gonzales de Ledesma & Nicol. Garc. *locis proximè citatis,* Farinac. *de haeresi qu.* 189. *numero* 77. Sanctarel. *eodem tract. c.* 33. *num.* 2. Valer. Reginal. *in praxi fori poenit. lib.* 30. *tract.* 3. *numero* 318. Sanchez *in praecepta Decalogi, tom.* 1. *lib.* 2. *c.* 26. *numero* 5. Anton. Riccinl. *de iure personarum extra gremium Ecclesiae exist. lib.* 3. *c.* 19. *nu.* 9. Rota. *decis.* 707. *&* 728. *lib.* 3. *p.* 3. *diuers. & in Colimbrien. Canonicatus* 13. *Iunij, anni* 1616. *coram bonae mem. Curdin. Sacrato,* & alibi sæpissimè. Quãuis contrariam opinionem, nempe quòd requiratur sententia priuatoria, teneat Castro *de iusta haereticorum punit lib.* 2. *cap.* 9. quem sequuntur Simanch. *de cathol. institut. titul.* 46. *numero* 72. & Salzed. *ad Berdurd. in pract. cap.* 114. *littera A,* nam, licèt istorum opinio in rigore disputationis defendi optimè possit, vt obseruaui *de officio, & potest. Episcopi, part.* 3. *allegat.* 57. *numero* 37. prior tamen est adeò recepta, vt videatur ab omnium sententia discedere velle, qui illam impugnare auderet. Cùm ergo beneficia hæretici ipso iure vacent, possunt tanquam vacantia impetrari ante sententiam criminis declaratoriam, & alteri conferri; vt meritò aduertunt Gnlenzon *dict. consil.* 60. *numero* 4. Bursat. *consil.* 47 14. *numero* 18. *cum seq. lib.* 1. Flamin. Paris. *de resign. lib.* 1. *quaest.* 1. *numero* 2. *lib.* 3. *quaest.* 1. *numero* 33. Decian. *in tractat. crim. lib.* 5. *cap.* 44. *numero* 26. Sanch. *d. cap.* 26. *num.* 12. Aicciul. *d. cap.* 19. *num.* 11.

48 Sanctarel.*d.cap.33.num.* 8. sed ante illam non te-
netur hæreticus ad dimittendum beneficium, nec
ad se spoliandum, vt per citatos à Ricciul.*d.cap.*19.
*n.*11.quibus Addo Suar.*in d.tract.de Fide,disp.*21.
49 *sect.*5.*n.*19.& Sanctarel.*d.c.*33.*n.*9. licèr in senten-
tia huiusmodi criminis declaratoria non solùm be-
neficio, sed etiam fructibus perceptis à die commis-
si delicti priuetur, secundùm Henriq.*in sum.lib.* 13.
*cap.*13.§.52.Mol.*de inst.tr.*2.*disp.*86.Ricc. *d.c.*19.
*n.*14.Sanctarel.*d.n.*9.

50 Vigesimononò, vacant ipso iure beneficia, quæ fuerunt obtenta per preces hæreticorum, *cap.* 2. §. *ad hæc, de hæret.in* 7.Gonzal.*d.gl.*15.*n.*68.Azor.*instit.mor.p.*1.*li.*8.*c.*13.*q.*8 *vers.Octaua pœna*, Ioan. à Cochier *vbi sup.vers.*19.Viuian.*dict.libro* 5.*cap.* 5. *num* 69.

51 Trigesimò, vacat ipso iure beneficium per crimen realis simoniæ commissæ, vt habetur *in Extrauag. Cum detestabile; de simon. inter comm.* Cassad.*dec.*5.*de simon.* Cou. *in reg. peccatum,p.* 2.§. 8.*n.*7.Menoch.*remed.*1.*recup.n.*155.& *nu.* 336.& *remed.*5.*n.*68.& *cons.*67.*n.*4. Caputaq.*dec.*201.*p.*1. & *dec.*238.*part.*3.Flamin.Parisi.*li.*7.*q.*2.*à n.*12.Gõzal.*d glos.*15.*n.*69.Aloys.Ricc.*d.collect.* 1213.*vers. nono*, Paul.Comitol.*respons.moral.lib.*6.*c.* 41. Farin. *fragm.crimin.p.*1.*lit.C.n.*229.Viuian.*d.lib.*5.*cap.*5. *n.*70.Bonacin.*in tract.de simon.q.*7.*puncto* 2.*diffic.*1. *à n.*1. Ioan.à Cochier. *vbi suprà vers.* 20. latè Lotter.*d.lib.*3.*q.*29.Alphons.de Leone *de officio Capellani p.*1.*q.*4.*n.*127.*cum seqq.* Pius V. *in sua Constit.* incip.*Cùm primùm. sub Dat. Romæ Kalend. April.* 1566.in hac verba: *Qui beneficium, aut officium Ecclesiasticum simoniacè adeptus fuerit, illo similiter sit ipso iure priuatus, & ad fructuum omnium, quos perceperit, restitutionem teneatur, & perpetuò sit inhabilis ad ea, & quæcunque alia beneficia Ecclesiastica obtinenda.*

52 Trigesimoprimò, vacat beneficium ipso iure per crimen læsæ maiestatis, vt per Rebuff. *in praxi benefic.tit.de modis amittendi beneficia, num.* 32. Gonzal.*d glos.*15.*num.*72. Ioan.à Cochier. *vbi suprà, vers.*21.Viuian *d.lib.*5.*c.*5.*n.*72. latè Lotter. *d. lib.*3.*q.* 30.*per tot.* vbi *nu.*71. quòd perdoellis clericus ex commisso contra Romanum Pont. incurrit pœnam priuationis ipso iure, & *num.* 82. quòd Romanæ Ecclesiæ loca inuadentes, vel occupantes Maiestatis Rei declarantur, & ipso iure beneficio & officio Ecclesiastico priuantur, & *num.*121. quòd arma sicariorum deferentes veluti Maiestatis Rei priuantur ipso iure beneficiis, & *num.*123. quòd Alexandrina Constitutio contra offendentes collitigantes, vel ministros Curiæ infert crimen Maiestatis, & pœnam priuationis ipso iure beneficiorum, & *à n.*140. quod franchitiam acclamantes, & eos fouentes efficiuntur Rei Maiestatis, priuanturque beneficiis ipso iure, & *num.* 141. quòd bannitorum receptatores & fautores subiiciuntur crimini Maiestatis, priuanturque beneficiis Ecclesiasticis ipso iure, & *à n.*144. disputat an clericus ob offensam Principis temporalis incurrat crimen læsæ maiestatis.

53 Trigesimosecundò & propter crimen falsitatis litterarum Apostolicarum, *cap. ad falsariorum, de crimine falsi*, Petr. Gregor. *res benefic. cap* 26. *numer.*12. Gonzal. *d.gloss.* 15.*numero* 73. Nicol. Garc.*dict.par.*11.*cap.*10.*numer.* 170. Azor. *dict.part.*2.*lib.*7.*cap.*17.*quæst.*1.*vers.quintum.* Ioan. à Cochier. *vbi suprà, vers.*22. Viuian. *dict. lib.* 5. *cap.*5.*numer.*73. Lotter.*dict.lib.*3. *quæstio.* 30. *numero* 90.

Trigesimotertiò vacant ipso iure beneficia per-
cutientis Cardinalem, *c.felicis,§.si qua verò, de pœ-* 54
*nis,lib.*6.Rebuff *d.tit.de modis amittendi benef.num.*
39.Gonzales *d.gl.*15.*n.*74.Nicol.Garc. *d.par.* 11.*c.*
10.*n.*55.Axor.*d.p.*2.*lib.*7.*c.*17.*q.*1.*vers. tertium.*Io.
à Cochier.*vbi suprà,vers.*33. Flamin. Paris. *de resi-
gnat.benef.lib.*11.*q.*10.*in princ.*& *n.*24.& *lib.*3.*q.*8.
*n.*55.Massobr.*in praxi habendi concursum,req.*1. *d.*
2.*n.*32.*secundùm Romanam impres.* Viuian.*d.lib.*5.
*cap.*5.*num.*74 Lotter.*d.lib.*3.*q.*30.*n.*109.*cum seqq.*
intelligendo iuxta ea, quæ suprà dixi *lib.*1. *cap.* 5.
de dignit.& *priuileg.Cardin.vers.tertium.*

Trigesimoquartò, vacant ipso iure beneficia
occidentis, vel percutientis Episcopum illa, scili- 55
licet, quæ obtinet in Ecclesia, cui talis Episcopus
præest, *Clem.*1.§.*à feudis, de pœnis*, Petr. Gregor. *d.*
*cap.*26.*p.*10.Azor.*d.p.*2.*lib.*7 *cap.*17.*q.*1.*vers.quar-
tum est*, Gonzal.*d.gloss.* 15.*n.*75.Nicol.Garc.*d.p.*11.
*cap.*10.*n.*56.Ioan à Cochier.*vbi suprà,vers.*14.Vi-
uian.*d.lib.*5.*cap.*5.*numero* 75. Lotter. *d.lib.* 3.*q.*30.
numero 112. si tamen Episcopus sit consecratus:
nam qui occidit electum non dicitur occidere Epi-
scopum, vt diximus.*sup.lib.*1.*cap.*.

Trigesimoquintò, vacant ipso iure beneficia occidentis Rectorem suæ Ecclesiæ, *cap. in quibusdam* 32.*de pœnis*, Rebuff. *d.tit.de modis amittẽdi beneficia, numero* 45. Turzan. *tomo* 1.*comm.opinio,li.*1.*tit.*9.*n.*50 *pag.*185. Petr.Greg. *d. c.* 26. *numero* 13. Hieron.Gabr.*cons.*196.*numero.*.*lib.*1.& *cons.*187.*n.* 8.*lib.*2.Gonzales.*d.gl.*15.*à numero* 77. Nicol. Garc. *d.p.*11.*c.*10.*n.*57. Lotter. *d.lib.*3.*q.*30.*n.*13.*cum seq.* Farin.*in praxi crim.p.*5.*q.*119.*n.*68.vbi subdit hanc priuationem ipso iure specialiter procedere in beneficio illius Ecclesiæ, in qua videtur deliquisse, non autem in aliis beneficiis, quæ obtinet in aliis Ecclesiis, Ioan.à Cochier. *vbi sup.vers.*26. Viui *d.l.*5.*c.*5.*n.*77. Lotter.*d.lib.*3.*q.*30.*num.*116. Alphons.de Leone *d.q.*4.*n.*14. 56

Trigesimosextò, vacant ipso iure beneficia assassini, *cap.*1.*de homicid. lib.*6. Zerol.*in praxi Episcopi,p.*1.*verb.priuatio,*§.1. Gonzal.*d.gl.*15.*numero* 76.Axor.*d.c.*17.*q.*1.*vers.octauum est*, Farin.*dict.p.*5. *q.*123.*per tot.* Massobr.*d.requis.*1.*dub.*2.*n.*34.Ioan. à Cochier.*vbi suprà,vers.*25.Viuian.*d.lib.*5.*c.*5.*numero* 76.latè Lotter.*d.lib.*3.*q.*31.*n.*34.*cum seq.* Alphons.de Leone *d.q.*4.*n.*139.& latiùs *à n.*150. 57

Trigesimoseptimò, vacat ipso iure beneficium illius, qui carcerauit Clericum, donec resignauerit suum beneficium, *Clem.multorum*, §.*quod si inferiores, de pœnis*, Gonzal. *d.gloss.* 15.*n.* 80. Ioan. à Cochier.*vbi suprà, vers.*27.Viuian.*dict.lib.*5.*cap.*5. *numero* 78. 58

Trigesimooctauò, vacant ipso iure omnia illorum beneficia, qui pro obtinendis beneficiis se ipsos pro aliis examini supponunt, vel annuas pensiones offerunt, aut beneficia impetrant pro aliis, vt ab iis aliquid consequantur, vel quando pro se ipsis impetrant beneficia cum intentione illa resignandi, reseruata sibi pensione, vel non reseruata ad fauorem, vt cauetur *in Constit.* 53. Pauli IV.*sub die* 26.*Decembris*,1557.quæ irrogat pœnam excommunicationis in tales à qua absolui nequeunt nisi à Pontifice, præterquam in mortis articulo & priuationis omnium beneficiorum obobtentorum. Vide Ioan à Cochier. *vbi sup. vers.* 32.Viuian.*d.lib.*5.*c.*5.*n.*85.Lotter.*d.lib.*3.*q.* 29.*nu.* 110.*cum seq.* 59

Trigesimononò, vacant ipso iure beneficia offendentium litigantes in Romana Curia, eorúmque Iudices, Aduocatos, & Procuratores, vel Notarios, 60

Notatios, vt hsbetur *in Constit.* 11.Alexsodri VI. iocip.*In eminenti Sedis*, de qua Pute, *dec. 97. cum duabus seqq.lib.1.in correct.*Mandol *cons.* 60. *&* 61. Gonzal.*dict.gloss.*33.*n.*100.Ioanà Cochier *vbi sup. vers.*38.Viuian.*d.lib.*3.*cap.*3.*n.*94.

61 Quadragesimò, vacant ipso iure beneficis per confideotiam, vtpote quando quis resignat alicui beneficium sub confidentia, quod resignatatius postea resignet alteri personæ resignanti dilectæ, vel in slis casibus cõtẽtis *in Constit* Pij.IV. incip. *Romanum Pontificẽ,sub dat.*17.*Kalend.Iunij*,1564. *& in Constit.*Pij V. *sub dat Kaleud Iunij*, 1369. de quibus plenè Flamin.Paris.*de confidẽt benefic.q.*68. *per tot.*Bonacin *de simon.q.*7.*puncto* 1.§.1.Lotter.*d.lib.*3.*q.*29.*n.*105. *cum seqq.* & hunc modum vacationis referunt Ioan. à Cochier *vbi sup. vers.* 20. Vinian..*d.lib.*5.*num.*103.

62 Quadragesimoprimò, vacat ipso iure beneficium propter crimẽ sodomiæ,ex *Constit* 20.Pij V. incip. *Horrendũ,publ.Romæ die.*3.*Septembris*,1568. vbi Laërt. Cherub.*schol.*1. Quarant.*in sum. Bullarij verb.Sodomia,ad fin.* Campan.*in diversiuris canon. rub.*11.*cap.*22.*num.*10.Nicol. Garc.*d.p.*11.*c.*30.§.2 *n.*196.Ioan.à Cochier *vbi suprà,vers.* 28. Viuiã.*d.lib.*3.*c.*5.*n.* 80.Lotter.*d.lib.*3. *q.*31.*n.* 59. *cum seqq.* vbi. *n.* 68. quòd impetrationes ex hoc capite in Curis inpracticabiles sunt. Ego ipse *de officio, & potest. Episcopi,p.*2.*alleg.*44.*ex.n.*29.

63 Quadragesimosecundò, vacant ipso iure beneficia eorum, qui non incedunt in habitu clericali, vel illum iugiter non deferunt, vt statuit Sixtus V. *in Constit.*30.incipit.*Cùm sacrosancta, sub. dat.* 18. *Ianuarij*, 1389. de qua Lotter. *de re benefic. lib.* 3. *q.* 26. *n.* 91. *cum seqq* requiritur tamen oecessariò, quòd spatio tanri temporis in habitu clericali incesserit, vt communi opioione reputaretur laicus, iuxta consil.Christoph.de Castell.5.*n*,9.quem probat Farin.*in praxi crimin p.*1.*q.*8.*n.*68. & resoluit Nauarr.*in sum. Bullar. tit de habitu clericali*, & ideò vt Clericus in hac materia dicatur priuatos, non sufficit, si semel, aut bis incesserit in habitu laicali; quia, licèt prædicta Constitutio requirat gestationem habitus, oihilominus debet iotelligi cum aliquali modificatione, iuxta tradita per Felin. *in proœm. Decretal.* dum exponit verbum, *continuè*, & sequitur Vrsill. ad Afflict.*decis* 24.*nu.* 7. Et sic requiritur incessus in habitu laicali in locis publicis & populo frequentibus ac sine rationabili causa, vt purà amoris, nisi ioco, aut amœnitatis gratia id contigerit, ita benè Lotter. *dict. lib.* 3.*q.*16.*n.*95.*cũ seqq.*latè Nauar. *d.tit.de habitu clericali*, vbi multis modis dispositionem dictæ Constit. limitat. Et aduertas quòd licèt beneficiatus non incedens in habitu perdat beneficia, tamen requiritur sententia declararoria, Achil. de Graffis *decis.vnic.de pœn.*Marc. Anton. Genuens. *in praxi Archiep.Neap.c.*7.*n* 8.Gratiã.*discept forens.c.* 440. quoad scilicet amissionem fructuum beneficij, quia beneficiatus in foro Conscientiæ ante declaratoriam Iudicis nullatenus tenestur ad restitutonem, vt per Viuald. *in candel.aureo tit.de habitu, & tonsura q.*3.Nauar. *vbi suprà n.*7. vbi secus putat quoad amissionem tituli, an possit, beneficium ante declaratotiam Iudicis à quocunque impetrari. Non ob ib quòd beneficiatus perdit beneficium ob non gestationem habitus, & tonsuræ, amittit priuilegium clericale, Nauar. *vbi sup n.*8. aut *Canon.si quis, suadente* Gõzal.*gloss.*5.§.5 *n.*7.Gratian. *decis.* 168. *in addit n.*8.Nauar.*d. loco n.* 10. nec inhabilitarem incurrit ad obtinendam præsẽtationem, Rot. apud Viuian.*post suam praxim Iurispatron.decis.* 62.Nanar.*dict.loco num.* 12. Quando vigore dictæ Coostit. Sixti V. impetratum fuerit beneficium tanquam vacans ob clericalis habitus non delationem, necesse est vt coram executore Apost.citetur possessor beneficij, aliàs esto probetur illum publice habitum laicalem deuulisse, processus erit nullus, & possessor debet in possessione beneficij manuteneri, vt multis probat D. Sperell. *in decision. fori ecclesiastici.decis.*66.*num.*20. *cum seq.* & *n.*19. post Iacob. de Graffis, quem citat, tenet quod ia, qui ex dicta Constitutione in priuationem incidit, tenetur io foro conscientiæ dimittere beneficium, & ante dictam dimissionem non est absoluendus, oisi sit persona grauis, & promittat dimittere, vel immineat dies Paschatis, vel sit spes dispensationis obtinendæ.

Quadragesimotertiò. Clerici abortum animarũ procurantes ipso iure priuantur beneficiis quaecumcunque simplicissimis, *Constit. Sixti V. in ordine Bullarij* 87.*sub dat.Romæ* 4. *Kalend. Nouemb.* 1588. Itcob de Graff.*in aureis dec.part.*1.*lib.*2 *cad.* 63.*sub num.*27.*vers.sed an possit habere*, Lotter. *dict. lib.*3.*q.*31.*n.*32.

Quadragesimoquartò. Clerici corruptores Iudicum, seu dantes & recipientes pro obtinenda iustitia vel gratia, prinantur beneficiis ipso iure, ex *Constit. Gregorij XIII.in ordine Bullarij* 24. *sub dat. Non. Nouembris* 1574.vt refert Lotter.*d.lib.*3. *q.*32.*n.* 10. vbi *n.* 40. quod illa Constitutio eos quoque afficit qui daot, vel promittunt pro obtioenda sententia iusta, & *n.* 42. quod non obtioet in minimo.

Nuoc verò de vacatione beneficiorum est no- 64
tandum primò, quòd beneficia vacant, aut ipso iu-
te, aut per sententiam: hoc autem loco de priua-
tiooe tantùm, quæ ipso iure contingit, vidimus;
caosas verò, ex quibus priuatio per sententiam
fieri potest, aut debet, alio in loco referemus: sed
iotetim est sciendum, oollum crimen etiam pri- 65
uatione dignum, inducere priuationem beneficij
ipso iure, nisi sit iure cautum; sed criminosus est
priuandus per sententiam, & ita in dubio præsu-
mitur, vt cum multis resoluit Nicol. Garc. *de be-
nefic.part.*11. *cap.* 10. *num.* 3. hîc verò est notan- 66
dum, plores effectus ex priuatione ipso iure fa-
cta resultare. Primus est, quod vbi vacat bene-
ficium ipso iure, ratione alicuius casus ex suprà
relatis, vacat in ipsomet puncto, quo contrahitur
matrimonium; aut emittitur professio, vel cõtra-
hitur delictum, &c. ita Prob. ad Menoch. *in cap-
siu.num.*19.*de const.*Gonzal.*dict.gloss.*35.*num.* 141.
Rota *dec.*707.*num.*2.*&* 3.*lib.* 3.*par.* 3. *diuers.* Vi-
uian.*dict.lib.*5.*c.*5.*n.*120.Ioan.à Cochier *in reg.* 8.
*Cancel.glos.*7.*n.*23.*vers.primus*. Secundus, si post 67
vacationem ipso iure motiatur priuatus, antequã
dimittat possessionem; tunc non vacaret benefi-
cium per obitum illius; sed per militiam, profes-
sionem, incompatibilitatem, vel aliam causam,
ex supradictis: nam prima vacatio impedit sequẽ-
tem; & sic per obitum vacare non poterat benefi-
cium, quod non habebat, ex quo prius ipso iure
vacauerat.*cap.susceptum, de rescript.in* 6. Flamin.
Paris.*de resignat benef. lib.*9.*q.*25.*n.*4.*& lib.* 12. *q.*
14.*n.*35.Viuisn.*d.lib.*5.*c.*5.*n.*121.Ioã.à Cochier *d.
n.*23.*vers.secundus*.Tertius est, quòd committens 68
delictũ, ob quod priuatur ipso iure, seu ipso facto
beneficiis, seu officiis publicis, ita illorũ amittit
titulum, & dominium, vt oon faciat fructus suos
& ad illorũ restitutiooem teneatur. Hoied. *de in-*

compatib. benefic. p. 1. c. 13. n. 61. Gonzal. *d. gloss. 15. n. 150.* Flamin. Parif. *de resign. benef. lib. 2. q. 1. n. 81.* Viuian *d. lib. 5. c. 5. num. 125* Ioan. à Cochier *dict. num. 23. vers. quintus.* Quartus est, quia, quando

69 beneficium vacat ipso iure, potest tanquam vacans impetrari, vt vacuum; secus si quando quis per sententiam esset priuandus Rebuff. *in prax. benef. tit. de modis amittendi benef. n. 52. & 53* Flamin. *d. q. 1. n. 81.* Gonzal. *d. gloss. 5. à n. 148.* Nicol. Garc. *d. c. 10. n. 23* Ioan. à Cochier *d. n. 23. vers. quartus.* Viuian.

70 *d. lib. 5. cap. 5. n. 124.* Quintus est, quia beneficium, quod semel vacauit ipso iure, non potest resignari in fauorem alterius: quia nemo potest renunciare, aut resignare, quod non habet *cap. qui perfectionem 7. qu. 1.* Flamin. Parif. *d. lib. 1. q. 15. n. 5. & lib. 2. q. 12. n. 2.* vnde in his terminis ita tenet idem Flamin. *lib. 3. q. 1. n. 21.* Gōzal. *d. gloss. 15. à n. 146.* Ioan. à Cochier *d. n. 25. vers. sextius,* Viuian. *d. lib. 5. cap. 5. n. 122.*

71 Secundò notandum est vt ex supradictis colligitur, quòd vacant beneficia aut de iure tantùm, aut de facto, aut de iure, & facto simul. De iure tantùm vacare dicitur beneficium, veluti cùm quis obtinet beneficium secundum cum pacifica possessione, quod sit cum primo incompatibile; eo nanque casu primum beneficium dicitur vacare de iure tantum, *cap. de multa, de prabend.* & suprà vidimus: de facto autem non potest dici; quia adhuc possidetur, *cap. cum nostris, de concess. prab.* similiter de iure tantùm vacare dicitur beneficium, non autem de facto, quotiescumque ipso iure ex aliis causis, quas vidimus, vacat beneficium; retinetur tamen de facto, sicut etiamsi per obitum vacet, & aliquis in eius possessione reperiatur saltem coloratè, *d. c. cum nostris, & c. licet Episcopus, de concess. preb* De facto autem tantum vacare dicitur beneficium, veluti cùm quis indebitè est suo beneficio spoliatus, *c. ad audientiam, & cap. Abbas, de iis qua vi metúsue causa fiunt, cap. item cum quis, de restit. spoliator.* quā uis hoc casu non possit dici propriè beneficium vacare: sed de facto tantum vacare dicitur beneficium, cum, aliquis longo tempore est absens à beneficio, ita vt de eo nulla habeatur notitia: eo nāque casu non est, qui de facto eidem beneficio inseruiat, nisi Vicarium reliquisset: de iure autē non vacauit hoc casu: nam, etsi alteri conferatur, non obest reuertenti collatio, nisi post Canonicam monitionem fuerit in contumaciam priuatus, *c. tua,* vbi Panorm. *de Clerici. non resid.* De iure autem, & de facto simul vacare dicitur beneficium ex quacunque causa suprà exposita, vbi de facto non retinetur à quoquam; specialiter, verò in resignatione in qua expressè quis iuri suo renunciat, & de facto à se beneficium abdicat, *cap inter, de preb.* De iure autem propriè vacare dicitur quoad titulum; de facto verò quoad possessionem: illa sanè est inter hæc differentia, quòd cùm beneficium vacat, de iure tantùm potest conferri, non obstante alterius detentione, & ius ei acquiritur, cui est collatum, etiam absenti, *cap. si tibi absenti, de preb. in 6* sicuti& quādo vacat de iure, & de facto simul. Verùm, cùm de iure tantùm vacauerit, necesse est exprimere detentionem alterius coloratam alioquin impetratio est irrita, secùs si absque vllo colore esset detentio, *d. cap. cum nostris, de concess. prabend.* Sine colore autem detentio dicitur, quando sine aliquo iure est possessio. De facto tantùm vacans beneficium conferri non potest, vt vidimus.

72 Tertiò est notandum, quod impetrans beneficium non tenetur de iure exprimere modum vacationis, *gloss. verb. quamuis, in Clem. 1. de prab.* Doctores *in cap. susceptum, de rescript. in 6.* exceptis tamen Canonicatibus, cùm sint diuersorum ordinū; 73 & nullo vacationis modo expresso omnis vacandi modus continetur, *gloss. d. verb. quamuis,* Felin. *in c. in nostra, de rescript. corol. 32. vers. & nota, quod si nullus modus, n. 27. & corol. 37.* Selu. *de benef. p. 3. q. 13. vers. decimaquinta qualitas,* Menoch. *de arbitr. casu 201. n. 100.* Rend. *in prompt. recept. sent. te. 1. tit. 7. n. 14.* Vult tamen Papa, vt illa impetratio non valeat, quæ fit de beneficio vacante per modū in cancellaria exprimendum, & alia huiusmodi praxis in regulis Cancellariæ Apostolicæ continentur.

Vacationis autem appellatione venit omnis vacatio, seu vacandi casus, *gloss. verb. vacabunt, in c. si propter de rescript. lib. 6. gloss. verb. vacantibus, in c. cupientes, & verb. vacat. in c. quia sæpè. de prabend. lib. 6* Felin. *in cap. licet vndique, sub n. 2. de offic. deleg. & in c. ad petitionem, sub notab. 1. de accus.* quos refero in *tr. de appellatione verborum vtriusque Iuris signif. appell. 266. n. 1.* vbi *n. 3.* amplio procedere in materia etiam pœnali. 74

Vnde, si in supplicatione fiat mentio de vacatione simpliciter, non expresso vacandi modo, cōprehenditur omnis casus vacandi; & ideò impetrans beneficium, vt vacans, illud obtinet quocunque modo vacet, vt notabiliter tradit Bald. *in l. si quis sit stipulatus, ff. soluto matr.* à quo non audet, licèt inuitus, recedere. Barbat. *cons. 82. col. fin. vel non obstat, vol. 4.* Mandos. ad Lap. *all. 6. n. 5. lit. K.* 75

Quia verò regulariter expresso vno modo vacādi, non venit alius, *cap susceptum, de rescript. in 6.* 76 ideò solet in impetratione beneficij apponi clausula, *siue præmisso, siue alio quouis modo,* &c. per quam includitur omnis modus vacandi, sine directus, siue indirectus, etiam accessorius ex intentione concedentis, vt per Cassad. *decis. 5. de prabend.* Parif. *cons. 35. n. 20. lib. 3.* Flamin. Parif. *de resignat. benefic. lib. 8. q. 7. n. 64.* Ioan. à Cochier *ad reg. 62. de clausulis in beneficiis vacan. ponen. n. 20.* Rot. *dec. 309. n. 2. p. 2. recent. & in Aretina Parochialis, 27. Iunij, 1629. coram R. P. D. Motmanno:* latè resolui in *tract. de clausulis vsufreq. clauf. 162. secundum Lugdunen. impress.* vbi dixi comprehendere dictam clausulam etiam vacationem apud Sedem, seu in Curia & per resignationem. Verùm, si fuerit dispositiuè datus modus vacandi, per deuolutionem scilicet, & constet nullam aliam posse dari modi narratiui iustificationem, tunc ad eum huiusmodi clausula debet restringi, vt ad validitatem impetrationis in alio non suffragetur, Cassad. *decis. 5. n. 3. de prab.* Mohedan. *dec. 17. eod. tit.* Cæs. de Graffis *dec. 14. n. 8.* Rota *in dicta Aretina Parochialis, coram, R. P. D. Motmanno.* 77 78 79

Denique notandum est Pium Papam IV. *in sua Constit.* incip. *Cupientes vnicuique,* statuisse beneficia huiusmodi vacantia non posse impetrari per nepotes consanguineos, affines, procuratores, solicitatores ac domesticos, vel familiares Iudicis prinantis adeo vt prædicti Iudices beneficia istis conferre prohibeantur, de qua & illius interpretatione agit Nauar. *in sum. Bullar. tit. de beneficiorum priuat.* vbi dicit hic consanguineorum appellatione venire consanguineos vsque ad quartum gradum de Iure Canonico, & familiarium sub vocabulo venire magistrum actorum, Carcerarium, Vicarium Episcopi, non verò eius familiarem. 80

CAPVT

CAPVT XV.

De Renunciatione, & permutatione beneficiorum.

SVMMARIVM.

1 *Renunciare quid significet, ostenditur.*

2 *Renunciatio est spomanea iuris proprij demissio, vel meliùs definitur, vt sit legitima beneficij demissio à superiora admissa.*

3 *Verba*, renunciare, cedere, & resignare, *inter se confunduntur, & vnum pro alio possim accipitur.*

4 *Renunciationis de substantia est, quòd à Sperio-re admittatur.*

5 *Renunciari potest litteris ad beneficia, ac iuri ad rem absque superioris auctoritate.*

6 *Superioris anctoritas non requiritur in renunciatione beneficij litigiosi, vbi ius anceps est, & ambiguum.*

7 *Superior legitimus ad admittendam renunciationem dicitur, non collator; sed is, qui potestatem habet instituendi, & destituendi.*
Renunciationes admittere possant

8 *Episcopus,*

9 *Inferior habens Episcopi iurisdictitionem,*

10 *Superior omnis ecclesiasticus habens spiritualia,*

11 *Coadiutor datus Episcopo dementi,*

12 *Vicarius Episcopi habens speciale mandatum,*

13 *Capitulum Sede vacante.*

14 *Beneficiary in sola voluntate non consistit beneficium dimittere, sed ad Prælatum hoc spectat.*

15 *Beneficij in collatione inter Prælatum, & ipsum beneficiarium celebratus censetur quidam quasi contractus.*

16 *Renunciatio beneficij sine superioris auctoritate facta, an nullius sit momenti, ostenditur.*

17 Cap.quod in dubiis, *de renuncias. declaratur.*

18 *Renūciatio, quandiu à Superiore admissa non est, valida est in præiudicium renunciantis, potest tamen per Superiorem repudiari.*

19 *Beneficiam non vacat per solam renunciationem à Superiore non admissam.*

20 Cap.admonet, de renunciat. *declaratur.*

21 Cap.susceptum, de rescript.in 6. *declaratur.*

22 *Consensus duplicatus requiritur in resignationibus in Curia Romana celebrandis.*

23 *Procurator resignantis potest post eius obitum, aut reuocationem sibi intimatam compelli per resignatarium ad posteriorem consensum præstandam.*

24 *Resignatarius potest pœnitere, donec in libris Cameræ consensus fuerit extensus, non tamen attento hodierno stylo, secundum quem primùm extenditur consensus, quàm signetur supplicacio.*

25 *Superioris admissio, & acceptio necessaria est in renunciatione beneficij, ac sola partis dimissio sufficit in cedente.*

26 *Beneficium si absenti conferatur, poterit illud ante acceptationem inconsulto Prælato dimittere; postea verò minimè.*

27 *Beneficium vacare non dicitur per eum, cui facta fuit in absentia collatio ante acceptationem*

28 *Electus ad aliquod beneficiam potest cedere iuri suo, & electioni de se facta absque superioris licentia.*

29 *Electo per electionem acquiritur ius ad beneficium, non ius in re.*

30 Cap.cùm inter.21.de election. *declaratur.*

31 *Electores, publicato scrutinio facta electionis, pœnitere nequeunt.*

32 *Postulantes à postulatione retrocedere possunt, antequam à Superiore fuerit acceptata.*

33 *Renunciare potest vnusquisque gratia sibi facta, aut expectatiua absque concedentis auctoritate.*

34 Cap.duæ sunt 19.q.2. *declaratur.*

35 Cap. sic viue, cap.si clericatus, *cum alis, 16. q. 1. declaratur.*

36 Cap.cum pridem, de renunciat. *declaratur.*

37 *Renunciatio beneficiorum duplex est, tacita, & expressa.*

38 *Beneficiarius in minoribus Ordinibus constitutus matrimonium contrahens, an tacitè beneficio renuntiare videatur? ostenditur.*

39 *Beneficiarius consequens pacificam possessionem secundi beneficij incompatibilis cum priore, nec tacitè, nec expresiè illi renunciat, sed à lege ipso iure, priuatur.*

40 *Renunciatio tacita quæ sit, describitur.*

41 *Renunciatio tacita & priuatio, in quo differat; ostenditur.*

42 *Renunciatio expressa, alia simplex & pura, alia conditionalis.*

43 *Renunciatio simplex & pura à iure recepta est, conditionalis verò à iure reprobata erat.*

44 *Beneficiarius quilibet potest suum beneficium cum accessu, regressu, pensione in fauorem, aut sub qualibet conditione coram Papa renunciare.*

45 *Prælatus Papa inferior conditionales renunciationes tanquam simoniacas admittere non potest, contra citatos n.48.*

46 *Episcopus, in cuius renunciatione conditionalis facta fuit, non potest reiecta conditione renunciationem tanquam puram acceptare, & beneficium tanquam vacans ex vi suæ potestatis ordinaria conferre.*

47 *Actus sub conditione celebratus conditione non impleta nullum operatur effectum.*

49 *Renunciatio facta coram Episcopo, & cæteris ordinariis Collatoribus sub conditione retinendæ pensionis, aut alterius rei temporalis, est simoniaca.*

50 Cap.nisi essent, de præben. *declaratur.*

51 Cap. vlt.de rerum Permut. *declaratur.*

52 *Renunciatio conditionalis in fauorem certæ personæ absque vlla pensionis reseruatione, an coram Ordinario fieri possit, ostenditur, & n.53. & 54. & 55.*

56 Cap.vlt.de pactis. *declaratur.*

57 Cap.nemo, de simon & in c. vnic. vers. circa, vt eccles. benef. *declaratur.*

58 Cap.dilecto, de præbend. *declaratur.*

59 *Renunciatio coram Ordinario simpliciter facta ea intentione, & spe, vt certa persona conferatur, non inducit simoniam, quamuis eidem beneficium collatum sit.*

60 *Renuncianti in vtroque foro licitum est post renunciationem liberè & pure factam procurare, & humiliter postulare, vt beneficium illud certa persona conferatur.*

61 *Resignatio dum tractatur, optima præseruatiua est, omnia gerere ea intentione si S.D.N. placueris*

62 *Resignat.*

61 *Resignationes omnes beneficiorum etiam simplicee apud Ordinarios inferiores fieri prohibuit Pius V. permisit tamen in certis casibus, &c.*

63 *Constitutio 58. Pij V. habet locum in Parochialibus dimissis ob alterius Parochialis assecutionem.*

64 *Resignans beneficium de suo iurepatronatus potest præsentare quem vult ad dictum beneficium, & Ordinarius tenetur instituere non obstante Constitutione Pij V.*

65 *Renunciatio simpliciter facta ea manente, & spe, vt certa persona conferatur, an sit censenda simoniaca, & an liceat renuncianti id procurare & ab Ordinario petere attentis Constitutionibus Pij V. ostenditur.*

66 *Renuncians amittit omne ius, quod in beneficio habet per puram & simplicem renunciationem à quocumque legitimo superiore acceptatam, & tanquam vacans potest à quolibet conferri.*

67 *Renuncians an amittat etiam possessionem per simplicem beneficij renunciationem à Superiore admissam; ostenditur, & n. seqq.*

69 Cap. sollicitè, de restit. spoliat *declaratur.*

70 Cap. accepta, de restit. spol. *declaratur.*

71 *Resignans conditionaliter nō amittit titulum, nec vllum ius abs te abdicare censetur.*

72 *Beneficij collatio si facta sit alteri, non vero ei, in cuius fauorem renunciatum fuit, tale beneficium vacare nō censetur, sed poterit resignans ex antiquo titulo possessionem continuare.*

73 *Resignans in fauorem certæ personæ à se sui beneficij ius abdicare non intendit, nisi beneficium resignatario acquiratur, in cuius fauorem cessio, seu resignatio facta fuit.*

74 *Renuncians ad fauorem certæ personæ, conditionaliter resignat, dummodo, scilicet, dicta persona beneficium perfectè acquiratur, ac proinde donec resignatio sit effectum sortita, ius, & possessionem non amittit.*

75 *Renunciatio non probatur effectuata, nec ius abdicatur à resignante, donec litteræ fuerint executa, & beneficium resignatario acquisitum.*

76 *Beneficium nō vacat, nec ius à resignante abdicatur, si ex aliqua causa beneficium à resignatario quæsitum non sit.*

77 *Renunciatio est nulla, in qua nō fuit facta mentio, quòd resignans reperiebatur ordinatus ad titulum beneficij resignati.*

78. *Permutatio beneficij est nulla, in qua nō fuit facta mentio, quòd permutans reperiebatur ordinatus ad titulum beneficij permutati, nisi quando adeptus esset alterius pacificam possessionem.*

79 *Renuncians, si reseruata pensione resignauerit, & pensio non reseruetur, vel ex aliqua causa annullari contingat, nulla erit talis resignatio, & ius à resignante abdicatum non censetur.*

80 *Conditionibus no seruatis ius nō abdicatur à resignante.*

81 *Beneficij titulus, & possessio per renunciationem dimissa non dicitur, nisi adimpleta conditione*

82 *Pensio vbi in parte non subsistit, nō erit reducibilis ad minorem quantitatem, sed in totum ipsa gratia corruit, & resignans potest regredi ad beneficium resignatum.*

83 *Clausula,* Sine alio quouis modo, *& alia,* adhuc per obitum N &c. *ac similes, sunt accessoria ad resignationem narratam, & sic illa nulla, seu inualida existente, nihil operantur.*

84 *Littera Apostol. reseruationis pensionis, ex quibus subreptitiæ dicantur? ostenditur.*

85 *Renuncians non solum titulum, sed etiam possessionem retinet, quandiu conditio adimpleta, & beneficium resignatario quæsitum non fuerit.*

86 *Procurator ad resignandum sub certo modo, & forma constitutus, mandati formam transgredi non potest, nisi resignantis conditionem meliorem fecerit.*

87 *Procurator potest transgredi formam mandati in his, quæ nunquam, aut saltem difficillimè concedi solent.*

88 *Procuratorem ad resignandum sub certa forma, & conditionibus constituens; procurator autem mandati formam non obseruet, an huiusmodi resignatio sustineri possit, si resignans postea talem resignationem tacitè, aut expressè ratam habuerit? ostenditur.*

89 *Renunciatio, ex quibus causis fieri possit? ostenditur.*

90 *Debilis quis dicatur ad effectum, vt possit Ecclesiam suam renunciando dimittere? ostenditur.*

91 *Senectus, quæ Prælatum impotentem reddit ad exequendum officium pastorale, summi Pont. arbitrio relinquitur.*

92 *Ignarus intelligitur, qui ex defectu scientiæ ita est Ecclesiæ inutilis, vt nec ea norit, quæ ad officij sui executionem sunt necessaria.*

93 *Criminosus ad renunciandum admittitur, si propter crimen admissum non fuit priuatus.*

94 *Irregularis potest facilè renunciare.*

95 *Odiosus plebis malitia potest cedendi licentiam petere.*

96 *Scandala dans cedere facilè potest, vt illa euitentur.*

97 *Renunciare volens laboris vitandi gratia, aut alia minus legitima causa, non est audiendus.*

98 *Causæ, propter quas Episcopi simplices beneficiorum resignationes recipere, & admittere possunt, referuntur numeris seqq.*

99 *Constitutio Pij V. refertur.*

100 *Senio confecti qui dicantur, remittitur Iudicis arbitrio considerata personarum qualitate propter complexionum diuersitatem.*

101 *Infirmitas est causa legitima ad resignandum beneficium.*

102 *Corpore impeditus ad resignandum beneficium coram Ordinario admittitur, si impedimentum sit tale, vt non possit præstare id, ad quod tenetur.*

103 *Corpore vitiatus ad resignandum coram Ordinario admittitur.*

104 *Crimina committentes faciliùs ad resignanda beneficia admittuntur.*

105 *Censuris ecclesiasticis irretiti ad resignanda beneficia coram Ordinariis admittuntur.*

106 *Ecclesiæ, vel beneficio non potentes, aut non debentes inseruire ad resignada sua beneficia coram Ordinariis admittuntur.*

107 *Beneficium aliud, aut plura retinens faciliùs ad resignandum coram Ordinario admittitur.*

109 *Beneficia coram Ordinario resignare admittitur Religionem ingressurus, vel matrimonium contracturus, si statim re ipsa id exequatur.*

110 *Beneficia coram Ordinario resignare admittuntur, qui ob capitales inimicitias nequeunt, vel non audent in loco beneficij residere securi.*

111 *Beneficium, ad cuius titulum quis promotus fuit,*

si

si quis resignare velit, id efficere non potest, nisi facta mentione, quod fuerit ad illius titulum promotus

112 *Ordinarij admittentes beneficiorum resignationes ex causis permissis, non debene illa conferre suis, aut admittentium consanguineis, & affinibus, vel familiariaribus,* &c.

113 *Renunciationis factæ in manibus Ordinarij reiectio, vel admissio, quando, & intra quod tempus debeat ab ipso Ordinario fieri, & à prouiso publicari ostenditur.*

114 *Beneficij resignatio vt validè fieri possit, quæ requirantur? ostenditur numeris sequentibus.*

115 *Renunciatio beneficij fieri debet liberè, & purè, sine aliqua pactione, aut conditione,* &c.

116 *Renunciatio beneficij facta coactè, vel per metum nulla est, & inualida.*

117 *Actus gesti propter metum, regulariter veniunt rescindendi.*

118 *Renunciatio beneficiorum in manibus laici fieri non potest.*

119 *Renunciare omninò compellitur, qui renunciandi facultatem cum instantia petiit.*

120 *Resignationes reciprocæ inter illegitimos filios Clericorum, & ipsos parentes, nullius sunt momenti.*

121 *Beneficio suo renunciare quis potest, non solum per se ipsum, verùm etiam per procuratorem Clericum, vel laïcum.*

122 *Præsens in Curia personaliter tenetur consensum resignationi præstare.*

123 *Cardinales, quando resignant, præstant consensum per schedulam, quam mittunt Notariis, vel ipsi Notarij accedunt ad eorum palatia ad recipiendum consensum.*

124 *Beneficia quæ sint, in quorum resignationibus requiruntur etiam aliorum præter resignantes consensus, referuntur.*

125 *Beneficia omnia, quantumuis maxima, renunciari possunt.*

126 *Beneficiis renuntiari potest, etiamsi resignans senex sit.*

127 *Infirmis etiam morti vicinis iure communi attento licitum est beneficia resignare.*

128 *Regula Cancellariæ de infirmis resignantibus, refertur.*

129 *Beneficia omnia sub reg.* de infirmis, *comprehenduntur.*

130 *Beneficia in manibus Ordinarij resignata, an comprehendantur sub reg.* de infirmis, *si resignans infra viginti dies moriatur? ostenditur.*

131 *Beneficiarius potest beneficio renunciare, etiamsi illud statim vacare debeat.*

132 *Beneficiarius beneficio suo ante adeptam illius possessionem renunciare potest.*

133 *Beneficio etiam onere pensionis grauato renunciari potest.*

134 *Minor 25. annorum, maior tamē 14. beneficium absque curatoris auctoritate resignare potest.*

135 *Beneficia Apostolicæ Sedi reseruata possunt non solùm coram Papa, sed etiam coram Ordinariis resignari.*

136 *Episcopus resignationes beneficiorū Sedi Apost. reseruatorum recipere, non autem illa conferre potest.*

137 *Beneficij reseruatio ex renūciatione facta coram Ordinario, an dicatur ius à resignante abdicatum? ostenditur.*

138 *Episcopus potest recipere resignationes beneficiorum existentium in sua diœcesi, etiam in Curia, non tamen conferre.*

139 *Beneficium simpliciter, aut in fauorem quis resignare non potest, in quo resignans tempore resignationis nullum ius omnino habebat.*

140 *Beneficiarius propter crimen ipso iure beneficio priuatus, illi renunciare non potest.*

142 *Beneficia iurispatronatus sine consensu patroni, siue laicus, siue Clericus ille sit, renunciari ad fauorem, aut permutari non possunt.*

133 *Resignatio, seu permutatio beneficij spreto patrono facta, non est ipso iure nulla, sed venit annullanda.*

144 *Papa in quibus casibus deroget iuripatronatus laicorum? ostenditur.*

145 *Beneficia electiua sine consensu eligentium resignari non possunt.*

146 *Beneficium, in quo alij fuit reseruatus regressus, non potest renunciari.*

147 *Beneficia litigiosa renunciari non possunt.*

148 *Beneficium vacat per resignationem à Superiore admissam.*

149 *Beneficiarius post simplicem, & puram beneficij renunciationem à superiore admissam, an, & quando possessionem vlterius retinere valeat, ostenditur.*

150 *Renuncians post admissam renunciationem beneficij, an, & quando possit beneficij fructus percipere, ostenditur.*

151 *Renuncians post admissam renunciationem, pensionem super beneficio impositam, & cætera illius onera amplius soluere non tenetur.*

152 *Renuncians post renunciationem admissam Horas canonicas recitare non tenetur, nisi ad eas recitandas ratione sacri Ordinis, aut aliunde obligetur.*

153 *Resignatarius à quo tempore diuinum Officium recitare teneatur? ostenditur.*

154 *Renuncians post renunciationem admissam ad residentiam ampliùs non tenetur.*

155 *Beneficiarius post legitimam resignationem non potest pœnitere, nec admissum beneficium iterum repetere.*

156 *Permutatio est reciproca quædam resignatio ad inuicem inter permutantes facta.*

157 *Permutatio beneficiorum à partibus fieri potest, obseruata forma à iure præscripta.*

158 *Commutationem spiritualium pro spiritualibus lex Ecclesiastica vt plurimùm sub ratione simoniæ non prohibuit.*

159 *Beneficiorum Ecclesiasticorum permutatio quando permissa, & quando prohibita, ostenditur.*

160 *Permutatio beneficiorum, quæ fit sine Episcopi auctoritate, quare simoniaca iudicetur? ostenditur.*

161 *Lex canonica tantùm prohibet, ne partes ex sola auctoritate priuata nullo modo permutent, seu de permutando per consensum absolutè præstitum paciscantur.*

162 *Permutationis negotium licet partibus inter se prius tractare, & concludere cum ordine, & submissione ad scientiam, & consensum legitimi Superioris.*

163 *Tractatus de renunciando certo modo beneficio non est prohibitus, sed pactio firma est prohibita.*

164 *Beneficia omnia liberè permutari possunt, quamuis nondum illorum adepta possessio.*

165 *Per*

165 *Permutatio triangularis, vel quadrangularis prohibetur.*

166 *Beneficiorum reciproca resignatio est illorum permutatio, ac propterea vtrunque vacare censetur.*

167 *Collatio de beneficiis causa permutationis resignatis facta aliis, quàm ipsis permutare volentibus, non tenet.*

168 *Expectantes Apostolici non possunt acceptare beneficia ex causa permutationis vacantia.*

169 *Beneficium cùm vacet renunciatione facta ex causa permutationis, non poterit ad illud redire renuncians sine noua collatione, etiamsi permutatio non sequatur effectum.*

170 *Permutare volentibus permissum est re adhuc integra resilire.*

171 *Permutare volentes debent singuli beneficium in superioris manibus resignare.*

172 *Causa iusta requiritur in permutatione beneficiorum, quam Episcopus disquirere & cognoscere debet, & qua illa sit, ostenditur.*

173 *Permutatio facta sine Superioris auctoritate erit simoniaca.*

174 *Ordinarij possunt simpliciter admittere beneficiorum permutationes.*

175 *Beneficiorum permutationes admittere possunt habẽtes iurisdictionem episcopalem, vel quasi, etiamsi fortè dignitatem episcopalem non habeant.*

176 *Capitulum, Sede vacante, potest interponere auctoritatem in beneficiorum permutationibus, quæ non spectant ad collationem Episcopi tantùm.*

177 *Vicarius generalis Episcopi non potest permutationes expedire, nisi mandatum habeat speciale.*

178 *Permutatio beneficij debet fieri cum beneficio, non beneficij cum pensione.*

179 *Permutatio cum pensione, aut alio onere facta, ab Episcopo, vel alio inferiori à Papa approbari, & admitti non potest.*

180 *Permutatio non potest fieri coram Episcopo, cum pacto, vt vnus soluat omnes expensas, vel expediat suis sumptibus Bullas ad vtrumque pertinentes.*

181 *Beneficia, quamuis inæqualia, in temporalibus permutari non possunt cum pensione, aut alia re pretio æstimabili coram Episcopo.*

182 *Beneficiorum in permutatione requiritur consensus illorum, ad quos collatio, electio, seu præsentatio pertinet.*

183 *Collatio beneficiorum vacantium ex causa permutationis debet interuenire post illorum resignationem à superiore admissam.*

184 *Collatio beneficiorum reseruatorum ex causa permutationis vacantium, à Papa tantùm facienda est.*

185 *Litteræ permutationis beneficiorum simul expediri debent.*

186 *Publicatio facienda est in permutatione beneficiorum.*

187 *Constitutio Gregorij XIII. de publicandis resignationibus refertur.*

188 *Minor 14. annorum, cum quo per Papam fuit dispensatum, tenetur publicare, & non publicando incurrit pœnas, quamuis ignoret.*

189 *Publicatio facienda est, etiamsi Papa, in cuius manibus renunciatio fuit facta, moriatur intra illud tempus datum ad publicandum.*

190 *Commendarum, & iurispatronatus resignationes comprehendit Constitutio Gregorij XIII. de publicandis.*

191 *Beneficia quæcunque, etiam regularia, reseruata, electiua, consistorialia minora comprehendit Constitutio Gregorij XIII. de publicandis, non tamen cessiones Episcopatuum, Archiepiscopatuum, & similium.*

192 *Publicare tenentur impetrantes ob non publicationem.*

193 *Constitutio Gregorij XIII. de publicandis quando non habeat locum? ostenditur.*

194 *Tempus ad publicandum quandoque prorogatur, vel aduersùs lapsum conceditur restitutio.*

195 *Publicatio quibus verbis, & quomodo facienda? ostenditur.*

196 *Publicatio facta probatur ex instrumento, vbi Notarius refert, se fecisse dictam publicationem in omnibus, & per omnia iuxta formam Constit. Gregorij XIII.*

197 *Probatio negatiua non publicationis incumbit impetranti.*

198 *Publicatio præsumitur facta per resignatarium, nisi in tribus casibus relatis.*

199 *Negatiua non publicationis quomodo probanda? ostenditur.*



ROSEQVENDO nunc modos, quibus beneficia acquiruntur, aut va- 1
cant, de renunciatione, & permutatione videamus: ex renunciatione enim acquiritur beneficium ei, cui fit renunciatio, & idem beneficium vacare ex parte renunciantis intelligitur, vt vidimus. Renunciare apud Iureconsultos, linguæ Latinæ Professores varia significat: aliquando enim sumitur pro eo, quod est referre, seu renunciare, vt *in l. 1. in princip. ff. si mensor falsum modum dix.* vnde reuelantes secreta Regis, renunciatores appellantur à Iureconsulto *in leg. si quis aliquid. 38. ff. de pœnis.* notat Alciat. *in l. detestatio. ff. de verborum signific.* frequentiùs tamen accipitur pro repudiare, resignare, vel cedere, vt colligitur ex *l. 2. ff. de diuort. l. 1. C. de spons. cap. ex parte, de cleric. ægrot. cap. susceptum. in fine, de rescript. lib. 6.* tradit Ottoman. *de verbor. signif. verb. renunciare,* Thesaur. *verb. renunciatio, a princ.*

Definitur autem renunciatio, vt *sit spontanea* 2
iuris proprij demissio, vt tradunt Host. *in sum. tit. de pactis. §. 1. num. 6.* Petr. Gregor. *Syntagmat. iuris lib. 17. cap. 17. num. 13.* Sebast. Medices *in tract. de definit. definit. 96.* & est communis definitio hæc, ex Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib. 1. q. 1. num. 30.* Sed hæc definitio definiti substantiam non explicat, nec totum definitum comprehendit. Expressa igitur renunciatio planiùs definiri potest, vt sit *legitima beneficij dimissio à Superiore admissa.* Loco generis ponitur *demissio*: complectitur namque quencunque actum, per quem quis à se ius proprium abdicat, vt colligitur ex Mandos. *in reg. de de infirmis, quæst. 13. num. 8.* Petr. Gregor. *dict. cap. 17. numer. 14.* quo sæpiùs in hac materia vtuntur Pontifices, vt colligitur *in cap. si beneficia, de præbend. lib. 6. Extrauag. Execrabilis, eod. titul. Ioan. XXII.* Reliquæ verò particulæ loco differentiarum apponitur. Dixi, *legitima*, ad excludendas renunciationes à Iure reprobatas, qualis est illa, in qua dolus interuenit: illa etiam, quæ de alieno beneficio, aut coram inferiori Ordinario

dinario ſine legitima cauſa celebratur: tales nan-
que renunciationes nullius ſunt momenti, vt col-
ligitur ex text. *in cap. ſuper hoc, de renunciat. cap. ad
audientiam, de his, quæ vi, c. dilectus, in fine, de preb.*
Dixi, *beneficij*; quia ad veram & propriam re-
nunciationem oportet, vt reſignans habeat ius
in re non autem ius ad rem: talis namque iuris
demiſſio, ceſſio potius, quàm renunciatio dici po-
teſt ſi ad veram & propriam verbi ſignificatio-
nem attendamus, vt poſt Mandoſ. *de ſignat. gratia,
verb. ceſſiones*, tradit Petr. Gregor. *d. cap. 17. num.* 21.
3 non negamus tamen, verba hæc, *renunciare, cedere
& reſignare*, inter ſe confundi, & vnum pro alio
paſſim accipi, vt notat Flamin. *d. libr. 1. q. 1. numer.*
4 70. Addidi verba illa, *à Superiore admiſſa*, vt often-
derem de ſubſtantia renunciationis eſſe, quòd à
Superiore admittatur, vt notant Doctores *in cap.
admonet, de renunc.* tradunt Rebuff. *in reg. de infir-
mis, gloſ. 12. num. 1.* Menoch. *remed. 1. recup. nu.* 374.
Nau. *in c. accepta, oppoſit. 7. n.* 28. Gonzal. *ad reg* 8.
Cancel. gloſ. 14. à num. 11. Flamin. *d. lib. 1. q. 14. num.*
1. Azor. *inſtit. moral. p. 2. lib. 7. cap. 29. qu.* 4. Vgolin.
de officio Epiſcopi, cap. 50. §. 18. in princ. Nicol. Garc.
de benefic p. 11. cap. 3. n. 219, cum ſeqq. vbi *num.* 247.
id limitat, vt non procedat in renunciatione lit-
5 terarum ad beneficia, ſeu iuris ad rem: nam abſ-
que Superioris auctoritate renunciari poteſt litteris
ad beneficia, ac iuri ad rem ad beneficium compe-
tenti, per electionem, præſentationem, &c. & *num.*
6 249. pariter limitat, vt non procedat in renuncia-
tione beneficij litigioſi, in qua, ſi tamen ius anceps
ſit, & ambiguum, Superioris auctoritas non deſide-
ratur.
7 In propoſito dicitur legitimus Superior non
collator; ſed is, qui poteſtatem habet inſtituendi,
& deſtituendi, gloſ. *in Clem. vnica, de renunciat.* Fla-
min. *li. 7. q. 10. per tot. & q. 15. & 16.* Azor. *d. part. 2.
lib. 7. cap. 19. q.* 7. cum renunciationem admittere
iuriſdictionis ſit, ideo in manibus eius ad quem
inſtitutio, & deſtitutio pertinet, facienda eſt,
Marta *in ſuo digeſt. nouiſſ. cit. Reſignatio, cap.* 2. Velu-
ti Papa *cap. denique 6. q.* 3. Flamin *d. lib. 7. q.* 11. Le-
gatus à Latere, *cap. ſi Abbatem. §. fin. de elect. in* 6.
8 Flamin. *d. lib. 7. q.* 13. Epiſcopus, *cap. nullus. 16. qu. 7.
d. cap. admonet. de renunc.* Azor. *d. lib. 7. c. 29. quaſt.* 4.
Vgolin. *de poteſt. Epiſcopi, c. 50. §. 18. à princ.* Fla-
min. *d. li. 7. q.* 14. Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloſ. 14. à
9 n.* 21. Item inferior habens Epiſcopalem iuriſdi-
ctionem, Flores de Mena *variar. lib. 3. q. 14. n.* 21. &
ſic omnis Superior Ordinarius Eccleſiaſticus ha-
bens ſpiritualia, Fuſc. *de viſitat. lib. 2. cap* 28. *nu.* 12.
Flamin. *d. lib. 7. q. 15. n.* 18. Eraſm. à Cochier. *de iu-
10 riſdict. Ord. in exemptos p. 4. q. 68. in princ.* Quapro-
pter reſignationes factæ in manibus laicæ perſo-
næ, etiamſi habeat ius patronatus in eo beneficio,
& quamuis ſit Rex, vel Imperator, nullius ſunt
roboris, vt per Flamin. *de reſign. lib. 7. quaſt. 9. num.*
14. Maſtill. *deciſ. 31. n.* 11. Borell. *in ſum. deciſ. tom.
1. tit. 26. de benef. reſign. num.* 11. Card. Mantic. *deciſ.*
260. *n.* 41. Aloyſ. Ricc. *in deciſ. p. 3. deciſ. 289. num.* 5.
Card. Tuſch. lit. *R. concl. 165. n. 1. & 2. per text. in c.
quod in dubiis, de renunciat.*
11 Item quoad hunc effectum ſuperior ordinarius
Eccleſiaſticus eſt Coadiutor datus Epiſcopo de-
menti, cùm in ſpiritualibus, & temporalibus ge-
neralem, & liberam poteſtatem habeat, Flamin.
d. lib. 7. q. 20. à n. 25. vbi *à num.* 23. reſoluit, quòd
quando Coadiutor datur infirmo, vel ſeni, tunc
cum conſenſu ipſius Epiſcopi reſignationes va-
let recipere; Vicarius autem ipſius Epiſcopi non
poteſt reſignationes admittere, niſi habeat ſpe-
ciale mandatum, vt per Rebuff. *tit. de forma Vicar.
n.* 106. Barboſ. *de Vicario Epiſcopi, li. 2. q.* 130. Zerol. 12
in praxi Epiſcopi. p. 1. verb. renunciatio, §. 4. Flamin.
d. lib. 7. qu. 24. Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea, reſol.* 471.
Azor. *d. cap. 29. q.* 4. Nicol. Garc. *de benefic. p. 11, cap.*
3. *n.* 255. Ego ipſe *de offic. & poteſt Epiſcopi, par. 3.
alleg. 54. nu.* 66. vbi *n.* 67. addo, quòd nec data ſpe-
ciali facultate admittendi reſignationes abſolu-
tè, & ſimpliciter facta, intelligitur data facultas
reſignata beneficia conferendi. Procedit autem
hæc reſolutio, quæ habet, reſignationem benefi-
cij receptam per Vicarium habentem ad hoc
facultatem, ſubſiſtere, etiamſi Epiſcopus obierit
ante receptionem reſignationis, ſi obitus eius
ignorabatur, Pariſ. *de reſign. benefic. lib. 7. q. 24. n.* 33.
Sbroò *de officio Vicar. lib. 3. q. 36. n.* 10. Anaſtas Ger-
mon *de indultis Cardin. §. tibi quoad vixeris nu.* 63.
refert & ſequitur Sperell. *in deciſ. fori Eccleſ. deciſ.*
30. *n.* 16. vbi etiam dicit quòd licèt nonnulli vim
faciunt in ignorantia Vicarij, putat nihilomi-
nus idem in foro externo dicendum, ſi ipſe ſcie-
bat, quia l. *Barbarius* ſe fundat in communi alio-
rum errore. Sed benè poteſt eam admittere Ca- 13
pitulum Sede vacante, cùm fungatur vice Epiſco-
pi, & in eius iuriſdictione ſuccedat, non autem
conferre, Bellacomb. *tom. 1. commun. opin. libro 1.
tit. 1. numero* 11. Quarant. *in ſumma Bullarij, verb.
Capitulum Sede vacante. q. 10. prope fin. verſ. quarto
limita.* Flamin. *d. lib. 7. q.* 23. Nicol. Garc. *d. p. 11. cap.*
3. *n. 256. & cap. 4. à n.* 75. Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea
reſol.* 243.
Ex quibus primò infertur in ſola beneficiarij 14
voluntate non conſiſtere beneficium dimittere,
& ſeruiendi munus ab ſe abdicare; ſed ad Præla-
tum ſpectare ponderatis omnibus circumſtantiis
inſpicere, vtiliúſne ſit Eccleſiæ renunciationem
admittere, an penitùs repudiare. Sicut ab eius vo-
luntate non dependet ratificare renunciationem
nullam, quia non ſolum voluntas partium, ſed
etiam ratificatio Papæ in beneficialibus requira-
tur, vt ex multis Rotæ deciſionibus probat Theo-
doſ. de Rubeis *in ſingularib. Rotæ verb. reſignatio be-
neficiorum § 2 pag. 91. tom.* 2. ratio huius rei ea eſt: 15
quia in beneficij collatione inter Prælatum, &
ipſum beneficiarium initus, & celebratus cen-
ſetur quidam quaſi contractus, per quem bene-
ficiarius obligatur Eccleſiæ ſeruire; ipſa verò
Eccleſia ad eundem pro ſeruitio alendum ad-
ſtringitur, argum. text. *in cap. niſi cùm pridem, §.
verùm, de renuncia.* ibi, *fide media copulaſti*, quem
ad id commendat Felin. *in cap. quæ in Eccleſiarum,
numero 14. de conſtit, & in cap. quoniam frequenter,
§. porrò, vt lite non conteſt.* Hoſt. *in ſum. eiuſdem tit
num.* 8.
Vnde iam colligo dubiam eſſe doctrinam In- 16
noc. *in cap. quod in dubiis, numer. 1. de renunciat.* ab
omnibus receptam, vt teſtatur Flamin. *libr. 7. qu.
5. nu.* 9. dum abſolutè docet, renunciationem ſine
Superioris auctoritate factam nullius eſſe momen-
ti, per tex. quem putat expreſſum, *in cap. non opor-
tet. 7. q. 1.* ibi, *hoc factum prorſus irritum denunciatur*
Aduertimus namque renunciationem in propoſi-
to dupliciter poſſe conſiderari: aut enim agimus
de verbali renunciatione beneficij nondum à Su-
periore admiſſa: aut de reali; quæ quamuis benefi-
cium in totum dimiſit abſque Superioris licentia,
renunciatio, ſeu potius dimiſſio beneficij priori
modo conſiderata, quatenus perfecta renuncia-
tio dici non poſſit, dum pendet Superioris admiſſio,

interiut tamen valida est ¹ quamdiu per Superiorem reiecta & repudiata non fuerit, vt videre est in dissoluendo quocunque contractu duorum consensu celebrato: dissensoa enim vnius, dum alter voluntatem suam non declarat, quamuis non sufficiat ad contractum dissoluendum, est tamen validus ex se ad effectum, vt alter, si velit, ex sua parte dissentiat, & contractua omninò dissoluatur; non negamus tamen posse resignantem pœnitere, quandiu renunciatio à Superiore admissa non fuerit, ac proinde continuare suam possessionem, & sine nouo titulo ministrare, cùm neque proprietatem, neque possessionem perdidisset, sed rea adhuc integra dicatur, iuxta reg. tex. *in l. si pecuniam, ff. de condict. ob causam*, explicat Nau. *d. oppos. 7. n.* 28. Flam. *d. lib. 1. q. 11. n. 6.* Si verò agamus de ¹ reali dimissione beneficij propria auctoritate facta, tunc potest beneficiarius per Superiorem compelli ad dimissum beneficium iterum regredi, quamuis aliud acceptasset, estque in Superioris potestate renunciationem acceptare, & alteri beneficium conferre, vel cogere antiquum Prælatum, vt ad beneficium, quod propria auctoritate dimiserat, iterum reuertatur: & ita intelligitur tex *in d. cap. non oportet*, cum similibus, nec in hoc casu nouus titulua erit necessarius: quia, quamuis per realem beneficij dimissionem, de qua agimus, beneficiarius possessionem amittat, retinet tamen proprietatem & titulum sui beneficij, quamdiu renunciatio per Superiorem acceptata non fuerit, vt post Innoc. *num.* 1. Abb. *n. 8. in d. c. quod in dubiis de renunc.* tradit Zabar. *in Clem. 1. eod. tit. n.* 17. Menoch. *de arbitr. casu* 201. *n.* 48. Rot. *dec. 3. n. 2. de renunc* Nau. *vbi sup. nu.* 25. rationem reddit Flam. *d. lib. 7. q. 1. n.* 39. quia scilicet, possessio est quid temporale quod absq; Superiore amittitur. Vnde concludit Nau. *oppos. 7. n.* 12. eum, qui per realem dimissionem beneficij possessionem amisit, si, antequam per Superiorem acceptetur, ad illud regrediatur, incipere iterum possidere, & ad hanc nouam possessionem apprehendendam Superioris auctoritatem prærequiri, & in hoc sensu defendi potest doctrina *glos. 2. in c. quod Dei de statu monach.* quam aliàs reprobat Nau. *d. opposit. 7. num.* 31. malè citatus à Flam. *d. lib. 7. q. 1. n.* 51.

17 Nec obstat tex. *in d. c. quòd in dubiis*, ibi, *sunt beneficio spoliandi*, quasi per renunciationem, de qua
ibi, resignans possessionem non amisisset. Responsetur enim verba illa esse intelligenda respectu
proprietatis, quam renuncians retinet, quandiu
18 renunciatio per Superiorem admissa, non est, non
verò de possessione, quam per nudam beneficij
dimissionem amiserat, vt docet Zabarel. *in d. Clem. 1. nu.* 17. Concludo igitur renunciationem, quandiu à Superiore admissa non est, validam esse in præiudicium renunciantis; posse tamen per Superiorem repudiari, & ita intelligendi sunt Doctores, dum vocant prædictam renunciationem nullam respectu Superioris, validam tamen respectu renunciantis.

19 Secundò infertur non esse veram doctrinam Ludou. Gom. *in reg. de infirmis*, *q.* 19. dum affirmat per solam renunciationem per Superiorem non admissam statim beneficium vacare, idem tenet Rot. *dec.* 352. aliàs *decis. 4. in nouis, sub tit. de renunciat* nam si, vt suprà ostendimus, præter renunciationem à beneficiario factam auctoritate Superioris opus est vt beneficium vacare dicatur, re-
20 ctè sequitur, per solam renunciationem nondum admissam beneficium non vacare, Nec obstat tex. *d. c. admonet*, *de renunciat.* ibi, *te dimittere inconsultò*; quibus verbis Roman. Pont. solùm reprobat renunciationem, quæ fit inconsulto, & ignorante Superiore, nec approbationem, aut consensum ipsius vlteriùs prærequirit: cùm verò consilium ad deliberandum exciter, non adstringit ad sequendum, *cap. cùm olim, de arbit.* notat Tiraq, *Cessante causa limit.* 20. *n.* 32. Anton. Goml. l. 50. *Tauri*, *n.* 29. videbatur dicendum resignantem solùm teneri Superiorem de resignatione admonere, non autem ipsius consensum expectare. Cui difficultati respondetur cum Communi verbum, *inconsultè*, quod consilium regulariter importat, pro consensu esse accipiendum *in d. cap. admonet*, nec nouum est, consilium pro consensu secundùm materiam subiectam à Pontificibus accipiatur, vt videre est *in c. nouit*, *& in cap. quanto, de his
que fiunt*, notat glos. *in c. venerabilis. de offic. deleg.* Mi- 21
nùs obstat tex. *in cap. susceptum, de rescript. lib. 6.* ibi, *per concessionem eiusdem ipso proponente vacare*; quasi sola cessio, ac demissio beneficiarij vacationem inducat: respondemus enim tex. illum solùm agere de duobus modis vacationis, per mortem, scilicet, & per resignationem: vnde verbum illud, *per cessionem*, solùm ponitur ad differentiam alterius vacationis, quæ fit per mortem, & accipiendum est seruatis seruandis, nempe de cessione à Superiore acceptata, de qua Pontifex egerat in principio eiusdem tex. ibi, *resignatione recepta.* Hinc fit, vt si resignans ante admissionem moriatur, beneficium per obitum, non per resignationem vacare dicatur, vt resoluit Pute. *dec. 92. n. 6. lib.* 2. dicit communem Flam. *lib. 1. q. 4. n.* 42.

Quod tamen declarandum est, vt procedat in 22
renunciatione facta coram Episcopo, vel alio inferiore, in qua primus consensus à Superiore admissus sufficiens est: secus dicendum in ea quæ in manibus Romani Pontificis celebratur, in qua præter primũ consensum, secundus consensua desideratur: quod vt faciliùs percipiatur supponendum est in resignationibus in curia Romana celebrandis duplicatum requiri consensum: primus, qui à Curialibus paruus consensus nuncupatur, est ille, quem resignans præstat, tempore quo ipse, aut eius procurator porrigit supplicationem, in qua renunciatio continetur: hæc autem supplicatio porrigitur officialibus Datariæ per quos in calce supplicationis apponitur summarium eorum, quæ in ea continentur, quod Datarius Romano Pontifici legere, aut referre solet: Pontifex verò supplicationem signat per hæc verba, *Fiat vt petitur*; postquam signata est supplicatio, & transit per Reuisores, mittitur Datario, vt ipse apponat datam: deinde registrata ad Notarium Cancellariæ, vt eam inter Abbreuiatores distribuat: postea verò regreditur ad Cameram, vel ad Cancellariam, ibique per ipsummet resignantem, si præsens est, vel si absit, per illius procuratorem ad id specialiter deputatum, expressus iterum præstatur consensus ad aliquas fraudes vitandas, qui per Notarios in libris Cameræ, vel Cancellariæ extenditur, & à tergo supplicationis adnotatur. Inter duos autem consensus huiusmodi illa est potissima differentia; quia primus, qui ex supplicationis oblatione resultat, dicitur consensus formalis, dans valorem gratiæ, & est de essentia & substantia ipsius: statim enim quòd resignans, vel eius procurator supplicationem porrigit, in qua dicatur, quòd ex tunc resignat tale beneficium, si à Papa admissa sit, firma remanet renunciatio, quia legitimus

Domini

Domini consensus, & Superioris auctoritas interuenit; posterior antem consensus, qni extensus appellatur, pro essentia resignationis non requiritur, sed pro illius exequutione; qnia quamuis renunciatio per primum consensum à Romano Pont. admissum perfecta sit, non possunt tamen litteræ expediri sine extentione prædicti consensus, quibus non expediris renunciatio non prodest, cùm sine litteris, nec possessio capi, nec fructus beneficij percipi possint. Colligitur hæc ex Cassad. *dec. 1.n.4.de renunc.* Mohed. *dec.60.* Flamin. *d.lib.8. q.7. à princ.& q.8.n.138.*

23 Vnde primò colligitur, procuratorem resignantis posse post eius obitum, aut reuocationem sibi intimatam compelli per resignatarium ad posteriorem consensum præstandum; quia eo ipso, quòd procurator supplicationem porrexit, iam ex sua parte adimpleuit, quòd potuit, & videtur perfecta resignatio, cùm cætera in consequentiam veniant, nec mora, & retardatio, quæ in expeditione litterarum propter negotiorum multitudinem plerunque contingit, resignatario imputari aut nocere debet, sic limitata reg. text. *in Clem. vnic.de renunciat.* explicat Flamin. *lib.11.quæst.11.num.67,* Quæ resolutio licet vera sit, dubito tamen an potuerit in praxi admitti propter reg. Cancellariæ *de extendendo consensu*, quæ specialiter requirit, vt hic secundus consensus personaliter præstetur, vel saltem per procuratorem ad id specialiter deputatum: ea verò, quæ speciale mandatum requirunt, non potest generalis procurator, etiam in consequentiam exercere, vt notant Doctores *in*
24 *cap. qui ad agendum, de procurat. libro 6.* Secundò colligitur dubiam reddi aliam eiusdem Flaminij opinionem *lib.8.q.8. n.69. & lib.9. quæst.25. nu.8.* dum inquit resignantem posse pœnitere, donec in libris Cameræ consensus fuerit extensus; & ita videtur concludere post primum consensum à resignante, aut eius procuratore præstitutum esse locum pœnitentiæ, donec per secundum consensum extensum renunciatio perficiatur, & refere, & sequitur Ioan. à Cochier. *in reg.44. de consensu in resignat.ex n.24.* Bursat. *cons.393. num.8. cum seqq.* Lotter. *de re benefic.lib.3.q.16.n.18. cum seqq.* Quod videtur ex diametro præcedentibus repugnare: nam si resignans, aut eius procurator post primum consensum compelli potest ad præstandum consensum extensum; quia ex parte sua gratia perfecta est, vt fatetur ipse Flamin. *d. qu.11, n.67.* rectè sequitur non posse iam prædictam renunciationem reuocare; nisi illum intelligamus, antequam renunciatio per Pontificem acceptata, & signata sit; quia ante Superioris acceptationem licitum est pœnitere; sed verba Flaminij hunc sensum capere non possunt, cùm admittat reuocationem, donec in libris Cameræ consensus fuerit extensus: extenditur autem multò post acceptationem Pontificis: quare intelligenda est Flaminij opinio, vt procedat ex stylo Curiæ de suo tempore, secundùm quem vsque ad extensum consensum licitum erat pœnitere. Cuius praxis ratio esse potuit, quia Pontifex acceptando renunciationem sub ea tacita conditione illam videtur admittere, si partes eadem voluntate vsque ad extensum consensum persistant, vt tenent Pute. *decis.15. de renunciat.* Mohed. *decis.189.* Cassad. *decis.1. & 2. de renunc.* testatur Flamin. *lib.9 quæst.25. num.8.* Rot. *in Fauentina beneficij, 1. Iul. 1622. coram R.P.D. Nauarro.* Cæterum distinctio hæc inter paruum consensum & extensum iam est sublata, vt refert Lotter. *de re benef.li.3.q.16.n.59.* & hodie ne fieret fraus in huiusmodi consensibus præstandis, & dubia tollerentur, quæ hinc inde oriebantur, primùm consensus extenditur in Cancellaria, vel Camera; & adnotatur à tergo supplicationis, antequam illa à Sanctissimo signetur, & ideò cessant omnia supradicta dubia, indeque frustratoria est indagatio temporis an sit præstitus consensus ante vel post datam extensam, quod vix olim quoque erat practicabile, cum inter paruam datam, & extensam respectu temporis nulla sit differentia; nec quidquam sit quin eodem die quo supplicatio fuit signata parua data, valeat datarius eandem datam extendere: quemadmodum inutilis quoque remanet consideratio quod à tergo litterarum non potuerit annotari consensus, nisi post earum scriptionem, & solutas taxas: ita Lotter. *d.n.59.*

Tertiò infertur longam dari differentiam inter 25
resignationem beneficij, in quo resignans habet ius in re, & inter cessionem illius, in quo habet ius ad rem, quia in priori casu, cùm sit vera & propria renunciatio, Superioris admissio, & acceptatio necessaria est, vt supr. ostendimus: in posteriori verò non requiritur, vt in manibus Superioris celebretur, sed sola partis dimissio sufficit, vt notauit glos. *verb.renunciat.in c.si electus de elect.li.6.* recepta ex Boër. *dec.308.n.1.* secundùm quam iudicauit Rota *dec.7.n.3.de iurepatr. & dec.8.n.2. eod.tit.in nouis.* Ratio differentiæ est: quia eo ipso quòd beneficiarius perfectum ius in beneficio acquirit statim Ecclesiæ ius comperit, per quod ipsi Ecclesiæ inseruire compellitur, nec ab eius seruitio se potest eximere, nisi Prælati cōsensus accedat: secùs dicendum casu, quo beneficiarius ius tantùm habet ad rem; quia ante collationem nullum Ecclesiæ considerari potest ius acquisitum, ad quod remittendum Superioris consensus requiratur. Intellige tamē prædicta in hoc corol. procedere in simplici, & libera renunciatione: non autem in ea, quæ fit ad fauorem certæ personæ, aut cum reseruatione pensionis; quia tales renunciationes non admittuntur, nisi renuncians habeat ius in re, cùm ius ad rem non sit tantæ potentiæ, vt possit in alium transferri, sicut notauit Rot. *dec.17.de praben.in nouis,* Flam. *lib.2. q.23.n.3.* Vnde, si absenti beneficium conferatur,
poterit illud ante acceptationē inconsulto Prælato 26
dimittere, postea verò minimè, quia per acceptationē consequitur ius in re, *c.si tibi absenti, de præb. in 6.c.fin.de concess.præb.eod.lib.* quod sine Superio-
ris approbatione dimittere nequit. Vnde notat 27
Gonz. *ad reg.7. Cancellariæ, gl.15.§.2.n.6.* quòd vacare non dicitur beneficium per eū, cui facta fuit
in absentia collatio ante acceptationem. Hinc fit 28
posse electum ad aliquod beneficium cedere iuri suo, & electioni de se factæ absque Superioris licentia, vt colligitur ex *c.in præsentia, de renunciat. &*
ex c.ex ore, de his, quæ fiunt à mai.parte Cap. quam- 29
uis electioni de se factæ cōsensisset. Ratio est, quia per electionē acquiritur electo ius ad beneficium, non verò ius in re, iuxta text. *in c.quam sit, de elect. lib.6.* notat Fel. *in c.in nostra, n.28.de rescr.* Abb. *in c. cū Bertoldus. de re iud.* Rot. *dec.6. de elect.in nou.* Gum. *in reg.de non tollendo iure quæsito, q.1.* Nau. *in d.c.accepta.oppos.8.n.7.* receptum fatetur Flam. *lib. 2.q.23.n.7.* Nicol. Garc. *de benef.par.11.c.3.n.247.*
Non obstat tex. *in c.cùm inter, 21. de elect.* vbi per 30
mutuum electi, & eligentium consensum, quasi coniugale vinculum contrahitur, quis intelligendus est text. ille cum glos. ibi verbo, *quasi*: potest etiam intelligi, vt loquitur de viculo, quod ex

ſpoosalibus de futuro reſultat, vnde quemadmodum ſponſalia ſolo contrahentium diſſenſu dirimuntur, *cap. 2. de ſponſalib.* ita vinculum illud mutuo electi, & eligentium conſenſu diſſoluitur, & ideò valet renunciatio, quæ in manibus electoris abſque Superioris licentia celebratur, vt notauit gloſ. *verſ. renunciauit, in cap. 2. de tranſlat. Prælati*: vnde renuncians electioni de ſe factæ amplius non exauditur, nec eius appellatio ad nouam electionem impediendam admittenda eſt, vt cum communi reſoluit Flamin. *d. q. 23. num. 9.*

31 Hinc etiam colligitur vera differentiæ ratio inter electores, & poſtulantes: electores namque publicato ſcrutinio factæ electionis pœnitere nequeunt, iuxta textum *in cap. cùm inter. 21. c. publicato. 58. de elect.* Poſtulatores verò à poſtulatione
32 retrocedere poſſunt, antequam à Superiore fuerit acceptata, vt probat *cap. bona. il. 2. verſ. fin. de poſtul. Prælat.* & diximus *ſup. li. 1. c. 10. de elect.* Ratio differentiæ ea eſt: quia per Canonicam electionem acquiritur electo ius ad rem, vt ſuprà oſtendimus, quod ab eo abſque ipſius facto auferri non debet; poſtulato verò nullum ius ex poſtulatione quæritur, *c. pen. de poſtul. Prał.* Tiraq. *in l. boues. §. hoc ſermone limit. 23. n. 12. ff. de verb. ſignif.* Rebuff. *in concord. tit. de Regia nomin. §. 1. verb. per poſtulationem*; nec lucrum, quod poſtulato aufertur, conſiderabile eſt, nec in eius perſona radicatur, ſed à mera Superioris voluntate dependens: vnde priuatio illius præiudicium non infert conſiderabile, arg. *l. vlt. ad*
33 *fin. C. de condit.* reſoluit. Padil. *in lib. 3. C. de iuris & facti ignor.* Hinc denique fit, poſſe vnumquemque gratiæ ſibi factæ, aut expectatiuæ, abſque concedẽtis auctoritate renunciare, vt colligitur ex *dicto c. ex ore, de his quæ fiunt à maiori part. Cap. c. 2. de reſtit. in integ.* Rot. *dec. 8. de renunc. in antiq.* Boër. *dec. 308. n. 1.* cùm per illam ius ad rem tantummodo cõſequatur, vt notat Zabar. *in Clem. auditor. de reſcr.*

34 Vltimò infertur difficilem reddi Pontificis deciſionem *in c. duæ ſunt, 19. q. 2.* dum habet poſſe Presbyterum, cui animarum cura commiſſa eſt, Eccleſiam ſuam dimittere, etiam inuito ſuo Epiſcopo, & ad Religionem tranſire: difficultas in eo verſatur; quia ſi beneficiarius Eccleſiam ſuam dimittere nequit, niſi ſui Prælati conſenſus accedat, vt *ſuprà* oſtendimus; non poterit, aut quilibet alius beneficiarius inuito Epiſcopo Religionem ingredi, & ſuæ Eccleſiæ ſeruitium deſerere, ne quod vna via prohibetur, alia admittatur, contra *reg. cùm quid vna via, 84. lib. 6.* Cui difficultati reſpondere nititur gloſ. *verb. afflatus. in d. c. duæ ſunt*, cum qua tranſeunt omnes *in c. licèt de Regular.* Parochum, ſeu quencunque alium beneficiarium, qui dimiſſo beneficio Religionem ingreditur, lege Spiritus Sancti duci, & ideò à lege ſæculari liberari. Sed contra prædictam interpretationem facit primò, quòd eadem Spiritus ſancti inſpiratione, qua Parochus mouetur, moueri poteſt ſeruus, aut debitor; quia Spiritus, vbi vult, ſpirat, vt docet tex. *in dict. cap. niſi cùm pridem. de renuncias.* & tamen ſerui inuitis dominis, debitores inconſultis creditoribus, propter eorum præiudicium ad Religionem non admittuntur, de ſeruis eſt tex. *in cap. 1. & 2. diſt. 53.* vbi plenè diximus, & ſuprà *lib. 1. c. 24. de tranſeuntibus ad Religionem.* ideò Parochi ſuas Parochias cum maximo earum præiudicio deſerere non poſſunt, & ad Religionem conuolare, ſed potiùs cum B. Martino dicere debuiſſet: *Domine, ſi adhuc populo tuo ſum neceſſarius, non recuſo laborem.* Secundò, contra prædictam reſolutionem facit, quòd nullus de perfectiori ſtatu ad minus perfectum propria auctoritate tranſire poteſt, vt colligitur ex *d. c. licet, de Regularib. cap. qui poſt*, vbi gloſ. *verb. latiorem, eod. tit. lib. 6.* tradunt ſcribentes *in c. 1. & in c. ſcripturæ, de voto.* Sed Clericorum ſtatus perfectior eſt ſtatu Religioſorum iuxta tex. *in cap. ſic viue, c. ſi clericatus, 16. quæſtio. 1.* tradit S. Th. *2. 2. q. 184. art. 8.* igitur Clericus propriam Eccleſiam, cui addictus, & intitulatus eſt, dimittere, & ad Religioſorum vitam conuolare nequit. Tertiò vrget, quod faciens contra publicam legem præcipientem, vt nullus inconſulto Superiore beneficium dimittat, non eſt præſumendum, quòd Spiritus ſancti inſtinctu ducatur, vt docet Pontifex *in d. cap. niſi cùm pridem, verſ. ſed dices*, ibi, *quomodo Spiritu Dei agitur, qui contra Spiritum Dei agit?* ac per conſequens non poterit Clericus propria auctoritate dimiſſo beneficio ad Religionem conuolare.

His tamen non obſtantibus vera eſt prædicta 35
reſolutio deſumpta ex *d. c. duæ ſunt, 19. q. 2.* dum habet poſſe Parochum inuito ſuo Epiſcopo Religionem ingredi, & in eo principaliter fundatur: quia, quamuis Parochus acceptando beneficium actu obligetur; id tamen intelligendum eſt, manendo in eodem ſtatu, non verò mutando illum in alium euidenter meliorem; qualis eſt ſtatus Religionis, nec Parochus quoad mutationem ſui ſtatus Epiſcopo obligatur, ac omiſſio melioris boni ſub prædicta obligatione cadere non poſſit: & hæc eſt vera ratio decidendi ad tex. *in d. c. duæ ſunt.* Nec in contrarium facit, quòd ſtatus Religionis excellentior eſt matrimonio; & tamen poſt matrimonium copula conſummatum non poteſt alter coniugum altero inuito Religionem ingredi, iuxta *c. 2. & c. ex publico, de conuer. coniug.* ergo poſt matrimonium ſpirituale, quod fortius vinculum inijcit, iuxta *cap. inter corporalia, de tranſlat. Prælati*, non licebit beneficiario ab Eccleſia diſcedere, & ad Religionem conuolare; quia reſpondetur matrimonium conſummatum ſignificare indiſſolubilem inter Chriſtum cum Eccleſia per carnis aſſumptionem connexitatem; & ideò habere vinculum omninò indiſſolubile, quod in ſpirituali non datur, vt poſt alios reſoluit Gutier. *li. 1. Canon. c. 17. n. 35.* Sanch. *de matrim. lib. 2. diſp. 19. n. 3. ad fin.* Nõ obſtat igitur, quæ ſuprà contra huiuſmodi veram ſolutionem adduximus: nam ad primum reſponderi poteſt cum Sot. *lib. 3. de iuſtit. q. 5. à 1.* Deum non acceptare obligationem melioris boni cum tertij præiudicio, vt colligitur ex *cap. vna ſola. in fine 33. q. 5.* tradit S. Th. *2. 2. q. 32. à 7.* Vnde ſerui, debitores, & obligati ad ratiocinia inuitis his, quibus præiudicant, Religionem ingredi prohibentur: beneficiarij non ita, quia noua illa obligatio, & electio melioris boni non cadit ſub prælati obligatione: quapropter ſuppoſita ſtatus mutatione in melius falſum eſt dicere talem beneficiarium ſuæ Eccleſiæ eſſe obligatum. Ad ſecũdum verò reſpondetur, fatẽdo Clericorum ſtatum perfectiorem eſſe ſtatu Religioſorum, vt conſtat ex *d. c. ſic. viue, c. alia, c. ſi clericatus, cum aliis. 16. q. 1.* docet S. Th. *2. 2. q. 184. art. 8.* quamuis enim Religioſorum vita quaſi regulari diſciplinæ ſubdita Clericorum ſecularium vita ſit præſtantior, iuxta tex. *in c. 1. & in d. cap. duæ ſunt, 19. q. 1.* ſtatus tamẽ clericalis Religionis ſtatu præſtantior eſt, quia præſtantiori, & aptiori medio, mediantibus, ſcilicet, diuinis laudibus, & Altaris miniſterio, cui Clerici ſunt adſtricti, ad diuinam

dilectio

dilectionem dirigitur, vt explicat Caiet. *tom. 2. opusc. lib. 6. q. 1.* quare necessariò fatendum est Sacerdotisstatum perfectiorem esse statu Monachorum, & ideò dum altaris ministerium Monachis per antiquos Canones non permittebatur, *c. nemo c. ex auctoritate* 16. *q.* 1. ad monachalem Ordinem Clericis, aut Canonicis regularibus transire non licuit, iuxta *c.* 1. & 2. 19. *q.* 3. postquam tamen licitum fuit monachis esse Clericos, & vterque status compatibilis est, cessat dispositio tex. *in d. c.* 1. 19. *q.* 3. & ideò Clerici Religionem ingredi non prohibétur, quia potius laudabile est suo statui clericali vitam adiicere monachalem: & post S. Th. 2. 2. *q.* 189. *artic.* 8. *ad* 2. resoluit. Soto *de iust. lib.* 10. *q.* 7. *ar.* 3. quare tex. *in d. c. sic viue.* & similia iura intelligi possunt secundù tempus primitiuæ Ecclesiæ, quo Monachi Sacerdotes non erant, vt ex Dionysio *de ecclesiast. Hierarchia*, deducit Sebast. Medic. *in cócordia Decreti* 16. *q* 1 *art.* 1. possunt tamen etiá intelligi prædicta iura, vt solùm disponant, quòd Monachi prædicare, Sacramenta ministrare, Missas publicas cantare, & similes actus exercere non præsumant: quia solus actus Religionis ex se non dat eis potestatem talia faciendi, nisi ab Ordinariis

36 committantur. At tex. vero *in d. c. cum pridem in vers. sed dices* respondetur agere de Episcopo, qui resignandi licentiam à Romano Pont. postulabat, vt Religionem ingrederetur quod Episcopis propria auctoritate non licet facere. Ratio est: quia quamuis contemplatiua Religiosorum vita tutior & melior sit actiua, iuxta illud Lucæ 10. *Maria optimam partem elegit* vt post S. Thom. 2. 2. *q.* 182. *art.* 1. docet S. Antonin. *p. tit.* 4. 10. *c.* 4. §. 2. Cassan. *in catal. gloria mundi p.* 12. *consider.* 32. Status tamen Episcopalis Religiosorum statu perfectior est, vt multis rationibus confirmat S. Thom. *d. q.* 182. *art.* 2. vbi Caiet. *vers. ad tertium & q.* 188. *art.* 6. Nó sic dicendum de Parochis, quorum status, licet etiam versetur circa curam pastoralem, ex se tamen est imperfectior, ex S. Th. & *ibi* Caiet. 2. 2. *q.* 184. *art.* 4. & 8. pro quo expendi possunt plures differentiæ, quas inter officium pastorale competens Episcopis, & illud, quod Curatis competit, tradit Petr. Bollo. *in sua Oeconomia Canonica*, 7. *Classic.* 1. §. 2. & *cap.* 2. §. 2. *n.* 1.

§. I.

Renunciatio quotuplex sit? & an & quando coram Ordinario validè fiat?

37 Renunciatio beneficiorum duplex est, vna tacita, altera expressa. Tacita dicitur illa quæ à lu-
38 te absque aliqua verborum expressione fieri intelligitur, vt docent Rebuff. *in praxi tit. de tacita renunc. n.* 2. Flam. *lib.* 1. *q.* 1. *n.* 9. qui primùm tacitæ renunciationis exemplum ponit in eo, qui in minoribus Ordinibus constitutus matrimonium contraxit: nam iste tacitè videtur renunciare beneficio, quod ante matrimonium habebat, cùm exerceat actum clericatui omninò contrarium, vt colligitur ex *c.* 1. *c. quod à te de Cleric. coniug.* & post glos. Host. & Abb. ac alios *ibi* resoluit Cou. *de sponsalib. p.* 2. *c.* 6. §. 3. *n.* 5. Mascard. *de prob. concl.* 182. *n.* 1. Bern. Diaz. *in pract. cap.* 88. *num.* 5. Sed hoc tacitæ renunciationis exemplum, dato, quòd in se verum sit, de quo etiam dubitari poterat, cum verba illorum iurium magis in priuationem per sententiam, quàm ipso iure incursam sonare videantur, vt patet ex *d. cap. quòd à te*, ibi, *beneficiis sunt priuandi*; illud tamen opinor, id totum potestati legis non taciti beneficiarij voluntati, aut enunciationi esse tribuendum potuit enim lex, imò voluit ve beneficiarius, simul ac per verba de præsenti matrimonium contraxisset, ius omne, quod in beneficio habebat, ipso iure amitteret, cum voluptatibus, & carnalibus desiderijs, ac diuinis & Ecclesiasticis obsequijs insimul vacare non possit: non tamen illa datur coniectura ex parte beneficiarij, ex qua colligamus, contrahendo matrimonium voluisse beneficio renuntiare, nec lex priuationem inducens se fundat in aliquo actu ad renunciandum ordinato, ex quo intentio renuntiantis verosimiliter deprehendatur; quod ad tacitam renunciationem inducendam necessarium est: quare priuatio potius à lege inducta, quàm renunciatio dicenda est Secundum tacitæ renunciationis exem- 39
plum adducit idem Flamin. *d. q.* 1. *à num.* 16. de eò qui consequitur pacificam possionem secundi beneficij incompatibilis cum priori: quia eo ipso priori renunciasse videtur; iuxta *cap. de multa, de preb, Extrauag. Execrabilis.* Ioan XXII. § *qui verò, eodem tit.* Cócil. Trid *sess* 7. *de reform. c.* 4. & *sess.* 14. *de reform. c.* 17. quæ iura sic interpretatur Mascara, *de probat. concl.* 183. Petr. Gregor. *Syntag. iuris lib.* 17. *cap.* 17. *n.* 12. Hoied. *de incompatib. benef. p.* 1. *cap.* 13. *n.* 17. & alij quos sequitur Flamin. *d. n.* 16. adducentes pro sua opinione textum, quem putant expressum *in Clem. gratiæ, de rescript.* ibi, *renunciare videri* quæ interpretatio ad prædicta iura placere nó potest: quia ille, posterius beneficium accupeat, non intendit prius beneficium renunciare, sed perdere potius, & pati priuationis pœnam à lege inflictam: nam, si tacita renunciatio in hoc casu essee præsumenda, quomodo *in cap. eam te, de ætate & qualitat.* acceptanti posterius beneficium conceditur electio, aut *in d. c. de multa*, retinendo vtrùque, perdit ut etiam posterius, tanquam incompatibile cum priori? Quare resoluendum puto, beneficiarium in proposito neque tacitè, nec expressè priori beneficio renunciare, sed à lege ipso iure priuari, vt optimè adoertit Nauar. *in cap. accepta, opposit.* 8. *n.* 4. *de restit. spoliat.* Nec contrarium probat rext. *in d. Clem. gratiæ*, quia responderi potest cum Nau. *d. opposit.* 8. *n.* 7. non valere argumentum de expectatiua, per quam renuncians consequitur tantum ius ad rem ad renunciationem beneficij, in quo habet ius in re Deinde verba *d. Clem. gratiæ*, si rectè expendantur, neque de tacita, neque de expressa renunciatione sunt intelligenda; sed de quadam priuatione à lege inducta, quæ quoad effectum, de quo loquitur, vim renunciationis habet, quòd illius constitutionis auctor intellexisse creditur, eò quòd non dixit renunciaris, sed renunciare videris: quod impropriè tatem denotat, iuxta doctrinam glos. *verb. videor, in l.* 1. §. *de recisse. ff. de vi armata*, cum alijs per me citaris *in tract. de dictión. vsufreq. dict.* 424. *n.* 1. *secundum Lugduneu impress.*

Reiectis igitur his, & alijs tacitis renunciationis exemplis adductis per Petr. Gregor. & Flamin. *vbi supra*, planiùs describi potest tacita renunciatio, vt fit illa, quæ non ex verbis, sed ex actu ad renunciandum accommodato à iure inducitur. Potest proponi exemplum in casu *c. transmissa, de renunc.* vbi, scilicet Clericus bona, quæ Ecclesiæ suæ donauit, iterum repetit: quia ex tali repetitione colligitur prædictam Ecclesiam voluisse dimittere. Potest etiam poni exemplum tacitæ renunciationis in casu *c. ex ore, de his, quæ fiú à maiori.* 40

vbi litigãs super quadam præpositura, ex eo, quod
collitiganti suo teuetentiam exhibuit, iuti suo
tenunciasse creditur; quia vtroque casu ex parte
beneficiatij interuenit factum ad renuntiandum
ordinatum, ex quo lex talem præsumptioné elicere
potuit, & ideò si interuenisset, cessabat omnis te-
protestatio interoenisset, cessabat omnis tenoo-
nuntiationis præsumptio,

41 Vnde iam colligo veram differentiæ rationé in-
ter priuationem, & tacitam renunciationem: quia
in priuatione quãuis beneficiatius exprelse pro-
testetur se nolle, nec intendere per talem actum
beneficium dimittere, talis protestatio nullius erit
momenti, & ea non obstante potent Prælatus be-
neficium conferre ex doctrina gloss. *verb. renuncia-
re, in dict. Clem. gratia, de rescript.* quæ protestatio
tunc téporis releuaret, quando vacatio primi be-
neficij ex tacita voluntate ipsius protestatoris in-
ducitur, non veiò quando ex sola Iuris dispositio-
ne, contra quam nihil valet protestatio, cùm nemo
protestando efficere possit, quòd leges priuatio-
nem inducentes in sua dispositione locum habeãt
iuxta reg. *l. nemo potest. ff. de legat.* 1. & de hac pro-
testatione dici solet, quod tãquam contraria facto
nihil operatur, vt *in cap. cum M. de constit. & in c.
quis duas, de elect. lib. 6.* enm alijs per me citatis *in
tract. de axiomat. Iuris vsufreq. axiomat. 194. num. 1.*
Contrarium dicendum est in tacita renunciatio-
ne, quæ cùm ex verosimili mente partis colliga-
tur protestatio, protestantis mentem declarat, &
suos effectus operatur, quod sequenti exemplo ef-
ficaciter comprobatur. Notum est in iure, quòd
si creditor cui res aliqua pro debito erat obligata
eandem rem alteri obligare consentiat, ius pigno-
ris remisisse videatur, per tex. *in l. Paulus. 1 a ff. qui-
bus modis pignus.* Si tamen protestetur, se salua
causa pignoris cõsentire, valida est talis protesta-
tio nec noua pignoris constitutio eidem nocebit,
vt docet Iureconsl. *in l. si debitor* 24. §. 1. ibi. *nisi fal-
sa causa pignoris, eod. tit.* Negusant *de pignor. 6. p. 5.
memb. 3. nu. 26.* D. Barbos. *in l. 1. ff. soluto matrim p. 5.
n. 64.* quia lex illo actu ad renunriandum accom-
modato tacitam, renunciationem induxit, quam
protestatio impedire potuit.

42 Expressa autem renunciatio est illa, quæ à resi-
gnante verbo, aut scripto iuxta formam à iure
præscriptam celebratur. Hæc verò duplex est:
altera simplex, & pura quæ ex mera liberalitate
absque vllo pacto & conuentione fit, altera verò
conditionalis, quæ in fauorem certæ personæ, vel
sub aliqua conditione celebratur: meminerunt
vtriusque Rebuff. *in praxi tit. de expressa renunciat. à
in 1.* Paris. *concil. 19. lib. 2.* Dec. & alij *in cap. ex parte
l. 1. de offic. deleg.* Nau. *in Man. c. 23. n. 207.* Mascatd.
de probat. concl. 1395. n. 10. & licet marginalis addi-
tio ad Put. *decis. 418. lib. 1. in correct.* & Flamin. *l. 1.
q. 2. n. 3.* & alij existiment, renunciationem condi-
tionalem à Summis Pontificibus etiam tempore
Clementinarum fuisse incognitam; falluntur ta-
men, quia renunciatio, quæ fit ex causa permuta-
tionis, conditionalis est, vt resoluit Felin. *in cap.
cum venerabilis, de exceptionibus,* Petr. Greg. *d. c. 17
n. 31.* Hieronymus Gabr. *conf. 199. lib. 2.* Flamin. *d.
lib. 1. q. 2. n. 13.* & tamen constat beneficiorum per-
mutationes in iure quasi passim admitti, vt con-
stat *ex cap. vnic. de rerum permut. l. 6. Clem. 1. eod. tit.*
igitur conditionalis resignatio à Summis Pontifici-
bus cognita fuit. Inter vtramque verò renuncia-
tionis speciem duæ principaliores differentiæ à
Doctoribus assignari solent.

Prima sit, quòd simplex, & pura renunciatio 43
Iure recepta est, & coram Diœcesano Episcopo
fieri potest, vt colligitur ex toto *tit. de renunciat.*
Rebuff. *in praxi tit. de pura resignat. à n. 1.* Rip. *in c.
cum M. num. 23. de constit.* Renunciatio verò con-
ditionalis à Iure reprobata erat, iuxta gloss. *verb.
dimittere, in cap. ex parte il. 1. de offic. delegat.* Praxis
tamen, & stylus Romanæ Curiæ à multis sæculis
obseruatus obtinuit, vt hæc conditionalis renun-
ciatio à Romano Pont. admittatur, cuius memi-
nere Cosm. *in pragmat. sanct. tit. de Annatis, in gloss.
verb. simplices,* Rebuff. *in d. praxi de renunciat. ex
pressa,* Mendos. *de signatura gratia, tit. de ingressu,
vers. notandum,* Nau. *d. cap. 23. n. 107. vers. ad deci-
mum.* Et sic certum est posse quenquam benefi- 44
ciatum suum beneficium cum accessu, regressu,
pensione in fauorem, aut sub qualibet conditione
coram Romano Pontifice renuntiare, cùm à si-
monia, quia prohibita, illa, scilicet, quæ à Iure
communi inducta est, auctoritas & sententia Sum-
mi Pontificis omninò excuset, vt notant gloss.
verb. illicitè, in cap. cùm pridẽ, de pact. vbi Imol. *n. 8.*
Cassad. *decis. 2. de simon. n. 3.* Straphil. *de litteris gra-
tia, tit. de var. modis vacat. n. 28.* Dec. *conf. 141. n. 2.*
Redoan. *de simon. p. 2. cap. 2. n. 18.* Rot. *in Oscen. pen-
sionis 27. Iunij, 1601. coram R. P. D. meo Coccino Deca-
no, & in Balneeregien. simonia 17. Maij, 1624.* co-
ram eod. & ista de stylo Curiæ obseruari testatur
Nau. *loco proximè citato,* & Flamin. *lib. 14. q. 13. n. 14*
Non sic dicendum in Episcopo, Legato, Nuncio, 45
vel quocunque alio inferiori Prelato, qui con-
ditionales renunciationes tanquam simoniacas
admittere non potest, vt post Abb. & alios *in d. c.
ex parte, de offic. deleg.* tradit Redoan. *d. p. 2. cap. 10. à
num. 1.* Cou. *lib. 1. var. cap. 5. num. 3.* Soar. *de Relig.
tom. 1. tract. 3. lib. 4. de simon. cap. 35. n. 22.* Bonacio.
de simon. quæst. 4. §. 14. ex num. 2. At Valent. *tom. 2.
disp. 6. q. 16. part. 3. vers. sunt tamen,* quem sequun-
tur Palao *tom. 3 tract. vlt. puncto 4. num. 2.* & Diana
licet dicat aliquibus non placere *resolut. moral. p
6. tr. 7. resol. 42. prope fin.* tenet quòd si resignes be-
neficium ea intentione, & spe vt alteri tibi à Su-
periore conferatur, aliàs non resignaturus, non
eris simoniacus, si non intendas obligare Supe-
riorem obligatione alia præter antidotalem.

Quod adeò verum est vt Episcopus, in cuius 46
manibus renunciatio conditionalis facta fuit, non
possit reiecta conditione renunciationem tanquam
puram acceptare, & beneficium tanquam vacans
ei vi suæ potestatis ordinariæ conferre, vt benè
resoluunt Dec. *in cap. cùm venerabilis num. 18. de
except.* Paris. *conf. 10. num. 18. lib. 4.* Flamin. *lib. 1.
quæst. 3. num. 15.* ex eo, quia actus sub conditione 47
celebratus conditione non impleta nullum effe-
ctum operatur, argum. textus *in §. ex conditionali,
Instit. de verbor. oblig. l. item quia §. 1. ff. de pactis,* nec
actus cum qualitate gestus reiecta qualitate acce-
ptari potest, iuxta doctrinam Bart. *in l. Aurelius. ff.
de lib. leg.* recepta ex Ias. *in l. non solum §. sciendum,
num. 2. ff. de noui oper. nuncia.* Felin. *in cap. cùm inter
de re. iudic.* Sed in forma specifica est adimplẽdos,
iuxta reg. *l. Manius l. qui hæredi ff. de condit. & de-
monstr.* latè exornatam per Flamin. *. q. 5. num. 15.*
cùm vero renunciatio beneficij sub conditione
facta proponatur, non poterit Episcopus condi-
tione reiecta beneficium tanquam vacans alteri
conferre, neque per talem renunciationem ius à
resignante abdicatur, imò resignatio habetur pro
infecta, si cum prædicta conditione & qualitate
acceptata non fuerit. Pro qua opinione ponderari
potest

potest text. *in cap.si beneficia,de prabend. lib. 6. &* *Clem.vnic.de rerum perm.*quæ Ius nouum non statuit,vt perperam ex aduerso opinatur,

48 Quamuis contrarium,imò posse Legatum,Episcopum, vel quemlibet alium Ordinarium collatorem conditionalem renunciaiationem factam cũ clausula,*non aliàs,aliter;nec alio modo*, reiecta conditione quasi simplicem admittere,& beneficium alieri conferre,minùs benè existimauerint Boër. *in tractat.de potest.Legati,q.* 2. quem sequitur Rodoan.*d.p.*2.*c.*13.*n.*19.Cou.*d.cap.*5.*n.*5. Pro quibus non facit,quòd per resignationem beneficiũ absosolutè vacat, vt colligitur ex *cap.ecce.7.q.1.cap.ex transmissa,de renunciat.c.susceptum, de rescript.in 6.* & ideò ad resignatum beneficium absque noua prouisione redire non licet, sed poterit Ordinarius ex noua collatione prædictum beneficium conferre ex *ex d.c.ex transmissa,in fine*,quia respondetur hæc tantùm procedere in pura renunciatione, non autem in conditionali,de qua in præsenti agimus. Nec facit pro eis, quod turpes conditiones à matrimonio carnali repelluntur, *cap.fin. de condit. appos.* ergo à fortiori à spirituali coniugio remoueri debent,iuxta tex. *in c.inter corporalia, de translat.Prælati.* Quare reiecta conditione, tanquam turpi & Canonicæ institutioni contraria pura remanere videtur renunciatio:quia responderi potest æquiparationem, quam de matrimonio carnali ad spirituale facit Pontifex *ibid c.inter corporalia*, non semper esse admittendam, præcipuè in hoc casu, in quo iure speciali conditiones turpes à matrimonio repelluntur, iuxta *d. c. fin. ad finem.* contra reg.*l.*1.cũ aliis *ff.de cond. ob turpem causam:* & ideò argumentũ de matrimonio carnali ad spirituale in proposito non procedit, imò prædicta conditio in matrimonio spirituali apposita actum potiùs vitiaret,cùm naturæ Canonicæ institutionis contraria videatur,iuxta reg.*d.c.fin.in princ.* Nec denique iuuat, quòd renonciatio ex causa permutationis conditionalis est, vt omnes fatentur, & tamen si quis ex causa permutationis beneficium renunciauit, quamuis permutatio ex altera parte non impleatur, ex sola sua renunciatione titulum perdit, nec ad illud beneficium sine noua collatione redire poterit, vt colligi videtur ex tex.*in c.cùm vniuersorum,de rerum permut.*quem sic interpretatur Abb. *in d.c.cùm venerabilis,n.* 23. dicit communem Dec. *ibidem,n.* 18.Soc.*in cons.* 167. *lib.* 2.Ludou.Com. *in reg.de triennali, q.* 24. igitur per conditionalem renunciationem beneficium vacat, ac per consequens poterit Episcopus neglecta conditione beneficium tanquam vacans conferre; quia respondetur resignantem ex causa permutationis, si permutatio effectum non consequatur, posse sine noua prouisione ad suum beneficium redire, vt colligitur ex *Clem. vnic. in fine*, & ex verbis eiusdem text. ibi, *eum restitui faciatis eidem*,quibus verbis Pontifex ostendit beneficium à recipiente quasi alienum detineri, & vti tale restituendum, & insuper solam restitutionem absque alia Prælati prouisione sufficere, vt renuncians prædictum beneficium recuperare possit, quam sententiam contra communem tenent Ioan. Andr.*in c.vnic.de rerum permut. in 6.*Imol.Felin.& Dec.*in d.cap.cùm venerabilis*,Boër. *decis.* 96. & Ita seruari affirmat Rebuff. *in praxi tit.de permut.n.*12. Pro qua sententia ponderari potest tex. *in d. cap. si beneficia, de prabend. lib.* 6. cui Abb. & sequaces minimè satisfaciunt. Nec contrarium probant alia verba eiusdem *cap.cùm vniuersorum*, ibi, *vt tamen simpliciati venia tribuatur*, quibus significare videtur Pontifex prædictam beneficij restitutionem ex æquitate potiùs, quam ex iuris rigore fuisse concessam: respondetur enim compermutantes ibi intersse de permutandis beneficiis tractasse, quòd iure facere non possent vt text. habet, ac proinde rectè per Pontificem beneficio suspendi, aut alia pœna condemnari potuisse, nisi simplicitati venia daretur, vnde prædicta verba ad culpam, quam in renunciatione commiserant, non ad restitutionem de rigore iustitiæ referenda sunt.

Ex quibus iam colligitur renunciationem fa- 49
ctam coram Episcopo, & cæteris Ordinariis collatoribus sub conditione retinendæ pensionis, aut alterius rei temporalis, esse simoniacam, vt benè resoluunt gloss.*verb.dimittere in cap.ex parte* 12.*de offic.deleg.*Cassad.*dec.* 2.*num.* 3.*cum seqq. de simon.* Rot.*decis.*46.*lib.*2.*p.*3 *& decis.*96.*&* 921.*lib.*3.*eadem p.*3.*diuers.& in Balneoregien.simoniæ*,17.*Maij*, 1624.*coram R.D.meo Coccino Decano.* Suarez *dict. lib.*4.*de simon,cap.*35.*numero* 22.Filliub.*tom.*3.*tractat.*45.*cap.*8. *qu.*10. *num.*34. Bonacin. *de simon.q.*4.§.14.*num.* 2. cum in hoc casu temporalis conditio in spiritualibus adiicitur, per quam conuentio non fit gratuita, & aliquid continet, quod pretij rationem habere videatur, vt colligitur ex *cap.tua nos, de simon.* Neque contrarium probat text.*in cap.nisi essent,de prabend.* dum approbat ar-
bitrorũ compositionem sub ea forma celebratam, 50
vt alter ex litigantibus super beneficio liti cederet, & certam pecuniæ quantitatem ab altero singulis annis recuperaret, cùm tamen simile arbitriũ *in c.vlt.de transact.& in c.*2.*de arbitris*,tanquã simoniacum improbetur. Respondetur nanque ideò *in d.c.nisi essent*,certam illam pecuniæ quantitatem absque simonæ labe dari posse, quia non ex conuentione partium,sed ex arbitrorum prouidentia pro bono pacis id factum fuit. Colligitur hic intellectus ex Host. *in dict. cap. nisi essent*, ex Abb. & Imola *in d.cap.* 2. vbi Beroi. *à num.*48. communem dicit, plures refert & sequitur Padil. *in l.vlt.num.*13.*C.de transact* quod vt licitè & absque simoniæ vitio fieri possit, tria potissimùm requiruntur. Primum, vt nulla inter partes conuentio, aut conditio, etiam pro bono pacis, interueniat, sed ex mera Iudicum prouidentia arbitrium incipiat. Secundum, vt arbitri sint viri bonæ opinionis, etiam si priuati sint, qui nec ordinariam, neque delegatam iurisdictionem habent. Tertium requisitum est, vt beneficium adiudicetur ei, qui Canonicum titulum habeat, vel talis ex actis appareat, aliter non tantùm iniustitia, sed simonia insuper committetur; quia magis pro spirituali iure, quàm pro bono pacis pecunia data videtur: quibus concurrentibus cessat omnis suspicio simoniæ, & aliquod temporale pro bono pacis ad vitam solius dantis dari potest, imò realis etiam pensio ad recipientis vitam in fructibus beneficij potest constitui, dummodo ab ordinario Episcopo id fiat, qui solus post Romanum Pontificem pensionem ex causa constituere potest, vt colligitur ex *cap.de cætero,& ex cap.veniens, de transaction.*& cum communi resoluit Felin.*in cap.ad audientiam, de rescript.* Gig. *de pensionib.quæst.* 6. *num.* 4. Nec contrarium probat
textus *in dict.cap.vlt.de rerum permut.* quia agit de 51
arbitris iudicantibus, vt pars spirituali iuri renunciaret, si temporalia acciperet: quo casu ex Iudicis mandato simonia excusari non potuit, cùm temporalia pro spiritualibus reciperentur, nec

supraposita requisita interuenissent, ad quæ datio temporalis referri possit: lõgè aliter se res habuit *in d.c.nisi esset*, vbi pars iuri suo spirituali nõ cessit, sed habenti titulum, adiudicatum fuit beneficium. Minùs obstat textus *in d.c. 2. de arbitr.* quia arbitrium ibi propter iniquitatem, & iniustitiam Clericorum malè arbitrantium, non propter simoniam improbatur, vt ex serie eiusdem textus facilè colligitur.

52 Secundò, colligitur resolutio ad illam difficilem quæstionem, vtrùm renunciatio conditionalis in fauorem certæ personæ absque vlla pensionis reseruatione coram Ordinario fieri possit? In qua Boër. *in tract. de potest. Legati, q. vnica, num.* 111 Sot. *de iustit. lib. 9. quæst.* 8. *artic.* 2. & Cou. 1. *variar. cap. 5. num.* 5. contendunt validam, & licitam esse huiusmodi renunciationem conditionalem coram Episcopo factam in fauorem certæ personæ, dummodo inter resignantem, & resignatarium nulla contentio, aut temporalitatis repromissio interueniat. Pro quibus primo facit, quòd illa tantùm conuentio tanquam simoniaca reprobatur, in qua temporale pro spirituali datur, aut aliquod interueneri, quod pretij imaginem habere videatur; sed, quando beneficiarius renunciat beneficiũ cum pacto & conditione, vt certæ personæ conferatur, nihil temporale interuenit, quod pretij similitudinem habere videatur: igitur talis cõditio, tanquam simoniaca improbanda non est. Maior nota est, & probatur ex *cap. 1. cum seqq. 1. q. 1. cap. nemo, cap. sua nos, de simon.* Minor patet, quia conditio de se simoniam non inducit, vt probat *cap. significatum, de prabend.* Secundò, pro hac parte sic arguitur. Renunciatio, quæ fit ex causa permutationis, conditionalis est, & respectiua, in qua saltem virtualiter continetur clausula, *non aliàs, aliter, nec alio modo*, vt docent scribentes *in cap. vnic. de rerum permut. lib. 6.* ibi, *qui aliàs minimè resignasset*, &c. *Clem. vnic. eodem tit.* ibi, *ex causa permutationis resignata*, &c. sed talis resignatio ex causa permutationis non solùm sub virtuali, vt prædicta iura probant, sed etiam sub expressa conditione, vt alter alterius beneficium habeat, valida & licita est vt colligitur ex *cap. ad quæstionem, cap. vlt. iuncta gloss. verb. temporalia, de rerum permut.* resoluit Couar. *d. cap. 5. numero 5.* Sot. *dict. lib. 9. quæstio. 5. art. 2.* Igitur conditionalis resignatio ab Ordinariis collationibus reiicienda non est, quod nostrum petebat argumentum; in cuius rei confirmationem adducitur textus *in d. c. cùm vniuersorum*, vbi resignatio facta in fauorem tertij tanquam simoniaca non improbatur: quia simoniaca resignatio adeò nocet contrahentibus, vt nec ipse resignans illud repetere, neque resignatarius retinere possit, vt post gloss. *verb. pecunia, in cap. super hoc, de renunciat.* docet Tiraqu. *de retractu conuent. §. 26. gloss. 2. num.* 10 dicit communem Rebuff. *in praxi tit. de simonia n. 1.*

53 Contrarium verò, immò prædictam renunciationem absque labe simoniæ fieri non posse, tenent gloss. *c. ordinationes 1. quæst. 5. gloss. 1. in cap. dilecto, de prabend. gloss. 2. in cap. ex parte, il. 1. de offic. deleg.* & post Ordinarios præcitatis locis præceptum fatetur Felin. *in cap. ad audientiam, il. 1. num. 3. de rescript.* Rebuff. *in praxi tit. de resignatione cond. nu. 1.* Ludou. Gom. *in reg. de infirmis, quæst. 12.* Redoan. *de simon. part. 2. cap. 22. numero* 14 Nau. *in man. cap. 23. numer. 107. & in cap. si quando, de rescript. except. 4.* Flam. *lib. 14. q. 3. n. 12.* Bonacin. *de simonia, q. 4. §. 14. n. 5. &* ita de stylo Curiæ obseruari testatur Cas. *sid. dec. 3 de renunciat. & decis. 3. de simon.* Pro quorum sententia tria in medium afferri possunt fundamenta: primum est, quòd in beneficialibus omnis pactio tanquam simoniaca per sacros Canones reprobatur, iuxta textum *in cap. vlt. de pactis, cap. quæsitum, de rerum permut.* sed resignatio facta sub conditione, *vt Titio conferatur*, pactum continet, iuxta reg. *l. 1. ff. de pactis.* igitur simoniaca est censenda, quamuis ille in cuius fauorem renunciatur, alioquin sit dignissimus. Secundum est, quod resignatio, vt valeat, libera esse debet, vt probat textus *in c. dilecto, de prabend.* ibi, *intendentes prouidere nepoti suo liberaliter resignauit, cap. ex parte, de offic. deleg.* Hæc autem liberalitas tollitur Ordinario, si teneatur beneficia conferre illi, in cuius fauorem renunciatio facta fuit: non autem digniori cui aliàs attento Iure conferre tenebatur, ex doctrina S. Th. 2. 2. *quæst. 63. art. 2.* intelligendo tamen, prout ciat *suprà lib. 1. c. 19. num. 140. cum seqq.* Igitur conditionalis resignatio tanquam simoniaca, & sacris Canonibus contraria reprobatur. Tertium est textus *in clem. vnic. de rerum permut* ibi, *concessione iuris vtentibus*; quibus verbis significat, resignationem reciprocam ex causa permutationis specialiter permitti, quasi secundùm iuris regulas licita non esset: aliàs nulla permissio erat necessaria; quia in his quæ sunt de iure humano, quicquid non prohibetur, licet, *l. necnon, §. quod eis, ff. ex quibus causis maiores.*

Ego verò existimo prædictam renunciationis 54 formam attento Iuris rigore, non esse simoniacam, nec transgressores tanquam simoniacos puniendos, sacris tamen Canonibus inimicam esse non diffiteor ac proinde nec per inferiores Prælatos admittendam. Ad primam resolutionem tenendam moueor, quia si prædicta renunciatio esset simoniaca, proueniret hoc ex aliqua lege diuina, aut humana Constitutione, quæ simoniam induceret; iuxta celebrem doctrinam gl. *verb. dimittere, in c. ex parte, de offic. deleg.* cum qua omnes transeũt. Sed nulla lex diuina, aut humana Constitutio talem renunciationem tanquam simoniacam reprobarit: de lege diuina patet; quia simonia diuinis legibus prohibita tũc contrahitur, cùm spiritualia supernaturalia, vel eis annexa, quatenus talia sũt, verè pretio æstimantur; circa illa tamen tales pactiones aut conuentiones natura sua non gratuitæ adhibentur, quæ venditionis imaginem præseferunt, & quandam eorum æstimationem exprimere videntur, quod illis tantùm casibus est admittendum, qui Iure reperiuntur expressi, in quibus lex aliquid velut simoniacum fieri prohibet; nam ad actum simoniacum iudicandum non sufficit, vt per legem improbetur, cùm non omnis prohibitio actum simoniacum constituat, sed illa tantùm, quæ aliquid circa spiritualia prohibet sub figura, & ratione simoniæ, quod imaginem habet contractus non gratuiti, vt colligitur ex *c. quàm pio*, 2. dum ante pactionem spiritualium, pactionem de dandis temporalibus fieri vetat; postea verò dari non prohibet, quoniam prius venditionis habet figurã, posterius verò nõ iisdem colligitur ex *c. tua nos, c. ad Apostolicam, de simon.* Planè in nostro casu, quando, scilicet, quis renunciat suum beneficium coram inferiore sub conditione, vt certæ personæ conferatur; nec datur textus, qui talem renunciationem tanquam simoniacam condemnet, neque actus de se talis est, qui iuxta formam, & naturam, imaginem pretij præseferat, sed affectionem ad illam personam, in cuius fauorem renunciat.

Ad

55 Ad secondam verò resolutionem firmandam circa renunciationem conditionalem in fauorem certæ personæ factam Canonibus inimicam, & pluribus de causis à Iure reprobatam, moueor pariter; quia in spiritualibus illicitæ pactiones dari possunt, quæ nec contrà ius diuinum, nec humanum simoniam contineant, vt videre est in permutationibus, quæ de spiritualibus ad spiritualia absque interuentu rei temporalis sine auctoritate Superioris celebrantur, quas constat non esse simoniacas, sed tantùm illicitas, & Iuri contrarias improbari, vnde illicitas pactiones distingoit Concil. Trident. *sess. 24. de reform. c.* 14 & in litteris beneficialibus clausula apponi solet, *nec simonia, aut alia illicita pactio*, &c. vt optimè aduertit Cou. *d. cau.* 5. *n.* 4. Ratio autem ob quam talis conditio improbetur, ne ex parte resignantis apponi, aut ab Episcopo acceptari possit, colligitur *ex can. plerique* 8. q. 1. vbi Hilarius Papa in Romana Synodo decreuit, ne beneficiarij in suum locum alios resignare, subrogare, aut eis gratificare possint; quia quæ Dei sunt, ab homine dari non possunt, sed auctoritate Ecclesiæ, quæ in Prælatorum institutione consistit, conferenda sunt: vnde Pontifices pro regola constituerunt ne Sanctuarium Dei hæreditario iure, aut sanguinia affecto, sed libera electione deferatur, iuxta textum *in can. Episcopo, & in can. Moyses, & in can. Apostolica* 8 *quæst.* 1. *cap. ad hæc, de decim. cap. consuluit, de iurepatron.* & iuxta hanc interpretationem intelligendus est text. *in cap. c. de prebend.* vt post Host. Ioan. Andr. Abb. Imol. *in princip.* Dec. *n.* 15. & alios ibi tradunt Rebuff. *in praxi, de dispens. ex defectu natal. num.* 25. Ludouic. Gom. *in reg. de infirmis, quæst.* 1. *in princip.* Mandof. *de signatura gratiæ, §. dispensatio super defectu natal. num.* 12. Hinc etiam sacri Canones iustissimè prohibuerũt accessus, regressus, coadiutorias cum futura successione, per quos beneficiarij, non simpliciter & liberè, sed certis quibusdam conditionibus beneficia resignabant, vt colligitur *ex cap. petisti*, 7. *q.* 1. *& ex Concil. Trid. sess.* 25. *de reform. cap.* 7. Constat autem ex prædictis Iuribus id non prohiberi ratione simoniæ veræ, aut præsumptæ; sed, quia repugnat, vt beneficia, quæ Dei sunt, & ad congruam Sacerdotum sustentationem instituta, iuxta tex. *in cap. cùm secundũ, de prebend.* ex ministrorum potiùs voluntate, quàm ex Prælatorum ordinatione deferantur. Alia ratio ex eo desumitur; quia ille, qui verè, & absolutè dominus non est, sed tantùm administrator, conditiones adiicere non potest, per quas Domino præiudicium, aut successori grauamen imponatur, vt in possessore maioratus, & aliis temporale dominium habentibus resoluit Molin. *de primogen. lib.* 1. *cap.* 8. *n.* 21 & colligitur *ex cap.* 1. *de solution. & cap. ex præsentium, de pignorib.* cùm verò beneficiarius sui beneficij dominus absolutè dici non possit, sed potiùs administrator *cap.* 2. *de donat.* eo ipso, quod administrationis curam dimittit, & in manibus Prælati beneficium renontiat, grauamen, aut conditiones ei imponere non potest, sed beneficio desertum, aut liberè dimittere tenetur, iuxta textum *in cap. ex parte, de offic. deleg. & in cap. dilecte, de prebend.*

56 Nec contrarium probant Iura, & fundamenta pro communi adducta; ad textum *in d. cap. vlt. de pactis*, & similia Iura, dum habent omnem pactionem, & conuentionem in spiritualibus reprobari; respondari potest illas tantùm conuentiones in spiritualibus prohiberi, in quibus temporale datur, retinetur, aut promittitur verè, aut præsũptiuè: Ecclesia namque, vt omnem sinistram suspicionem, & mali speciem remoueret, non solùm veram, & realem spiritualium venditionem, sed omnes non gratuitas pactiones circa spiritualia prohibuit, in quibus temporale aliquid interuenire; quod pretij imaginem habere videretur; quamuis recta fuisset partium intentio, iuxta tex. *in cap. audiuimus, de simon* Trident. Concil. *sess.* 24. *de reform. c.* 14. Vnde verba illa vniuersalia, *omnis pactio, omnisque conuentio*, &c. ad illas pactiones restringi debent, in quibus temporale aliquod interuenit: nec nouum est in Iure voiuersalia verba ad terminos habiles restringi, iuxta reg. *l.* 1. *C. de sacros. Eccles.* eò maximè, quia plures conuentiones in spiritualibus absque simoniæ labe dari possunt, vt colligitur ex *cap. quæstiones, de rerum permut. cap. significatum, de prebend. cap. ad audientiã, iuncta glos. de rescript. cap. super eo, de transact.* & pluribus aliis locis, in quibus conditiones in spiritualibus continentur, vt resoluit Couarr. *lib.* 1. *var. cap.* 5. *num.* 4. Quòd si quis vlteriùs replicauerit ad singulos casus, tanquam simoniacos condemnandos, non semper specialem legem requiri, sed sufficere generalem; facilè respondetur id solùm procedere, quando materia talis est, quæ sub generali prohibitione cadere possit; non sic dicendum in proposito, vbi nihil temporale considerari potest, in quo præcipua ratio simoniæ, & generalis prohibitio fundatur, leges verò pactiones circa spiritualia improbantes non pertinent ad hanc renunciationem, quæ sine conuentione fit.

Nec obstat textus *in d. cap. nemo, de simon. & in cap. vnic vers. circa, vt ecclesiast. benefic. sine dimi. conf.* quibus Iuribus carnalitas, & affectio animi in spiritualibus simoniam inducit, ac si temporale interuenisset. Sed non est negandum, quòd conditio in fauorem certæ personæ à renunciante apposita ex carnalitate, & animi affectu procedat: igitur potens est talis conditio ad simoniam inducendam; respondetur enim carnalitatem animi in prædictis Iuribus non tanquam simoniacam, sed tanquam iniustam, & iniquam in spiritualibus improbari, vt post alios resoluit Cou. *d. cap.* 5. *n.* 4. Flamin. *lib.* 14. *q.* 7. *nu.* 19. Nec contrarium probat tex. *in d. cap. nemo*; solùm enim euincit non posse Presbyterum gratia, vel amore, seu consanguinitatis respectu, aut pro quocumque temporali emolumento peccatorem celare, & reconciliare impœnitentem, aut pœnitentem à reconciliatione remouere; quia vtrumque simoniacum est, scilicet, si in vtroque temporale emolumentum, de quo egetur interuenisset, non autem si sola animi affectio, aut consanguinitatis respectus reperiretur, quæ iniustitiam, non simoniam inducit. 57

Ad text. *in cap. dilecte, de prebendi, ibi, liberaliter resignauit*, respondemus fatendo conditionalem renunciationem per inferiores Prælatos nequaquam admitti; sed purè & liberaliter esse faciendam: fatemur etiam, solam renunciantis intentionem, & spem, quòd suum beneficium certæ personæ conferatur, simoniam non efficere, vt docet Nau. *in man. cap.* 23. *n.* 107. non tamen inde sequitur talem conditionem, si de facto ab Ordinario acceptetur, & beneficium illi cõferatur in cuius fauorem fuit apposita, actum efficere simoniacum. Nec text. *in d. cap. dilecto*, si rectè ponderetur, id euincit 58

euincit. Tex. similiter *in d. cap.vnic.de rerum permut. lib. 6.* rectè probat, Iure communi attento, reciprocam beneficiorum permutationem coram Ordinario fieri non posse, sed specialitate illius text. posset Prælatus reiecta conditione beneficium alteri conferre, vt interpretatur glos. *verb. dimittere in d. c. ex parte, de officio deleg.* Rebuff. *in praxi tit. de renunciat. condit. in princ.* Coo. *d. c. 5. n. 5* Nec, quòd prædicta conditio tanquam simoniaca per illum tex. improbetur, sed ex aliis causis, & rationibus, quas suprà diximus.

59 Vnde à fortiori, renunciatio coram Ordinario simpliciter facta ea intentione, & spe, vt certæ personæ conferatur, intenta communi opinione non inducit simoniam; quamuis eidem beneficium collatum sit, vt notat glos. *verb. pretio in d. c. ordinationes 1. q. 1.* Nau. *in man. cap. 23. num. 107. & cons. 38. de simon.* & alij, quos sequitur Flamio. *d.*
60 *lib. 14. q. 6. num. 5.* Imò in vtroque foro licitum est renuncianti post renunciationem liberè & purè factam procurare, & humiliter postulare, vt beneficium illud certæ personæ conferatur, vt colligitur ex text. *in cap. tua nos in 2. respons. de simon.* resoluunt Cassodor. *decis. 2. eod. tit.* Felinos *in cap. ad euidentiam num. 2. de rescript.* S. Antonin. *p. 2. tit. 1. cap. 5. §. 11.* Nau. *d. n. 107.* Redoan. *de simon. part 1 cap. 25.* Suar. *d. lib. 4. de simon. num. 18. vers. hac ergo.* Quarant. *in sum. Bullary, verb. beneficii resignatio, vers. pro complemento* Valer Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 23. n. 249.* Filliuc. *in quæst. moralibus, tom. 3 tract. 45. cap. 8. q. 9. num. 26.* Ratio est: quia ad simoniam constituendam datio temporalis, aut saltem pactum, & conditio dandi necessariò requiritur. Secunda tamen species, & humiles supplicationum preces simoniam non efficiunt, vt notat. Nau. *d. cap. 23. n. 100.* nisi renuncians intenderit spem ipsam in pactum & conuentionem deducere; talis enim intentio simoniæ peccatum efficit secundùm communem sententiam, de qua Nau. *cons. 11. 38. & 43. de simõ.* resoluit Flamin. *d.*
61 *q. 1. num. 11.* Et ideò, dum tractatur resignatio, optima præseruatiua est omnia gerere ea intentione, si S.D.N. placuerit, & ab eo approbata fuerit, Felin. *in cap. ad audientiam il 1. col. 3. num 3. de rescript.* Anan. *in c. audiuimus col. 2. n. 2. de collus. deteg.* Nau. *cons. 48. aliàs 33. de simon.* Rot. *in Balneoregien. simonia 17. Maij 1624. coram R. D. meo Coccino.*

Hactenos resoluta Iure communi attento re-
62 ctè procedunt, nouissimè tamen Pius V. *Constic. 58. incip. Quanta Ecclesia*, omnes resignationes beneficiorum, etiam simplices, apud Ordinarios inferiores Motu proprio fieri prohibuit: postea verò vtilitatis gratia simplices renunciationes permisit: ita tamen vt nec verbo, nec signo, aut intentione in alterius fauorem fiant, nec consanguineis, affinibus, aut familiaribus resignantis, seu conferentis dentur, pœna nullitatis, & aliis grauissimis impositis: & ita obseruari testatur Flamin. *lib. 11. q. 5. num. 12.* vide infrà *n. 112.* quod idem Pontifex iterum confirmauit alia Constit. circa confidentias beneficiorum, quæ Constit. habet locum etiam in Parochialibus dimissis ob
63 alterius Parochialis assecutionem, vt censuit S. Congregatio negotijs Episcoporum & Regularium præposita *sub die 19 Decembris, 1620.* Non
64 habet tamen locum in resignante beneficium de suo iurepatronatus; hic enim potest præsentare, quem vult ad dictum beneficium, & Ordinarios tenetur instituere, non obstante *dicta Constitutione* Pij V. *in §. caueant.* ita S. Congreg. Conc. *in Viterbien. 18. Martii 1628.*

Quibos suppositis dubitari potest, an hodie propter prædictas Pij V. Constitutiones simoniaca sit censenda renunciatio simpliciter facta ea mente, & spe, vt certæ personæ conferatur? & insimul, an liceat renuncianti id procurare, & ab Ordinario petere? Dubitationi responsum perhibent verba illius Constit. quæ incipit *Quanta*, ibi *nec futuri successores ab eisdē verbo, nutu, aut alio signo designentur*, &c. quibus tamen respondetur in prædictis verbis non imponi præceptum subditis resignantibus, sed solùm Prælatis conferentibus, cùm ad eos solùm referantur, imò nec præceptum importabant, sed solùm admonitionem vt ex verborum forma, & contextura colligitur: quia *in eo vers.* vtitur Pontifex verb. *caueat*, *in sequenti vers.* inquit. *Cæterum præcipimus, & omnino interdicimus* &c. Deinde lex humana internos actus non iudicat nec punit, *cap. à nobis, de sent. excomm. cap. vlt. de simon.* igitur nec renunciantis intentionem, quæ ad actus externos non exit: sunt ergo prædicta verba intelligenda de intentione expressa, vel tacita in conuentionem deducta, vt explicat Flamin. *d. q. 6. num. 7.* Nau. *cons. 38. num. 3. de simon.* Ad alteram verò Constit. de confidentiis per quam omnis spes & intentio tanquam simoniaca videtur condemnata, satisfacit idem Nauac. *in manu. c. 23. à n. 109.*

Secunda verò principalis differentia, quæ in- 66
ter simplicem & conditionalem renunciationem consideratur, ea est; quia per puram & simplicem renunciationem à quocunque legitimo Superiore acceptatam amittit renuncians ius omne, quod in tali beneficio habet, & tanquam vacans à quolibet impetrari, & conferri potest, vt post Abb. Imol. & alios *in cap. sollicitè de restit. spoliat.* tract. Cassad. *decis. 4. eod. tit.* Pute. *decis. 158. n. 4. lib. 3.* & est vulgare, quòd sic resignans regulariter omnem proprietatem, & titulum amittit, *cap. super hoc, de renunciat.* Rot. *decis. 597. num. 1. p. 1. diuers. & in Leodien. Canonicatus S. Pauli 25. Iunii 1521. coram Card. Verospio, & in Nucerina Parrochialis. 28 Iunii 1630. corā R.P.D. Mosmanno & coram Card. Canaler. decis. 104. num. 2.* & est recepta sententia, de qua Doctores non dubitant. In eo verò versatur controuersia, an per simplicem beneficii renunciationem à Superiore admissam renuntians possessionem etiam amittat, ita vt beneficio simpliciter restituendus non sit? In qua communis obtinuit renunciantem non solùm beneficij proprietatem, sed etiam possessionem perdidisse, neque, ad nudam detentionem, quam retinet, esse restituendum, si ab ea deiiciatur: ita Innoc. *in cap. super hoc, de renunciat.* communiter receptus ex Nau. *in cap. accepta de restit. spol. opposit. 6. num. 5.* Flamio. *lib. 5. q. 3. num. 7.* Præcipuum autem huius opinionis fundamentum desumitur ex *dicto cap. accepta.* vbi Pontifex decidit exceptionem spontaneæ renunciationis impedire beneficij restitutionem: quia scilicet, renunciatio ante spolium facta fuit: ex eo autem beneficiarius post spontaneam renunciationem non dicitur à possessione deiectus qui a tempore deiectionis iam possessionem non habebat, quam per renunciationem perdiderat contrarium dicendum, quando renunciatio post spolium facta fuit; quia eo ipso, quòd renunciatio post spolium facta proponitur, iam constat spoliatum per talem renunciationem possessionem, quam non habet, non dimittere

mittere, sed solam proprietatem, & titulum resignasse, & ideò exceptio renunciationis factæ post spolium, cùm proprietatem respiciat, non obstat spoliato restitutionem petenti, iuxta text. *in d. cap. solicite:* illum text.cum *d. cap. accepta,* conciliare nititur *glos.2. in d.c.solicitè*, communiter recepta per Bero.ibi *num.26.*Nau.*oppos.1.nu.4.* Menoch.*remed.1.recup. numer.297.* Anton. Gabr. *commun.tit.de restitut.spoliat.concl.1.n.57.*quod totum fundatur in eo, quia renuncians ante spolium, titulum & possessionem amittit; post spolium verò amittit tantùm titulum, quem habebat, non verò possessionem, à qua per spoliatorem iam erat deiectus. Deinde, esto beneficiarius per spontaneam renunciationem possessionem non amitteret, amittit saltem titulum, qui ad petendam restitutionem in beneficialibus necessarius est, saltem coloratus, patitur etiam notorium proprietatis defectum, per quem restitutio impeditur: vtrumque communis sententia probat, quam sequuntur plures relati per Cou.*pract. cap. 23.num.4.* Menoch. *remed.15.recuper.n.458.*& ita seruari in praxi testatur Collectan. *in cap. in litteris de restit spoliat.*Cassad. *decis.4.eod.tit.*Staphil.*n. tit.de signatura Iustitia,§.verùm.n.11.* Vnde necessariò videtur fatendum beneficiarium post spontaneam renunciationem non esse restituendum si à beneficio deiiciatur.

68 Quæ tamen doctrina, licèt communis sit, & in praxi seruanda in rigore Iuris verios puto beneficiarium per renunciationem non amittere possessionem, in qua sicut antea, insistit, & ideò restituendum, si ab ea deiiciatur. Moueor, quia in temporalibus non aliter possessio amittitur, quàm si possidens eam dimittere intendat, vt docet Iureconsf.*in l.si quis vi,§ differentia,l.3.§. in amittenda,l.quemadmodum.ff.de acquir.possess.*Cùm verò regula hæc in beneficialibus limitata non reperiatur,idem statuendum est.Pondero etiam pro hac parte, quòd per solam beneficiorum collationem possessio,antequam apprehendatur, non acquiritur, vt colligitur ex *cap.cùm venisset,* ibi, *nondum esset possessionem adeptus.de institut.cap licet,de prabend. in 6.* igitur per solam renunciationem, quæ stricti iuris est,& strictiùs interpretanda, antequam ex animo possidentis non dimittatur, perditur. Vnde, si beneficiarius post renunciationem, antequam possessionem teneat, eandem licèt iniustè, validè tamen, continuabit, & si ab ea deiiciatur, restituendus erit, vt post Imol. *in c.super eo,de renunciat* tenet Rot.*decis.1.eodem tit.in nouis,*quas refert Anton Gabr. *commun.tit.de restit. spoliat.concl. 1.n.59.* Nau.*vbi sup.opposit.7.n.5.* Pro qua etiam sententia adduci possunt multi, qui contendunt, eum, qui post renunciationem diu beneficium retinet; & in eius possessione insistit, spoliatum esse restituendum, quantumcunque renunciatio præcessisset: ita post Abba.*n.7.* Bero. *25.in d. cap. solicitè*, tenent plures, de quibus per Menoch.*remed.1.recup.n.299.*igitur per renunciationem beneficij eius possessio non amittitur, quia diuturna insistentia & detentio possessionem supplere non potest, iuxta text. *in l. 2. C.de prascrips. triginta l.neque, C. vsufructu.* Licèt titulum,& eius præsumptionem inducere, & ita possessionem iustificare possit, ex reg. *l.cùm de in rem verso,ff.de vsur.l.cùm filius,C.de petit.hared.*

69 Nec contrarium euincit text.*in d. cap. solicitè,* quia licèt probet renunciationem factam post spolium non impendire restitutionem, non tamen euincit à controuerso sensu renunciationem ante spolium semper restitutionem impedire, quasi per eam & proprietas, & possessio amittatur, vt communis existimat; sed tantùm concludit posse aliquo casu obstare, quando, scilicet renuncians cum proprietate possessionem simul dimitteret, quod nusquam contingere potest, vbi spolium renunciationem præcedit. Non obstat etiam text. *in d.cap accepta*; omissis enim multis, de quibus per Nau. *ibidem oppos. 1.* probabilibus dici potest spoliatum, de quo ibi, non egisse indicio possessorio ex interdicto, *vnde vi*, sed postulasse restitutionem sui beneficij per remedium petitorium, contra quod exceptio renunciationis, & quæcunque alia proprietatem respiciens opponi potest. Suadetur hic intellectus ex vltimis eiusdem text. verbis. ibi, *perpetuum silentium imponatur*, quæ verba iudicium petitorium respiciunt iuxta *cap. cùm Ecclesia, de causa possess.* Nec possessorio rectè conueniunt. in quo spoliatus succumbat, proprietatis tamen quæstio eidem salua manet, *cap significauerint,in fine,de testib.cap.ex conquestione, de restit.spoliat.* Nec verba text.*in d. cap. accepta*, com- 70
munem intellectum patiuntur: quia, si text. ageret de renunciatione ante spolium ad effectum, vt proprietas & possessio amissa censeatur, & impediretur restitutio, vt communis existimat, frustra Pontifex expenderet spontaneam renunciationem, cùm & coacta, & facta per metum valida esset mero iure, iuxta *c.2.de his; qua vi,* & potens esset ad titulum; & possessionem auferendam, vt aduertit Nau. *d.opposit. 1. n. 1. vers. quinto.* Deinde frustrà Pontifex ponderat *in d. cap. accepta.* renunciationem factam coram legitimo Superiore, cùm etiam, per eam, quæ absque eo fit, perdatur possessio, secundùm communem sententiam, de qua Nau. *ibi n. 3.* Quare planiùs text.ille intelligitur de remedio petitorio, quod spoliatus intentauit, iuxta *cap.eod. tit.* quem intellectum *post glos.2.*ibi,sequitur Imol. *in d.cap.solicitè,*Xuar. *alleg.23.à n. 16.* Minùs obstat posterius fundamentum pro communi adductum ex notorio tituli defectu, qui per renunciationem inducitur, quia non omnis renunciatio est notoria, ac per consequens non omnis renunciatio notorium tituli defectum inducit: potuit etiam quis nulliter renunciare, in quo casu, nec patitur tituli defectũ, nec impeditur restitutio, vt post Rot. resoluit Gabr.*d.concl.1.n.60.* sola denique possessio absque titulo colorato sufficiens est ad restitutionem petendam, vt contra communem resoluit Abb. *n. 3.* Imol. *n.8.*Bero.*86.in d.cap.ex litteris,de restit.spol.* Cardos.*in cap.ex parte,eod.tit.*& alij vt per Menoch *remed.1.recuper.n.459.*

Sed quamuis per simplicem, ac puram resigna- 71
tionem à superiore admissam renuncians ius omne, quod in beneficio habebat, ipso iure amittat, vt huc vsque probauimus, per resignationem tamen conditionalem, nec titulum amittit, nec vllum ius ab se abdicare censetur, nisi conditionibus impletis, quæ si ad vnguem, & in forma specifica seruatæ non fuerint, perinde est, ac si resignatio facta non esset: colligitor hæc differentia ex *reg l.qui haredi, l. Mauius. ff. de condit. & demonst.* cum aliis adducti, per Flamin. *d.lib.1.q.3.num.15.* tradit in specie Paris.*cons.5.n.7.lib.4.* Iason.*consil. 86.lib 3.* Pute *decis.145.lib.1.*Mandos. *de signatura gratia,tit.de regressu,c.2.*

Ex qua resolutione iam primò infertur, quòd si 72
beneficij collatio facta sit alteri, non verò ei, in

cuius

cuius fauorem renunciatum fuit, tale beneficium
vacare non censetur, sed poterit resignans ex an-
73 tiquo titulo possessionem continuare. Ratio est:
quia resignans in fauorem certæ personæ à se sui
beneficij ius abdicare non intendit: nisi benefi-
cium resignatario acquiratur, in cuius fauorem
cessio, seu resignatio facta fuit; neque Pontifex re-
signationem pro alio, quàm pro eo, admittere in
tendit ita Cassad. *decis.* 3. *n.* 1. *de renunc.* Mandos.
de signatura gratia, tit. de resignat. à princ. Rebuff. *in*
praxi, tit. de benefic. possess. n. 146. Bursat. *cons.* 411. *n.*
5. *lib.* 4. Flamin. *d. q.* 3. *n.* 47. *cum seqq.* Rot. *in Leodien.*
Canonicatus S. Dionysij. 25. *May*, 1628. *cor. R. P. D.*
74 *meo Pirouano.* Tum, quia resignans ad fauorem
certæ personæ conditionaliter resignat, dummo-
do, scilicet, dictæ personæ beneficium perfectè
acquiratur, ac proinde donec resignatio sit effe-
ctum sortita, ius & possessionem non amittit,
Achil. *decis.* 10. *n.* 1. *&* 4. *de restit. spoliat.* Mohedan.
decis. 36 *per tot. de renunc.* & fuit dictum *in Cordu-*
ben. præstimoniorum, 4 *Maij* 1503. *coram bona mem.*
Card. Lancellotto, in Leodien. Canonicatus, 25. *Iuny*
1621. *coram Card. Verospio, & in alia Leodien. Cano-*
nicatus 27. *Marty*, 1623. *coram Reuerendissimo D.*
meo Coccino Decano. & in Romana Canonicatus S.
Mariæ in via lata, 29. *Maij*, 1624. *& in Moten. Ca-*
nonicatus, 18. *May* 1625 *coram bona mem. Buratto:*
75 nec probatur effectuatio, nec ius abdicatur à re-
signante, donec litteræ fuerint executæ, & bene-
ficium resignatario acquisitum Rot. coram Gre-
gor. XV. *decis.* 259. *n.* 6. & fuit dictum *in Abulen. &*
Zamoren. beneficiorum, 16. *Iuny* 1464. *coram Penia*,
impressa per Garc. *de benefic. p.* 6. *cap.* 2. *num.* 126. *&*
in Burgen. Canonicatus, 28. *Aprilis* 1597. *coram*
Card. Pamphilio sen. impressa per Marchesan. *de*
commiss. tom. 1. *pag.* 143. *& in Ampurien. beneficij* 17.
February 1624. *coram R. P. D. Merlino, & in Nu-*
cerina Parochialis 28. *Iuny* 1630. *coram R. P. D.*
Motmanno, vbi extenditur, quamuis resignans
tanquam œconomus ab Ordinario deputatus
beneficium administrasset: quia huiusmodi actus
non concludit necessariò, quòd resignans ha-
buerit animum abdicandi à se beneficium, &
possessionem in euentum, in quem illud perpetuò
non acquireretur resignatario: nam deficiente
hac conditione ius remanet penes resignantem,
donec ea purificetur, Achil. *decis.* 4 *num.* 1. *de re-*
rum permut. & in terminis possessionis captæ per
resignatarium, etiam volente resignante: si verò
beneficium non acquiratur resignatario est *de-*
cisio Mohed. *vlt. de renuncias.* quam sequuta est
Rot. *in d. Nucerina Parochialis*, & hæc dicitur in-
tentio resignantis, vt dixit etiam Rot. *in Leodin.*
Canonicatus S. Dionysij. 25. *May*, 1616. *Coram*
R. P. D. meo Pirouano. Hinc resignans non cadit à
super beneficio, nisi litteræ Apostol. *in forma di-*
gnum, ad fauorem resignatarij expeditæ, executio-
ni fuerint demandatæ, vt dixit Rota coram Bu-
rat. inter eius impressas *decis.* 871. *& in dicto*
Ampurien. beneficij coram R. P. D. Merlino. Hinc
eadem Rota *in Colimbrien. Canonicatus* 4. *February*
1632. *coram R. P. D. Merlino*, impressa per Paul. de
Rubeis *decis.* 91. *à num.* 13. *tom.* 2. *diuers.* aliàs *p.* 6.
recent. dicit, quod si gratia resignationis fuerit ex-
pedita in forma *dignum*, per quam datur dumtaxat
mandatum de prouidendo; quatenus resignata-
rius reperiatur idoneus, nullumque tribuitur ei-
dem resignatario ius in re, nec à resignante ius
præuium abdicatur, nisi postquam gratia me-
diante collatione facta resignatario fuerit execu-
tioni mandata. Pendente lite super validitate, vel
inualiditate resignationis, & an sint purificatæ
conditiones, antequam resignatarius adipiscatur
possessionem, datur resignanti manutentio, etiam
contra resignatarium, saltem respectu detentatio-
nis Rot. *decis.* 1. *de renunciat. in nouis*, cum aliis
in Leodien. Canonicatus S. Pauli, 25. *Iuny* 1621. *co-*
ram Card. Verospio; secus autem, si resignatarius re-
periatur in possessione; quia ipsi, non resignanti
danda est manutentio, Rot. *decis.* 92. *p.* 2. *recent.* in
qua aliæ decisiones referuntur.

Secundò infertur beneficium non vacare, nec 76
ius à resignante abdicari, si ex aliqua causa bene-
ficium à resignatario quæsitum non sit, v. g si ex-
communicatus sit, si sit laicus, si absens sit & ac-
ceptare noluerit, aut ante acceptationem moriatur,
quia in his, & similibus casibus resignans per re-
signationem nullum ius amisit. Potest etiam po-
ni exemplum in eo, qui beneficium iurispatro-
natus absque patroni consensu, aut legitima de-
rogatione resignauit, quia eo casu resignatio
nulla est, & ius penes resignantem remanet, vt
tenent Bursat. *cons.* 411. *n.* 4. communis ex Flamin.
d. q. 3. *n.* 96. idem dicendum de eo, qui resignauit
in manibus non habentis facultatem recipiendi
resignationem, vt testatur Guido *cons.* 172. aut si
verus beneficij valor à resignatario expressus non
sit: quia, cùm resignatio ob verum valorem non
expressum nulla sit, nec ex ea resignatario ius
quæratur propter regulam de valore exprimendo,
& communem stylum, rectè sequitur ius apud re- 77
signantem illæsum manere, vt post Boër. *decis.* 243.
n. 8. resoluit Flam. *vbi sup. n.* 107. aut denique si in
resignatione non fuit facta mentio, quod resignans
reperiebatur ordinatus ad titulum beneficij resi-
gnati, contra formam Concil. Trid. *sess.* 21. *de re-*
form. c. 2. Flam. Paris. *d. tract. de resign. lib.* 2. *q.* 9. *n.* 36.
& 39. Gonz. *ad reg.* 8. *Cancel. glos.* 5. §. 10. *n.* 35. Ni-
col. Garc. *de benef. p.* 2. *c.* 5. *n.* 192. *cum seqq.* & fuit
firmatum *in Leodien. Canonicatus S. Ioannis* 28. *Iu-*
ny 1621. *coram bona mem. Remboldo, & in Illerden.*
Canonicatus 2. *Decembris* 1624. *coram bona mem*
Buratto, inter eius impressas *dec.* 838. *n.* 13. quod
procedit etiam in resignatione ex causa permutatio- 78
nis, Rot. *decis.* 614. *p.* 3. nisi quando quis adeptus
esset pacificam possessionem beneficij permutati,
Gregor. *decis.* 441. *n.* 3. Reuerendissimus Coccinus
decis. 317. Buratt. *d. decis.* 838. *n.* 13.

Tertiò infertur, quòd si resignans reseruata 79
pensione resignauerit, & pensio non reseruetur,
aut si reseruata sit, in minori tamen summa, quàm
à resignante fuerit præfinita, vel si reseruatio pen-
sionis ex aliqua causa annullari contingat; quia in
his, & similibus casibus nulla erit talis resignatio,
& ius à resignante abdicatum non censetur, ad
tradita per Caputaq. *decis.* 216. *p.* 1. Flamin. *d. lib.*
1. *q.* 3. *n.* 82. *cum seqq. & n.* 117. Seraphin. *dec.* 21. *n.* 1.
Buratt. *decis.* 833. *n.* 3. Rot. *decis.* 419. & *decis.* 699.
num. 4. *p.* 1. *diuers. & decis.* 92. *n.* 5. *p.* 1. *recent. & decis.*
4. *n.* 2. *& decis.* 432. *n.* 2 *p.* 2. *recent. & in d. Leodien.*
Canonicatus S. Dionysij. Ius enim non abdicatur à 80
resignante non seruatis conditionibus, Flamin.
d. lib. 1. *q.* 14. *n.* 7. Hieron. Gabr. *cons.* 185. *nu.* 2. *cum*
seqq lib. 1. Stephan. Gratian. *discep. forens. cap.* 746.
n. 20. *&* 21. Rot. *in Verdunē Abbatia*, 5. *Maij* 1614.
n. 9. *& decis.* 833. *n.* 4. & titulus ac possessio non 81
dicitur dimissa, nisi adimpleta conditione, Fla-
min. *d. q.* 14. *num.* 10. Nec vbi pensio in parte non 82
subsistit, erit reducibilis ad minorem quantitatem,
quia deficit resignantis consensus, & sic in totum
ipsa

ipsa gratia corruit, & resignans potest regredi ad beneficium resignatum, vt fuit resolutum *in Toletana pensionis*, 28. *Ianuarij*, 1591. *coram Giptio*, *&* *in Vincentina pensionis*, 21. *Maij* 1610. *coram R.P. D.meo Pirouano*, impressa per Farin. *decis.* 160. *num.*
83 *2.p.2.recent.* Nec refert, quod resignatarius non retineat beneficium ex causa resignationis, si fuerit nulla, sed ex aliis clausulis, de quibus in litteris; qui etiam tunc tenetur stare conditioni pro conseruatione iuris resignantis, cum clausula, *sine alio quouis modo*, vel alia, *adhuc per obitum N.* & similes sint accessoriæ ad resignationem narratam, & sic illa nulla, subreptitia, seu inualida existente, nihil operantur, Pute. *decis.* 267. *lib.* 3. *in correct.* & fuit latè deductum *in Messanen. regressus*, 24. *Ianuarij* 1622. *coram bonæ mem. Vbaldo.*

84 Vnde, si in supplicatione dictum sit pensionem à resignante impositam tertiam partem fructuum non excedere, cùm tamen excedat, aut beneficium, super quod pensio constituitur, liberum esse, cùm tamen alia iam esset grauatum, de qua in supplicatione mentio facta non fuit: certum est tales litteras tanquam subreptitias, vitiari, & resignantem ad suum beneficium posse regredi. In eo verò magna est difficultas, an si resignans per aliquot annos pensionem percepisset, possit ex postfacto suum beneficium recuperare, an vero pensio in eo, quod excedit, ad iustam quantitatem reducenda sit? In qua difficultate distinguendam puto inter eum, qui bona fide renunciauit, putans pensionem legitimè constitutam, & inter eum, qui sciens pensionis litteras esse subreptitias, eandem nihilominus per aliquos annos percepisset. Priori casu, neque titulum, neque possessionem renuncians amisit; sed ad suum beneficium liberè redire potest; cùm ius quæsitum non sit ei, in cuius fauorem renunciauit: neque resignans titulum aut possessionem dimittere intendat nisi casu, quo alteri cum effectu acquiratur. In posteriori verò casu titulum non amisit, qui per collationem nulliter factam in resignatarium transire non potuit; amisit tamen possessionem, quam solo animo potuit amittere, & ex tali pensionum perceptione dimisisse creditur, quicquid Flamin. *vbi sup. à n.* 80. aliter inuoluat. Idem, quod de pensione diximus, de reseruatione accessus, regressus, vel de reseruatione omnium fructuum, aut medietatis dictum volumus, quia, si reseruatio iuxta formam à reseruante præfinitam facta non sit, sui beneficij titulum non amisit, cùm consensus conditionalis conditione non impleta perinde sit, acsi præstitus non fuisset; ita resoluit Hier. Gabr. *cons.* 185. *lib.* 1. plures decisiones allegat Flamin. *dict. quæst.* 3. *numero* 78.

85 Quartò infertur resignantem non solùm titulum, sed etiam possessionem retinere, quandiu conditio adimpleta, & beneficium resignatario quæsitum non fuerit, nisi aliunde colligatur possessionem dimittere voluisse, iuxta celebrem doctrinam Nau. *in c. accepta, oppos.* 7. *n.* 23. *&* 33. *de restit. spoliat.* Vnde colligunt aliqui posse resignantem fructus sui beneficij percipere, quandiu possessio per resignatarium quæsita non fuerit, & ita non à tempore notitiæ, sed à tempore apprehensæ possessionis per resignatarium fructus ad resignantem pertinere, de quo loco disputandum erit.

86 Quintò, & vltimo infertur: procuratorem ad resignandum sub certo modo, & forma constitutum, mandati formam transgredi non posse: quòd si in fauorem alterius, non verò nominati, vel si diuersa forma, aut cum minori pensione resignatio facta sit, nullius erit momenti, neque resignans titulum & possessionem amittit, imò si gratia iuxta supplicationis & mandati formam reformata non fuerit resignans aduersùs resignatarium spolio agere poterit, si beneficij possessionem ingressus sit, cùm mandatum non fuerit iuxta suos fines obseruatum. Colligitur hæc doctrina ex reg. *l. diligenter ff. mandati, cap. cum dilecta, de rescript. cap. cùm olim. de officio deleg.* tradit in specie Seraph. *decis.* 265. Bursat. *cons.* 380. *num.* 15. Rebuff. *in praxi. tit. de publiciana. glos. vtim. num.* 32. Flamin. *lib.* 9. *quæst.* 17. *numero* 3. Limitatur tamen doctrina suprapolita, vt non procedat, quando procurator non seruando formam mandati, resignantis conditionem meliorem effecit: verbi gratia si maiorem pensionem eidem re-
seruari fecerit: tunc enim licet non secundum ver- 87
ba, sed secundùm mentem resignantis eius mandatum obseruatur, vt post alios tenet Flamin. *d. quæst.* 17. *num.* 146. Declaratur tandem prædicta doctrina, vt non procedat in his quæ nunquam, aut saltem difficillimè concedi solent; quia cùm impossibilia reputentur, à mandato reiiciuntur, & pro non appositis habentur, iuxta reg. *l. Iulianus*, §. *constat*, *ff. de legat.* 2. poteritque procurator supplicationem reducere ad eam formam, quæ resignanti fuerit vtilior, si Datarius supplicationem iuxta formam mandati admittere noluit, dummodo constet procuratorem facta omni diligentia obtinere non potuisse, vt tradit Pute. *disp.* 524. *alias* 512. *numero* 2. *lib.* 2. Ex qua declaratione infert Flamin. *dict. quæst.* 17. *num.* 141. quod si datum sit mandatum ad renunciandum beneficium, reseruata certa pensione cum facultate transferendi, & procurator iuxta formam mandati supplicationem porrigat, Datarius verò clausulam transferendi concedere noluit, imò eam à supplicatione casset, vel si mandauit, vt resignatio fiat cum reseruatione omnium fructuum, Datarius autem solùm medietatem concedat, quia in his & similibus casibus resoluit Flamin. validas esse tales renunciationes, & in Romana Curia passim admitti, licèt mandati forma ad vnguem obseruata non sit: quam doctrinam libenter admitterem, quando mandatum rem prope impossibilem contineret, quæ rarò fieri consueuit; non verò si aliquando solita fuit concedi, & nouè à Romano Pont. iustis aliquibus de causis interdicta est, v.g. si Romanus Pontif. qui tunc præest, renunciationes cum reseruatione omnium fructuum admittere soleat & successor tales renunciationes fieri omninò prohibeat: tunc enim non credo posse procuratorem mandati formam immutare, licèt pro eo tempore forma in mandato expressa difficillima videatur; quia non constat eam fuisse mentem resignantis, qui fortasse aliter renunciare non intendit, quàm si omnes fructus sibi reseruentur, prout paucis antè annis fieri consueuerat, in cuius rei confirmationem facit, quia mandatum ad resignandum strictissimè est interpretandum, vt notat Paris. *cons.* 143. *n.* 35. *lib.* 3. Bursat. *cons.* 395. Rebuff. *in praxi, tit. de procurator. ad resignand. constitutis n.* 12.

Solet tamen in proposito controuerti, si quis 88
procuratorem ad resignandum sub certa forma, & conditionibus constituat; procurator autem mandati formam non obseruet, an huiusmodi resignatio sustineri possit, si resignans postea talem resignationem tacitè, aut expressè ratam habuerit? In qua difficultate resoluendum puto non valere prædictam resignationem, quamuis resignans eandem ex postfacto ex variis actibus ratificauerit. Ratio est; quia consensus per procuratorem contra

formam mandati præstiti, nullius est momenti, vt post. Alex. *conf.* 21. *num.* 4. *lib.*... *num.* 6. Dec. *conf.* 77. *num.* 1. *lib.* 1. tradit Bursat. *conf.* 395. *num.* 11. *lib.* 4. Ratificatio non retrotrahitur, quando actus à principio nullus fuit, ex Bartoli doctrina *in l. obseruare. ff. de offic. procons.* recepta per Alex. *conf.* 16. *n.* 99. *l.* 6. Paris. *conf.* 49. *num.* 61. *lib.* præcipuè in beneficialibus: in quibus Superioris consensus desideratur, qui in tacita ratificatione non datur: vnde, cùm legitimè Superioris auctoritas in beneficiorum renunciationibus requiratur, quæ à principio nulliter, in ratificatione verò nullo modò interuenit, rectè fit ratificationem collationis nullæ nullius esse momenti, vt docent Guid. *conf.* 189. Flam. *dict. quæstio* 17. *numer.* 72. Sed ius omne apud resignantem remansisse, ex doctrina Abb. *in c. cum olim*, 19. *de re iudic.* atque etiam possessionem, si resignans renunciationem fuisse nullam probabiliter ignorabat, quæ doctrina, licèt in se dubia videatur per text. *in l. licèt* 56. *ff. de ind.* vbi iudicium per falsum procuratorem nulliter agitatum, accedente domini consensu confirmatur, nobis tamen non pugnat text. ille, cùm ad renunciandum vtriusque consensus renunciantis, scilicet, vt legitimi Superioris insimul requiratur, qui in simplici ratihabitione non reperitur. Quare ad prædictam renunciationem ratificandam noua renunciantis, & Pontificis approbatio est necessaria, quod efficaciùs comprobatur per reg. *Cancel.* 44. iuxta, quam expressus, & formalis consensus in renunciationibus prærequiritur, qualis non est ille, qui in ratificatione reperitur. Ampliatur tandem supradicta doctrina, vt procedat, etiamsi in mandato apposita sit clausula, *vt procuratori benè visum fuerit expedire* quia per eam de stylo Curiæ libera potestas procuratori circa causam principalem data non censentur, sed potiùs circa expeditionem litterarum, ad quam prædicta clausula referenda est vt cum Bursat. *d. conf.* 395. *numero* 25. resoluunt plures citati à Flamin. *d. quæst.* 17. *num.* 42. Aliter dicendum si apposita sit claus. *modo & forma eidem procuratori bene visis*, quia hæc sufficiens est ad maiorem, seu minorem constituendum, dummodo pensio resignanti non alteri reseruetur, vt multis confirmat Flamin. *vbi sup. num.* 82. Illud in hac materia singulare, & scitu dignissimum existimo, resignationem, scilicet, fieri non posse ad fauorem procuratorum ad resignandum constitutorum, qui mandatum acceptarunt, secus si non acceptarunt: quia, si in vno mandato plures fuerint constituti procuratores, qui illud acceptauit, poterit resignare ad fauorē alterius comprocuratoris, qui non acceptauit, cùm tunc ille reputetur extraneus: ita Rota *in Romana Canonicatus S. Mariæ in lata via*, 29. *Maij* 1624. *coram bona mem. Buratto* inter eius impressas *decis.* 797. *n.* 1.

§. II.

Quibus ex causis renunciationes beneficiorum validè fiant.

89 Ex certis causis potest quisquam Prælatus Ecclesiam suam cum Superioris licentia renunciando dimittere, vt habetur *in c. nisi cùm pridem*, vbi glos. & Doctores *de renunciat.* quæ quidem solent his verbis comprehendi:

Debilis, ignarus, malè conscius, irregularis,
Quem mala plebs odit, dans scandala, cedere possit.

& hæ quidem causæ ad duas præcipuas rediguntur, scilicet, ad vtilitatem Ecclesiæ, & ad salutem propriam; vt dicitur *in cap. quidam eodem tit.*

Debilis intelligitur tali infirmitate, vel impotentia, qua redditur ab officij executione inutilis, aut valde difficilis, *d. c. nisi cùm pridem*, ibi *alia vero causa est debilitas corporis*, &c. Gig. *de residentia Episc. cap.* 17. *num.* 12. Fusc. *de visit. lib.* 2. *c.* 28. *num.* 3. Flam. *de resign. benef. lib.* 6. *quæst.* 3. *num.* 13. *cum seqq.* aut si non potest absque mortis periculo in loco Ecclesiæ suæ permanere *cap. ad supplicationem, eod. tit. de renunciat.* Ei verò, qui est senio confectus, si nihilominus sit Ecclesiæ vtilis, non datur renunciandi facultas, sed potius ei coadiutor adiungitur *c.* 1. *eod. tit.* Senectus autem, quæ Prælatum impotentem reddit ad exequendum officium pastorale, Iudicis, hoc est Summi Pont. arbitrio relinquitur, vt per Menoch. *de arbitr. casu* 35. *n.* 3. Mascard. *de probat. concl.* 1295. *num.* 8. Flam. *d. q.* 3. *n.* 56. *& q.* 6. *n.* 5. *cum seqq.* Marc. Anton. Genuens. *c.* 53. *n.* 1. Rendina *in prompt. recept. sent. tom.* 1. *prope fin. in Miscel. n.* 4. 90 91

Ignarus intelligitur, qui ex defectu scientiæ ita est Ecclesiæ inutilis, vt nec ea norit, quæ ad officij sui executionem sunt necessaria, *d. c. nisi cum pridem. ibi, pro defectu quoque scientiæ*, Gig. *d. c.* 17. *numer.* 13. Fusc. *d. c.* 28. *n.* 4. *vers. ex defectu.* Flam. *d. quæst.* 3. *à n.* 67. vbi *n.* 83. ampliat, vt propter defectum scientiæ non solùm sit concedenda licentia Prælato petenti & volenti renunciare, sed etiamsi non petat, poterit, compelli, vt renunciet, & *n.* 84. interpretatur verbum, *potest* de quo *in d. c. nisi cùm pridem*, id est, debet; aliquando tam ardens in homine charitas esse potest, vt scientiæ defectum supplere valeat *d. c. nisi cùm pridem.* ibi, *& ideò imperfectum scientiæ*, &c. vt de Macedonio, & Ant. Anachoretis cuiusuis disciplinæ in expertis ob eorum incredibilem charitatem Sacerdotio dignis, referunt Salzed. *ad Bernard. in pract. c.* 21. *lit. A in fine, vers. aliquando*, Maiol. *de irregul. lib.* 1. *c.* 32. *n.* 4. *cum seqq.* Flam. *d. q.* 3. *nu.* 112. *cum seqq.* Bellet. *disquisit. cleric. p.* 1. *tit. de disciplina clericali.* §. 4. *n.* 37. Sed hoc casu quoque datur coadiutor secundùm ea, quæ *sup. lib.* 1. *c. de Vicario, & Coadiutor.* ostendimus. 92

Malè conscius intelligitur, qui, propter, crimen admissum, ex quo non fuit priuatus, petit renunciare, eò quod propterea officij sui executionem impedimentum aliquod videatur habere, *d. c. nisi cùm pridem*, ibi, *propter conscientiam enim criminis*, &c. vbi Abb. *n.* 3. Redoan. *de simon. p.* 2. *c.* 13. *n.* 11. Gig. *d. c.* 17. *n.* 12. Fusc. *d. c.* 28. *n.* 2. *vers. & de primo.* Flam. *d. q.* 3. *num.* 8. vbi hoc intelligit eo tantùm casu, quando committit crimen, quod post peractam pœnitentiam impedit Ordinis executionem, & citat glos. *verbo, sed dumtaxat, vers. qua ergo, cap. nisi cum pridem.* & Innoc. *n.* 2. *&* 3. ac Abb. *n.* 7. 93

Irregularis eadem ratione potest facilè renunciare *d. c. nisi cùm pridem*, ibi *persone vero irregularitas*, &c. Guid. *d. c.* 17. *num.* 20. Fusc. *d. cap.* 28. *num* 7. Flamin. *d. q.* 3. *num.* 176. vbi *n.* 177. subdit, quod stante huiusmodi irregularitate Prælatus cogi potest renunciare. 94

Quem mala plebs odit, aut populus, quem regit, si tam duræ ceruicis existat, aut adeò moribus ipsius Prælati aduersarius, vt in eis quicquam ampliùs proficere non valeat, potest cedendi licentiam petere, *d. c. nisi cùm pridem*, ibi, *propter malitiam autem plebis*, &c. vbi Host. *numero* 4. & Abb. *numero* 10. Guid. *d. cap.* 17. *numero* 18. Rebuff. *in praxi benefic. tit. de resignat. expressa.* Fusc. *d. cap.* 28. *num.* 5. Flamin. *d. q.* 3. *à numero* 117. nam & Apostoli Iudæis aduersantibus discesserunt, & ad gentes se conuerterunt, *Actor.* 13. 95

Dans

Dans scandala etiam cedere facilè potest; vt scilicet, scandala euitentur, quibus aliter prouidere non potest *d.cap.nisi cùm pridem*, ibi, *pro graui quoque scandalo*, S.Thom. 2.2.q. 185.*art.4.vers. respondeo:* Roman.*sing.*794. *incip. An Episcopus*, Marsil. *sing.*634.*n.*2. Cou. *in reg.peccatum part.* 1. *in initio*, Franc.Marc.*Delphin. decis.* 944.*num.*1.*p.*1.Anton. Ricciul. *de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existent.lib.*9.*c.*3.*num.*8.Bellet.*disquisit cleric.p.*1.*tit. de discipl.cleric.*§. 15.*nu.*19.vbi Ampliat,etiam si ipse non sit in culpa scandali, Gig. *d. cap.* 17. Fusc. *d. cap.*28.*numero* 6.Maiol.*de irregular.lib.*1.*cap.*2.*num.* 4.*& cap.*13.*num.*7.Flamin.*d. quæst.*3.*num.* 153. vbi *n.*176. declarat; vt quoties cogitur Prælatus renunciare ob scandalum, ei sit danda compensa,aut contracambium redditum, vt possit viuere,& non habeat mendicare.

97 Cæterùm laboris vitandi gratia, vel ambitus, aut auaritiæ causa, aut alia minùs legitima causa renunciare volens, non est audiendus,*cap.sicut vir, & per tot.*7. *quæst.*1.*d.cap.nisi cùm pridem.*§.*Verum*,Flamin. *dict. quæst.* 3.*à num.* 216. nec ratione inspirationis vel humilitatis,*d.c.nisi vers.sed dices*,Flamin.*d.q.*3. *à num.*227.

98 Causæ verò,propter quas Episcopi,& alij facultatem habentes, simplices vt suprà beneficiorum resignationes recipere,& admittere possunt,referuntur *in Constit.*58. Pij V. incip. *Quanta Ecclesiæ sub dat, Kalend. Aprilis*, 1568. quam referunt Quarant. *in in sum Bullary. verb beneficiorum resignationes*, Flamin.*de resignat.lib.*5.*quæst.*6.*numero* 2.Vgolin.*de officio Episcopi,cap.*50.§. 18. *n.*3.& de ea meminit Io. Anton. Nouar. *in sum.Bullar.tit. de benefic. resignat. & permutat.* cuius particula quoad hoc propositum sic habet.

99 *Post hac Episcopi,& alij facultatem habentes eorum dũtaxat renunciationes recipere & admittere possint, qui aut senio confecti, aut valetudinary, aut corpore impediti, vel vitiati, aut crimini obnoxij censurisque Ecclesiasticis irretiti, aut nequeant, aut non debeant ecclesiæ, vel beneficio inseruire, seu qui vnum, aliud, vel plura beneficia obtinuerint, vel quos ad aliud contigerit promoueri, Religionem quoque ingressuri vel matrimonium contracturi, si statim postea id re ipsa exequantur? denique cùm quis ex aliis casibus acciderit, qui Constitutione fel.record. Innocentij Papa III. de dimittendis Cathedralibus Ecclesiis edita continentur, qui etiam ob capitales inimicitias nequeunt, vel non audent in loco beneficij residere securi, sed neque horum vllus sacro Ordeni municipatus, nisi religionem ingressurus valeat vllo modo beneficium, vel officium ecclesiasticum resignare, nisi aliunde ei sit, quo in vita possit commodè sustentari. Ad hac beneficiorum & officiorum permutationes admittere, quæ Canonicis sanctionibus & Apostolicis Constitutionibus permittuntur. Caueant autem episcopi, & alij prædicti, itemque omnes electores, præsentatores, & patroni tam ecclesiastici quam laici, quicunque sint (non verbo quidem, nutu, vel signo futuri in huiusmodi beneficiis, & officiis successores ab ipsis resignãtibus, aut alias eorum significatione, vel hortatu designentur, aut de his assumendis promissio inter eos, vel etiam intentio qualiscunque intercedat. Cæterùm præcipimus, atque interdicimus, ne ipsi Episcopi aut alij collatores de beneficiis & officiis resignandis prædictis, aut suis, aut admittentium consanguineis, affinibus, vel familiaribus, etiam per fallacem circuitum multiplicatarũ in extraneos collationum audeant prouidere: quod si secus, etiam quicquid præter, vel contra formam prædictorum fuerit à quocunque temerè attentatum, id totum ex nunc vires, & effectum decernimus non habere: qui verò contra fecerint, vt in eo, quo deliquerint, puniantur, à beneficiorum, & officiorum collatione, nec non electione, præsentatione, confirmatione, & institutione, pro vt cuique competierit, tandiu suspensi remaneãt, donec remissionem à Romano Pontifice meruerint obtinere; & qui talia beneficia, seu officia receperint; eos prædictis pœnis volumus subiacere. Et nihilominus in eos, qui sic suspensi conferre, eligere, præsentare, confirmare, vel instituere ausi fuerint, excommunicationis quoad personas, quo verò ad Capitula, & Conuentus à diuinis suspensionis sententias ipso facto promulgamus, quibus etiam nullus alius, quàm ipse Romanus Pontifex, siue absolutionis, siue relaxationis gratia (excepto mortis articula) valeat impartiri, prohibitione, & litteris nostris prædictis nihilominus in cæteris omnibus perpetuò valituris non obstantibus, &c.*

Senio confecti. Qui autem tales dicantur, remittitur Iudicis arbitrio, considerata personarum qualitate propter complexionum diuersitatem, Menoch.*de arbit.casu* 59.*n.*3.Flamin.*l.*5.*q.*6.*n.*8.Prosper de Augustino *in addit. ad sum. Bullari, verb.beneficiorum resignationes, in princ.*Marc.Anton. Genuens. *in praxi Archiepisc.Neapol.c.*53.*nu.* 1.*in nona edit.* Nouar.*d.tit. de benef.resign.n.*2.*in princip.* 100

Valetudinarij Infirmitas igitur est causa legitima ad resignandum beneficium,Flam.*d.q* 6, *num.* 9. Prosper de Augustin.*vbi suprà vers.secunda.*Valetudinarij qui dicantur, etiam Iudicis arbitrio relinquitur Menoch. *d. casu* 60. Marc. Anton. Genuens. *d.c.*53.*vers. aut valetudinarij*,Nouar. *d. num.*2. *vers. secunda est infirmitas.* 101

Corpore impediti. Si impedimentum sit tale, vt non possit prestar id, ad quod tenetur, vel aliàs ipsi Ordinario videretur esse sufficiens, Proper de Augustino *dict.loco vers.tertia.* Ioan. Anton.Nouar. *dict.num.*2.*vers.tertia*, Marc. Anton. *d.cap.* 53. Flamin.*dict.quæst.* 6. *nu.*31.*&* 32.vbi à *num.*36,exemplificat in octo morborum generibus,videlicet,in leproso, in scabioso,in herculeo,in paralytico, in apoplectico, in habente morbum comitialem, in lunatico, in laborante morbo Gallico, prodocente vlcera per corpus,in habente tremulas, vel chiragram continuam. 102

*Vel vitiati.*Flam.*d.q.*6.Prosp.de Augustino.*vbi sup. vers.quarto*,Nouar.*d.n.*2.*vers.sexta* vbi exemplificãt in sex corporis deformitatibus, scilicet, in cæco, in claudo,in habẽte manũ mutilam,vel articulatas manus ad vtendum inefficaces, in habente crus penitus abscissum, aut adeò contractum, vt ligneo pede sit opus, in gibboso, & tandem in diminuto qualibet parte corporis notabili. 103

Crimini obnoxij. Quia crimina committentes faciliùs ad resignanda beneficia admittuntur, cum ad eorum priuationem Iura conueniant,Fusc.*d. cap.* 28.*numero* 25.Flâm.*dict.quæst.* 6.*numero* 57.Nouar. *dict.numero* 2.*vers. quinta*,Prosp. de Augustino *dict. loco vers.quinta*, qui exemplificat in casibus,in quibus ob crimen commissum venerit beneficio priuandus,videlicet in homicida, in simoniaco, in adultero,in concubinario,qui post admonitionem non resipiscit,in sustinente excommunicationem per annũ, in periuro,& in blasphemo. Huiusmodi criminosi inquisitione pendente, etiam post receptas probationes, & conclusum in causa, imò & pendente appellatione à sententia priuationis, simpliciter possunt beneficiis coram ordinario renunciare, modò fiat mentio criminis,& processus incepti,nisi crimen illud renunciantem indignum redderet. Flamin.*dict. libro* 3. *quæstio* 16. *numero* 23. Prosper de Augustino *loco proximè citato.* Marcus Anton. Genuens. *cap.*53.*in annot.* 104

Censurisque Ecclesiasticis irretiti. Ita Fusc.*d.c.*28. 105

 *n.*14.

num.14. Flamin. d.q.6.n.67. Proſper de Auguſtinò d.loco,verſ.ſexta. Marc.Anton.Genuenſ. d.c.53.Nouar. d.num. 2.verſ. quarta, & hæc cenſura diuiditur in excommunicationem, ſuſpenſionem, & interdictum, c.querenti, de verbor.ſignific.vbi diximus; & in er.de appell.verb.vtriuſque iuris ſignific.appel...

206 *Aut nequeunt, aut non debent Eccleſia, vel beneficio inſeruire* Referunt Flamin. dict. quæſt.6.numero 91. Proſper de Auguſtino dict.loco, verſ.ſeptima.Nouar. d. numer.2.verſ.octaua,qui exemplificant quoad primam partem in Clerico bannito, in dæmoniaco,& in muto effecto: quoad ſecundam partem, de illis, ſcilicet,qui etſi poſſint,non tamen debent Eccleſiæ, vel beneficio deſeruire,exemplificant in Clerico turpiter, & ſcandaloſè viuente,in lunatico, in patiente ſtomachi languorem, & ſic vomitum, in illiterato,& habente morbum caducum.

107 *Seu,qui vnum aliud,aut plura obtinuerit beneficia,* referunt Flamin.d.q.6.à num.108.Proſper de Auguſtino dicto loco,verſ.octaua,Nouar.dict.n.2.verſ.nona, iuxta ea quæ dixi ſupr.hoc l.13.de collat.verſ.24.

108 *Vel quos ad aliud contigerit promoueri* Referunt. Flamin.d.quæſt.6.num.157.cum ſeqq.Proſper de Auguſtino dicto loco,verſ.nona,quia talis reſignatio non tam dicitur fieri propria voluntate,quàm neceſſitate, iuxta text.in cap.de multa, de præbend. & in Extrauag Execrabilis,verſ.qui verò deinceps, eodem titulo, inter commun.

109 *Religionem quoque ingreſſuri,vel matrimonium contracturi, ſi ſtatim ipſa id exequantur.* Referunt Fuſc. d.capit.28.numero 18.Flamin.dict.quæſt.6.à. numero 163.Nouar.d.tom.2.verſ.decima,Proſper de Auguſt. dict. loco verſ. decima;qui vnam differentiam conſtituunt inter Religionem ingredientes, & matrimonium contrahentes: quia, ſi Ordinarius admiſit renunciationem illius, qui vult matrimonium contrahere, illo contracto de præſenti poteſt conferre illud beneficium:ſi verò admittat renunciationem illius, qui vult ingredi Religionem,ſtatim non poteſt conferre illud beneficium, ſed debet expectare per annum,iuxta quem poteſt exire.

110 *Qui etiam ob capitales inimicitias nequeunt, vel non audent in loco beneficij reſidere ſecuri.* Referunt. Fuſc.dict.capit.28. numero 8.Flamin. dict. quæſt. 6. numero 169.Proſper de Auguſtino d.loco.verſ.vndecima.Marc Anton.Genuenſ.d.c.53.numero 4.Oriuntur autem capitales inimicitiæ ex lite ſuper omnibus bonis,vel maiori illorum parte, ex criminali accuſatione,vel ſi moueatur quæſtio ſtatus,vt latè reſoluunt per me citati de officio & poteſt.Epiſcopi,p.2.alleg.41. n.11.cum ſeqq.

111 *Sed nec horum vllus*, &c. Ex his verbis colligitur maximè debre obſeruare Epiſcopos, vt coram eis renunciantes, ſi ſint in Sacris conſtituti, habeant aliunde,vnde viuere, & vitam commodè ſuſtentare Poſſint. Prohibet quoque Trid. Conc. ſeſſ.21.de reform.capit. ſecundo, ne beneficium,ad cuius titulum quiſquam promotus fuerit, ipſe reſignare valeat, niſi facta mentione,quòd fuerit ad illius titulum promotus, quo quidem caſu minimè tunc erit dimittenda iſta reſignatio, niſi conſtito, quòd aliunde viuere cōmodè poſſit ipſe renūciās,& aliter factam reſignationem irritam eſſe decernit Ita Flam.dict.libro ſecunda,quæſtione 6.numero 36.& 39. Aloyſ.Ricc. in praxi rerum fori Eccleſ. deciſ.314. in 1. edit.aliàs reſol. 272.num.1.in fine,& num.2.in 2.edit.Gonzal.ad reg. 8.Cancel.gloſ.5.§. 10.num.34.Nicol.Garc.de benefic p 2.cap.217.vbi num. 214.ſubdit,etiam in foro conſcientiæ nullam eſſe, Campan.in diuerſ. iur. Canon. rub,8.cap.6.nu.2. Amendar.in addit.ad recop.legum Nauarræ l.2.tit.8.lib.1 de patrimon. n.21. vbi n. 22. cum Garc.vbi ſuprà n.193.in S.Congregatione Concilij fuiſſe deciſum pro forma traditum eſſe, vt reſignans teneatur facere mentionem ſe ad titulum beneficij reſignati fuiſſe promotum, adeo quod per æquipollens adimpleri non poſſit, quod etiam fuit reſolutum in Rota in vna Leodien. Canonicatus Sancti Iannis 28. Iunij 1621.coram bonæ memoriæ Remboldo.

Cæterùm præcimus, &c. Collige ex his verbis 112 Ordioarios admittentes beneficiorum reſignationes ex dictis cauſis, non debere illa beneficia conferre ſuis, aut admittentium conſanguineis, & affinibus, vel familiaribus, etiam per circuitum quia ſi hoc facerent, hæc reſignatio præſumeretur tacitè & indirectè facta ad fauorem, quæ coram eis fieri non poteſt.Ita Flamin.dict.libro 5. capit. 6. numero 180. Villalob.in ſum.tom.1.tract.37.diffic. 32.num.ſecundo,Filliuc tom.tertio tract.45.c.8. numer. 29. Sanch. in opuſc.moral.libro ſecundo,cap.tertio dub.36.numer. 24. Franc. Leo in theſauro fori Eccleſ. part.ſecunda, capit. tertio, numero 69. Proſper de Auguſtino dict. loco,poſt vndecimam cauſam,verſ.& quare, me citato Nouar.dict.loco numero 22. vbi n. 23.cum Ricc.deciſ.40.p.4.dicit hanc probibitionem non eſſe extendendam ad aliàs vacationes,& numer. 24.cum eodem Ricc.p.3.deciſ.81.limitat in benef.iuriſpatronatus,& in parte non videri huiuſmodi Conſtitutionem in Hiſpania ſeruari, ſed eſſe ab ea ſupplicatum, aſſerit Nicol. Garc. de benef.p.11.cap. 3.numer.270.Caſtro Palao tom.2.tract.13.diſp,6.puncto 2.§.1.num.7. Alphonſ.Moſcoſ.in ſum.tract.15.c.10.n.2.Diana moral. reſolut.p.5.tract.14.reſolut. 26.Pœnæ autem contra Ordinarios talia attentantes pronuntur in d. conſtit. verſ.Qui verò contra fecerint;quas quidem incurrunt licèt eas ignorauerint, vt aduertunt Flamin. d. q. 6. n.221.Nicol.Garc.d.p.11.c.3.n.271.Proſper de Auguſtino d.loco, poſt vndecimam cauſam, verſ.& quid Ordinarij, Non tamen per ſolam admiſſionem reſignationis, ſed ita demum ſi fuerit ſequuta collatio, Triuiſan.deciſ.7.p.2.Nouar.d.tit.de benef. reſign. un. 21.vbi numero 22.addit pœnam prædictam non incurri quando reſignatur beneficium ad effectum vniendi fabricæ Eccleſiæ.

Reſtat nunc, videamus, quando, & intra quod 113 tempus reiectio, vel admiſſio reſignationis factæ in manibus Ordinarij debeat ab ipſo Ordinario fieri, & à prouiſo publicari: in quo adeſt expreſſa diſpoſitio in Conſtit.Gregorij XIII. de publicandis reſign.incip. Humano vix iudicio. in hæc verba. *De beneficiis autem,quæ deinceps in manibus Ordinariorū collatorum etiam Cardinalium,etiam indulta,& facultates ad hoc ab Apoſtolica Sede habentium,ac Legatorū etiā de latere,& Delegatorum etiā ſpecialiū eiuſdē Sedis extra Romanam Curiā reſignari,etiam ex cauſa permutationis contigerit, ipſi intra menſem negotium vniuerſū admiſſionis,vel reiectionis reſignationis huiuſmodi,& ſi per eos faciēda erit,prouiſionis reſignati beneficij iuxta Apoſtolicas,& alias Canonicas Sanctiones omninò abſoluant,& qui ſic prouiſus fuerit,intra tres menſes à die ſibi factæ prouiſionis illā publicet,& poſſeſſionē beneficij capiat modo,& forma ſupradictis;alioquin illis elapſis nulla ſit eius prouiſio,& beneficiū vacare cēſeatur eo ipſo,Ordinarijque, & alij prædicti,qui hæc,vti eis præſcribitur,non perfecerint,eo caſu, poteſtate diſponendi de ipſis beneficiis ſint ea vice priuati, eorum diſpoſitio, eo ipſo ad Sedem Apoſtolicam deuoluta exiſtat,ac alijs idoneis ab ipſa Sede duntaxat, modo, & forma prædictis concedatur.* huius Conſtit. meminit Nouar. in ſum Bullar. tit. de beneficior.reſignator. poſſeſſione intra certum tempus capiendi; licèt enim de iure Canonico nullum tempus

ſit

sit præferam ad capiendam possessionem beneficiorum, nihilominus à Sanctissimo Gregorio XIII. fuit sancitum collationem, seu priuationem beneficij resignati in manibus Ordinarij esse faciendam intra mensem, & quod ille, qui de eo prouisus fuerit intra tres menses a die sibi factæ prouisionis illam publicet, & possessionem beneficij capiat, quibus elapsis nulla est eius prouisio, & beneficium vacare censetur ipso iure, & ad sanctam Sedem Apost. deuolutum existit: quod quidem tempus vnius mensis ad prouisionem faciendam non currit, nisi à die scientiæ factæ resignationis Nauar. *d. loco num. 3. & num. 6.* resoluit menti dictæ Constitutionis satisfactum si non fuisset possessio capta ob metum, & vim ipsi prouiso illatam, putà quia in loco beneficij adstitissent viri armati & *num. 28.* post Cocein *decis. 147.* subdit non suffragari ad pœnam eandem possessionem captam per procuratorem resignatarij absque speciali mandato. Hinc ex dicta Constitut. colligit Flamin. *de resignat. lib. 11. quæst. 2. num. 6.* quòd in resignationibus quæ fiunt extra Curiam, ij, coram quibus fiunt, debent admittere vel reiicere illas renunciationes intra mensem, & intra eundem conferre beneficia illa vacantia per resignationem, si eam admiserint, subdens, quòd hoc non fuerat consideratum per reg. Cancellariæ, nec per supradictam constitutionem Pij V. & quod optima ratione videtur positum, ne fiat fraus & sic notat quòd restringitur tempus, vt conferat intra mensem, idem annuit *eodem lib. 11. quæst. 5. num. 4. 10. & 13.* referunt, & sequuntur Nicol. Garc *de benef. part. 11. cap. 3. numero 285. & 357.* Ioan. à Cochier *in reg. de publicand resignat. num. 15. vers. sed hoc interest.* vbi dicit, quòd Ordinarius locorum, vel Legatis de Latere, in quorum manibus fit resignatio beneficij, præscribitur spatium vnius mensis, vt admittant, reiiciant, & conferant, & prouisus debeat publicare, &c. Verùm, quoad tempus conferendi, horum resolutio non videtur tuta: nam particula, &, *in d. constit.* Gregorij XIII. disiungit ac proinde orationem separatam facit, quasi dicat, quod negotium prouisionis resignati beneficij iuxta Apostolicas & alias Canonicas sanctiones omninò absoluant, & sic collationis tempus regulari debet iuxta dispositionem Iuris communis *in cap. nulla 2. de concess. preben da* sola enim admissio, & reiectio, in quibus cadere posset fraus, censentur restrictæ, & limitatæ ad mensem: de prouisione enim id nequaquam dici potest, vt ex sequenti exemplo apparet: nam, cùm certum sit, attenta dispositione Concilij Trid. *sess. 14. de reform. cap. 18.* concursum in Parochialibus etiam vacantibus per resignationem esse faciendum, & per *Constit.* Pij V. *incipit. In conferendis.* ad conferendum semestre sit concessum, nec fuerit huic Constit. per supradictam Gregorij derogatum, videbatur contrarietatem implicare, si intra mensem facienda esset collatio huiusmodi Parochialis præcedente concursu, vt aduertit Massobr. *in sua praxi habendi concursum, requisit. 7. dub. 1. secundùm Romanam impress.*

114 Vt igitur resignatio beneficij fieri possit & valida existat, adeò vt per eam vacare beneficium intelligatur, & liberè possit alteri conferri requiritur primò potestas, seu facultas renunciandi, quæ non facilè, aut ex quacunque causa sed tantùm ex his, quas vidimus, causis est concedenda.

115 Secundò requiritur, quòd resignatio fiat liberè & purè sine aliqua pactione, aut conditione, vel modo, aliàs simoniaca est & nulla, *cap. cùm pridem. cap. fin. de pactis, c. sua nos, de simon.* Flamin. *lib. 14. q. 3. n. 1.* Nicol. Garc. *de benefic. p. 11. cap. 3. ex n. 145.* & suprà latè egimus.

Tertiò requiritur, vt resignatio fiat sponte, alioquin facta coactè, vel per metum nulla erit, ac inualida, *cap. Abbas, cap. ad audientiam. de his, quæ vi, metusve causa fiunt*, Rebuff. *in praxi benefic. tit. de resignat. metu extorta, & tit. de vi in resignat. adhibita*, Coras. *de benefic. part. 1. cap. 8. num. 10. & 11.* Flamin. *lib. 13. quæst. 1. & 2.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 30. tract. 3. num. 246. vers. 1.* Nicol. Garc. *d. part. 3. à num. 1.* hoc est, venit rescindenda, *d. cap. Abbas*, ibi, *debent in irritum reuocari*, Fortun. Garc. *de vltimo fine illat. 1. num. 290.* Nau. *in cap. accepta, opposit. 5. num. 11. de restit. spoliat.* Flamin. *d. lib. 13. q. 2. in princip.* Valer. Reginadus *d. tract. 3. num. 533.* Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 7. cap. 27. q. 1.* 116

117 Actus enim gesti ob metum regulariter veniunt rescindendi, Sebast. Medic. *de casibus fort p. 1. q. 7. n. 62.* Anton. Gom. *tom. 3. var. c. 4. n. vnic. ad fin casu 6.* Gregor. Lop. *l. 56. verb. desfecho, tit. 5. part. 5.* Menoch. *cons. 2. n. 17.* Seraphin *de priuileg. iuram. priuileg. 110. in princip.* Sayr. *in claui regia, lib. 2. cap. 2. n. 10.* Farin. *fragm. crimin. p. . lit. M. n. 25.* Sanch. *de matr. lib. 4. dub. 8. n. 4.* Gutier. *eod. tract. cap. 76. à num. 2.*

118 Quartò quòd fiat in manibus legitimi Superioris, qui sit persona ecclesiastica, vt suprà diximus ex *num. 7.* Vnde in manibus laici non potest beneficiorum renunciatio fieri, alioquin resignatio est irrita, *cap. ad aures, cap. quod in dubiis, de renunciat.* Flamin. *de resignat. lib. 7. q. 9. ex n. 8.*

119 Notandum est autem, quòd qui renunciandi facultatem cum instantia petiit, & obtinuit, renunciare omninò compellitur; quia id aut propter commodum Ecclesiæ suæ, aut propter salutem suam præsumitur petiisse, *cap. quidam, de renunc.* Cassad. *decis. 1. num. 3. & decis. 2. num. 7. de renunciat.* Mandos. *in reg. de infirmis resign. q. 9. num. 4.* Maiol. *de irregular. lib. 5. cap. 6.* Fulc *de visitat. lib. 1. c. 28. n. 1.* Valer. Reginal. *in praxi fori pœnit. lib. 30. tract. 3. num. 328. vers. aduerte.* Flamin. *de resignat. lib. 3. q. 18. n. 48. cum seqq.* vbi *n. 59.* asserit procedere nedum in simplici beneficiato, sed in habente Dignitatem ecclesiasticam, etiam Episcopalem, & *num. 62.* ampliat, siue fuerit petita & habita licentia à Papa, siue etiam ab aliis inferioribus Ordinariis, *& num 63.* siue fuerit hæc licentia petita & obtenta per se, siue per alios, de mandato tamen, & ad instantiam beneficiatorum: & *à num. 67.* attestatur decisionem *d. cap. quidem*, hodie non procedere in beneficiis inferioribus, & Dignitatibus, quæ expediuntur extra Consistorium, quia in his licita est pœnitentia post petitam & obtentam licentiam renunciandi, donec consensus fuerit extensus in Camera, vel in Cancellaria, & *à n. 68.* refert procedere etiam hodie in Episcopis, qui si petierint, & obtinuerint licentiam, possunt postea cogi resignare.

120 Item notandum est, quod resignationes reciprocæ inter illegitimos filios Clericorum, & ipsos parentes, vt, scilicet, alter alterius beneficium consequatur, nullius momenti existere decreuit Concil. Trident. *sess. 25. de reform. capit. 15.* quin potiùs in fraudem sacrorum Canonum, & illius decreti factas vult censeri, ac propterea ipsis Clericorum filiis nullatenus suffragentur, Nauar. *cons. 5. in antiq.* aliàs *cons. 10. in nouis, de renunciat.* Sayr. *in floribus decis. sub eod. tit. decis.....* Flamin. *de resignat. libro 14. quæst. 9.* quod quidem Concilij decretum disposuit tantùm circa reciprocas resignationes post ipsum Concilium in fauorē filiorum faciendas, Armend. *in*

addit. ad recop. legum Nauarræ, lib.2. tit.10. de filiis, Presbyt num.43.

121 Prætereà notandum, quòd potest quisquam non solùm per se ipsum, verùm etiam per procuratorem vnum, vel plures coniunctim, vel diuisim Clericum, vel laicum, beneficio renunciare, *c.1. de procurator. in 6.* Flamin. *de resignat. lib.9. quæst.3. ex num.19.*
122 Præsens tamen in Curia personaliter præstare debet consensum, ideóque non poterit constituere procuratorem, Flam. *lib.8. quæst.8. n.22.* quamuis sit con-
123 stitutus in magna dignitate etiam Cardinalatus Vnde videmus Cardinales, quando resignant præstare consensum per schedulam, quam mittunt Notariis, vel ipsi Notarij accedunt ad eorum palatia ad recipiendum consensum, vt tradit Nau. *in d.c. accepta, opposit.7. n.27. de restit. spol.* aliter verò fit in Camera: quando præstatur ibi consensus Notarij Cameræ admittunt procuratores etiam præsentium, Flamin. *d. lib.9. q.12. & lib.8. q.8. n.23.*

124 Denique notandum, quòd, licet ad effectum perficiendæ resignationis requiratur consensus resignantis vel cedentis, sunt tamen aliqua beneficia quæ aliorum adhuc requirunt consensum pro validitate resignationis, vt sunt beneficia iuris patronatus, in quibus requiritur vltra consensum resignantis, & admissionem Papæ, etiam patroni, siue laici; siue Clerici, Roch. de Curte *in tractat. de iurepatron. verb honorificum, col.3.* Couar. *pract. cap.36. num.9.* Flamin. *d. lib.8. quæst.10. num.4. & 5.* vbi scribit, quòd huiusmodi consensus potest præstari ante prouisionem, in prouisione, & post prouisionem. Secundò beneficia electiua, in quibus debent consentire ij, qui ius eligendi habent, Zabarell. *in Clem. vnic. n.18. de renunc.* Flam. *d. q.10. n.11.* Tertiò, beneficia, quæ sunt ad nominationem alicuius Cardinalis: nam in his consensum ipsius requiri scribit idem Flamin. *d. q.10. num.4.* sed in aliis beneficiis, quæ non sunt ad nominationem Cardinalium, non requiritur eorum consensus, si illa per eorum familiares resignentur, vt tenet idem Flamin. *dict. quæstio 10. numero 2.* De his omnibus latiùs infrà ex *num.142.*

§. III.

Quæ beneficia resignari possint.

125 OMnia beneficia, quantumuis maiora, renunciari posse colligitur ex generalitate text. *in cap. admonet.* ibi, *vniuersis personis tui, &c. de renunc. & in cap.1. eodem. tit. lib.6.* notant. Burg. *in cap. ex part. num.12. de rescript.* Boër. *decis.105. num.4.* Bellam. *in tractat. de permut. benefic.3. p. in princip. n.3.* & alij, quos refert, & sequitur Flamin. *de resignat. lib.2. quæst.1. num.1.* adducentes pro fundamento huius conclusionis vulgare illud principium, quo docemur vnunquenque fauori suo, tam in temporalibus, quàm in spiritualibus renunciare posse, *l. pen. C. de pactis, can. quàm periculosum, 7. quæst. 1.* quod licet in se verum sit, beneficiis tamen ecclesiasticis non rectè adaptatur, quorũ resignatio, non ex mera cedentis voluntate; sed ex legitima causa à Superiore admissa dependet, *capit.1. cap. nisi cum pridem, de renunciat.* Vnde patrimonialia beneficia, & Ecclesiæ non numeratæ, & etiam illa, quæ cadunt sub consuetudine operandi, ac Hospitalia in titulum collata resignari possunt, vt tradit Viuian. *in praxi iurispatr. lib.13. cap.10. ex num.32.* & etiam Summus ipse Pontificatus, vt suprà diximus *lib.1. cap.2. num.211.* vbi etiam *num.212.* latè egimus, an deberet apud aliquem huiusmodi resignatio Summi Pontificatus fieri, cùm non detur Superior, qui illam possit acceptare?

Amplia primò, vt procedat etiamsi resignans senex sit vt post Archid. *in can. nihil 7. quæst. 1.* resoluit. Mandos. *in reg. de infirmis, quæst.4. num.7.* Flam. *lib.3. quæst.17. à num.1.* licèt talis renunciatio difficiliùs admittatur ex Rouill. *in tr. de iust. p.2. cap.14. num.2.* 116

Amplia secundò, in infirmis etiam morti vicinis quibus Iure communi attento licitum est beneficia resignare, vt colligitur ex *can. quamuis, 7. quæstio 1.* consuluit Dec. *cons.224.* Roman. *cons.342.* Mandos. *d. quæst.4. num.7.* idque duobus potissimùm fundamentis suaderi potest: primò, quia legitimi actus infirmis non denegantur: vnde testamentum condere, matrimonium contrahère, testimonium dicere, & similes actus sibi non prohibitos speciater efficere possunt: de testamento est tex. *in l.2. ff. de testam. l. iubemus. C. eod.* in matrimonio probat text. *in c.2. vers. leprosi autem,* vbi Abb. & Doct. *de coniug. lepros.* fatetur Communem Alex. *in l. si quis posthumos. ff. de lib. & posth.* de testimonio agit text. *in cap. quoniam frequenter, vers. nisi fortè, vt lite non contest.* Secundum fundamentum colligo ex *cap. nisi cùm pridem, vers. alia verò causa, de renunciat.* vbi inter alias causa, ob quas beneficiarius resignare potest, connumeratur infirmitas, per quam ægrotus impotens redditur ad pastorale munus exercendum; planè quo quis morti magis vicinior est, eò magis impotens efficitur ad suum munus subeundum: igitur ægrotus etiam morti propinquus beneficium re- 127
nunciare potest. Dixi, *Iure communi attento,* vt osten- 128
derem contrarium hodie practicari per *reg. Cancellariæ, de infirmis resignantibus,* qua cauetur, quòd si quis in infirmitate constitutus, siue simpliciter, siue ex causa permutationis, beneficium resignauit, & postea infra viginti dies à die præstiti consensus computandos de ipsa infirmitate decesserit, si beneficium per talem resignationem conferatur, collatio nulla sit, & beneficium per obitum vacare censeatur: quam regulam, à Bonifacio VIII. priùs conditam, deinde à cæteris Pontificibus confirmatam, & in multis additam ostendit Ludouic. Gom. *in præfat. eiusdem reg. num.8.* Flam. *lib.12. in princip. à num.2.* eiusque varias rationes congerunt Dec. *cons.224. num.2.* Mandos. *in eadem reg. quæst.1. num.3. q.13. n.12.* Rebuff. *in praxi benef. tit. de infirm. resignat. gl.1. n.2.* Prima ratio fuit, ad euitandas fraudes; quæ Ordinariis collatoribus, & habentibus expectatiuas fieri poterant, si infirmis licitum esset beneficia sua vsque ad extremam diem renunciare, vt colligitur ex *cap.2. de renunc. lib.6.* ex quo regulam hanc fuisse deductam putauit Ioan. Andr. *in cap. vlti. de collus. detegen.* Selu. *de benef. part.1. quæst.18.* Cassad. *dec.32. à num.5.* & alij quos refert Flamin. *d. lib.12. quæst.1. num.3.* quod mihi efficaciter non probatur, quia *in d. cap.2.* non consideratur dolus & fraus ex parte infirmi renunciantis, sed potiùs ex parte illius, qui tenue beneficium renunciauit, vt in eo expectatiua, aut alternatiua locum habere posset, & ita beneficium infirmi fortè pinguius sibi conferatur. Per contrarium verò *in regula de infirmis,* si fraus aliqua consideratur ex parte infirmi resignantis, est potiùs præsumenda, qui cùm beneficia per mortem dimittere cogatur, vult potiùs consanguineo, amico, aut Ordinario in cuius mense renunciauit, gratificari, quam habenti expectatiuam, aut alteri Ordinario in cuius mense decedere potest, beneficium liberè dimittere. Deinde

inde *in d. cap.* 2. ad fraudem præſumendam tria conſiderantur, tempus renunciationis, beneficium pingue, & grauis infirmitas:at verò *in reg.de infirmis*, venit omne beneficium,vt infrà tempus ad viginti dies coarctatur, ſufficit leuis infirmitas, reſignatio inſuper facta contra formam regulæ annullatur: quare, licèt fateamur prædictam regulam ad fraudes euitandas emanaſſe, non tamen puto ex *d. c.* 2. fuiſſe deſumptam. Altera ratio fuit,ne infirmus de beneficijs per viam ſucceſſionis diſponere videatur contra reg. text. *in c.* 1. *de prebend. c. ad decorem, cap. ad abolendam, de filijs Presbyt.* Illa enim, quæ Dei ſunt, ab homine dari non poſſunt *can. plerique* 8. *q.* 1. Alias rationes ad prædictam regulam aſſignare nititur Crauet. *conſ.* 88. *n.* 12. *l.* 1. & Flamin. *d. lib.* 12. *q.* 1. *a n.* 25.

129 Beneficia omnia ſub dicta *reg. de infirmis*, comprehenduntur, vt in ea tradit Reb. *gl.* 5. etiam patrimonialia Mandoſ. *q.* 15. *n.* 10. *in fine*, Gom. *qu.* 21. Flamin. *d.lib.* 12. *q.* 3. *n.* 10. & præceptoriæ,ſi ſunt perpetuæ, & datæ in titulum perpetui beneficij, Mandoſ. *q.* 20. & Commendæ, Rebuff. *gloſ.* 7. & etiam quæcunque beneficia, etiam reſeruata, litigioſa, & electiua Azor. *p.* 1. *l.* 7. *cap.* 28. & regularia Rebuff. *gl.* 5. *in fine* Anaſtaſius Germon. *de indultis Card.* §. *Regularia n.* 33. ac etiam iuriſpatronatus, Gom. *q.* 17. Flam. *d. lib.* 12. *q.* 3. *n.* 28. Azor. *d. lib.* 7. *c.* 28. *q.* 6.

130 Illud tamen controuerſum eſt, an ſub illa regula comprehendantur beneficia in manibus Ordinarij reſignata, ſi reſignans infra viginti dies moriatur Negatiuam partem ſequuntur, Dec. *conſ.* 224 *n.* 4. Mandoſ. *in d. reg. q.* 16. Papon. *lib.* 3. *art.* 2. *areſto* 1. quia verba illius non conueniunt renunciationibus, quæ fiunt extra Curiam,cum dicat viginti dies à die præſtiti conſenſus, non verò à die reſignationis eſſe computandos; planè in renunciationibus, quæ fiunt coram Ordinariis in ipſo actu renunciationis præſtatur conſenſus, nec alius extenſus vlteriùs requiritur: ergo verba illius regulæ his renunciationibus adaptari non poſſunt, quinimò non ſolùm verba, ſed etiam rationes, in quibus prædicta regula fundatur, in renunciationibus coram Ordinarijs factis deficere videntur, cùm infirmus coram Ordinario non poſſit renunciare in fauorem, ſed tantùm ſimpliciter, vt ſuprà oſtendimus, ac proinde omnis fraudis ſuſpicio, & hæreditariæ ſucceſſionis figura deficere videtur. Contrarium tamen, imò regulam *de infirmis*, habere etiam locum in renunciationibus coram Ordinarijs celebratis, reſoluit Gom. *in d. reg. q.* 16. Caſſad. *dec.* 31. *n.* 9. Reb. *in praxi, tit. de infirm. reſig. gl.* 12 *n.* 3. *& de nominat. q.* 16. *n.* 18. Flam. *d. lib.* 12. *q.* 5. *n.* 8. VVameſ. *conſ.* 257 *n.* 12. *de prebend.* Azor. *d. lib.* 7. *cap.* 26. *q.* 1. cùm ratio fraudis, in qua regula illa principaliter fundatur, in quacunque renunciatione locum habere poſſit, & verba, *præſtiti conſenſus* poſſint quoque in Ordinarijs verificari, apud quos conſenſus in ipſo actu renunciationis præſtatur, inter quæ viginti dies numerantur,cum tamen in renunciationibus in Romana Curia celebratis à die conſenſus extenſi computari debeant.

131 Amplia tertiò, vt locum habeat, etiamſi beneficium ſtatim vacare debeat; adhuc enim beneficiarius tale beneficium renunciare poteſt, cum interim ius habeat in re, quod per renunciationem transferre poſſit. Poni poteſt exemplum in eo, qui Parochialem Eccleſiam obtinuit, & in fine anni, intra quem promoueri tenebatur, iuxta *c. licet canon. de elect. lib.* 6. prædictum beneficium reſignauit, talis nanque reſignatio vltima die anni fieri poteſt, notauit Anchar, *in c. commiſſa, de elect. in* 6. Caſſad. *deciſ.* 27. *de locato.* Rot. *dec.* 38. *de prebend.* communem dicit Flam. *lib.* 3. *q.* 2. *n.* 8.

Amplia quartò in beneficiario, qui nondum 132
ſui beneficij poſſeſſionem adeptus eſt; quia tale beneficium ante apprehenſam poſſeſſionem renunciare poteſt, vt reſoluunt Anchar. *in c. ad audientiam* 31. *numer.* 2. *de reſcript.* Burg. *in cap. cæterum, num.* 161. *eod. tit.* Petr. Gregor. *ſyntagm iuris, lib.* 17. *capi.* 17. *n.* 16. Nau. *conſ.* 4. *n.* 2. *de ſimon.* Flam. *d. lib.* 2. *q.* 26. Boër. *dec.* 308. *n.* 1.

Amplia quintò, in beneficio onere penſionis 133
grauato quod reſignans ſimpliciter, ſeu, in fauorem reſignare poteſt, dummodo aliam penſionem ſibi non reſeruet: quia tunc tenebitur prioris penſionis validè reſeruatæ mentionem facere, Ita reſoluunt Gig. *de penſion. q.* 29. Caſſad. *deciſ.* 3.

Amplia ſextò in minore 25. annorum, maiore
tamen 14. talis nanque,ſi beneficium eccleſiaſticum 134
habeat, illud abſque curatoris auctoritate reſignare poteſt, vt notauit gloſſ. *verb. quamuis, & in cap. ex parte, de reſtit. ſpoliat.* communiter recepta, vt per Abb. *num.* 14. & alios *ibi*, Cou. *lib.* 1. *var. cap.* 5. *numero.* 1. & 3. Flamin. *lib.* 2. *quæſtio.* 7. *numero* 11. Azor. *inſtit. moral. p.* 2. *lib.* 7. *c.* 20. *q.* 9. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 30. *tr.* 3. *n.* 334.

Amplia ſeptimò, in beneficiis Apoſtolicæ Sedi
reſeruatis. poſſunt enim non ſolùm coram Romano 135
Pont. ſed etiam coram Ordinariis reſignari, quia reſeruatio ſolùm afficit beneficium quoad poteſtatem conferendi, non tamen quoad poteſtatem renunciandi, vt reſoluunt Rota. *deciſ.* 4. *de renunciat. in nouis, & deciſ.* 8. *numer* 9. *de prabend.* Hieron. Gabr. *conſ.* 189. *numero* 6. *libro* 1. Petrus Gregorius *ſyntagm. iuris libro* 17. *c.* 17. Flamin. *libro* 2. *quæſt.* 16. *numero* 3. *& libro* 7. *quæſt.* 14. *numero* 6. Viuian. *in praxi iuriſpatron. lib.* 13. *cap.* 10. *num. n.* 35. & ſic poterit
Epiſcopus reſignationes dictorum beneficiorum re- 136
cipere, non autem illa conferre, vt proxime citati Doctores aduertunt. Sed an ex tali renunciatione dicatur ius à renunciante abdicatum; diſtinguendum eſt
cum Ænea Falcon. *de reſeruat. benefic. quæſtione.* 4. *ef-* 137
fect. tertio verſ. ad quod, ſi de facto, numero nono aut beneficium erat reſeruatum ratione perſonæ obtinentis, vt putà, quia eſſet familiaris, vel officialis & tunc per reſignationem factam coram Ordinario non vacat, non quia reſeruatum, ſed quia renuncians erat exemptus à iuriſdictione Ordinarij; aut verò eſt reſeruatum ſpecialiter, ad fauorem certæ perſonæ, & tunc vacat, Rot. *in Caſalen. de beneficiorum* 10. *Decembris,* 1617. *coram R.P.D. Merlino. in verſ. nec videbatur.*

Amplia octauò. vt poſſit Epiſcopus recipere re- 138
ſignationes beneficiorum exiſtentium in ſua Diœceſi, etiam in Curia, non tamen conferre, quia tunc beneficia dicuntur in Curia vacare per reſignationem, & ideò eo caſu collatio palam ad Summum Pontificem ſpectat Ita Cou. *lib.* 3. *var. c.* 10. *ſub num.* 8. Flam. *lib.* 7. *q.* 14. *n.* 23. Proſper de Auguſtino *in addit. ad Quarant. verb. beneficiorum reſignationes, prope fin. verſ. an autem Ordinarij*, qui tamen adhibent hanc cautelam in conferendo, vt exeant ab Vrbe ad hoc, vt dicantur in aliena Diœceſi.

Limita primò illam regulam, qua docemur om- 139
nibus licitum eſſe beneficia ſua quæcunque illa ſint, ſimpliciter, aut in fauorem reſignare, vt non procedat in beneficio, in quo reſignans tempore reſignationis nullum ius omninò habebat, vt

ex Boër. & aliis colligit Flamin. *lib.* 3. *q.* 1. *n.* 20. Lancel. *de attent. c.* 5. *n.* 34. ex ratione *cap. quod autem* 5. *de iurepatron.* vnde fit beneficiarium propter crimen
140 ipso iure beneficio priuatum illi renunciare non posse, vt post Felin. *in cap. in nostra*, *num.* 38. *de rescript.* tradit. Hieron. Gabr. *cons.* 106. *n.* 11. *lib.* 2. Rebuff. *cons.* 64. *n.* 4. Nau. *cons.* 1. *aliàs* 12. *de rescript.* & alij per me citati *suprà hoc lib. cap.* 14. *prope fin. ante vers. secundo notandum.*

141 Limita secundò, in beneficio, ad cuius titulum quis fuit ad sacros Ordines promotus, quòd resignare non potest, nisi facta mentione, se ad illius titulum fuisse promotum, & aliunde commodè posse viuere; aliter facta resignatio nulla erit, vt expresse decreuit Concil. Trident, *sess.* 21. *de refor. cap.* 2. Flamin. *lib.* 2. *q.* 6. *à n.* 1. & diximus *suprà hoc cap. super verba Constit. Piana*, *n.* 111.

142 Limita tertiò. in beneficijs iurispatronatus, quæ sine consensu patroni, siue laïcus, siue clericus ille sit, renunciari ad fauorem, aut permutari non possunt, vt post alios resoluunt Roch. *de iure-patron. verb. honorificum, quæst.* 3. Pute. *decis.* 402. *lib.* 1. Cou. *pract. c.* 35. *n.* 5. Flamin. *lib.* 2. *q.* 4. *n.* 4. *& lib.* 7. *quæst.* 14. *num* 8. Viuian. *in praxi iurispatron. lib.* 13. *cap.* 10. *num*, 24. *cum seqq. in vlt. impress.* Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gloss.* 18. *à num.* 2. *& gloss.* 47. *num.* 20 Coccin. *decis.* 174. *num.* 3, Rota *decis.* 427. *num.* 1 *part.* 1. *recent.* Gratian. *disceptat. forens. tom.* 5. *c.* 835 Cabed. *de patronatibus Regiæ Coronæ c.* 10. *&* 11. vbi late disputat an Ecclesia Regij patronatus possit renunciari in fauorem alicuius, vel cum alia
143 permutari sine consensu Regis. Resignatio igitur, seu permutatio spreto patrono facta non est ipso iure nulla, sed venit annullanda, nisi expressus, aut tacitus patroni consensus superueniat, aut Pontificis derogatio, quæ in iurepatronatus laïcorum expressa requiritur, vt post Felin. *in tract. quando litteræ Apostolicæ noceant patronis* resoluit Couar *dict. c.* 36. & Cabed. *dict. tract. de patr. Regiæ Coronæ cap.* 11. *num.* 3. vbi *n.* 6. subdit in patronatibus Regijs non valere permutationem Ecclesiæ absque
144 Regis consensu, & illo inscio. In quibus verò casibus Romanus Pontifex derogationes concedere soleat, frequentiùs tradunt Selu. *de benefic. p.* 2. *quæst.* 13. & Rebuff. *in tract. nominat. quæst.* 15. *n.* 9. hodie derogat in totum in casibus infrà scriptis. Primò, in vacatione per obitum apud Sedem. Secundo, in vacatione per resignationem ex causa permutationis. Tertiò, quando beneficium, vel iuspatronatus est litigiosum. Quartò, quando patroni in præsentatione commiserunt simoniam. Quintò, quando prouisio est pro filio patroni, vel compatrono. Sextò, quando iuspatronatus est mixtum. Mohedan, *decis.* 156. *in fine*, quia in tali mixtura eminet qualitas patronatus laïcalis. Flamin. *dict, lib.* 3. *q.* 4. Nicol. Garc. *de benefic. part.* 5. *c.* 1. §. 11 *n.* 583. Vidi dubitari an coadiutor possit dari in beneficio patronato consensu patroni? & inueni Lambert. *de iurep.* 1. *p. lib.* 2. *q.* 6. *princ. art.* 20. resoluentem quòd cum coadiutorem dare sapiat ordinationem status Ecclesiæ, & in eo vertatur interesse Ecclesiæ, quam patroni defendere tenentur, ideo requiri patronorum consensum asserit, siue coadiutor detur vt sit futurus & perpetuus successor, siue vt sit temporalis eo quod titularis sit senex, infirmus, vel demens, etiam in terminis *c. vnici*, *de clerico agrot. lib.* 6. Intelligendam tamen duxi hanc resolutionem casu, quo necessitas Ecclesiæ adeò non vrgeret vt quæcunque dilatio illi nocere possit, quia tunc poterit deputari coadiutor etiam sine patroni consensu per Ordinarium, vel iuxta terminos *dict. capit. vnic.* dummodo tamen quamprimum eius requiratur assensus, quem, velit nolitue, constito sibi de Ecclesiæ necessitate præstare tenebitur; fiunt enim ista per modum prouisionis, quæ idcirco non mutant statum Ecclesiæ. Rebuff. *de sent. prouis. in præfat. num.* 17. Duran. *dec.* 74. *num.* 41. & ideo Ordinarius sua ordinaria auctoritate potest deputare vicarium seu œconomũ in beneficio vacante de iurepatronatus interim & quousque de rectore prouidetur: aut cognoscitur de iuribus eligentium, Duran. *d. decis.* 74. *n.* 50. vbi *num.* 39. post Federic de Senis. *cons.* 95. *n.* 3. *vers. item super eo*, resoluit quòd vicecuratus potest deputari per Ordinarium sine consensu patroni.

Limita quartò, in beneficiis electiuis, quæ sine consensu eligentium resignari non possunt, Card. 145
in Clem vnic. numero 18, *de renunciat.* Flamin. *lib.* 8. *q.* 10. *num.* 11. Viuian. *dict. lib.* 13. *cap.* 10. *numero* 28. vbi *numero* 29. pariter resoluit non posse resignari beneficia vnita? antequam vnio sortiatur effectum, nisi resignatio sit facta coram Papa ad fauorem alterius cum narratiua vnionis, & *numero* 31. quòd nec illa, super quibus concessæ sunt expectatiuæ à Sede Apostolica, resignari possunt,

Limita quintò, in beneficio, in quo alij fuit re- 146
seruatus regressus, vt per Mandos. *in praxi signaturæ gratiæ, verb. regressus. col. tertia*, Verall. *decis.* 215. *in princ. part.* 1. Viuian. *d. lib.* 13. *capit.* 10. *num.* 38. vbi *numero* 46. post Cassad. *decis.* 4. *numero* 4. *de legato*, subdit pariter non posse resignari beneficium, quando is cui super illo reseruata est pensio, egit pro ea non soluta contra beneficiatum ad priuationem, seu ad regressum.

Limita sextò, in beneficiis litigiosis, Lancell. 147
de attent. lib. 2. *cap.* 4. *num.* 254. Flamin. *lib.* 2. *quæst.* 3. *à num.* 1. vbi *num.* 56. *&* 57. subdit id non procedere, quoties lis esset super priuatione beneficiati, nisi priuatio peteretur ad eam adiudicandam alteri Azor. *instit. moral. part. secunda libro* 7. *capit.* 29. *quæst.* 5.

§. IV.

Qui sint renunciationis effectus?

PRimus renunciationis effectus, ex quo reliqui 148
oriuntur, per resignationem à Superiore admissam beneficium vacare; argum. text. *in capit. susceptum. de rescript. libro* 6. cùm renuntians ius omne, quod in beneficio habebat, ipso facto amittat, *cap. quod in dubiis*, *de renunciat*, Flamin. *de resignat. lib.* 1. *quæst.* 5. *numer.* 27. Viuian. *in praxi iurispatron. lib.* 13. *capit.* 10. *ex numero* 6. *in vltimis impress.* ita vt ab eo omninò Ecclesia maneat soluta, vt colligitur ex tex. *in capit. ex transmissa, eodem titul.* Vnde non poterit resignans in beneficio resignato ampliùs se intromittere, sed quoad illum pro mortuo reputatur, vt benè notauit gloss. *verb. cedentium in capit. quamuis*, 38. *de præbend. in* 6. Campan. *in diuers. Iuris Canon. rubr.* 11. *cap.* 27. *num.* 60. *vers. alterum quòd in dicta.*

Secundus renunciationis effectus est non posse 149
beneficiarium post simplicem, ac puram beneficij renunciationem à Superiore admissam, possessionem vlteriùs retinere; sed statim de idoneo Pastore esse prouidendum, vt ex Concil. Trident. & aliis Iuribus colligit Flamin. *libro* 1. *quæstione* 7. *numero* 7. Viuian. *dict. cap.* 10. *num.* 11. aliter dicendum in resignatione conditionali in fauorem certæ personæ

celebrata,

celebrata, in qua Rebuff. *in praxi tit. de simoniaca resignat. n.* 27. Rossiniac. *in tract. de benef. cap.* 14. *n.* 26. & Flamin. *vbi supra* resoluendum putant posse resignantem beneficij possessioni incumbere, & omnia ad illud spectantia excercere, donec resignatarius eiusdem possessionem apprehendat: quia, cùm in resignatione conditionali ius à resignante non abdicetur, nisi resignatario cum effectu fuerit quæsitum, nec illi ante captam possessionem quæsitum censeatur, rectè sequitur posse resignantem vsque ad illud tempus possessionem retinere. Ego verò prædictam opinionem dubiam existimo: quia, aut agimus de naturali & vera possessione, aut de ciuili & iusta: si de vera & naturali per simplicem resignationem, illa non admittitur vt *sup.* ostendimus: si de iusta & ciuili vsque ad possessionem per resignatarium apprehensam, durare potest: cùm resignans amisso titulo iustam & ciuilem possessionem amittat; perdit autem titulum simul ac ius resignatario fuerit quæsitum.

150 Tertius renunciationis effectus est, non posse resignantem post admissam renunciationem beneficij fructus percipere, cùm per illam canonicus titulus sit extinctus, sine quo beneficium iustè possideri nequit quod in simplici ac pura resignatione de plano procedit, quoad fructus à solo separatos ante diem resignationis, Rot. *dec.* 279. *p.* 2. *recent.* quam refero *de offic. & potest Episcopi, p.* 3. *alleg.* 117. *num.* 2. *in vltim. impress.* in conditionali verò satis controuersum est, ac proinde varias opiniones referunt scribentes, vt per Rebuff. *in praxi tit. de simon. resignat. num.* 40. *& in tract. nominat. q.* 14. *n.* 157. Rossiniac. *de benefic. c.* 14. *num.* 26. Ioan. Garc. *de expens. q.* 26. Cou. *lib.* 1. *var. c.* 15. *n.* 12 Molin. *de primogen. lib.* 3. *c.* 11. Gam. *Lusit. dec.* 128. Caualcan. *dec.* 44. *n.* 4. Gutier. *canonic. quæst. lib.* 1 *cap.* 33. Flamin. *lib.* 1. *q.* 6. *à num.* 10. Cabed. *diuers. iuris argum. c.* 3. *n.* 18. D. Barbos. *in l. diuortio, par.* 2. *in princ. num.* 49. *ff soluto matrimonio,* Castill. *de vsufructu, lib.* 1. *c.* 79. Hieron. Gabr. *cons.* 192. *lib.* 1. Ceuall. *commun. contra commun. q.* 561. Nicol. Garc. *de benefic. p.* 2. *c.* 1. *ex n.* 125. Viuian. *d. lib.* 13. *c.* 10. *ex num.* 8. Rot, *decis.* 279. *p.* 2. *recent.* Ego verò in hac quæstione tres casus diuersos considerandos esse existimo: primum ad illud vsque tempus, quo ius à resignante abdicatur, & resignatario quæritur: secundum, quando ea de re resignanti plenè non constat: tertium à tempore notitiæ, donec beneficij possessio per resignatarium capta sit. In priori casu, cum in conditionalibus resignationibus ius & dominium à resignante non abdicatur, nisi resignatario purificatis conditionibus translatum sit interim resignans dominus est, & integros beneficij fructus facit suos. In secundò verò casu, nempe, ab eo tempore vsque ad tempus scientiæ, cum resignans bonæ fidei possessor sit, & iustam possessionem præcedenti titulo adhuc coloratam retineat, sicut quilibet bonæ fidei possessor, fructus percipere & retinere potest, iuxta distinctionem, quam inter extantes, & consumptos tradunt Bart. & Doctores, *in l. ex diuerso ff. de rei vendicat. & in l. certum C. eodem* Cou. *lib.* 1. *var. cap.* 3. *n.* 6. D. Barbos. *vbi supra num.* 46. *cum seq.* In tertio verò casu, scilicet, à tempore scientiæ vsque ad apprehensam possessionem, quoscunque resignans percepit, aut percipere potuit, deductis expensis, tanquam malæ fidei possessor resignatario restituere tenetur; quæ verò scientia in proposito requiratur, explicant Flamin. & D. Barbosa *dictis locis.*

Quartus effectus est, non tenere resignantem post admissam renunciationem pensionem super beneficio impositam, & cætera illius onera ampliùs soluere, quia, cùm pensio onus sit reale super fructibus beneficij impositum, vt post Ioan. And. & alios *in cap. nisi essent. de prebend.* resoluunt Gig. *de pensionib. q.* 63. *n.* 2. Bursat. *cons.* 361. *lib.* 4. & alij plenè per me citati *de offic. & potest Episcop. p.* 3. *alleg.* 120. *n.* 1. *secundùm Lugdunen. impress.* & resignans post admissam resignationem fructus ampliùs percipere nequeat, vt suprà ostendimus, rectè sequitur, resignantem ad futuras pensiones, & cætera onera realia non obligari, ad decursas tamen vsque ad diem resignationis teneri, vt cum communi resoluit Flamin. *lib.* 1. *q.* 8. *n.* 18. quæ doctrina, licèt in simplici renunciatione vera sit, in conditionali tamen fallit, quando resignans post admissam resignationem fructus vsque ad tempus scientiæ bona fide percipit, tunc enim ad pensionem quoque pro eo tempore obligatur. Quare planiùs dici potest, resignantem tandiu ad pensiones, census, collectas, & cætera onera realia teneri quandiu beneficij fructus suos fecerit, imò si post solutam pensionem fructus restituere cogatur pensiones iam solutas rectè computabit, vt post Gig. *cons* 124. *num.* 1. resoluit Flamin. *d. quæst.* 8. *num.* 43. 151

Quintus effectus est, non teneri resignantem post renunciationem admissam Horas canonicas 152 recitare, nisi ad eas recitandas ratione sacri Ordinis, aut aliunde obligetur, vt tradunt Nauarr. *in tract. de Horis canon. cap.* 7. *num* 19. *& in cap. accepta. oppos.* 5. *n.* 21. Flamin. *lib.* 1. *q.* 9. *à n.* 1. quia, cùm ad id ratione beneficij teneatur, eo dimisso cessat obligatio, arg. text. *in cap. cùm cessante, de appell.* Facit efficax ratio: nam si ille, qui sui beneficij fructus non percepit, nec per eum steterit quominùs perciperet, à diuino Officio recitando deobligatur, vt cum Palud. & alij resoluit Nau. *d. c.* 7. *n.* 28 à fortiori in nostro casus, vbi resignans, nec fructus percepit, nec vllum iam in beneficio ius habet: quòd si interim dum sibi de renunciatione legitimè non constat, fructus bona fide percipiat, eundem ob obligatione non deobligarem. De resignatario autem à quo tempore diuinum Offi- 153 cium recitare teneatur, controuersum est? Nau *in d. cap.* 7. statim post collationem teneri existimat, cùm per eam ius in beneficio consequatur, *c. si tibi absenti, de prebend. lib.* 6. Flamin vero *d. q.* 9. cum communi, & magis recepta sententia resoluit resignatarium post captam possessionem obligari; quia tunc fructus incipit recipere, & ab eo tempore esse computandos sex menses per Leonem X. & Pium V. præfinitos ad priuationem fructuum incurrendam, de quibus per Nau. *in man. cap.* 25. *n.* 122. *& cons.* 14. *de celebrat. Missar. aliàs* 17. *eodem tit. in nouis.* Ego verò Flamin. sententiam admitterem in præbendis Ecclesiarum Cathedralium, & alijs beneficiis, quorum fructus solis præsentibus debentur, nec ad resignatarium, nisi post apprehensam possessionem, pertinere incipiunt; in alijs vero beneficiis, quorum fructus post resignationem successori reseruantur, resignatarium post collationem ad diuinum officium obligarem, cùm iam beneficij dominium obtineat, & fructus in effectu consequatur, & in hoc casu Nau. opinioni adhærendum puto.

Sextus renunciationis effectus est, resignan- 154 tem post resignationem admissam ad residentiam ampliùs non teneri, cum per resignationem obli-

gatio

cuius fauorem renunciatum fuit, tale beneficium
vacare non censetur, sed poterit resignans ex an-
73 tiquo titulo possessionem continuare. Ratio est:
quia resignas in fauorem certæ personæ à se sui
beneficij ius abdicare non intendit: nisi benefi-
cium resignatario acquiratur, in cuius fauorem
cessio, seu resignatio facta fuit; neque Pontifex re-
signationem pro alio, quàm pro eo, admittere in
tendit ita Cassad. *decis. 3. n. 1. de renunc.* Mandos.
de signatura gratia, tit. de resignat. à princ. Rebuff. *in
praxi, tit. de benefic. possess. n.* 146. Bursat. *cons.* 411. *n.*
5. *lib.* 4. Flamin. *d. q. 3. n. 47. cum seqq.* Rot. *in Leodien.
Canonicatus S. Dionysij. 25. May, 1628. cor. R. P. D.*
74 *meo Pironano.* Tum, quia resignans ad fauorem
certæ personæ conditionaliter resignat, dummo-
do, scilicet, dictæ personæ beneficium perfectè
acquiratur, ac proinde donec resignatio sit effe-
ctum sortita, ius & possessionem non amittit,
Achil. *decis. 10. n. 1. & 4. de restit. spoliat.* Mohedan.
decis. 36 per tot de renunc. & fuit dictum, *in Cordu-
ben. prastimoniorum, 4 Maij 1503. coram bona mem.
Card. Lancelloto, in Leodien. Canonicatus, 25. Iunij
1621. coram Card. Verospio, & in alia Leodien. Cano-
nicatus 27. Martij, 1623. coram Reuerendissimo D.
meo Coccino Decano. & in Romana Canonicatus S.
Mariæ in via lata, 29. Maij, 1624. & in Morin. Ca-
nonicatus, 18. May 1625 coram bona mem. Buratto:*
75 nec probatur effectuatio, nec ius abdicatur à re-
signante, donec litteræ fuerint executæ, & bene-
ficium resignatario acquisitum Rot. coram Gre-
gor. XV. *decis. 259. n. 6.* & fuit dictum *in Abulen. &
Zamoren. beneficiorum, 16. Iunij 1464. coram Penia,*
impressa per Garc. *de benefic. p. 6. cap. 2. num. 126. &
in Burgen. Canonicatus, 28. Aprilis 1597. coram
Card. Pamphilio sen.* impressa per Marchesan. *de
commiss. tom. 1. pag. 143. & in Ampurien. beneficij 17.
Februarij 1624. coram R. P. D. Merlino, & in Nu-
cerina Parochialis 28. Iunij 1630. coram R. P. D.
Motmanno,* vbi extenditur, quamuis resignans
tanquam œconomus ab Ordinario deputatus
beneficium administrasset: quia huiusmodi actus
non concludit necessariò, quòd resignans ha-
buerit animum abdicandi à se beneficium, &
possessionem in euentum, in quem illud perpetuò
non acquireretur resignatario: nam deficiente
hac conditione ius remanet penes resignantem,
donec ea purificetur, Achil. *decis. 4. num. 1. de re-
rum permut.* & in terminis possessionis captæ per
resignatarium, etiam volente resignante: si verò
beneficium non acquiratur resignatario est *de-
cisio* Mohed. *vlt. de renunciat.* quam sequuta est
Rot. *in d. Nucerina Parochialis*, & hæc dicitur in-
tentio resignantis, vt dixit etiam Rot. *in Leodien.
Canonicatus S. Dionysij. 25. May, 1616. Coram
R. P. D. meo Pironano.* Hinc resignans non cadit à
super beneficio, nisi litteræ Apostol. *in forma di-
gnum,* ad fauorem resignatarij expeditæ, executio-
ni fuerint demandatæ, vt dixit Rota coram Bu-
rat. inter eius impressas *decis. 871. & in dicto
Ampurien. beneficij coram R. P. D. Merlino.* Hinc
eadem Rota *in Colimbrien. Canonicatus 4. Februarij
1632. coram R. P. D. Merlino,* impressa per Paul. de
Rubeis *decis. 92. à num. 13. tom. 2. diuers.* aliàs *p. 6.
recent.* dicit, quòd si gratia resignationis fuerit ex-
pedita in forma *dignum,* per quam datur dumtaxat
mandatum de prouidendo; quatenus resignata-
rius reperiatur idoneus, nullumque tribuitur ei-
dem resignatario ius in re, nec à resignante ius
præuium abdicatur, nisi postquam gratia me-
diante collatione facta resignatario fuerit execu-
tioni mandata. Pendente lite super validitate, vel
innualiditate resignationis, & an sint purificatæ
conditiones, antequam resignatarius adipiscatur
possessionem, datur resignanti manutentio, etiam
contra resignatarium, saltem respectu detentatio-
nis Rot. *decis. 1. de renunciat. in nouis*, cum aliis
*in Leodien. Canonicatus S. Pauli, 25. Iunij 1621. co-
ram Card. Verospio;* secus autem, si resignatarius re-
periatur in possessione; quia ipsi, non resignanti
danda est manutentio, Rot. *decis. 92. p. 2. recent.* in
qua aliæ decisiones referuntur.

Secundò infertur beneficium non vacare, nec 76
ius à resignante abdicari, si ex aliqua causa bene-
ficium à resignatario quæsitum non sit, v. g. si ex-
communicatus sit, si sit laicus, si absens sit & ac-
ceptare noluerit, aut ante acceptationem moriatur,
quia in his, & similibus casibus resignans per re-
signationem nullum ius amisit. Potest etiam po-
ni exemplum in eo, qui beneficium iurispatro-
natus absque patroni consensu, aut legitima de-
rogatione resignauit, quia eo casu resignatio
nulla est, & ius penes resignantem remanet, ve
tenent Bursat. *cons. 411. n. 4.* communis ex Flamin.
d. q. 3. n. 96. idem dicendum de eo, qui resignauit
in manibus non habentis facultatem recipiendi
resignationem, vt testatur Guido *cons. 172.* aut si
verus beneficij valor à resignatario expressus non
sit: quia, cùm resignatio ob verum valorem non
expressum nulla sit, nec ex ea resignatario ius
quæratur propter regulam de valore exprimendo,
& communem stylum, rectè sequitur ius apud re- 77
signantem illæsum manere, vt post Boët. *decis. 243.
n. 8.* resoluit Flum. *vbi sup. n. 107.* aut denique si in
resignatione non fuit facta mentio, quod resignans
reperiebatur ordinatus ad titulum beneficij resi-
gnati, contra formam Concil. Trid. *sess. 21. de re-
form. c. 2.* Flam. Paris. *d. tract. de resign. lib. 2. q. 9. n. 36.
& 39.* Gonz. *ad reg. 8. Cancel. glos. 5. §. 10. n. 35.* Ni-
col. Garc. *de benef. p. 2. c. 5. n. 192. cum seqq.* & fuit
firmatum *in Leodien. Canonicatus S. Ioannis 28. Iu-
nij 1621. coram bona mem. Remboldo, & in Illerden.
Canonicatus 2. Decembris 1624. coram bona mem
Buratto,* inter eius impressas *dec. 838. n. 13.* quod
procedit etiam in resignatione ex causa permutatio- 78
nis, Rot. *decis. 614. p. 3.* nisi quando quis adeptus
esset pacificam possessionem beneficij permutati,
Gregor. *decis. 441. n. 3.* Reuerendissimus Coccinus
decis. 317. Buratt. *d. decis. 838. n. 13.*

Tertiò infertur, quòd si resignans reseruata 79
pensione resignauerit, & pensio non reseruetur,
aut si reseruata sit, in minori tamen summa, quàm
à resignante fuerit præfinita, vel si reseruatio pen-
sionis ex aliqua causa annullari contingat; quia in
his, & similibus casibus nulla erit talis resignatio,
& ius à resignante abdicatum non censetur, ad
tradita per Caputaq. *decis. 216. p. 1.* Flamin. *d. lib.
1. q. 3. n. 82. cum seqq. & n. 117.* Seraphin. *dec. 21. n. 1.*
Buratt. *decis. 833. n. 3.* Rot. *decis. 419.* & *decis. 699.
num. 4. p. 1. diuers. & decis. 92. n. 5. p. 1. recent. & decis.
4. n. 2. & decis. 432. n. 2 p. 2. recent. & in d. Leodien.
Canonicatus S. Dionysij.* Ius enim non abdicatur à 80
resignante non seruatis conditionibus, Flamin.
d. lib. 1. q. 14. n. 7. Hieron. Gabr. *cons. 185. nu. 2. cum
seqq lib. 1.* Stephan. Gratian. *discep. forens. cap. 746.
n. 20. & 21.* Rot. *in Verdunē Abbatia, 5. Maij 1614.
n. 9. & decis. 833. n. 4.* & titulus ac possessio non 81
dicitur dimissa, nisi adimplata conditione, Fla-
min. *d. q. 14. num. 10.* Nec vbi pensio in parte non 82
subsistit, erit reducibilis ad minorem quantitatem,
quia deficit resignantis consensus, & sic in totum

ipsa

ipsa gratia corruit, & resignans potest regredi ad beneficium resignatum, vt fuit resolutum *in Toletana pensionis*, 28. *Ianuarij*, 1591. *coram Giptio*, & *in Vincentina pensionis*, 21. *Maij* 1610. *coram R.P. D. meo Pirouano*, impressa per Farin. *decis.* 160. *num.*

83 *3. p. 2. recent.* Nec refert, quod resignatarius non retineat beneficium ex causa resignationis, si fuerit nulla, sed ex aliis clausulis, de quibus in litteris; qui etiam tunc tenetur stare conditioni pro conseruatione iuris resignantis, cum clausula, *sine alio quouis modo*, vel alia, *adhuc per obitum N.* & similes sint accessoriæ ad resignationem narratam, & sic illa nulla, subreptitia, seu inualida existente, nihil operantur, Pute. *decis.* 267. *lib.* 3. *in correct.* & fuit latè deductum *in Messanen. regressus*, 24. *Ianuarij* 1622. *coram bonæ mem. Vbaldo.*

84 Vnde, si in supplicatione dictum sit pensionem à resignante impositam tertiam partem fructuum non excedere, cùm tamen excedat, aut beneficium, super quod pensio constituitur, liberum esse, cùm tamen alia iam esset grauatum, de qua in supplicatione mentio facta non fuit: certum est tales litteras tanquam subreptitias, vitiari, & resignantem ad suum beneficium posse regredi. In eo verò magna est difficultas, an si resignans per aliquot annos pensionem percepisset, possit ex postfacto suum beneficium recuperare, an vero pensio in eo, quod excedit, ad iustam quantitatem reducenda sit? In qua difficultate distinguendam puto inter eum, qui bona fide renunciauit, putans pensionem legitimè constitutam, & inter eum, qui sciens pensionis litteras esse subreptitias, eandem nihilominus per aliquos annos percepisset. Priori casu, neque titulum, neque possessionem renuncians amisit; sed ad suum beneficium liberè redire potest; cùm ius quæsitum non sit ei, in cuius fauorem enunciauit: neque resignans titulum aut possessionem dimittere intendat nisi casu, quo alteri cum effectu acquiratur. In posteriori verò casu titulum non amisit, qui per collationem nulliter factam in resignatarium transire non potuit; amisit tamen possessionem, quam solo animo potuit amittere, & ex tali pensionum perceptione dimisisse creditur, quicquid Flamin. *vbi sup. à n.* 80. aliter inuoluat. Idem, quod de pensione diximus, de reseruatione accessus, regressus, vel de reseruatione omnium fructuum, aut medietatis dictum volumus, quia, si reseruatio iuxta formam à reseruante præfinitam facta non sit, sui beneficij titulum non amisit, cùm consensus conditionalis conditione non impleta perinde sit, acsi præstitus non fuisset; ita resoluit Hier. Gabr. *cons.* 185. *lib.* 1. plures decisiones allegat Flamin. *dict. quæst.* 3. *numero* 78.

85 Quartò infertur resignantem non solùm titulum, sed etiam possessionem retinere, quandiu conditio adimpleta, & beneficium resignatario quæsitum non fuerit, nisi aliunde colligatur possessionem dimittere voluisse, iuxta celebrem doctrinam Nau. *in c. accepta, oppos.* 7. *n.* 23. & 33. *de restit. spoliat.* Vnde colligunt aliqui posse resignantem fructus sui beneficij percipere, quandiu possessio per resignatarium quæsita non fuerit, & ita non à tempore notitiæ, sed à tempore apprehensæ possessionis per resignatarium fructus ad resignantem pertinere, de quo loco disputandum erit.

86 Quintò, & vltimò infertur: procuratorem ad resignandum sub certo modo, & forma constitutum, mandati formam transgredi non posse: quòd si in fauorem alterius, non verò nominati, vel si diuersa forma, aut cum minori pensione resignatio facta sit, nullius erit momenti, neque resignans titulum & possessionem amittit, imò si gratia iuxta supplicationis & mandati formam reformata non fuerit resignans aduersùs resignatarium spolio agere poterit, si beneficij possessionem ingressus sit, cùm mandatum non fuerit iuxta suos fines obseruatum. Colligitur hæc doctrina ex reg. *l. diligenter ff. mandati, cap. cum dilecta, de rescript. cap. cum olim. de officio deleg.* tradit in specie Seraph. *decis.* 265. Bursat. *cons.* 380. *num.* 15. Rebuff. *in praxi. tit. de publiciana. glos. vltim. num.* 32. Flamin. *lib.* 9. *quæst.* 17. *numero* 3. Limitatur tamen doctrina suprapòsita, vt non procedat, quando procurator non seruando formam mandati, resignantis conditionem meliorem effecit: verbi gratia si maiorem pensionem eidem reseruari fecerit: tunc enim licet non secundum verba, sed secundùm mentem resignantis eius mandatum obseruatur, vt post alios tenet Flamin. *d. quæst.* 17. *num.* 146. Declaratur tandem prædicta doctrina, vt non procedat in his quæ nunquam, aut saltem difficillimè concedi solent; quia cùm impossibilia reputentur, à mandato reiiciuntur, & pro non appositis habentur, iuxta reg. *l. Iulianus, §. constat, ff. de legat.* 2. poteritque procurator supplicationem reducere ad eam formam, quæ resignanti fuerit vtilior, si Datarius supplicationem iuxta formam mandati admittere noluit, dummodo constet procuratorem facta omni diligentia obtinere non potuisse, vt tradit Pute. *disp.* 524. *alias* 512. *numero* 2. *lib.* 2. Ex qua declaratione infert Flamin. *dict. quæst.* 17. *num.* 141. quod sit datum sit mandatum ad renunciandum beneficium, reseruata certa pensione cum facultate transferendi, & procurator iuxta formam mandati supplicationem porrigat, Datarius verò clausulam transferendi concedere noluit, imò eam à supplicatione casset, vel si mandauit, vt resignatio fiat cum reseruatione omnium fructuum, Datarius autem solùm medietatem concedat, quia in his & similibus casibus resoluit Flamin. validas esse tales renunciationes, & in Romana Curia passim admitti, licèt mandati forma ad vnguem obseruata non sit: quam doctrinam libenter admitterem, quando mandatum rem prope impossibilem contineret, quæ rarò fieri consueuit; non verò si aliquando solita fuit concedi, & nouè à Romano Pont. iustis aliquibus de causis interdicta est, v.g. si Romanus Pontif. qui tunc præest, renunciationes cum reseruatione omnium fructuum admittere soleat & successor tales renunciationes fieri omninò prohibeat: tunc enim non credo posse procuratorem mandati formam immutare, licèt pro eo tempore forma in mandato expressa difficillima videatur; quia non constat eam fuisse mentem resignantis, qui fortasse aliter renunciare non intendit, quàm si omnes fructus sibi reseruentur, prout paucis antè annis fieri consueuerat, in cuius rei confirmationem facit, quia mandatum ad resignandum strictissimè est interpretandum, vt notat Paris. *cons.* 143. *n.* 35. *lib.* 3. Bursat. *cons.* 395. Rebuff. *in praxi, tit. de procurator. ad resignand. constitutis n.* 12. 87

88 Solet tamen in proposito controuerti, si quis procuratorem ad resignandum sub certa forma, & conditionibus constituat; procurator autem mandati formam non obseruet, an huiusmodi resignatio sustineri possit, si resignans postea talem resignationem tacitè, aut expressè ratam habuerit? In qua difficultate resoluendum puto non valere prædictam resignationem, quamuis resignans eandem ex postfacto ex variis actibus ratificauerit. Ratio est; quia consensus per procuratorem contra

formam mandati præstiti, nullius est momenti, vt post. Alex. *cons.* 21. *num.* 4. *lib.* ... *num.* 6. Dec. *cons.* 77. *num.* 1. *lib.* 1. tradit Bursat. *cons.* 395. *num.* 11. *lib.* 4. Ratificatio non retrotrahitur, quando actus à principio nullus fuit, ex Bartoli doctrina *in l. obseruare. ff. de offic. procons.* recepta per Alex. *cons.* 16. *n.* 99. *l.* 6. Paris. *cons.* 49. *num.* 61. *lib.* præcipuè in beneficialibus: in quibus Superioris consensus desideratur, qui in tacita ratificatione non datur: vnde, cùm legitimè Superioris auctoritas in beneficiorum renunciationibus requiratur, quæ à principio nulliter, in ratificatione verò nullo modò interuenit, rectè fit ratificationem collationis nullæ nullius esse momenti, vt docent Guid. *cons.* 189. Flam. *dict. quæstio* 17. *numer.* 72. Sed ius omne apud resignantem remansisse, ex doctrina Abb. *in c. cum olim*, 19. *de re iudic.* atque etiam possessionem, si resignans renunciationem fuisse nullam probabiliter ignorabat, quæ doctrina; licèt in se dubia videatur per text. *in l. licèt* 56. *ff. de iud.* vbi, iudicium per falsum procuratorem nulliter agitatum, accedente dominij consensu confirmatur, nobis tamen non pugnat text. ille, eùm ad renunciandum vtriusque consensus renunciantis, scilicet, vt legitimi Superioris insimul requiratur, qui in simplici ratihabitione non reperitur. Quare ad prædictam renunciationem ratificandam noua renunciantis, & Pontificis approbatio est necessaria, quod efficaciùs comprobatur per reg. *Cancel.* 44. iuxta; quam expressus, & formalis consensus in renunciationibus prærequiritur, qualis non est ille, qui in ratificatione reperitur. Ampliatur tandem supradicta doctrina, vt procedat, etiamsi in mandato apposita sit clausula, *vt procuratori benè visum fuerit expedire* quia per eam de stylo Curiæ libera potestas procuratori circa causam principalem data non censentur, sed potiùs circa expeditionem litterarum, ad quam prædicta clausula referenda est vt cum Bursat. *d. cons.* 395. *numero* 25. resoluunt plures citati à Flamin. *d. quæst.* 17. *num.* 42. Aliter dicendum si apposita sit clausula *modo & forma eidem procuratori bene visis*, quia hæc sufficiens est ad maiorem, seu minorem constituendum, dummodo pensio resignanti non alteri reseruetur, vt multis confirmat Flamin. *vbi sup. num.* 82. Illud in hac materia singulare, & fermè dignissimum existimo, resignationem, scilicet, fieri non posse ad fauorem procuratorum ad resignandum constitutorum, qui mandatum acceptarunt, secus si non acceptarunt: quia, si in vno mandato plures fuerint constituti procuratores, qui illud acceptarunt, poterit resignare ad fauorem alterius comprocuratoris, qui non acceptauit, cùm tunc ille reputetur extraneus: ita Rota *in Romana Canonicatus S. Mariæ in lata via*, 29. *Maij* 1624. *coram bona mem. Buratto* inter eius impressas *decis.* 797. *n.* 1.

§. II.

Quibus ex causis renunciationes beneficiorum validè fiant.

89 EX certis causis potest quisquam Prælatus Ecclesiam suam cum Superioris licentia renunciando dimittere, vt habetur *in c. nisi cùm pridem*, vbi glos. & Doctores *de renuncias.* quæ quidem solent his verbis comprehendi:

Debilis, ignarus, malè conscius, irregularis,
Quem mala plebs odit, dans scandala, cedere possit.

& hæ quidem causæ ad duas præcipuas rediguntur, scilicet, ad vtilitatem Ecclesiæ, & ad salutem propriam; vt dicitur *in eap quidam eodem tit.*

Debilis intelligitur tali infirmare, vel impotentia, 90 qua redditur ab officij executione inutilis, aut valde difficilis, *d. c. nisi cum pridem*, ibi *alia vero causa est debilitas corporis*, &c. Gig. *de residentia Episc. cap.* 17. *num.* 12. Fusè *de visit. lib.* 1. *c.* 28. *num.* 3. Flam. *de resign. benef. lib.* 6. *quæst.* 3. *num.* 13. *cum seqq.* aut si non potest absque mortis periculo in loco Ecclesiæ suæ permanere *cap. ad supplicationem, cod. tit. de renunciat.* Ei verò, qui est lenio confectus, si nihilominus sit Ecclesiæ vtilis, non datur renunciandi facultas, sed potius ei coadiutor adiungitur *t. e.* 1. *cod. tit.* Senectus autem, quæ Prælatum impotentem red- 91 dit ad exequendum officium pastorale, Iudicis, hoc est Summi Pont. arbitrio relinquitur, vt per Menoch. *de arbitr casu* 35. *n.* 3. Mascard. *de probat. concl.* 1295. *num.* 8. Flam. *d. q.* 3. *n.* 56. *& q.* 6. *n.* 5. *cum seqq.* Marc. Anton. Genuens. *c.* 53. *n.* 1. Rendina *in prompt. recept. sent. tom.* 1. *prope fin. in Miscel. n.* 4.

Ignarus intelligitur, qui ex defectu scientiæ ita 92 est Ecclesiæ inutilis, vt nec ea norit, quæ ad officij sui executionem sunt necessaria, *d. c. nisi cum pridem. ibi pro defectu quoque scientiæ*, Gig. *d. c.* 17. *numer.* 13. Fusè *d. c.* 28. *n.* 4. *vers. ex defectu.* Flam. *d. quæst.* 3. *à n.* 67. vbi *n.* 83. ampliat, vt propter defectum scientiæ non solùm sit concedenda licentia Prælato petenti & volenti renunciare, sed etiamsi non petat, poterit, compelli, vt renunciet, & *n.* 84. interpretatur verbum, *potest* de quo in *d. c. nisi cùm pridem*, id est, debet; aliquando tam ardens in homine charitas esse potest, vt scientiæ defectum supplere valeat *d. c. nisi cùm pridem.* ibi, *& ideò imperfectum scientiæ*, &c. vt de Macedonio, & Ant. Anachoretis cuiusuis disciplinæ in expertis ob eorum incredibilem charitatem Sacerdotio dignis, referunt Salzed. *ad Bernard. in pract. c.* 21. *lit. A in fine, vers. aliquando*, Maiol. *de irregul. lib.* 1. *c.* 32. *n.* 4. *cum seqq.* Flam. *d. q.* 3. *nu.* 112. *cum seqq.* Bellet. *disquisit. cleric. p.* 1. *tit. de disciplina clericali.* §. 4. *n.* 37. Sed hoc casu quoque datur coadiutor secundùm ea, quæ *sup. lib.* 1. *c. de Vicario, & Coadiutor.* ostendimus.

Malè conscius intelligitur, qui, propter crimen 93 admissum, ex quo non fuit priuatus, petit renunciare, eò quòd propterea officij sui executio impedimentum aliquod videatur habere, *d. c. nisi cum pridem*, ibi, *propter conscientiam enim criminis*, &c. vbi Abb. *n.* 3. Redoan. *de simon. p.* 2. *c.* 13. *n.* 11. Gig. *d. c.* 17. *n.* 12. Fusè *d. c.* 28. *n.* 2. *vers & de primo.* Flam. *d. q.* 3. *num.* 8. vbi hoc intelligit eo tantùm casu, quando commititur crimen, quod post peractam pœnitentiam impedit Ordinis executionem, & citat glos. *verbo, sed duntaxat, vers. quæ ergo, cap. nisi cum pridem.* & Innoc. *n.* 2. *&* 3. ac Abb. *n.* 7.

Irregularis eadem ratione potest facilè renun- 94 ciare *d. c. nisi cum pridem*, ibi *personæ verò irregularitas*, &c. Guid. *d. c.* 17. *num.* 20. Fusè *d. cap.* 28. *num* 7. Flamin. *d q.* 3. *num.* 176. vbi *n.* 177. subdit, quod stante huiusmodi irregularitate Prælatus cogi potest renunciare.

Quem mala plebs odit, aut populus, quem regit, 95 si tam duræ ceruicis existat, aut adeò moribus ipsius Prælati aduersarius, vt in eis quicquam ampliùs proficere non valeat, potest cedendi licentiam petere, *d. c. nisi cùm pridem*, ibi, *propter malitiam autem plebis*, &c. vbi Host. *numero* 4. & Abb. *numero* 10. Guid. *d. cap.* 17. *numero* 18. Rebuff *in praxi benefic. tit. de resignat expressa.* Fusè *d. cap.* 28. *num.* 5. Flamin. *d. q.* 3. *à numero* 117. nam & Apostoli Iudæis aduersantibus discesserunt, & ad gentes se conuerterunt, *Actor.* 13.

Dans

Dans scandala etiam cedere facilè potest; vt scilicet, scandala euitentur, quibus aliter prouidere non potest *d.cap.nisi cùm pridem*, ibi, *pro graui quoque scandalo*, S.Thom. 2.2.q. 185.*art.4.vers. respondeo:* Roman.*sing.794. incip. An Episcopus*, Marsil. *sing.634.n.2.* Con. *in reg.peccatum part. 1. in initio*, Franc.Marc.*Delphin.decis. 944.num.1.p.1.*Anton. Ricciul. *de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existent.lib.9.c.3.num.*8.Beller.*disquisit cleric.p.1.tit. de discipl.cleric.§. 15.nu.19.*vbi Ampliat,etiam si ipse non sit in culpa scandali, Gig. *d. cap.* 17. Fusc. *d. cap.28.numero 6.*Maiol.*de irregular.lib.1.cap.2.num. 4.& cap.13.num.7.*Flamin.*d. quæst.3. num.* 153. vbi *n.176.* declarat; vt quoties cogitur Prælatus renunciare ob scandalum, ei sit danda compensa,aut contracambium redditnum, vt possit viuere,& non habeat mendicare.

97 Cæterùm laboris vitandi gratia, vel ambitus, aut auaritiæ causa, aut alia minùs legitima causa renunciare volens, non est audiendus,*cap.sicut vir, & per tot.7. quæst.1.d.cap.nisi cùm pridem.§.Verum,*Flamin. *dict. quæst. 3.à num.* 216. nec ratione inspirationis vel humilitatis,*d.c.nisi vers.sed dices*,Flamin.*d.q. 3. à num.227.*

98 Causæ verò,propter quas Episcopi,& alij facultatem habentes, simplices vt suprà beneficiorum resignationes recipere,& admittere possunt,referuntur *in Constit.* 58. Pij V. incip. *Quanta Ecclesiæ sub dat, Kalend. Aprilis*, 1568. quam referunt Quarant. *in in sum Bullarij.verb beneficiorum resignationes*, Flamin.*de resignat.lib.5.quæst.6.numero 2.*Vgolin.*de officio Episcopi,cap.50.§. 18. n.3.*& de ea meminit Io. Anton. Nouar. *in sum.Bullar.tit. de benefic. resignat. & permutat.* cuius particula quoad hoc propositum sic habet.

99 *Post hac Episcopi,& alij facultatem habentes eorum dũtaxat renunciationes recipere & admittere possint, qui aut senio confecti, aut valetudinarij, aut corpore impediti, vel vitiati, aut crimini obnoxij censurisque Ecclesiasticis irretiti,aut nequeant,aut non debeant ecclesiæ,vel beneficio inseruire, seu qui vnum,aliud, vel plura beneficia obtinuerint,vel quos ad aliud contigerit promoueri, Religionem quoque ingressuri vel matrimonium contracturi, si statim postea id re ipsa exequantur? denique cùm quis ex aliis casibus acciderit,qui Constitutione fel.record. Innocentij Papæ III. de dimittendis Cathedralibus Ecclesiis edita continentur,qui etiam ob capitales inimicitias nequeunt, vel non audent in locu beneficij residere securi,sed neque horum illus sacro Ordeni mancipatus,nisi religionem ingressurus valeat vllo modo beneficium,vel officium ecclesiasticum resignare,nisi aliunde ei sit,quo in vita possit commodè sustentari. Ad hac beneficiorum & officiorum permutationes admittere.qua Canonicis sanctionibus & Apostolicis Constitutionibus permittuntur.Caueant autem episcopi,& alij prædicti,itemque omnes electores,præsentatores,& patroni tam ecclesiastici quàm laici, quicunque sint(non verbo quidem,nutu, vel signo futuri in huiusmodi beneficiis,& officiis successores ab ipsis resignãtibus,aut alias eorum significatione,vel hortatu designentur,aut de his assumendis promissio inter eos,vel etiam intentio qualiscunque intercedat.Cæterùm præcipimus, atque interdicimus,ne ipsi Episcopi aut alij collatores de beneficiis & officiis resignandis prædictis,aut suis,aut admittentium consanguineis, affinibus,vel familiaribus, etiam per fallacem circuitum multiplicatarũ in extraneos collationum audeant prouidere: quod si secus, etiam quicquid præter,vel contra formam prædictorum fuerit à quocunque temerè attentatum,id totum ex nunc vires,& effectum decernimus non habere:qui verò contra fecerint, vt in eo, quo deliquerint, puniantur,à beneficiorum,& officiorum collatione, nec non electione,præsentatione,confirmatione,& institutione,prout cuique competierit,tandiu suspensi remaneãt, donec remissionem à Romano Pontifice meruerint obtinere;& qui talia beneficia, seu officia receperint; eos prædictis pœnis volumus subiacere. Et nihilominus in eos,qui sic suspensi conferre,eligere,præsentare, confirfirmare,vel instituere ausi fuerint, excommunicationis quoad personas,quo verò ad Capitula,& Conuentus à diuinis suspensionis sententias ipso facto promulgamus, quibus etiam nullus alius, quàm ipse Romanus Pontifex, siue absolutionis,siue relaxationis gratia(excepto mortis articula)valeat impartiri, prohibitione,& litteris nostris prædictis nihilominus in cæteris omnibus perpetuò valituris non obstantibus,*&c.

Senio confecti. Qui autem tales dicantur, remittitur Iudicis arbitrio, considerata personarum qualitate propter complexionum diuersitatem, Menoch.*de arbit.casu 59.n.3.*Flamin.*l.5.q.6.n.*8.Prosper de Augustino *in addit. ad sum. Bullarij,verb beneficiorum resignationes,in princ.*Marc.Anton. Genuens. *in praxi Archiepisc.Neapol.c.53.nu. 1.in nona edit.* Nouar.*d.tit. de benef.resign.n.2.in princip.* 100

Valetudinarij Infirmitas igitur est causa legitima ad resignandum beneficium,Flam.*d.q 6, num. 9.* Prosper de Augustin.*vbi suprà vers.secunda.*Valetudinarij qui dicantur, etiam Iudicis arbitrio relinquitur Menoch. *d. casu 60.* Marc. Anton. Genuens. *d.c.53.vers. aut valetudinarij*,Nouar.*d. num.2. vers. secunda est infirmitas.* 101

Corpore impediti. Si impedimentum sit tale, vt non possit prestar id, ad quod tenetur, vel aliàs ipsi Ordinario videretur esse sufficiens, Proper de Augustino *dict.loco vers.tertia.* Ioan. Anton.Nouar. *dict.num.2.vers.tertia*, Marc. Anton. *d.cap.* 53. Flamin.*dict.quæst. 6. nu.31.& 32.*vbi à *num.36*,exemplificat in octo morborum generibus,videlicet,in leproso, in scabioso,in herculeo,in paralytico, in apoplectico, in habente morbum comitialem, in lunatico, in laborante morbo Gallico, producente vlcera per corpus,in habente tremulas, vel chiragram continuam. 102

*Vel vitiati.*Flam.*d.q.6.*Prosp.de Augustino.*vbi sup. vers.quarto*,Nouar.*d.n.2.vers.sexta* vbi exemplificat in sex corporis deformitatibus, scilicet, in cæco, in claudo,in habẽte manũ mutilam,vel articulatas manus ad vtendum inefficaces, in habente crus penitus abscissum, aut adeò contractum, vt ligneo pede sit opus, in gibboso, & tandem in diminuto qualibet parte corporis notabili. 103

Crimini obnoxij. Quia crimina committentes faciliùs ad resignanda beneficia admittuntur, cum ad eorum priuationem Iura conueniant,Fusc.*d. cap. 28.numero 25.*Flàm.*dict.quæst. 6.numero 57.*Nouar. *dict.numero 2.vers. quinta*,Prosp. de Augustino *dict. loco vers. quinta*, qui exemplificat in casibus,in quibus ob crimen commissum venerit beneficio priuandus,videlicet in homicida, in simoniaco, in adultero,in concubinario,qui post admonitionem non resipiscit,in sustinente excommunicationem per annũ, in periuro,& in blasphemo. Huiusmodi criminosi inquisitione pendente, etiam post receptas probationes, & conclusum in causa, imò & pendente appellatione à sententia priuationis, simpliciter possunt beneficiis coram ordinario renunciare, modò fiat mentio criminis,& processus incepti,nisi crimen illud renunciantem indignum redderet. Flamin.*dict. libro 3. quæstio 16. numero 23.* Prosper de Augustino *loco proximè citato.* Marcus Anton. Genuens. *cap.53.in annot.* 104

Censurisque Ecclesiasticis irretiti. Ita Fusc.*d.c.*28. 105

*num.*14. Flamin. *d.q.*6.*n.*67. Prosper de Augustinò *d.loco,vers.sexta.* Marc.Anton.Genuens. *d.c.*53.Nouar. *d.num.* 2.*vers. quarta*, & hæc censura diuiditur in excommunicationem, suspensionem, & interdictum,*c.querenti,de verbor.signific.*vbi diximus; *& in tr.de appell.verb.vtriusque iuris signific.appel..*

206 *Aut nequeunt,aut non debent Ecclesiæ,vel beneficio inseruire* Referunt Flamin. *dict. quæst.*6.*numero* 91. Prosper de Augustino *dict.loco, vers.septima.*Nouar. *d. numer.*2.*vers.octaua,*qui exemplificant qooad primam partem in Clerico bannito, in dæmoniaco,& in muto effecto: quoad secundam partem, de illis, scilicet,qui etsi possint,non tamen debent Ecclesiæ, vel beneficio deseruire,exemplificant in Clerico turpiter, & scandalosè viuente,in lunatico, in patiente stomachi languorem, & sic vomitum, in illiterato,& habente morbum caducum.

107 *Seu,qui vnum aliud,aut plura obtinuerit beneficia,* referunt Flamin.*d.q.*6.*à num.*108.Prosper de Augustino *dicto loco,vers.octaua,*Nouar.*dict.n.*2.*vers.nona,* iuxta ea quæ dixi *supr.hoc l.*13.*de collat.vers.*24.

108 *Vel quos ad aliud contigerit promoueri* Referunt. Flamin.*d.quæst.*6.*num.*157.*cum seqq.*Prosper de Augustino *dicto loco,vers.nona,*quia talis resignatio non tam dicitur fieri propria voluntate,quàm necessitate, iuxta text.*in cap.de multa, de præbend. & in Extranag Execrabilis,vers.qui verò deinceps, eodem titulo, inter commun.*

109 *Religionem quoque ingressuri,vel matrimonium contracturi,si statim ipsa id exequantur.* Referunt Fusc. *d.capit.*28.*numero* 18.Flamin.*dict.quæst.*6.*à. numero* 163.Nouar.*d.tom.*2.*vers.decima,*Prosper de August. *dict. locc vers. decima;*qui vnam differentiam constituunt inter Religionem ingredientes, & matrimonium contrahentes: qoia, si Ordinarius admisit renunciationem illius, qui vult matrimonium contrahere, illo contracto de præsenti potest conferre illud beneficium:si verò admittat renunciationem illius, qui vult ingredi Religionem,statim non potest conferre illod beneficium, sed debet expectare per annum,iuxta quem potest exire.

110 *Qui etiam ob capitales inimicitias nequeunt, vel non audent in loco beneficij residere securi.* Referunt. Fusc.*dict.capit.*28. *numero* 8. Flamin. *dict. quæst.* 6. *numero* 169.Prosper de Augustino *d.loco.vers. vndecima.*Marc Anton.Genuens.*d.c.*53.*numero* 4.Oriuntur autem capitales inimicitiæ ex lite super omnibus bonis,vel maiori illorum parte, ex criminali accusatione,vel si moueatur quæstio status,vt latè resoluunt per me citati *de officio & potest. Episcopi,p.*2.*alleg.*41. *n.*11.*cum seqq.*

111 *Sed nec horum vllus*, &c. Ex his verbis colligitor maximè debre obseruare Episcopos, vt coram eis renunciantes, si sint in Sacris constitoti, habeant aliunde,vnde viuere, & vitam commodè sustentare Possint. Prohibet quoqoe Trid. Conc. *sess.*21.*de reform.capit. secundo,* ne beneficium,ad cuius titulum quisquam promotus fuerit, ipse resignare valeat, nisi facta mentione,quòd fuerit ad illius titulum promotus, quo quidem casu minimè tunc erie dimittenda ista resignatio, nisi constito, qoòd aliunde viuere cõmodè possit ipse renũtiãs,& aliter factam resignationem irritam esse decernit Ita Flam.*dict.libro secunda,quæstione* 6.*numero* 36.*&* 39. Aloys.Ricc. *in praxi rerum fori Eccles. decis.*314. *in* 1. *edit.aliàs resol.* 272.*num.*1.*in fine,& num.*2.*in* 2.*edit.*Gonzal.*ad reg.* 8.*Cancel.glos.*5.§. 10.*num.*34.Nicol.Garc.*de benefic p* 2.*cap.*217.vbi *num.* 214.subdit,etiam in foro conscientiæ nullam esse, Campan.*in diuers. iur. Canon. rub,*8.*cap.*6.*nu.*2. Armendar.*in addit.ad recop.legum Nauarræ l.*2.*tit.*8.*lib.*1 *de patrimon. n.*21. vbi *n.* 22. cum Garc.*vbi suprà n.*193.in S.Congregatione Concilij fuisse decisom pro forma traditum esse, vt resignans teneatur facere mentionem se ad titulum beneficij resignati fuisse promotum, adeo quod per æquipollens adimpleri non possit, quod etiam fuit resolutum in Rota *in vna Leodien. Canonicatus Sancti Ioannis* 28. *Iunij* 1621.*coram bonæ memoriæ Remboldo.*

Cæterùm præcimus, &c. Collige ex his verbis 112
Ordioarios admittentes beneficiorum resignationes ex dictis causis, non debere illa beneficia conferre suis, aut admittentium consanguineis, & affinibus, vel familiaribus, etiam per circuitum quia si hoc facerent, hæc resignatio præsumeretur tacitè & indirectè facta ad fauorem, quæ coram eis fieri non potest.Ita Flamin.*dict.libro* 5. *capit.* 6. *numero* 180. Villalob.*in sum.tom.*1.*tract.*37.*diffic.* 32.*num.secundo,*Filliuc *tom.tertio tract.*45.*c.*8.*numer.* 29. Sanch. *in opusc.moral.libro secundo,cap.tertio dub.*36.*numer.* 24. Franc. Leo *in thesauro fori Eccles. part.secunda, capit. tertio, numero* 69. Prosper de Augustino *dict. loco,post vndecimam causam,vers.& quare,* me citato Nouar.*dict.loco numero* 22. vbi *n.* 23.cum Ricc.*decis.*40.*p.*4.dicit hanc probibitionem non esse extendendam ad aliàs vacationes,& *numer.*24.cum eodem Ricc.*p.*3.*decis.*81.limitat *in benef.iurispatronatus,*& in parte non videri huiusmodi Constitutionem in Hispania seruari, sed esse ab ea supplicatum, asseris Nicol. Garc. *de benef.p.*11.*cap.*3.*numer.*270.Castro Palao *tom.*2.*tract.*13.*disp,*6.*puncto*2.§.1.*num.*7. Alphons.Moscos.*in sum.tract.*15.*c.*10.*n.*2.Diana *moral. resolut.p.*5.*tract.*14.*resolut.* 26.Pœnæ autem contra Ordinarios talia attentantes pronuntur *in d. constit. vers.Qui verò contra fecerint;*quas quidem incurrunt licèt eas ignorauerint, vt aduertunt Flamio. *d.q.*6.*n.*221.Nicol.Garc.*d.p.*11.*c.*3.*n.*271.Prosper de Augustino *d.loco, post vndecimam causam, vers.& quid Ordinarij,* Non tamen per solam admissionem resignationis, sed ita demum si fuerit sequuta collatio, Triuisan.*decis.*7.*p.*2.Nouar.*d.tit.de benef. resign. nu.* 21.vbi *numero* 22.addit pœnam prædictam non incurri quando resignatur beneficium ad effectum vniendi fabricæ Ecclesiæ.

Restat nunc, videamus, quando, & intra quod 113
tempus reiectio, vel admissio resignationis factæ in manibus Ordinarij debeat ab ipso Ordinario fieri, & à prouiso publicari: in quo adest expressa dispositio *in Constit.*Gregorij XIII. *de publicandis resign.*incip. *Humano vix iudicio.* in hæc verba. *De beneficiis autem,quæ deinceps in manibus Ordinariorũ collatorum etiam Cardinalium,etiam indulta,& facultates ad hoc ab Apostolica Sede habentium,ac Legatorũ etiã de latere,& Delegatorum etiã specialiũ eiusdẽ Sedis extra Romanam Curiã resignari,etiam ex causa permutationis contigerit, ipsi intra mensem negotium vniuersũ admissionis,vel reiectionis resignationis huiusmodi,& si per eos faciẽda erit,prouisionis resignati beneficij iuxta Apostolicas,& alias Canonicas Sãctiones omninò absoluant,& qui sic prouisus fuerit,intra tres menses à die sibi factæ prouisionis illã publicet,& possessionẽ beneficij capiat modo,& forma supradictis;alioquin illis elapsis nulla sit eius prouisio,& beneficiũ vacare cẽseatur eo ipso,Ordinarijque, & alij prædicti,qui hæc,vti eis præscribitur,non perfecerint,eo casu, potestate disponendi de ipsis beneficiis sint ea vice priuati, eorum dispositio, eo ipso ad Sedem Apostolicam deuoluta existat,sunt aliis idoneis ab ipsa Sede dũtaxat, modo, & forma prædictis concedatur.* huius Constit. meminit Nouar. *in sum Bullar. tit. de beneficior.resignator. possessione intra certum tempus capiendi*; licèt enim de iure Canonico nullum tempus

sit

sit præfetam ad capiendam possessionem beneficiorum, nihilominus à Sanctissimo Gregorio XIII. fuit sancitum collationem, seu priuationem beneficij resignati in manibus Ordinarij esse faciendam intra mensem, & quod ille, qui de eo prouisus fuerit intra tres menses a die sibi factæ prouisionis illam publicet, & possessionem beneficij capiat, quibus elapsis nulla est eius prouisio, & beneficium vacare censetur ipso iure, & ad sanctam Sedem Apost. deuolutum existit: quod quidem tempus vnius mensis ad prouisionem faciendam non currit, nisi à die scientiæ factæ resignationis Nouar. *d. loco num. 3. & num. 6.* resoluit menti dictæ Constitutionis satisfactum si non fuisset possessio capta ob metum, & vim ipsi prouiso illatam, purà quia in loco beneficij adstitissent viri armati & *num. 28.* post Coccin *decis. 147.* subdit non suffragari ad pœnam euadendam possessionem captam per procuratorem resignatarij absque speciali mandato. Hinc ex dicta Constitut. colligit Flamin. *de resignat. lib. 11. quæst. 2. num. 6.* quòd in resignationibus quæ fiunt extra Curiam, ij, coram quibus fiunt, debent admittere vel reiicere illas renunciationes intra mensem, & intra eundem conferre beneficia illa vacantia per resignationem, si eam admiserint, subdens, quòd hoc non fuerat consideratum per reg. Cancellariæ, nec per supradictam constitutionem Pij V. & quod optima ratione videtur positum, ne fiat fraus & sic notat quòd restringitur tempus, vt conferat intra mensem, idem annuit *eodem lib. 11. quæst. 5. num. 4. 10. & 13.* referunt, & sequuntur Nicol. Garc *de benef. part. 11. cap. 5. numero 285. & 357.* Ioan. à Cochier *in reg. de publicand. resignat. num. 15. vers. sed hoc interest.* vbi dicit, quòd Ordinariis locorum, vel Legatis de Latere, in quorum manibus fit resignatio beneficij, præscribitur spatium vnius mensis, vt admittant, reiiciant, & conferant, & prouisus debeat publicare, &c. Verùm, quoad tempus conferendi, horum resolutio non videtur tuta: nam particula, &, *in d. constit.* Gregorij XIII. disiungit ac proinde orationem separatam facit, quasi dicat, quod negotium prouisionis resignati beneficij iuxta Apostolicas & alias Canonicas sanctiones omninò absoluant, & sic collationis tempus regulari debet iuxta dispositionem Iuris communis *in can. nulla 2. de conces. prebend.* sola enim admissio, & reiectio, in quibus cadere posset fraus, censentur restrictæ, & limitatæ ad mensem: de prouisione enim id nequaquam dici potest, vt ex sequenti exemplo apparet: nam, cùm certum sit, attenta dispositione Concilij Trid. *sess. 14. de reform. cap. 18.* concursum in Parochialibus etiam vacantibus per resignationem esse faciendum, & per *Constit.* Pij V. *incipit. In conferendis.* ad conferendum semestre sit concessum, nec fuerit huic Constit. per supradictam Gregorij derogatum, videbatur contrarietatem implicare, si intra mensem facienda esset collatio huiusmodi Parochialis præcedente concursu, vt aduertit Massobr. *in sua praxi habendi concursum, requisit. 7. dub. 1. secundùm Romanam impress.*

114 Vt igitur resignatio beneficij fieri possit & valida existat, adeò vt per eam vacare beneficium intelligatur, & liberè possit alteri conferri requiritur primò potestas, seu facultas renunciandi, quæ non facilè, aut ex quacunque causa sed tantùm ex his, quas vidimus, causis est concedenda.

115 Secundò requiritur, quòd resignatio fiat liberè & purè sine aliqua pactione, aut conditione, vel modo, aliàs simoniaca est & nulla, *cap. cùm pridem. cap. fin. de pactis, c. sua nos, de simon.* Flamin. *lib. 14. q. 3. n. 1.* Nicol. Garc. *de benefic. p. 11. cap. 3. ex n. 145.* & suprà latè egimus.

116 Tertiò requiritur, vt resignatio fiat sponte, alioquin facta coactè, vel per metum nulla erit, ac inualida, *cap. Abbas, cap. ad audientiam. de his, quæ vi, metusve causa fiunt,* Rebuff. *in praxi benefic. tit. de resignat. metu extorta, & tit. de vi in resignat. adhibita,* Coras. *de benefic. part. 1. cap. 8. num. 10. & 11.* Flamin. *lib. 13. quæst. 1. & 2.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 30. tract. 3. num. 146. vers. 1.* Nicol. Garc. *d. part. 2. à num. 1.* hoc est, venit rescindenda, *d. cap. Abbas,* ibi, *debent in irritum reuocari,* Fortun. Garc. *de vltimo fine illat. 1. num. 190.* Nau. *in cap. accepta, opposit. 5. num. 11. de restit. spoliat.* Flamin. *d. lib. 13. q. 2. in princip.* Valer. Reginaldus *d. tract. 3. num. 333.* Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 7. cap. 27. q. 1.*

117 Actus enim gesti ob metum regulariter veniunt rescindendi, Sebast. Medic. *de casibus fort p. 1. q. 7. n. 62.* Anton. Gom. *tom. 3. var. c. 4. n. unic. ad fin. casu 6.* Gregor. Lop. *l. 56. verb. desfecho, tit. 5. part. 5.* Menoch. *cons. 2. n. 17.* Seraphin *de priuileg. iuram. priuileg. 110. in princip.* Sayr. *in claui regia, lib. 2. cap. 2. n. 10.* Farin. *fragm. crimin. p. 1. lit. M. n. 25.* Sanch. *de matr. lib. 4. dub. 8. n. 4.* Gutier. *eod. tract. cap. 76. à num. 2.*

118 Quartò quòd fiat in manibus legitimi Superioris, qui sit persona ecclesiastica, vt suprà diximus ex *num. 7.* Vnde in manibus laici non potest beneficiorum renunciatio fieri, alioquin resignatio est irrita, *cap. ad aures, cap. quod in dubiis, de renunciat.* Flamin. *de resignat. lib. 7. q. 9. ex n. 8.*

119 Notandum est autem, quòd qui renunciandi facultatem cum instantia petiit, & obtinuit, renunciare omninò compellitur; quia id aut propter commodum Ecclesiæ suæ, aut propter salutem suam præsumitur petiisse, *cap. quidam, de renunc.* Cassad. *decis. 1. num. 3. & decis. 2. num. 7. de renunciat.* Mandos. *in reg. de infirmis resign. q. 9. num. 4.* Maiol. *de irregular. lib. 3. cap. 6.* Fusc. *de visitat. lib. 1. c. 28. n. 1.* Valer. Reginal. *in praxi fori pœnit. lib. 30. tract. 3. num. 328. vers. aduerte.* Flamin. *de resignat. lib. 3. q. 18. n. 48. cum seqq.* vbi *n. 59.* asserit procedere nedum in simplici beneficiato, sed in habente Dignitatem ecclesiasticam, etiam Episcopalem, & *num. 62.* ampliat, siue fuerit petita & habita licentia à Papa, siue etiam ab aliis inferioribus Ordinariis, *& num. 63.* siue fuerit hæc licentia petita & obtenta per se, siue per alios, de mandato tamen, & ad instantiam beneficiatorum: & *à num. 67.* attestatur decisionem *d. cap. quidem,* hodie non procedere in beneficiis inferioribus, & Dignitatibus, quæ expediuntur extra Consistorium, quia in his licita est pœnitentia post petitam & obtentam licentiam renunciandi, donec consensus fuerit extensus in Camera, vel in Cancellaria, & *à n. 68.* refert procedere etiam hodie in Episcopis, qui si petierint, & obtinuerint licentiam, possunt postea cogi resignare.

120 Item notandum est, quod resignationes reciprocæ inter illegitimos filios Clericorum, & ipsos parentes, vt, scilicet, alter alterius beneficium consequatur, nullius momenti existere decreuit Concil. Trident. *sess. 25. de reform. capit. 15.* quin potiùs in fraudem sacrorum Canonum, & illius decreti factas vult censeri, ac propterea ipsis Clericorum filiis nullatenus suffragentur, Nauar. *cons. 5. in antiq.* aliàs *cons. 10. in nouis, de renunciat.* Sayr. *in floribus decis. sub eod. tit. decis.* ..... Flamin. *de resignat. libro 14. quæst. 9.* quod quidem Concilij decretum disposuit tantùm circa reciprocas resignationes post ipsum Concilium in fauorē filiorum faciendas, Armend. *in*

*addit.ad recop.legum Nauarræ, lib.2.tit.10.de filiis, Presbyt num.*43.

121 Prætereanotandum, quòd potest quisquam non solùm per se ipsum, verùm etiam per procuratorem vnum, vel plures coniunctim, vel diuisim Clericum, vel laicum, beneficio renunciare, *c.1. de procurator. in 6.* Flamin. *de resignat. lib.9. quæst.3. ex num.*19.
122 Præsens tamen in Curia personaliter præstare debet consensum, ideóque non poterit constituere procuratorem, Flam. *lib.8.quæst.8.n.22.* quamuis sit con-
113 stitutus in magna dignitate etiam Cardinalatus Vnde videmus Cardinales, quando resignant præstare consensum per schedulam, quam mittunt Notariis, vel ipsi Notarij accedunt ad eorum palatia ad recipiendum consensum, vt tradit Nau. *in d.c.accepta, opposit.7.n.27.de restit.spol.* aliter verò fit in Camera: quando præstatur ibi consensus Notarij Cameræ admittunt procuratores etiam præsentium, Flamin. *d.lib.9.q.12.& lib.8.q.8.n.23.*

114 Denique notandum, quòd, licet ad effectum perficiendæ resignationis requiratur consensus resignantis vel cedentis, sunt tamen aliqua beneficia quæ aliorum adhuc requirunt consensum pro validitate resignationis, vt sunt beneficia iuris patronatus, in quibus requiritur vltra consensum resignantis, & admissionem Papæ, etiam patroni, siue laici; siue Clerici, Roch. de Curte *in tractat.de iurepatron. verb honorificum, col.3.* Couar. *pract.cap.36.num.9.* Flamin. *d.lib.8. quæst.10. num.4. & 5.* vbi scribit, quòd huiusmodi consensus potest præstari ante prouisionem, in prouisione, & post prouisionem. Secundò beneficia electiua, in quibus debent consentire ij, qui ius eligendi habent, Zabarell. *in Clem. vnic.n.18. de renunc.* Flam.*d.q.10.n.11.* Tertiò, beneficia, quæ sunt ad nominationem alicuius Cardinalis: nam in his consensum ipsius requiri scribit idem Flamin. *d. q.10.num.4.* sed in aliis beneficiis, quæ non sunt ad nominationem Cardinalium, non requiritur eorum consensus, si illa per eorum familiares resignentur, vt tenet idem Flamin. *dict. quæstio 10. numero 2.* De his omnibus latiùs infrà ex *num.142.*

§. III.

Quæ beneficia resignari possint.

125 OMnia beneficia, quantumuis maiora, renunciari posse colligitur ex generalitate text. *in cap.admonet.* ibi, *vniuersis personis tui,&c.de renunc. & in cap.1. eodem. tit.lib.6.* notant. Burg. *in cap. ex part.num.12.de rescript.* Boër.*decis.105. num.4.* Bellam.*in tractat.de permut.benefic.3. p. in princip.n.3.* & alij, quos refert, & sequitur Flamin. *de resignat. lib.1.quæst.1. num.1.* adducentes pro fundamento huius conclusionis vulgare illud principium, quo docemur vnumquenque fauori suo, tam in temporalibus, quàm in spiritualibus renunciare posse, *l. pen. C. de pactis, can. quàm periculosum, 7.quæst. 1.* quod licet in se verum sit, beneficiis tamen ecclesiasticis non rectè adaptatur, quorũ resignatio, non ex mera cedentis voluntate; sed ex legitima causa à Superiore admissa dependet, *capit.1. cap. nisi cum pridem, de renunciat.* Vnde patrimonialia beneficia, & Ecclesiæ non numeratæ, & etiam illa, quæ cadunt sub consuetudine operandi, ac Hospitalia in titulum collata resignari possunt, vt tradit Viuian. *in praxi iurispatr. lib.13. cap.10. ex num.32.* & etiam Summus ipse Pontificatus, vt suprà diximus *lib.1. cap.2. num.211.* vbi etiam *num. 212.* latè egimus, an deberet apud aliquem huiusmodi resignatio Summi Pontificatus fieri, cùm non detur Superior, qui illam possit acceptare?

116 Amplia primò, vt procedat etiamsi resignans senex sit vt post Archid. *in can. nihil 7. quæst.1.* resoluit. Mandos. *in reg. de infirmis, quæst.4. num.7.* Flam. *lib.3. quæst.17. à num.1.* licèt talis renunciatio difficiliùs admittatur ex Rouill. *in tr. de iust. p.1. cap.14. num.2.*

127 Amplia secundò, in infirmis etiam morti vicinis quibus Iure communi attento licitum est beneficia resignare, vt colligitur ex *can. quamuis, 7.quæstio 1.* consuluit Dec.*cons.124.* Roman. *cons.341.* Mandos. *d. quæst.4. num.7.* idque duobus potissimùm fundamentis suaderi potest: primò, quia legitimi actus infirmis non denegantur: vnde testamentum condere, matrimonium contrahere, testimonium dicere, & similes actus sibi non prohibitos speciater efficere possunt: de testamento est tex. *in l. 2. ff.de testam. l. iubemus. C. eod.* in matrimonio probat text. *in c.2. vers. leprosi autem,* vbi Abb.& Doct. *de coniug. lepros.* fatetur Communem Alex. *in l.si quis posthumos.ff.de lib.& posth.* de testimonio agit text. *in cap. quoniam frequenter, vers. nisi fortè, vt lite non contest.* Secundum fundamentum colligo ex *cap.nisi cùm pridem, vers. alia verò causa, de renunciat.* vbi inter alias causa, ob quas beneficiarius resignare potest, connumeratur infirmitas, per quam ægrotus impotens redditur ad pastorale munus exercendum; planè quo quis morti magis vicinior est, eò magis impotens efficitur ad suum munus subeundum: igitur ægrotus etiam morti propinquus beneficium re-
nunciare potest. Dixi, *Iure communi attento,* vt osten- 228
derem contrarium hodie practicari per *reg. Cancellariæ, de infirmis resignantibus,* qua cauetur, quòd si quis in infirmitate constitutus, siue simpliciter, siue ex causa permutationis, beneficium resignauit, & postea infra viginti dies à die præstiti consensus computandos de ipsa infirmitate decesserit, si beneficium per talem resignationem conferatur, collatio nulla sit, & beneficium per obitum vacare censeatur: quam regulam, à Bonifacio VIII. priùs conditam, deinde à cæteris Pontificibus confirmatam, & in multis additam ostendit Ludouic. Gom. *in præfat. eiusdem reg. num.8.* Flam. *lib.12.in princip.à num.2.* eiusque varias rationes congerunt Dec. *cons.224. num.2.* Mandos. *in eadem reg. quæst.1. num.3. q.13. n.12.* Rebuff. *in praxi benef. tit.de infirm.resignat.gl.1.n.2.* Prima ratio fuit, ad euitandas fraudes; quæ Ordinariis collatoribus, & habentibus expectatiuas fieri poterant, si infirmis licitum esset beneficia sua vsque ad extremam diem renunciare, vt colligitur ex *cap.2. de renunc.lib.6.* ex quo regulam hanc fuisse deductam putauit Ioan. Andr. *in cap.vlti. de cons. detegen.* Selu. *de benef. part.1. quæst.18.* Cassad. *dec.32.à num.5.* & alij quos refert Flamin. *d.lib.12. quæst.1. num.3.* quod mihi efficaciter non probatur, quia *in d. cap. 2.* non consideratur dolus & fraus ex parte infirmi renunciantis, sed potiùs ex parte illius, qui tenue beneficium renunciauit, vt in eo expectatiua, aut alternatiua locum habere posset, & ita beneficium infirmi fortè pinguius sibi conferatur. Per contrarium verò *in regula de infirmis,* si fraus aliqua consideratur ex parte infirmi resignantis, est potiùs præsumenda, qui cùm beneficia per mortem dimittere cogatur, vult potiùs consanguineo, amico, aut Ordinario in cuius mense renunciauit, gratificari, quam habenti expectatiuam, aut alteri Ordinario in cuius mense decedere potest, beneficium liberè dimittere. Deinde

inde *in d. cap.* 2. ad fraudem præsumendam tria considerantur, tempus renunciationis, beneficium pingue, & grauis infirmitas:at verò *in reg.de infirmis*, venit omne beneficium,vt infrà tempus ad viginti dies coarctatum, sufficit leuis infirmitas, resignatio insuper facta contra formam regulæ annullatur: quare, licèt fateamur prædictam regulam ad fraudes euitandas emanasse, non tamen puto ex *d. c.* 2. fuisse desumptam. Altera ratio fuit,ne infirmus de beneficijs per viam successionis disponere videatur contra reg. text. *in c.* 1. *de præbend. c. ad decorem, cap. ad abolendam, de filijs Presbyt.* Illa enim, quæ Dei sunt, ab homine dari non possunt *can. plerique* 8. *q.* 1. Alias rationes ad prædictam regulam assignare nititur Crauet. *cons.* 88. *n.* 12. *l.* 1. & Flamin. *d. lib.* 12. *q.* 1. *a n.* 25.

119 Beneficia omnia sub dicta *reg. de infirmis*, comprehenduntur, vt in ea tradit Reb. *gl.* 5. etiam patrimonialia Mandos. *q.* 15. *n.* 10. *in fine*, Gom. *qu.* 21. Flamin. *d. lib.* 12. *q.* 3. *n.* 10. & præceptoriæ, si sint perpetuæ, & datæ in titulum perpetui beneficij, Mandos. *q.* 20. & Commendæ, Rebuff. *glos.* 7. & etiam quæcunque beneficia, etiam reseruata, litigiosa, & electiua Azor. *p.* 2. *l.* 7. *cap.* 28. & regularia Rebuff. *gl.* 5. *in fine* Anastasius Germon. *de indultis Card. §. Regularia n.* 33. ac etiam iurispatronatus, Gom. *q.* 17. Flam. *d. lib.* 12. *q.* 3. *n.* 28. Azor. *d. lib.* 7. *c.* 28. *q.* 6.

130 Illud tamen controuersum est, an sub illa regula comprehendantur beneficia in manibus Ordinarij resignata, si resignans infra viginti dies moriatur Negatiuam partem sequuntur, Dec. *cons.* 224 *n.* 4. Mandos. *in d. reg. q.* 16. Papon. *lib.* 3. *art.* 2. *aresto* 1. quia verba illius non conueniunt renunciationibus, quæ fiunt extra Curiam, cum dicat viginti dies à die præstiti consensus, non verò à die resignationis esse computandos; planè in renunciationibus, quæ fiunt coram Ordinariis in ipso actu renunciationis præstatur consensus, nec alius extensus vlteriùs requiritur: ergo verba illius regulæ his renunciationibus adaptari non possunt, quinimò non solùm verba, sed etiam rationes, in quibus prædicta regula fundatur, in renunciationibus coram Ordinarijs factis deficere videntur, cùm infirmus coram Ordinario non possit renunciare in fauorem, sed tantùm simpliciter, vt suprà ostendimus, ac proinde omnis fraudis suspicio, & hæreditariæ successionis figura deficere videtur. Contrarium tamen, imò regulam *de infirmis*, habere etiam locum in renunciationibus coram Ordinarijs celebratis, resoluit Gom. *in d. reg. q.* 26. Cassad. *dec.* 31. *n.* 9. Reb. *in praxi, tit. de infirm. resig. gl.* 12 *n.* 3. *& de nominat. q.* 16. *n.* 18. Flam. *d. lib.* 12. *q.* 5. *n.* 8. VVames. *cons.* 257 *n.* 12. *de præbend.* Azor. *d. lib.* 7. *cap.* 26. *q.* 1. cùm ratio fraudis, in qua regula illa principaliter fundatur, in quacunque renunciatione locum habere possit, & verba, *præstiti consensus* possunt quoque in Ordinarijs verificari, apud quos consensus in ipso actu renunciationis præstatur, inter quæ viginti dies numerantur, cum tamen in renunciationibus in Romana Curia celebratis à die consensus extensi computari debeant.

131 Amplia tertiò, vt locum habeat, etiamsi beneficium statim vacare debeat; adhuc enim beneficiarius tale beneficium renunciare potest, cum interim ius habeat in re, quod per renunciationem transferre possit. Poni potest exemplum in eo, qui Parochialem Ecclesiam obtinuit, & in fine anni, intra quem promoueri tenebatur, iuxta *c. licet canon. de elect. lib.* 6. prædictum beneficium resignauit, talis nanque resignatio vltima die anni fieri potest, notauit Anchar, *in c. commissa, de elect. in* 6. Cassad. *decis.* 27. *de locato.* Rot. *dec.* 38. *de præbend.* communem dicit Flam. *lib.* 3. *q.* 2. *n.* 8.

Amplia quarto in beneficiario, qui nondum 132 sui beneficij possessionem adeptus est; quia tale beneficium ante apprehensam possessionem renunciare potest, vt resoluunt Anchar. *in c. ad audientiam* 31. *numer.* 2. *de rescript.* Burg. *in cap. cæterorum, num.* 161. *eod. tit.* Petr. Gregor. *syntagm. iuris, lib.* 17. *capi.* 17. *n.* 16. Nau. *cons.* 4. *n.* 2. *de simon.* Flam. *d. lib.* 2. *q.* 26. Boër. *dec.* 308. *n.* 1.

Amplia quintò, in beneficio onere pensionis 133 grauato quod resignans simpliciter, seu, in fauorem resignare potest, dummodo aliam pensionem sibi non reseruet: quia tunc tenebitur prioris pensionis validè reseruatæ mentionem facere, Ita resoluunt Gig. *de pension. q.* 29. Cassad. *decis.* 3.

Amplia sextò in minore 25. annorum, maiore tamen 14. talis nanque, si beneficium ecclesiasticum 134 habeat, illud absque curatoris auctoritate resignare potest, vt notauit gloss. *verb. quamuis, & in cap. ex parte, de restit. spoliat.* communiter recepta, vt per Abb. *num.* 14. & alios *ibi*, Cou. *lib.* 1. *var. cap.* 5. *numero.* 1. & 3. Flamin. *lib.* 2. *quæstio.* 7. *numero* 11. Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 7. *c.* 20. *q.* 9. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 30. *tr.* 3. *n.* 334.

Amplia septimò, in beneficiis Apostolicæ Sedi reseruatis. possunt enim non solùm coram Roma- 135 no Pont. sed etiam coram Ordinariis resignari, quia reseruatio solùm afficit beneficium quoad potestatem conferendi, non tamen quoad potestatem renunciandi, vt resoluunt Rota. *decis.* 4. *de renunciat. in nouis, & decis.* 8. *numer.* 9. *de præbend.* Hieron. Gabr. *cons.* 189. *numero* 6. *libro* 1. Petrus Gregorius *syntagm. iuris libro* 17. *c.* 17. Flamin. *libro* 2. *quæst.* 16. *numero* 3. *& libro* 7. *quæst.* 14. *numero* 6. Viuian. *in praxi iurispatron. lib.* 13. *cap.* 10. *num. n.* 35. & sic poterit Episcopus resignationes dictorum beneficiorum re- 136 cipere, non autem illa conferre, vt proxime citati Doctores aduertunt. Sed an ex tali renunciatione dicatur ius à renunciante abdicatum; distinguendum est cum Ænea Falcon. *de reseruat. benefic. quæstione.* 4. *ef-* 137 *fect. tertio vers. ad quod, si de facto, numero nono* aut beneficium erat reseruatum ratione personæ obtinentis, vt putà, quia esset familiaris, vel officialis & tunc per resignationem factam coram Ordinario non vacat, non quia reseruatum, sed quia renuncians erat exemptus à iurisdictione Ordinarij; aut verò est reseruatum specialiter, ad fauorem certæ personæ, & tunc vacat, Rot. *in Casalen. de beneficiorum* 10. *Decembris*, 1617. *coram R.P.D. Merlino. in vers. nec videbatur.*

Amplia octauò. vt possit Episcopus recipere re- 138 signationes beneficiorum existentium in sua Diœcesi, etiam in Curia, non tamen conferre, quia tunc beneficia dicuntur in Curia vacare per resignationem, & ideò eo casu collatio palam ad Summum Pontificem spectat Ita Cou. *lib.* 3. *var. c.* 10. *sub num.* 8. Flam. *lib.* 7. *q.* 14. *n.* 23. Prosper de Augustino *in addit. ad Quarant. verb. beneficiorum resignationes, prope fin. vers. an autem Ordinarij*, qui tamen adhibent hanc cautelam in conferendo, vt exeant ab Vrbe ad hoc, vt dicantur in aliena Diœcesi.

Limita primò illam regulam, qua docemur om- 139 nibus licitum esse beneficia sua quæcunque illa sint, simpliciter, aut in fauorem resignare, vt non procedat in beneficio, in quo resignans tempore resignationis nullum ius omninò habebat, vt

celebrata, in qua Rebuff. *in praxi tit. de simoniaca resignat. n.* 27. Roffiniac. *in tract. de benef. cap.* 14. *n.* 26. & Flamin. *vbi supra* resoluendum putant posse resignantem beneficij possessioni incumbere, & omnia ad illud spectantia excercere, donec resignatarius eiusdem possessionem apprehendat: quia, cùm in resignatione conditionali ius à resignante non abdicetur, nisi resignatario cum effectu fuerit quæsitum, nec illi ante captam possessionem quæsitum censeatur, rectè sequitur posse resignantem vsque ad illud tempus possessionem retinere. Ego verò prædictam opinionem dubiam existimo: quia, aut agimus de naturali & vera possessione, aut de ciuili & iusta: si de vera & naturali per simplicem resignationem, illa non admittitur vt *sup.* ostendimus: si de iusta & ciuili vsque ad possessionem per resignatarium apprehensam, durare potest :. cùm resignans amisso titulo iustam & ciuilem possessionem amittat; perdit autem titulum simul ac ius resignatario fuerit quæsitum.

150 Tertius renunciationis effectus est, non posse resignantem post admissam renunciationem beneficij fructus percipere, cùm per illam canonicus titulus sit extinctus, sine quo beneficium iustè possideri nequit quod in simplici ac pura resignatione de plano procedit, quoad fructus à solo separatos ante diem resignationis, Rot. *dec.* 279. *p.* 2. *recent.* quam refero *de offic. & potest Episcopi, p.* 3. *alleg.* 117. *num.* 2. *in vltim. impress.* in conditionali verò satis controuersum est, ac proinde varias opiniones referunt scribentes, vt per Rebuff. *in praxi tit. de simon. resignat. num.* 40. *& in tract. nominat. q.* 14. *n.* 157. Roffiniac. *de benefic. c.* 14. *num.* 26. Ioan. Garc. *de expens. q.* 26. Cou. *lib.* 1. *var. c.* 15. *n.* 12 Molin. *de primogen. lib.* 3. *c.* 11. Gam. *Lusit. dec.* 128. Caualcan. *dec.* 44. *n.* 4. Gutier. *canonic. quæst. lib.* 1 *cap.* 33. Flamin. *lib.* 1. *q.* 6. *à num.* 10. Cabed. *diuers. iuris argum. c.* 3. *n.* 18. D. Barbos. *in l. diuortio, par.* 2. *in princ. num.* 49. *ff soluto matrimonio*, Castill. *de vsufructu, lib.* 1. *c.* 79. Hieron. Gabr. *cons.* 192. *lib.* 1. Ceuall. *commun. contra commun. q.* 561. Nicol. Garc. *de benefic. p.* 2. *c.* 1. *ex n.* 125. Viuian. *d. lib.* 13. *c.* 10. *ex num.* 8. Rot, *decis.* 279. *p.* 2. *recent.* Ego verò in hac quæstione tres casus diuersos considerandos esse existimo: primum ad illud vsque tempus, quo ius à resignante abdicatur, & resignatario quæritur: secundum, quando ea de re resignanti plenè non constat: tertium à tempore notitiæ, donec beneficij possessio per resignatarium capta sit. In priori casu, cum in conditionalibus resignationibus ius & dominium à resignante non abdicatur, nisi resignatario purificatis conditionibus translatum sit interim resignans dominus est, & integros beneficij fructus facit suos. In secundò verò casu, nempe, ab eo tempore vsque ad tempus scientiæ, cum resignans bonæ fidei possessor sit, & iustam possessionem præcedenti titulo adhuc coloratam retineat, sicut quilibet bonæ fidei possessor, fructus percipere & retinere potest, iuxta distinctionem, quam inter extantes, & consumptos tradunt Bart. & Doctores, *in l. ex diuerso ff. de rei vendicat. & in l. certum C. eodem* Cou. *lib.* 1. *var. cap.* 3. *n.* 6. D. Barbos. *vbi supra num.* 46. *cum seq.* In tertio verò casu, scilicet, à tempore scientiæ vsque ad apprehensam possessionem, quoscunque resignans percepit, aut percipere potuit, deductis expensis, tanquam malæ fidei possessor resignatario restituere tenetur; quæ verò scientia in proposito requiratur, explicant Flamin. & D. Barbosa *dictis locis.*

Quartus effectus est, non tenere resignantem 151
post admissam renunciationem pensionem super beneficio impositam, & cætera illius onera ampliùs soluere, quia, cùm pensio onus sit reale super fructibus beneficij impositum, vt post Ioan. And. & alios *in cap. nisi essent. de prabend.* resoluunt Gig. *de pensionib. q.* 63. *n.* 2. Bursat. *cons.* 361. *lib.* 4. & alij plenè per me citati *de offic. & potest Episcop. p.* 3. *alleg.* 120. *n.* 1. *secundùm Lugdunen. impress.* & resignans post admissam resignationem fructus ampliùs percipere nequeat, vt suprà ostendimus, rectè sequitur, resignantem ad futuras pensiones, & cætera onera realia non obligari, ad decursas tamen vsque ad diem resignationis teneri, vt cum communi resoluit Flamin. *lib.* 1. *q.* 8. *n.* 18. quæ doctrina, licèt in simplici renunciatione vera sit, in conditionali tamen fallit, quando resignans post admissam resignationem fructus vsque ad tempus scientiæ bona fide percipit, tunc enim ad pensionem quoque pro eo tempore obligatur. Quare planiùs dici potest, resignantem tandiu ad pensiones, census, collectas, & cætera onera realia teneri quandiu beneficij fructus suos fecerit, imò si post solutam pensionem fructus restituere cogatur pensiones iam solutas rectè computabit, vt post Gig. *cons* 124. *num.* 1. resoluit Flamin. *d. quæst.* 8. *num.* 45.

Quintus effectus est, non teneri resignantem
post renunciationem admissam Horas canonicas 152
recitare, nisi ad eas recitandas ratione sacri Ordinis, aut aliunde obligetur, vt tradunt Nauarr. *in tract. de Horis canon. cap.* 7. *num* 19. *& in cap. accepta, oppos.* 5. *n.* 21. Flamin. *lib.* 1. *q.* 9. *à n.* 1. quia, cùm ad id ratione beneficij teneatur, eo dimisso cessat obligatio, arg. text. *in cap. cùm cessante, de appell.* Facit efficax ratio: nam si ille, qui sui beneficij fructus non percepit, nec per eum stetit quominùs perciperet, à diuino Officio recitando deobligatur, vt cum Palud. & alij resoluit Nau. *d. c.* 7. *n* 28 à fortiori in nostro casus, vbi resignans, nec fructus percepit, nec vllum iam in beneficio ius habet: quòd si interim dum sibi de renunciatione legitimè non constat, fructus bona fide percipiat, eundem ob obligatione non deobligarem. De re-
signatario autem à quo tempore diuinum Offi- 153
cium recitare teneatur, controuersum est? Nau *in d. cap.* 7. statim post collationem teneri existimat, cùm per eam ius in beneficio consequatur, *c. si tibi absenti, de prabend. lib.* 6. Flamin vero *d. q.* 9. cum communi, & magis recepta sententia resoluit resignatarium post captam possessionem obligari; quia tunc fructus incipit recipere, & ab eo tempore esse computandos sex menses per Leonem X. & Pium V. præfinitos ad priuationem fructuum incurrendam, de quibus per Nau. *in man. cap.* 25. *n.* 122. *& cons.* 14. *de celebrat. Missar. aliàs* 17. *eodem tit. in nouis.* Ego verò Flamin. sententiam admitterem in præbendis Ecclesiarum Cathedralium, & alijs beneficiis, quorum fructus solis præsentibus debentur, nec ad resignatarium, nisi post apprehensam possessionem, pertinere incipiunt; in alijs vero beneficiis, quorum fructus post resignationem successori reseruantur, resignatarium post collationem ad diuinum officium obligarem, cùm iam beneficij dominium obtineat, & fructus in effectu consequatur, & in hoc casu Nau. opinioni adhærendum puto.

Sextus renunciationis effectus est, resignan- 154
tem post resignationem admissam ad residentiam ampliùs non teneri, cum per resignationem obli-

gatio

gatio residendi in prædicto beneficio omnino cesset, ex recepta omnium sententia, quam sequitur Flamin. *lib.* 1. *q.* 10. *n.* 2. quam Ego in resignante in fauorem interim, dum fructus bona fide percipit, limitandam, & declarandam existimo, iuxta
155 *suprà* dicta,

Septimus & vltimus effectus est non posse beneficiarium post legitimam resignationem pœnitere. nec dimissum beneficium iterum repetere argum. text. *in cap. ex transmissa*, *de renuntiat. cap. quàm periculosum*, 7, *quæst.* 1. tradit. Nauar. *in cap. accepta. oppositione* 7. *n.* 26. *de restit. spol.* Menoch. *de arbitr. casu* 201. *num.* 47. Flamin. *lib.* 1. *quæst*, 12. *cum seqq.* Viuian. *in praxi iurispatron. lib.* 13. *cap.* 10. *num.* 16.

§. V.

De permutatione beneficiorum.

156 DE permutatione beneficiorum agentes, quæ nihil aliud est, nisi quædam reciproca resignatio ad inuicem inter permutantes facta, Cassiad. *decis.* 1. *num.* 2. *de rerum permut.* Flamin. *de re-*
157 *sin. lib.* 11. *q.* 5. *n.* 19. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. glos.* 14. *n.* 40. obseruandum est, in permutandis beneficijs à iure præscriptam esse formam certam, sicque ea obseruata fieri à partibus posse illorum permutationem, *cap. ad quæstiones*, *de rerum permut. c. vnic. eodem tit. lib.* 5. *Clement. vnic. eodem tit.* Anton. de Curte *in suo compend. Iuris Canon. par* 3. *sub tit. de rerum permutat. col.* 3. *in fine & col.* 5. *in princip.* Ioan. Nicol. *in Enchirid. Sacer. tit.* 5. *c.* 5. *n.* 3. *& c.* 8. *n.* 4. *&* 5. Rebuff. *in praxi, sub tit. de permut. n.* 5 2. *&* 5 3. Petr. Gregor. *Syntagm. iuris lib.* 17. *cap.* 17. *n.* 31. *&* 32. Corraf. *de Sacerdot. p.* 1. *c.* 9. *n.* 2. *&* 3. Cou. *lib.* 1. *var. cap.* 5. *n.* 6. Sot. *de instit. lib.* 9. *qu.* 7. *artic.* 2. Syluest. *in summ. verb. permutatio*, 2. *q.* 5. Redoan. *de simonia, par.* 3. *cap.* 12. *à num.* 5. *cum sequent.* Azor. *instit. moral. par.* 2. *lib.* 7. *cap.* 29. *quæst.* 18. Less. *de iustit. lib.* 2. *cap.* 35. *dubit.* 3. *à num.* 22. Suar. *de Relig. tom.* 1. *lib.* 4. *de simon. cap.* 32. *à princip.* maximè *numero* 4. *cum seqq.* Vgolin. *de officio Episcopi cap.* 5 0 *num.* 3.

158 Et quamuis lex ecclesiastica vt plurimum sub ratione simoniæ non prohibuerit commutationem spiritualium pro spiritualibus, secundùm Less. *d. dub.* 3. & Suar. *d. lib.* 4. *c.* 32. *n.* 1. *iuncto c.* 30.
159 *n.* 5. *cum seqq.* tamen commutationem beneficiorum ecclesiasticorum, etiamsi spiritualia sint non omninò permisit, nec etiam reliquit in sua licita & honesta natura, quam vtpote terminata ad spiritualia ex se habet de iure diuino, vbi nullus alicuius temporalis pro spirituali illicitus respectus à parte rei habitus fuerit, imò eam sub quibusdam solemnitatibus, ne scilicet, occultè & ex priuata, sed ex Episcopi auctoritate fieret, ita circonclusit, vt aliter factam commutationem, & prohibuerit, & simoniacam iudicauerit. Etenim, quòd eam solum permiserit, vbi fit ex auctoritate Episcopi: at verò ex sola priuata factam prohibuerit, constat ex Concil. Turonen. *in cap. quæsitum, de rerum permut. & in cap. maioribus, & in cap. cum olim, & in cap. cùm vniuersorum, eod. tit.* Quòd autem aliter factam beneficiorum commutationem, quamuis à parte rei simpliciter, & absque interuentu pecuniæ, vel alterius temporalis æquiualentis fiat; lex Canonica in d. Concilio Turon. simoniacam quia prohibitam indicauit; verum etiam est, vt satis probatur ex *d. cap. quæsitum*, ibi, *præsertim pactione præmissa*; quæ circa spiritualia, vel annex spiritualibus labem semper continet simoniæ, si eadem verba cum Suar. *d. cap.* 31. *num.* 8. intelligamus, non de pactione dandi temporale aliquid pro spirituali, sed de sola simplici pactione, per quam expeditur ipsa commutatio, quasi non circa illam, sed circa hanc solam per ordinem ad dictam Concilij Turonen. prohibitionem in eo text. dubitatio versaretur.

Ratio autem huius prohibitionis ea est: quia 160
licèt titulus beneficiorum ecclesiasticorum sit spiritualis, cum tamen habeat prouentus temporales, eósque ita spiritualibus functionibus annexos, vt ex illo necessitate quadam dimanent, iuxta text. *in cap. vlt. de rescript. in* 6. *& c. cùm secundum, de præb:* proindeque probabiliter contingere posset, vt in commutationibus huiusmodi titulorum minor eorum ratio, quàm temporalium prouentuum haberetur, sicque ageretur principaliter de dando temporali pro spirituali, ideo iure optimo, vt hæc mali species & occasio ab omnibus Christianis, nedum ab Ecclesiasticis personis maximè in pertractandis spiritualibus rebus cauenda exterminaretur, statuit, vt beneficiorum commutationes non occultè, ex priuata solùm, sed Episcopi auctoritate fierent; aliter autem commutatio beneficiorum simoniaca esset, ac si spiritualia, quæ in eis sunt principalia pro temporalibus fructibus, qui sunt accessorij, darentur, vt bene explicat Suar. *d. lib.* 4. *c.* 31. *n.* 5. iuncto *n.* 12, *prope fin.* Nec aduersus hanc resolutionem obstat, quòd in beneficijs ecclesiasticis temporales prouentus sunt tantùm accessorij respectu tituli spiritualis, ac proinde quòd non debeant esse in consideratione, sed solùm principale, ex reg. *l.* 1. *ff. de auctor. tutor.* iuncta *reg. accessorium, de reg. iuris, lib.* 6. quia respondetur, id quidem procedere ex natura rei, si non peruertatur ille ordo, per quem secundùm illam accessorium sequitur principale, quia tandem homines sæpè hoc ordine abutentes pro modo suæ malitiæ, & commodi temporalis, amant accessorium magis quàm principale; subindéque morale periculum insurgit, ne quando videntur principale pro principali videlicet titulum beneficij spiritualem pro alio spirituali titulo permutare, permutent potiùs pro accessorio, scilicet, pro fructibus temporalibus, merito lex canonica huiusmodi permutationem beneficiorum, ac si verè, & à parte rei in hunc illicitum modum conciperetur, absolutè prohibuit fieri ex sola auctoritate priuata permutantium.

Prædicta vero ecclesiastica prohibitio de permutandis beneficiis ecclesiasticis nil ampliùs expressum 161
continet, nisi quod partes ex sola auctoritate priuata nullo modo permutent, seu de permutando per consensum absolutè præstitum paciscantur, absque arbitrio legitimi Superioris, vt constant *ex d. c. cum olim, & ex d. c. cùm vniuersorum*, qui possit cuncta timari, suique arbitrij interpositione sinistram quamlibet suspicionem exterminare, iuxta reg. text. *in c. in præsentia, de renunciat.* cum similibus: illo vero interueniente poterunt beneficia ab ipsismet partibus permutari *d. c. quæsitum, vers. si autem. d. c. vnic. & d. Clem. vnic.* Azor. *d. q.* 18. Less. *d. dub.* 3. Suar. *d. c.* 32. *à princ.* maximè *n.* 4. *cum seqq.*

Vnde fit consequens licere partibus negotium permutationis inter se priùs tractare & concludere, cum ordine & submissione ad scientiam, & consensum legitimi Superioris. Ratio est, quia in his terminis nil gestum dici potest occul-
tè

tè, & auctoritate priuata, cùm totum referatur ad
ipsum Superiorem, ac proinde eiusdem arbitrium
censura iuris interuenire censeatur in eodem tract.
ex reg. *l. asse toto*, cum *ibi* notatis *ff. de hered. inst.*
prout etiam tractatus de renunciando certo modo
163. non est probibitus, sed pactio firma est prohibita,
capite cùm pridem 7. de pactis Innoc. *in capite
tua, num. 5. in fine, de simon.* Caccialup. *de pensio.
q. 19. num. 16.* Rot. *in Balneoregien. simonia, 17.
May 1624. coram Reuerendissimo D. meo Coccino.*
Hinc ex modò resolutis non potest censeri prohibitus huiusmodi tractatus, imò eum positiuè permissum esse in hunc sensum constat ex ea ratione:
quia aliter magna ex parte inutilis redderetur facultas illa permutandi cum auctoritate Superioris
partibus concessa, quippe quòd moraliter loquendo non potest vt plurimùm ad permutationem
perueniri, nisi mediante partium tractatu, per
quem inter se conferant, & intelligant huius
negotij circonstantias: vnde succedit reg. text.
*in l. 2. ff. de iurisdict. omn. Iudic. & in cap. P. &
G. de offic. deleg.* Quare ita docent Syluest. *in sum.
verb. permutatio, quæst. 3* Bonacin. *de simon. quæst.
4. §. 12. num. 5.* vbi *numero seq.* cum Suar. *d. cap.
32. num. 7.* Reginal. *lib. 23. numero 262.* addit
volentes inter se beneficia permutare, posse inter
se pactum inire, séque obligare ad persistendum in
conuentione donec Superior consensum denegauerit, ac proinde eis liberum non esse à conuentione recedere, antequam Prælatus consensum deneget.

164 Beneficia omnia liberè permutari possunt, vt
constat ex *toto titul. de rerum permut.* Suar. *d. lib. 4.
cap. 34. num. 1.* non solùm quæ habentur in titulum, sed etiam in commendam, Azor. *decis. lib.
7. cap. 29. q. 11.* Flamin. *lib. 2. q. 17.* & citati à
Nicol. Garc. *de benefi. par. 11. cap. 4. numero 12.*
quamuis nondum illorum adepta sit possessio, quia
bens ius in re, non tamen possessionem, potest
cum alio compermutare, Petr. de Perus. *de permut.
benefic. part. 1. numero 1. & 2.* Bellam. *eodem tract.
par. 2. q. 1.* Gambar. *in capite vnic. de rerum permut.
lib. 6. numero 86.* Nicol. Garc. *d. cap. 4. numero 15.*
vbi *a num. 23.* latè ostendit an, & quando bene-
165 ficia vnita possunt permutari? Intellige, dummodo
hæc permutatio sit inter duos non triangularis vel
quadrangularis, Caputaq. *decis. 325. p. 2.* Gonzal, *d. glos. 14. numero 58.* Nicol. Garc. *eod. capite
4. numero 22.* & modò fiat de proprijs beneficijs,
vt ex alijs resoluit idem Garc. *d. loco numero 16.* vnde *numeris seqq.* infert non posse fieri permutationem de iure ad rem, nec valere permutationem,
quando vnus ex permutantibus non habet ius in beneficio.

166 Quando inter aliquos beneficiorum fit permutatio, fieri intelligitur beneficiorum reciproca
resignatio, ac propterea vtrunque vacare censetur
nam ex permutatione inducitur vera beneficij vacatio cum titulo, & possessione Doct. *in c. vnic.
de rerum permut. lib. 6.* Bellam. *de permut. benef. p.
9. q. 1.* Petr. de Perus. *eod. tract. p. 2. n. 21. 21. &
42.* Flamin. *lib. 11. q. 5. a num. 20.* quamuis non
debeant nisi permutantibus beneficia ex illa causa
resignata conferri: nam aliàs collatio de beneficijs
causa permutationis resignatis facta alijs, quàm
ipsis permutare volentibus, non tenet vt expressè
probat *Clem. vnic. de rerum permut.* tradit Cou. *lib.
1. var. c. 5.* vbi subdit, quòd ante decisionem illius
tex. erat veteri iure compertum Prælatum, coram
quo est facta renunciatio, ex causa permutationis.

ex summo iuris rigore, seclusa æquitate ita potuisse licerè conferre beneficium ecclesiasticum,
cui renunciatum fuerat, sicut si ex simplici renunciatione vacaret, & sic iam de æquitate ipsis tantùm
permutantibus conferri debent, vt etiam expectantes Apostolici non possint acceptare beneficia ex 168
causa permutationis vacantia. *d. capite vnic.* Azor.
d. lib. 7. c. 30. q. 8. Flores *var. lib. 1. q. 13. n. 10.*
Vnde, cùm beneficium vacet renunciatione facta
ex causa permutationis, non poterit ad illud redire 169
renuncians sine noua collatione, etiamsi permutatio non sequatur, seu non teneat, nec habeat effectum, gloss. *verb. simplicitati, in d. capite cum vniuersorum, de rerum permut.* Selu. *de benefic. p. 3. q.
24.* Gambar. *in d. cap. vnic. ex n. 62.* Rebuff. *in praxi tit. de permut. n. 11. & 16. & de pacif. possess. num.
166. alias 145.* Mascard. *de probat. concl. 1401 n. 3.*
Rot. *decis. 1 & 4. de rerum permut. in nouis, & in
Gerunden permutationis 5. Iuly 1593.* coram Litta,
& *in Casalen. beneficiorum, 10. Decembris 1627. coram R.P D. Merlino.* Nicol. Garc. *d. c. 4 n. 5.* vbi *n.
10.* ex Gonz. *gl. 15. §. 2. à n. 40.* addit quòd si duo
resignant sua beneficia ex causa permutationis, &
facta collatione vni, alter decedat ante factam sibi
collationem, superstes non habet regressum ad beneficium à se dimissum, quia quoad eum permutatio habuit effectum, quamuis superstes, cui fuit
collatum beneficium à compermutante resignatum
antequam ipse suum resignaret, possit ambo, si incompatibilia non sint illo decedente retinere, cùm
per eum non stet, quin permutatio adimpleatur;
at si compermutans, qui resignauit, decederet ante factam collationem superstiti, qui nondum
suum resignauerat, cùm permutatio iam non possit
habere effectum, non debebitur illud beneficium
superstiti, sed liberè prouidebitur, tanquam vacans per dictam resignationem. Quamuis, si permutatio non habuit effectum permutantes posse
redire ad sua beneficia absque noua collatione existimauerint Frecil. *in rub. de renunciat. n. 51.* Flam.
lib. 1. q. 14. n. 12. Cenall. *commun. contra commun.
q. 561. à n. 6.* Azor. *d. lib. 7. c. 29. q. 21.* Less. *d. c. 34. n.
195.* Permissum tamen est ipsis permutare volen- 170
tibus, re adhuc integra resilire, *l. 1. ff. de rerum permut. l. si pecuniam, ff. de condict. causa data* & cùm
per alterum steterit, ne permutatio sequatur, alius
est ad suum beneficium restituendus, *d. cap. cùm vniuersorum,*

Requiritur demùm in permutatione, primò re- 171
nunciatio vtriusque beneficij in manibus Superioris. *c. 1. de rer. permut. lib. 6.* Marc. Antonin. *var.
resol. lib. 1. resol. 111. casu 39* Ricc. *collect. 2267.*
Nouar. *d. tit. de benef. resignat nu. 7.* nam permutare volentes debent singuli beneficium in Superioris
manibus resignare, *d. Clem. vnic.* altero enim recusante non fiet permutatio *d. capite vnic.* Fit autem
resignatio huiusmodi cum conditione permutationis, & nihilominus differt à resignatione illa conditionali, quæ fit in fauorem alterius; quæ quidem
sine Romani Pontificis auctoritate fieri nequit, eò
quòd in eam facile labes simoniæ cadere possit,
quam Ordinarius purgare non potest *c. ex parte 1.
de offic. Ordin.* Azor. *instit. moral. p. 3. lib. 12. de
simon. cap. 22.*

Secundò requiritur iusta causa, quam Episco- 172
pus disquirere & cognoscere debet, *c. quæsitum, de
rerum permut.* Rebuff. *in praxi tit. de permut. num.
19.* Duaren. *de benef. lib. 8. c. 3.* Bellam. *de permut. benef. 6. p. in princ. & q. 1.* Nic. Garc *d. c. 4 n. 44.* Nouar.
in sum. Bullar. tit. de benef. resignat. à n. 23. Et quamuis

nis non desuerint, qui dicant, hanc causam debere esse necessitatis, vel vtilitatis Ecclesiæ, non autem personarum, ex quorum numero sunt Boër. *dec.* 205.*n.*7. Flamin. *lib.* 11.*q.*5.*n.*24. Zerol. *in praxi Episcop.p.* 1.*verb. renunciatio. seu permutatio*, §. 3. *dub* 5. Cardin. Tuch.*lit. P. concl.* 365.*nu.*5. qui ex Gemin. *consil.* 105. *n.* 5. vtilitatem vtriusque Ecclesiæ requirit; tamen sufficere expedientiam, seu vtilitatem personarum permutantium, videntur tenere glos. *verb. vtilitati, in d.c. vniuersorum*, vbi Abb. *n.* 7. Petr. de Perus. *de permut. benef.* 3. *p. q.* 2. & 7. Lambert. *de iurepatron.* 8.*p.* 2.*lib.*..*q.*6.*art.*6.*n.* 39 Gambar. *in d.c. vnic.n.*9. dum ait, posse etiam fieri permutationem attenta vtilitate personarum, Vgolin. *tab.* 1.*de simonia c.* 27. §. 1. *n.* 6. *in fine*, dum ait, quòd simoniam non committit, qui ob inimicitias, ob pestilentem aërem, & huiusmodi causas beneficium permutat. Aloys. Ricc. *p.* 1. *dec.* 41. Nicol. Garc. *d.c.*4. *ex n.*45. vbi benè intelligit, modò non resultet Ecclesiæ damnum, sed vtilitas saltem consecutiua: & *n.* 49. subdit sufficere causam ex parte vnius ex compermutantibus, modò ex parte alterius non sit in damnum Ecclesiæ considerabile. & *n.* 52. resoluit non præsumi in dubio permutationem factam ex iusta causa, nec credi Ordinario dicenti, se facere illam iusta de causa, nisi probetur illa, sinon est facta cum causæ cognitione, & *n.* 100. *cum seqq.* credendum esse ait permutationem non in fraudem, sed ex honesta affectione processisse, cùm delictum præsumendum non sit, nisi contrarium vrgeant coniecturæ. Facta autem permutatione cum causa, si postea ea deficiat, non poterit annullari dicta permutatio, vt in facti contingentia se respondisse asserit. Nouar. *vbi suprà numer.* 16. vbi *numer.* 17. tenet Episcopum non posse dispensare in defectu causæ, vel vtilitatis, & *numer.* 18. & 19. quòd constito de causa vel vtilitate Ecclesiæ teneantur Ordinarij admittere permutationem, & si illam admittere recusauerit, dabitur appellatio ad superiorem.

173 Tertiò requiritur auctoritas Superioris, nam sine ea permutatio facta erit simoniaca, *d. c. quæsitum*, vbi Abb. *num.* 3. *de rerum permut.* Vgolin. *de simon.cap.* 27. §. 1. *num.* 6. Azor. *d.lib.*7. *cap.* 29. *qu.*3. Suar. *de Relig. tract.* 3. *lib.* 4. *cap.* 32. Nouar. *d. loco num.* 8. Sanch. *in opusc. moral. lib.* 1. *cap.* 3. *dub.* 38. & sic propria auctoritate beneficia sua permutantes, illis priuantur per sententiam, *d. cap. cùm olim. eod. tit.* Petr. de Perus. *de Permut. benefic. part.* 2. *num.* 30. *alias* 51. Less. *d. lib.* 2. *cap.* 35. *num.* 100. Nicol. Garc. *d. cap.* 4. *ex num.* 56. vbi *numero* 59. addit hodie *per Extrauag. Cum detestabile, de simon. in princ.* videri illis ipso iure priuari, & incurrere excommunicationem, de qua ibi *in §. Statuentes.*

174 Et Superior in hac materia intelligitur non solùm Papa sed etiam Episcopus proprius loci, in quo est situm beneficium. *d. cap. quæsitum de rerum permut. d. cap.* 1. *eod. tit. lib.* 6. Petr. de Perus. 2. *par. q. vlt. num.* 27. *alias* 46, & *par.* 4. *in princ. num.* 42. *alias* 69. Azor. *d. lib.* 7. *cap.* 29. *q.* 4. Nicol. Garc. *d. cap.* 4. *num.* 60 Bonacin. *de simon. q.* 4. §. 12. *num.*7. & si sint beneficia in diuersis diœcesibus, fieri debet libera resignatio in manibus vtriusque Ordinarij, vel quilibet in manibus sui Episcopi, vel alter alteri committet, quod melius videtur, *glos. verb. collectionem in capite* 1. *de rerum permutat. in* 6. Nicol. Garc. *d. cap.* 4. *numero* 65. Nouar. *vbi suprà num.* 20. Et quamuis Flamin. *lib.* 5. *quæst.* 6. *numero* 231. crediderit minùs bene hodie Episcopos non posse admittere beneficiorum permutationes, eò quòd Pius V. *in Constit. sua* 42. suspendit facultates Ordinariorum recipiendi resignationes, & permutationes beneficiorum, donec detur modus, & postea *in alia Constit. sua* 58. *incip. Quanta.* dando modum resignationibus, nihil locutus fuit de permutationibus. Sed ipse non aduertit *ad. d. Constit.* 58. per se transcriptam *in princip. d. quæst.* 6. quæ *in verf. ad hæc.* expresse concedit Ordinarijs facultatem admittendi beneficiorum permutationes, quæ Canonicis sanctionibus & Apostolicis Constitutionibus permittuntur; & ideo concessum esse Ordinariis admittere permutationes simpliciter secundùm Ius commune, meritò sentiunt Zerol. *in praxi Episcoporum part.* 1. *verb. renunciatio, seu permutatio* §. 3. *dub.* 1. Flores de Mena *varia libro* 3. *quæst.* 24. *numero* 21. Vgolin. *d. tab.* 1. *de censur. cap.* 27. §. 3. *num.* 3. *de de officio Episcopi cap.* 50. §. 19. *num.* 1. Nicol. Garc. *d. cap.* 4. *num.* 62. & *seq.* Bonacin. *d.* §. 12. *num.* 7. *in fine*, vbi ampliat, etiamsi vnum beneficium sit pingoius altero, & in quolibet mense etiam Apostolico, vt censuit S. Congr. Episcoporum *sub die* 24. *May* 1583.

Episcopi nomine aliqui Doctores intelligendum putant illum solum, qui iurisdictionem & dignitatem simul episcopalem habet, per text. *in d. cap. quæsitum, verf. si autem*, dum soli Episcopo idem munus deferre videtur, & *in d. cap. vnico*, ibi, *in manibus tuis ipsa resignans*, &c. Alij verò intelligendum putant quemlibet collatorem, ad quem spectat collatio beneficij, etiamsi fortè nec dignitatem, nec iurisdictionem episcopalem habeat, vt per Syluest. *verb. permutatio*, 2. *num.* 2. & Angel. *eod. verb. num.* 5. Sed omnes ferè meliùs intelligunt eum, qui iurisdictionem habet Episcopalem, vel quasi, etiamsi fortè dignitatem Episcopalem non habeat. Ratio est, quia hæc facultas conuenit Superiori ratione iurisdictionis, non verò ratione dignitatis. Ita Abb. *in d. cap. quæsitum, numero* 4. Gambar. *in d. cap. vnico, num.* 112. & 148. Flores *dict. quæst.* 24. *num.* 21. Azor. *dict. cap.* 29. *quæst.* 4. Bonacin. *dict. quæst.* 4. §. 12. *num.* 7. *verf. alij verò.* Nicol. Garc. *d. cap.* 4. *num.* 70. vbi *n.* 71. subdit, quòd Episcopus habens collationem, seu ius conferendi beneficium in aliena diœcesi ex consuetudine, vel alio iure speciali, non potest admittere resignationem illius, etiam ex causa permutationis. Vnde poterit Capitulum, Sede vacante, interponere auctoritatem in beneficiorum permutatione, quando eorum collatio spectabat communiter ad Episcopum, & Capitulum, & quando beneficia pertinent ad collationem tertij, non autem si spectarent ad collationem Episcopi tantùm, vt diximus *lib.* 1. *cap.* 32. *de Capitulo, verf.* 26. Vicarius verò generalis Episcopi non potest permutationes expedire, nisi mandatum habeat speciale. Bellam. *part.* 1. *quæst.* 3. Azor. *d. cap.* 29. *quæst.* 4. Nicol. Garc. *d. cap.* 4. *num.* 74. vbi subdit, non sufficere, quòd habeat potestatem conferendi: & censuit Rot. *in Barchinonen. beneficij.* 3. *Iuly*, 1628. *coram R.P.D. Duran.* Si autem Episcopi ipsi voluerint permutare aliqua beneficia, quæ ipsi possident in sua diœcesi, ex dispensatione Apostolica coram Metropolitano id efficere poterunt, qui quoad hoc instar proprij Episcopi habetur, Suarez *dict. lib.* 4. *capit.* 32. *numero* 9. Filiuc. *tract.* 45. *capit.* 7. *quæst.* 8. *num.* 20. 178

Et in permutationibus, quæ coram Episcopo fiunt, duo maximè sunt animaduertenda. Primum, vt permutatio beneficij fiat cum beneficio; non verò

verò beneficij cum pensione. Ratio est: quia Episcopus non potest facultatem sibi in iure præscriptam excedere: in iure autem permissum est Episcopo solo, vt approbet, & admittat permutationes beneficiorum: & cùm versemur in materia potius odiosa, quàm fauorabili, vtpote contra dispositionem antiquorum Canonum, generaliter prohibentium quamlibet pactionem in beneficiis, non est facienda extensio à permutatione beneficiorum ad permutationem pensionum, vt optimè resoluit Bonac. *d.* §.12. *n.*8.

179 Alterum est, quòd permutatio huiusmodi purè fiat: nam, si cum pensione, aut alio onere facta proponatur ab Episcopo, vel alio inferiori Papa approbari, & admitti non potest, vt docent Suar. *d. lib.*4. *cap.*33. *num.*4. Less. *d. lib.*2. *cap.*35. *n.*86. Filliuc. *dict. tract.*45. *c.*7. *n.*26. Bonacin. *d.* §.12. *sub n.*8. vbi *n.*9. hinc resoluit, non posse priuata auctoritate, vel etiam Episcopi, permutari beneficium cum pensione temporali, aut commenda militari, vel alia re tempora-
li, alioquin committeretur simonia non solùm iuris
180 canonici, verùm etiam diuini. Vnde colligitur, non posse coram Episcopo fieri permutationem cum pacto, vt vnus soluat omnes expensas; vel expediat suis sumptibus Bullas ad vtrumque pertinentes: quia
non est pura permutatio, licèt coram Papa fieri so-
181 leat, vbi ei exprimitur, & ipse consentit. Ita Azor. *instit. moral. part.*3. *lib* 12. *cap.*12. *quæst.*4. Soar. *dict. lib.*4. *c.*34. *ad fin.* Nec etiam beneficia, quamuis inæqualia, in temporalibus permutari possunt cum pensione, aut alia re pretio æstimabili coram Episcopo, aut alio inferiore Papa, etiamsi pensio, aut alia res temporalis exigatur ratione beneficij pinguioris; quod cum tenuiori permutatur: quia non esset pura permutatio, nec huiusmodi compensatio fieri posset re pretio æstimabili, quin vendatur id quod est spirituale in beneficio: nam excessus fructuum beneficij est annexus beneficio, seu titulo spirituali, ac proinde emi non potest separatus à titulo, cùm à permutantibus separari nequeat sola Episcopi auctoritate. ita Sot. *de instit. lib.*9. *quæst.*3. *artic.*2. & *q.*7. *art.*2. Cou. *lib.*2. *variar. cap.*5. *num.*8. & *seq.* Nau. *in manu. cap.*23. *num.*100. *vers.*3 Soar. *d. lib.*4. *cap.*34. *num.*10. Filliuc. *d. tract.*45. *cap.*7. *quæst.*11. Valler. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.*23. *num.*264. Contra Caiet. 2.2. *quæst.*100 *art.*4. Fabien. *verb. beneficium,* 3. *num.*15. Syluest. *verb. permutatio,* 2. *quæst.*6. existimantes in permutatione beneficiorum inæqualium in fructibus temporalibus licitum esse compensare numerata pecunia illam fructuum inæqualitatem, modò permutatio fiat auctoritate Prælati.

182 Quartò requiritur in permutatione consensus illorum, ad quos collatio, electio, seu præsentatio pertinet; quia ipsorum interest, quamuis Episcopus totum debeat expedire, glos. *verb. collationem. in d. c. vnic. de rerum permutatione, lib.*6. vbi Franc. *num.*6. *cum seqq.* & Gambar. *n.*110.112.118. & 121. Rebuff. *d. tit. de permut. num.*20. & 21. Less. *d. cap.*34. *n.*198. Azor. *d. lib.*7. *cap.*19. *q.*6. & 32. Suar. *d. lib.*4. *cap.*32. *n.*12. Nicol. Garc. *d. cap.*4. *n.*72. Bonacin. *dict. q.*4. §.12. *num.*3. *vers. veruntamen.* Vnde beneficium iuris patronatus non potest permutari sine consensu patroni, vt resoluunt Monet. *de commut. vltim. volunt. cap.*10. *n.*369. Stephan. Gratian. *discept. forens. c.*835. Rot *in Gerunden. beneficij de Agulana,* 8. *Martij,* 1627. & 21. *February,* 1628. *coram R.P.D. Pirouano.*

183 Quintò requiritur post resignationem, quæ in permutatione debet interuenire, à Superiore admissam, collatio ipsorum beneficiorum sic vacantium, Bonif. *in d. Clem.*1. *num.*17. Petr. de Perus. *p.*4. *n.*42. *aliàs* 69. Less. *lib.*2. *cap.*34. *n.*1. Nicol. Garc. *d. c.*4. *num.*85. quamuis Gonzal. *glos.*14. *n.*43. & *glos.*15. §.2. *a num.*57. existimauerit, admissionem resignationis ex causa permutationis continere in se tacitam collationem: dummodo beneficia ipsa non sint 184
reseruata, siue generaliter, siue specialiter; quia tunc collatio à Papa tantùm facienda est. Azor. *d. lib.*7. *cap.*29. *quæst.*10. Æn. de Falconib. *de reseruat. q.*4. *effectu* 3. Mandos. *ad reg.* 1. *Cancellariæ quæst.*13. Nicol. Garc. *d. cap.*4. *ex num.*82. Rota *in Casalen. beneficiorum,* 10. *Decembris* 1627. *coram. R. P. D. Merlino.*

Sextò requiritur, quòd litteræ permutationis 185
simul expediantur, Rot. *decis.*7. *de consuetud. in antiq.* Vgolin. *de officio Episcopi*; *c.*50. §.20. *n.*3. *vers. tertiò.*

Septimò requiritur, vt antequam possessio accipia- 186
tur, publicatio fiat de hac permutatione in Ecclesiis permutatis iuxta formam Constitutionis Gregorij XIII. incip. *Humano vix iudicio*, de qua agimus *infra* §. *sequenti*, quamuis quoad resignationes, & permutationes coram Ordinario factas, illam constit. non videri vsu receptam in partibus Hispaniæ, referat Nicol. Garc. *d. p.*11. *cap.*3. §.4. *num* 289.

De publicandis resignationibus.

§. VI.

GRegorius XIII. *in sua constit. incip. Humano* 187
vix iudicio, sub dat. nonis Ianuarij, 1583. relata per Flamin. *de resignat. libro* 11. *in præfat.* & per Quarant. *in sum. Bullarij, verb, beneficiorum resignatorum publicationem* Lotter. *de re benef. lib.* 3. *q.*21. *num.*1. & Nouar. *in sum. Bullar. tit. de benefic. resign. publicat.* primò statuit, *quòd omes resignationes, etiam causa permutionis de quibuscumque beneficiis, necnon cessione litis, & iurium beneficij per cessionarium tempore cessionis non possessi facta in manibus Papæ, & super ois prouisiones, seu mandata de prouidendo, publicari debent cum litteris Apostolicis desuper confectis intra sex menses, si beneficium intra montes fuerit; vltra verò, intra nouem à data concessionis gratiæ, non autem à die præstiti super ea consensus numerandos. Secundò, quòd ipsa publicatio fiat in Cathedrali, & in beneficij Ecclesia, vel Ecclesiis, si illud in pluribus sit, & si Ecclesia est ruralis, in Parochiali, intra cuius limites consistit: & si locus Bello, pesti, aliisve manifestis periculis subiacet, in proxima Parochiali, dum frequens populus ad. Missarum solemnia conuenerit, palam omnibus prædictas litteras Apostolicas, earúmve transumptum authenticum exhibendo, claráque & intelligibili voce pronunciando resignationem, seu cessionem, ac beneficij qualitatem, & inuocationem, nomináque, & cognomina resignantis, seu cedentis, ac illius, in cuius fauorem gratia facta est, ita vt hæc omnia possint ad notitiam ibi existentium verisimiliter peruenire, & de quibus omnibus scripto exemplo collato valuis aliarum Ecclesiarum affixum relinquatur. Tertiò, quòd intra dictum tempus gratiam habens, possessionem beneficij etiam litigiosi, & à cedente non possessi vigore litterarum Apostolicarum desuper confectarum, nec aliàs apprehendere debeat; & si propter litem, vel aliud legitimum impedimentum nequiuerit, saltem litteras Apostolicas cum earum publicatione, si tunc facta*

erit Iudici, seu executori illarum, vel iis, ad quos pertinet, intra idem tempus præsentare, & apud illum, vel illos pro ipsarum litterarum executione instare, & possessionem huiusmodi, sustater petere teneatur, alias gratia sit irrita, & inanis, nullaque alia gratia super huiusmodi beneficio, seu iure cesso iis, quibus concessa fuerit, suffragetur; sed ipsi inhabilos, & incapaces sint ad huiusmodi beneficia quandocunque obtinenda, ipsaque sine iura ab ipsa statim prima resignatione, seu cessione, etiamsi illa alias nulla, & inualida essent, vacauisse, & tunc vacaro censeantur eo ipso, &c. Quarto, quòd resignationes beneficiorum, etiam ex causa permutationis, in manibus Ordinariorum, & aliorum inferiorum à Papa facta infra mensem debeant admitti, vel reiici, & prouisio, si per eos facienda erit, fieri, & prouisus infra tres menses a die facta prouisionis illam publicet, & possessionem beneficij capiat modo & forma prædictis, alioquin nulla erit prouisio, & beneficium vacare censeatur eo ipso, eiúsque dispositio ad Sedem Apostolicam deuoluta existat.

188 Ex quibus clarè apparet, quando, quomodo, & vbi beneficiorum resignatorum publicatio sit facienda, quæ est pars resignationis, vt ex pluribus Rotæ decisionibus firmat Theodos. de Rubeis *in singularibus Rota part. 2. verb. publicatio. §. 3. pag.* 88. & procedit etiam in minore 14. annorum, cum quo per summum Pontificem fuit dispensatum ad huiusmodi beneficia resignata obtinenda: quia, licèt in minore cesset ratio fraudis, quam dicta Constit. considerauit, vigent tamen aliæ, quæ sunt æquè principales, propter quas requiritur publicatio beneficiorum resignatorum, de quibus per Flamin. *libro* 11. *quæst.* 1. intelligendo etiam præsupposita ignorantia ex parte ipsius minoris ex communi omnium sententia, Flamin. *dict. lib.* 11. *quæst.* 4. *numero* 62. quem refert Prosper de Augustin. *in addit. ad Quarant. in sum. Bullarij, verb. beneficiorum resi-*
189 *gnat. publicatio. vers. tertiò amplia.* Debet quoque publicatio fieri, etiamsi Papa, in cuius manibus renunciatio fuit facta, moriatur, intra illud tempus datum ad publicandum intra eundem terminum præscriptum. Ratio est: quia renunciatio huiusmodi iam habuit suum effectum, tunc temporis, quo Papa viuebat, per cuius obitum superuenientem non potest tolli, cùm sit iam causatus, Flamin. *dict. libro* 11. *quæstione* 2. *numero* 32. Prosper de Augustin. *vbi supr. vers. quintò amplia*, vbi intelligit, nisi propter impedimentum Sedis vacantis, quia tunc ius non redditur, Bullas expedire non posset. Et huiusmodi publicatio facta cum solis litteris expeditis in forma Dignum antè obtentam prouisionem ab executore sufficiens est, quia Constitutio contentatur publicatione solius mandati de prouidendo, quod tamen non dicitur prouisio, Rota *apud Marches. de commission. part. prima p.* 370.

190 Comprehendit autem dicta Gregorij Constitutio renunciationes Commendarum, & iurispatronatus, Seraphin. *decis.* 1289. Nouar. *d. loco num.* 9. Flamin. *d. lib.* 11. *quæst.* 5. *num.* 32. & hospitalium, tam quæ dantur in titulum, quàm quæ dantur in administrationem, Flamin. *dict. lib.* 11. *quæst.* 3. *numero* 45. Prosper de Augustino *vbi suprà, vers. quartò amplia.* Nouar. *d. loco numero* 8. Lotter *dict. libro* 3. *quæst.* 21. *num.* 28. vbi *numero* 9. post Rot. *decis.* 662. *ex numero* 1. & *decis.* 666. *ex num.* 1. *part.* 4. *diuers.* Seraphin. *decis.* 1309. *num.* 1. & 4. subdit necessitatem publicandi intrare in simplici resignatione,
191 seu dimissione in manibus Ordinarij. Comprehendit quoque beneficia quæcunque etiam Regularia Flamin. *dict. quæst.* 3. *num.* 86. Nouar. *dict. loco num.* 6. reseruata *ibidem num.* 4. electiua *ibidem numero* 30. & denique beneficium, siue sit simplex, siue cum dignitate, siue non, & beneficia consistorialia minora: vt Abbatiæ, & similia, quæ etsi sint consistorialia, solent tamen prouideri extra Consistorium; secùs in cessione Episcopatus, & Archiepiscopatus, & similium, vt latè probat idem Flamin. *d. lib.* 11. *quæst.* 3. *per tot.* Procedit in beneficiis etiam parui redditus, nam constitutio loquitur de quibuscunque beneficiis, Nouar. *d. loco num.* 10. & *num.* 14. extendit etiam ad beneficia ad nutum amouibilia. Comprehendit etiam resignationes nullas, seu inualidas, vt in ipsa dicitur, & refert Nicol. Garc. *dict. part.* 11. *cap.* 3. *numero* 276. vbi *num. seq.* id limitat, quando resignatio est nulla ex defectu consensus: quia tunc verè non est resignatio: & *numero* 279. pariter limitat, vbi resignatio fuerit nulla, quia resignans, in Sacris constitutus non habet aliunde,
vnde commodè viuere possit, vt Papa vult. Item 192
comprehendit impetrantes ob non publicationem: quin & ipsi tenentur publicare, Seraphin. *decis.* 1064. *numero* 5. Nicol. Garc. *dict. cap.* 3. *num.* 301. & cauetur. *in ipsa Constit.* Lotter. *d. lib.* 3. *quæst.* 21. *num.* 22.

Non habet tamen locum dicta Constitutio Gre- 193
goriana in beneficiis vacantibus per adeptionem aliorum iuxta decretum apponi solitum de dimittendo liberè in manibus Sanctissimi intra duos menses, vt ex decisione Rotali resoluit Nicol. Garc. *dict. cap.* 3. *numero* 334. Nec in translatione pensionis in aliquem, Ludouic. Gom. *in regul. de publicandis quæstione* 10. Prosper de Augustino *vbi suprà, vers. secundò limita.* Nec in simplici cessione ad fauorem eius, qui iam existeret in possessione Caualer. *decisione* 458. *numero* 4. & 5. Lotter. *dict. libro* 3. *quæstione* 21. *num.* 8. Nec quoties prætextu legitimi impedimenti publicatio fieri non poterit, vt cauetur in ipsa Constitut. Prosper de Augustino *vbi suprà vers. tertiò limita* Sayr. *decis.* 4. *de renunc.* Nouar. *dict. loco numero* 24. Nec quoties Datarius signata supplicatione mandauerit ad alicuius instantiam in ea apponi, vt nihil transeat, dummodo citauerit partem aduersam coram ipso Datario ad dicendum, quare vult impedire ipsius supplicationis registrationem, & per consequens litterarum expeditionem, & instare, vt supplicatio relaxetur: quòd si datarius ex causa sibi benè visa noluerit ipsam dimittere, adhuc excusabitur resignatarius à publicatione, modò vsus fuerit diligentia per totum tempus datum ad publicandum per se, vel per procuratorem ad petendam supplicationis relaxationem. Flamin. *decisione libro* 11. *quæstione* 13. *à numero* 112. *vsque ad numero* 120. vbi *numero* 121. subdit idem esse dicendum, si resignatarius ex eo, quòd fuerat carceratus, litteras expedire, nec per alium potuerat, vel ipsæ litteræ expeditæ detinerentur à Iudice, modò protestetur coram eo Notario, & testibus, per ipsum non stare, nec culpa sua tempus transire: refert Prosper de Augustino *vbi suprà, vers. quartò, & denique limita.* Nec etiam habet locum in Coadiutoria, vt dixi supra *hoc libro capit.* 10. *numero* 55. Nec quando resignatarius decesserit intra tempus datum ad publicandum, nam cum ipse resignatarius iam mortuus sit, intra tempus datum ad publicandum, non intrat Bullæ pœnam, ex quo iam non est, qui debeat publicare. Nouar. *dict. loco num.* 19. Nec Bulla obstat

resigna

resignatario nolenti capere beneficij possessionem ex resignatione, sed ex alia vacatione propter clausulas generales, *siue præmisso, siue alio quouis modo vacauerit*, &c. Garc. *d. par.* 2. *c.* 3. *n.* 332. Nouar. *d. loco n.* 21. vbi *n.* 22. declarat etiam non habere locum in beneficiis vacantibus per adeptionem aliorum, & *n.* 27. declarat non habere locum in beneficiis electiuis, & *n.* 28. post Greg. XV. *dec.* 288. *n.* 2. resoluit sufficere publicationem fieri ab altero ex permutantibus.

194 Nec denique dicta Constitutio habet locum, quoties fuisset prorogatum tempus à Sum. Pont. vel restitutio concederetur aduersùs lapsum temporis præfati, scilicet, tribus concurrentibus: primum, vt si allegetur resignantem adhuc viuere, hoc iustificetur, si super hoc fundatur ipsa restitutio: secundum, vt postea fiat publicatio infra illud tempus in prorogatione concessum: tertium, vt ista prorogatio non operetur, si medio tempore esset ius alteri acquisitum per collationem factam ab eodem Summo Pont. ideóque apponi solet clausula præseruatiua iuris tertij, hoc modo. Et dummodo tempore datæ præsentium non sit alicui ob lapsum tempus huiusmodi in dicto beneficio specialiter ius quæsitum, & dicta publicatio intra quatuor menses proximos fiat, & cum expressione, quòd orator ex dicto beneficio nullos fructus percepit. Flamin. *d. lib.* 11. *qu.* 7. *à n.* 69. Prorogatio autem prima datur ad quatuor menses, & sic formatur supplicatio *Beatissime Pater. aliàs beneficio simplici vacante in Ecclesia N. per liberam resignationem N. de illo, quod obtinebat in manibus S. V. sponte factam & admissam de voto S. V. Oratori N. Apostolica auctoritate prouideri mandatum fuit. Cùm autem, Pater Sancte, dictus Orator certis ex causis præpeditus resignationem huiusmodi iuxta formam Constitutionis Gregorij Papæ XIII. Prædecessoris vestri, de publicandis similibus resignationibus editam infra tempus in ea præfixum, publicari facere non speret. Supplicat igitur humiliter S. V. Orator præfatus, quatenus sibi specialem gratiam faciens nouem menses sibi à dicta Constitutione præfixos, infra quos adhuc existit ad alios quatuor menses à fine præfatorum nouem mensium computandos, quibus durantibus resignationes huiusmodi publicare, ac omnia alia iuxta præfatã Constitutionem quomodolibet tenetur facere, & adimplere licitè & liberè valeat, Apostolica auctoritate prorogare, extendere, & ampliare dignetur de gratia speciali, nõ obstãtibus præfata, ac aliis Constitutionibus & Ordinationibus, cæterisque contrariis quibuscunq., cum clausulis opportunis*, &c. Alia prorogatio datur item ad tres menses, & alia ad duos, &c. sed istæ prorogationes censentur factæ cum eisdem qualitatibus, & conditionibus, quibus actus fuit celebratus. Pro eo verò, qui obtinuit prorogationem, & petit aliam, datur hæc clausula: *Et cum decreto, quòd Orator resignationem præfatam publicare, & alia in dicta Constitutione contenta adimplere omninò teneatur intra tres menses proximos, alias præsens gratia nulla sit eo ipso, & dummodo ob lapsum dictorum mensium prorogatorum non sit hactenus alicui in dicta Ecclesia specialiter ius quæsitum*, Per signaturam iustitiæ sæpe sæpius conceditur restitutio in integrum aduersùs publicationem non factam, Card. Mant. *dec.* 113. Nou. *d. loc. n.* 20.

195 Publicatio, vt mandat dicta Constitutio Gregoriana, facienda est in Ecclesia beneficij resignati, vel in Cathedrali Ecclesia, vel Metropolitana, aut alia superiori Ecclesia, cui beneficium resignatum, vel cessum subest, vbi frequens populus ad Missarum solemnia conuenerit, siue diebus festiuis, siue non, exhibitis litteris Apostolicis, vel earum transumpto authentico, & declaratione quãtitatis beneficii, nominis, & cognominis resignantis, ac illius in cuius fauorem eiusmodi gratia facta est, ita vt verisimiliter hæc omnia possint ad omnium notitiam peruenire, sic dicendo: *Notum sit omnibus, quatenus N. resignauit in manibus suæ Sanctitatis beneficium simplex Ecclesiæ N. huius ciuitatis, seu beneficium curatum Ecclesiæ loci de N huius diœcesis, & de eo facta est gratia N. vt constat ex his Bullis, seu litteris Apostolicis, aut transumpto authentico, quas in manu habeo.* Nec opus est litteras ipsas legere, nec earum datam, Flam. *d. lib.* 11. *q.* 6. *nu.* 41. Nic. Garc. *d. c.* 3. *n.* 290. *cum seq.* debetque talis publicatio fieri alta & intelligibili voce, nec in choro tantùm, sed in ipsa Ecclesia: vnde publicatio facta in choro, coram Canonicis, & Presbyteris duntaxat, est nulla. Flamin. *d. quæst.* 6. *n.* 18. Nicol. Garc. *d. c.* 3. *n.* 294. Insuper affigitur valuis Ecclesiæ diploma, quod contineat ea, quæ dicta sunt, nimirum, resignationem, ac beneficii qualitatem, & innouationem, nominaque & cognomina resignantis, ac illius, in cuius gratiam facta est; & sufficit, quòd sit simplex charta, vt innuunt verba dictæ Constitutionis, *Scriptique de his omnibus exemplo collato, valuis dictarum Ecclesiarum affixum relinquatur*, Flam. *d. q.* 6. *n.* 56. *&* 59. Nicol. Garc. *d. c.* 3. *n.* 295. vbi *n.* 296. subdit sufficere affigi in vna porta, quamuis Ecclesia plures habeat, & *n.* 297. ex Flam. testatur praxim habere, vt affigatur copia integra ipsarum litterarum. Ideoque cum requiruntur actus publici, non satis erit, si resignatarius publicè missus sit in possessionem beneficii, cùm vltra illud requiratur solemnitas publica; quicquid dicat Ant. Fab. *lib.* 1. *definit. forens. tit.* 2. *definit.*
14. & 59. Publicatio verò facta probatur ex instru- 196
méto, vbi Notarius refert se fecisse dictam publicationem in omnibus, & per omnia, iuxta formam Constitutionis Gregorii XIII. quæ relatio sufficit, vt firmat Flamin. Paris. *lib.* 11. *q.* 6. *n.* 51. *&* 63. quem sequitur Rot. *in Colonien. Canonicatus S. Vrsul.* 26. *Aprili*; 1627. *coram bonæ mem. Vbaldo*, impressa per Viuian *post praxim. iurispatron. decis.* 52. *num* 1. Sic etiam facta censetur quando intra tempus quis accepit possessionem beneficii populosam, id est coram multis personis, secus si coram aliquibus particularibus, ad not. per Gemin. *cons.* 75. *incip. In causa n.* 2. *vers. secundò dicitur*, Abb. *cons* 99. incip. *Illud in præsentiarum, num.* 2. *& seqq.* vol. 1. Theodos. de Rubeis *singular. Rota tom.* 2. *p.* 3. *pag.* 183. §. 6

Dubium autem est in hac materia, vtrum in- 197
cumbat onus probandi non publicationem, an impetranti beneficium, tanquam vacans ob publicationem non factam; an verò resignatario, qui ad illam tenebatur? Flamin. *d. lib.* 11. *quæstio.* 14. in vtranque partem hanc quæstionem discutit, & tandem resoluit impetranti probationem negatiuæ incumbere Ratio est: quia negatiua qualiscunque sit, probanda est per eum, qui in ea suæ intentionis fundamentum facit, & eò magis quia præsumitur factum, quod de iure erat faciendum. Decianus *cons.* 446. *numero* 7. Crauet. *cons.* 22. *num.* 5. *& cons.* 449. *num.* 12. Et ideò publicatio præsumitur facta per resignatarium, & quidem in tempore, nec tenetur id probare, maximè si ipse possederit per triennium beneficium resignatum quia ex triennali præsumitur publicatio, vt fuit resolutum sæpiùs in Rota, teste Nicol. Garc. *d.*

p. 11. *c.* 3. *n.* 313. & Theodos. de Rubeis *in singularibus Rota par.* 2. *verb. publicatio* §. 1. licèt, si probatur non pulicatio, non prosit triennalis, imò nec decennalis possessio. Flamin. *d. lib.* 11. *q.* 6. *num.* 92. & 112. vbi *n.* 19 expressè tenet, regulam de
198 triennali minimè prodesse resignatario non publicanti: in tribus tamen casibus id limitatur, & primò, quando sumus in spolio: nam tunc nec triennalis hunc effectum produceret, vt præsumatur publicatio. Flamin. *d. lib.* 11. *q.* 14. *numero* 31. Prosper de Augustin. *citato loco, vers. quam conclusionem.* Nicol. Garc. *d. cap.* 314. Secundò, si Superior ex officio procedens vellet videre publicationum; quia tunc teneretur resignatarius eam exhibere. Flamin. *d. q.* 14. *num.* 33. *cum seqq.* vbi *num.* 37. id intelligit, nedum in Episcopo, & in eius Vicario visitante, sed etiam in ministris Cameræ Apostolicæ: & *n.* 38. id restringit, quoties Superior constituisset se aduersarium eius, qui beneficium obtinet; quia tunc nec compellere poterit ad eum probandum titulum, nec etiam ipse cognoscere de titulo. Tertiò, quoties ipse resignatarius peteret suam gratiam canonizari ad aliquem effectum: nam tunc deberet, sicuti & titulum, illam probare, Flamin. *d. q.* 14. *n.* 39.

199 Impetrans igitur beneficium vacans ob non factam publicationem à resignatario, tenetur docere de non publicatione & negatiuam huiusmodi plenè & concludenter probare Gregori. XV. *decis.* 210. Nouar. *d. loco n.* 19. Sed qualiter hæc negatiua probari debeat difficile est inuestigare, & difficilius ad praxim reducere. Quidam putant, id assequi posse per testes, per quos affirmatiua sciri potuit, verbi gratia per Canonicos, & alios Clericos eiusdem Ecclesiæ, qui in ea solent diebus festiuis diuinis interesse, vel per personas, per quas actus publicationis fieri oportebat, vt sunt Notarij, Flamin. *d. q.* 14 *ex n.* 60. Prosper de Augustino *d. loco, n.* 19. *vers. modos autem probandi.* Item ex non petitione possessionis infra tempus, & ex eo, quòd infra tempus datum ad publicandum non habuit resignatarius collationem, sine qua possessio adipisci non potest: nam Constitutio intelligitur de valida possessione, & apprehensio possessionis sine collatione nulla est, *c.* 2. *ne Sede vac. cap.* 1. *de priuileg.* Nicol Garc. *d. cap.* 3. *ex num* 319. adden- *ad Grag. decis.* 288. *num.* 3. Verùm, ne fidas his probandi modis: quia impetratio ex illis minimè veniret iustificanda, nisi huiusmodi negatiuam non publicationis probaueris per confessionem partis, vel quòd litteræ non fuerunt expeditæ intra tempus ad publicandum, vt fuit resolutum *in Ripana beneficij* 17. *Aprilis*, 1600. *coram bonæ memor. Cardin. Sacrato*, cuius meminit Nicol. Garc. *d. par.* 3. *num.* 316. Lotter. *d. lib.* 3. *q.* 21. *num.* 15, *cum seqq.* Sed prior modus de confessione partis de non facta publicatione, tutus non est. nam inde non concluderetur negatiua absoluta non publicationis, cum potuerit fieri per resignantem, cui nec minus ea permissa est ex dicta Constitutione Gregor. XV. *decis.* 288, *numero* 2. Lotter. *d. q.* 21. *num.* 21 At vltimus modus tutior est & irrefragabilis, cum Constitutio vellet pulicationem fieri cum litteris ipsis originalibus, aut earum transumpto, Rota *in Mediolanen beneficij* 14. *Aprilis* 1614. *coram Cardin. Sacrato*, cuius meminit Lotter. *d. questio.* 21. *numero* 16. Et idem est, quando litteræ fuerunt expeditæ intra tempus datum ad publicandum, ad finem tamen termin, ita vt non potuerint deferri in tempore ad locum, vbi erat facienda publicatio, Flamin. *d. quæst.* 14. 56. & 57. Prosper de Augustino *loco proximè citato*, Nicol. Garc. 1. *cap.* 3. *num.* 317. vbi *n.* 318. subdit, negatiuam non expeditionis litterarum probari ex diligentiis factis in Cancellaria, Camera, & registro secreto parte citata: & dum perquirerem in Curia, an aliquando, habuerit Rota pro probata huiusmodi negatiuam, nihil potuit inuenire.

CAPVT XVI.

De Vnionibus beneficiorum:

SVMMARIVM.

1 *Vnio est duorum, vel plurium beneficiorum aut Ecclesiarum ab Episcope, vel alio superiore facta annexio.*
2 *Diuisio materia.*
3 *Vniones quedam sunt perpetua, quadam temporales; & qua sint? ostenditur.*
4 *Vnio in dubio præsumitur facta potiùs contemplatione Ecclesia, quam personæ.*
5 *Vnio fit tribus modis.*
6 *Vnio fit primo modo, vt ex duobus beneficiis vnum fiat, & quid operetur? ostenditur.*
7 *Vnio fit secundo modo, vt vna Ecclesia alteri subiiciatur, seu vnum beneficium alteri accessoriè.*
8 *Beneficium accessoriè vnitum per vnionem manet extinctum, & fit prædium beneficij principalis.*
9 *Beneficium accessoriè vnitum exprimi non debet.*
10 *Vacare nunquam censetur beneficium accessoriè vnitum.*
11 *Littera vnionis accessoria non dicuntur litteræ beneficiales, sed de proprietate, & re prisana.*
12 *Causa vnionis non dicitur causa beneficialis.*
13 Cap. 1. de filiis Presbyt. in 6. *non habet locum in Parochialibus accessoriè annexis.*
14 *Episcopo spurium ad simplex beneficium promouere licet, cui est accessoriè annexa Parochialis.*
15 *Accessorium sequitur naturam sui principalis, quamuis accessorium sit magis dignum, & pretiosum quam ipsum principale, cui annectitur.*
16 Cap licèt canon, de elect. in 6. *non habet locum in Parochialibus Ecclesiis accessoriè vnitis.*
17 *Prouisus sufficit esse constitutus in ea ætate, quam requirit beneficium, cui Parochialis accessoriè reperitur vnita.*
18 Cap. si motu proprio, de præbend. in 6. *non procedit in beneficio vnito accessoriè.*
19 *Possessione capta Ecclesia, seu beneficij principalis, etiam alterius illi vniti intelligitur capta.*
20 Concil. Trid. sess. 24. de reform. c. 18. *super habendo concursu in vacatione Parochialium locum non obtinet in vnitis accessoriè.*
21 *Vnio tertio modo fit duorum beneficiorum, seu Ecclesiarum inuicem æquè principaliter.*
22 *Episcopatus duo æque principaliter vniti reputantur vna diœcesis, & Episcopus potest residendo in vna explere factum alterius.*

23. Castella

23 *Castellana, & Hortana ciuitatum Episcopatus aquè principaliter sunt vniti.*

24 *Resoluuntur dubia circa hos duos Episcopatus aquè principaliter vnitos.*

25 *Valuen. & Sulmonen. Episcopatus aquè principaliter vniti sunt.*

26 *Clericus vnius Episcopatus non est ad carceres alterius etiam vniti ducendus.*

27 *Clericos ex vna Diœcesi ad aliam vnitam pro suis causis ire cogere non potest Episcopus.*

28 *Calaguritanus, & Calciaten. Episcopatus est vnitus, & vnica Diœcesis, & vnicus Decanus.*

29 *Episcopus potest facere quorumcunque beneficiorum vniones, etiamsi illa reseruata sint à Pontifice, sine tamen possidentis, seu expectantis praiudicio, nisi reseruatio esset perpetua.*

30 *Beneficia qua seminatio vnire possit Episcopus? ostenditur.*

31 *Beneficia sua diœcesis non exempta vnire potest Episcopus, quamuis eorum collatio ob Episcopi negligentiam deuoluta esset ad Papam.*

32 *Beneficium sua Diœcesis, licèt de iure communi liceret Episcopo vnire cum altero aliena diœcesis, accedente consensu Episcopi illius, hodie attento Conc. Trid. non licet.*

33 *Parochiales Ecclesia Monasteriis quibuscunque, aut Abbatiis seu Dignitatibus, siue Prabendis Ecclesia Cathedralis, vel Collegiata, siue aliis beneficiis simplicibus, aut Hospitalibus vniri prohibentur.*

34 *Vniones Parochialium, qua fiant pro fundatione, dotatione, augmento seu conseruatione Collegiorum, & aliorum piorum locorum ad fidei catholica defensionem, & propagationem sustineri possunt.*

35 *Vnio aliquot beneficiorum simplicium potest fieri singulis Prabendis tenuibus Cathedralium, & Collegiatarum insignium, non omnibus simul indistinctè vnum, aut plura beneficia.*

36 *Beneficium sua Diœcesis saculare potest Episcopus alicui Religioni vnire.*

37 *Causa vnionum faciendarum, aut est necessitas, aut vtilitas Ecclesiarum.*

38 *Necessitas faciendæ vnionis qua sit? ostenditur.*

39 *Vtilitas faciendæ vnionis est, quando propter fructuum tenuitatem non inueniuntur Clerici idonei ad deseruiendum.*

40 *Citatio eorum omnium, quorum interest, requiritur in vnione facienda per Episcopum, non tamen est necessariò vocanda plebs.*

41 *Rector, siue possessor beneficij non est vocandus in vnione facienda per Episcopum.*

42 *Capituli Ecclesia Cathedralis consensus requiritur in vnione facienda per Episcopum.*

74 *Canonici si consentire nolint, & iusta causa vnionis facienda subesset, possent compelli,*

43 *Consensus Capituli defectum quilibet opponere potest.*

45 *Capituli consensus satis est, si postea accedat.*

46 *Capituli consensus an requiratur in vnione facienda per Legatum? ostenditur.*

47 *Vnio facta ab Episcopo ipsi capitulo non valet.*

48 *Episcopus non potest vnire Ecclesiam subiectam Abbati, aut alij inferiori Prælato absque illius consensu.*

49 *Vocatio & consensus patroni, siue ecclesiastici, siue laici, ac inferioris collatoris, & electorum requiruntur in vnione per Episcopum facienda.*

50 *Beneficium iurispatronatus absque patronorum consensu per Episcopum vniri non potest, & quid si vniatur per Legatum de latere: vide ibi.*

51 *Vnio ex defectu solemnitatum quibus casibus fiat irrita? ostenditur.*

52 *Vnio ex falsa causa impetrata an sit irrita? ostenditur.*

53 *Papa solus potest vnire Episcopatus.*

54 *Episcopus potest vnire beneficia, & Ecclesias sua diœcesis.*

55 *Legatus à Latere potest ex causa rationabili, & legitima vnire beneficia sua prouincia, qua conferre potest.*

56 *Vicarius generalis Episcopi non potest beneficia vnire nisi specialiter sibi ab Episcopo committatur.*

57 *Capitulum Sede vacante potest vnire beneficia, qua potest Episcopus, dummodo per talem vnionem iurisdictioni episcopali nihil detrahatur.*

58 *Archiepiscopus vnire potest beneficia in sua diœcesi.*

59 *Abbates, atque alij Prælati Episcopo inferiores, quando possint vniones facere, ostenditur.*

60 *Vnio non præsumitur, sed probari debet ab eo, qui factam dicit.*

61 *Vnio probatur per instrumentum, seu litteras ipsius vnionis, & ex diuturnitate temporis immemorialis.*

62 *Vnio probatur ex verbis enunciatiuis plurium instrumentorum antiquorum, modò originem haberent à diuersis personis non suspectis.*

63 *Vnio probatur in antiquis ex testibus de publica voce & fama.*

64 *Vnio probatur ex dismembratione, qua per necesse præsupponit vnionem.*

65 *Vnio quando dicatur sortiri effectum?*

66 Reg. 12. Cancel. *reuocatoria vnionum non se extendit ad vniones factas ex causa necessaria putà ex causa dotis pro beneficij erectione, vel pro augmento dotis necessario pro sustentatione cultus diuini.*

67 *Vniones perpetua à 40. annis citrà facta examinari ab Ordinariis, tanquam à Sede Apost. delegatis possunt.*



SEQVITVR, vt de Vnionibus beneficiorum dicamus, quibus nonnunquam beneficia acquiruntur, vt in superioribus vidimus. Vnio autem est duorum, vel plurium beneficiorum, aut ecclesiarum ab Episcopo, vel alio Superiore facta annexio: dicta vnio quia ex duobus, vel pluribus fit vnum tantùm, Ioan. Baptista Caccialup. *in tractat. de Vnionibus, artic.* 1. Rebuff. *prax. benefic. tit. de Vnion. benefic. ex n.* 1. Lancell. *instit. Canon. lib.* 2. *tit. d. Vnion.* §. 2. Nicol. Garc. *de benefic. p.* 12. *c.* 2. *n.* 3. Vgol. *de offic. Episcopi, p.* 1. *c.* 52. *num.* 1 Azor. *Instit. moral. part.* 2 *lib.* 6. *cap.* 38. *q.* 1. Sanch. *in præcepta Decalogi tom.* 3. *lib.* 7. *cap.* 29. *num.* 245. vbi subdit nomine Ecclesiarum comprehendi Episcopatus; nomine autem beneficiorum quæcunque alia beneficia maiora, vel minora, regularia, vel sæcularia, & dignitates includi. 1

Et in hac materia agitur, aut de ipsarum Ecclesiarum Vnione quoad iurisdictionem, vel subiectionem; aut beneficiorum ipsorum quoad fructus & redditus. De primo genere egimus suprà *lib.* 1. vbi de Diœcesibus, & Parochiis est tracta- 2

tum. De secundò verò, id est de beneficiorum
Vnione, quod ad fructus præcipuè attinet, hoc in
loco videbimus.
3 Huis igitur Vnionis duo sunt genera: quædam
enim sunt Vniones perpetuæ, & quædam tempo-
rales. Perpetua Vnio est illa non solùm, quæ fit con-
templatione Ecclesiæ, vt scilicet duæ Ecclesiæ in-
uicem vniantur *cap. 1. ne Sede vacante c. cum ve-
nissent, de institut.* quæ ideò perpetua dicitur, quia
Ecclesia nunquam moritur *cap. si gratiosè, de rescr.
in 6.* sed etiam respectu beneficiorum potest Vnio
perpetua fieri, si videlicet exprimatur, vt perpetuò
duret sicut constat ex *c. exposuisti de prabend.* ibi, *de
capellis in perpetuum annectendis*, ad not. per Rebuff.
de tit. de Vnionibus benefic. num. 7. & 8. Hoied. *de in-
compatib. benefic. p. 2. c. 3. n. 1.* vel quando dicitur
ad perpetuam rei memoriam, vel *beneplacitum Sedis
Apost. d. cap. si gratiosè* Sanch. *de cap. 23. numero*
145. vbi subdit quòd quando est perpetua, solet in
ea dici, *in perpetuum vnimus* Temporalis vero est
Vnio, quæ ad tempus est facta: non autem, vt in
perpetuum sit duratura, & est illa, quæ fit contem-
platione personæ, non autem Ecclesiæ, vel bene-
ficii: mortua enim persona Vnio expirat, *cap. nouit.
vers. ne plus caruisset, ne Sede vac. cap. quoniã Abbas
de offic. deleg.* Rebuff. *d. tit. de Vniomb. benefic. n.
9. & 10.* Hoied. *eod. num. 1.* Sanch. *d. num. 145.
vers. temporalis.* Sed ea quoque, quæ fit ad bene-
placitum ipsius Papæ superstitis, non autem Apo-
stolicæ Sedis, intelligitur temporalis; quia eo Pon-
tifice mortuo similiter expirat vnio, nisi ante fuisset
ab eodem extincta, *d. cap. si gratiosè*, cum ibi no-
tatis.
4 In dubio autem Vnio præsumitur facta potius
contemplatione Ecclesiæ, quàm personæ, quòd
Ecclesiæ potiùs fauendum sit, eiusque necessitati,
aut vtilitati in his Vnionibus consulatur, & con-
sequenter erit intelligẽda perpetua *d. c. 1. ne Sede vac.
c. requisisti, de testam.* Rebuff. & Hoied. *in lo is
proximè citatis* adnotarunt. Sicut & illa, quæ fit ad
commodum Rectorum pro tempore, vt commo-
diùs viuere, ac sustentari valeant, quæ ratione be-
neficii facta dicitur: hæc enim quamuis non prin-
cipaliter, secundariò tamen contemplatione Eccle-
siæ intelligitur facta, & consequenter perpetua,
nisi expressum fuisset, eam duraturam quousque
fructus Ecclesiæ deueniant pinguiores, aut ad bene-
placitum superioris. Vnio facta de beneficio quam-
primum vacuerit, non potest capere vacationem ex
resignatione ad fauorem certæ personæ Cassad. *dec.
3 de renunc.* Angel. *de legitimo contrad. quæst. 15.
art. 5. numero 147.* etiamsi apposita sit clausula *per
cessum: vel decessum*, cùm locum habeat in resigna-
tione simplici, non autem in resignatione ad fauo-
rem Cassad. *d. dec. 3.* Argel. *d. art. 5 à num. 149.*
ex ea ratione quia in resignatione ad fauorem bene-
ficium nunquam videtur vacare cum eo temporis
momento, quo ab vno aufertur, statim in alium
transferatur.
5 Tribus potissimùm modis fit Vnio, vt tradunt glos.
*verb. vnire, in cap. & temporis 16. q. 1. & verb.
vniendo, in cap. 1. de Sede vacante*, Rebuff. *d. tit. de
vnionib. benefic. n. 11. & in repet. c. extirpanda, §.
qui verò, de prabend. in 4. præmisso* Petr. Greg. *de be-
nefic. cap. 20. num. 11.* Hoied. *d. cap. 3. sub num. 2.*
Azor. *d. cap. 27. q. 1.* Nicol. Garc. *de benefic. p. 11. cap.
2. n. 3.* Sanch. *d. lib. 7. cap. 29. n. 146.* Tambur. *de
iure Abbatum tom. 3. disp. 15. q. 5.*
6 Primo modo fit Vnio, vt ex duobus beneficiis
vnum fiat, sicut probatur ex *cap. decimas, ad fin. 16.
quæst. 1.* Operatur vt consuetudo, & priuilegia da-
ta vni, competant alteri; & si sunt contraria me-
liora, & fauorabiliora conseruabuntur, Petr. de Pe-
rus. *de vnion. cap. 2. num. 3.* Petr. Gregor. *d. c. 20.
num. 15.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloss. 5. §. 7. nu.
28. & 55.* Nicol. Garc. *d. cap. 1. n. 10.* Tambur. *vbi
sup. num. 2.* Operatur etiam quòd Canonici qui sunt
in vna Ecclesia, sint in alia, & faciant vnum cor-
pus Petr. de Perus. *d. tract. cap. 1. num. 6. & cap. 2
num. 3.* Nicol. Garc. *d. cap. 2. num. 11.* & sic bene-
ficia vnius Ecclesiæ censebuntur esse, & alterius,
Pute. *dec. 432. lib. 1. in correct.* & hic modus vide-
tur parum frequens.
Secundo modo fit Vnio, vt vna Ecclesia alteri su- 7
biiciatur, seu vnum beneficium alteri accessoriè vnia-
tur, & tunc vnum tantùm est beneficium principa-
le; accessoriè vero vnitum per vnionem ideo man-
sit extinctum Doctores *in cap. cum accesserint, de
constit.* gloss. *verb. Ecclesias in Clem. per litteras, de* 8
prabend. Nicol. Garc. *p. 3. c. n. 510.* & fuit factum
prædium beneficij principalis Gambar. *lib. 5. de pr-
test. Legati de latere n. 139.* Verall. *dec. 349. n. 2.
p. 3.* vt ac si non esset, exprimi non debeat. Sernen. 9
*in reg. de idiomate, q. 11. ad med. vers. si per viam ad-
herentiæ*, Clarius Card. *cons. 30. n. 1. ad fin. in vers.
parochia enim adherens pro nulla æstimatur*, per tex. *in
cap. statutum, de elect. lib. 6.* Menoch. *cons. 14. n. 24
vers. cùm vnita est principaliter alteri accessoria*; tunc
de accessoria, vt pedissequa non curatur, nec de illa 10
expedit facere mentionem: nunquam enim cense-
setur vacare Rota *decis. 114. num. 5. p. 2. diuers.* Lud.
Gom. *in reg. de triennali, q. 8. n. 2.* Seraph. *dec. 1011.
n. 1.* Gonzal. *d. gl. 5. §. 7. n. 7.* Nicol. Garc. *d. p. 12. c. 2. n.
5.* Rot. *dec. 658. p. 2. recent.* ac proinde in eo nullus
vallet instituti, Franc. *in cap. 1. n. 7. vers. non obstat. de
fil. Presbyt. lib. 6.* Nicol. Garc. *p. 11. cap. 5. numero 19.*
quia solummodo regimen, & titulus profanus in be-
neficiarium transit, Rot. *decis. 2. de excess. Prælat. in no-
uiss.* Cassad. *dec. 3. n. 1. de iudi.* Mantic. *decis. 350. n.
1.* Nicol. Garc. *p. 5. c. 1. numero 270.* in tantum quòd 11
litteræ Vnionis huiusmodi non dicuntur litteræ
beneficiales, sed de proprietate, & re profana,
Rota *dec. 2. num. 5. de rebus Eccles. non alienan. in
antiq.* Practicabilia Rotæ impressa *post 2 p dec. di-
uers. tit. de Vnionib. n. 13.* Nicol. Garc. *p. 11. c. 2. nu.
33.* & causa Vnionis non dicitur causa beneficialis, 12
Cassad. *dec. 3. de iudic. num. 1.* Gonzal. *d. gloss. 5. §.
7. nu. 17.* & lis super benefic., vt vnito non est lis su-
per beneficio Mantic. *dec. 359. n. 1.* Nicol. Garc. *d. p.
12. c. 2. n. 31.* 13
Vnde primo infertur text. *in cap. 1. de filijs Pres-
bit. in 6.* prohibentem Episcopo cum illegitimis dis-
pensare ad Parochiales Ecclesias, aliaque beneficia
curã animarum habentia, non esse intelligendum de
annexis accessoriè, vt benè docent Azor. *instit.
moral. p. 1. libro 6. cap. 3 q. 14.* Gonzal. *d. gl. 5. §. 7.
n. 18.* Stephan. Gratian. *discept. forens. c. 273. nu.
47.* Campan. *in diuersorio Iuris Canon, rub. 11. c. 13
n. 83.* quos refero *de officio & potest. Episcopi p. 2.
allegat. 45. n. 24.* resoluentes licere Episcopo spurium 14
ad simplex beneficium promouere, cui est accesso-
riè annexa Parochialis, vel alterum beneficium cu-
ræ animarum coniunctum; idque non ex alia ratio-
tione, nisi quia Parochialis per vnionem accessoriè
factam beneficio simplici, cui per se nulla animarum
cura inest, nomen, & titulum amisit, vt supradi-
ctum est, omnimodam naturam, & conditionem be-
neficij simplicis assumens Azor. *lib. 6. c. 28 q. 20. in
fine*, Nicol. Garc *p. 11. c. 5. n. 195.* Nan. *cons 10. n. 3 de
maiorit., & obedient. in nouis*, ex illa vulgari regula
Accessorium

15 *Accessorium sequitur naturam sui principalis*, quæ procedit, etiamsi accessorium sit magis dignum, & pretiosum, quàm ipsum principale, cui annectitur, secundùm D.Barbos.*in l. cum prætor,§.fin.* 211.*ff. de iudic.*Card.Tusch. *tom.*1.*litt.A concl.*76 *n.*26.

16 Secundò infertur tex.*in d.cap.licèt canon, de elect. lib.*6. dum decidit obtinentes Parochiales Ecclesias debere attingere 25. annum, & infra annum ordinari, non habere locum in Parochialibus Ecclesiis accessoriè vnitis, vt tenet gloss. *ibi verb. Parochialis, vers. quòd si Ecclesia*, Rebuff. *in praxi tit.de non promotis intra annum*, *num.*29. *vers. ideò qui procedit* Boër.*dec.*119 *num.*7.Azor.*d.lib.*6. *cap.*8.*num.*8. vbi reddit rationem, quia id quod ad alterum accedit, sequitur naturam principalis, ad quod accedit,

17 & ideò censuit Sacra Gongregat. Concilij *sufficere prouisum esse constitutum in ea ætate, quam requirit beneficium, cui Parochialis accessoriè reperitur vnita*, prout referunt Galer.*in Margarita casuum conscient. verb. Canonicus* 5. *& verb.Paroch.* Gonzal.*ad reg.*8. *Cancel. gloss.*9.*num.*4. Nicol.Garc. *d.part.*12.*cap.*2. *num.*26.Aloyl.Ricc. *in praxi rerum fori Eccles. resol.*512. *in* 1.*edit.*

18 Tertiò infertur textum *in cap.si motu proprio. de præbend. in* 6. dum habet, quòd quando Papa habenti beneficium confert aliud, si non fiat mentio beneficij obtenti, licèt sit modicum gratia est subreptitia, & nulla, non procedere in beneficio vnito accessoriè, sufficit enim in impetratione exprimi tantùm principale, Menoch.*de arbit.casu* 201.*n.*67. Rota *dec.*786. *num.*3.*p.*1. *diuers.*Flamin. Paris. *de resignat.benefic lib.*10.*q.*1.*num.*36. Campan.*d.c.*13. *num.*19.Nicol.Garc *d.p.*12.*c.*1.*num.*20. & per collationem principalis habetur vtrumque, gloss. *verb. de iure in cap. gratia, de rescript. lib.*6. quam ibi sequuntur Domin. de Franch *n.*6. & tenuit Rota *in Verdunen. Decanatus* 9. *Martij* 1590. *coram Card.*

19 *Lancellotto*, impressa per Nicol.Garc.*p.*5.*c.*1.*n.*170. Et capta possessione Ecclesiæ, seu beneficij principalis, etiam alterius illi vniti, intelligitur capta, Ferret. *consi.*236.*n.*8.Gonzal.*d.gl.*5.*§.*7.*n.*6.

20 Quartò infertur Concil.Trid. *sess.*24. *de reform. cap.*18. super habendo concursu in vacatione Parochialium, locum non obtinere in vnitis accessoriè, vt censuit S.Congregatio Concil j, prout nobis idonei testes sunt, Galer. *in Margarita casuum conscientiæ, verb.beneficium*,Gonzal.*d.gl.*5.*§.*7.*n.*13. *& gl.*6. *numero* 161.Nicol.Garc. *p.*9.*c.*2.*n.*193, Aloys. Ricc. *in praxi aurea, resol.*381. quos refero *de offic.& potest. Episcoi,p.*3 *alleg.*60.*num* 25 *& seq.*

21 Tertio modo fit Vnio duorum beneficiorum, seu Ecclesiarum inuicem æquè principaliter, vtraque manente Episcopatu, vel Parochiali, vt priùs erat, & tunc vtraque Ecclesia erit principalis, fruetúrque quælibet suis priuilegiis, & habebit sua statuta, id que operabitur Vnio, vt idem fit beneficiarius, Episc. aut Parochus vtriusque, gloss.*verb. vnire in d.c.temporis* 16. *quæst.*1. *& verb.vniendo, in d.cap.*1.*nc Sede vacant.* Rota *dec.*114. *num.*7 1.*part.* 1. *diuer.* Gonzal. *gl.*5.*§.*7 *num.*112.*cum seqq.*Nicol.Gar *dict.part.*12. *cap.*2. *num.*37. Tambur. *dict tom.*3.*disp.*1 *quæst.*5. *numero* 4. latè Stephan Gratiã. *disceptat. forens. tom.* 4. *cap.*655. vbi per totum ex prof sso disputat, an pro Episcopatibus Viterbien & Tuscanen æquè principaliter vnitis vnus tantùm, vbi Episcopus Sedem habet, sit constituendus Vicarius gene-

22 ralis. Et sic respectu Episcopi duo Episcopatus æquè principaliter vniti reputantur vna diœcesis, & potest residendo in vna explere factum alterius, vt ait Rebuff. *dict. titul. de Vnionib.benefic.numero* 16. iunctis aliis per me adductis *de offic.Episcopi p.* 3.*alleg.*54. *num.*131.

23 Pro Episcopo Ciuitatis Castellanæ, & Hortanæ, posita Constitutione fel. record.Eugenij IV. super vnione Ecclesiæ ciuitatis Castellanæ, & Hortanæ, *An residens Episcopus in aliquo loco eius diœcesum, quamuis nõ resideat in ciuitate Castellana,& Hortana, satisfacit sua obligationi circa residentiam ? Secundò, in qua ex dictis ciuitatibus sit primo inchoanda Synodus, & an Episcopus possit cogere clerum illius ciuitatis, in qua in ea non celebratur; ad interessendum illi ? Tertio, an, quando Episcopus conficit Chrisma in vna ex dictis ciuitatibus, Clerus illius ciuitatis, in qua illud non conficitur, teneatur illud ab Episcopo accipere. & an Episcopus ad illi interessendum possit cogere Clerum illius ciuitatis ? Quartò an Clerus Hortanus monitus ad recipiendum oleum sanctum in spretum sui proprij Episcopi, accipiens illud ab alieno, possint aliis pœnis plecti, vltra peccatum mortale. Quinto, an Episcopus volens in ciuitate Castellana agnoscere causas ciuitatis Hortanæ, & illius diœcesis, & sic è contra possit per se ipsum illas cognoscere, scribente Notario, quem maluerit, non solùm processus causarum, verùm etiam visitationum? Sextò, an Episcopus existens in diœcesi Hortana, in negotiis tunc peragendis illius diœcesis possit, se denominare Episcopum ciuitatis Castellanæ, & Hortanæ, aut Hortanæ, & Ciuitatis Castellanæ, & quomodo etiam debeat denominari, quando existens extra residentiam, committit aliquid peragendum in aliqua ex dictis Diœcesibus ?*

24 *Sacra Congregat. Concilij sub die* 8. *Iunij*, 1624. *respondet ad primum, Episcopum in aliqua parte alterutrius ex diœcesibus residentem suæ obligationi circa residentiam vtique satisfacere, dum in aliqua ex suis Cathedralibus resideat, temporibus à Conc. præscriptis decreto c.*1. *vers.eodem interim admonet, sess.*23. *Ad secundum, proximam futuram Synodum esse indicendam & celebrandam in ciuitate Castellana, in qua ad præsens Episcopus reperitur, deinde verò in ciuitate Hortana,& sic deinceps singulis annis obseruari debere, absque tamen præiudicio partium, tam in petitorio, quam in possessorio iudicio, & donec articulus præcedentiæ plenè cognitus, & definitus fuerit. Cæterum ad Synodum in altera ex dictis ciuitatibus celebrandam nequaquam teneri accedere Clerum alterius ciuitatis. Ad tertium Clerum vnius ciuitatis non solùm teneri sacrum oleum accipere ab Episcopo illud in alia ciuitate conficiente, verùm etiam cogi posse eidem Episcopo in eiusmodi ministerio assistere ad sacrorum Canonum præscriptum. Ad quartum posse puniri ab Episcopo. Ad quintum Episcopum in vna ex dictis ciuitatibus existentem posse per se ipsum cognoscere causas alterius ciuitatis, vel diœcesis adhibito Notario sibi benè viso, tam in processionibus conferendis, quam in actis visitationis conscribendis, sed tamen debere eum habere rationem, vt id non passim, sed rarò, & aqua ex causa fiat, & in arduis tantùm, & in grauioribus negotiis, ne constitutio vnionis eludatur. Ad sextum, quemadmodum Episcopus in ciuitate Castellana, vel eius diœcesi existens, ciuitatis Castellanæ & Hortanæ Episcopus est appellandus, ita è conuerso dum in ciuitate, vel diœcesi Hortana morã trahit, Hortanæ, ac ciuitatis Castellanæ Episcopũ nuncupari eum, atque inscribi debere. Quòd si extra diœcesim resideat, in negotiis ad ciuitatem & diœcesim Hortanam pertinentibus, Hortanæ, & ciuitatis Castellanæ; in spectantibus verò ad ciuitatem Castellanam, & illius diœcesis, ciuitatis Castellanæ, & Hortanæ Episcopum esse denunciandum*, 8. *Iunij*, 1624. *Cosmus Card. de Torres.*

gatio residendi in prædicto beneficio omnino cesset, ex recepta omnium sententia, quam sequitur Flamin. *lib. 1. q. 10. n.* 2. quam Ego in resignante in fauorem interim, dum fructus bona fide percipit, limitandam, & declarandam existimo, iuxta
155 *suprà* dicta,

Septimus & vltimus effectus est non posse beneficiarium post legitimam resignationem pœnitere. nec dimissum beneficium iterum repetere argum. text. *in cap. ex transmissa, de renuntiat. cap. quàm periculosum*, 7, *quæst.* 1. tradit. Nauar. *in cap. accepta. oppositione 7. n. 26. de restit. spol.* Menoch. *de arbitr. casu* 201. *num.* 47. Flamin. *lib. 1. quæst,* 12. *cum seqq.* Viuian. *in praxi iurispatron. lib. 13. cap. 10. num. 16.*

§. V.

De permutatione beneficiorum.

156 DE permutatione beneficiorum agentes, quæ nihil aliud est, nisi quædam reciproca resignatio ad inuicem inter permutantes facta, Cassiad. *decis. 1. num. 2. de rerum permut.* Flamin. *de re-*
157 *sin. lib. 11. q. 5. n. 19.* Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. glos. 14. n.* 40. obseruandum est, in permutandis beneficijs à iure præscriptam esse formam certam, sicque ea obseruata fieri à partibus posse illorum permutationem, *cap. ad quæstiones, de rerum permut. c. vnic. eodem tit. lib. 5. Clement. vnic. eodem tit.* Anton. de Curte *in suo compend. Iuris Canon. par 3. sub. tit. de rerum permutat. col. 3. in fine & col. 5. in princip.* Ioan. Nicol. *in Enchirid. Sacer. tit. 5. c. 5. n. 3. & c. 8. n. 4. & 5.* Rebuff. *in praxi, sub tit. de permut. n. 52. & 53.* Petr. Gregor. *Syntagm. iuris lib. 17. cap. 17. n. 31. & 32.* Corras. *de Sacerdot. p. 1. c. 9. n. 2. & 3.* Cou. *lib. 1. var. cap. 5. n. 6.* Sot. *de instit. lib. 9. qu. 7. artic. 2.* Syluest. *in summ. verb. permutatio, 2. q. 5.* Redoan. *de simonia, par. 3. cap. 12. à num. 5. cum sequent.* Azor. *instit. moral. par. 2. lib. 7. cap. 29. quæst.* 18. Less. *de iustit. lib. 2. cap. 35. dubit. 3. à num.* 22. Suar. *de Relig. tom. 1. lib. 4. de simon. cap. 32. à princip.* maximè *numero 4. cum seqq.* Vgolin. *de officio Episcopi cap.* 30 *num.* 3.

158 Et quamuis lex ecclesiastica vt plurimum sub ratione simoniæ non prohibuerit commutationem spiritualium pro spiritualibus, secundùm Less. *d. dub.* 3. & Suar. *d. lib. 4. c. 32. n. 1. iuncto c. 30.*
159 *n. 5. cum seqq.* tamen commutationem beneficiorum ecclesiasticorum, etiamsi spiritualia sint non omninò permisit, nec etiam reliquit in sua licita & honesta natura, quam vtpote terminata ad spiritualia ex se habet de iure diuino, vbi nullus alicuius temporalis pro sgirituali illicitus respectus à parte rei habitus fuerit, imò eam sub quibusdam solemnitatibus, ne scilicet, occultè & ex priuata, sed ex Episcopi auctoritate fieret, ita circonclusit, vt aliter factam commutationem, & prohibuerit, & simoniacam iudicauerit. Etenim, quòd eam solum permiserit, vbi fit ex auctoritate Episcopi: at verò ex sola priuata factam prohibuerit, constat ex Concil. Turonen. *in cap. quæsitum, de rerum permut. & in cap. maioribus, & in cap. cùm olim, & in cap. cùm vniuersorum, eod. tit.* Quòd autem aliter factam beneficiorum commutationem, quamuis à parte rei simpliciter, & absque interuentu pecuniæ, vel alterius temporalis æquiualentis fiat; lex Canonica in d. Concilio Turon. simoniacam quia prohibitam indicauit; verum etiam est, vt satis probatur ex *d. cap. quæsitum*, ibi, *præsertim pactione præmissa*; quæ circa spiritualia, vel annex spiritualibus labem semper continet simoniæ, si eadem verba cum Suar. *d. cap. 31. num.* 8. intelligamus, non de pactione dandi temporale aliquid pro spitituali, sed de sola simplici pactione, per quam expeditur ipsa commutatio, quasi non circa illam, sed circa hanc solam per ordinem ad dictam Concilij Turonen. prohibitionem in eo tex. dubitatio versaretur.

Ratio autem huius prohibitionis ea est: quia 160
licèt titulus beneficiorum ecclesiasticorum sit spiritualis, cum tamen habeat prouentus temporales, eósque ita spiritualibus functionibus annexos, vt ex illo necessitate quadam dimanent, iuxta text. *in cap. vlt. de rescript. in 6. & c. cùm secundum, de præb:* proindeque probabiliter contingere posset, vt in commutationibus huiusmodi titulorum minor eorum ratio, quàm temporalium prouentuum haberetur, sícque ageretur principaliter de dando temporali pro spirituali, ideo iure optimo, vt hæc mali species & occasio ab omnibus Christianis, nedum ab Ecclesiasticis personis maximè in pertractandis spiritualibus rebus cauenda exterminaretur, statuit, vt beneficiorum commutationes non occultè, ex priuata solùm, sed Episcopi auctoritate fierent; aliter autem commutatio beneficiorum simoniaca esset, ac si spitualia, quæ in eis sunt principalia pro temporalibus fructibus, qui sunt accessorij, darentur, vt bene explicat Suar. *d. lib. 4. c. 31. n. 5.* iuncto *n. 12, prope fin.* Nec aduersus hanc resolutionem obstat, quòd in beneficijs ecclesiesticis temporales prouentus sunt tantùm accessorij respectu tituli spiritualis, ac proinde quòd non debeant esse in consideratione, sed solùm principale, ex reg. *l. 1. ff. de auctor. tutor.* iuncta *reg. accessorium, de reg. iuris, lib. 6.* quia respondetur, id quidem procedere ex natura rei, si non peruertatur ille ordo, per quem secundùm illam accessorium sequitur principale, quia tandem homines sæpè hoc ordine abutentes pro modo suæ malitiæ, & commodi temporalis, amant accessorium magis quàm principale; subindéque morale periculum insurgit, ne quando videntur principale pro principali videlicet titulum beneficij spiritualem pro alio spirituali titulo permutare, permutent potiùs pro accessorio, scilicet, pro fructibus temporalibus, merito lex canonica huiusmodi permutationem beneficiorum, ac si verè, & à parte rei in hunc illicitum modum conciperetur, absolutè prohibuit fieri ex sola auctoritate priuata permutantium.

Prædicta vero ecclesiastica prohibitio de permu- 161
tandis beneficiis ecclesiasticis nil ampliùs expressum continet, nisi quod partes ex sola auctoritate priuata nullo modo permutent, seu de permutando per consensum absolutè præstitum paciscantur, absque arbitrio legitimi Superioris, vt constant *ex d. c. cùm olim, & ex d. c. cùm vniuersorum*, qui possit cuncta timari, suique arbitrij interpositione sinistram quamlibet suspicionem exterminare, iuxta reg. text. *in c. in præsentia, de renunciat.* cum similibus: illo vero interueniente poterunt beneficia ab ipsismet partibus permutari *d. c. quæsitum, vers. si autem. d. c. vnic. & d. Clem. vnic.* Azor. *d. q.* 18. Less. *d. dub.* 3. Suar. *d. c. 32. à princ.* maximè *n. 4. cum seqq.*

Vnde fit consequens licere partibus negotium permutationis inter se priùs tractare & concludere, cum ordine & submissione ad scientiam & consensum legitimi Superioris. Ratio est, qua in his terminis nil gestum dici potest occul-

tè

tè, & auctoritate priuata, cùm totum referatur ad ipsum Superiorem, ac proinde eiusdem arbitrium censura iuris interuenire censeatur in eodem tract. ex reg. *l. asse toto*, cum *ibi* notatis *ff. de hered. inst.* prout etiam tractatus de renunciando certo modo
163. non est prohibitus, sed pactio firma est prohibita, *capite cùm pridem 7. de pactis* Innoc. *in capite tua, num. 5. in fine, de simon.* Caccialup. *de pensio. q. 19. num. 16.* Rot. *in Balneoregien. simonia, 17. May 1624. coram Reuerendissimo D. meo Coccino.* Hinc ex modò resolutis non potest censeri prohibitus huiusmodi tractatus, imò eum positiuè permissum esse in hunc sensum constat ex ea ratione: quia aliter magna ex parte inutilis redderetur facultas illa permutandi cum auctoritate Superioris partibus concessa, quippe quòd moraliter loquendo non potest vt plurimùm ad permutationem perueniri, nisi mediante partium tractatu, per quem inter se conferant, & intelligant huius negotij circonstantias: vnde succedit reg. text. *in l. 2. ff. de iurisdict. omn. Iudic. & in cap. P. & G. de offic. deleg.* Quare ita docent Syluest. *in sum. verb. permutatio, quest.* 3 Bonacin. *de simon. quest.* 4. §. 12. *num.* 5. vbi *numero seq.* cum Suar. *d. cap.* 32. *num.* 7. Reginal. *lib.* 23. *numero* 262. addit volentes inter se beneficia permutare, posse inter se pactum inire, séque obligare ad persistendum in conuentione donec Superior consensum denegauerit, ac proinde eis liberum non esse à conuentione recedere, antequam Prælatus consensum deneget.

164 Beneficia omnia liberè permutari possunt, vt constat ex *toto titul. de rerum permut.* Suar. *d. lib.* 4. *cap.* 34. *num.* 1. non solùm quæ habentur in titulum, sed etiam in commendam, Azor. *decis. lib.* 7. *cap.* 29. *q.* 11. Flamin. *lib.* 2. *q.* 17. & citati à Nicol. Garc. *de benefi. par.* 11. *cap.* 4. *numero* 12. quamuis nondum illorum adepta sit possessio, quia bens ius in re, non tamen possessionem, potest cum alio compermutare, Petr. de Perus. *de permut. benefic. part.* 1. *numero* 1. & 2. Bellam. *eodem tract. par.* 2. *q.* 1. Gambar. *in capite vnic. de rerum permut. lib.* 6. *numero* 86. Nicol. Garc. *d. cap.* 4. *numero* 15. vbi *à num.* 23. latè ostendit an, & quando bene-
165 ficia vnita possint permutari? Intellige, dummodo hæc permutatio sit inter duos non triangularis vel quadrangularis, Caputaq. *decis.* 325. *p.* 2. Gonzal. *d. glos.* 14. *numero* 58. Nicol. Garc. *eod. capite* 4. *numero* 22. & modò fiat de proprijs beneficijs, vt ex alijs resoluit idem Garc. *d. loco numero* 16. vnde *numeris seqq.* infert non posse fieri permutationem de iure ad rem, nec valere permutationem, quando vnus ex permutantibus non habet ius in beneficio.

166 Quando inter aliquos beneficiorum fit permutatio, fieri intelligitur beneficiorum reciproca resignatio, ac propterea vtrunque vacare censetur nam ex permutatione inducitur vera beneficij vacatio cum titulo, & possessione Doct. *in c. vnic. de rerum permut. lib.* 6. Bellam. *de permut. benef. p.* 9. *q.* 1. Petr. de Perus. *eod. tract. p.* 2. *n.* 21. 21. & 42. Flamin. *lib.* 11. *q.* 5. *à num.* 20. quamuis non debeant nisi permutantibus beneficia ex illa causa resignata conferri: nam aliàs collatio de beneficijs causa permutationis resignatis facta alijs, quàm ipsis permutare volentibus, non tenet vt expressè probat *Clem. vnic. de rerum permut.* tradit Cou. *lib.* 1. *var. c.* 5. vbi subdit, quòd ante decisionem illius tex. erat veteri iure compertum Prælatum, coram quo est facta renunciatio, ex causa permutationis, ex summo iuris rigore, seclusa æquitate ita potuisse licerè conferre beneficium ecclesiasticum, cui renunciatum fuerat, sicut si ex simplici renunciatione vacaret, & sic iam de æquitate ipsis tantùm permutantibus conferri debent, vt etiam expectan-
tes Apostolici non possint acceptare beneficia ex 168
causa permutationis vacantia. *d. capite vnic.* Azor. *d. lib.* 7. *c.* 30. *q.* 8. Flores *var. lib.* 1. *q.* 15. *n.* 10.
Vnde, cùm beneficium vacet renunciatione facta
ex causa permutationis, non poterit ad illud redire 169
renuncians sine noua collatione, etiamsi permutatio non sequatur, seu non teneat, nec habeat effectum, gloss. *verb. simplicitati, in d. capite cum vniuersorum, de rerum permut.* Selu. *de benefic. p.* 3. *q.* 24. Gambat. *in d. cap. vnic. ex n.* 62. Rebuff. *in praxi tit. de permut. n.* 11. & 16. & *de pacif possess. num.* 166. *alias* 145. Mascard. *de probat concl.* 1401 *n.* 3. Rot. *decis.* 1 & 4. *de rerum permut. in nouis, & in Gerunden permutationis 5. Iuly* 1593. coram Litta, & *in Casalen. beneficiorum,* 10. *Decembris* 1627. *coram R.P D. Merlino.* Nicol. Garc. *d. c.* 4 *n* 5 vbi *n.* 10. ex Gonz. *gl.* 15. §. 2. *à n.* 40. addit. quòd si duo resignant sua beneficia ex causa permutationis, & facta collatione vni, alter decedat ante factam sibi collationem, superstes non habet regressum ad beneficium à se dimissum, quia quoad eum permutatio habuit effectum, quamuis superstes, cui fuit collatum beneficium à compermutante resignatum antequam ipse suum resignaret, possit ambo, si incompatibilia non sint illo decedente retinere, cùm per eum non stet, quin permutatio adimpleatur; at si compermutans, qui resignauit, decederet ante factam collationem superstiti, qui nondum suum resignauerat, cùm permutatio iam non possit habere effectum, non debebitur illud beneficium superstiti, sed liberè prouidebitur, tanquam vacans per dictam resignationem. Quamuis, si permutatio non habuit effectum permutantes posse redire ad sua beneficia absque noua collatione existimauerint Frecil. *in rub. de renunciat. n.* 51. Flam. *lib.* 1. *q.* 14. *n.* 12. Ceuall. *commun. contra commun. q.* 561. *à n.* 6. Azor. *d. lib.* 7. *c.* 29 *q.* 21 Less. *d c.* 34. *n.*
195. Permissum tamen est ipsis permutare volen- 170
tibus, re adhuc integra resilire, *l.* 1 *ff. de rerum permut l. si pecuniam, ff. de condict. causa data* & cùm per alterum steterit, ne permutatio sequatur, alius est ad suum beneficium restituendus, *d. cap cùm vniuersorum,*

Requiritur demum in permutatione, primò re- 171
nunciatio vtriusque beneficij in manibus Superioris. *c.* 1. *de rer. permut. lib.* 6. Marc. Antonin. *var. resol. lib.* 1. *resol.* 112. *casu* 39 Ricc. *collect.* 2267. Nouar. *d. tit. de benef. resignat nu.* 7. nam permutate volentes debent singuli beneficium in Superioris manibus resignare, *d. Clem. vnic.* altero enim recusante non fiet permutatio *d. capite vnic.* Fit autem resignatio huiusmodi cum conditione permutationis, & nihilominus differt à resignatione illa conditionali, quæ fit in fauorem alterius; quæ quidem sine Romani Pontificis auctoritate fieri nequit, eò quòd in eam facile labes simoniæ cadere possit, quam Ordinarius purgare non potest *c. ex parte* 1. *de offic. Ordin.* Azor. *instit. moral. p.* 3. *lib.* 12. *de simon. cap.* 22.

Secundò requiritur iusta causa, quam Episco- 172
pus disquirere & cognoscere debet, *c. quæsitum, de rerum permut.* Rebuff. *in praxi tit. de permut. num.* 19. Duaren. *de benef. lib.* 8. *c.* 3. Bellam. *de permut. benef.* 6. *p. in princ.* & *q.* 1. Nic. Garc *d. c.* 4 *n.* 44. Nouar. *in sum. Bullar. tit. de benef. resignat. à n.* 31. Et quamuis

nis non desuerint, qui dicant, hanc causam debere esse necessitatis, vel vtilitatis Ecclesiæ, non autem personarum, ex quorum numero sunt Boër. *dec.* 205.*n.*7.Flamin.*lib.*11.*q.*5.*n.*24.Zerol. *in praxi Episcop.p.*1.*verb.renunciatio. seu permutatio*,§.3.*dub* 5. Cardin. Tuch.*lit. P. concl.*365.*nu.*5. qui ex Gemin.*cons.* 105. *n.* 5. vtilitatem vtriusque Ecclesiæ requirit; tamen sufficere expedientiam, seu vtilitatem personarum permutantium, videntur tenere glos.*verb.vtilitati,in d.c.cũ vniuersorum*,vbi Abb. *n.* 7. Petr. de Perus. *de permut. benef.* 3. *p. q.* 2. & 7. Lambert. *de iurepatron.*8.*p.*2.*lib.*..*q.*6.*art.*6.*n.* 39 Gambar. *in d.c.vnic.n.*9.dum ait, posse etiam fieri permutationem attenta vtilitate personarum, Vgolin. *tab.* 1.*de simonia c.* 27. §. 1. *n.* 6.*in fine*, dum ait, quòd simoniam non committit, qui ob inimicitias, ob pestilentem aërem, & huiusmodi causas beneficium permutat. Aloys. Ricc. *p.* 1. *dec.* 41. Nicol. Garc. *d.c.*4. *ex n.*45. vbi benè intelligit, modò non resultet Ecclesiæ damnum, sed vtilitas saltem consecutiua: & *n.* 49. subdit sufficere causam ex parte vnius ex compermutantibus, modò ex parte alterius non sit in damnum Ecclesiæ considerabile. & *n.* 52. resoluit non præsumi in dubio permutationem factam ex iusta causa, nec credi Ordinario dicenti, se fecere illam iusta de causa, nisi probetur illa, si non est facta cum causæ cognitione, & *n.* 100. *cum seqq.* credendum esse ait permutationem non in fraudem, sed ex honesta affectione processisse, cùm delictum præsumendum non sit, nisi contrarium vrgeant coniecturæ. Facta autem permutatione cum causa, si postea ea deficiat, non poterit annullari dicta permutatio, vt in facti contingentia se respondisse asserit. Nouar. *vbi suprà numer.* 16. vbi *numer.* 17. tenet Episcopum non posse dispensare in defectu causæ, vel vtilitatis, & *numer.* 18.& 19. quòd constito de causa vel vtilitate Ecclesiæ tenentur Ordinarij admittere permutationem, & si illam admittere recusauerit, dabitur appellatio ad superiorem.

173 Tertiò requiritur auctoritas Superioris, nam sine ea permutatio facta erit simoniaca, *d. c. quæsitum*,vbi Abb. *num.* 3.*de rerum permut.* Vgolin. *de simon.cap.*27.§.1. *num.* 6.Azor.*d.lib.*7.*cap.*29.*qu.*3. Suar. *de Relig.tract.* 3.*lib.* 4. *cap.* 32. Nouar.*d. loco num.* 8.Sanch.*in opusc. mor d.lib.lib.* 1.*cap.*3. *dub.*38. & sic propria auctoritate beneficia sua permutantes, illis priuantur per sententiam, *d.cap. cum olim. eod. tit.* Petr. de Perus. *de Permut. benefic. part.* 2. *num.* 30.*aliàs* 51.Less.*d. lib.* 2.*cap.* 35. *num.* 100. Nicol. Garc. *d, cap.*4.*ex num.*56.vbi *numero*59.addit hodie *per Extrauag. Cum detestabile*, *de simon. in princ.* videri illis ipso iure priuari, & incurrere excommunicationem, de qua ibi *in* §. *Statuentes.*

174 Et Superior in hac materia intelligitur non solùm Papa sed etiam Episcopus proprius loci, in quo est situm beneficium. *d.cap.quæsitum de rerum permut. d.cap.* 1. *eod. tit. lib.* 6. Petr. de Perus. 2. *par. q. vlt. num.* 27. *alias* 46, & *par.* 4. *in princ. num.* 42. *aliàs* 69. Azor.*d.lib.*7.*cap.* 29. *q.* 4. Nicol. Garc.*d. cap.* 4. *num.* 60 Bonacin. *de simon. q.* 4. §.12.*num.*7. & si sint beneficia in diuersis diœcesibus,fieri debet libera resignatio in manibus vtriusque Ordinarij, vel quilibet in manibus sui Episcopi, vel alter alteri committet, quod melius videtur, *glos. verb. collationem in capite* 1. *de rerum permutat. in* 6. Nicol. Garc. *d. cap.* 4. *numero* 65.Nouar. *vbi suprà num.* 20. Et quamuis Flamin. *lib.* 5. *quæst.* 6. *numero* 231. crediderit minùs bene hodie Episcopos non posse admittere beneficiorum permutationes, eò quòd Pius V. *in Constit. sua* 42. suspendit facultates Ordinariorum recipiendi resignationes, & permutationes beneficiorum, donec detur modus, & postea *in alia Constit. sua* 58. *incip. Quanta.* dando modum resignationibus, nihil locutus fuit de permutationibus. Sed ipse non aduertit *ad. d. Constit.* 58. per se transcriptam *in princip. d. quæst.* 6. quæ *in vers. ad hæc.* expresse concedit Ordinarijs facultatem admittendi beneficiorum permutationes, quæ Canonicis sanctionibus & Apostolicis Constitutionibus permittuntur; & ideo concessum esse Ordinariis admittere permutationes simpliciter secundùm Ius commune, meritò sentiunt Zerol. *in praxi Episcoporum part.* 1. *verb. renunciatio, seu permutatio* §. 3. *dub.* 1. Flores de Mena *varia libro* 3. *quæst.* 24. *numero* 21. Vgolin. *d. tab.* 1. *de censur. cap.* 27.§. 3. *num.* 3. *de de officio Episcopi cap.* 50.§. 19.*num.* 1.Nicol Garc. *d. cap.* 4. *num.* 62. & *seq.* Bonacin. *d.* §.12. *num.*7. *in fine*, vbi ampliat, etiamsi vnum beneficium sit pinguius altero,& in quolibet mense etiam Apostolico, vt censuit S. Congr. Episcoporum *sub die* 24. *May* 1583.

Episcopi nomine aliqui Doctores intelligendum putant illum solum, qui iurisdictionem & dignitatem simul episcopalem habet, per text. *in d. cap. quæsitum, vers. si autem*,dum soli Episcopo idem munus deferre videtur, & *in d. cap. vnico*, ibi, *in manibus tuis ipsa resignans*, &c. Alij verò intelligendum putant quemlibet collatorem, ad quem spectat collatio beneficij, etiamsi fortè nec dignitatem, nec iurisdictionem episcopalem habeat, vt per Syluest. *verb. permutatio*, 2. *num.* 2. & Angel. *eod. verb. num.* 5. Sed omnes ferè meliùs intelligunt eum, qui iurisdictionem habet Episcopalem, vel quasi,etiamsi fortè dignitatem Episcopalem non habeat. Ratio est, quia hæc facultas conuenit Superiori ratione iurisdictionis,non verò ratione dignitatis.Ita Abb. *in d. cap. quæsitum, numero* 4.Gambar. *in d. cap. vnico, num.* 112. & 148. Flores *dict. quæst.* 24. *num.* 21. Azor. *dict. cap.* 29. *quæst.* 4. Bonacin. *dict. quæst.* 4 §.12.*num.*7.*vers. alij verò.*Nicol. Garc.*d.cap.*4.*num.*70.vbi *n.*71.subdit,quòd Episcopus habens collationem, seu ius conferendi beneficium in aliena diœcesi ex consuetudine, vel alio iure speciali, non potest admittere resignationem illius, etiam ex causa permutationis, Vnde poterit Capitulum, Sede vacante, interponere auctoritatem in beneficiorum permutatione, quando eorum collatio spectabat communiter ad Episcopum, & Capitulum, & quando beneficia pertinent ad collationem tertij, non autem si spectarent ad collationem Episcopi tantùm, vt diximus *lib.* 1. *cap.* 32. *de Capitulo, vers.* 26. Vicarius verò generalis Episcopi non potest permutationes expedire, nisi mandatum habeat speciale. Bdlam. *part.* 1 *quæst.* 3. Azor.*d.cap.*29. *quæst.*4.Nicol.Garc.*d.cap.*4.*num.*74. vbi subdit,non sufficere, quòd habeat potestatem conferendi: & censuit Rot. *in Barchinonen.benefi[c]ij.* 3. *July*, 1628. *coram R.P.D.Duran.* Si autem Episcopi ipsi voluerint permutare aliqua beneficia, quæ ipsi possident in sua diœcesi, ex dispensatione Apostolica coram Metropolitano id efficere poterunt, qui quoad hoc instar proprij Episcopi habetur, Suarez *dict. lib.*4. *capit.*32.*numero* 9. Filiuc. *tract.*45.*capit.* 7. *quæst.*8. *num.*20.

Et in permutationibus, quæ coram Episcopo fiunt, duo maximè sunt animaduertenda. Primum, vt permutatio beneficij fiat cum beneficio; non verò

verò beneficij cum pensione. Ratio est : quia Episcopus non potest facultatem sibi in iure præscriptam excedere : in iure autem permissum est Episcopo solo, vt approbet, & admittat permutationes beneficiorum : & cùm versemur in materia potius odiosa, quàm fauorabili, vtpote contra dispositionem antiquorum Canonum, generaliter prohibentium quamlibet pactionem in beneficiis, non est facienda extensio à permutatione beneficiorum ad permutationem pensionum, vt optimè resoluit Bonac. *d.* §. 12. *n.* 8.

179 Alterum est, quòd permutatio huiusmodi purè fiat : nam, si cum pensione, aut alio onere facta proponatur ab Episcopo, vel alio inferiori Papa approbari, & admitti non potest, vt docent Suar. *d. lib.* 4. *cap.* 33. *num.* 4. Less. *d. lib.* 2. *cap.* 35. *n.* 86. Filliuc. *dict. tract.* 45. *c.* 7. *n.* 26. Bonacin. *d.* §. 12. *sub n.* 8. vbi *n.* 9. hinc resoluit, non posse priuata auctoritate, vel etiam Episcopi, permutari beneficium cum pensione temporali, aut commenda militari, vel alia re temporali, alioquin committeretur simonia non solùm iuris
180 canonici, verùm etiam diuini. Vnde colligitur, non posse coram Episcopo fieri permutationem cum pacto, vt vnus soluat omnes expensas; vel expediat suis sumptibus Bullas ad vtrumque pertinentes : quia non est pura permutatio, licet coram Papa fieri so-
181 leat, vbi ei exprimitur, & ipse consentit. Ita Azor. *instit. moral. part.* 3. *lib* 12. *cap.* 12. *quæst.* 4. Soar. *dict. lib.* 4. *c.* 34. *ad fin.* Nec etiam beneficia, quamuis inæqualia, in temporalibus permutari possunt cum pensione, aut alia re pretio æstimabili coram Episcopo, aut alio inferiore Papa, etiamsi pensio, aut alia res temporalis exigatur ratione beneficij pinguioris; quod cum tenuiori permutatur : quia non esset pura permutatio, nec huiusmodi compensatio fieri posset re pretio æstimabili, quin vendatur id quod est spirituale in beneficio : nam excessus fructuum beneficij est annexus beneficio, seu titulo spirituali, ac proinde emi non potest separatus à titulo, cùm à permutantibus separari nequeat sola Episcopi auctoritate. ita Sot. *de instit. lib.* 9. *quæst.* 3. *artic.* 2. & *q.* 7. *art.* 2. Cou. *lib.* 2. *variar. cap.* 5. *num.* 8. & *seq.* Nau. *in mann. cap.* 23. *num.* 100. *vers.* 3 Soar. *d. lib.* 4. *cap.* 34. *num.* 10. Filliuc. *d. tract.* 45. *cap.* 7. *quæst.* 11. Valler. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 23. *num.* 264. Contra Caiet. 2. 2. *quæst.* 100 *art.* 4. Fabien. *verb. beneficium,* 3. *num.* 15. Syluest. *verb. permutatio,* 2. *quæst.* 6. existimantes in permutatione beneficiorum inæqualium in fructibus tempotalibus licitum esse compensare numerata pecunia illam fructuum inæqualitatem, modò permutatio fiat auctoritate Prælati.

182 Quartò requiritur in permutatione consensus illorum, ad quos collatio, electio, seu præsentatio pertinet; quia ipsorum interest, quamuis Episcopus totum debeat expedire, glos. *verb. collationem. in d. c. vnic. de rerum permutatione, lib.* 6. vbi Franc. *num.* 6. *cum seqq.* & Gambar. *n.* 110. 112. 118. & 121. Rebuff. *d. tit. de permut. num.* 20. & 21. Less. *d. cap.* 34. *n.* 198. Azor. *d. lib.* 7. *cap.* 19. *q.* 6. & 32. Suar. *d. lib.* 4. *cap.* 32. *n.* 12. Nicol. Garc. *d. cap.* 4. *n.* 72. Bonacin. *dict. q.* 4. §. 12. *num.* 3. *vers. veruntamen.* Vnde beneficium iuris patronatus non potest permutari sine consensu patroni, vt resoluunt Monet. *de commut. vltim. volunt. cap.* 10. *n.* 369. Stephan. Gratian. *discept. forens. c.* 835. Rot. *in Gerunden. beneficij de Agulana,* 8. *Martij,* 1627. & 21. *February,* 1628. *coram R. P. D. Pironano.*

183 Quintò requiritur post resignationem, quæ in permutatione debet interuenire, à Superiore admissam, collatio ipsorum beneficiorum sic vacantium, Bonif. *in d. Clem.* 1. *num.* 17. Petr. de Perus. *p.* 4. *n.* 42. *alias* 69. Less. *lib.* 2. *cap.* 34. *n.* 1. Nicol. Garc. *d. c.* 4. *num.* 85. quamuis Gonzal. *glos.* 14. *n.* 43. & *glos.* 15. §. 2. *à num.* 37. existimauerit, admissionem resignationis ex causa permutationis continere in se tacitam collationem : dummodo beneficia ipsa non sint 184
reseruata, siue generaliter, siue specialiter; quia tunc collatio à Papa tantùm facienda est. Azor. *d. lib.* 7. *cap.* 29. *quæst.* 10. Æn. de Falconib. *de reseruat. q.* 4. *effectu* 3. Mandos. *ad reg.* 1. *Cancellariæ quæst.* 13. Nicol. Garc. *d. cap.* 4. *ex num.* 82. Rota *in Casalen. beneficiorum,* 10. *Decembris* 1627. *coram. R. P. D. Merlino.*

Sextò requiritur, quòd litteræ permutationis 185
simul expediantur, Rot. *decis.* 7. *de consuetud. in antiq.* Vgolin. *de officio Episcopi* ; *c.* 50. §. 20. *n.* 3. *vers. tertiò.*

Septimò requiritur, vt antequam possessio accipia- 186
tur, publicatio fiat de hac permutatione in Ecclesiis permutatis iuxta formam Constitutionis Gregorij XIII. incip. *Humano vix indicio*, de qua agimus *infra* §. *sequenti*, quamuis quoad resignationes, & permutationes coram Ordinario factas, illam constit. non videri vsu receptam in partibus Hispaniæ, referat Nicol. Garc. *d. p.* 11. *cap.* 3. §. 4. *num* 289.

De publicandis resignationibus.

§. VI.

GRegorius XIII. *in sua constit. incip. Humano* 187
vix indicio, sub dat. nonis Ianuary, 1583. relata per Flamin. *de resignat. libro* 11. *in præfat.* & per Quarant. *in sum. Bullarij, verb, beneficiorum resignatorum publicationem* Lotter. *de re benef. lib.* 3. *q.* 21. *num.* 1. & Nouar. *in sum. Bullar. tit. de benefic. resign. publicat.* primò statuit, *quòd omes resignationes, etiam causa permutionis de quibuscumque beneficiis, necnon cessione litis, & iurium beneficij per cessionarium tempore cessionis non possessi facta in manibus Papæ, & super eis prouisiones, seu mandata de prouidendo, publicari debent cum litteris Apostolicis desuper confectis intra sex menses, si beneficium intra montes fuerit; vltra verò, intra nouem à data concessionis gratiæ, non autem à die præstiti super ea consensus numerandos. Secundò, quòd ipsa publicatio fiat in Cathedrali, & in beneficij Ecclesia, vel Ecclesiis, si illud in pluribus sit, & si Ecclesia est ruralis, in Parochiali, intra cuius limites consistit : & si locus Bello, pesti, aliisve manifestis periculis subiacet, in proxima Parochiali, dum frequens populus ad. Missarum solemnia conuenerit, palam omnibus prædictas litteras Apostolicas, earúmve transumptum authenticum exhibendo, claráque & intelligibili voce pronunciando resignationem, seu cessionem, ac beneficij qualitatem, & inuocationem, nomináque, & cognomina resignantis, seu cedentis, ac illius, in cuius fauorem gratia facta est, ita vt hæc omnia possint ad notitiam ibi existentium verisimiliter peruenire, & de quibus omnibus scripto exemplo collato valuis aliarum Ecclesiarum affixum relinquatur. Tertiò, quòd intra dictum tempus gratiam habens, possessionem beneficij etiam litigiosi, & à cedente non possessi vigore litterarum Apostolicarum desuper confectarum, nec aliàs apprehendere debeat; & si propter litem, vel aliud legitimum impedimentum nequiuerit, saltem litteras Apostolicas cum earum publicatione, si tunc facta*

erit Iudici, seu executori illarum, vel iis, ad quos pertinet, intra idem tempus præsentare, & apud illum, vel illos pro ipsarum litterarum executione instare, & possessionem huiusmodi instater petere teneatur, aliàs gratia sit irrita, & inanis, nullaque alia gratia super huiusmodi beneficio, seu iure cesso iis, quibus concessa fuerit, suffragetur; sed ipsi inhabiles, & incapaces sint ad huiusmodi beneficia quandocunque obtinenda, ipsaque siue iura ab ipsa statim prima resignatione, seu cessione, etiamsi illa aliàs nulle, & inualide essent, vacauisse, & tunc vacare censeantur eo ipso, &c. Quarto, quòd resignationes beneficiorum, etiam ex causa permutationis, in manibus Ordinariorum, & aliorum inferiorum à Papa facta infra mensem debeant admitti, vel reiici, & prouisio, si per eos facienda erit, fieri, & prouisus infra tres menses à die facta prouisionis illam publicet, & possessionem beneficij capiat modo & forma prædictis, alioquin nulla erit prouisio, & beneficium vacare censeatur eo ipso, eiúsque dispositio ad Sedem Apostolicam deuoluta existat.

188 Ex quibus clarè apparet, quando, quomodo, & vbi beneficiorum resignatorum publicatio sit facienda, quæ est pars resignationis, vt ex pluribus Rotæ decisionibus firmat Theodos. de Rubeis *in singularibus Rota part. 2. verb. publicatio. §. 3. pag.* 88. & procedit etiam in minore 14. annorum, cum quo per summum Pontificem fuit dispensatum ad huiusmodi beneficia resignata obtinenda: quia, licèt in minore cesset ratio fraudis, quam dicta Constit. considerauit, vigent tamen aliæ, quæ sunt æquè principales, propter quas requiritur publicatio beneficiorum resignatorum, de quibus per Flamin. *libro* 11. *quæst.* 1. intelligendo etiam præsupposita ignorantia ex parte ipsius minoris ex communi omnium sententia, Flamin. *dict. lib.* 11. *quæst.* 4. *numero* 62. quem refert Prosper de Augustin. *in addit. ad Quarant. in sum. Bullarij, verb. beneficiorum resi-*
189 *gnat. publicatio. vers. tertiò amplia.* Debet quoque publicatio fieri, etiamsi Papa, in cuius manibus renunciatio fuit facta, moriatur, intra illud tempus datum ad publicandum intra eundem terminum præscriptum. Ratio est: quia renunciatio huiusmodi iam habuit suum effectum, tunc temporis, quo Papa viuebat, per cuius obitum superuenientem non potest tolli, cùm sit iam causatus, Flamin. *dict. libro* 11. *quæstione* 1. *numero* 32. Prosper de Augustin. *vbi supr. vers. quintò amplia*, vbi intelligit, nisi propter impedimentum Sedis vacantis, quia tunc ius non redditur, Bullas expedire non posset. Et huiusmodi publicatio facta cum solis litteris expeditis in forma Dignum antè obtentam prouisionem ab executore sufficiens est, quia Constitutio contentatur publicatione solius mandati de prouidendo, quod tamen non dicitur prouisio, Rota *apud Marches. de commission. part. prima p.* 370.

190 Comprehendit autem dicta Gregorij Constitutio renunciationes Commendatum, & iurispatronatus, Seraphin. *decis.* 1289. Nouar. *d. loco num.* 9. Flamin. *d. lib.* 11. *quæst.* 5. *num.* 32. & hospitalium, tam quæ dantur in titulum, quàm quæ dantur in administrationem, Flamin. *dict. lib.* 11. *quæst.* 3. *numero* 45. Prosper de Augustino *vbi supra, vers. quartò amplia.* Nouar. *d. loco numero* 8. Lotter *dict. libro* 3. *quæst.* 21 *num.* 28. vbi *numero* 9. post Rot. *decis.* 662. *ex numero* 1. *& decis.* 666. *ex num.* 1. *part.* 4. *diuers.* Seraphin. *decis.* 1309. *num.* 1. *&* 4. subdit necessitatem publicandi intrare in simplici resignatione,
191 seu dimissione in manibus Ordinarij. Comprehenduntur quoque beneficia quæcunque etiam Regularia Flamin. *dict. quæst.* 3. *num.* 86. Nouar. *dict. loco num.* 6. reseruata *ibidem num.* 4. electiua *ibidem numero* 30. & denique beneficium, siue sit simplex, siue cum dignitate, siue non, & beneficia consistorialia minora: vt Abbatiæ, & similia, quæ etsi sint consistorialia, solent tamen prouideri extra Consistorium; secùs in cessione Episcopatus, & Archiepiscopatus, & similium, vt latè probat idem Flamin. *d. lib.* 11. *quæst.* 3. *per tot.* Procedit in beneficiis etiam parui redditus, nam constitutio loquitur de quibuscunque beneficiis, Nouar. *d. loco num.* 10. *& num.* 14. extendit etiam ad beneficia ad nutum amouibilia. Comprehendit etiam resignationes nullas, seu inualidas, vt in ipsa dicitur, & refert Nicol. Garc. *dict. part.* 11. *cap.* 3. *numero* 276. vbi *num. seq.* id limitat, quando resignatio est nulla ex defectu consensus: quia tunc verè non est resignatio: & *numero* 279. pariter limitat, vbi resignatio fuerit nulla, quia resignans, in Sacris constitutus non habet aliunde,
vnde commodè viuere possit, vt Papa vult. Item 192
comprehendit impetrantes ob non publicationem: quin & ipsi tenentur publicare, Seraphin. *decis.* 1064. *numero* 5. Nicol. Garc. *dict. cap.* 3. *num.* 301. & cauetur. *in ipsa Constit.* Lotter. *d. lib.* 3. *quæst.* 21. *num.* 22.

Non habet tamen locum dicta Constitutio Gregoriana in beneficiis vacantibus per adeptionem aliorum iuxta decretum apponi solitum de dimittendo liberè in manibus Sanctissimi intra duos menses, vt ex decisione Rotali resoluit Nicol. Garc. *dict. cap.* 3. *numero* 334. Nec in translatione pensionis in aliquem, Ludouic. Gom. *in regul. de publicandis quæstione* 10. Prosper de Augustino *vbi suprà, vers. secundò limita.* Nec in simplici cessione ad fauorem eius, qui iam existeret in possessione Caualer. *decisione* 458. *numero* 4. *&* 5. Lotter. *dict. libro* 3. *quæstione* 21. *num.* 8. Nec quoties prætextu legitimi impedimenti publicatio fieri non poterit, vt cauetur in ipsa Constitut. Prosper de Augustino *vbi suprà vers. tertiò limita* Sayr. *decis.* 4. *de renunc.* Nouar. *dict. loco numero* 24. Nec quoties Datarius signata supplicatione mandauerit ad alicuius instantiam in ea apponi, vt nihil transeat, dummodo citauerit partem aduersam coram ipso Datario ad dicendum, quare vult impedire ipsius supplicationis registrationem, & per consequens litterarum expeditionem, & instare, vt supplicatio relaxetur: quòd si datarius ex causa sibi benè visa noluerit ipsam dimittere, adhuc excusabitur resignatarius à publicatione, modò vsus fuerit diligentia per totum tempus datum ad publicandum per se, vel per procuratorem ad petendam supplicationis relaxationem. Flamin. *decisione libro* 11. *quæstione* 13. *à numero* 112. *vsque ad numero* 120. vbi *numero* 121. subdit idem esse dicendum, si resignatarius ex eo, quòd fuerat carceratus, litteras expedire, nec per alium potuerat, vel ipsæ litteræ expeditæ detinerentur à Iudice, modò protestetur coram eo Notario, & testibus, per ipsum non stare, nec culpa sua tempus transire: refert Prosper de Augustino *vbi suprà, vers. quartò, & denique limita.* Nec etiam habet locum in Coadiutoria, vt dixi supra *hoc libro capit.* 10. *numero* 55. Nec quando resignatarius decesserit intra tempus datum ad publicandum, nam cum ipse resignatarius iam mortuus sit, intra tempus datum ad publicandum, non intrat Bullæ pœna, ex quo iam non est, qui debeat publicare. Nouar. *dict. loco num.* 19. Nec Bulla obstat

resigna

resignatario nolenti capere beneficij possessionem ex resignatione, sed ex alia vacatione propter clausulas generales, *siue præmisso, siue alio quouis modo vacauerit*, &c. Garc. *d. par.* 2. *c.* 3. *n.* 332. Nouar. *d. loco n.* 21. vbi *n.* 22. declarat etiam non habere locum in beneficiis vacantibus per adeptionem aliorum, & *n.* 27. declarat non habere locum in beneficiis electiuis, & *n.* 28. post Greg. XV. *dec.* 288. *n.* 2. resoluit sufficere publicationem fieri ab altero ex permutantibus.

194 Nec denique dicta Constitutio habet locum, quoties fuisset prorogatum tempus à Sum. Pont. vel restitutio concederetur aduersùs lapsum temporis præfati, scilicet, tribus concurrentibus: primum, vt si allegetur resignantem adhuc viuere, hoc iustificetur, si super hoc fundatur ipsa restitutio: secundum, vt postea fiat publicatio infra illud tempus in prorogatione concessum: tertium, vt ista prorogatio non operetur, si medio tempore esset ius alteri acquisitum per collationem factam ab eodem Summo Pont. ideóque apponi solet clausula præseruatiua iuris tertij, hoc modo. Et dummodo tempore datæ præsentium non sit alicui ob lapsum tempus huiusmodi in dicto beneficio specialiter ius quæsitum, & dicta publicatio intra quatuor menses proximos fiat, & cum expressione, quòd orator ex dicto beneficio nullos fructus percepit. Flamin. *d. lib.* 11. *qu.* 7. *à n.* 69. Prorogatio autem prima datur ad quatuor menses, & sic formatur supplicatio *Beatissime Pater. aliàs beneficio simplici vacante in Ecclesia N. per liberam resignationem N. de illo, quod obtinebat in manibus S. V. sponte factam & admissam de voto S. V. Oratori N. Apostolica auctoritate prouideri mandatum fuit. Cùm autem, Pater Sancte, dictus Orator certis ex causis præpeditus resignationem huiusmodi iuxta formam Constitutionis Gregorij Papæ XIII. Prædecessoris vestri, de publicandis similibus resignationibus editam infra tempus in ea præfixum, publicari facere non speret. Supplicat igitur humiliter S. V. Orator præfatus, quatenus sibi specialem gratiam faciens nouem menses sibi à dicta Constitutione præfixos, infra quos adhuc existit ad alios quatuor menses à fine præfatorum nouem mensium computandos, quibus durantibus resignationes huiusmodi publicare, ac omnia alia iuxta præfatā Constitutionem quomodolibet tenetur facere, & adimplere licitè & liberè valeat, Apostolica auctoritate prorogare, extendere, & ampliare dignetur de gratia speciali, nō obstātibus præfata, ac aliis Constitutionibus & Ordinationibus, cæterisque contrariis quibuscunq., cum clausulis opportunis*, &c. Alia prorogatio datur item ad tres menses, & alia ad duos, &c. sed istæ prorogationes censentur factæ cum eisdem qualitatibus, & conditionibus, quibus actus fuit celebratus. Pro eo verò, qui obtinuit prorogationem, & petit aliam, datur hæc clausula: *Et cum decreto, quòd Orator resignationem præfatam publicare, & alia in dicta Constitutione contenta adimplere omninò teneatur intra tres menses proximos, alias præsens gratia nulla sit eo ipso, & dummodo ob lapsum dictorum mensium prorogatorum non sit hactenus alicui in dicta Ecclesia specialiter ius quæsitum*, Per signaturam iustitiæ sæpe sæpius conceditur restitutio in integrum aduersùs publicationem non factam, Card. Mant. *dec.* 113. Nou. *d. loc. n.* 20.

195 Publicatio, vt mandat dicta Constitutio Gregoriana, facienda est in Ecclesia beneficij resignati, vel in Cathedrali Ecclesia, vel Metropolitana, aut alia superiori Ecclesia, cui beneficium resignatum, vel cessum subest, vbi frequens populus ad Missarum solemnia conuenerit, siue diebus festiuis, siue non, exhibitis litteris Apostolicis, vel earum transumpto authentico, & declaratione quātitatis beneficii, nominis, & cognominis resignantis, ac illius in cuius fauorem eiusmodi gratia facta est, ita vt verisimiliter hæc omnia possint ad omnium notitiam peruenire, sic dicendo: *Notum sit omnibus, quatenus N. resignauit in manibus suæ Sanctitatis beneficium simplex Ecclesiæ N. huius ciuitatis, seu beneficium curatum Ecclesiæ loci de N huius diœcesis, & de eo facta est gratia N. vt constat ex his Bullis, seu litteris Apostolicis, aut transumpto authentico, quas in manu habeo.* Nec opus est litteras ipsas legere, nec earum datam, Flam. *d. lib.* 11 *q.* 6. *nu.* 41 Nic. Garc. *d. c.* 3. *n.* 290. *cum seq.* deberque talis publicatio fieri alta & intelligibili voce, nec in choro tantùm, sed in ipsa Ecclesia: vnde publicatio facta in choro, coram Canonicis, & Presbyteris duntaxat, est nulla. Flamin. *d. quæst.* 6. *n.* 18. Nicol. Garc. *d. c.* 3. *n.* 294 Insuper affigitur valuis Ecclesiæ diploma, quod contineat ea, quæ dicta sunnt, nimirum, resignationem, ac beneficii qualitatem, & inuocationem, nominaque & cognomina resignantis, ac illius, in cuius gratiam facta est; & sufficit, quòd sit simplex charta, vt innuunt verba dictæ Constitutionis, *Scriptique de his omnibus exemplo collato, valuis dictarum Ecclesiarum affixum relinquatur*, Flam. *d. q.* 6. *n.* 56. & 59. Nicol. Garc. *d. c.* 3. *n.* 295. vbi *n.* 296. subdit sufficere affigi in vna porta, quamuis Ecclesia plures habeat, & *n.* 297. ex Flam. testatur praxim habere, vt affigatur copia integra ipsarum litterarum. Ideoque cum requiruntur actus publici, non satis erit, si resignatarius publicè missus sit in possessionem beneficii, cùm vltra illud requiratur solemnitas publica; quicquid dicat Ant. Fab. *lib.* 1. *definit. forens. tit.* 2. *definit.* 14. & 59. Publicatio verò facta probatur ex instru- 196
mēto, vbi Notarius refert se fecisse dictam publicationem in omnibus, & per omnia, iuxta formam Constitutionis Gregorii XIII. quæ relatio sufficit, vt firmat Flamin. Paris. *lib.* 11. *q.* 6. *n.* 51. & 63 quem sequitur Rot *in Colonien. Canonicatus S. Vrsul.* 26. *Aprili*; 1627. *coram bona mem. Vbaldo*, impressa per Viuian *post praxim. iurispatron. decis.* 52. *num* 1. Sic etiam facta censetur quando intra tempus quis accepit possessionem beneficii populosam, id est coram multis personis, secus si coram aliquibus particularibus, ad not. per Gemin. *cons.* 75. *incip. In causa n.* 2. *vers. secundò dicitur*, Abb. *cons* 99. incip. *Illud in præsentiarum, num.* 2. *& seqq.* vol. 1. Theodos. de Rubeis *singular. Rotæ tom.* 2. *p.* 3. *pag.* 183. §. 6

Dubium autem est in hac materia, vtrum in- 197
cumbat onus probandi non publicationem, an impetranti beneficium, tanquam vacans ob publicationem non factam; an verò resignatario, qui ad illam tenebatur? Flamin. *d. lib.* 11. *quæstio.* 14. in vtranque partem hanc quæstionem discutit, & tandem resoluit impetranti probationem negatiuæ incumbere Ratio est: quia negatiua qualiscunque sit, probanda est per eum, qui in ea suæ intentionis fundamentum facit, & eò magis quia præsumitur factum, quod de iure erat faciendum. Decianus *cons.* 446 *numero* 7. Crauet. *cons.* 22. *num.* 5. *& cons.* 449. *num.* 11. Et ideò publicatio præsumitur facta per resignatarium, & quidem in tempore, nec teneatur id probare, maximè si ipse possederit, per triennium beneficium resignatum quia ex triennali præsumitur publicatio, vt fuit resolutum sæpiùs in Rota, teste Nicol. Garc. *d.*

p. 11. *c.* 3. *n.* 313. & Theodos. de Rubeis *in singularibus Rota par.* 2. *verb. publicatio* §. 1. licèt, si probatur non pulicatio, non prosir triennalis, imò nec decennalis possessio. Flamin. *d. lib.* 11. *q.* 6. *num.* 91. *&* 112. vbi *n.* 19 expresè tenet, regulam de
198 triennali minimè prodesse resignatario non publicanti: in tribus tamen casibus id limitatur, & primò, quando sumus in spolio: nam tunc nec triennalis hunc effectum produceret, vt præsumatur publicatio. Flamin. *d. lib.* 11. *q.* 14. *numero* 31. Prosper de Augustin. *citato loco, vers. quam conclusionem.* Nicol. Garc. *d. eap.* 314. Secundò, si Superior ex officio procedens vellet videre publicationum; quia tunc teneretur resignatarius eam exhibere. Flamin. *d. q.* 14. *num.* 33. *cum seqq.* vbi *num.* 37. id intelligir, nedum in Episcopo, & in eius Vicario visitante, sed etiam in ministris Cameræ Apostolicæ: & *n.* 38. id restringit, quoties Superior constituisset se aduersarium eius, qui beneficium obtinet; quia tunc nec compellere poterit ad eum probandum titulum, nec etiam ipse cognoscere de titulo. Tertiò, quoties ipse resignatarius peteret suam gratiam canonizati ad aliquem effectum: nam tune deberet, sicuti & titulum, illam probare, Flamin. *d. q.* 14 *n.* 39.

199 Impetrans igitur beneficium vacans ob non factam publicationem à resignatario, tenetut docere de non publicatione & negatiuam huiusmodi plenè & eoneludenter probare Gregori. XV. *decis.* 210. Nouar. *d. loco n.* 19. Sed qualiter hæc negatiua probari debeat difficile est inuestigare, & difficilius ad praxim reducere. Quidam putant, id. assequi posse per testes, per quos affirmatiua sciri potuit, verbi gratia per Canonicos, & alios Clericos eiusdem Ecclesię, qui in ea solent diebus festiuis diuinis interesse, vel per personas, per quas actus publicationis fieri oportebat, vt sunt Notarij, Flamin. *d. q.* 14. *ex n.* 60. Prosper de Augustino *d. loco, n.* 19. *vers. modos autem. probandi.* Item ex non petitione possessionis infra tempus, & ex eo, quòd infra tempus datum ad publicandum non habuit resignatarius collationem, sine qua possessio adipisci non potest: nam Constitutio intelligitur de valida possessione, & apprehensio possessionis sine collatione nulla est, *e.* 2. *ne Sede vac. cap,* 2. *de priuileg.* Nicol Garc. *d. eap.* 3. *ex num* 319. adden- *ad Grag. decis.* 288. *num.* 3. Verùm, ne fidas his probandi modis: quia impetratio ex illis minimè veniret iustificanda, nisi huiusmodi negatiuam non publicationis probaueris per confessionem partis, vel quòd litteræ non fuerunt expeditæ intra tempus ad publicandum, vt fuit resolutum *in Ripana beneficij* 17. *Aprilis,* 1600. *coram bonæ memor. Cardin. Sacrato*, cuius meminir Nicol. Garc, *d. par.* 3. *num.* 316. Lotter. *d. lib.* 3. *q.* 21. *num.* 15, *cum seqq.* Sed prior modus de confessione partis de non facta publicatione, tutus non est. nam inde non eoneluderetur negatiua absoluta non publicationis, cum potuerit fieri per resignantem, cui nec minus ea permissa est ex dicta Constitutione Gregor. XV. *decis.* 288, *numero* 2. Lotter. *d. q.* 21. *num.* 21 At vltimus modns tutior est & irrefragabilis, cum Constitutio vellet pulicationem fieri cum litteris ipsis originalibus, aut earum transumpto, Rota *in Mediolanen beneficy* 14. *Aprilis* 1614. *coram Cardin. Sacrato*, cuius meminir Lotter. *d. questio.* 21. *numero* 16. Et idem est, quando litteræ fuerunt expeditæ intra tempus datum ad publicandum, ad finem tamen termin, ita vt non potuerint deferri in tempore ad locum, vbi erat facienda publicatio, Flamin. *d. quest.* 14. 56. *&* 57. Prosper de Augustino *loco proximè citato*, Nicol. Garc. 1. *eap.* 3. *num.* 317. vbi *n.* 318. subdit, negatiuam non expeditionis litterarum probari ex diligentiis factis in Cancellaria, Camera, & registro secreto parte citata: & dum perquirerem in Curia, an aliquando, habuerit Rota pro probata huiusmodi negatiuam, nihil potuir inuenire.

CAPVT XVI.

De Vnionibus beneficiorum.

SVMMARIVM.

1 *Vnio est duorum, vel plurium beneficiorum aut Ecclesiarum ab Episcopo, vel alio superiore facta annexio.*

2 *Diuisio materia.*

3 *Vniones quadam sunt perpetua, quadam temporales; &, qua sint? ostenditur.*

4 *Vnio in dubio præsumitur facta potiùs contemplatione Ecclesia, quàm persona.*

5 *Vnio fit tribus modis.*

6 *Vnio fit primo modo, vt ex duobus beneficiis vnum fiat, & quid operetur? ostenditur.*

7 *Vnio fit secundo modo, vt vna Ecclesia alteri subiiciatur, seu vnum beneficium alteri accessoriè.*

8 *Beneficium accessoriè vnitum per vnionem manet extinctum, & fit pradium beneficij principalis.*

9 *Beneficium accessoriè vnitum exprimi non debet.*

10 *Vacare nunquam censetur beneficium accessoriè vnitum.*

11 *Littera vnionis accessoria non dicuntur littera beneficiales, sed de proprietate, & re prisana.*

12 *Causa vnionis non dicitur causa beneficialis.*

13 Cap. 1. de filiis Presbyt. in 6. *non habet locum in Parochialibus accessoriè annexis.*

14 *Episcopo spurium ad simplex beneficium promouere licet, cui est accessoriè annexa Parochialis.*

15 *Accessorium sequitur naturam sui principalis, quamuis accessorium sit magis dignum, & pretiosum quam ipsum principale, cui annectitur.*

16 Cap licèt canon, de elect. in 6. *non habet locum in Parochialius Ecclesiis accessoriè vnitis.*

17 *Prouisus sufficit esse constitutus in ea atate, quam requirit beneficium, cui Parochialis accessoriè reperitur vnita.*

18 Cap. si motu proprio, de præbend. in 6. *non procedit in beneficio vnito accessoriè.*

19 *Possessione capta Ecclesia, seu beneficij principalis, etiam alterius illi vniti intelligitur capta.*

20 Concil. Trid. sess. 24. de reform. c. 18. *super habendo concursu in vacatione Parochialium locum non obtinet in vnitis accessoriè.*

21 *Vnio tertio modo fit duorum beneficiorum, seu Ecclesiarum inuicem aquè principaliter.*

22 *Episcopatus duo aque principaliter vniti reputantur vna diacesis, & Episcopus potest residendo in vna explere factum alterius.*

23. Castella

23 *Castellana, & Hortana ciuitatum Episcopatus aque principaliter sunt vniti.*

24 *Resoluuntur dubia circa hos duos Episcopatus aqae principaliter vnitos.*

25 *Valuen. & Sulmonen. Episcopatus aquè principaliter vniti sunt.*

26 *Clericus vnius Episcopatus non est ad carceres alterius etiam vniti ducendas.*

27 *Clericos ex vna Diœcesi ad aliam vnitam pro suis causis ire cogere non potest Episcopus,*

28 *Calaguritanus, & Calciaten. Episcopatus est vnitus, & vnica Diœcesis, & vnicus Decanus.*

29 *Episcopus potest facere quorumcunque beneficiorum vniones, etiamsi illa reseruata sint à Pontifice, sine tamen possidentis, seu expectantis praiudicio, nisi reseruatio esset perpetaa.*

30 *Beneficia qua seminatio vnire possit Episcopus? ostenditur.*

31 *Beneficia sua diœcesis non exempta vnire potest Episcopus, quamuis eorum collatio ob Episcopi negligentiam deuoluta esset ad Papam.*

32 *Beneficium saa Diœcesis, licèt de Iure communi liceret Episcepo vnire cum altero aliena diœcesis, accedente consensu Episcopi illias, hodie attento Conc. Trid. non licet.*

33 *Parochiales Ecclesia Monasteriis quibuscunque, aut Abbatiis seu Dignitatibus, siue Prabendis Ecclesia Cathedralis, vel Collegiata, siue aliis beneficiis simplicibus, aut Hospitalibus vniri probibentur.*

34 *Vniones Parochialium, qua fiunt pro fundatione, dotatione, augmento seu conseruatione Collegioram, & aliorum piorum locorum ad fidei catbolica defensionem, & propagationem sustineri possunt.*

35 *Vnio aliquos beneficiorum simplicium potest fieri singulis Prabendis tenuibus Cathedralium, & Collegiataram insignium, non omnibus simul indistinctè vnum, aut plara beneficia.*

36 *Beneficium sua Diœcesis sacalare potest Episcopus alicui Religioni vnire.*

37 *Caasa vnionam faciendarum, aut est necessitas, aut vtilitas Ecclesiaram.*

38 *Necessitas facienda vnionis qua sit? ostenditur.*

39 *Vtilitas facienda vnionis est, quando propter fructuum tenuitatem non inueniuntur Clerici idonei ad deseruiendum.*

40 *Citatio eorum omniam, quorum interest, requiritur in vnione facienda per Episcopum, non tamen est necessariò vocanda plebs.*

41 *Rector, siue possessor beneficij non est vocandus in vnione facienda per Episcopum.*

42 *Capitali Ecclesia Cathedralis consensus requiritar in vnione facienda per Episcopum.*

74 *Canonici si consentire nolint, & iasta causa vnionis facienda sabesset, possent compelli,*

43 *Consensus Capituli defectum quilibet opponere potest.*

45 *Capituli consensus satis est, si postea accedat.*

46 *Capituli consensus an reqaıratur in vnione facienda per Legatam? ostendıtar.*

47 *Vnio facta ab Episcopo ipsi capitulo non vales.*

48 *Episcopus non potest vnire Ecclesiam sabiectam Abbati, aut alij inferiori Pralato absque illius consensu.*

49 *Vocatio & consensus patroni, siue ecclesiastici, siue laici, ac inferioris collatoris, & electoram requiruntur in vnione per Episcopum facienda.*

50 *Beneficium iurispatronatus absque patronorum consensu per Episcopum vniri non potest, & quid si vniatur par Legatum de latere: vide ibi.*

51 *Vnio ex defectu solemnitatum quibus casibus fiat irrita? ostenditur.*

52 *Vnio ex falsa causa impetrata an sit irrita? ostenditur.*

53 *Papa solus potest vnire Episcopatus.*

54 *Episcopas potest vnire beneficia, & Ecclesias saa diœcesis.*

55 *Legatus à Latere potest ex causa rationabili, & legitima vnire beneficia sua prouincia, qaa conferre potest.*

56 *Vicarius, generalis Episcopi non potest beneficia vnire nisi specialiter sibi ab Episcopo committatur*

57 *Capitalam Sede vacante potest vnire beneficia, que potest Episcopus, dummodo per talem vnionem iurisdictioni episcopali nihil detrahatur.*

58 *Archiepiscopus vnire potest beneficia in sua diœcesi.*

59 *Abbates, atqae alij Pralati Episcopo inferiores, qaando possint vniones facere, ostenditur.*

60 *Vnio non prasamitur, sed probari debet ab eo, qui factam dicit.*

61 *Vnio probatur per instrumentum, seu litteras ipsius vnionis, & ex diuturnitate temporis immemorialis.*

62 *Vaio probatur ex verbis enunciatiuis plurium iastrumentoram antiquorum, modò originem baberent à diuersis personis non suspectis.*

63 *Vnio probatur in antiquis ex testibus de publica voce & fama.*

64 *Vnio probatur ex dismembratione, qua per necesse prasupponit vnionem.*

65 *Vnio qaando dicatur sortiri effectum?*

66 Reg. 12. Cancel. *reuocatoria vaionum non se extendit ad vniones factas ex causa necessaria putà ex causa dotis pro beneficij erectione, vel pro augmento dotis necessario pro sustentatione cultus diuini.*

67 *Vniones perpetua à 40. annis citrà facta examinari ab Ordinariis, tanqaam à Sede Apost. delegatis possunt.*

EQVITVR, vt de Vnionibus beneficiorum dicamos, qoibos nonnunquam beneficia acquiruntor, vt in soperioribus vidimus. Vnio autem est doorum, vel plorium beneficiorum, aut ecclesiarum ab Episcopo, vel alio Superiore facta annexio: dicta vnio quia ex duobus, vel pluribus fit vnum tantùm, Ioan. Baptista Caccialup. *in tractat. de Vnionibus, artic.* 1. Rebuff. *prax. benefic. tit. de Vnion. benefic. ex n.* 1. Lancell. *instit. Canon. lib.* 2. *tit. d. Vnion.* §. 2. Nicol. Garc. *de benefic. p.* 12. *c.* 2. *n.* 3. Vgol. *de offic. Episcopi, p.* 1. *c.* 52. *num.* 1 Azor. *Instit. moral. part.* 2 *lib.* 6. *cap.* 38. *q.* 1. Sanch. *in pracepta Decalogi tom.* 3. *lib.* 7. *cap.* 29. *num.* 245. vbi subdit nomine Ecclesiarum comprehendi Episcopatus; nomine autem beneficiorum quæcunque alia beneficia maiora, vel minora, regularia, vel sæcularia, & dignitates includi. 1

Et in hac materia agitur, aut de ipsarum Ecclesiarum Vnione quoad iurisdictionem, vel subiectionem; aot beneficiorum ipsorum quoad fructus & redditus. De primo genere egimus suprà *lib.* 1. vbi de Diœcesibus, & Parochiis est tracta- 2

15 *Accessorium sequitur naturam sui principalis*, quæ
procedit, etiamsi accessorium sit magis dignum, &
pretiosum, quàm ipsum principale, cui annectitur,
secundùm D. Barbos. *in l. cum prætor, §. fin. 211. ff de
iudic.* Card. Tusch. *tom. 1 lier. A concl. 76 n. 26.*

16 Secundò infertur tex. *in d. cap. licèt canon, de elect.
lib. 6.* dum decidit obtinentes Parochiales Ecclesias
debere attingere 25. annum, & infra annum ordi-
nari, non habere locum in Parochialibus Ecclesiis
accessoriè vnitis, vt tenet gloss. *ibi verb. Parochia-
lis, vers. quòd si Ecclesia,* Rebuff. *in praxi tit. de non
promotis intra annum, num. 29. vers. ideò qui proce-
dit* Boër. *dec. 119 num. 7.* Azor. *d. lib. 6. cap. 8. num. 8.*
vbi reddit rationem, quia id quod ad alterum acce-
dit, sequitur naturam principalis, ad quod accedit,
17 & ideò censuit Sacra Gongregat. Concilij *sufficere
promisum esse constitutum in ea ætate, quam requirit
beneficium, cui Parochialis accessoriè reperitur vnita,*
prout referunt Galer. *in Margarita casuum conscient.
verb. Canonicus 5. & verb. Paroch.* Gonzal. *ad reg. 8.
Cancel. gloss. 9. num. 4.* Nicol. Garc. *d. part. 12. cap. 2.
num. 26.* Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori Eccles. re-
sol. 512. in 1. edit.*

18 Tertiò infertur textum *in cap. si motu proprio, de
præbend. in 6.* dum habet, quòd quando Papa ha-
benti beneficium confert aliud, si non fiat mentio
beneficij obtenti, licèt sit modicum gratia est sub-
reptitia, & nulla, non procedere in beneficio vnito
accessoriè, sufficit enim in impetratione exprimi
tantùm principale, Menoch. *de arbit. casu 201. n. 67.*
Rota *dec. 786. num. 3. p. 1. diuers.* Flamin. Paris. *de
resignat. benefic lib. 10. q. 1. num. 36.* Campan. *d. c. 13.
num. 19.* Nicol. Garc *d. p. 12. c. 2. num. 20.* & per col-
lationem principalis habetur vtrumque, gloss. *verb.
de iure in cap. gratia, de rescript. lib. 6.* quam ibi se-
quuntur Domin. de Franch *n. 6.* & tenuit Rota *in
Verdunen. Decanatus 9. Martij 1590. coram Card.
19 Lancellotto,* impressa per Nicol. Garc. *p. 5. c. 1. n. 270.*
Et capta possessione Ecclesiæ, seu beneficij princi-
palis, etiam alterius illi vniri, intelligitur capta, Fer-
ret. *cons. 236. n. 8.* Gonzal. *d. gl. 1. §. 7. n. 6.*

20 Quartò infertur Concil. Trid. *sess. 24. de reform.
cap. 18.* super habendo concursu in vacatione Paro-
chialium, locum non obtinere in vnitis accessoriè, vt
censuit S. Congregatio Concilij, prout nobis idonei
testes sunt, Galet. *in Margarita casuum conscientia,
verb. beneficium,* Gonzal *d. gl. 5. §. 7. n. 13. & gl. 6. nu-
mero 162.* Nicol. Garc. *p. 9. c. 2. n. 193,* Aloys. Ricc.
in praxi aurea, resol. 381. quos refero *de offic. & po-
test. Episcop. p. 3. alleg. 60. num 25 & seq.*

21 Tertio modo fit Vnio duorum beneficiorum, seu
Ecclesiarum inuicem æquè principaliter, vtraque
manente Episcopatu, vel Parochiali, vt priùs erat,
& tunc vtraque Ecclesia erit principalis, fruetúrque
quælibet suis priuilegiis, & habebit sua statuta, idque
operabitur Vnio, vt idem sit beneficiarius, Episc. aut
Parochus vtriusque, gloss. *verb. vnire in d. c. temporis
16. quæst. 1. & verb. vniendo, in d. cap. 1. ne Sede va-
cant.* Rota *dec. 114. num. 72. part. 1. diuer.* Gonzal.
gl. 5. §. 7 num. 212. cum seqq. Nicol. Gar *dict. part. 12.
cap. 2. num. 37.* Tambur. *dict. tom. 3. disp. 15 quæst. 5.
numero 4.* latè Stephan Gratiã. *disceptat. forens.
tom. 4. cap. 655.* vbi per totum ex professo dis-
putat, an pro Episcopatibus Viterbien & Tuscanen
æquè principaliter vnitis vnus tantùm, vbi Episco-
pus Sedem habet, sit constituendus Vicarius gene-
22 ralis. Et sic respectu Episcopi duo Episcopatus æquè
principaliter vniti reputantur vna diœcesis, &
potest residendo in vna explere factum alterius, vt
ait Rebuff. *dict. titul. de Vnionib. benefic. numero 16.*
iunctis aliis per me adductis *de offic. Episcop. p. 3. al-
leg. 54. num. 131.*

Pro Episcopo Ciuitatis Castellanæ, & Hortanæ, 23
posita Constitutione fel. record. Eugenij I V. super
vnione Ecclesiæ ciuitatis Castellanæ, & Hortanæ,
*An residens Episcopus in aliquo loco eius diœcesum,
quamuis nõ resideat in ciuitate Castellana, & Hortana,
satisfacit suæ obligationi circa residentiam? Secundò,
in qua ex dictis ciuitatibus sit primo inchoanda Sy-
nodus, & an Episcopus possit cogere clerum illius ciui-
tatis, in qua in ea non celebratur; ad interessendum
illi? Tertio, an, quando Episcopus conficit Chrisma
in vna ex dictis ciuitatibus, Clerus illius ciuitatis, in
qua illud non conficitur, teneatur illud ab Episcopo
accipere. & an Episcopus ad illi interessendum pos-
sit cogere Clerum illius ciuitatis? Quartò an Clerus
Hortanus monitus ad recipiendum oleum sanctum in
spretum sui proprij Episcopi, accipiens illud ab alie-
no, possint aliis pœnis plecti, vltra peccatum mortale.
Quinto, an Episcopus volens in ciuitate Castellana
agnoscere causas ciuitatis Hortanæ, & illius diœce-
sis, & sic è contra possit per se ipsum illas cogno-
scere, scribente Notario, quem maluerit, non solùm
processus causarum, verùm etiam visitationum? Sextò,
an Episcopus existens in diœcesi Hortana, in nego-
tiis tunc peragendis illius diœcesis possit, se denomina-
re Episcopum ciuitatis Castellanæ, & Hortanæ, aut
Hortanæ, & Ciuitatis Castellanæ, & quomodo etiam
debeat denominari, quando existens extra residentiam,
committit aliquid peragendum in aliqua ex dictis
Diœcesibus?*

Sacra Congregat. Concilij sub die 8. Iunij, 1624. 24
*respondet ad primum, Episcopum in aliqua parte alter-
utrius ex diœcesibus residentem suæ obligationi circa
residentiam vtique satisfacere, dum in aliqua ex suis
Cathedralibus resideat, temporibus à Conc. præscriptis
decreto c. 1. vers. eodem interim admonet, sess. 23. Ad
secundum, proximam futuram Synodum esse indicen-
dam & celebrandam in ciuitate Castellana, in qua ad
præsens Episcopus reperitur, deinde verò in ciuitate
Hortana, & sic deinceps singulis annis obseruari debe-
re, absque tamen præiudicio partium, tam in petitorio,
quam in possessorio iudicio, & donec articulus præce-
dentia plenè cognitus, & definitus fuerit. Cæterum ad
Synodum in altera ex dictis ciuitatibus celebrandam
nequaquam teneri accedere Clerum alterius ciuitatis.
Ad tertium Clerum vnius ciuitatis non solùm teneri
sacrum oleum accipere ab Episcopo illud in alia ciuita-
te conficiente, verùm etiam cogi posse eidem Episcopo
in eiusmodi ministerio assistere ad sacrorum Canonum
præscriptum. Ad quartum posse puniri ab Episcopo.
Ad quintum Episcopum in vna ex dictis ciuitatibus
existentem posse per se ipsum cognoscere causas alterius
ciuitatis, vel diœcesis adhibito Notario sibi benè viso,
tam in processionibus conferendis, quam in actis visita-
tionis conscribendis, sed tamen debere eum habere ra-
tionem, vt id non passim, sed raro, & æqua ex causa fiat,
& in arduis tantum, & in grauioribus negotiis, ne con-
stitutio vnionis eludatur. Ad sextum, quemadmodum
Episcopus in ciuitate Castellana, vel eius diœcesi exi-
stens, ciuitatis Castellanæ & Hortanæ Episcopus est
appellandus, ita è conuerso dum in ciuitate, vel diœcesi
Hortana morã trahit, Hortanæ, ac ciuitatis Castellanæ
Episcopũ nuncupari eum, atque inscribi debere. Quòd
si extra diœcesim resideat, in negotiis ad ciuitatem &
diœcesim Hortanam pertinentibus, Hortanæ, & ciuita-
tis Castellanæ; in spectantibus verò ad ciuitatem Ca-
stellanam, & illius diœcesis, ciuitatis Castellanæ, &
Hortanæ. Episcopum esse denunciandum, 8. Iunij,
1624. Cosmus Card. de Torres.*

25 In causa Valuen. & Sulmonen. fuit dictum, quòd cùm superioribus annis Capitulum & Clerus Valuen. sæpiùs conquesti essent apud S. Congregationem, quòd etiam extarent peculiares carceres in Palatio Episcopali Valuen. vbi Episcopi Vicarius morabatur, nihilominus Episcopus prædecessor, cùm aliquis è diœcesi Valuen. in carcerem erat conijciendus, ad Salmonen. Ciuitatem duci mandaret, in maximum eorum damnum, & incommodum,

26 S. Congreg. Concilij Trident. 17. *Ianuarij* 1604. dedit. litteras ad Episcopum infrascripti tenoris, videlicet: *Quamdiu Amplitudo tua Valuen. & Sulmonen. Ecclesiæ Dei, & Apost. Sedis gratia praeest, ipsam vtriusque ciuitatis Diœcesanis æquè prospicere decet, & propterea cùm aliquis ex dictis Valuen. in carcerem fuerit conijciendus, non ad Sulmon. ciuitatem ducendus est, sed carceribus Valuen. Palatij Episcopalis, vbi Amplitudo tua moratur, mancipare debebit, ne accedat squalori carceris etiam itineris incommodum, ac rerum necessariarum defectus, quas vltra propriam patriam, consanguinei reis ægre suppeditant, id summa æquitas postulat, & ab Amplitudine tua obseruari mandat. Illustrissimi Patres Conc. Trid. Interpretes.*

27 In alia causa Sutrina, & Nepesina, *conquerente Sutrinæ Ciuitatis Capitulo de Episcopo, qui adstringit Clericos ex Sutrina ad Nepesinam ciuitatem ire pro suis causis. Eadem igitur Cong. sub die 11. Maij, 1594. mandauit Episcopo, quòd si ita est, Vicarium statim deputet in ciuitate Sutri, & mandet Officialib. Curiæ Nepesinæ, ne Clericos Sutri in aliquo molestent, nec se ingerant.*

28 In alia causa Calaguritana, & Calcaten. iuris corrigendi inter Episcopum Calaguritanum, & Capitulum Calciaten. præsupposito, quòd Episcopatus Calaguritanus, & Calciten sit vnicus, vnica diœcesis, & vnicus Decanus, necnon præsuppositis decisionibus Rotalibus in hac causa factis, dubitatum fuit in hac S. Congreg. Concilij Trident. *An per idem S. Concilij caput. 6. sess. 25. de reform. sit derogatum consuetudini immemoriali à Capitulo prætensæ, videlicet, quod Episcopus volens procedere ad punitionem, correctionem, & carcerationem Capitularium Calcitaten. delinquentium ad præscriptum dict. cap. 6. teneatur hoc facere in ipsa ciuitate Calciaten. & in carceribus ibidem assistentibus; non autem in qualibet parte dictæ suæ diœcesis, vbi domum, aut tribunal habet. Die 7. Septembris, 1630. S. Congregat. Eminentissimorum Card. Concil. Trident Interpretum procuratoribus, & Aduocatis vtriusque partis auditis, iuribusque, & rationibus hinc inde allatis maturè perpensis censuit per S. Concilij Trident. d. cap. 6. sess. 25. de reform. huiusmodi immemoriali consuetudini fuisse derogatum.*

His ita præmissis videndum est, quorum beneficiorum vniones fieri possint, & quibus ex causis faciendæ sint, & quis eas facere valeat, & quomodo factæ probentur, ac quando dicantur sortitæ effectum.

§. I.

Quorum beneficiorum vniones fieri possint.

29 Episcopus potest facere quoruncunque beneficiorum Vniones, etiamsi illa reseruata sint à Pontifice, vitato possidentis, seu expectantis præiudicio, id est, non vt statim habeant effectum in possidentis, vel expectantis præiudicium; sed post quam illud dimiserit. Ita Abb. *in dict. cap. sicut vnire, de excess. Prælat. numero* 7. & ibi Anchar. *num.* 5. Card. *num. 3. quæst.* 3. Mar. Socin. sen. *art. 4. quæst. 6. num.* 64. Gamb. *de offic. & potest. Legati de latere, lib. 5. tit. de potestate Legati in vniendo, num.* 63. Rebuff. *d. tit. de Vnionibus benefic. numero* 31 Hoied. *de incompatibil. benefic. p. 2. cap. 3. num.* 7. Nicol. Garc *de benefi. p* 12. *cap. 2. num.* 91. Sanch. *in præcepta Decalogi l. 7. c. 29. num.* 150. Præterquam si reseruatio beneficij esset perpetua respectu collationis illius à Romano Pont. semper faciendæ, vt contingit in prima Dignitate post Pontificalem cuiuscunque Ecclesiæ Cathedralis, quæ reseruata manet semper per regulam Cancellariæ; & ideò non potest vniri per Episcopum, vt per Hoied. *d. num.* 7. Nicol. Garc. *d. cap. 2. num* 91. Sanch. *dict. num. 150. vers. posterior.* vbi idem dicit, quando reseruatio non solùm collationem respectu tituli concernebat, sed reseruauerat Pontifex certam Ecclesiam suæ dispositioni: tunc enim ea verba generalia impedirent prorsus Episcopi dispositionem circa id beneficium, ad not. per Abb. *in d. cap. sicut vnire, numero* 7. Augetur etiam hæc potestas iure antiquo concessa Episcopis faciendi quoruncunque beneficiorum Vniones, etiamsi illa reseruata sint, per Concil. Trident. *sess* 21. *de reform. cap.* 5. vt id quoque potestate delegata efficere valeant, vt constat ex illis verbis, ibi, *possint Episcopi etiam tanquam Apostolicæ Sedis delegati*, &c. & sic eis licebit vtraque potestate procedere, & tunc ad solum Pontificem appellari poterit, iuxta ea, quæ late notauimus *de offic & potestate Episc. p. 3. alleg.* 92. Cùm Episcopus delegatus in causa sibi delegata maior sit, quàm legatus, etsi maiorem cum Capitulo, quàm Legatus coniunctionem non habeat; tamen sicut Legatus, ita etiam Episcopus tanquam Apostolicæ Sedis delegatus sine consensu Capituli beneficia vnire potest, Nauar. *cons. 10. de offic delegat. in nouis*, deest *in antiq.* Sayr, *in florib. dec. sub eodem tit. dec.* 10. Sed contrarium est dicendum, vt notat addit. *ad d. cons. Nauarri*, dicens aduertendum referri Sacram Congreg. censuisse contrarium, Nicol. Garc. *dict. part. 12. cap. 2. num.* 158. Sanch. *d. cap. 29. num.* 182. *cum seqq.*

30 Beneficia aliquot simplicia cuiuscumque qualitatis, & dignitatis fuerint vel etiam præstimonia, vel præstimoniales portiones, nuncupatas, etiam, ante vacationem sine cultus diuini, & illa obtinentium præiudicio, seminario incorporare, & vnire valet Episcopus, etiam si sint reseruata, vel affecta, ex decreto Concilij Trid. *sess. 23 de reform. cap. 18. vers. nec non beneficia*, Paul. Fusc. *de Visitat. lib. 1. cap. 16. num.* 9. quod intelligitur, dummodo non vniat beneficia omnia simplicia, Aloys Ricc. *in praxi rerum fori eccles. dec 492. & 720. in 1. edit. aliàs res. 383. num. 4. & resol* 610. *n. 10. in 2. edit.* Molfes. *in summa Theolog. moralis, tract. 6. cap. 14. n.* 60. Ego ipse *de officio & potest. Episcopi, p. 3. alleg. 77. n.* 20. nec aliquot simplicia ad collationem inferiorum spectantia, neque Canonicatus, aut beneficia iurispatronatus etiam ecclesiastici, nec reseruata Sedi Apost. post ipsorum vacationem, nec propterea vacantia in mense reseruato: quia per Episcopum hæc omnia seminario vniri non posse referunt decisum Molfes. *in sum. Theolog. moralis, tract. 6. cap. 14. à num.* 62. Franc. Leo *in thesauro fori eccles. p. 2. cap. 16. num.* 33. Nicol. Garc. *dict. c. 2. n.* 102. & idem erit, si Episcopus vniret beneficia ante ipsorum vacationem, si tempore vnionis erant affecta, vt quia erant Subcollectorum, familiarium, Militum, vel officialium Curiæ, vt resoluit Nicol. Garc. *dict. cap. 2. num.* 106. & nouissimè

fuit

fuit resolutum in sequenti casu. *Præsupposito, quòd Archiepiscopus Brundusinus de anno* 1610. *seu alio veriori tempore; post tamen annum* 1502 *vnierit seminario Brundusino nonnulla beneficia simplicia per Episcopum Oritanum ante eius promotionem obtenta,*
8 *quæ secundum Extrauag. Ad regimen, cùm sint affecta, & consequenter vniri nequeant, petitur dictam vnionem declarari nullam, & inualidam. Sacra Cong. Cardinalium Concilij Trid. Interpretum censuit, si beneficia huiusmodi ab Episcopo Oritano tempore suæ promotionis obtinebantur, tanquam propterea Sedi Apostolicæ reseruata minimè potuisse vniri Seminario Brundusino, & vnionem, vt superius proponitur, factam ab Archiepiscopo nullam prorsus, atque irritam esse C. Card. de Torres* Lingiola autem beneficia Episcopus seminario vnire non potest; quia aliud est beneficium reseruatum, aliud verò litigiosum, Nicol. Garc. *de benefic. p.* 1. *cap.* 5. *numero* 155. Rot. *in Corduben., præstimonij* 13. *Ianuar.* 1623. *coram bone mem. Patriarcho Manzanedo.* Seminarium cui ex decreto Concilij Trid. est facta vnio per Episcopum, cuius vigore possidet, dicitur legitimus contradictor ad impediandam immissionem gratiosè subrogato, licet non doceat de validitate vnionis, vt ex multis Rotæ decisionibus resoluit Angel. *de legitimo contrad. q.* 15. *art.* 5. *n.* 145.

31 Beneficia quoque suæ diœcesis non exempta vnire potest Episcopus, quamuis eorum collatio ob Episcopi negligentiam deuoluta esset ad Papam, quòd alio iure deuoluatur, alio autem vniatur. Deuolutio enim concernit titulum, impeditque, ne illud Episcopus in titulum dare valeat, vnio autem respicit proprietatem. Ita Abb. *in d. c. sicut vnire numero* 6. Anchar. *n.* 5. Mar. Socin. *sen. à n.* 67. Boër. *decis.* 346. *ad fin.* Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 6. 28 *q.* 15. quos refert, & sequitur Sanch. *d. c.* 29. *n.* 149.

32 Beneficium suæ Diœcesis integrum erat Episcopo de Iure communi vnire cum altero alienæ diœcesis, accedente consensu Episcopi illius, vt benè resoluit Mar. Socin. sen. *in d. cap. sicut vnire, art.* 4. *q.* 13. *n.* 80. *& art.* 6. *concl.* 11. *cum duabus seqq.* At attento Concilij Trid. decreto *sess.* 14. *de refor. cap.* 9. nulla ratione id licet, cum ita disponat. *Beneficia vnius diœcesis, etiamsi Parrochiales Ecclesiæ Vicariæ perpetuæ, aut simplicia beneficia, seu præstimonia, aut præstimoniales portiones fuerint, & ratione augendi cultum diuinum, aut numerum beneficiorum, aut alia quacumque de causa alterius diœcesis beneficio, aut Monasterio, seu Collegio, aut loco etiam pio perpetuo non vniantur.* Ita per hoc Concilij decretum obseruant Paul. Fusc. *de Visitat. lib.* 2. *cap.* 26. *num.* 24. Zerol. *in praxi Episcop p.* 1. *verb. Vnio* §. 8. Nicol. Garc. *d. cap.* 2. *n.* 85. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 3. *tract.* 3. *num.* 302. Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori Eccles. decis.* 492. *in* 1. *edit. aliàs resolut.* 383. *num.* 5. *limit.* 5. *in* 2. *edit* Sanch. *d. cap.* 29. *n.* 180. Sanch. *in consil. moralib. lib.* 2. *c.* 2. *dub.* 3. *num.* 1. Ego ipse *d. p.* 3. *alleg.* 66. *n.* 9.

33 Parrochiales Ecclesias Monasterijs quibuscunque aut Abbatijs, seu Dignitatibus, siue Præbendis Ecclesiæ Cathedralis, vel Collegiatæ siue alijs beneficiis simplicibus, aut Hospitalibus Militiisve vniri prohibet Concil. Trid. *sess.* 24. *de reform. cap.* 13. quod non solùm de ipsorum Parochialium vnione intelligendum videtur; sed etiam de aliqua parte fructuum ipsarum, vt refert decisum Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori Eccles.* 492. *in* 1. *edit. aliàs resol.* 383. *num.* 5. *vers. limita sexto*
34 *in* 2. *edit.* Saluari tamen, & excipi possunt vniones, quæ fiunt pro fundatione, dotatione, augmento, vel conseruatione Collegiorum, & aliorum piorum locorum, ad fidei Catholicæ defensionem, & propagationem, bonarumque artium cultum, vt resoluit Gonzal. *glos.* 5. §. 7. *numero* 46. Et sub illo decreto vtique non comprehenduntur Parochiæ, quæ certos fines non habent, sed certum tantùm populum, & per certas familias distinguuntur, vsque adeò vt Sacramenta promiscuè non administrentur, vt audiui obseruari in ciuitate Aquilana, (sicut refert decisum idem Gonzal. *glos.* 6. *numero* 96.

In Ecclesijs Cathedralibus, & Collegiatis insignibus, vbi frequentes, adeòque tenues præbendæ simul cum distributionibus quotidianis, vt sustinendo decenti Canonicorum gradui pro loci, & personarum qualitate non sufficiant, licet Episcopis cum consensu Capituli aliquot simplicia beneficia, non tamen regularia, iis vnire, vt expressè statuit Concil. Trid. *sess.* 24. *de reform. c.* 15. quòd cùm vtatur d. particula *ys*, quæ refertur ad præbendas, clarè desiderat, vt vnio fiat singulis præbendis distributiuè, non autem mensæ Rot. *decis.* 565. *p.* 2. *recent.* & ideò singulis præbendis singula beneficia vnire debere, non omnibus simul indistinctè vnum, aut plura, resoluunt Hier. Gabr. *cons.* 188. *num.* 3. *&* 4. *lib.* 2. Steph. Gratian. *discept. forens. cap.* 274. *num.* 34. *in fine* Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. glos.* 37. *num.* 25. vbi etiam tenet Concil. *d. loco* non concedere facultatem vniendi mensæ Capitulari, sed omnibus præbendis singulorum Capitularium: quod etiam tenent Aloys. Ricc. *in collect. decis. p.* 4. *collect.* 1067. *in fin. & d. reso.* 379. *n.* 5. Nicol. Garc. *d. c.* 2. *n.* 171. Ego ipse *d. alleg.* 67. *n.* 9. 35

Beneficium suæ diœcesis sæculare potest Episcopus alicui Religioni vnire, vt cum multis resoluit Azor. *d. lib.* 5. *cap.* 28. *q.* 19. Sanch. *d. c.* 29. *num.* 148. vbi *n.* 187. id licitum quoque asserit stantibus decretis Concilij Tridentini cum duplici tamen limitatione, prior sit, vt beneficium non sit extra diœcesim, in qua est monasterium; quia Trid. *d. sess.* 14. *de reformat. cap.* 9. interdicit vnire beneficia alterius diœcesis, vt *suprà* ostendimus: posterior est, ne beneficium illud vniendum, sit Curatum. quia Trid. *sess.* 24. *de reformat. cap.* 13. prohibet vnire beneficia Curata loco religioso, sicut vidimus *suprà.* 36

§. II.

Quibus ex causis Vniones faciendæ sint, & quæ forma, & solemnitas in eis requiratur.

Faciendarum Vnionem causa, aut est necessitas, aut vtilitas Ecclesiarum, *cap. exposuisti, de præbend.* Rebuff. *d. tit. de vnionib. num.* 38. Hoied. *de incomp. benef. p.* 2. *c.* 3. *num.* 8. Azor. *d. p.* 2. *l.* 6. *cap.* 28. *q.* 4. *&* 13. Nicol. Garc *de benef. p.* 12. *c.* 2. *n.* 108. Sanch. *in præcepta Decalogi tom.* 2. *lib.* 7. *c.* 29. *num.* 161. quia est contra Iura, quæ volunt, vt distincti sint cuiusque Ecclesiæ, & Parochiæ limites, fructus, & Rectores, vt *suprà lib.* 1. *cap. de diœcesibus, & Parochijs* vidimus. 37

Necessitas autem faciendæ Vnionis est, si duæ Ecclesiæ, vel præbendæ adeò sint tenues, vt ad victum duorum Rectorum non sufficiant: hoc enim casu potest earum vnio fieri, nisi aliud obstet, *cap. vnio* 10. *q.* 3. *cap. postquam* 16. *q.* 1. *Clem. ne in* 38

in agro, §. *ad hæc de statu Monach* Concil. Trident. *sess.* 21. *de reform. cap.* 1. ibi *propter eorum paupertatem*. Quando autem, & quæ Ecclesia pauper, aut tenuis dici possit, hoc relinquitur arbitrio Superioris, glos. *in Auth. Preterea, C. vnde vir, & vxor.* Si etiam Ecclesia ab hostibus sit destructa, vel desolata, potest alteri vniri, *d. cap.* 2. *de relig. domibus.* Et denique Ecclesiarum vicinitas, aut populi decrementum, vel incommodum, Religionis quoque deformitas, & mutatio temporum necessitatem plerumque tribuunt vniendi, *cap.* 2. *& c. fin.* §. *hostilitatis* 25. *q.* 2.

39 Vtilitas autem est quando propter fructuum tenuitatem non inueniuntur Clerici idonei ad deseruiendum, vt probatur *in d. cap. exposuisti, & in d. capite* 1. *ne Sede vac.* ibi, *ne plus fuisse persona, quam Ecclesia videremur*, Rebuff. *d. tit. de Vnionib. benefic. n.* 39. Hoied. *d. p.* 2. *c.* 3. *n.* 8. Azor. *d. lib.* 3. *cap.* 28. *q.* 13. Vgolin. *de offic. Episcop. cap.* 52. *in princ. num.* 4. vel vt diuinus cultus augeatur vt colligitur ex text. *in c. ex parte de constit.* Sanchez *d. capite* 29. *n.* 161. *in fine*, vbi *numero* 162. hinc infert exigi causæ cognitionem in huiusmodi vnione facienda, ita vt sic Ordinarius vnionem faciens debeat priùs inquirere & cognoscere de causa vnionis, & si Papa illam facit, exigatur, vt etiam de causa inquiratur in partibus, aliàs vnio reuocabitur.

Requiratur quoque in vnione facienda per Episcopum,
40 vt citentur ij omnes, quorum interest, *Clem.* 1. §. *ad hæc, de statu Monach* Hoied. *d. c.* 3. *n.* 9. *vers. secundum quod* Azor. *d. lib.* 6. *c.* 28. *quæst.* 14. Nicol. Garc. *d. cap.* 2. *num.* 203. non tamen est necessariò vocanda plebs, licet videatur quodammodo interesse, quia interdum laborat contra sua propria commoda, Rebuff. *in praxi benefic. reg.* 21. *Cancell. de vnion. glos.* 11. *numero* 1. 11. *&* 12. Hoied. *d. c.* 3. *numero* 9. Nicol. Garc. *d. c.* 2. *num.* 219. & Sanch. *d. cap.* 29. *num.* 163. qui tamen aduertunt
41 audiri debere, si causam iustam impedientem vnionem allegauerit. Nec est vocandus Rector, siue possessor beneficij, aut si vacet defensor illius, sed, eis non citatis, poterit Episcopus vnionem facere, vt expresse deciditur *in Clem.* 2. *de rebus Eccl. non alien.* Rebuff. *d. glos.* 11. *n.* 8. Hoied. *d. c.* 3. *numer.* 9. *vers. sed vtrum*, Seraph. *decis.* 1459. *num.* 13. Ioan. à Cochier *in reg.* 22. *Cancel. de vnion. n.* 28. Nicol. Garc. *d. p.* 12. *cap.* 2. *n.* 214. *& num.* 215. subdit procedere etiam in vnione facienda per Legatum. Et ratio: est quia etsi beneficium illud nondum vacans alteri vniatur, nullum possessori illius damnum infertur, eò quòd vnio illa non sortitura sit effectum, donec ipse morte, vel alio modò dimiserit beneficium, *cap. consultationibus; de donationib.* quod si replices præiudicium generare: quia impeditur, ne cum alio permutari valeat, vel in gratiam alterius illi renunciare, respondent Rebuff. *d. gloss.* 11. *n.* 9. *&* 10. Hoied. *d. cap. cap.* 3. *nu* 9. Azor. *d. c.* 28. *q.* 11. id præiudicium non esse considerabile, eò quòd permutatio illa, & resignatio pendeant à voluntate Superioris, & sint modi extraordinarij comparandi beneficia: quare id præiudicium cedere debet vtilitati communi.

42 Requiritur etiam in Vnione facienda per Episcopum consensus Capituli Ecclesiæ Cathedralis, vt expresse deciditur *in d. Clem.* 2. *de rebus Eccles. non alien.* Petr. de Perus. *de Vnion. cap.* 5. *quæst.* 7. Gambar. *de offic. & potest. Legati de latere, lib.* 5. *tit. de potest. Legati in vniendo, numero* 58. *&* 108. Rebuff. *d. glos.* 11. *num.* 2. Hoied. *d. cap.* 3. *num.* 9. Azor. *d. c.* 28. *q.* 12. Nicol. Garc. *d. c.* 2. *ex num.* 145. vbi *n.* 152. *cum seqq.* subdit Vnionem posse fieri, per Episcopum absque Capitulo, vbi hoc habuerit consuetudo immemorialis Sanch. *d. c.* 29. *n.* 164, & quamuis Rotæ olim *decis.* 445. *num.* 5. *p.* 2. *recent.* visum fuerit consensum Capituli esse solemnitatem propter Ecclesiæ vtilitatem desideratam, nihilominus eidem Rotæ *decis.* 318. *numero* 15. *p.* 5 *recent.* magis deinde placuit consensum Capituli in vnione non fuisse inductum in eius fauorem, sed potius pro forma & solemnitate, per doctrinam Nicol. Garc. *de c.* 2. *numero* 164. & Aloys. Ricc. *in praxi fori eccle. dec.* 487. *numero* 2. Tractatus enim non requiritur solemnis, à Iure in rei ecclesiasticæ alienatione petitus, cum ille nullibi desideretur, nec hæc Vnio rationem veræ alienationis subeat, vt per Boër. *decis.* 345. *n.* 2. Hoied. *d. cap.* 3. *numero* 9.
vers. sed vtrum, Nicol. Garc. *d. cap.* 1. *n.* 146. Sanch. *d.* 43
c. 29. *numer.* 172 Quòd si Canonici consentire noluit, & iusta causa Vnionis faciendæ subesset, possent compelli, vt docent Rebuff. *d. glos.* 11. *num* 3
Mar. Socin. sen. *in d. cap. sicut vnire art.* 6. *concl.* 1. 44
n. 91. Azor. *d. qu.* 12 Et defectu consensus Capituli quemlibet posse opponere, contra nonnullos censuit Rot. *decis.* 247. *numero* 5. *par* 1. *diuers. & in Vercellen Vnionis*, 23. *Aprilis* 1610. *coram Cardin.*
Lancelloto iun. 45

Et hic consensus Capituli satis est, si postea accedat. arg. text. *in cap. cum vos, de his quæ fiunt à Prel. & cap. curam, de iurepatron.* Boër. *decis.* 345 *n.* 3. *&* 4. Rebuff. *d. glos.* 11. *n.* 10. *&* 21. Hoied. *loco proximè citato*, subdens in dubio præsumi huiusmodi consensum interuenisse ex temporis diuturnitate, Nicol. Garc. *d. cap.* 2. *num.* 147. Sanch. *d. cap.* 29. *num.* 165. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 578 *num.* 32. Aloys. Ricc. *id d. praxi decis.* 198. *num.* 16 *p.* 4. Rota *decis.* 133. *num.* 9. *p.* 2. *diuers. & decis.* 455 *num.* 5. *part.* 2. *recent. & decis.* 318. *num.* 42. *part.* 2. *recent.*

In vnione tamen facienda per Legatum, consensus huiusmodi non requiritur, eò quod Legatus nullum consortium cum Capitulo habeat, vt habet Episcopus, vt per Nau. *conf.* 10. *nu.* 1. *de offic. de leg.* Hoied. *d. cap.* 3. *num.* 9. Nicol. Garc. *d. cap.* 2. *n.* 150. Sed distinguendum esse existimo inter eum casum, quo eam vnionem faciat ex Pontificia commissione, in qua consensus Capituli mentio non fiat, & inter illum, quo id faciat ex sua potestate ordinaria, ita vt in primo non exigatur consensus; quia tunc non vnit, vt Ordinarius; sed vt Pontificis delegatus: quare, Pontifex potest absque consensu Capituli vnire; ita & ipse: in secundo verò exigitur consensus capituli, quia tunc non ampliorem in beneficijs vniendis habet potestatem, quàm Episcopus. si ergo hic indiget consensu Capituli: ergo & ille. Ita distinguunt Mar. Socin. sen. *in d. c. sicut vnire art.* 6. *concl.* 14. *numero* 115. & Sanchez *d. c.* 29. *n.* 166. 46

Vnio autem facta ab Episcopo ipsi Capitulo non valet, cùm quis non possit auctorizare in facto proprio, *d. Clement.* 2. §. *fin.* cuius decisio procedit quando vnio fit Capitulo principaliter & directè; non verò quando in consequentiam, & indirectè est in vtilitatem Capituli, vt benè ex alijs trad. Nicol. Garc. *d. cap.* 2. *numero* 168. *& seq.* Vnio enim facta per Episcopum mensæ Capitulari non potest fieri absque Sedis Apost. auctoritate *S. Cong. Concil.* 13. *Septemb.* 1609. *&* 11. *Februarij* 1611. vt refert Argel. *de legitimo contradict. quæst.* 15. *art.* 5. *numero* 62. 47

Rursus, si Ecclesia sit subiecta Abbati, aut alij inferiori 48

inferiori Prælato, non potest Episcopus eam vnire reabsque illius consensu, vt bene tradunt Card. *in Clem.* 1. §. *ad hac, numero* 1. *oppos.* 1. *&* 2. *de statu Monach.* Mari. Socin. sen. *in d. cap. sicut vnire, art.* 4. *q.* 5. *n.* 62. qui optimè ait, *art.* 6. *n.* 95. *concl.* 4. exigi quoque consensum Clericorum constituentium Capitulum cum eo Prælato inferiore & *concl.* 5. *nu.* 96. benè etiam dicit, exigi quoque consensum Capituli Ecclesiæ Cathedralis: refert, & sequitur Sanch. *d. cap.* 29. *n.* 167.

49 Insuper requiritur in Vnione vocatio, & consensus patroni, siue ecclesiastici, siue laici, oc inferioris collatoris, & electorum, *dict. Clem. vnic.* §. *ad hac de statu Mon.* Conc. Trid. *sess.* 24. *de reformat. cap.* 15. ibi, *cum patronorum consensu*, &c. Boër. *decis.* 345. *num.* 4. *in fine* Roch. *de iurepatr. verb. honorificum, num.* 8. Lambert. *eod. tract. lib.* 3. *quæst.* 6. *toto art.* 2. Couarr. *pract. cap.* 31. *num.* 10. *&* 11. Fusc. *dict. lib.* 2. *cap.* 26. *num.* 26. Flamin. *de resign. benefic. lib.* 2. *quæst.* 4. *num.* 11. Zerol. *in praxi Episcop. p.* 1. *verb. vnio*, §. 7. *dub.* 4. Azor. *d. c.* 18. *quæst.* 12. Nicol. Garc. *d. cap.* 2. *num.* 102. Sanch. *d. cap.* 29. *num.* 168. me citato *in hoc loco* Tambur. *de iure Abbatum tom.* 3. *disp.* 15. *q.* 1. *num.* 9. nam beneficium iurispatronatus absque patronorum consensu per Episcopum vniri non potest. Rot. *in Vercellen. vnionis* 23. *Apri-*
50 *lis* 1610. *coram Cardin. Lancellotto iun.* Si autem à Legato de Latere fiat hæc vnio, exigitur quoque patroni consensus si iuspatronatus sit sæculare: si autem sit Ecclesiasti, cum, potest illi derogare, ac proinde absque eius consensu vnionem facere vt constat ex *cap. cum dilectus, de iurepatron.* Gambar. *d. libr.* 5. *tit. de potestate Legati quoad Vnion. benefic.* Lambert. *d. q.* 6. *art.* 1. *num.* 4 *vers. & idem dicerem. & art.* 2. *n. pen.* Rebuff. *d. tit. de vnionib. num.* 28. Azor. *d. q.* 12. vbi subdit non posse derogare, quando iuspatronatus est mixtum, partim sæculare, & partim Ecclesiasticum, ob fauorem & gratiam laici patroni ne laici à fundandis Ecclesiis facilè auocentur, additque, cùm patronus est laicus, non iure fundationis, vel dotationis Ecclesiæ, sed sola consuetudine, vel præscriptione, aut priuilegio posse huic patronatui derogari per Legatum à latere, refert Sanch. *dict. c.* 29. *n.* 169. vbi *numero* 170. ait, quòd consensus Capituli non necessariò præcedere debet, sed satis est, si vnionem subsequatur, vt *suprà* diximus: ita similiter satis est subsequi consensum patroni, & Prælati illius inferioris, suique Capituli, quorum consensum diximus exigi.

51 Harum solennitatum defectu fit ipso iure irrita vnio in tribus casibus Primus est, quando non citantur ij, quorum interest, quos necessariò citandos esse diximus. Secundus est, quando non præmissa causæ cognitione vnio fit. Vtrumque docent Rebuff. *dict. reg.* 21. *Cancel. glos. in princ.* Azor. *dict. libro* 6. *cap.* 18. *quæstio* 14. Si verò Ordinarius, vel legatus in ipsa vnione enuntiet adhibuisse causæ cognitionem, & solemnitates requisitas; & & reperisse causas esse veras, videtur standum eius assertioni, & præsumendum esse pro vnione, donec contrarium probetur, etiamsi processerit parte non vocata; quia fortè nullus tunc aderat, qui deberet vocari, Nicol. Garc. *dict. capite* 2. *numero* 121. vbi *numero* 126. id intelligit, quando causæ & solemnitates requisitæ nominatim, & in specie exprimuntur; secus in genere. Tertius est, cum non exprimitur, valor beneficij vniendi, vt expresse habetur *reg.* 22. *Cancel. de Vnionibus*, vbi Alphons. *n.* 1. Ioan. à Cochier *lit. B.*

52 Vtrùm autem, si in cæteris seruetur debita forma, sit Vnio irrita, eò quòd ex falsa causa sit impetrata? Est distinguendum inter Vnionem factam à Pontifice, & inter illam, quæ facta fuit per inferiores ab eo: nam, si fiat à Pontifice ex falsa causa allegata, erit ipso iure irrita; quia in rescriptis Pontificis intelligitur semper clausula, *si preces veritate nitantur, capitulo* 2. *de rescriptis.* Ita docent. Mil. *in repert. verb. vnio, numero* 6. *statim in princ.* Rebuff. *d. reg.* 21. *de vnionib. glos.* 5. *in fine.* Bellam. *decis.* 617. Cassad. *decis.* 1. *in fine, de vnionib.* Nicol. Garc. *dict. capite* 1. *numero* 115. vbi *numero* 116. id intelligit, quamuis vnio facta sit motu proprio, Sanch. *d. capite* 29. *numero* 176. Si verò fiat per Ordinarium, seu alium inferiorem Pontifice, non est ipso iure irrita, sed irritanda venit ope exceptionis; quia, cùm vnio concedatur ex causa necessaria, magis concernit iustitiam: quàm gratiam id autem distat inter rescripta gratiæ, & iustitiæ, quòd illa per subreptionem obtenta sint ipso iure irrita: quare quicquid virtute eorum factum fuerit, est nullius prorsus momenti: hæc autem valida sint, donec ope exceptionis elidantur, id est, donec aduersarius, contra quem impetrata sunt, excipiat; allegans ea esse subreptitia. quare processus virtute illorum factus valebit, si de subreptione non excipiatur: & ideò sic docent Mar. Socin. sen. *in d. cap. sicut vnire, art. vlt. quæst.* 2. *num.* 144. Rebuff. *d. reg.* 21. *de vnionibus, glos.* 5. *in fine, & glos.* 6. *casu* 2. vbi subdit propterea non posse in beneficium impetrari tanquam vacans, donec vnio illa irritetur, Azor. *d. lib.* 6. *cap.* 18. *q.* 14. Quamuis vnionem factam per Ordinarium ex falsa causa etiam seruata iuris forma, esse ipso iure nullam existimauerint, Abb. *in d. capite sicut vnire n.* 6. *& cons.* 107. *num.* 7. *vol.* 1. Boër. *decis.* 345. *in fine*, Hoied. *d. c.* 3. *à n.* 16. Mãdos. *d. reg.* 13. *q.* 6. *n.* 3. Nicol. Garc. *d. c.* 2. *n.* 113.

§. III.

Quis Vniones facere valeat, & quomodo factæ probentur, ac quando dicuntur sortitæ effectum.

PApa solus potest vnire Episcopatus, *cap. sicut* 53
vnire, de excessib. Prelat. & plures Doctores citauimus *lib.* 1. *cap.* 2. *vers. nono*, qui etiam potest vnire omnia alia beneficia, Petrus de Perus. *de vnionibus, capite* 4. *num.* 2. Rebuff. *in praxi benefic. tit. de vnionib. benef. num.* 23. Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 6. *c.* 28. *q.* 6. Nicol. Garc. *de benefic. part.* 12. *cap.* 2. *n.* 60. *&* 61.

Episcopus potest vnire beneficia, & Ecclesias 54
suæ diœcesis, *d cap. sicut vnire*, Nicol. Garc. *d. cap.* 2. *ex n.* 62. Sanch *in præcepta Decalogi tom.* 2. *lib.* 7 *c.* 29. *ex num.* 147. & *supra* §. 1. ostendimus qualiter potestas hæc vniendi concessa Episcopis sit immutatata, ampliata, innouata per decreta Concilij Trident. Quæ quidem potestas dupliciter restringenda est. Primò nisi beneficia illa essent exempta à iurisdictione Episcopi; quia tunc nequiret Episcopus ea vnire; vt pote, quæ suæ dipositioni subiecta non sunt; & ideò tunc vnio pertinebit ad Pontificem, ita Rebuff *dict. tit.* 9. *de vnionib. benef. numero* 22 Hoied. *de incompatib. benef part.* 2. *capit.* 3 *numer* 7. Ioan. à Cochier. *in d reg.* 22. *de vnionibus, n.* 33. *in princip.* Erasm. à Cochier. *de iurisdict. ordin. in exemptos, p.* 4 *qu.* 131. Secundò, dummodo vnio sit perpetua: si enim sit temporalis, est interdicta Episcopo, quia vniones ad vitam beneficiarij sunt odiosæ, tanquam introductæ contra formam

Iuris

eadem causa, 10. *Martij*, 1623. *coram R.P.D. meo Pirouano*, D.Ferentil. *vbi supra*, *n*.7.

64 Denique probatur vnio ex dismembratione, quæ per necesse præsupponis vnionem, Oldrad.*conf*.196. *n*.4.Caputaq. *d. decis*.344. *num.p*.3.Gózal.*ad reg*.8. *Cancel.glos*.53. Rot.*n*.34. *decis*.371.*n*.1.*p*.1.*recent*. Buratt..*d.decis*.660. *n*.4.

65 Per *reg*.12.*Cancellarie* ab omnibus Summis Pontificibus fieri solitam, reuocantur omnes vniones, annexiones, incorporationes, &c. factæ quibuscumque Ecclesiis, Monasteriis, Dignitatibus, Vniuersitatibus, & aliis piis locis, quæ suum non sunt sortitæ effectum. Dicitur autem vnio sortita effectum quoad reg. & decretum Concilij Trid. *sess*.7. *de reformat.cap*.6.*&* *sess*.25. *de reform. c*.9. *vers Insuper accessiones*,quando ipsius vigore fuit capta possessio, aliàs non, & sic non sequuta possessione ante illam reg. quæ per omnes Pontifices postridie assumptionis ad Pontificatum cum aliis publicatur, & succedente vacatione potest de beneficio, tanquam verè vacante, legitimè prouideri. Ita Ioan. à Cochir *in dict. reg*.12. *num*.21. Mandof.*quæst*.3. *&* 5. Hoied. *de incompatib.benefic part*.3. *num*.21. Nicol. Garc. *dict. part*.12. *cap*.281. *cum seq*. Massobr. *in praxi habendi concursum prel*.3.*dub*.4.n.5.*secundum Rom. impress*. Aloys.Ricc. *in praxi rerum fori eccles. resol*.376.*n*.2.vbi *n*.6 tenet,vt vnio dicatur sortiri effectum, non requiri fructuum perceptionem ex ipsa possessione capta: quod etiam contra Mandof. tenet N.col Garc.*d.ct.cap*.2.*num*.29.vbi *num*. 293.ait nec

66 pariter requiri, quòd possessio sit pacifica. Quæ tamen regula Cancellariæ non se extendit ad vniones factas ex causa necessaria,puta ex causa dotis pro beneficij erectione, Pute. *dec*.319. *lib*.1. Garc. *de benefic. part*.12.*cap*.2.*num*.283.*cum seqq*. Valenzuel. *conf*.22.*num*.55.*cum seqq*.Rot.*dec*.109. *ex num*.14. apud Paul. de Rubeis *tom*.2. *diuers*. Seraphin. *decis*.982.*sub num*.1. Caualer. *decis*.453. *num*. 3. *&* *decis*. 449. *num*.6. & fuit dictum *in Trassonen. vnionis*, 12. *Nouemb*.1593. *coram Gyptio*, *& in Perusina vnionis*, 1.*Aprilis*.1596.*coram Card.Blanchetto*, Buratt *dec*.154.*n*.9. vel pro augmento dotis necessario pro sustentatione cultus diuini, vt per Mohed. *decis*.7. *num*.1. *de praeuil*. Crescent.*decis*.1.*num*.1. *in fine*, *de Paroch*.Rot. *decis*.1143.*lib*.3.*part*.2 *diuers*. Marc.Ant.Genuens.*in pract. Eccles.q*.440.Massobr. *de prelud*. 13.*dub*.4.*n*.3.6.*&* 14. Monet *de commut. vltimi vol.c*.11.*n*.389.*&* 470.Gonzal.*ad reg*.8.*Cancel.glos*.5.§.7.*n*.4. Garc. *d.c*.2. *n* 283.*vers*.*& licet*, Seraphin.*d.decis*.982 *in princ*. Beltramin. *ad decis*. 419.Gregorij X V. *lit. A*. Caualer.*d.decis*.449.*n*.4. Lotter. *de re benefic.lib*. 1.*q*.29.*n*.15. Nec se extendit ad vniones factas seminariis, nec ad alias factas auctoritate Concilij Trid. Flamin. *de resign. lib* 2. *q*.9.*n*.18. *cum sequent*. Gonzal *d.glos*.5.§.7 *n*.46. *& seq*.Valenz.*conf*.22.*num*.54. nec ad illam,quæ fit ex causa onerosa, in recompensam, Gonzal. *ad reg*.8. *Cancel glos*.5.§ 7.*num*. 10. Nicol.Garc. *d.c*.2.*n*.297. vbi *n*.289. *in fine*, cum eodem Gonzal. tradit, quòd non habet locum *dict. reg*. quando vnus Ordo supprimeretur in totum, & eius beneficia applicarentur alteri.

67 Vniones perpetuæ à quadraginta annis citrà factæ examinari ab Ordinariis,tanquam à Sede Apostol. delegatis possunt, & quæ per subreptionem, vel obreptionem obtentæ fuerint, irritæ declarari debent: illæ verò, quæ à dicto tempore citra concessæ, nondum in toto, vel in parte sortitæ sunt effectum, & quæ deinceps ad cuiusuis instantiam fiunt, nisi eas ex legitimis, aut aliàs rationabilibus causis coram loci Ordinario vocatis quorum interest verificandis, factas fuisse constiterit, per subreptionem obtentæ præsumuntur, ac propterea nisi aliter à Sede Apost. declaratum fuerit, viribus omninò carent, vt expressè statuit Concil.Trid. *sess*.7. *de reformat. cap*.6.& referunt Zerol. *in praxi Episc. part*. 1.*verb. vnio*.§.6. *& verb. Visitatio*, *vers. decimum dub*. Paul. Fusc. *de Visitat.lib*.2.*cap*.26.*num* 1.*&* 23. Flores de Mena *var. lib*. 3. *quæst*.23. *numero* 50. Hi autem quadraginta anni computandi sunt à die, qua Tridentinum auctoritate Apostol. est promulgatum, Azor. *dict.part.cap*.28. *vltim*.Sanch. *d.lib*.7.*cap*.29. *num*. 178.

Vnionem ille potest dissoluere, & reuocare, qui potuit illam facere; & Episcopus non solùm à se factam, sed etiam à Papa, vel Legato ex Ordinaria potestate potest reuocare, cessante, scilicet, causa, propter quam facta fuit: vel aliàs ex causa necessitatis, & vtilitatis Ecclesiæ: vel, quia redundat maius damnum, & ad huiusmodi vnionem reuocandam requiritur causæ cognitio, & consensus Capituli, ac vocatio defensoris, quod totum aduertunt Azor. *dict. libro* 7. *capit* 29. *quæst*.5.*&* 6.Nicol. Garc.*dict part*.12 *cap*.2. *ex num*. 301.*vsque ad numerum* 308. vbi *numero* 309. subdit, quòd reuocatio vnionis operatur, quòd Ecclesia vnita remaneat in statu antiquo, & sicut erat ante vnionem.

CAPVT XVII.

De Fructibus beneficiorum in genere, & de successione in bonis Clericorum.

SVMMARIVM.

1 *Bona Clericorum in quintuplici differentia reperiuntur.*
2 *Fructus, vel redditus beneficiorum in quibus consistant, ostenditur.*
3 *Bona propria in Ecclesia primitiua primis istis temporibus, neque ipsa Ecclesia, nec Christiani possidebant.*
4 *Laici Christiani cùm summoperè in primitiua Ecclesia crescere cœpissent, bona propria ex commissione retinere cœperunt.*
5 *Clericis quando approbatiue permissum extitit bona habere, ostenditur.*
6 *Parochia diuisa fuerunt, singulaque singulis Presbyteris Ecclesia assignata.*
7 *Episcopi in plerisque Ecclesiis habent tertiam partem fructuum, & reliquas partes habent Rectores Ecclesiarum cum onere fabrica.*
8 *Pauperibus quarta pars beneficiorum debita nulla contraria consuetudine tollitur.*
9 *Clerici an habeant dominium in redditibus, & fructibus ratione suorum beneficiorum acquisitis, ostenditur, & numeris sequentibus.*
10 *Dominium ille dicitur habere, qui habet ius disponendi nomine proprio in suam vtilitatem lege non prohibente.*
11 *Clerici secundùm aliquos quandoque vsuarij, nonnunquam, tam in vita, quam in morte vsufructuarij dicuntur.*
12 *Cap. sicut* 47. *dist. declaratur.*
13 *Bona, quæ, supersunt ex beneficiis, an sint pauperibus eroganda.*

14 *Dominium bonorum ecclesiasticorum quomedo dicatur esse penes Christum, ostenditur.*

15 *Papa an mutauerit bonorum ecclesiasticorum naturam ea dimidendo?*

16 *Auctoritas* Luc. 11. quod superest, &c. *declaratur, & n. 17. 18. & 19.*

20 *Fructus necessarij iudicantur, qui ad beneficiarij, & ipsius familia sustentationem necessarij iudicantur; & qui tales dicantur, ostenditur.*

21 *Fructus beneficiorum, qui ad congruam sustentationem necessarij non sunt, sed superflui, in pauperes, & pios vsus erogare debent beneficiarij.*

22 *Fructus beneficiorum superflui possunt à beneficiario insumi in pauperes cuiuscumque loci, vel in alios pios vsus.*

23 *Pauperes dicuntur illi, qui ostiatim eleemosynam quarunt, & qui vitam ex suo patrimonio commodè, & honestè iuxta sui status conditionem traducere non possunt.*

24 *Clerici turpiter, vel in profanos vsus expendentes fructus beneficiorum, & bona intuitu Ecclesia quasita, licèt grauiter peccent, non tamen ad restitutionem tenentur.*

25 Cap. Episcopus, 12. q. 1. cap. placuit. in princ. 12. q. 3. *declaratur.*

26 *Clerici possunt patrimonium habentes illud conseruare, & redditus ecclesiasticos in vsus proprios expendere.*

27 Cap. Clericos. cap. pastor. cap. si quis. 1. q. 2. cap. illi autem. cap. si priuatim. 12. quæst. 1. *declarantur.*

28 *Beneficiarius viuens ex redditibus patrimonij, aut insumens bona patrimonij in vtilitatem Ecclesia, vel in alia opera pia, potest tantumdem ex beneficij fructibus capere, illúdque vt voluerit insumere.*

29 *Beneficiarius debet, quod sibi de beneficij fructibus, & prouentibus superest, expendere in pios vsus.*

30 *Beneficiarius potest fructus sibi superfluos in opera hospitalitatis expendere.*

31 *Beneficiarius potest distributiones pro sua libertate, & arbitrio disponere, & iuxta sua voluntatis nutum impendere.*

32 *Beneficiarius potest pro suo arbitrio disponere, expendere, & testari de his, qua sibi obueniunt ratione stipendij personalis.*

33 *Pensionem ecclesiasticam percipiens ex aliquo beneficio, non potest, vt voluerit, eam dispensare, & proprio testamento de redditibus ex ea perceptis testari.*

34 *Commendatarij Equites S. Iacobi, & similes de fructibus, & redditibus Commendarum ita liberè disponere, & expendere possunt, ac cateri saculares.*

35 *Beneficiarius potest ex beneficij fructibus alere filios non solum legitimos, verùm etiam spurios, dum aliunde non habet, quo ipsos alat.*

36 *Filius illegitimus potest tuta conscientia accipere sibi necessaria ad alimenta ex bonis ecclesiasticis patris, & Camera Apost. tenetur ei consulere ex bonis patris, qua spolio subiecit.*

37 *Beneficiarius sororem inopem, ac fratres egentes alere potest, & alios quoque pauperes consanguineos.*

38 *Empta ex fructibus, & redditibus Ecclesia, fiunt ipsius Ecclesia.*

39 *Beneficiarius ex fructibus beneficij moderatam, & rationabilem dotem filia spuria, vel sorori tradere potest, dum aliude non habet, quo illis consulat.*

40 Cap. 3. de arbitr. *declaratur.*

41 Cap. de cætero. cap. veniens de transact. *declaratur.*

42 *Beneficij redditus capi possunt ad tempus in causam iudicati pro debito patrimoniali, vel alterius speciei.*

43 *Beneficiarij de suis redditibus, vel portionibus ac similibus bonis ratione Ecclesia quasitis in alias personas prater Ecclesias, testari non possunt, ex legis humana prohibitione.*

44 *Ecclesiarum bona, fructus, & redditus non debent malè à beneficiariis, & earum Pralatis impendi,*

45 *Bona Ecclesiarum Beneficiariis data non sunt, vt eorum ditescant nepotes, nec vt alta erigant palatia.*

46 *Benedictus XI. dicere solebat Pontifices non habere nepotes.*

47 *Nicolaus IV. cognatis, & affinibus nihilo plus debere dicebat, quàm cuiuis bono.*

48 *Clemens IV. solebat dicere, Pontificibus Romanis filios non esse, nec eis licere, quod suum non esset, propinquis dare.*

49 *Pius V. dicere solebat, se ad Summum Pontificatum à Deo vocatum fuisse, vt Ecclesia sua, non vt consanguineorum, aut commodis inseruiret, aut cupidiati.*

50 *Clerici de suis propriis, & patrimonialibus bonis, aut aliunde quam per Ecclesiam licitè acquisitis possunt pro libito liberè disponere, & ad haredes transmittere.*

51 *Clericus, si tempore, quo adeptus est beneficium, nihil proprij habuisse probetur, quicquid moriens reperitur habere, prasumitur de Ecclesia redditibus comparasse, secus si constiterit, ante adeptum beneficium bona habuisse, ipsiúsque beneficij redditus tenues esse.*

52 *Peculium relictum a Clerico, an sit de bonis Ecclesia profectitium, an vero potius aliunde quasitum, si dubitetur, erit pro Ecclesia prasumendum.*

53 *Bona vt manifestè appareant, qua sint Ecclesia, & qua beneficiarij, debet eius rei scriptum Ecclesia nomine ab eodem bebeficiaio confici.*

54 *Oblationes, & relicta fidelium, vt Ecclesia donata inter Ecclesia bona deputantur.*

55 *Clericus, vel Pralatus damnum aliquod Ecclesia bonis inferens, resarcire de propriis bonis tenetur.*

56 *Successorum tria genera possunt in bonis ecclesiasticis ius habere.*

57 *Clericorum in bonis patrimonialibus, vel quasi, succedunt cognati eorum, aut consanguinei, vel alij, qui de iure ciuili ab intestato essent legitimè successuri, quibus deficientibus, succedunt Ecclesia, quibus seruierunt.*

58 *Ecclesia immediatè succedit in bonis eius intuitu acquisitis, & in aliis, de quibus testari libere poterat, in eo casu, quo legitimos successores non habeat.*

59 *Fiscus in bonis laicorum deficientibus haredibus in subsidium succedit.*

60 *Ecclesia in bonis Clericorum duobus modis succedere potest.*

61 *Papa bonorum ecclesiasticorum administrationē quatenus habeat, & quomodo ex publica causa,*

&

& pro vniuersalis Ecclesiæ statu illa reseruare valeat ? ostenditur.
62 *Spoliorum nomine qua veniant ? ostenditur.*
63 *Spolia in quibus partibus Sedes Apost. sibi vendicet ? ostenditur.*
64 *Bona decedentium Clericorum sibi non competentia occupās, quas pœnas incurrat? ostēditur.*
65 *Papa, seu Ordinarius potest concedere Clerico egeni prædium, quod in loco Ecclesiæ à se dimissa construxit, quoad vixerit, modò eo moriente ad Ecclesiam reuertatur.*
66 *Expensas, quas Clericus in meliorandis rebus Ecclesiæ de suo patrimonio fecit, tam ipse, quam eius hæres repetere potest.*
67 *Clericus vt de fructibus beneficiorum suorum testari possit, an consuetudine introduci possit? ostenditur.*
68 *Molina* de Iustitia, tract. 2. disp. 147. concl. 7. *reprobatur.*
69 *Consuetudine introduci potest, vt Clerici testentur ad pia de immobilibus, quæ aliàs intuitu Ecclesiæ compararunt.*
70 *Consuetudo valet, secundùm quam in aliquibus Hispaniæ locis mortuo beneficiario Episcopus de mobilibus, aut se mouentibus bonis ipsius beneficiarij elegit vnum.*
71 *Clericus non potest beneficij sui redditus alteri vltra triennium locare, nec ad duo triennia, eo adiecto pacto, vt post primū incipiat secundū.*
72 *Beneficiarius potest obligare se obligatione personali ad dandam commoditatem, & ius percipiendi fructus ad multos annos, vel durante eius vita.*
73 *Triennium, vltra quod Clericus non potest locare beneficij sui redditus, computandum est ex tribus fructuum collectionibus.*
74 *Locatio facta vltra triennium, an in totum vitietur; an verò quoad triennium sustineatur, ostenditur.*
75 *Fructus beneficij ecclesiastici qualiter inter hæredē beneficiati defuncti, & successorem in beneficio sint diuidēdi, ostenditur, & numeris seqq.*
78 *Bulla Iulij III. quid disponat quoad hanc materiam, refertur.*
79 *Bulla Iulij III. de fructibus beneficiorum post mortem beneficiatorum, non est vsu recepta in Hispania, nec in Lusitania.*
80 *Bulla Iulij III. est vsu recepta in statu Mediolanen. non tamen in prouincia, vt n. 81.*

1 QVINQVE potissimùm bonorum genera apud Clericos reperiri possunt secundùm Nauar. *de redditibus eccles. quæst.* 1. *monitu* 19. & Mol. *de iust. tract.* 2. *disp.* 142. Quædam sunt patrimonialia, quæ, scilicet, nullo habito respectu ad beneficium, ad eos spectant iure hæreditario, successione, donatione, contractu, aut alia simili ratione, quæ sibi cum laicis communis est, & hæc à Doctoribus nuncupantur patrimonialia Clericorum bona. Alia sunt, quæ ratione ministerij ecclesiastici acquiruntur, non tamen ad titulum alicuius beneficij ecclesiastici, cuiusmodi sunt illa omnia, quæ Clerici simplices acquirunt concionando, Confessiones audiendo, Missas celebrando, exercendo funeralia Officia tanquam Cappellani, œconomi, aut Vicarij temporales. Alia verò sunt directè spectantia ad Ecclesias, Hospitalia, aliave ecclesiastica loca, siue mobilia, siue immobilia sint, siue ad fabricam, siue ad infirmos curandos, aut aliud Monasterium simile deputentur. Quartum bonorum genus est redditiuum ecclesiasticorum, qui directè deputantur ad ministri sustentationem ratione tituli, beneficij, & residentiæ. Patet in redditibus, qui ratione Officij ecclesiastici perpetuò percipiuntur. Tandem alia sunt, quæ actuali interessentiæ deputantur, & hæc distributiones quotidianæ dicuntur. Nunc de duobus posterioribus bonorum generibus est pertractandum: videbimus namque, in quibus rebus fructus beneficiorum consistere soleant; & quomodo debeant dispensari? Fructus igitur, vel redditus beneficiorum consistunt, aut in possessionibus bonorum immobilium, veluti agrorum, domorum, & similium immobilium bonorum, aut in decimis, vel primitiis, & oblationibus, aut in canonica portione, & distributionibus quotidianis, de quibus singulis in specie pertractabimus. Nunc verò solùm de fructibus in genere differemus, videlicet, an Clerici in eis dominium habeant? & quomodo eos dispensare debeant, ac in alium transferre? 2

Pro quorum omnium faciliori cognitione quinque potissimùm tempora consideranda sunt. Primum igitur tempus fuit, in quo neque Ecclesia, neque Christiani, tam Clerici, quàm laici, nec in communi, neque in particulari bona propria possidebant; sed Euangelicam perfectionem imitantes omnia sibi oblata vendebant, pretiùmque ad Apostolorum pedes ponebant, vt suis, & cæterorum indigentium necessitatibus subuenirent, diuidebatur singulis, prout cuique opus erat, patet *Actor. cap.* 4. *prope fin.* ibi, *Nec quisquam eorum, quæ possidebat, aliquid suum esse dicebat; sed erant illis omnia communia.* & ibi, *Diuidebatur autem singulis, prout cuique opus erat, & Ioan.* 12. *post princ.* ibi, *Loculos habens, ea, quæ mittebantur, portabat, c. fin. cap. habebat,* cum multis *ibidem,* 12. *quæst.* 1. eleganter Boët. Epo *in comment. ad cap.* 1. *de testam. num.* 8. ibi, *Hierosolymis initio post Christum redinitum, & in Cœles reuersum, fideles (qui postea dici cœperunt Antiochiæ Christiani) bona sua diuidebant, pretiumque in commune conferebant, potissimum propterea quod Hierosolymis imminere excidium, sibique prospicerent esse migrandum. Quod idem durantibus postea diutissime persequutionibus factitarunt sub Imperatoribus passim Christiani cuncti, non aliis penes Ecclesiam constitutis tunc bonis, quam pecuniis monetalibus, quæ toti communitati, prout quilibet habebat opus, distribuebantur, & in pauperes erogabantur. Qualis Ecclesiæ facies ad Imperatoris Constantini Magni tempora perdurauit, vt ex Ecclesiasticis passim liquet historiis,* &c. 3

Secundum tempus fuit, quòd cùm numerus fidelium summoperè excresceret, & ideò commodè, nec in communi vitam agere, nec ad victum, aut vestitum necessaria eisdem suppeditari possent, laici Christiani cœperunt bona propria ex commissione retinere: Clerici verò, & Ecclesiæ adhuc communem vitam agebant, nihil proprium habentes in particulari; prædia tamen illo tempore à fidelibus donata, vel aliàs quæsita materialibus Ecclesiis tradebantur, quibus Episcopi præsidebant: vt ex illorum redditibus, decimis, & oblationibus, aliisque eleemosinis Clerici communem vitam ducentes sustentarentur, *capit. videntes, capit. expedit, cap. duo sunt,* cum aliis 12. *quæstione* 1. *cap. vltim. cap. decima,* 16. *quæst.* 1. & eruditè notauit Cardin. Baron. ex verbis Constantini Imp. *tom.* 1. *annal. anno Christi* 57. *Apud Eusebium lib.* 10. *histor. cap.* 5. colligitur, *quoniam ipsi* 4

 Christi

Christiani (dicitur ibi) *non solùm ea loca, in quæ conuenire solent, sed alia etiam habuisse cognoscuntur, quæ nõ priuatim ad singulos, sed ad eius totius ipsorum Cõmunitatis, id est Christianorum spectabant, singulis, qui ea possident, mandes vellem, vt omnia per legem quam supra posuimus absque vlla controuersia Christianis, id est societati ipsorum, & Conuentui reddant*, &c. Et infra in rescripto ad Annelium has vocat possessiones ad Catholicam Christianorum Ecclesiam pertinentes, quibus priuatæ fuerant Superiores Gentiles Imperatores, præsertim per Diocletianum, & ideo eas mandat Ecclesiæ restitui. Et Pius Papa primus *in Epist. 2. decretali*, conqueritur quòd prædia diuinis vsibus tradita, quidam humanis vsibus applicarent; fuit autem Pontifex vndecimus à Petro prope annum domini 140. & indicat consuetudinem illam fuisse adeo antiquorum, vt refrigescente charitate iam cœpisset introduci abusus aliquis intra talia bona. Eiusdem meminit Vrbanus I. *epist.* 1. vbi originem illius consuetudinis declarat, dicens. *Videntes, Sacerdotes summi, & alij, atque Leuitæ, & reliqui fideles plus vtilitatis posse afferre, si hereditates & agros, quos vendere solebant, Matricibus Ecclesiis & ex sumptibus eorum viuere*, &c. Et infra. *E quibus Episcopi & fideles dispensatores eorum omnibus communem vitam degere volentibus ministrare cuncta necessaria debent*, &c. Optimè Boët. Epo *in comment. ad d. cap. 1. de testam. num. 8. & 9.* ibi. *Cæterùm liberè tandem Christianis vbique viuentibus, atque Sedem fixam tuentibus, postquam templa passim sunt erecta, diœceses Episcopatuum Christianorum distincta, Respublica quædam ecclesiastica seu hierarchia palam agnita; tum demùm cœperunt Ecclesiis matribus per homines pios ipsa prædia dari, vel emi, quorum prouentus non præsenti tum duntaxat ætati, sed vniuersæ posteritati posset abunde sufficere, siue Cleri spectaretur victus, siue Ecclesiarum tum ornamenta tum sarta tecta, siue pauperum cura, &c. & infra. Diu quidem post Constantini tempora permansisse videtur bonorum illorum omnium ecclesiasticorum communio, vix aliis repertis clericis, quam qui communionem bonorum sequeretur, aut certè perpaucis*, &c. Et de hoc tempore in illis terminis intelligendus est S. Thom. 2. 2. *quæstio. 43. art. 8. in corpore*, dum inquit bona ecclesiastica committi Prælatis ad erogandum aliis, sicut bona Reipub. communia Rectoribus: loquitur enim attento hoc tempore ante bonorum diuisionem, de quo statim; vel quod magis placet, loquitur de proprietate bonorum ecclesiasticorum, quorum consecuatio Prælatis incumbit, vt satis deprehenditur ex facto S. Thomæ Archiepiscopi Cantuariensis, de quo disputat in eodem articulo, & ideò nec secum pugnat in opinione.

5 Tertium tempus fuit, in quo Clerici ægrè ferebant carere rebus propriis: & ideò fuit eisdem approbatiuè permissum, vt parentum patrimonia, vel bona aliunde quæsita habere possent; ita tamen vt proprium habentes nihil caperent de bonis deputatis ad pauperum, & laicorum sustentationem. Meminerunt huius temporis. *cap. clericos, cap. Pastor Ecclesiæ, cap. si quis propter.* cum multis ibidem 11. *quæst. 2. cap. certè ego, cap. Episcopi, cap. Episcopus* 12. *quæst.* 1.

6 Quartum tempus fuit, in quo Parochiæ sunt diuisæ, singulæque singulis Presbyteris Ecclesiæ assignatæ, bonaque Ecclesiarum quoad redditus in quatuor partes distributa; vna Episcopo, seu Diœcesano; altera Parocho; tertia fabricæ; quarta hospitibus, peregrinis, & pauperibus, *cap. vobis, cap Vulterana, cum seq. cap. quatuor, cap. de redditibus, cap. cognouimus, c. mos est, cap. sancimus* 12. *q.* 2. *cap.* 1. *de Eccles. ædific.* Executio autem, seu applicatio huius diuisionis per Episcopum fieri solebat, *d. cap. concesso.* De quo tempore Boët. Epo *in comment. ad dict. cap. 1. n. 11. de testam.* ibi *Sed cum paulatim communio in viuendo, sicut solet, discordias pareret, Episcopis præsertim plus æquo sibi sumentibus, eoque cæteris Clericis frequentius conquerentibus, facta tandem fuit eorumdem bonorum partitio talis, vt Episcopus tum pro se solo, tum pro hospitalitatis exercendæ necessitate, quartam omnium obuentionum partem retineret, & reliquus Clerus aliam quartam acciperet, & fabricæ cederet pars item quarta; pauperibus denique pars reliqua quarta; sic tamen vt omnes Ecclesiarum prouentus coniunctim redigerentur in massam communem, seu commune corpus, ex quo deinceps quicquid ad singulos redibat iure partitionis huius, id communi massæ decederet, & quicquid singulis de sua portione fortassis ad vitæ necessitatem, decentemque sui tuitionem superfuisset, id rursus in commune rediret, non enim cessauit bonorum in vniuersum communio, sed cum Episcopo conuiuendi consuetudo*, &c, & latiùs *num. 45. cum seqq.*

Quintum, & vltimum tempus est hodiernum 7
quod Episcopi exceptis bonis, quæ suæ mensæ in solidum sunt applicata, & insuper Capitulis Sedium Cathedralium, in plerisque Ecclesiis habent tertiam partem fructuum, reliquas partes habent Rectores Ecclesiarum cum onere fabricæ circa ornamenta necessaria, vestes sacras, vasa, & alia id genus; & denique circa eam partem Ecclesiæ, quæ dicitur Sancta Sanctorum, vulgò, *Capilla maior*, nam cum fieri potuerit vt vnica quarta bonorum ecclesiasticorum pars, quæ ex illa quadripartita eorumdem diuisione cessit reliquis Clericis, omnino sufficeret ad eos extra communionem præsertim alendos, eo quod sumptuosum sit alere familiam singulos, necessario videtur in consequentiam venisse, vt illa partitio quadrimembris non amplius obseruaretur, sed omnes communi bonorum Ecclesiæ communium prouentus inter solos Episcopum & Ecclesiam reliquam diuiderentur, vt animaduertit Boët. Epo *in comment. ad dict. capitulo 1. numero 55.* Quod enim ad illam partem attinet, quæ Episcopo, aut Clericis, vel fabricæ dicitur diuidenda, hodie in his tantùm locis obtinet, vbi talis est consuetudo, text cum glos. notabili *in cap. de his, in fine, 11. quæst. 1.* Doctores *in dict. cap 1. de Eccles. ædificandis*; quia iam omnes Episcopi, aut Clerici, nec omnes Ecclesiæ indigent, vt Ecclesiarum Rectores eis subuenire teneantur, cùm proprios redditus separatos plerique Episcopi, & Capitula Clericorum, necnon fabricæ Ecclesiæ obtineant, ita vt rigor ille de quarta parte fructuum eroganda remittatur; quadrimembris enim illa bonorum partitio iuris fuit humani, seu positiui, quod vel alio iure vel consuetudine mutari potuit, vt resoluit Boët. Epo *in comment. ad dict. capit. 1. numero 56.* non tamen Clericus absoluitur, quin teneatur Ecclesiæ suæ; vel etiam Episcopo indigenti iuxta consuetudines, vel statuta locorum subuenire, & de portione quidem
debita Episcopo *infra suo loco* dicemus. Quarta ve- 8
rò pauperibus debita nulla contraria consuetudine tollitur, quin saltem in foro conscientiæ debeatur; quia inopia pauperum semper est præsens; sed hoc quoque ita exponitur, vt detractis sibi ad victum necessariis, quod superest, pauperibus eroget, vel in vtilitates Ecclesiæ expendat: ita tamen, vt pauperum necessitates Ecclesiæ ornamentis

præpo

præponantur, vt eleganter probant Sancti Ecclesiæ Doctores Hieronymus, & Ambrosius *in cap. aurum & in cap. gloria Episcopi* 12. *q.* 2.

9 Quibus sic præmissis maxima est inter Doctores controuersia, vtrum Clerici dominium habeant in redditibus, & fructibus ratione suorum beneficiorum acquisitis, in qua tres reperiuntur contrariæ sententiæ. Prima tenet, Clericos dominos non esse, sed solummodo dispensatores, vt sibi assumere valeant, & illis, qui sibi inseruiunt, necessaria ad sustentationem, ita vt redditus illi non proprij, sed communes, hoc est, sibi & pauperibus erogandi, vel si supersint, in vtilitatem Ecclesiæ conuertandi sint: quòd si aliter fecerint, furtum committunt; & sacrilegium, & ad restitutionem tenentur. Huius sententiæ auctor fuit Archid. *in princip. 45. dist. & in cap. si Episcopus* 12. *q.* 1. *& in cap. statum.* §. *accessorem, num.* 13. *de rescript. lib* 6. Innoc. *in cap. indecorum de ætate & qualit.* acriter nimis Nauar. *de reditib. eccl. q.* 1. *n.* 17. *& in apolog, q.* 1. *num.* 24. 27. & 38. Læl. Zanchin. *de priuil. Eccl. priuil.* 116. *num.* 13. Barbat. *cons.* 33. *n.* 1. *vol.* 1. vbi exclamat ita tenendum esse. plures ex Theologis, qui hanc partem sequuntur, refert Azor. *inst. moral. p.* 2. *lib.* 8. *cap.* 7. *vers. prima igitur sententia, & vers. quod attinet*, subdit hanc opinionem cum Iure Canonico, & Sanctorum Patrum testimoniis plurimùm conuenire, Paul. Comitol. *respons. moral. lib.* 1. *q.* 70. & 71. pro quibus expenditur primò *cap.* 1. §. *ordinandus, vers. quomodo etiam* 24. *dist.* ibi, *aliena rapere conuincitur, qui vltra necessaria sibi retinere probatur, cap.* 1. 12. *q.* 3. *cap. vlt. in princ.* ibi, *quicquid habent Clerici, est pauperum* 16. *q.* 1. bonus tex. *in c. sicut hi*, ibi, *esurientium panis est*, 47. *dist.* ergo exceptis necessariis ad suam sustentationem, cæterorum, quæ supersunt, dominium non habent: quinimmò, si retineant, furtum, vel sacrilegium committere dicentur, *cap. quod autem* 23. *q.* 7. ibi *non sunt illa nostra, sed pauperum*, ibi, *quorum procurationem quodammodo gerimus*, iuncta reg. *cap.* 2. *de donat.* Secundò à priuti facit, quòd bona ecclesiastica fuerunt Ecclesiis donata pia fidelium deuotione, ad ministrorum, & pauperum congruam sustentationem: debebatur enim omni Iure inspecto ministro laboranti iusta merces, & præmium laboris. Vnde Iura passim vocant bona ecclesiastica, stipendia sanctis laboribus debita, *c. vlt.* 1. *qu.* 2. constant hæc ex pleris que sacræ Scripturæ locis *Math. & Luca* 10. D. Paul. 1. ad Timoth. 5. *c. p. charitatem c. quicunque* 12. *q.* 2. *cap. cùm secundum* 16. *de præbend.* ergo saltem eorum, quæ superant congruam sustentationem, dominium habere non possunt. Confirmatur hæc ratio ex eo, quia alienatio nullius est momenti, quæ fit sine causa contra voluntatem domini prohibentis, vel destinantis rem ad alios vsus: ita Doctores communiter *in l. filius familias*, §. *Diui. ff. de legat.* 1. *& in l.* 2. *C. de vsucap. pro empt. & in Clem. quia contigit, de relig. domib.* Igitur cùm fideles à principio bona sua Ecclesijs donauerint ad ministrorum & pauperum sustentationem, atque ita saltem tacitè prohibuerint in alios vsus transferri, fit consequens extra hos terminos dominium non posse penes Clericos remanere. Vltimò, in idem expenduntur innumeræ propemodum Sanctorum Patrum auctoritates congestæ à S. Th. 2. 2. *quæst.* 185. *artic.* 7. *princip.* à Nau. Soto, Sarmien. & aliis citatis à Cenedo *ad Decretales collect.* 12. *num.* 5. *& ad Sextum collect.* 15. *in fine.* Igitur contra tot Sanctorum Patrum auctoritates oppositum affirmari non potest; eo maximè, quia dominium vnius rei non potest penes duos esse in solidum, *l. si vt certo*, §. *si duobus, ff. commodati* iunctis his, quę tradunt Pinel *in l.* 1. *p.* 3. *ex n.* 10. *C. de bonis mater.* Gam. *Lusitan. dec.* 244. dominium autem horum bonorum est penes Christum, *d. cap. cùm secundum, cap. tua nobis*, 26. *vers. cùm enim, de decim. cap. cum ex eo* 34. *de elect. libro* 6. licet enim omnia bona, tam profana, quam ecclesiastica sint Dei, & ipsius Christi, iuxta illud Psalmi 23. *Domini est terra, & plenitudo eius, orbis terrarum, & vniuersi, qui habitant in eo*, ista tamen specialiùs sunt eius, *cap. saluator* 1. *q.* 3. *cap. conuenior* 23. *q.* 8. Abb. *in. c. cum esses, n.* 29. *de testam.* Nau. *d. lib.* 2. *de redditib q.* 1. *n.* 19. *& in apologia, q.* 1. *monitu* 24. *n.* 8. Ioan. Valer. *de different. inter vtrumque forum, verb. munera different.* 1. *num.* 5. Ergo simul penes Clericos esse non potest.

Secunda sententia primæ directè contraria est S. 10
Thom. *d. q.* 185. *art.* 7. *in corpore, vers. de his autem.* qui licet ex instituto principaliter articulum de Episcopis examinauerit, satis id ipsum insinuat de cæteris ministris, vt quemadmodum Episcopi de portione suo vsui deputata possunt in vita, tanquam de suis patrimonialibus, disponere absque vllo peccato contra iustitiam, & ideò ad restitutionem minimè tenentur, quamuis male impendant; ita similiter Clerici disponere valent de portione suo vsui destinata; ita quòd sanctus Doctor rectè expensus manifestè agit supposita diuisione bonorum ecclesiasticorum inter ministros pauperes, Ecclesiam, fabricam, de qua suprà meminimus, quo tempore inspecto satis significat, Episcopos & Clericos redditus suorum beneficiorum ita proprios facere, vt de illis eodem modo disponere valeant, quo de patrimonialibus, quòd si eisdem redditibus abutantur, nullam iustitiæ legem offendere, nec ad restitutionem malè expensorum teneri, sed solummodo peccare contra legem charitatis, clariùs supposita eadem bonorum diuisione. Idipsum expressit idem S. Thomas *quodlibeto* sexto *questione* octaua *articulo* duodecimo *ad* tertium in hæc verba. *Aliter ergo dicendum de illis ecclesiasticis bonis, quæ principaliter sunt attribuenda necessitatibus ministrorum, sicut sunt præbendæ, & alia huiusmodi: nam in prioribus bonis peccatum committitur non solum ex abusu, sed etiam ex ipsa rerum conditione, dum aliquis in suos vsus assumit, quod est alterius, & ideò tenetur ad restitutionem, tanquam defraudator, rei alienæ in sua distributione: de alijs verò bonis, non committitur peccatum, nisi per abusum, sicut & de patrimonialibus dictum est: vnde non tenetur quis ad restitutionem, sed solùm ad pænitentiam peragendam.* Planè, qui hæc verba S. Thomæ perlegerit, quamuis maximè scrutari velit, non inficiabitur in ea fuisse opinione, vt existimaret redditus beneficiorum, & fructus bonorum patrimonialium æquiparari, eisdemque regulis consistere quoad dominium & legem iustitiæ in materia restitutionis: quãuis enim Nauar. atque alij arbitrentur S. Th. in alia fuisse opinione gratis videtur dictum contra ipsius verba & mentem: ad alia verò loca eiusdem S. Th. quæ Nau. & aduersarii expendunt, vt suadeant contrariam opinionem tenuisse, & doctè respondet Sarmien. *de redditibus p.* 2. *cap.* 2. vbi pro hac S. Thomæ opinione plures refert Doctores. Fuit hæc opinio gloss. *verb proprietatem, in cap. duo sunt* 12 *q.* 1. Caiet. 2. 2. *q.* 62. *art.* 5. Abulen. *super Math. c.* 6. *q.* 74. Adrian *in* 4. *dist.* 4. *q.* 9. *art.* 3. *concl.* 2. Mar. Ledesma 2. 4. *q.* 18. *art.* 5. *col. peu.* Sot. *lib.* 10. *de iust. q.* 4. *art.* 3. Cou. *in cap. cùm in officijs, n* 6. *de test.* Sarm.

de redditibus,p.4.cap.6.num. 2. Marsil. de Columna *in simili tract.p.2.cap.1.& cap.15. & 35.*vbi recenset quinquaginta quinque Canonistas, ac sexdecim Theologos hanc sententiam sectantes, & Archidiaconum confutantes, Cler. *in §. testamentum q. 27. vers. quartò videndum,* vbi hanc esse communem, tenendam, & à consuetudine approbatam opinionem dicit Benzonde *fuga in bello,peste, & fame lib. 2. q.2.art.* 3.Banez.*2.2.q32.art.6.dub.vlt.& ibi* Aragon.Valent. *tom.3 disp.10.q.3.punct.7.* Molin *de iustit. tract.2.disp.142.*Spin.*in speculo testam. gloss. 14.sub num.4.*D.Barbos.*in l.diuortio.p.2.n.59. ff.soluto matrim.*Gutier.*pract. lib. 2. q. 114.* Nicol. Garc.*de benefic. part. 2. cap. 1.num.5.*Cordub.*lib.1. quæst.theolog. quæst.18.*Valer. Reginald.*in praxi fori pœnit. lib.30.tract.3.num.78.*Less.*de iustit.lib.2.c.4. dub.6.num.44.*Vasq.*de reddit.cap.1.§.2 dub.1.*Molfes. *in summa Theologiæ moralis tract.6.cap.10.n.42.* Sanch *in præcepta Decalogi tom. 1. lib. 2.c.20.n.24.* Filliuc.*in quæst.moral.tom.3.tract.43.cap.4.n.7. & tract.41.cap 6.quæst.8.*Bonacin.*var. tractat. disp. 4. de obligatione benefic. punct. 2. num. 5.* Squilante *de obligat. Cleric.p. 4. num.* 28. Pro quibus primo expenditur *Auth. Presbyteros C. de Episcop.& Cleric.* ibi, *quolibet modo ad dominium eorum*, & ibi *quasi castrensium, cap. vnic. de Cleric. non resid. lib.6.*ibi, *dominium, cap. peruenit, cap. constitutus, cap.quod quibusdam, de fideiussor.* Secundò, fortius vrget, quòd diuisio bonorum, quæ à principio erant communia emptioni similis est ad effectum, vt vel dominium transferat, si fiat inter dominos, vel inter alios v'ucapiendi conditionem: ergo cum ecclesiasticorum bonorum, quæ à principio erant communia, diuisio facta fuerit postea *d. c. de redditibus d. cap. quatuor* enim multis *ibidem 12. q. 2.* fit consequens, supposita illa diuisione, per quam certa portio ministris constituta est, verum in eosdem dominium translatum esse. Antecedens constat ex *l. 1.* gloss. *l.2.* ibi, *dominium in actione*, cum multis *ibidem C.commun. vtriusque iudicij.* Vltimò facit, quia ille dicitur habere dominium, qui habet ius disponendi nomine proprio in suam vtilitatem lege non prohibente, vt ex Bart. *in l.3. §. differentia, u. ff. de acquir poss.*obseruant Bald. *in cap. 1. col. 1. de postul. Prælat.*Rebuff.*in concord. in proœm.* gloss. *verb. dominus,* Felin. *in cap. quæ in ecclesiarum num. 40.de constit.*Alciat.*lib.12 parerg.cap.13.*Conan.*lib.3.cap.3.numer. 1.*Coras.*lib 6.miscel.cap.20.* Sot. *de iustit. lib. 4. quæst.1.art.1.* Pinel. *in C.de bonis mater p. 2. num. 2.*Medin.*in C.de restit. quæst. 1.* Ant. Gom. *l. 41 Tauri num. 5* Planè hæc omnia, quoad omnes particulares conueniunt Clericis respectu suorum redditunm: habent enim ius disponendi nomine proprio ad suam vtilitatem in vsus lege non prohibitos: dantur nanque huiusmodi redditus ministris expendendi in proprios vsus, neque reperitur lex aliqua, quæ post diuisionem certum solummodo vsum concesserit, vel prohibuerit eisdem vti nomine proprio vt patet: igitur nihil est, quod impediat verum dominium respectu suarum portionum, vt sanctus Thom. & citati docent.

11 Tertia sententia est illorum, qui mediam ferè inter vtranque partem sequuntur viam, vt scilicet beneficiarius in vita æquiparetur vsufructuario, in morte vsuario. Ita gloss. 2. *in c. quia nos 3. de testam.* gloss. *verb. obitus,in cap. vlt.de pecul. Cleric.& verb. reseruari ,in cap. præsenti,de offic.*Ordin. *lib.6.* Molin. *de primogen.lib.2.cap.10.num.37.& 43.*Menoch. *cons.66.num.32.& de arbitrar.cas 433. n.35.* Fr. Emman. *quæst. regul tom. 3. quæst.74. art.4.vers. quarta ratio.* D.Barbos.*in l.diuortio.in princ. part.2. num.53.cum seqq.*Valasc.*de partit.cap.36.numero 4.* Card.Pereira *de resolut.emphyt.cap.15.num.43.& de empt.cap.16.n.1.*Cou.*in cap.cum in officiis n.6.de testam.*Mench.*de successs.creat.lib.3.§.22.num.39.*Borgnin.*decis.44.num.3. part.1.*Sud. *cons.333. num.9. & seq.lib.3.*nouissimè D Alexand. Sperell. *in decis. fori eccles. decis.82.num.9.* & à Rota recipitur, vt *in decis.41.de probat.in antiq.& decis.761.& 809.p.1. diuers.& decis.240.num.6.*apud Farin.*p.1.recent.* & coram Card. Seraph. *decis.594. numero 7.* & coram Card. Canaler. *decis.104. numero 7.* Vnde Beneficiarium posse quidem eius vita durante de fructibus beneficij ad instar vsufructuarij ad libitum disponere; at eo decedente secundas esse leges de vsuario loquentes, tenent Redoan.*de spol eccles.§.9.num.52.* Maresc. *variar.lib.2. cap.2.num.9. & 10.* Surd.*dict. cons.333.num.7.*Borgnin.*dict. decis 44. num 1. cum seqq.p.1.*Seraph.*decis.594.num.8.*Coccin.*decis.476.* Rota *apud Marchs.de commission.p.1.pag.424.*

12 Ex his tribus sententiis secunda S. Thomæ longè verior est, quàm prima: vnde ad fundamenta, quæ pro prima firmanda suprà adduximus, necesse est, vt respondeamus. Ad primum igitur ex *dict. cap. 1. §. ordinandus, vers. quomodo, & ad dict.cap. Episcopus*, cum aliis *ibi* citatis, facilè respondetur Iura illa, & similia procedere ante diuisionem in quatuor partes, cuius *suprà* mentionem fecimus, quo tempore bona omnia ecclesiastica communia erant, nec ministri poterant aliquid accipere vltra propriam sustentationem: tunc enim, si aliter prædictis bonis vtebantur, & furtum, & sacrilegium committebant: at verò tex.iura & rationes, quæ pro secunda S.Thomæ sententia adduximus, procedunt post factam diuisionem propter efficacia fundamenta inibi expressa, vel aliter intelligi possunt verba Hieronymi *in dict.cap.sicut 47.dist.*ibi, *esurientium panis*, &c. vt sint prolata lato modo, & impropriè ad maiorem exaggerationem vt per Card. *in cap. cùm in officiis, 7. numero 11. de testam.* S.Thom.*2.2. quæst 66.art.7.*Sot.*lib. 5. de iustit quæst.3.art.4* vel aliter, vt per Caiet.*2.2.quæst.118 artic.4. ad 2.*Cou. *in reg.peccatum,p.2.§.1. num.3.& lib 3.var.cap.14. num. 5.*

13 Ad secundum libenter agnoscimus bona illa pia fidelium donatione donata fuisse Ecclesiis ad congruam ministrorum, & pauperum sustentationem, vt iura ibidem citata euincunt: vnde illo tempore bona erat consequentia, eroganda fore pauperibus omnia, quæ superlunt, iuxta illud Lucæ 11. *Quod superest*, &c. Cæterum, cum post diuisionem deputata fuerit Clericis certa portio, quæ eisdem pro congrua sustentatione conceditur pauperibus quoque alia pars fuerit distributa, iam in lege iustitiæ Clerici non tenentur ad pauperum sustentationem: sicut enim fabrica, & pauperes suarum portionum dominium acquirunt: ita & Clerici, vt *suprà* pro dicta secunda sententia considerauimus: vnde alienatio, quam Clerici faciunt de suis redditibus non dicitur facta contra, sed secundum domini voluntatem, vt patet, cùm ipsimet domini sint.

14 Ad tex. verò *in d. cap.cùm secundum,& in d.cap. tua nobis*, cum similibus, in quibus probatur dominium bonorum ecclesiasticorum esse penes Christum, respondetur intelligenda esse illa Iura de dominio pleno & absolutò, quod vt clarius pateat, sciendum est dominium in hac specie tripliciter capi: aliud est supremum, quod maximum

mum, & absolutum vocatur: aliud medium, seu subalternum: aliud infimum, seu minùs proprium. Primum, vt est ius disponendi de re ad libitum, solùm competit Deo iute creationis, & Christo iure redemptionis, qui specialiùs habet hoc absolutum dominium in rebus Ecclesiæ: & in hoc casu intelligitur illud Psalmi 23. *Domini est terra, & plenitudo eius*, habetur *in d. cap. tua nobis*, docent S. Augustinus *de fide ad Petrum cap.45.* Conar. *libro 3. var. cap.6. a num.*8. Ioan. Valer. *dict. differ. 1. n.* 10. Secundum est, quod habemus in tebus propriis, & & describitur, quòd sit ius disponendi nomine proprio in suam vtilitatem, lege non prohibente, vel in quencunque vsum lege permissum: & hoc modo sumitur dominium *toto tit. ff. de acquirend. rer. domin.* quod dominium habent tam laici, quàm Clerici, non solùm in bonis suis profanis, & patrimonialibus, sed etiam in redditibus occasione beneficiorum suorum acquisitis, iuxta opinionem, quam sequimur, & sicut veri domini, possunt ea alienare, & donare, & eis vti pro libito lege permisso, *l. sed. etsi. §. consului, ff. de petit. hæred l in re mandata, ff. mandati.* Tertium & vltimum dicitur illud, quod est ius disponendi de re lege non prohibente in bonum tantùm commune, Bart. *in l. si quis vi § differentia, num.4 ff de acquiren. poss.* Bald. *in c. 1. col. 1. de postul. Pral.* Felin. *in c. quæ in Ecclesiarum, numero 40. de constit.* Rebuff *in concord. in proœm verb. dominus*, quale est illud, quod habet Summus Pont. in beneficiis, & bonis Ecclesiæ, vt ea distribuat in bonum commune, vt docent S. Thom. 2.2. *q.* 100. *artic* 1. Sot. *lib. 3. de instit q.6 art 2. col. pen* & illud, quod Princeps in suis subditis, & in bonis illorum habet, quod infimum, & impropium dicitur, quippe qui non in suam, sed communem subditorum vtilitatem exerceatur, de quo gloss. *verb. omnia*, per tex. *ibi* sic necessariò intelligendum, *in l. 3. vers. quæ enim, C. de quadrien. præscript.* iuncta reg. *l. item si verberatum* 45. § 1. *vers. item si fortè. C de rei vendic. l. 1. C quibus ex causis serui pro præmio*, iunctis iis, quæ tradunt Tiraq *de nobilit. cap 6. n.6.* Marant. *de ordine iudic p.3. num.25.* Anton. Gabr. *Commun. tit. de iure quæsito, concl. 1. n.9.* Sot. *de instit. libro 4. q. 4. art.4.* Cou. *in reg. peccatum, p.2. §.9 n.*8. Nouar. *de spol. Cleric. §. 17. n.4 ad med.* Pinel. *in rub de rescind. vendit. p.2. cap. 2 n.*29. Franc Patrit. Senens. *lib. 2. de regno, & Regis institut.* Ioan. Valer. *d differ. 1. n.*12. de quo in præsenti materia nulla nobis disputatio est, quippe cùm ad potestatem publicam spectet, non verò ad priuatam singulorum vtilitatem.

15 Non obstat aduersù, huiusmodi responsiones ad contraria adductas, si quis vlteriùs vrgeat diuisionem non mutasse, nec mutare potuisse talium bonorum naturam, argument. *Clem. quia contigit. de relig. dom.* vnde etiam hodie eandem retinere conditionem, vt quæcunque superexcreuerint, pauperibus erogentur, ne contingat absurdum, quòd bona contra dominorum voluntatem in alios vsus expendantur, quia respondetur multipliciter: & primò diuisionem illam factam fuisse à Summis Pontificibus, penes quos est potestas commutandi defunctorum voluntatem in alios vsus, *d. Clem quia contingit*, cum citatis per me *de officio & potest. Episcopi, part. 2. alleg.* 83. Vnde nullum est absurdum, data causa per illam diuisionem Pontifices mutasse talium bonorum naturam. Secundò respondetur, quòd cùm communia vtplurimùm negligi soleant, & ex communione frequenter rixæ, & contentiones insurgant, *cap. dilectissimis*, ibi, *per iniquitatem*, secundùm veriorem sensum, 12. *quæstione* 1. ideò diuisio facta fuit, vt per eam vnusquisque eorum, inter quos fieret, dicere posset, meum, tuum, &c. arg. *dict. c. dilectissimis*, vnde non inconuenit, quòd bona illa à principio communia, postea diuisa, per diuisionem mutassent naturã atque ita in potestatẽ transissent, contra primæuam bonorum naturam posset vnusquisque dicere, hoc meum, tuum, &c. Tertiò respondetur bona illa fuisse à principio Ecclesiis donata cum onere, vt in Ecclesiarum, ministrorum, & pauperum cederent alimoniam, postea verò Episcopis, ministris inferioribus, Ecclesiis, & pauperibus singulas partes assignatas; vnde cùm iuxta bonorum subsidium sit prædicto oneri satisfactum, non est cur vnus alterius portionem ambiat, sed sua contentus, tanquam verus dominus, de sua disponat in vsus proprios lege non vetitos, & ideò sicut iniustum foret, vt post assignatas singulas singulis laborantibus mercedes, teneretur alter alteri ex lege iustitiæ de suo contribuere; ita in proposito affirmandum est. Denique responderi potest diuisionem non immutasse bonorum naturam, sed qualitatem solummodo, vt ita, quod commune erat, fieret singulorum, quod ex causa factum per habentem potestatem nec diuinæ, nec humanæ legi repugnat. Si autem contra hanc responsionem, dum qualitatis mutationem admittit, replicetur de sacro Concil. Trid. *sess. 5. de reform. capitulo* 5. facilè respondetur agere de prouisione particulari beneficiorum à partibus impetrata contra qualitates eorundem impositas in erectione, vel fundatione, ibi, *in beneficiorum collatione*, & *in fine*, ibi, *aliter facta prouisio subreptitia censeatur*: non verò in mutatione qualitatum facta per legem Summi Pont. in bonum commune, de qua in antiquissima illa, & iustissima bonorum diuisione, multò ante Concil. Trid. à pluribus Conciliis approbata ab omnibus summis Pontif. totiúsque Ecclesiæ, vsu & consuetudine recepta.

Nec etiam obstat auctoritas illa Lucæ 11. *quod superest*, &c. dum probat Iure diuino primæuo, & 16
postea ex Apostolorum instituto iniunctum esse rebus, vt quod superest dent in eleemosynam: ergo stante hac lege diuina non potuit humana dominiũ transferre eorum, quæ supersunt, ac proinde non humana solùm, sed diuina quoque lex testari, & disponere prohibet, tanquam de rebus alienis. Cui difficultati respondere conatur Sarmient. *de redditibus, part. 4. cap. 1. num.6.* legem illam diuinam generalem esse, & indeterminatam; determinationem verò factam hoc, vel illo modo, tali, vel tali tempore, sub hac, vel illa quantitate, quod superest, expendatur, legem esse, non diuinam, sed humanam; & ideò supposita determinatione legis humanæ, tam in portionum diuisione, quàm in beneficiorum erectione, si quis illud, quod superfuerit, in pauperes non expendat, nulla lex diuina offenditur, nec aliquod iustitiæ præceptum violatur. Itaque idem Sarmient. ex doctrina S. Thom. 2.2. *quæst* 85. *articulo* 1. *ad* 1. *& quæstione* 87 *articulo* 1. contendit innumeris propemodum exemplis probari posse, legem humanam determinare legem diuinam generalem, cuius determinationibus si satisfiat liberantur subditi à lege diuina naturali. Vnde, cum lex illa, *quod superest*, &c. iam determinata sit per legem humanam sua vnicuique portione assignata, si satisfaciat huic determinationi liberantur Clerici à lege diuina generali, ac subinde ex præcepto iustitiæ nõ tenentur pauperibus, quod superest, erogare; quia potuit Ecclesia

fructibus beneficiorum à tali onere exemptos assignare Clericis loco stipendij.

17 Verùm hæc Sarmienti consideratio ad auctoritatem Lucæ *dict. capitulo* 11. nec in se vera est nec difficultatem tollit. Primò, quia non video, cur magis lex illa de superfluo dando pauperibus, sit generalis, quàm lex de honorandis parentibus, de non iurando in vanum, non furando, & similibus, si ad strictam verborum significationem respiciamus; sed lex nulla humana potest contra vllam ex illis in particulari aliquid determinare, ergo nec contra illam, *quod superest*, &c. Deinde facit, quia etsi diligenter enumeremus omnes legum humanarum determinationes, (quarum plura exempla adducit Sarmien. *dict. loco*, nullam inueniemus, quæ contra legem diuinam generalem aliquid statuat, quinimò totæ sunt in obseruantia illarum, & vt ad praxim, seu executionem reducantur, vt rectè intuenti constabit; hæc tamen lex humana (quæ beneficia erexit; singulasque singulis ministris portiones diuisit, vt Sarmien. vult, & nos defendimus,) non agit de obseruantia illius legis diuinæ de superfluo dando pauperibus, neque illam ad praxim, seu executionem perduxit, quinimò de applicanda singulis portione libera ab omni onere: igitur non potest dici determinatio illius legis diuinæ: erit quidem determinatio alterius, cuius *suprà* meminimus, in plerisque sacræ Papinæ locis: *Dignus est operarius mercede sua*, quia lex hæc diuina generaliter docet, cuicunque laboranti deberi in præmium laboris, non tamen determinat quantitatem, tempus, nec locum: vnde, quòd quarta pars debeatur: quòd in suo beneficio quis tantam, ac talem portionem habeat, determinatio dicitur, non quidem respectu legis diuinæ de eo quod superest dando pauperibus, sed alterius longè diuersæ, nempe de congrua laboranti mercede diffinienda.

18 Quare, reiecta Sarmienti responsione, Sot. *libro* 10. *de iustit. quæst.* 4. *articulo* 3. *colom.* 8. distinguendum putat inter bona tempore primitiuæ Ecclesiæ à fidelibus donata & inter decimas, & cætera omnia, quæ post beneficiorum creationem data sunt, vt prioribus onus inhæreat legis diuinæ iniunctum ad erogandum pauperibus, quæ superexcreuerint, idque ex debito iustitiæ speciali, qua tenentur omnes, in quos à Domino, cum aliquo onere res transfertur atg *leg. vltimi.* §. *vltim ff. de contr. empt.* cum aliis: posterioribus verò affirmat nulla lege diuina tale onus fuisse iniunctum; & ideò cessare debitum iustitiæ. Verùm, neque hæc responsio placet: quia Sotus non probat bona illa à principio cum onere fuisse donata: quinimò, etsi illud concederemus, non tollitur difficultas ex auctoritate *Lucæ* 11. secundùm quam, quod superest, in pauperes erogandum est.

19 Idcircò his, atque aliis explosis, locus ille facillimè vnico verbo absque tot laboribus intelligetur cum S. Thom. 2.2. *quæst.* 32. *artic.* 5. *&* 6. vt solummodo in vnico casu sit in præcepto, data scilicet, extrema necessitate ex parte recipientis; quæ tamen, nec in dante, nec in suis contingat; in cæteris verò aliis speciebus de consilio procedat, & ideò non obligat transgressorem, argum, *cap. nullus*, 62. *de reg. Iuris*, *in* 6. cum ibi resolutis. Insuper considero locum illum generalem esse in quacumque persona, tam ecclesiastica, quàm sæculari: vnde ex illo contra eam, quam sequimur, opinionem, nihil efficaciter colligi potest. & in hunc sensum reducit S. Thom. *dict. art.* 5. *ad* 2. [illegible] Itoritatem Basilij, siuæ simillima est cum Ambr. de quo *in c. sicut hi* 47. *dist.*

Quibus sic præmissis sciendum est fructus & pro- 20
uentus beneficij alios esse necessarios ad congruam ipsius beneficiarij sustentationem; necessarij autem dicuntur, qui ad beneficiarij, & ipsius familiæ sustentationem necessarij iudicantur, habita ratione scientiæ, & litteraturæ, nobilitatis, aut dignitatis, quam beneficiarius obtinet, aut loci, in quo beneficium habet: maior enim quantitas necessaria est in ciuitate, quàm in villa; in loco, vbi est inopia, quàm vbi est annonæ copia; in Prælato, quàm in simplici Sacerdote: quia, cùm non sit par omnium conditio, æquum non est, vt eadem pars omnibus assignetur. Quare sic resoluunt Molin. *de instit. tract.* 2. *disput.* 145. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 15. *numero* 39. Molfes. *in sum theol. moral. tract.* 6. *c.* 9. *num.* 42. Filliuc. *tract.* 41. *capit.* 7. *quæst.* 4. *num.* 19. & citati per Nicol. Garc. *de benefic. part.* 11. *capit.* 5. *numero* 320. Et in assignanda quantitate cuilibet beneficiario sufficiente hanc rationem habuerunt Nau. *de Orat. Miscel.* 16 *num.* 7. Azor. *instit. moral. part.* 2. *lib* 6. *cap.* 10. *quæst.* 9. Filliuc. *dict quæst.* 4. *num.* 20. vt, videlicet, pro beneficiario infimæ sortis ea quantitas sufficiat, qua ipse, famulus vnus, coquus, & equus ali possint; pro beneficiario Doctore, aut simili, ea quantitas satis est, qua ipse, famuli duo, coquus & equus, iuxta patriæ morem sustentari queant: pro beneficiario nobiliori ea quantitas ad victum assignetur, qua ipse, famuli tres, vel quatuor, equi duo cum curru, coquo, & rhedario ali possint, & sic de cæteris habita ratione qualitatis personæ, aliarúmque circunstantiarum; Cardinalibus verò aliqui Doctores mille aureos in singulos menses sufficere arbitrantur, exceptis Cardinalibus Principibus, & nepotibus Summorum Pontificum, à quibus mille aureos singulis hebdomadis ad sui, & familiæ sustentationem tuta conscientia insumi posse nonnulli Doctores existimant. Sed in iis omnibus arbitrio boni & prudentis viri standum esse censeo. Cæteri autem fructus superflui indicantur. Circa vtrosque expendendos magna versatur differentia: necessarij enim ad congruam sustentationem dispensari possunt ad libitum Clericorum, seu beneficiatorũ, sicut possunt bona patrimonialia, vel quasi: quamobrem in illis casibus, in quibus beneficiarij non tenerentur bona patrimonialia, vel quasi patrimonialia in opera pia expendere, nec tenentur fructus beneficij sibi ad congruam sustentationem necessarios in pia opera erogare; quia huiusmodi fructus traduntur, tanquam merces seruitij præstiti: sicut autem operario liberum est mercedem insumere, in quos voluerit vsus; ita etiam beneficiario liberum est, fructus necessarios ad congruam vitæ sustentationem expendere, in quem voluerit vsum: & ideò ita docent Cou. *in cap. cum in officiis, n.* 2. *de testam.* Nauar. *de redditib. q.* 1. *monitu* 26. Sanch *in præcepta Decalogi to.* 2. *l.* 6. *c.* 6. *n.* 14. Ioan. Valer. *de different. inter vtrumque forum, verb. munera differ.* 2, *num.* 14.

Illos autem fructus, qui ad congruam sustenta- 21
tionem necessarij non sunt, sed superflui, in pauperes & pios vsus erogare debent beneficiarij, peccarent enim grauiter, si in profana opera expenderent, verb. gr. ad ditandos amicos, vel consanguineos, vel illis facerent amplas donationes, non vt pauperibus, sed ad eorum statum, & pompam augendam: quia ita iubet Concil. Trident. *sess.* 25. *de reform. capitulo* 1. tum quia appellantur patrimonium

Christi,

Christi, bona Ecclesiæ, pauperum, *in c. 1. 12. q. 2. & in c. quicquid 16. q. 1. & in c. cùm ex eo, de elect. lib. 6.* Ideò ita docent Nau. *de redditib. q. 3. monitu* 4. Monat. *de distribut. quotid' p. 3. q. 1. num.* 15. Molfes. *d. cap. 9. n.* 48. Ioan. Valer. *de different. inter vtrumque forum, verb. donatio, differ.* 7. & non est necessarium fructus huiusmodi superfluos impē-
22 dere in pauperes, vel pios vsus illius loci, in quo beneficium babent; quia hoc nullo iure cauetur: sed sufficit, vt in pauperes cuiuscunque loci, vel in alios pios vsus insumat, vt benè Nauar. *de redditibus Ecclesiæ quæst. 1. monitu* 27. Molin. *de iustit. tract. 2. disp.* 146 Azor. *d. p. 2. lib. 7. c. 10. q.* 2. Nomi-
23 ne pauperum intelligo, non solùm illos, qui ostiatim eleemosynam quærunt; verùm etiam illos, qui vitam ex suo patrimonio commodè & honestè, iuxta sui status conditionem traducere non possunt, vt per Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit lib. 30. tract. 3. numero* 101. Nauar. Azor. & Molina, *citatis locis,* Iacob de Graff. *in aureis decis. par. 1 lib 2. cap.* 100. *numero* 4. vbi hinc infert, quòd si homo illustris genere, vel eminentis scientiæ habeat victum suum sed iuxta decentiam suam indumenta, societatem, & alia necessaria non habeat, & solo victu sine dedecore status sui contentus esse non potest, negari non debet. quin iste secundum se mendicare dicatur: & *numero* 28. subdit, posse beneficiarium de beneficij sui redditibus expendere non tantùm ea quæ decentiæ, & qualitati beneficij necessaria videntur, sed etiam quæ conditionem personæ decere videntur, seruata ratione generis, gradus, & ordinis.

Ex quibus primo infertur Clericos turpiter, vel
24 in profanos vsus expendentes fructus beneficiorum, & bona intuitu Ecclesiæ quæsita, licèt grauiter peccent, non tamen ad restitutionem teneri, vt benè resoluunt S. Thom. Adrian. Præpos. Dried. & alij plures, quos refert, & sequitur Cou *in capite cùm in offic. numero. 3. vers. quartum de testam.* Iacob de Graff. *in aur. decis. p. 1. lib. 2. c.* 100 *n.* 17. Sot. *lib. 10. de iust. q. 4. art.* 3. Spin. *in speculo testam. glos. 14. rub. n.* 18 Martin. de Ledesm. 2. 4. *q. 18. a. 5. dub. vlt.* Anton. Molin. *in instruct. Sacerd. tract. 2. cap. 15. §. 2. & c. 16. §. 2.* Rebello *de obligat. iust. p. 2 lib. 12. q. 1. num.* 10. vbi ait opinionem contrariam Nauarri, nec à praxi, nec à communi sententia hoc tempore admitti, Less. *d. lib. 2. c. 4. n.* 43. Molin. *disp. 144. n. 19. vers his itaque constitutis* Bonacin. *d. disp. 4. puncto 4 n.* 1. Less. *de instit. lib. 2. c. 3. dub 6 n.* 43. Vgolin. *de offic. Episcopi c. 14 § 9. & § 11.* Tambur. *tom. 3. de iure Abbat. disp 11. q. 15. n.* 11. & denique sequuntur illi omnes, qui Clericos veros esse dominos suorum redditunm arbitrantur, quos pro opinione S. Thomæ suprà citauimus, ac tandem innumeri propemodum, quos referunt Sarmien. Marsil. & alii citati à Cened. *ad Decretales collect. 12. num. 5. vers. pro contraria tamen.* Nunquam enim vidimus Ecclesiam coëgisse Clericos sic turpiter expendentes ad restitutionem pauperibus faciendam: quia dominus etiam abutendo re propria, ad restitutionem nullatenus obligatur. arg. *l. sed etsi 28. §. consuluit, ff de petit. hæred. l. in re mandata, C. mandati*, cum vulgaribus. Quamuis Alexand. de Ales, Richard. Gabr. Maior., Palud. & alii, quos refert Cou. *d. n.* 3. & post Abbat. Felin. & alios Burg. *in c. 1. n. 28. de empt.* & Nauar. *in manu c. 17. n. 94. & in apologia de redditib. quæst. 2, monitu.* 7. & post Ludou. Beiam. Ioan. Valer. *de different. inter vtrunque forum, ver. beneficium different. 4. prope fin. & verb. testamentum different.* 11. Cæsar Costa *lib. 1. var. dubitat, Iuris, cap.* 40. Salon. *in vita B. Thomæ à Villanoua, cap. 12. & 13.* contrarium existimauerint Pro quibus nihil faciunt *c. 1. vers. vnde 44. dist.* ibi, *Tibi, ô Sacerdos, de Altari viuere, non luxuriari permittitur c. 1. vers. quomodo 24. dist.* vbi Hieron. inquit agens de Sacerdote: *Aliena rapere conuincitur, &c. & c. vlt. in princ. 16. quæst.* 1. dum idem Hieron. inquit, omnia, quæ Clerici habent, vltra congruam sustentationem pauperum esse; quia respondetur huiusmodi auctoritates esse D. Hieronymi, qui floruit tempore antiquo ante factam bonorum diuisionem vnde nil mirum, si rapere, & furari diceren:ur Clerici, qui superflua in pauperes non erogabant: modo autem, cum sua vnicuique portio sit assignata, locum non habet. vt latè supra demonstrauimus Nec etiam pro illis faciunt *capite. Episcopus, 12. q. 1. cap. placuit, in princ. 12. quæst.* 3. quia res-
pondet Cou. *d. numero* 3. Iura illa eò tendere, & so- 25
lum concludere illicitam esse, seu peccaminosam talem ecclesiasticorum redditunm distributionem, non verò restitutioni esse obnoxiam. Nec denique facit syllogysmus, cui plurimum deferre solent contrariæ sententiæ Auctores, videlicet, omnis ille qui furatur, ad restitutionem tenetur *cap. si res aliena 14. q. 6. cap. peccatum, de regul. Iuris, lib 6.* sed Clerici furantur redditus, quos turpiter expendunt; igitur, &c. quia concessa maiori, negamus minorem: non enim clarè constat bona fidelium à principio fuisse donata expresè cum illo onere eroganti in pauperes; tum vel maximè, quia etsi constaret, cum iam vnicuique sua sit portio, sicut neque pauperes erogando in alios vsus ad restitutionem tenerentur ex eo, quia domini sunt effecti suæ portionis, ita de Clericis omninò affirmandum est.

Secundò infertur posse Clericos patrimonium
habentes illud conseruare, & redditus ecclesia- 26
sticos in vsus proprios expendere: non enim cogitur quis propriis stipendiis militare, etiamsi diues sit *cap. charitatem in fine 12. q.* 2. vel de proprio facere beneficium *cap. precaria, prope fin. eadem causa & quæst.* & conseruare redditus ecclesiasticos, qui sunt Clericis, veluti merces suis laboribus deputata. *c. pen.* ibi *Clerici omnes*, & ibi, *stipendia sanctis laboribus debita 1. q. 2. c. cùm secundum, de prebend.* vnde seruant æquitatem ministrando, & recipiendo sustentationem: nam, quod possunt aliunde habere, est per accidens. Ideò ita tenent Cou. *in c. 1. de testam. n.* 2. Sot. *lib. 1. de iustit. q. 4. art.* 3. Nau. *de redditib. q. 1. n.* 78. Sarmient. *in simili tr. p. 1. cap. 11. n.* 18. Mench. *illustr. cap. 105. n.* 9. Iacob de Graff. *in aureis decis. p. 1. lib. 1. cap. 100. numero.* 23 Menoch. *de arbitr. casu 145. num.* 5. Molin *de iustit. tract. 2. n.* 145. Suar. *de Relig. tomo 3 tract. 3. lib. 4 de simon. cap. 46. n.* 7. Bonacin. *var. tract. disp 4. puncto 2. n* 6. plures apud Cened *ad Decretal. collect. 33. n.* 4. Tambur. *d. disp. 11. q. 15. num.* 14. Quamuis contradicant Dec. *in cap. Episcopus num. 6. de prebend.* Adrian. *in 4. tit. de restitut. q.* 32. Palud *ibidem, dist. 34. q.* 3. Maior etiam *in 4. qu. 21. in fine* Syluest. *in sum verb. simonia, quæst.* 16 Non obstant *cap. Clericos, cap. pastor, si quis 1. quæst. 2. cap. illa autem c.*
si priuatim, 12. q. 1. c. vlt. 16. q. 1. quibus Iuribus pro- 28
batur illum, qui sumptibus propriis sustentari potest, ab Ecclesia stipenda accipere non debere: quia respondet Suar. *d. c. 46. numero* 8. non esse ecclesiasticas leges sed dicta quædam Hieronymi, Augustini, & Prosperi, quæ legem positiuam non faciunt, sed declarant ea, quæ magis decent statum clericalem, & licet interdum vtantur verbis si-

gnificantibus

gnificantibus grauem culpam; non ideò ita loquuntur; quia id per se malum est: sed quia in tali statu facilè committi potest, cùm magis ad congregandas diuitias, quam ad subueniendum pauperibus Ecclesiasticis redditibus vtantur. Vel, si magis placet, responderi poterit text. *in d. capite Clericos* procedere attento tempore antiquo, quo bona Ecclesiæ erant solummodo destinata ad alendos pauperes Christianos, & Clericos egenos, vt satis insinuat *c. certè* 12. *q.* 1. aduertunt Sot. *d. à* 3. Sarmient *d. par.* 1. *cap.* 5 *n.* 17. Cou. *in d. c.* 1. *de testam. n.* 2. *vers. prima.* Ad text. vero *in d. c. illi autem*, facilius respondebitur procedere inspecto eodem tempore antiquo, quo Ecclesia Catholica veluti nouum germen, florescere incipiebat, & Apostolicis Concilijs ita addicta, vt multitudinis Christianorum esset cor vnum, & anima vna: omnia namque erant communia, nemo sibi aliquid proprium vendicabat, *d. c. illi autem, in fine*, refert plures, quos sequitur Cou. *d. num.* 2. *prope finem.* Vnde à

28 fortiori poterit beneficiarius viuens ex redditibus patrimonij, aut insumens bona patrimonii in vtilitatem Ecclesiæ, vel beneficij, vel in alia opera pia, tantundem ex beneficii fructibus capere, illudque vt voluerit insumere; quia ipse non est deterioris conditionis; tum, quia hoc nihil aliud est, quam quædam compensatio, quæ iure naturæ licita est. Ita Syln. *in sum. verb. Clericus*, 4. *quæsito* 14. Less. *d. c.* 4. *n.* 38. Nau. *de redditibus q.* 1. *monitu* 4. *n.* 3. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 30. *tract.* 3. *numero* 99. *vers. sextum* Filliuc. *in quæst. moral. tom.* 3. *tract.* 43. *c.* 3. *q.* 7. *& numero* 9. Contra Rodoan. *de spoliis, q.* 3. §. 1. *n.* 2.

29 Tertiò infertur beneficiarium debere, quod sibi de beneficii fructibus, & prouentibus superest, expendere in pios vsus, vt in vsum fabricæ Ecclesiæ, domus religiosæ, & hoc verum videtur, etiamsi præfati fructus, & prouentus à beneficio recepti, incorporati iam sint reliquis ipsius beneficiarii bonis, tum, quia per huiusmodi incorporationem, & vnionem non fiunt bona patrimonialia, vel quasi; nec beneficiarius efficitur dominus, & absolutus; sed cum obligatione expendendi superfluos, in pios vsus. Ita Nauar. *de spoliis Cleric.* §. 1. *numero* 1. *& seqq. & de reddit. Eccles. q.* 1. *mon.* 26. *numero* 2. *& mon.* 30. *numer.* 1. Filliuc. *tract.* 43. *capite* 1. *quæst.* 5. Scip. de Rubeis *in apl. orism Episcop. verb. fructus n.* 7. nisi de suo victu parcius viuendo aliquid seruauerit, quia tunc etiam in non pios vsus illud erogare poterit, Iacob. de Graff. *d p.* 1. *lib.* 2. *capite* 10 *n.* 21.

30 Quartò infertur beneficiarium posse fructus sibi superfluos in opera hospitalitatis expendere, vt domi peregrinos, aduenas, aut etiam amicos, & notos excipiendo, vel titulo paupertatis parentibus & consanguineis tradere: sic enim non dicitur profanè erogare, cùm hoc sit opus charitatis, & vrbanitatis, si debito modò fiat intra præscriptos prudentiæ limites: non tamen licitum est huiusmodi fructus in liberali & magnifica donatione, aut in ludis, aut canibus ad venationem alendis, aut in seculari pompa insumere: quia non diceretur in pios vsus insumi, licet nonnunquam licitum foret, aliquos beneficii fructus in ludos, aliasque honestas & moderatas animi recreationes spectata clericatus conditione expendere, quod totum arbitrio boni & prudentis viri regulare oportet, me citato *in hoc loco* Tambur *de iure Abbatum tom.* 3. *disp.* 15. *quæst.* 15. *numero* 13.

31 Quintò infertur beneficiarium posse distributiones pro sua libertate & arbitrio disponere, & iuxta suæ voluntatis nutum impendere, non solùm quia est dominus distributionum, vt colligitur *ex cap. vnic. de Clericis non resid. lib.* 6. vbi innuitur mancipatos diuinis Officiis dominium distributionum acquirere, si Choro intersunt: verùm etiam, quia distributiones traduntur ob ministerium personale tanquam merces operis, & tanquam stipendium laboris, & consequenter fiunt bona quasi patrimonialia, quorum beneficiarius absolutus est dominus. & ideò sic docent Dominic. *in cap. præsent.* 9. *de offic. Ordin. lib.* 6. *numero* 16. *cum duobus sequentibus*, vbi Franc. *numero* 10. *& in d. cap. vnic.* §. *quia verò, a numero* 3. Syluest. *in sum verb. Clericus*, 4. *quæst.* 4. *numero* 3. Couar. *in d. cap. cum officiis n.* 4. Paril. *cons.* 33. *n.* 10. *tom.* 4. Graff. *communic.* §. *testamentum q.* 34. *in pr. n.* 37. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell.* §. 7. *proœm. n.* 168. Monet. *de distrib. quotidian. p.* 3. *q.* 1. *n.* 18. *& quæst.* 4. *n.* 12. Ioan. Valer. *d. verb. Munera, differ.* 1. *num.* 14. Galet. *in margarita casuum conscientiæ, verb. fructus* Filliuc. *tract.* 43. *cap.* 3. *quæst.* 10. Tamburin. *d. disp.* 11. *q.* 15. *n.* 15. Sonh. *d. lib.* 2. *c.* 1. *dub.* 46. quamuis contrarium teneat Nau. *de reddit quæst.* 1. *monitu* 30. *n.* 2.

Sextò infertur ex eadem ratione posse beneficiarium pro suo arbitrio disponere, expendere, & testari de his, quæ sibi obueniunt ratione stipendij, personalis, vt quia erat Doctor, aut bonus scriptor seu etiam de his, quæ acquisiuit ex officiis defunctorum, ex anniuersariis, ex Sacrificio Missæ, aut occasione audiendarum Confessionum, aut pro concionibus, & similibus, sicut de patrimonialibus, quia hæc non sunt bona beneficij, sed stipendium propriæ industriæ & laboris quorum beneficiarius absoluens est dominus. vt per Nau. *de spol Cleric.* §. 1. *n.* 2. *in fine, & de redditibus, q.* 1. *moni.* 19. Graff. *d. quæst.* 34. *numero* 2. Iacob. de Graff. *in aureis dec. p.* 1. *libro* 2. *cap.* 100. *nu.* 29. 32

Septimo infertur eum, qui percipit pensionem ex aliquo beneficio, non posse, vt voluerit, eam dispensare, & proprio testamento de redditibus ex ea perceptis testari: quia pensio æquiparatur beneficio in hac materia, vt per Nau. *de redditib. q.* 1. *monitu* 32. *num.* 2. *&* 3. *& de spolys* §. 8. *n.* 8. *per Extrauag.* Pii V. *de spolys Cleric.* quam citat *eod* §. 8. *in princip.* Rodoan. *de spolys eccles q.* 3. *n.* 12. *& de rebus Eccles. rub.* 33. *q.* 1. *ad fin.* Nicol. Garc. *de benefic. p.* 1. *c.* 5. *n.* 161. Filliuc. *tract.* 43. *cap.* 4. *q.* 12. Oppositum tamen tenent Gig. *de pensionib. quæst.* 51. *n.* 2. quem refert. & sequitur Cou. *in d. cap. cum in officijs, n.* 6, *in fine* Menoch. *de arbitr. casu* 171. *n.* 12. Nald. *verb. fructus, num.* 7. Galet *in margarita casuum conscientiæ, verb. fructus, vers. distributiones*, Zerol. *in praxi Episcop. verb. Pensionarius*, § 25. Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 7. *cap.* 9. *q.* 12. & *lib.* 8. *cap.* 11. *q.* 4. *&* 5. me citato *in hoc loco* Tamburin. *d. disp* 11. *q.* 15. *n.* 17. Sanch. *in opus. moralib. lib.* 2. *c.* 2. *dub.* 47. *n.* 4. *cum seq.* ex eo, quia hodie pensiones non solent pro ecclesiasticis beneficiis deputari, & ideò regulariter laicis nonnu nquam assignari vidimus; tùm quia traduntur ad sustentandam Clerici vitam. ac proinde reputantur necessariæ ad hoctum etiam, quia visi Cameræ receptum est, vt pensiones de curiæ, & nondum solutæ transeant ad hæredes; tum denique quia Concil. Trid *sess.* 25. *de reform. cap.* 1. loquitur de habentibus beneficia, non autem de pensionariis. Ego tamē cum Couar. *de sponsal. p.* 2. *c.* 6. §. *n.* 6. Ludou. Gom. *in reg. de triennali, q.* 21. *a princ* Mand. *in reg.* 16 *de concur. super beneficio q.* 36. & aliis citatis per me *hoc lib.* 33

lib. cap. 11. de pension. statim post princ. distinguendum puto inter pensionem ecclesiasticam, quæ conceditur ad titulum beneficij aliquo onere spirituali adiecto, & inter illam, quæ ad talem titulum non conceditur; primo casu procedit opinio Nauarri: secundo verò Gigantis, Cou. & aliorum, nec ad summum aliud euincunt vtriusque partis fundamenta Extrauagans autem Pii V. non est simplex & absoluta; sed secundùm quid, & ad effectum, quem Pius V. intendit.

34 Octauò infertur, non posse Commendatarios Equites S. Iacobi, & Calatrauæ, Alcantaræ & similes, de fructibus & redditibus Commendarum ita liberè disponere, & expendere, ac cæteros sæculares, ex rationibus & fundamentis, quæ latè adduximus *hoc libro cap. 7. de praeceptor vers. ex qua ratione.*

35 Nonò infertur, beneficiarium posse ex beneficii fructibus alere filios, non solùm legitimos, verùm etiam spurios; dum aliunde non habet, quo ipsos alat: hoc enim est opus pietatis, ex qua pater tenetur erga filios, vt per Palat. *in rep. c. per vestras, de donat. inter §. 23. n. 13.* Auendan. *resp. 10. n. 5.* D. Barbos. *in l. 1. p. 4. n. 133. ff. soluto matrim.* Nau. *de spolijs Cleric. §. 9. n. 10. cum seqq.* Molin. *de instit. tract. 2. disp. 146.* Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 7. cap.*
36 *10. q. 10* Filliuc. *tract. 43. c. 4. q. 19 n. 36.* Tambur. *d. disp. 11. q. 15. n. 16* qui etiam asserunt filium illegitimum posse tuta conscientia accipere sibi necessaria ad alimenta ex bonis ecclesiasticis patris, & Cameram Apostolicam teneri ei consulere ex bonis
37 patris, quæ spolio subiecit. Imò & sororem inopem, ac fratres egentes alere posse, & alios quoque pauperes consanguineos resoluunt Corduba de Lara *in l. si quis à liberis §. idem rescripsit n. 95. & seqq.* D. Barbos. *in d. l. 1. p. 4. n. 132. ff. soluto matr.* Surd. *de aliment. tit. 1. q. 25. n. 18. & 28.* Nicol. Garc. *de expensis, cap. 3. num. 32.* Nau. *in apolog. de redditib. q. 2. monitu 26 n. 2.* D. Roderic. à Cunha *in comment., ad cap. omninò, n. 4. dist. 31.* Iacob. de Graff. *d p. 1. lib. 2. cap. 100. n. 27.*

38 Decimò infertur empta ex fructibus, & redditibus Ecclesiæ fieri ipsius Ecclesiæ, vt apertè habetur ex Carthag. Conc. III. *in c. pla nit, 12. q. 3* & ex Conc. Tolet. IX. *in cap. Sacerdotes 12. q. 4.* & ex Conc. Agathen. *in cap Presbyter 12. q. 4.* & ex Cóc. Brachar. III. *cap. 8. in cap. quicunque, eadem causa & q.* vbi statuitur, quòd non possint illa donari alicui, vt ex Concil. Hispalen. I. *in cap. fixum 12. q. 5. & in cap. res in Episcopatu. 12. q. 2.* & docent Sarmien. *de redditib. ecclef. p. 3 cap 2. n. 1. cum. seqq.* vbi n. 5. subdit, quòd ipso facto dominium transfertur in Ecclesiam, Azor. *instit. moral. p. 2. lib 7. cap. 10. q. 1.* Cou. *in cap. 1. de testam. n. 5.* Redoan. *de spol. q. 3. n. 27.* Molfes *in sum Theolog. moral. tract. 6. cap. 9. n. 56.* Vasq. *de redditib. ecclef. cap. 1. §. 3. dub. 1. per tot.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 30. n. 110.* Filliuc. *tract. 45. cap. 4. q 6. n. 9.* Tambur. *d. disp. 11. q. 15. n. 18.* Ratio est; quia bona ex pecuniis & fructibus beneficiorum empta subiiciuntur Cameræ, & Fisco Apostolico, vbi est vsus spoliorum ex Constit. Pii IV. & Pii V. Ergo non fiunt bona quasi patrimonialia ipsius beneficiarij; tum, quia Ecclesia comparatur pupillo, minori, & ciuitati; sed empta à tutore, curatore, vel administratore, ex pecuniis pupilli, minoris, vel ciuitatis fiunt ipsius minoris, pupilli, vel ciuitatis, ex cuius pecuniis empta sunt, *l. vt proponis, C. de rei vindic.* ergo etiam empta à beneficiario ex pecuniis Ecclesiæ sunt Ecclesiæ.

Vndecimò infertur posse beneficiarium ex fructibus beneficij moderatam & rationabilem dotem 39
filiæ spuriæ, vel sorori tradere, dum aliunde non habet, quo illis consulat: nam dos in locum alimentorum succeditur, & subrogatur. Sicut ergo licitum est alere, ita eti am competentem, spectato beneficiarij gradu, dotem tradere. Ita Anton. per text. ibi *in cap. 3. de arbitr.* Palat. *in repet. cap. per vestras. de donat. inter virum & uxor. §. 13. numero 12.* Sylu. *in sum. verb Cleric. 4 quæst. 15.* Nau *de spoliis Clerico. §. 19. nu. 19. cum sequentibus*, vbi *numer. 12.* limitat procedere in filiis, qui aliunde non haberent, quo se alerent, Molin. *de instit. tract. 2. disp. 146.* Mart. *de iurisdict. part. 4. casu 163.* Valer Reginald. *in praxi for. pœnit. lib. 30. tract. 3. num. 101. & sequent. bus.* & plures alij, quos illi referunt, Iacob. Anton. de Mauro *alleg. 6. à num. 8.*

Sed quærendum à nobis est, quid sit in causa, quòd cùm Clericus sorori dotem dederit iustè quidem secundùm supra resoluta, iudicauerit, tamen text. *in dict. capite 3. de arbit.* arbitrium perniciosum, quo Clericus ex fructibus beneficij cogatur promissam sorori dotem soluere: etenim conuentio Clerici fidei interpositione firmata, qua quinque solidos sorori in dotem promisit annuatim soluendam ex decimis suæ Ecclesiæ, licita est, & ab omni simoniæ labe remotissima, quippe cùm nullum omninò spirituale detur pro temporali, sed temporalis obligatio soluendæ dotis executioni detur, & adimpleatur ex fructibus beneficij, qui in mera temporalitate consistunt: ergo arbitrium in ea forma prolatum nullam iniustitiæ, aut simoniæ labem inuoluit, eo maximè, quia, vt expendit Cened. *dict. collect. 102. numero 2.* Clerici verum habent dominium redditium Ecclesiasticorum & qua tales de illis possunt disponere, vt *supra* latè ostendimus. Contra eundem text. *in capite 3.* non parum obstat, quòd Clericis liberum est alienare fructus suorum beneficiorum, idque ad vitam alienantis, *capite de cetero, & capite veniens. 8. de transact.* vel saltem ad septennium, *capite vlt. ne Prælati vices suas*, vbi *glos. vlt. capit. 2. de locato, Clem. 1. de rebus Ecclesiæ, non alien.* quamuis enim Extrauag. *Ambitiosæ, illo titulo inter, communes*, secundùm aliquorum intellectum prohibeat alienari, vel etiam vltra triennium locari bona immobilia, Ecclesiæ, vel mobilia prætiosa Deo dicata, iuxta priora verba eiusdem Extrauag. à quibus Paulus II. ibidem exorditur; non tamen prohibet alienationem fructuum talium bonorum: vnde tempore illius Extrauag. liberum erat beneficiariis, redditus & obuentiones locare vltra triennium, & etiam alienare saltem ad modicum tempus *dict. Clem. 1.* obseruant Doctores communiter, Cou. *libr. 2. var. capit. 16. numero 4.* Auendan. *de exequend. mand. capit. 4. num. 31.* Rodoan *de rebus Ecclef. quæst. 6. de locat. rerum Ecclef. §. & Extrauag. à nu. 4.* Cened. *dict. collect. 101. num. 3.* qui in hunc sensum putat videri intelligendum S. Concil. Trid. *sess. 25. de reform. cap. 11. vers. locationes verò*; & tandem ipse Cened. harum difficultatum mole oppressus affirmat ex diametro pugnare cum decisione *d. c. 3.* & tem hanc vsque adeò esse difficilem, vt velut ænigma obscurissimum interpretatione indigeat, ad maioráque ingenia remittendum.

Quare Anton. *in d. cap. 3. num. 11.* Imol. *n. 15.* Abb. 40
notab. 2. communis ex Tiraq *de retractu lig. §. 1. glos. 7. num. 50.* D. Barbos. *in dict. l. 1. part. 4. n. 133. vers. & notabis*, intelligunt propterea in sæpè citato *c. 3.* damnari arbitrium, tanquam perniciosum, quia præstabat facultatem creditori, vt ipse posset propria auctoritate

auctoritate sibi capere fructus beneficij, donec sibi satisfieret de debito contra *reg. l. non est singulis.* 137. *ff. de reg. iuris*, cum his, quæ Cou. *in c. quamuis pactum in initio*, 2. *p. n.* 6. Valasc. *conf.* 173. *à numero* 17. Sed non placet; tam quia id, quod præcipitur ex sententia arbitrorum, non dicitur capi propria auctoritate, vt patet, nec in aliquo offenditur d. reg. *non est singulis*: tum etiam, quia licet verbum, *capere*, & verbum *accipere* differant in eo, quòd Iureconf. expendit *in l. aliud est capere* 71. *ff. de verbor. signif.* nunquam tamen importauit, quòd quis propria auctoritate capiat, vel accipiat, quando illud per Magistratus faciendum est. Existimo tamen rem esse facillimam, & absque vllo labore. text. *in d. c.* 3. intelligendum *cum gloss.* 2. & 3 ibi propterea arbitrium damnari, quia, vt text. habet, poterat in posterum perniciosum existere Ecclesiæ, veluti si post mortem Clerici soror, & ipsius maritus easdem decimas retinere contendissent, vexando Ecclesiam litibus & impensis, & quod graue est præiudicium, arg. *l. minoribus*, 6. *in fine*, cum multis ibidem, *ff. de minor.* qui intellectus euidenter constat ex rationibus, & verbis text. ibi, *quoniam huiusmodi arbitrium Ecclesia posset in posterum perniciosum existere*; præsertim, cùm arbitrium fuerit absque vlla temporis præfinitione absolutè conceptum, & ita in perpetuum, arg. *l.* 1. *ff. pro socio*, gl. *ss verb. eius, in d. Clem.* 1. vnde alienationem continebat *d. Clem.* 1. & ideò absque debitis solemnitatibus, & euidenti vtilitate valere non poterat tex. ibi, cum his, quæ Cou. *d. c.* 16. *in princ. & à n.* 1. Valasc. *conf.* 76. *n.* 2.

41 Quo supposito intellectu, parum obstant, quæ Cened. *d. loco* in contrarium expendit. Ad primum enim libenter agnoscimus licitam esse conuentionem, quia Clericus etiam ex redditibus beneficij sorori dotem promisit, neque vitam in se aut iniustitiæ: aut simoniæ labem inuoluere; & ideò arbitrium neutro ex his capite improbari; sed ex eo, quia vel in posterum esse poterat Ecclesiæ perniciosum, vt tex. habet, quia alienationem continet, vt modo considerauimus: quòd autem beneficiarij verum dominium habeant suorum redditnum, & & quia tales de eisdem valeant disponere) vt constat ex supra resolutis, non potest operari, vt arbitrium Ecclesiæ perniciosum sustineatur arg. *l. nemo potest* 58. eum sua materia, *ff. de legat.* 1: Ad vltimum negandum est liberum esse beneficiariis alienare redditus suorum beneficiorum ad vitam, siue alienantis, siue percipientis, vt satis constat ex *d. capite* 2. *d. capite vltimo ne Prælati vices suas*, d. glos. *verb. eius*, per text. *ibi in d. Clem.* 1. Ad textverò *in d. capite de cætero, & de c. veniens*, respondetur, si supponamus Iura illa agere de transactione ad vitam solummodo transigentium absque vllo successorum præiudicio, atque ita ibidem non dari veram & absolutam alienationem, de qua Iura & Doctores loquuntur, dum prohibitum alienare prohibent transigere, *l. si non solum* 4. *C. de præd. minorum* quo supposito respondetur *d. capit. de cætero*, & *d. cap. veniens*, agere de transactione, & ita de compositione super re dubia, & lite incerta, vt constat ex recepta transactionis definitione, ac sinbinde certò dici non posse, qualisnam ex transigentibus rem ad suam Ecclesiam spectantem alienet, cùm sub iudice lis sit, vt supponimus, & contingere possit, vt dans cartam quantitatem ad multò maiorem postea per sententiam condemnetur, & vice versa, & ideò non mirum, si huiusmodi compositiones ad vitam dantis auctoritate Iudicum factæ seruari præcipiantur; quia directè non offendunt regulam *cap. sine exceptione.* 12. *quæst.* 2. neque tit. *de rebus Eccles. non alien* Sed nihil ex his defendit arbitrium, de quo agimus: quippe cùm ita absolutè, & indefinitè conceptum posset in posterum reddi Ecclesiæ perniciosum, propter illa, quæ modò expendimus.

Duodecimò infertur pro debito patrimoniali, vel alterius speciei redditus beneficii capi posse in causam iudicati, non in perpetuum, sed ad tempus, donec debitum satisfiat, dummodo Clerico relinquantur necessaria ad sustentationem: quod autem in perpetuum capi non possint; probat text. sic necessariò intelligendus *in d. c.* 3. *de arbitr.* vbi Abb. *numero* 2. Tiraq. *de retractu lig.* §. 1. *glos.* 7. *num.* 50. *arg. c.* 2. *de locato, d. c. vlt. ne Prælati vices, sua, d. c. de cætero d. c. veniens, de transact. c. nisi essent, ad finem de præbend, c. præterea.* 8. & *ibi glos. pen. de censib.* Ratio est, quia redditus beneficij capi non possunt à iudice in causam indicati, quando notabile præiudicium Ecclesiæ irrogatur, & alienatio inuoluitur absque iuris solennitatibus, vt suprà ostendimus *corol.* 3. sed vtrunque inconueniens resultat, quando redditus beneficij capiuntur in perpetuum, etiam in causam iudicati, vt insinuat *d. c.* 3. ibi, *perniciosum existere* & ibi, *Ecclesia.* vbi, glosa *verb. existere* resoluit præiudicium hoc de iure Ecclesiæ non inferri; de facto tamen considetat irrogari in eo, quòd ille, cui ex causa dotis redditus fuerunt iudicati post Clerici dotantis mortem eos retineret, in quo Ecclesiæ conditio satis deterior reddebatur, glos. *d. verb. existere* Abb. *n.* 2. & omnes *in d. cap.* 3. Igitur, &c. quæ quidem ratio præiudicij sic considerati cessat, quando adindicatio legitimè fit ad tempus, donec debitum persoluatur, *d. cap.* 2. *de fideiuss.* ibi, *tandiu*, &c. Valasc. *consult.* 76. *n.* 2. 42

Decimo tertio infertur, quod licet secundùm veriorem sententiam, beneficiarij suorum redditunm, vel portionum, supposita diuisione, verum & proprium dominium habeant, *vt suprà* resoluimus; de illis tamen bonis, vel similibus ratione Ecclesiæ quæsitis in alias personas præter Ecclesias testari non possunt ex legis humanæ prohibitione. Probatur. Is, qui neque ex defectu ætatis, vel intellectus, neque ex defectu dominij, aut ex vi alterius inhabilitatis testari nequit; sed ex eo solùm quia lex propter debitum charitatis interdixit, testari non potest ex sola legis humanæ prohibitione: sed de huiusmodi bonis Clerici testari nequeunt, non ex defectu ætatis, aut intellectus, neque ex defectu dominij, aut ex vi alterius inhabilitatis; sed ex eo solum, quia lex interdixit, ne officio charitatis offensa fieret: igitur hoc totum ex legis humanæ prohibitione factum censeri debet. Maior constat: quia vbi proponitur testator verus dominus cum legitima ætate, & intellectu, nec alia datur inhabilitas, sed solum ne speciem ingratitudinis incurrat, néue in officio charitatis nequidem concludenti, sed suasorio deficiat, nullam inueniemus legem diuinam neque naturalem, neque positiuam, quæ testari prohibeat; sed solummodo legem humanam antiquorum Canonum, & præcipue Apost. *can.* 77. *tom.* 1. *Concil. c. vlt. de pecul. Cleric.* & in simili in Episcopis constitutum est *in capite Episcopi* 12. *quæst.* 1. *cap. res in Episcopatu* 12. *quæst.* 1. *c. fixum* 12. *quæst.* 5. Minor patet ex suppositione Igitur, &c. Probant corol. Doctores *in c. cùm in officijs, & in c. quia nobis, & in c. relatum*, 43

cum

cum similibus, *de testam.* Nec contrarium probat *d. c. cùm in officiis*, ibi, *antiquis Canonibus*, si intelligamus non de prohibitione alicuius legis diuinæ, sed solius humanæ vetantis testari de prædictis bonis in alias personas præter Ecclesiam, cuius intuitu quæsita fuerunt. vt *suprà* probauimus: eò maximè, quia vsitatissimum est apud Pontifices, quando aliquid lege diuina, etiam iudiciali statutum fuit, illius expressè meminisse. Patet exemplum *in c. cum esset, 10 vers. quia verò, c. relatum*, ibi, *quoniam*, &c. *de testam. c. 9. nouit 13. in princ. de iudic. c. in omni 4. in princip. de testibus, cap. Parochianos 14* cum multis *ibid. de decim. cap. quanquam, 4. de censib. lib. 6.* & alibi passim: ergo, cùm in proposito nullius legis diuinæ mentio fiat *in d. c. cùm in officiis*, sed solummodo antiquorum Canonum; satis probabile est nullius legis diuinæ, sed humanæ tantummodo prohibitionem referri, quod ibi *Cou. numero 5. vers. septimo*, expressè fatetur. Quamuis omnes Auctores contendentes Clericos dominos non esse redditutum suorum beneficiorum, in effectu velint eosdem testari prohiberi etiam ex lege diuina naturali, quæ furtum prohibet, & omnem iniustam dispositionem de re aliena: quia omnia iura, quæ ad hoc comprobandum allegant, procedunt ante diuisionem in quatuor partes, de qua *suprà* egimus; quo tempore bona omnia ecclesiastica communia erant, nec ministri poterant aliquid accipere vltra propriam sustentationem: tunc enim, si aliter prædictis bonis vtebantur, & furtum, & sacrilegium committebant.

44 Quapropter Ecclesiarum bona, fructus, & redditus non debent malè à beneficiariis, & earum Prælatis impendi: illis enim tantum licet erogare, quantum ad vitam honestè. & cum dignitate, vel mediocriter sustentandum satis esse videatur: reliquam autem ex pecunia partem, ne otiosa in arca sit, nulliúsque prorsus vsui, omnem pauperibus erogandam censeo, non propter hominum tantum gloriam, quæ res quidem nos vanitatis nomine redargueret; non commodorum causa nostrorum, vtilitatísque gratia, quod sine dubio in sordidissimo quæstu poneretur; non denique inhonestæ cupiditatis, libidinísque causa, qua in re intemperantiæ crimine merito damnaremur, sed propter honestatem ipsam maximè, & charitatem; pauperibus, inquam, spectatísque virtute viris, non improbis, scelestísque hominibus, seruis etiam his, qui singulari in dominos, & beneuolentia & fide sunt; non scurris, sycophantis, adulatoribus, quod plerumque fit; non denique diuitiis affluentibus, sed his omninò, quos, vt dictum est, egentissimos, rerumque omnium inopia laborare non ignoramus; atque ille quidem maxima laude dignissimus censeri debet qui magno animo, pio, excelso miserrimorum hominum indigentiam, non precibus aliorum, vel flagitationibus defatigatus, sed vltrò, benignè, prolixeque sublenat.

45 Meminerint tandem bona huiusmodi, non sibi data esse, vt suos ditescant nepotes, nec vt alta erigant palatia; talia nempe, in domibus Regum sunt ad hosce vsus; nec consanguineis diuitibus alia tradere possunt, quam illa, quæ sibi parcè viuendo subtraxerunt: nam sicut illa extraneis, ita etiam consanguineis licitè tradere possunt, vt per Squillante *de oblig. Cleric. p. 1. n. 26.* Nolin *de inst. tract. 2. disp. 146.* quem refert Bonac. *var. tract. disp. 4. de obligat. benef. puncto 1. n. 14.* subdens Concil. Tri. *sess. 25. de refor. c. 1.* non extendi ad huiusmodi casum, cuius verba, quia pulchra sunt admodum in præsentiarum annectenda duxi. *Omninò verò eis interdicit, ne ex redditibus ecclesiasticis consanguineos, familiaresve suos augere studeant cùm & Apostolorum Canones prohibeant, ne res ecclesiasticas, quæ Dei sunt consanguineis donent; sed si pauperes sunt, vt pauperibus distribuant; eas autem non distrahant, nec dissipent illorum causa.* Ex quibus verbis clarè constat non esse iudicandum de fructibus beneficiorum, sicut de bonis patrimonialibus quia in istis habet Clericus liberam potestatem disponendi, & tam in vita, quam in morte ea dandi consanguineis, etiam vltra statum habentibus, & sic diuitibus: in illis verò ecclesiasticis non sic ampla ei tribuitur potestas, nisi iuxta terminos à nobis suprà præpositos. Certè præclarum exemplum est Benedicti XI. qui nullum ex suis propinquis ad aliquod Ecclesiæ munus accersiuit: dicere namque solebat, Pontifices propinquos non habere, vt refert Matth. Tymp. *in speculo Eccles. signo 104.* Nicolaus IV. in cognatos, & affines ita semper affectus fuit, vt iis nihilo plus deberi se diceret, quam cuiuis bono. Itaque hoc quasi domestico vinculo expeditus, eò faciliùs omnes suas curas in communibus Ecclesiæ commodis curandis desigebat Clem. IV. qui cùm ante Pontificatum duas filias legitimè suscepisset, vni in Monasterio collocatæ triginta tantum libras dedit; alteri, quæ marito suæ conditionis nupserat, trecentas libras dotis nomine numerauit & hac conditione, ne quid ampliùs peteret: Habuit & nepotem Clericum, quem ex tribus præbendis, quas habebat, vnam vt eligeret, & reliquas dimittere coëgit. Instantibus amicis, vt potiùs nepoti maiora tribueret, respondit se Deo non autem carni & sanguini acquisiturum & Pontificibus Romanis filios non esse, nec eis licere, quod suum non erat propinquis dare, referunt Matth. Tymp. *vbi sup. sign. 13.* Pelag. *de planctu Ecclesiæ. libro 2. capite 15.* Vnde, quia lectu iucunda, & fructuosa est epistola, quam ad nepotem Petrum Grossum scripsit eius verba subiungit. *Multis de nostra promotione gaudentibus, nos soli sumus, qui certius immensitatem oneris experimur; idcirco quod aliis gaudium, nobis subministrat metũ & fletum. Sanè vt scias, qualiter his auditis debeas te gerere, scire te volumus, quod humilior solito debes esse. nec enim, quod nos vehementer humiliat, debet nostros extollere, maximè cùm honor huius seculi, momentaneus sit, & sicut ros trãsit matutinus. Nec ad nos te, nec fratrem tuũ, vel ex aliis nostris aliquẽ venire volumus sine nostro speciali mandato quia spe sua frustratus, si secus venire præsumeret, oporteret, vt rediret confusus. sed neque in sororis tuæ nuptiis quæras propter nos altiorem: nec enim nos haberes propitios, nec in aliquo adiutores; si tamen eã filio militis desponsaueris, in trecentis libris Turonensibus tibi proponemus subuenire; & si altiora quæsieris, nec à nobis denarium speres vnũ: & hoc ipsũ secretissimum esse volumus, & tibi, & matri solummodò notum esse. Illud etiam scias, quod nullũ nullamque de sanguine nostro sub nostra sublimationis obtentu inflari volumus: sed tam Mobiliã quàm Cæciliam, illos viros habere volumus, quos haberẽt, si essemus, in simplici clericatu Sibylam visita & dic ei, quod locũ non mutet; sed remaneat apud Susam. & omnem maturitatem, & habitus honestatẽ obseruet, & preces, apud nos pro aliquo non præsumat assumere: nam & ei, pro quo fieret, essent inutiles, & ipsi, qui rogauerint, dãnosa. Et si forto per aliquos ex hac causa munera offerãtur, ea respuat, si vult nostrã gratiã retinere. Saluta matrem, & fratres.*

Pius V. Cardinalem Alexandrinum nepotem rebus agendis suum adiutorem sic adhibuit, vt suam ipse auctoritatem retinendo, non vni omnia deferret,

deferret, sed grauiora quæque ipse cognosceret, & cum amplissimorum Patrum consilio moderaretur: Et cùm multi Magnates, & Principes viri aliquando ei subiicerent dotes, & alia propinquis data subsidia, tenuiora videri, quam talis, tantique Principis cognatos deceret, posseque largiori manu cum illis agi. respondit: *Quin etiam de his modicis, an salua conscientia dederimus, sæpè nobis venit in mentem dubitare; hæc enim bona sunt Ecclesiæ, in eos tantum sacros vsus, non ad luxum, aut ad ditandos propinquos à sanctis legibus destinata. Se ad summum Pontificatum à Deo vocatum fuisse dicebat, vt Ecclesiæ sua, non vt consanguineorum, aut commodis inseruiret, aut cupiditati*; refert Gabut. *in eius vita, lib. 6. 14.* Illud etiam liquet Magnatem quandam titulis & fortunis illustrem misisse, qui filiam, nepotis Pontificis, Cardinalis Alexandrini fratri non sine perampla dote vxorem offerret, eam vnam ob rem, vt Pontifici sanguine iungeretur, cui Pontifex respondit, eius voluntati magnam habere se gratiam, veruntamen nec Ducis, nec Marchionis, nec Baronis titulos velle se in suam gentem inducere, quibus honorum insigniis nunquam antea claruisset. De hoc eodem nepote, qui viuebat apud fratrem suum Cardinalem, & suum habebat separatim magistrum, alloquutus Pontificem ipsum Cardinalis ipsius Oeconomus, cùm familiam augeri dicere oporteret famulis domino Antonio Hieronymo assignandis. Tum Pontifex: *Quisnam verò est*; inquit, *iste dominus Antonius Hieronymus?* Cum ille Cardinalis Alexandrini fratrem respondisset, subiratus Pontifex: *Cur*, ait *dominus Antonius? Antonius est, & erit Antonius, non dominus Antonius*: eique famulum vnum, vel alterum iussit attribui, addens velle vt sibimet ipse ministraret, vt antea: ita habetur *in Epistol. 5.* aliquorum grauium virorum de gestis Pij impressa per Fr. Archangelum Caracciara de Papalta, Procuratorem canonizationis eiusdem Pij V. *Quis mihi det*, exclamabat S. Bernard. in epist. ad Eugenium *antequam moriar, videre Ecclesiam Dei, sicut in diebus erat antiquis, quando Apostoli laxabant retia in capturam, non in capturam argenti, vel auri, sed in capturam animarum?*

50 Decimo quartò infertur de suis propriis & patrimonialibus bonis, aut aliunde, quàm per Ecclesiam acquisitis, Clericos disponere pro libito posse, & ad hæredes transmittere, *capite Episcopi, cum seqq. 12. quæst. 1. cap. de laicis, vers. Episcoporum, 12. quæst. 2. cap. 1. cum seqq. 12 q. 3. cap. 1. & 2. 12. quæst. 4. cap. 1. & c. quia nos, cap. relatum, il 2. vers. cæterum, & c. requisisti, de testam.* Cou. *in d. capite 1. de testam. num 3. & numero 11.* Molin. *de primog. lib. 2. cap. 10. à n. 26.* Marta *de iurisdict. p. 6. casu 24. n. 3. & casu 26. ex n. 1.* Iacob. de Graff. *in aureis decis. p. 1. lib. 2. c. 2. 100. n. 29. ver. rursum* Sanch. *in opusc. moral. lib. 2. c. 2. dub. 50.* Sed & peculium intuitu Ecclesiæ, vel clericatus quæsitum, nisi sit profectitium, id est, de bonis, vel redditibus Ecclesiæ acquisitum, patrimoniale intelligitur, ita vt transmittatur ad hæredes, sicut no-

51 tatur *in cap. sint manifesta 12. q. 1.* Verum, si Clericus tempore, quo adeptus est beneficium, nihil proprii habuisse probetur, quicquid moriens reperitur habere de immobilibus bonis, aut etiam mobilibus, non modicæ æstimationis præsumitur de Ecclesiæ redditibus comparasse: & ideò transire non poterunt ad hæredes, *cap. 1. de pecul. Cleric.* At, si constituerit ante adeptum beneficium bona habuisse, ipsiúsque beneficij redditus tenues esse, tunc semper bona, quæ reperta fuerint, præsumuntur potius quæsita ex bonis Clerici, quam Ecclesiæ, Abb. *in d. c. 1. n. 3. & in d. c. cum asses, n. 24. de testam.* Roman. *cons. 346.* Beroi. *cons. 7. n. 7. vol. 2.* Rot. *decis. 182. n. 7. & 10. p. 3. diuers.* Mascard. *de probat. concl. 1171. n. 31. & 32.* Bellet. *disquisit. clerical. p. 1. tit. de bonis Cleric. §. 6. n. 8.*

In dubio autem, an peculium relictum á Clerico sit de bonis Ecclesiæ profectitium, an verò potius aliunde quæsitum? erit pro Ecclesia præsumendum, vt ad hæredes defuncti non transeat, *cap. quicunque. in fine, 12. q. 3.* notatur, *in d. c. 1. cum seqq. de peculio Cleric.* Menoch. *de arbitr. casu 195. n. 9. & de præsumpt. lib. 3. præs. 53.* Marta *de iurisdict. p. 4. casu 24. n. 10.* Petr. Enriq. *cons. 17. n. 4.* Bellet. *d. tit de bonis Cleric. §. 10. à princip.* Rot. *in Arboren. Spolij 17. Iunij 1624* coram bon. mem. Patriarcha Manzanedo. Quòd si Clericus aliquid proprium obtinebat, ignoretur autem, de quibus rebus in specie, vel cuius quantitatis sit peculium quæsitum, quod in morte ipsius reperitur, erit inter Ecclesiam, & hæredes defuncti diuidendum, *cap. 1. in fine, 12. q. 4. arg. cap. Sancto, & ibi* Host. *de successiôn. ab intest.*

Ad huiusmodi autem ambiguitates tollendas, cùm Canones non patiantur, vt neque Ecclesiæ 53 bona minuantur, aut pereant, neque Clerici in rebus propriis damnum patiantur, statuerunt *in cap. manifesta. cum seqe. 12. q. 1. & in cap. 1. 12. quæst. 3.* vt manifesta esse debeant, quæ ad Ecclesiam pertinent, & vt sint etiam manifestæ res propriæ Clerici, vel Episcopi, aut cuiuscunque Prælati, ac propterea si Clericus, vel Prælatus de bonis Ecclesiæ alia bona, præsertim verò immobilia acquisierit, debet eius rei scriptum Ecclesiæ nomine conficere; non autem propriis vsibus deputare, *cap. 1. & fin. 12. quæst. 4. cap. Presbyter. de pecul. Cleric.* ne inuasor rerum ecclesiasticarum iudicetur. *capite 1. 12. quæst. 3.* sed neque alieno nomine potest Clericus eadem vsurpare, *cap. inquirendum. de pecul. Cleric.*

De his autem rebus, vel bonis, quæ Clericis, vel Prælatis post beneficium adeptum conferun- 54 tur, vel donantur, aut accedunt, ita quidem est Canonibus definitum, vt si sint oblationes, vel relicta fidelium, quæ pro salute animarum suarum Ecclesiæ intuitu relinquuntur, aut etiam ipsis non cum Ecclesia offeruntur: quia id pro redemptione animæ suæ, non pro commodo Sacerdotis probantur offerre, non quasi sua propria, sed vt Ecclesiæ donata inter bona Ecclesiæ deputentur, nisi, videlicet, tales sint res, quæ pro victu, aut necessitate personæ ad quotidianos vsus donantur, quamuis etiam pro anima offerantur, *cap. Episcopi 12. q. 1. c. Pontifices 12, q. 3. d. cap. requisisti de testam. d. cap. inquirendum, de pecul. Cleric.* Et Pius IV. *in sua Bulla* incip. *Graue nimis*, prohibuit beneficiatos quoscunque testari, donare tam inter viuos, quàm causa mortis, codicillos facere, legare acquisita in fructibus Ecclesiasticis etiam ad fauorem piæ causæ absque licentia S. Sedis Apost. cuius meminerunt Nald. *in sum. verb. beneficium n. 4.* Nouar. *in sum. Bullarij tit. de de beneficiorum fructibus prohibitis testari.* Sanè quicquid Presbytero intuitu tantùm commodi sui ex amicitia, vel cognatione, quocunque modo donatur, aut etiam Ecclesiæ per fidei commissum, vt scilicet, ipsa illud alteri præstare grauetur, inter facultates suas Ecclesia numerare, aut retinere non poterit *cap. quicunque 12. q. 3. d. c. Pontifices, in fine.*

Præterea,

55 Præterea, si Clericus, vel Prælatus damnum aliquod Ecclesiæ bonis intulerit, aut quia alienauit, aut verò deseruit statuitur *in cap. Episcopus, qui filios 12. q. 2. & in cap. 212. quæst. 4.* vt resarcire de propriis bonis teneatur, sicut contra quoque, si ipse pro rebus Ecclesiæ detrimentum in bonis suis pertulerit & id comprobare potuerit, est ei de rebus ipsius Ecclesiæ resarciendum.

Pluribus modis, & aliquibus casibus possunt Clerici de bonis & fructibus Ecclesiarum intuitu acquisitis disponere. Primò si sint Curiales & incolæ vrbis, ac ciues Romani originarij in vrbe, & eius districtu intra decem milliaria decedentes, isti enim possunt libere disponere de fructibus, & emolumentis suorum beneficiorum, & similiter non faciunt spolia de bonis in dicta vrbe, & eius districtu producto existantibus, *Paulus V in sua Constit.* incip. *In eminenti, sub die 8. Aprilis* 1606. cuius meminerunt Nald. *in sum. verb. Clericus n. 45.* & Nouar. *in sum. Bullarij tit. de beneficiorum fructibus num.* 4. quo priuilegio minimè gaudent beneficiarij beneficia personalem residentiam requirentia obtinentes, si extra residentiam decedant, iuxta Constit. Pij IV. *de anno* 1564. contra non residentes editam quorum bona ex ecclesiasticis fructibus acquisita Cameræ Apost. applicat, sublata eisdem licentia generali eis concessa, & speciali, si eam obtinuerint, quam eis saluam esse vult si resideant. Secundo de distributionibus quotidianis poterunt testari, Azor. Fr. Emman. Vgolin. Bellet. & alij, quos refert & sequitur Nauar. *vbi supra n. 11.* Tertiò de pensionibus, idem Nauar. *num.* 14. Quartò ex causa renunciationis, idem Nauar. *d. loco num.* 7. Quintò de bonis & rebus acquisitis occasione beneficiorum, quæ sibi aquisiuit parce viuendo, vt per Garc. *de benefic. p. 2. cap. 1. num.* 9. Nald. *d. loco num.* 15. Nau. *d. tit. de beneficiorum fructibus n. 5.* Greg. XV. *dec.* 401. *n.* 6.

56 Hucusque dicta deseruiunt, vt scire possimus, de quibus rebus Clerici morientes disponere possint aut minimè. Nunc verò est perquirendum in casu, quo nullum fecerint testamentum, aut factum iuribus non subsisteret, seu effectum defuncti voluntas habuerit, quis in bonis eorum succedere debeat. qua in re sciendum est tria genera successorum posse in huiusmodi bonis ius habere, videlicet, eos, qui legitimè de iure ab intestato succedunt; item Ecclesiam, cui seruiuit, tertiò, Romanum Pontificem, seu Cameram Apost.

57 Quod enim ad primos successores attinet, respondemus, quòd in his tantum bonis, quæ transmitti possunt ad hæredes, quæ scilicet, patrimonialia verè aut quasi patrimonialia existunt, id est quæ intuitu magis personæ, quàm Ecclesiæ, quamuis ratione Ecclesiæ sint acquisita, de quibus ostendimus Clericos posse testari, succedunt cognati eorum, aut consanguinei, vel alij, qui de Iure ciuili ab intestato essent legitimè successuri, *cap. Episcopi 12 q. 1. cap. sint manifesta, cap. fixum*, cum similib. 12. *q.* 1. *Auth. de eccles. tit. §. si quis Episcopus*, Roland. *cons. 12. num. 19. & 61. vol.* 4. Bellet. *disquis. cleric p. 1. tit. de bonis Cleric. §. 14. num.* 1. His vero deficientibus (aut quia non extent, aut quia ex caussis iure expressis à legitima successione excluduntur, succedet Ecclesia, cui seruiunt *c. fin.* 12. *q.* 5. *c. requisisti, c. relatum il 2. de testam. c. 1. de success. ab int.* Purpur. *cons.* 758. *col.* 2. Pereg. *de iure fisci, l. 4. tit. 3. n.* 10. Azot. *instit. mor. p. 2. lib. 8. c. 3. quæst.* 11. Bellet. *d. tit. de bonis Cler. §. 14. num.* 3. Si tamen sit Clericus coniugatus, eius vxor in bonis illius præferetur Ecclesiæ, *d. c. sint manifesta 12. q. 1. si quis Presbyter, C. de Episc & Cler.* quòd enim canones aliqui indistincta affirmant Clericis ab intestato decedentibus non alios quàm Ecclesiam succedere, vt *in cap. quicunque in fine, 12. quæst. 3. & in cap. fin. 12. q. 5. & in c. 1. de success. abintest.* hoc per alios Canones exponitur, vbi alios non habent legitimos successores, sicut colligitur ex *d. c. Episcopi, & ex d. c. sint manifesta, & ex d. c. quicunque.* cum aliis. Hoc tamen consulitur *in c. Episcopus, qui filios, 12. q. 2,* vt qui legitimos successores non habet, si condere testamentum voluerit, alium, quàm Ecclesiam. non relinquat hæredem,

De secundo igitur genere successorum dicitur, 58
quòd non solùm in bonis Ecclesiæ vel intuitu Ecclesiæ, acquisitis, de quibus Clericus testari non potest, cognatis exclusis, immediatè succedit Ecclesia, cui seruiunt; id est cuius est beneficium, quod moriens obtinebat, *c. illud*, cum similibus 12. *q.* 2. *c. fin. de pecul. Cleric. c. 1. c. relatum il 2. c. requisisti, de test. d. c. 1.* vbi gloss. & Doctores, *de successión. ab intest.* sed etiam in iis, de quibus testari libere poterat, in eo, scilicet, casu quo legitimos successores non habeat, *c. 2. & 3. 12. q. 3.* sicut in bonis laicorum
eo casus fiscus in subsidium succedit, *l. 1. C. de bonis* 59
vacan. lib. 10. Ordin. Reg. Lusit. *lib. 2. tit. 26. §. 17.* & apud Castellanos *l. 3. tit. 13. p. 6 & l. 12. tit. 8 lib. 5 nona recop.* Mol. *de instit. tr. 2. disp. 164. concl.* 11. Surd *de alim tit. 1. q. 11. a num.* 16. Cabed. *Lusitan. dec. 51. & 52. & 61. à n. 1. p.* 2. Si verò contingeret, vt Clericus aliquis intestatus decedat, qui in pluribus Ecclesiis beneficia obtinebat, eo casu bona illius inter omnes Ecclesias illas erunt diuidenda, pro rata beneficij quod à singulis obtinebat, *de c. relatum. § fin. de testam.* arg. *cap. 1. vers. Si vero 12. q.* 4. Quod si beneficium erat in Altari tantummodo, vel Capella Ecclesiæ, non Ecclesia ipsa sed Capella, siue Chapellanus successor in bonis huiusmodi, vel eorum
parte succeder, vt notatur *in d. c. fin. 12. q. 5. & in* 60
d. §. si quis Episcopus, in auth de ecclesiasticis titulis.

Porrò, dum dicimus Ecclesiam succedere, duobus modis intelligendum inuenimus: aut enim Ecclesia illa est Collegiata, seu Conuentualis; & eo casu Collegium ipsum vel Conuentus, aut Congregatio, non autem Episcopus vel successor in beneficia succedere intelligitur *c. illud 22. q. 2. c. relatum il. 2. vers. nomine.* Aut Ecclesia est simplex; & tunc successor in beneficio illius Ecclesiæ vel Capellæ solus pro Ecclesia ipsa, vel Capella succedit, quare non patronus Ecclesiæ, vel Capellæ succedet in bonis defuncti, quamuis etiam esset persona ecclesiastica, in bonis verò eorum, qui beneficium absque Ecclesiæ alicuius, aut Capellæ administratione obtinebant, si nullum legitimum successorem habuerint, Collegium vel Conuentus aut Congregatio, ad quam ille pertinebat, vel Episcopus ea deficiente, ves ex loci consuetudine in omnibus bonis succedet *d. c. requisisti, in fine, de test.* Host. *in sum. de success. ab intestato §. qualiter Ecclesia.*

Verum circa hæc omnia sciendum est quod ad
tertium genus successorum attinet. quòd cum Ro- 61
manus Pont. tanquam Christi Vicarius omnium bonorum ecclesiasticorum administrationem de iure obtineat, & supremum ius in omnibus Ecclesiis, & beneficiis habeat, *cap. si à Sede, de præbend. in 6. Clem. 1. vt lite pend.* quamuis Episcopis singulis, & Ecclesiarum Rectoribus hoc ius in suis diœcesibus & Ecclesiis, atque bonorum ecclesiasticorum administrationem, quantum, & quomodo Ecclesiæ necessarium, atque expediens videbatur, dimiserit, &

& propterea etiam statuerit, vt bona, & redditus Ecclesiarum vacantium ipsis Ecclesiis, vel in earum vtilitatem expendendi, vel successori in beneficio dimittendi asseruarentur; nihilominùs ius illud supremum, quod in huiusmodi bonis obtinere dignoscitur, non adeò à se abdicauit, vt nonnisi emergentibus causis non valeat de huiusmodi rebus, prout necessitas, vel vtilitas Ecclesiæ suaserit, liberè disponere, atque tractare. Hinc est, quòd multoties consueuit fructus Ecclesiarum vacantium aliquibus Episcopis ad certum tempus concedere, pro subleuando onere debitorum, quo Ecclesiæ grauabantur, *cap. tua de verb. signif. c. si propter, de rescript. in 6. capite si tibi, de prabend. eod. lib. Extrauag. postulasti, eodem tit. inter commun.* Hinc est etiam, quod de fructibus beneficiorum vacantium certam pensionem alteri ab Ecclesia persoluendam certis de causis sæpius assignauit, vt *supra de pensionibus*, vidimus. Rursus & hinc est, quòd fructus aut bona vnius Ecclesiæ alteri ex causa aliqua perpetuò tradidit, & vniuit, aut partem eorum alteri tradendam constituit, vt de vnionibus visum est. Et denique hinc est, quod pro subleuandis oneribus Cameræ Apost. & ad subueniendum necessariis sumptibus, qui pro vniuersalis Ecclesiæ statu, his præsertim temporibus instare noscuntur; tum partem fructuum beneficiorum vacantium, qui ab eadem Sede conferuntur; tum etiam bona Clericorum decendentium eo modo, quem exponemus, sibi, & Cameræ Apostolicæ reseruare censuit, ac deberi constituit, vt quo extat exemplum *in Extrauag. ad vniuersalis, vers. vt quia propter assiduas, de treuga, & pace inter com.* necnon decimam, vel aliam partem fructuum omnium beneficiorum, pro certo tempore sibi, aut Principibus sæcularibus ex publica causa plerunque exolui præcepit. Vide *Extrauag. declarationis, de decim. inter com.* & S. Antonin. *p. 2. tit. 4. c. 3. §. 4.*

62 Nunc verò circa bona Clericorum decedentium, quæ spolia nominantur ex Summorum Pontificum Pauli III. & successorum Constitutionibus, & ad earum intelligentiam breuiter est notandum, quòd nomine spoliorum, ea tantummodo bona etiam immobilia ad prædictam Cameram declarantur pertinere, quæ à persona ecclesiastica defuncta etiam Regulari ex bonis, vel redditibus ecclesiasticis mediatè, vel immediatè quæsita fuerunt, aut redditus ipsos, vel fructus extantes: ex patrimonialibus verò, vel quasi patrimonialibus, de quibus, scilicet posset testari, nihil nisi ea quæ ex illicita negotiatione quæsita fuissent, quæ sibi etiam tanquam spolia exoluat Apostolica Sedes: sed neque empta, aut comparata ex Ecclesiæ fructibus ex quibus Ecclesia, vel beneficiatus percipit, redditus vel ipse donauit Ecclesiæ, per *capit. fin. de pecul. Cleric.* nec ornamenta, aut vestimenta, vel vasa sacra, & alia huiusmodi ad cultum diuinum parata, etsi nondum sint Ecclesiis tradita, quia in iis Ecclesia succedit, neque lignea quædam vtensilia domus, veluti scamna, vel cathedræ, aut mensæ, & arcæ, & similia lignea, vel lapidea etiam de Ecclesiæ fructibus comparata, quæ vult in defunctorum domibus conseruari. Et denique nulla bona Clericorum, qui dum viuerent, beneficia eorum, vel pensiones valorem 30. ducatorum cameralium non excedebant, nec fructus ante litterarum Apostol. expeditionem, aut aliàs male perceptos & beneficiorum Italiæ reseruatorum, vel affectorum, dum vacant, & Clericorum bona extra residentiam morientium spoliorum nomine sibi deberi constituit. Cæterum reliqua bona immobilia empta, vel etiam reædificata, aut restaurata ex fructibus ecclesiasticis, nisi (vt præfati sumus) pro sua ecclesia ac victu successoris hæc facta fuerint *d. c. fin. de pecul. Cleric.* & mobilia omnia veluti vestes & supellectilia linea, nec non gemmæ, & alia pretiosa, atque pecuniæ, item se mouentia, & iumenta, & cætera animalia, & denique iura, & actiones, siue credita, & ea quæ Ecclesiæ illi aut beneficio debentur à die tantum vacationis ipsius Ecclesiæ vsque ad diem perfectionis, seu prouisionis, aut collationis, vel commendæ de ipso beneficio faciendæ per ipsam Cameram exigenda, & omnes fructus, ac redditus iam percepti, vel saltem à solo separati, & eidem debiti ad ipsam Cameram spoliorum nomine pertinebunt. Vide quæ diximus *in tr. de appellatiua verborum vtriusque iuris signif. appellat.* 247. & de spoliis clericorum latè Redoan. *in speciali tr. de spoliis*, Ricc. *in praxi resol. 415. cum seq. p. 3.* Ioan. Anton. Nauar. *in sum. Bullar. tit. de spolijs clericor. super Bulla Pii V.*

Et hoc quidem etsi in omnibus per vniuersum Orbem Ecclesiis Romana Sedes sibi valeat vendicare, per totam Italiam tantum, & non vltra Montes, & maria vult ad huiusmodi manum extendere: sed neque eorum, qui in Vrbe Romana decesserint, aliquid nomine spoliorum percipere intendit, imò alibi quoque intra Italiam, vbi spolia huiusmodi ad Episcopales mensas ex consuetudine, vel priuilegio aut ad ipsas Ecclesias descendentium peruenire noscuntur, aut non consueuerunt spolia huiusmodi perquiri, nihil horum nomine exigit. Et denique eorum, qui ex priuilegio ipsius Sedis de bonis huiusmodi testari potuerunt, nihil, etiamsi intestati decesserint, exigere intendit: cùm autem Ecclesia quælibet, aut quisquam in huiusmodi bonis succedens etiam onera ipsius Ecclesiæ à defuncto relicta sustinere, ac debita persoluere teneatur, quæ scilicet, pro necessitate tantum ipsius Ecclesiæ, aut pro sumptibus necessarijs ipsius defuncti, contraria fuerint, *capite 1.* iuncta gl. & *ibi* Doctores *de solutionib. capite 2. eod. titulo c. quòd quibusdam de fideiussor. cap. præsenti, in fine, de officio ordin. in 6.* sic quoque Cameræ Apost. eius Ecclesiæ, cuius spolia percipit, onera, ac debita similia exoluere consueuit. 63

Si verò aliquis etiam Prælatus vel Ordinarius, cui hoc non competeret, bona huiusmodi decedentium Clericorum occupare, aut in vsus suos conuertere præsumeret, suspensionis, & interdicti sententiis subiacere constituit. Bonifac. VII. *in d. cap. præsenti, de officio Ordin. lib. 6.* & ne vsurpentur, fuit constitutum *in cap. sic vbi 12. q. 5.* Vbi verò ex priuilegio, aut consuetudine, vel alia rationabili causa huiusmodi percipiuntur, ea tantùm bona competere intelliguntur, quæ solutis debitis, si quæ sint, & iis reseruatis, quæ fuerint necessaria pro famulis, ministris, ac incumbentibus oneribus vsque ad nouos redditus supportandis ex ipsis reperta fuerint superesse, vt idem Pontifex statuit *in d. c. præsenti.* 64

Potest tamen Ordinarius, aut Romanus Pontifex Clerico, qui in loco Ecclesiæ, aut ipsius Ecclesiæ nomine prædium, aut vineam, vel aliud simile construxit, si viuens Ecclesiam illam dimiserit, illud ei, quoad vixerit, concedere possidendum: præsertim si egeat; modò eo moriente ad Ecclesiam reuertantur Doctores per text. ibi *in d. c. fin. de pecul. Cleric.* Bursat. *cons. 226. n. 93. & seq. vol. 3.* Beller. *disquis. Cleric. p. 1. tit. de bonis Cleric. §. 4. n. 2.* Marc. Anton. Genuens. *in practicabil. ecclesiastic. quæst.* 214. 65

per

per tot. Ioan. Ant. Nouar. *d. tit de beneficiorum fructibus num.* 3. Expensas tamen, quas in meliorandis rebus Ecclesiæ de suo patrimonio fecit, tam ipse, quàm eius hæres repetere potest, Surd. *cons.* 333. *n.* 32. Paul. Comitol. *resp. mor. p.* 1. *quæst.* 82. *in fine* vbi intelligit nisi fecerit animo donandi, Steph. Gratian. *discept. forens. cap.* 117. *n.* 26. Card. Pereira *de empt. cap.* 27. *n.* 2. Bellet. *d.* §. 4 *n.* 3. vbi *n.* 5 cum Abb. *in d. cap. fin. num.* 2. notat, quòd Clericus, qui ex industria suæ personæ rem Ecclesiæ meliorem fecit, non potest repetere, quod sic ex industria sua impendit, sed illud cedit Ecclesiæ.

67 Vtrùm autem consuetudine introduci possit, vt Clericus de fructibus beneficiorum suorum licitè testari possit, securúsque in conscientia sit? Partem affirmatiuam defendunt Cou. *in cap. cum in officiis n.* 9. *de testam.* vbi testatur consuetudinem hanc introductam esse in tota Gallia, & Hispania, scientibus, & consentientibus Summis Pontificibus, ac cæteris Prælatis, vt constat ex *l.* 4. *&* 5. *tit.* 21. *part.* 1. *& ex Ordin. Regia Lusitan, lib.* 2. *tit.* 18. §. 7 *in fine*, aduertunt Duen. *reg.* 366. *n.* 11. Sot. *de iust. lib.* 10 *q.* 4. *art.* 3. Sarmien. *de redditib. p.* 4. *cap.* 1. *a n.* 8. Salzed *ad Bernard. in practic. cap.* 135. *lit.* A. Cened. *ad Decreeal collect.* 1: *n.* 1. Viui. *tom.* 1. *opin.* 41. *ad fin.* Molin. *de primog. lib.* 2. *c.* 10. *à n.* 53. Ricc. *in collect. decis. col.* 1716. Nauar. *vbi supra n.* 12. Boët. Epo *in comment. ad cap.* 1. *de testam. num.* 84. *cum seqq.* Pro quibus expenditur primò *c. cum tibi* 18. *de verbor. signific. c. præsenti* 9. ibi *vel. consuetudine, iam præscripta*, & ibi, *consuetudine, seu alia, de offic. Ordin. lib.* 6. *Extrauag. suscepti* 2. *de elect.* Ioan. XXII. quibus habetur valere consuetudinem, quia introductum est fructus beneficiorum vacantium per aliquod tempus ad defunctum pertinere, vel ad alias personas præter Ecclesiam, respectu cuius fuerunt acquisita. Secundò facit, quia potest Summ. Pontifex concedere Episcopis facultatem testandi de bonis quæsitis intuitu Episcopatus, vt resoluunt Doctores per me citati *in collect. ad cap.* 1. *num.*.. *de testam.* puia Papa nihil aliud facit. quam prorogare, siue extendere ad gerendos actus vltimæ voluntatis administrationem eorumdem bonorum, quam in vita habebant. si ergo Papa hoc facit, & facere potest, quare id ipsum in minoribus terminis circa Clericos inferiores non poterit legitima consuetudo à tanto tempore in tota Ecclesia catholica obseruata? est enim, vt Doctores arguunt, de priuilegio ad consuetudinem, & vice versa, bonum argumentum, vt notatur per text. ibi *in l.* 3. §. *ductus aquæ ff. de aqua quotidiana, c. super quibusdam* § *præterea, de verbor. signific. c.* 1. *de præscript. in* 6. & declarant citati per me *in tract. de locis comm. argum. Iuris, loco* 88. *num.* 1. Igitur, &c. Tertiò expenditur, quia aliàs sequeretur omnes beneficiarios totius ferè vniuersalis Ecclesiæ in peccato mori, & in statu damnationis, si talem damnemus consuetudinem, quam neque Pontifices nostris temporibus, nec iura hucusque condemnarunt: quia, vt rectè considerat Cou. *d. n.* 9. *ad finem princip.* Papa *in c. relatum* 12. *vers. licet autem, de testam.* approbans consuetudinem ad pia, non reprobat hanc, quæ modò frequentissimè obseruatur: planè non est par credere, quod si Summi Pontifices intelligerent, tot animas illaqueari, & in peccato mori, controuersiam hanc inter Doctores, tam acriter agitatam non diremissent, declarando hunc statum periculosum, & consuetudinis deformitatem: quod cum hucusq; non fecerint, satis probabile est coniectari, consuetudinem vt licitã, & rationabilẽ, ab eisdẽ approbari

Quibus consequens est verum non esse senten- 68
tiam Molin. *de iustit. tract.* 2. *disp.* 147. *conclus.* 7. *ad finem*, dum putat consuetudinem, de qua agimus, quamuis legitimo tempore inductam, efficere non posse, vt beneficiarij licitè, hoc est, sine peccato, vel inter viuos, vel per vltimam voluntatem, expendant bona intuitu Ecclesiæ quæsita in vsus non pios; quia, vt ille ait, expendere talia bona in vsus non pios est illicitum, & contra ius naturale aduersùs quòd nullà consuetudo vim habet, poterit tamen consuetudo hæc facere, vt validè talia bona impendant per vltimam voluntatem in vsus pios, quemadmodum valida est donatio eorumdem bonorum inter viuos ad eosdem vsus. Rationem huius rei considerat, quia solo iure humano sublata est beneficiariis facultas testandi ad quoscunque vsus: consuetudo autem legitima præscripta vim habet contra ius humanum *c. vlt. de consuetud.* Qua in re in multis peccauit Molin. Primo, dum affirmat consuetudinem, quamuis legitimo tempore inductam facere non posse licitam consumptionem huiusmodi bonorum in vsus non pios, quia contra ius naturale: si enim consuetudo ex eo capite est peccaminosa, fit consequens, necessariò valere non posse, *d. capite vltimo, cap. fin. vers. cùm generaliter, de præscript.* Secundò dum putat donationem eorundem bonorum inter viuos factam in vsus non pios quamuis validam, esse tamen peccaminosam. quia, cùm illa, secundùm regulas in materia consuetudinis, sit approbata (siue cum veriori sententia Clericos veros esse dominos affirmemus, siue largos administratores) siue in pios, siue in non pios aliàs licitos exerceatur, & illa legis auctoritate fiat; nullum peccatum inuoluit arg. *l. Gracchus* 4. cum ibi notatis *C. de adulter. cap. qui peccat.* 23 *quæst.* 4 igitur vtroque casu affirmandum est consuetudinem & validam, & licitam: si enim solummodo offendit ius humanum, vt fatetur idem Molin necessario sequitur, quod sicut validè, ita & licitè potuit introduci.

Secundò consequens est posse à fortiori consue- 69
tudine introduci, vt Clerici testentur ad pia de immobilibus, quæ aliàs intuitu Ecclesiæ compararunt, cùm ea sola legis humanæ prohibitio impediat testari, tam de immobilibus, quam de mobilibus intuitu Ecclesiæ quæsitis, consuetudo aliàs legitimè præscripta maximè ad pia potest oppositum introducere etiam in immobilibus, iuxta *d. cap. vlt. de consuetu. l. de quibus ff. de legibus*, cum aliis. Iuuat maximè, quia non minus potens est consuetudo, quàm priuilegium, arg. *d.* §. *ductus aquæ, d. c. super quibusdam.* §. *preterea.* Cum ergo priuilegium concedi valeat, vt Clerici de immobilibus testentur ad pia, post alios Decian. *cons.* 512. *num.* 8. similiter consuetudine introduci posse affirmandum est, vt fatetur Nau. *de reddit. q.* 3. *monitu* 5. *n.* 2. affirmans consuetudinem in his terminis solùm offendere legem humanam, & ideò legitimè introduci posse, iuxta reg. *l.* 2. *C. quæ sit longa consuet.* cum modò citatis. Nec obstat, quòd *d. c. relatum, vers licet,* solùm approbat consuetudinem testandi ad pia de mobilibus, quasi videatur improbare consuetudines testandi de immobilibus, etiam ad pia, vt voluit Card. *ibid. oppos.* 1. *ad finem.* Barb. *in c. cum in offic. iũ*: moti ex eo potissimum, quod immobilia alienari non possunt, absque debitis solemnitatibus, & euidenti vtilitate, *c. sine exceptione* 12. *q.* 2. *per tot. de rebus Eccl. non alien.* Respondetur enim dupliciter: & primo *d. vers. licet* directè non improbari cõsuetudinem testandi ad pia de immobilibus, & ideò

parum vrgere. Secundò, quòd etsi directè prohiberet, ad summum prohibitio est legis humanæ, contra quam legitima consuetudo admittitur, vt palam est, & fatetur in specie Nau. *vbi proximè*. Ad aliam verò Cardin. considerationem respondetur non habere locum stante consuetudine in contrarium legitimè præscripta, de qua agimus; vel meliùs dicendum in proposito non agi ex immobilibus Ecclesiæ, sed de illis, quæ Clerici intuitu Ecclesiæ compararunt, & in quibus adhuc retinet dominium, quo casu sumus extra terminos *d. c. sine exceptione*, cum aliis.

Tertiò consequitur admittendam fore receptam
71 consuetudinem, quam vigere in aliquibus Hispaniæ locis, & apud nostros Lusitanos testatur Nau. *de spoliis Clericor*. §. 9. *n*. 6. *&* §. 16. *n*. 1. Molin. *d. disp*. 147. *col*. 9. *&* 10. secundum quam mortuo beneficiario Episcopus de mobilibus, aut se mouentibus bonis ipsius beneficiarij eligit, vnum, siue mancipium sit, siue mula, aut alia res pretiosa, siue illa fuerit introducta in consolationem Prælati, de morte sui beneficiarij, vt Nauar. vult *dicto loco*; siue ad sedandas lites, vt Molin. contendit *citata col*. 10. parui enim momenti est hæc disputatio; etenim consuetudo legitimè præscripta potens est, vt bona, quæ Ecclesiæ, vel futuro successori debuerant reseruari, iustis de causis in hanc, vel illam personam transferantur *d. cap. cùm tibi de test*. quia legem diuinam non offendit, sed solam humanam: talis est hæc circa luctuosa. Igitur &c. Qua in re obiter notamus contra Nau. *d*. §. 16. & Molin. *d. col*. 10. *in fine*, dum putant luctuosam non nisi in vsus pios ab Episcopo expendendam esse: vnde vitio vertunt cuidam Prælato, quòd mulam valoris 200. aureorum, quam pro luctuosa acceperat, illicò donauerit cognato suo diuiti: si enim consuetudo hoc iusta de causa introduxerit, vt in vsus profanos aliàs licitos expendatur, sine dubio illud facere poterit, vt ex iis, quæ circa generalem consuetudinem in simili suprà resoluimus, manifestè patet.

72 De his fructibus & redditibus ecclesiasticis aliqua sunt notanda: & primò, quòd potest Clericus beneficij sui redditus alteri locare; non tamen adeò ad longum tempus, vt locatio huiusmodi ad feudum, vel ad alienationem videatur extendi *c. vestra, de locato*; quare nonnulli dixerunt, vsque ad septennium, *c. fin*. cum gl. *ne Prælati vices suas*: alij verò vsque ad nouennium tantùm posse fieri locationem, Panorm. *in d. c. vestra* Postremò Paulus II. Summus Pont. *in Extrauag. Ambitiosa de rebus eccles. non alien. inter commun*. declarauit non posse locationes huiusmodi vltra triennnium fieri Cou. *lib*. 2. *var. c*. 16. *n*. 4. Perez *ad tit*. 7. *lib*. 5. *Ordin. pag*. 202. Mascard. *de prob. concl*. 603. *n*. 28. Azeued. *l*. 33. *tit*. 3. *lib*. 1. *nouæ Recop*. Caroc. *de locato*, *p*. 3. *tit. de rebus. Eccles. locand. concl*. 5. 6. *&* 9. Marta *voto* 204. Gvilenzon. *conf*. 86. *à n*. 1. Vasc. *in opusc. de redditib. c*. 2. §. 2. *dub*. 1. *cum seqq*. Cald. Pereira *de resol. emphy. cap*. 2. *n*. 28. Azor. *instit. moral. p*. 2. *lib* 7. *cap*. 10. *q*. 3. *& p*. 3. *l*. 8. *tract. de locato*, *c*. 3. *q*. 3. Squillante *de obligat. Cleric. p*. 2. *ex n*. 33. Less. *de instit. lib*. 1. *c*. 24. *dub*. 22. *n*. 68. Bonacin. *var. tract. lib*. 1. *tract*. 2. *de alienat. bonorum eccles. q*. 2. *punct*. 2. *n*. 24. Vnde ad duo triennia locari non possunt, etiam adiecto pacto, vt post primum, incipiat secundum, Cou. *d. n*. 4. Bonac. *d. pun-*
72 *cto* 2. *n*. 24. Scort. *in select. instit. epit*. 43. *theor*. 115. & citati per me *de offic. & potest. Episcopi, p*. 3. *all*. 95. *n*. 17. Cùm autem promissio de re locanda non sit locatio, nec alienatio, seu obligatio personalis alienandi poterit beneficiarius obligare se obligatione personali ad dandam commoditatem, & ius percipiendi fructus ad multos annos, vel durante vita ipsius beneficiarii. quia hoc pacto non dicitur rem ecclesiasticam alienare, cùm nullum ius rei transferat in alterum, sed solùm obligetur personaliter. Ita Gutier. *Canon. lib*. 2. *cap*. 13. Quarant. *in sum. Bullarii*, *verb. alienatio rerum eccles. num*. 18. *vers*. 3. Molin. *de instit. tract*. 2. *disput*. 466. *num*. 5. *vers. in tertia autem*, Filliuc. *in qq. mor tom*. 3. *tract*. 44. *cap*. 2. §. 1. *q*. 8. Bonacin. *d. q. vnica*, *puncto* 2. *sub n*. 24. *vers. addo cum Molina*. Hinc dicit Rota *coram Duran. decis*. 181. *n*. 4. quòd titulares bene possunt obligari ad annuam pensionem ex fructibus beneficiorum soluendam, vita sua durante, iuxta doctrinam Bart. *in l. codicillis* §. *instituto n*. 4. *ff. de legat*. 2. in puncto Vitalin. *in Clem*. 1. *num*. 47. *de rebus Eccles. non alien*. quæ Clementina & alia Iura, quæ ex aduerso citari possunt, loquuntur in venditione, & locatione, seu aliis similibus contractibus, ex quibus transfertur ius percipiendi fructus iure proprio, & propria auctoritate, qui ideò quodammodo alienationes dicuntur.

Triennium huiusmodi computandum est ex tri- 73
bus fructuum collectionibus, ita vt si ex quolibet triennio vnus tantum fructus percipiatur, tunc triennium pro vno anno computari debebit, & locatio fieri poterit vsque ad nouennium, sicut docent Cou. *d. cap*. 16. *n*. 6. Gutier. *Canon. lib*. 1. *cap*. 8. *numero* 12. Nouar. *in tract. de alienat. rerum ecclesiast. numero* 21 Quarant. *d. verb. alienatio rerum Ecclesiæ, num*. 18. Vasq. *d. opusc. de redditibus*, *c*. 2. §. 2. *dub*. 6. *n*. 30. Cardin. Mantic. *de tacitis & ambig. conuent. tom*. 1. *lic*. 5. *tit*. 3. *num*. 22. Cald. Pereira *d. cap*. 2. *num*. 31. Azor. *d. p*. 2. *lib*. 7. *c*. 10. *q*. 8. *& lib*. 9. *cap*. 2. *q*. 2. Marc. Anton. Genuens. *in praxi Archiep. Neapol. cap*. 60. *num*. 10. Filliuc. *d. tract*. 44. *c*. 2. *q*. 5. Bonacin. *d. puncto* 2. *num*. 24. *vers. aduertandum*, Ego ipse *de offic. & potest Episc. p*. 3. *alleg*. 95. *n*. 4.

Vtrùm autem locatio facta vltra triennium in
totum vitietur, aut quoad triennium sustineatur? 74
Quæstio est dubia, in qua vna opinio tenet, hanc locationem in totum nullam esse, nec quoad triennium sustineri, vt probari videtur ex verbis *dictæ Extrauag*. ibi, *nullius omninò sit roboris*, *& momenti*, quæ propter illam particulam, *omninò* omnes annos comprehendit, ac omni ex parte locationem annullat. Quare ita docent Bart. *in auth. qui rem, num*. 6. & ibi Iason. *num*. 21. *C. de sacros. Eccles*. Cou. *d. c*. 16. *num*. 5. Pinel. *in l. p*. 3. *n*. 75. *in fine C. de bonis mat*. Gutier. *in repet. l. nemo potest. n*. 53. *ff. de legat*. 1. Valasc. *de iure emphyt. q*. 29. *n*. 15. Cald. Pereira. *de resol. emphyt. c*. 2. *n*. 30. *& de empt. c*. 32. Squillante *de obligat. Cleric. p*. 2. *n*. 35. Azor. *d. p*. 2. *lib*. 7. *c*. 10. *q*. 4. *& lib*. 9. *c*. 1. *q*. 4. Card. Mantic. *d. lib*. 5. *tit*. 5. *in princip*. Vasq. *d. cap*. 2. §. 2. *dub*. 5. Stephan. Grat. *discept. forens. cap*. 162. *num*. 12. Camil. Borel. *in summa omnium decis. tom*. 1. *tit*. 16. *num*. 5. Rot. apud Farin. *decis*. 30. *p. p*. 1. *recent*. Altera opinio ex diametro contraria tenet locationem rerum Ecclesiæ factam ad plures annos, validam manere quoad dictum triennium, per reg. *vtile*, *de reg. iur. lib*. 6. eamque sustinent Bald. *in auth. si quas ruinas. C. de sacros. Eccles*. Clar. *in* §. *emphyteusis*, *q*. 6. *& in* §. *donatio*, *q*. 17. *num*. 2. Molin. *de primog. lib*. 2. *cap*. 21. *nu*. 28 *vers. contrarium*. Molin. *de instit. tract*. 2. *disp*. 467. *col*. 2 Perez *l*. 1. *tit* 7. *lib*. 5. *Ordinam. pag*. 203. *col*. 1. Stephan. Quarãt. *d. verb. alienat. rerum eccles. n*. 18 Gam. *Lusit*, *dec*. 390. Vgolin. *de officio Episcopi, cap*. 14. §. 7. *num*. 5. *vers*. 4. Rebell. *de obligat. instit. part*. 2 *lib*. 1.

l. 1. *q.* 6. Aloys Ricc. *in praxi rerum fori ecclesiast. resol.* 102. *in* 2. *edit.* Quas contrarias opiniones adhibita distinctione ad concordiam reduximus *dict. part.* 1. *alleg.* 95. *numero* 11. *cum seqq.* vt, scilicet prima procedat, quando tempus licitum ab illicito separari non potest, veluti si constiterit, contrahentes ad minus tempore non esse contracturos, vel quando pro multis annis datur vnicum pretium, seu merces. At verò secunda opinio procedit, vbi tempus licitum ab illicito separari potest; quod erit si ex coniecturis appareat, contrahentes etiam pro tempore licito contracturos, & non dari notabile illorum interesse, etiamsi contractus non duret pro omni tempore.

75 Secundò adnotandum valde dubium esse qualiter fructus beneficij ecclesiastici inter hæredem beneficiati defunct., & successorem in beneficio sint diuidendi? In primis attento Iure communi, quidam censent fructus huiusmodi inter beneficiatum defunctum, seu etiam renunciantem, & successorem esse diuidendos pro rata anni, arg. *l. diuortio ff. soluto matrim.* nam cùm beneficium detur propter officium, & seruitium Ecclesiæ, *cap. cum secundùm Apostolum, de praben. cap. fin. de rescript. in* 6. sicut dos propter onera matrimonij *l. pro oneribus. C. de iure dotum* inducenda videtur dispositio, & decisio *d. l. diuortio.* Ideò hanc partem sequuntur Cou *lib.* 1. *var.* 15. *à num.* 12. Flamin. Paris. *de confident. benefic. quæst.* 35. *num.* 49. Sarmient. *de redditib. eccles. lib.* 4. *cap.* 6. *num.* 13. Escobar *de ratiocin. tom.* 2. *comput.* 20. *num.* 23. Molin. *de primogen. lib.* 3. *cap.* 11. *numero* 4. Gutier. *canon. lib.* 1. *quæst.* 33. Zerol. *in praxi Episcop. p.* 1. *verb. beneficium*, §. 6. & *p.* 2. *verb. renunciatio* §. 2. Parlador. *differ.* 120. §. 1. Castil. *quotid. lib.* 1. *de vsufructu, c.* 79. *à princip.* Marc. Anton Genuens. *in pract. Archiep. Neapol.* 53. *in annot num.* 11. Mol. *de iustit tract.* 2. *disp.* 635. *num.* 7. Nicol Garc. *de benefic. p.* 2. *cap.* 1. *num.* 97. Filliuc. *in quæst. moral. to.* 3. *tract* 41. *cap* 6 *quæst.* 6. *num.* 44 quorum opinionem procedere posse in locationibus domorum, & similibus in quibus sua portio singulis diebus respondet etiamsi dies solutionis non aduenerit, ait Bonacin. *var tract. disput.* 4. *de obligat. benefic. puncto* 3. *n.* 7. *vers* 7 *vers. ego tamen, in princ.* quod etiam prius animaduerterat Monet. *de distrib. quotid part.* 3. *q.* 4. *num.* 24. asserens meritò admitti posse opinionem Cou. de rata temporis, quoad fructus, qui percipiuntur ex domibus locatis propter rationem, quam affer. idem Con. non quidem *d. num.* 12. sed *num.* 4. Vincent. de Franch. *decis.* 79. Surd. *cons.* 333. *n.* 3. Hieron. Gabr. *cons.* 191. *n.* 2. *vol.* 2. Honded. *cons.* 84. *numero* 17. *cum seqq. coll.* 2. Sperell *dict. dec.* 82. *num.* 26.

76 Alij verò sustinent fructus à solo separatos inexactos spectare ad successorem, non autem ad hæredes prædecessoris, vt per multa iura concludit Calderin. *cons.* 2. *num* 2. & *vers. tertius casus, de pecul. Cleric.* & Ias. *cons.* 75. *num.* 6. & *seq. vol.* 3. Card. *cons.* 110. *num.* 2. Surd. *cons.* 333. *n.* 6. *vers. contrarium tamen, cum pluribus seqq.* Ioan Valer. *de different. inter vtrumque forum, verb. beneficium, differ.* 2. Rota *in Palentina fructuum*, 26. *February*, 1580. *coram bona mem. Card. Lancelloto sen.* & *in nullius, seu Romana pecuniaria*, 4. *Iunij*, 1593. *coram. Card. Blanchetto*, impressa per Maches. *de commission. par.* 1. *pag.* 424 *n.* 3. & *in Papien. fructuum*, 21. *February*, 1622. *coram bo. mem. Remboldo.*

77 Cæteri autem magis communiter tenent ad hæredem defuncti transire fructus ante obitum eius, qui beneficium habebat, collectos; pendentes verò ad Ecclesiam, vel successorem in beneficio pertinere: quia Clerici in vita æquiparantur vsufructariis, qui faciunt suos fructus iam collectos, & à solo seperatos, & eos transmittunt ad hæredes. Ita gloss. *verb. primi anni, in cap. si propter*, vbi Dom. *num.* 9. & Franch *num.* 5. ac alij, *de rescript. in* 6. glos. etiam *verb. reseruari, in cap. præsenti.* vbi Prob. *ad Monach. num.* 1 *de offic. Ordin. in* 6. Host. *in cap. fin. n.* 5 & *ibi* Zabarel. Imol. & Barbat. *de pecul. Cleric.* Antonius Corler. *in sing. verb. Clericus*, Nicol. Gimen. *in enchirid. benef. tit.* 4. *de gratiis expect. num* 24. Nau. *de reddit. eccles. quæst.* 2. *monitu* 13. & *cons.* 7. *sub tit. de success ab intestato*, & *cons.* 3. *de pecul. Cleric.* & *cons. etiam* 3. *de donat.* D. Barbos. *in d. l. diuortio, p.* 2. *n.* 44. & *à n.* 56. Bellet. *disquis. Cleric. par.* 1 *tit. de bonis Cleric.* §. 15. Rendina *in promptuar. recept. sent. tit.* 50. *n.* 6 *tom.* 1. Monet *de distrib. quotid. p* 3. *q.* 4. *à n.* 21. Bonac. *loco proxime citato.*

78 Superuenit tamen Bulla Iulij III. incip. *Motu proprio*, edita & publicata de anno 1550. qua expresè disponitur fructus, vbi non spectant ad Cameram tanquam spolia, spectare ad successores, etiam quòd maturati fuerint tempore beneficiari, dummodo realiter, & cum effectu percepti non fuerint, & aliis propriis bonis non incorporati, etiam quòd per beneficiarios non steterit, quominus illos exegerint, imò etiamsi pro eorum exactione omnem diligentiam iudicialiter agendo adhibuerint, cuius Bullæ meminit Rota *in Mediolanen fructuum* 9. *Martij*, 1592. *coram Orano*, & *in allegatis nullius, seu Romana pecuniaria*, & *in Papien. fructuum*, Nauar. *in sum. Bullar. verb tit. de beneficiorum fructibus non exactis in vita beneficiati*, Alexand. Sperell. *in decis. fori eccles. decis.* 82. *n* 13.

79 Sed dubitatur, an *dicta Bulla* Iulij III. sit vsu recepta in Regnis Hispaniarum, & in statu Mediolanen. *num.* 11. Quoad Regna Hispaniarum Nauarr. *cons.* 4. *de success. ab intestato*, & Nicol. Garc. *d. cap.* 1. *num.* 102. asserunt dictam Bullam in illis Regnis non esse vsu receptam, & generali consuetudine in illis introductum, quòd hæredes beneficiatorum succedant in fructibus à solo separatis, & nondum exactis, quam Rota firmauit in pluribus Regnis sub eodem nomine Hispaniæ comprehensis, nempe, pro Regno Castellæ *in Palentina fructuum* 26. *Februarij*, 1580. *coram Card. Lancelloto sen.* & pro Regno Nauarræ *in Pampilonen. fructuum* apud Guidobon *dec.* 50. & pro Regno Cordubæ *in Corduben. beneficiorum*, 24. *Februarij*, 1620. *coram bona mem. Card. Caualerio*, & pro comitatu Cataloniæ *in Barchinonen fructuum*, 4. *Iulij*, 1607. *coram bona mem. Iusto.* & *in eadem* 10. *Decembris, eiusdem anni*, & 3. *Decembris*, 1610. *coram Reuerendissimo D meo Coccino Decano*, & *in Gerunden fructuum*, 24. *Maij* 1599. *coram bona mem. Iusto*, & pro Regno Lusitanæ *in Bracharen. fructuum*, 3 *Decembris* 1627. *coram. R. P. D. meo Pirouano*; quia Hispaniæ appellatione venit Lusitania, vt dicit Nau. *cons.* 1. *n.* 1. *de decimis*, quem refero *de appellat. verborum vtriusque iuris significat. appellat.* 115. *n.* 1.

80 Quoad statum Mediolanen. pariter asserunt dictam Bullam in eo non esse vsu receptam, Caualcan. *dec.* 30. *num.* 1. *part.* 5. & Nicol. Garc. *d. cap.* 1. *n.* 103. Sed contrarium firmauit Rota *in dicta Papiem. fructuum, coram bona mem. Remboldo.* in hæc verba *Nec obstat, quòd dicta constitutio non fuit vsu recepta, vel quòd saltem præsumptiua obseruantia dicta Constitutionis eliditur ex iuribus ponderatis in Mediolanen. fructuum*, 9. *Martij*, 1592. *coram bona mem. Orano, quia præterquam quòd videbatur, quod dicta Con-*

stitutio fuerit publicata, habeatque decretum irritans, non posset dari de non vsu ipsius, nec minùs prætendi quod fuerit per contrarium vsum abrogata, ex deductis per Gabr. de claus. l. 6. concl. 3. n. 4 Rota dec. 197. n. 3. p. 1. in recent. Cessat enim difficultas, ex quo etiam dicta Constitutione circumscripta dicti fructus inexacti spectant iuxta dispositionem iuris communis ad successorem, vt dictum est, non verò ad hæredem. Nec obstat, quòd dicta dispositio locum non habeat, quando in contrarium vrgeat consuetudo. Calderin. d. cons. 2. ante fin. vers. puto concludendum. Cou. in cap. cum in officiis, num. 6. de testam. quia non probatur, quòd adsit aliqua consuetudo in contrariũ in ciuitate Papien. quæ tamen plenè, & concludenter probanda erat, glos. in l. 1. in verb probatis. C. quæ sit longa consuet. Alex. cons. 131. n. 9. lib. 2. Surd. cons. 313. num. 23. Cæsar. de Grassis decis. 6. n. 5. de præbend. cum aliis per Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 3. tit. 9. num. 72. Nec dici potest, quod dicta consuetudo sit probata ex quadam enunciatiua eiusdem Iulij III in Breui, seu litteris anni 1553. quarum copia datur, quicquid esset dicendum, an dictæ litteræ essent in forma probanti, & vtrùm dicta enunciatiua, vtpote quæ emanauit ad patris suggestionem, probet, & præsertim quia, vt aliqui ex Dominis dicebant, Papa in dicto Breui non dicit, quòd fuit deducta, vt apparet ex lectura dicti Breuis, & insuper visum fuit, quòd, dum Papa narrat, quòd in statu Mediolanen. antiqua viget consuetudo, quòd spolia personarum ecclesiasticarum ad earum hæredes transeant, huiusmodi narratiua intelligi debeat de fructibus sic exactis, & in horreum reconditis, aut de bonis ex fructibus sic exactis emptis, quæ verè & propriè dicuntur spolia Clericorum, quia spolia sunt rerum ad beneficiatos spectantium, & quæ in eorum peculio reperiuntur, vt in puncto fuit dictum in Romana, seu Vercellen. pecuniaria, coram bonæ mem. Card. Seraphino, quæ est inter impressas dec. 594. num. 5. non autem de fructibus inexactis, quos idemmet Iulius per Constit. vt supra dictum est, ante dictum Breue editum voluit pertinere ad successores, adeò quòd dicta narratiua non possit deseruire ad probandum aliquam consuetudinem quoad dictos fructus inexactos, de quibus agitur, sed tantum quoad spolia id est fructus exactos, qui sunt extra controuersiam. Et in omnem euentum ad effectum de quo agitur, sufficit, quod ex dicta narratiua Breuis non remanet clarè probatum, quod adsit in statu Mediolani talis consuetudo quoad fructus inexactos, cùm maximè huiusmodi consuetudo esset plenè & concludenter probanda, ex supra allegatis. Hactenus Rota in dicta Papien. fructuum.

82 Hæc quæ circa non receptionem dictæ Bullæ ex relata decisione colliguntur, habent locum in statu Mediolanen. non verò in Prouincia: nam Papia cuius illa decis. meminit; est de Statu, non verò de de Prouincia: quia exempta & immediatè subiecta est Sedi Apost. Pro prouincia autem adest optima Constitutio Concilij Prouincialis Mediolanen. VII. tit de fructibus ecclesiast. vers. si verò. vbi agens de diuisione fructuum, & prouentuum, præscribit modum alendi successorem, qui onera sustinere debet illius beneficij, ex quo antecessor fructus percepit, sic eleganter disponit. Fructus omnes à solo separatos, etiamsi nondum exacti fuerint, aut reconditi, modò illo beneficiati hæredes priusquam maturati essent in successoris præiudicium à solo minimè separauerint, & parte colonica duntaxat excepta, hæredibus ipsis: pendentes autem successoribus in beneficio, excepta item parte colonica, adiudicamus, quod si fructus omnes, cùm beneficiatus obiit, à solo separati fuerint, omnes quidem hæredum sint; ij tamen oneribus beneficij satisfaciant. At si Parochialis Ecclesia sit, vel beneficium requirat residentiam personalem, successori eam partem relinquere tenebuntur, quæ Ordinarij arbitrio desinienda ad ipsius victum, & reliqua onera sustinenda, vsque ad nouos fructus sufficiat, habita temporis, & quantitatis annui redditus ratione. Si verò fructus in ædium locationibus, annuis censibus, similibusque consistant, ad ratam temporis diuidantur. Pensiones autem pro fructibus bonorum simplici locatione debita, & loco fructuum succedentes, siue dies solutionis cesserit, siue non, ad eum omninò pertineant ad quem fructus pertinere suprà decretum est. Quòd verò ad æs alienum ratione beneficij per beneficiatum contractum attinet, cuiusmodi sunt decimæ, pensiones non solutæ, salarium coadiutoris, reparationes bonorum immobilium, ornamenta Ecclesiæ aliave huius generis, si superioribus annis contractum appareat, ipsius beneficiati hæredes creditoribus integrè satisfaciant. Si verò eo anno, quo ipse decesserit, fructuum perceptorum, & temporis rationem habebit Episcopus, vt scilicet pro rata fructuum, quam quisque perceperit, & temporis, quo noui fructus percipientur, alienum æs persoluatur.

Vtrùm fructus beneficiorum peti possint coram iudice laico? vide Mart. de iurisdict. p. 2. cap. 40. in fine.

CAPVT XVIII.

De Distributionibus quotidianis.

SVMMARIVM.

1 Distributiones quotidianæ ita dicuntur, quia iuxta cuiusque merita, ac loborem, & qualitatem distribuuntur.

2 Distribuere est suum cuique tribuere.

3 Distributiones quædam sunt, quæ non distinguuntur à præbendis, & quædam, quæ à præbendis separata, atque distincta sunt.

4 Quotidianæ dicuntur distributiones, siue, quia quotidie distribuuntur, siue, quia distribuuntur iis, qui quotidie Horis Canonicis, diuinisque Officiis intersunt.

5 Distributiones propriè definiuntur, vt sint stipendia quædam personalia, quæ ex redditibus Ecclesiæ Canonicis, & Beneficiariis, seu Clericis Cathedralium diuinis Officiis interessentibus pro diuino Officio tribuuntur.

6 Beneficia manualia dicuntur distributiones quotidianæ, quia ad manum dantur iis, qui diuinis Horis intersunt.

7 Distributiones quotidianæ beneficia propriè, hoc est, pro ecclesiastico titulo sũpta dici nõ possũt.

8 Distributiones non veniunt appellatione reddituum beneficij, nec appellatione fructuum.

9 Distributiones quotidianæ non veniunt appellatione reddituum, & prouentuum, dum de corpore beneficij non sunt, sed percipiuntur ratione beneficij personalis.

10 Distributiones quotidianæ secundùm aliquos tunc computantur inter fructus, redditus, & prouentus beneficij, quando agitur de sola consideratione, & æstimatione beneficij, quæ in beneficiis solet exprimi ad hoc, vt Papa sciat valorem ipsius.

11 Distri

11 *Distributiones saltem largè fructus dici possunt, secundum subiectam materiam.*

12 *Distributiones institutæ fuerunt, ut præter spiritualia præmia, quæ à Deo pro diuinis Officiis Clerici consequuntur, etiam temporale stipendium pro victu ab Ecclesia reciperent.*

13 *Distributiones dantur propter interessentiam, tanquam propter causam, & rationem formalem.*

14 *Concil. Trid.* sess. 22. de reform. c. 3. *refertur.*

15 *Distributiones quotidianæ, quæ acceptæ fuerunt ex tertia parte fructuũ Dignitatum alicuius Ecclesiæ, assignari debent, non duobus tantùm Horis Canonicis, sed etiam reliquis omnibus aliis, quibus non interfuerit, distributionem amittit.*

16 *Pars tertia in distributiones conuertenda non potest deduci, nisi ex Canonicatibus, & aliis beneficiis residentiam requirentibus in Cathedralibus, seu Collegiatis existentibus.*

17 *Pars aliqua fructuum beneficiorum, quæ sunt extra Ecclesiam Cathedralem applicanda distributionibus, non potest detrahi, nisi ipsa beneficia essent incorporata præbendis canonicalibus.*

18 *Pars tertia in distributiones conuertenda, ex omnibus Dignitatibus detrahenda est, nisi distributiones non habeant, quamuis locum in Capitulo teneant.*

19 *Pars tertia in distributiones conuertenda deduci debet de fructibus, non secundùm taxam antiquam, sed secundum valorem currentem.*

20 *Pensiones, & alia onera legitimè imposita deducenda sunt priùs, quam detractio tertiæ partis in distributiones conuertendæ fiat.*

21 *Episcopus potest Dignitatibus, Personatibus, & Officiis statuere certam officij & seruitij formam præter solitam, & pro lucrantur tertia parte præbendæ in distributiones conuersa.*

22 *Distributiones, ubi essent sufficientes, & tolerabiles, tertia pars fructuum præbendarum applicanda distributionibus detrahi non potest.*

23 *Licentia causa studiorum etiam obtenta a Sede Apost. non excusat ab amissione cæterarum distributionum quotidianarum.*

24 *Licentia concessa percipiendi fructus in absentia, distributiones huiusmodi absentibus debebuntur, si totum in eis constat.*

25 *Canonicis Cathedralium, & Collegiatarum Ecclesiarum competit ius percipiendi quotidianas distributiones.*

26 *Canonico dispensato in ætate competit ius percipiendi distributiones: sed, an competat vox in Capitulo? ostenditur.*

27 *Canonicis supranumerariis, & creatis cum expectatione præbendæ, competit ius percipiendi distributiones,*

28 *Canonici supra numerarij cum expectatione præbendæ, habent statim omnia iura Canonia, velut stallum in Choro, & vocem in Capitulo, nisi consuetudo aliud habeat, & in aliis casibus ibi relatis.*

29 *Canonia plenum, ius, neque quotidianas distributiones habet ille, quem Papa mandat simpliciter recipi in Ecclesia, in qua est certus numerus Canonicorum, neque derogat certo numero, aut mandat recipi cum plenitudine iuris canonicalis.*

30 *Coadiutorem habens, siue ille sit simplex, siue cum futura successione, distributiones quotidianas lucratur.*

31 *Distributiones duplicatæ debentur habenti Dignitatem, & Canonicatum ex vi consuetudinis, vel dispensationis in eadem Ecclesia.*

32 *Distributiones quotidianæ debẽt assignari singulis Horis Canonicis, & Missæ Conuentuali.*

33 *Consuetudo valet, ut distributiones quotidianæ tribuantur non modo iis, qui integris Horis non interfuerint, verùm etiam non omnibus, sed aliquibus, & certis duntaxat.*

34 *Canonicus de quotidianis distributionibus, potest pro suo libito & arbitrio disponere, etiam per ultimam voluntatem.*

35 *Canonicus transmittit solum ad successorem, hæredémve suum distributiones quotidianas ad ratam temporis, quo diuinis in quolibet anno interfuit.*

36 *Distributiones quotidianas qui lucrentur.*

37 *Auditores Rotæ percipiunt distributiones in absentia.*

38 *Inquisitores contra hæreticam prauitatem percipiunt distributiones in absentia.*
Distributiones percipiunt in absentia, eorum officio durante,

39 *Collector generalis Cameræ Apost.*
Subcollectores,
Aduocati, & Procuratores fiscales,
Notarij in causis spoliorum.

40 *Archidiaconus, vel Canonicus visitans Ecclesiam, iura, vel redditus suæ Præbendæ, non amittit distributiones quotidianas: secùs si visitaret ex officio, & iure sibi competenti.*

41 *Archidiaconus visitando Ecclesiam, iura, seu redditus suæ præbendæ, non potest percipere fructus illius Canonicatus quem obtinet ex dispensatione.*

42 *Pœnitentiarius, si dum recitantur diuina officia, audiat in Ecclesia confessiones, percipit quotidianas distributiones, etiamsi audiat confessiones peccatorum venialium, & non reseruatorum.*

43 *Theologus, diebus quibus legit, habendus est tanquam præsens in Choro pro tota die.*

44 *Concilio generali interessentes, tanquam Theologi, vel Canonistæ, lucrantur distributiones quotidianas.*

45 *Concilio Prouinciali, vel Synodali interessentes distributiones quotidianas percipiunt.*

46 *Curæ animarum incumbentes imminenti suæ Dignitati, vel Canonicatui, dum sunt in actu administrandi Sacramenta, distributiones quotidianas lucrantur.*

47 *Canonicus ab Ecclesia, cui est adstrictus, absens ex Pontificis priuilegio potest percipere quotidianas distributiones.*

48 *Canonicus missus à suo Episcopo ad visitanda Limina Apostolorum eius nomine, & comitans ipsum Episcopum ad eadem Limina, distributiones quotidianas lucratur.*

49 *Canonicus Ecclesiæ Cathedralis, Sede vacante, electus in Vicarium generalem, Officialem, & & Visitatorem, non percipit quotidianas distributiones, si absit à Choro.*

50 *Distributiones quotidianæ non debentur Canonico, qui munere Vicarij Episcopi fungitur.*

51 *Obses datus ab Ecclesia, aut etiam represaliarum causa captus, & detentus, distributionibus quotidianis priuandus non est.*

52 *Distributiones quotidianas non ammittit absẽs pro euidẽti utilitate Ecclesiæ, stãte cõsuetudine, &c.*

53 *Canonicus Procurator Capituli, & pro negotiis Capituli assistens, tanquam præsens reputandus est.*

54 *Absens à seruitio Ecclesiæ pro defensione iurium ipsius Ecclesiæ, vel sui beneficij debentur fructus, & distributiones.*

55 *Infirmus, qui personaliter diuinis Officiis interesse non potest, quotidianas percipit distributiones in absentia.*

Distributiones quotianas in absentia lucrantur,

56 *Debilis in cruribus, vel tibiis,*

57 *Cæcus,*

58 *Podagra laborans.*

59 *Medicinam sumens, vel sanguine minutus,*

60 *Sanitatis causa balnea petens,*

61 *Leprâ, aut alio morbo contagioso laborans.*

62 *Infirmi tunc distributiones in absentia lucrantur, quando diuinis Officiis interesse consueuerunt, dum erant sani.*

63 *Distributiones quotidianas percipere possunt infirmi, quamuis propria culpa in infirmitatem inciderint.*

64 *Senio ita confectus, vt residere, & interesse diuinis non possit, percipere debet quotidianas distributiones.*

65 *Absens à choro, ac etiam à ciuitate, ob metum, ne occideretur ab inimicis, à Principe, &c. percipere debet quotidianas distributiones.*

66 *Timens redire ad patriam, vel in ea commorari ob bellum ciuile, aut externum, potest percipere distributiones.*

67 *Postis ob causam absens à sua Ecclesia distributiones quotidianas percipit, si probaretur ex antiqua consuetudine eas dari solitas absentibus ex iusta causa.*

68 *Carceratus iniustè lucratur distributiones quotidianas si venit absoluendus.*

69 *Canonicus, qui per vim ab alio detinetur, & propterea non potest in illa Ecclesia diuinis interesse Officiis, potest distributiones lucrari.*

70 *Exulatus iniustè non amittit quotidianas distributiones.*

71 *Excommunicatus iniustè lucratur distributiones quotidianas, quamuis absit à choro, si eo tempore, quo excommunicatio iniustè in eo lata fuit, præsens erat in loco beneficij.*

72 *Distributiones quotidianas amittit iustè excommunicatus.*

73 *Suspensus iniustè ab officio, vel beneficio, lucratur distributiones quotidianas, quamuis diuinis Officiis non intersit.*

74 *Distributiones non lucratur suspensus iustè ab officio, vel beneficio.*

75 *Interdictus iniustè ab Ecclesia ingressu lucratur distributiones.*

76 *Distributiones quotidianas amittit iustè interdictus.*

77 *Priuato iniustè debentur fructus, & quotidiana distributiones,*

78 *Canonici celebrantes, dum diuinum officium recitantur, lucrantur distributiones, si ad celebrandum compulsi fuerint ab eo, ad quem pertinet, vel si consuetudine, &c.*

79 *Distributiones quotidianas amittunt ipso iure ante vllam iudicis sententiam, non interessentes diuinis Officiis.*

80 *Canonici obligantur sub onere, & obligatione restitutionis distributionum psallere, seu canere in Choro cum aliis, & non satisfaciunt, si solum assistant, &c. contra citatos n. 81.*

82 Cap. licet, de præbend. &c. vnic. de Cleric. non resident. in 6. *declaratur.*

83 *Canonici satisfaciunt Choro interessendo, & faciendo, vt Capellani, & cantores canunt in iis Ecclesiis, vbi talis viget consuetudo.*

84 *Distributiones quotidianas amittunt dormientes & confabulantes in Choro, non in totum, sed proportionaliter pro parte correspondente defectibus, vt n. 85.*

86 *Distributiones non interessentium diuinis Officiis, accrescunt aliis Clericis, qui illis intersunt.*

67 *Concil. Trident.* in c. 3. sess. 21. de reformat. & in cap. 3. sess. 22. etiam de reform. & numeris seqq. *declaratur & conciliatur.*

90 *Distributiones absentium an debeantur, non solùm actu interessentibus, verùm etiam aliis, qui iuris fictione censentur intercessentes postenditur.*

91 *Episcopus, & Capitulum non potest amissas distributiones ob non residentiam remittere, aut condonare illi ipsi, qui eas amisit.*

92 *Canonicorum consensus non potest facere, vt qui non interfuit diuinis, habeat distributiones quotidianas, & neque statuto, aut lege id potest constitui.*

93 *Capitulum totum per consuetudinem non potest concedere, quòd absens lucretur distributiones quotidianas, etiamsi per momentum temporis durauerit absentia.*

94 *Distributiones præteritas retinere post Concilium Trid. prohibitum est, quamuis adsit omnium fratrum, & conuentio.*

65 *Canonicus potest distributiones, quas alter amiserat sibi iam applicatas, & traditas postea illi ipsi donare.*

96 *Transactio fieri potest sine superioris auctoritate, quando controuersia oritur super distributionibus præteritis; sed, an id liceat super futuris distributionibus, seu super iure illas in futurum percipiendi? ostenditur, numero 97.*

QVia distributiones quotidianæ non solùm fructus sunt beneficiorum, vt videmus, verùm etiam nonnunquam per se beneficia, vt infrà videbimus, propterea de his hic primum agemus: & incipiendo ab etymologia nominis aduertendum est, distributiones dici; quia iuxta cuiusque merita, ac laborem, & qualitatem distribuuntur: nam distribuere est suum cuique tribuere, *lib. 1. ff. familiæ herc.* Harum quædam sunt, quæ non distinguuntur à præbendis, sed ipsæmet præbendarum vice funguntur, vt sunt distributiones illarum Ecclesiarum, quarum fructus omnes in communi reponuntur, & Canonicis distribuuntur, de quibus *in cap. olim, de verbor. signif.* & apud Decian. *cons. 43. num. 13. vol. 1.* Menoch. *cons. 436. num. 25.* quædam verò sunt distributiones à præbendis separatæ atque distinctæ, quales sunt distributiones illarum Ecclesiarum, in quibus Canonici certas habent præbendas, & propterea quotidianas distributiones, quæ dantur interessentibus diuinis Officiis, de quibus *in cap. fin. de preb. in 6 & in cap. vnic. de Cler non resid. eod. lib. & in capit. vltim. de concess. prabend. eod. lib.* Paris. *cons. 32. num ero 7. & cons. 34. numero 4. cum seq. vol. 4.* Cou. *lib. 3. var. cap. 13. numero 1.* Dec. *cons. 69. n. 1.*

*n.1.& 2.vol.1.& conf.41.n.4 vol.5.*Menald.*conf.27.*
num.4. vol.1. Galer. *in margarita casuum conscient.*
verb. distributiones 1. Barthol. à S. Fausto *de Horis*
canon.lib.3.q 1.

Quotidianæ autem dicuntur, siue quia quotidie
distribuuntur, siue potiùs quia distribuuntur iis, qui
quotidie Horis canonicis, diuinisque Officiis inter-
sunt, quasi quotidianum, & diurnum stipendium,
seu denarij diurni, vt docent Con. *d. c.13. in princ.*
Monet. *de distrib. quot. p.1. q.1. à n.9.* Azor. *instit.*
mor.p.2. lib.7.c.7. in princ. Trullench. *in præcepta*
5 *Decalogi lib.1.c.8 dub.1.num.1.* Barthol. à S.Fausto
d. lib.3. q.1. qui varias afferunt distributionum hu-
iusmodi diffinitiones, & magis propriè definiuntur,
vt sint stipendia quædam personalia, quæ ex reddi-
tibus Ecclesiæ (præter præbendam, aut portionem
certam pro beneficio compententem) Canonicis,
& Beneficiariis, seu Clericis Cathedralium diuinis
Officiis interessentibus pro diuino Officio tribuun-
tur, quæ etiam manualia, beneficia nuncupantur, *in*
d. cap. olim, & in d. cap.vnic.de Cleric.non resi.lib.6.
siue, quia ad manum dantur iis, qui diuinis Horis
intersunt, vt voluerunt Prob. ad Monach. *in d cap.*
vnic.n.3.& Franc.Duaren.*de benef.lib.7.cap.4.paulo*
6 *post princip.* siue quia pendent, & tribuuntur à ma-
nu eas distribuentis illis duntaxat, qui Ecclesiis in-
seruiunt, & pro ratione seruitij prout existimauit
Steph. Durant. *de ritib eccles.lib.3.c.15.num.3.*quem
7 citat Monet. *d. p.1.q.2. n.15.*non est tamen propria
appellatio illa; quia quotidianæ distributiones, be-
neficia propriè, hoc est, pro ecclesiastico titulo sum-
ptæ dici non possunt, vt resoluunt citati per me *de*
appellatiua verbor. vtriusque Iuris significat.appellat.
173.n.4.

8 Quod adeò verum est, vt appellatione redditUUM
beneficij non veniant distributiones, vt constat ex
cap.licet. de praben. ibi, *prouentus suos ecclesiasticos*
faceretis integrè ministrari; nolumus tamen, vt quo-
tidianis distributiones percipiat, &c.cap.2.de priui-
leg. lib.6. & probauimus *d. tract. de appellatiua ver-*
borum vtriusque Iuris signif. appell.251.num.5.& *ibi*
citatis addo Barthol.à S.Fausto *d.lib.3. quæst.4.* San-
ctarel.*var.resol.q.6. n.14.* Prout nec etiam compre-
henduntur appellatione fructuum, sicut colligi vide-
tur ex Conc.Trid. *sess.14.de reform.c.12.vers præte-*
rea, vbi cùm constituisset sancta Synodus eos, qui
obtinent Canonicatus, Dignitates, Præbendas, aut
Portiones in Ecclesiis Collegiatis, si vltra tres men-
ses absfuerint, primo anno priuari dimidia parte fru-
ctuum, quos ratione præbendæ, ac residentiæ fece-
runt suos, & si iterum eadem vsi fuerint negligen-
tia, priuari omnibus fructibus, subdit postea, *di-*
stributiones verò, qui statis horis interfuerint. reci-
piunt; dictio enim illa aduersatiua, *verò*, posita inter
fructus, & distributiones, apertè ostendit ea inter
se potiùs aduersari, quàm quòd alterum alterius ap-
pellatione contineri possit, & ideo sic docent Con.
lib.3.cap.13.num.1. Cæs.de Grassis *decis.5.num.1.de*
*praben.*Cassad. *decis.vn.de clericis non resid.* Rot.*de-*
cis.330. n.2. part.1.& decis.1170.num.2.part.3.di-
uers. Alexand. Sperell. *in decis. fori eccles. decis.96.*
*n.23.*Ojeda *de incompat.benef.p.12.cap.1.n.8.*Escob.
*de ratiocin.cap.29.n.17.*Rot *decis.330.n.1.& 2.p.2.*
*diuers.*vbi quòd hæ distributiones non dicuntur fru-
ctus beneficiorum, sed potiùs dantur ratione certi
ministerij personales, Modern.*de protect. Regia p.4.*
capit.3.num.65. cum seqq. Carol. Marant.*tom.1.con-*
trouers.resp.18.n.51.pag.127. Fr.Emman *quæst. re-*
gul.tom.2.q.74.art.4 Azor. *institut. moral.p.2.lib.7.*
Vasq. *in opusc.de benefi. cap.10. § 3.*Macign. *de di-*
*strib.c.71.num.4.*Barthol à S. Fausto *d.lib.3 quæst.3.*
& est communis sententia, de qua Sanctarel. *d. q.6.*
à num.6. Nec denique appellatione redditUUM, & 9
prouentuum, dum de corpore beneficij non sunt, sed
percipiuntur ratione seruitij personalis, *cap.licet.vo-*
bis, cum glos. de præbend. & cum hac parte transit
verior opinio, de qua per Cæs. de Grassis *decis.9.de*
praben. Achil. *decis.8. num 2. de pension.*Grilenzon.
cons.81.n.2.& alios congestos per Monet.*d.p.1.q.6.*
& idem fuit firmatum *in Reatiua pensionis, 10. Iu-*
nij,1588. coram bona mem Card.Pamphilio sen.& in
Calaguritana pensionis, 26. Decemb.1589.coram bo-
na mem Penia.

Verùm, licèt hoc regulare sit, tamen quando agi- 10
tur de sola consideratione, & æstimatione beneficij,
quæ in litteris solet exprimi, ad hoc vt Papa omni-
bus computatis sciat valorem ipsius secundùm vsum
communem loquendi: tunc quia computatio non
fit ad effectum gratiandi, sed ad alium, nempe su-
stinendi gratiam pensionis intra valorem præbendæ
beneficij, debent distributiones quotidianæ com-
putari inter fructus, redditus, & Prouentus benefi-
cij, secundùm Gemin. *in cap.fin. num.2.*& Franch.
*numero 1.de rescript.in 6.*Cassad.*decis.vnic.de Cleric.*
*non residen.*Boër *decis.340. ante num.4.*Sed nec hæc
declaratio videtur admittenda: quia Gemin & Fran-
ch. non distinguunt casum à casu, sed simpliciter te-
nent distributiones comprehendi: quorum opinio
aduersatur veriori suprà relatæ: at Boër. refert qui-
dem opinionem Gem. *ante numero 4.* sed immedia-
tè contrariam adducit, & sequitur. Nec attendi-
tur in narratis litterarum Apost. communis vsus lo-
quendi, secundùm vulgarem sermonem: sed modus
loquendi litteraliter, ex quo gratia in litteris est
Latinè concepta, Bald *in lege, circa fin. ff. de legit.*
*hered.*Cassad. *dict.decis.vnic.numero 4.de Cleric. non*
resid.

Etsi in aliquibus casibus veniant distributiones 11
sub nomine fructuum, eò quòd saltem largè illæ fru-
ctus dici possint, secundùm Pute. *decis.239.num 3.*
& 4. lib.1. in correctis, & alios citatos per Monet.
d.part.1.q.7.num.13.& q.7. num.8. tamen compre-
hensio earum non semper, & indistinctè sequitur,
sed secundùm subiectam materiam regulari debet,
atque ita dum agitur de fructibus alicuius Canoni-
catus non habentis præbendam, aliosve fructus præ-
ter distributiones quotidianas, tunc per expressio-
nem fructuum etiam distributiones erunt compre-
hensæ, ne dispositio otiosa remaneat, Gemin.*in cap.*
præsenti, num 19.de offic.Ordin. lib.6. Prob.ad Mo-
nach *in dict.capit.vnic num.60.& 64.de Cleric.non*
*resid.*Tiber. Decian.*cons.43.n.14. vol.1.* Trullench.
*d.lib.1.cap 8.dub.1.num.1.*idem videtur in casu Mo-
hed. *decis 6. de praben.* vbi agitur de condemnatio-
ne fructuum in causis beneficialibus super beneficiis
Capitularibus propter stylum Rotæ, ex quo non fit
condemnatio, nisi cum fructibus perceptis, & qui
percipi potuerunt, Potan. & alij citati per Monet.
dict. quæstione 6. numero 16. & secundùm eandem
subiectam materiam, Rot. *in Oriolen. Canonicatus,*
*10. Iunij 1620. coram bona mem. Remboldo,*dicit nar-
ratiuam non esse iustificatam, quod Archidiacona-
tus nullos prouentus haberet ad effectum illum reti-
nendi insimul cum Canonicatu, dum habebat di-
stributiones quotidianas: quia, si Papa sciuisset ta-
les habere, non dedisset retentionem Canonicatus:
eodem modo intelligendus venit Cassador. *decis.6.*
de præbend. ad sustinendam prouisionem Apost.
respectu

respectu beneficij, etiam quòd nihil dixerit impetrans de quotidianis distributionibus, pendente lite percepti: quia subiecta materia, id est, æquitas suadebat, vt in expressione fructuum comprehenderentur pro sustinenda gratia prouisionis beneficij, quam æquitatem Domini de Rota non considerarunt pro sustinenda pensione sine causa reseruata, & si quæratur de ratione differentiæ inter vnum, & alium casum, illa parens est, quia prouisio beneficij vtilis est Ecclesiæ propter seruitium: pensio verò sine causa odiosa est de sui natura, & onerosa Ecclesiæ. Non obstat *decis. 550. num. 5. part. 1. recent.* quia eo casu reseruatio legebatur super omnibus fructibus, iuribus, obuentionibus & emolumentis, & sic per verba vniuersalia, quæ non cadunt in præsenti lectura, quæ si extarent, aliter certè esset dicendum propter decisionem *Reatina pensionis* suprà allegatam.

12 Institutæ fuerunt distributiones huiusmodi, vt præter spiritualia præmia, quæ à Deo pro diuinis Officiis Clerici consequuntur, etiam temporale stipendium pro victu ab Ecclesia reciperent, *cap. clericus victum 20. dist.* ac propterea etiam frequentius, ac diligentius pro Officiis diuinis recitandis ad Ecclesiam conuenirent, *dict. c. vnic. de Cleric. non resid. lib. 6.* Vgolin. *de officio Episcopi, cap. 19. §. 2. num. 2.* Trullench *d. lib. 1. cap. 8. dub. 1. in fine. & dub. 3. n. 1.* & sic datur propter interessentiam tanquam propter
13 causam, & rationem formalem, Monet. *dict. part. 1. q. 4. n. 15.* nec simonia committitur, cùm imprimis dentur, vt Deo inseruiant, & munera sua obeant, Vgolin. *de simon. tab. 1. c. 9. §. 6. n. 4.* ac propterea est constitutum *in c. licet de præbend.* vt interessentibus tantùm diuinis Officiis tribuantur, aliis verò minimè, quacunque contraria consuetudine non obstante; & qui eas, cùm præsentes non fuerint, recipere audent, earum dominium non acquirant, nec faciant eas suas, sed ad earum restitutionem teneantur *d. cap. vnic.* Excipiuntur autem multi casus, de quibus infrà.

14 Ne qua ex parte minuatur diuinus cultus, sed ei debitum in omnibus rebus præstetur obsequium, statuit Concil. Trid. *sess. 21. de refor. cap. 3.* in Ecclesiis, tam Cathedralibus, quàm Collegiatis, in quibus nullæ sunt distributiones quotidianæ, vel ita tenues, vt verisimiliter negligantur, tertiam partem fructuum quorumcumque, redditaum, tam Dignitatum, & Canonicatuum, quàm aliorum omnium eiusdem Ecclesiæ beneficiorum, separari debere, & in distributiones quotidianas conuerti, quæ inter omnes diuinis interessentibus proportionabiliter
15 iuxta diuisionem Episcopi diuidantur. Vnde S. Congreg. Conc. censuit *distributiones quotidianas, quæ accepta fuerunt in tertia parte fructuum Dignitatum alicuius Ecclesiæ, assignari debere, non duabus tantùm Horis Canonicis, sed etiam reliquis omnibus aliis, quibus qui non interfuerit, distributionem amittit*, vt referunt Nicol. Garc. *de benefic. part. 3. cap. 2. num. 489.* Vgolin. *de officio Episcopi, cap. 19. §. 2. num. 4.* Petr. Enriq *theor. 21.* Monet *de distribut. quotid. p. 1. q. 3. num. 1.*

16 Hæc tertia pars non potest deduci, nisi ex Canonicatibus, & aliis beneficiis residentiam requirentibus in Cathedralibus, seu Collegiatis existentibus, quia extra Ecclesiam Cathedralem, vel Collegiatam decretum Conc. *d. sess. 21. cap. 3. de reform.* locum non habet, vt censuit S. Congreg. Conc. quam re-
17 fert Garc. *d. p. 3. c. 2. num. 473. cum seq.* Vnde detrahi non potest aliqua pars fructuum beneficiorum, quæ sunt extra Ecclesiam Cathedralem, applicanda distributionibus, nisi ipsa beneficia essent incorporata Præbendis Canonicalibus, Piasec. *in praxi Episcop. p. 2. cap. 3. num. 7. vers. de distributionibus*, Zerol. *part 1. verb. distributiones quotidianæ, §. 2.* Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori ecclesi. resol. 288. num. 3. vers. de*
distributionibus, Detrahenda quoque est huiusmodi 18
tertia pars ex omnibus Dignitatibus, vt clarè disponit idem Conc. *sess. 22. cap. 3. de reform.* quamuis de iurepatronatus sint, nisi repugnet fundatio, cui *in d. cap. 3. sess. 21. & 22.* non est derogatum, Garc. *d. cap. 1. num. 492. & seqq.* Non comprehenduntur tamen Dignitates, quæ, etsi locum habent in choro, nullas tamen habent distributiones quotidianas, nec sufficientes præbendas, vel fructus tenues, quæ retineri possunt cùm Canonicatibus, vbi est consuetudo absque alia dispensatione, per *cap. licet, de consuetud. in 6.* ex Nicol. Garc. *dict cap 7. num. 483.* & ita facienda est deductio ex illis Dignitatibus, quarum fructus sunt illius Ecclesiæ, in cuius choro hæ Dignitates sedem habent; secùs verò si nullos fructus perciperent ex illis Ecclesiæ, sed haberent proprios, & distinctos à mensa Capitulari, idem Garc. *d. cap. 7. num. 465.* Et aduertat Episcopus, quod quando vsus est remedio *dict. cap. 3. sess. 21.* in detrahenda tertia parte ex Dignitatibus, non potest vti remedio alterius *cap. 2. sess. 22.* in detrahenda ex illis alia tertia parte; ita ex sententia S. Congreg. idem Garc. *dict. cap. 7. num. 472.*

Hæc deductio facienda est de fructibus non se- 19
cundùm taxam antiquam, prout est in libris Capitulorum, sed secundùm valorem currentem Garc. *d. part. 3 cap. 2. num. 467. & cap. 4. n. 22.* Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori ecclesi. resol. 488. num. 3.* & ita secundùm verum valorem, & non secundùm taxam præbendarum, idem Garc. *d. part. 3 cap. 2. num. 467.* 20
Et antequam ista detractio fiat, deducendæ sunt priùs pensiones, & alia onera legitimè imposita, quandiu ista durauerint; sed de nouo imposita non comprehendunt istam tertiam partem, idem Garc. *d. cap. 7. num 468.* vbi etiam, quòd de fructibus alteri reseruatis non fit ista detractio, donec reseruatarius vixerit. Et nouissimè quòd huiusmodi assignatio, vt *suprà* facienda intelligatur deductis oneribus, censuit S. Cong Conc *sub die 7. Aprilis* 1629.

Episcopus potest Dignitatibus, Personatibus, & 21
Officijs statuere certam Officij, & seruitij formam præter solitam pro lucranda tertia parte Præbendæ in distributiones conuersa. Ita ex S. Congregationis sententia Garc. *d. p. 3 c. 2. num. 490.* Armendar. *in in addit. ad recop. legum Nauarra lib. 1. tit. 18. lib. 7. de episcopis, n. 81.*

In illis Ecclesiis, in quibus distributiones non 22
sunt regulariter tenues, sed pingues, licet sint aliquæ Horæ, quæ non habent distributiones, aut tenues, debent eis rationabiles assignari, detrahendo aliquam partem fructuum à præbendis; non autem ab aliis distributionibus cæteris Horis assignatis: idem Garc. *d. c. 2. n. 484.* Monet. *de distribut. quotid. p. 2. q. 3. n. 1.* Nam, vbi essent distributiones sufficientes & tolerabiles, tertia pars fructuum præbendarum applicanda distributionibus detrahi non potest, Piasec. *vbi sup.* Aloys. Ricc. *d. resol. 388. n. 2.* Zerol. *p. 2. verb. distributiones quotidianæ.*

Licentia causa studiorum etiam obtenta à Sede 23
Apost. non excusat ab amissione cæterarum distributionum quotidianarum, vt refert decisum Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. § 7. proœm. n. 179.* Sed, vbi nulla est Canonicorum, aut Clericorum Præbenda

da

24 da, vel portio, sed totum in distributiones beneficiorum consistit, concessa, licentia percipiendi fructus in absentia, distributiones illæ huiusmodi absentibus debebuntur, vt probatur *in dict. capit. cùm olim, de verbor. signif.* glos. *in capit. licèt 32. de præbend.* vbi Abb. & alij communiter, *glos. pen. in d. cap. vnic. de Cleric. non resid. in 6.* Rebuff. *de priuileg. schol. priuil. 31. n. 12.* Horat. Lut. *eod. tract. priuil. 98. vers. primò limitat.* Paris. *cons. 32. à num. 7. lib. 4.* Aym. *cons. 135. n. 24.* Benni. *de priuileg. Iurisconsult. p. ... 15. num. 8.* & ideò si esset aliquis Canonicus sine Præbenda, debentur ei distributiones pro interessentia; sicut & aliis, *c. dilectus, de præbend.*

25 Ius percipiendi quotidianas distributiones competit Cathedralium, & Collegiatarum Ecclesiarum Canonicis, vt probatur *in d. c. vnic. de Cler. non resid. lib. 6. & in Clem. 2. de ætate, & qual. & in Extrau. nonnullæ, la 1. §. præterea. de præbend. inter commun.* & constat ex *cap. licet, de præbend. & ex* Conc. Trid. *d. sess. 21. de reform. c. 3. & sess. 24. etiam de reform. c. 12. vers. præterea*, ac etiam Clericis earundem Cathedralium, & Collegiatarum Ecclesiarum, vt clarè colligitur ex *d. cap. vnic.* ibi, *consuetudinem, quam Canonici, & alij beneficiati, seu Clerici Cathedralium, & aliarum Collegiatarum Ecclesiarum distributiones quotidianas*, &c. iuncta lectura *d. Clem. 1.* & Conc. Trid. *d. cap. 12. vers. præterea*, latè probat Monet. *de distrib. quotid. p. 2. q. 1 ex num. 1.* Sanctarel. *var. resol. q. 12. à princ.* Barthol à S Fausto *de Horis canon. l. 3. quæst. 7.*

26 Competit quoque ius percipiendi quotidianas distributiones Canonico dispensato in ætate: nam eo ipso, quòd fuit sic dispensatus, & prouisus de Canonicatu, præbenda, fructibus, & stallu, debet admitti ad distributiones quotidianas, prout alij Canonici: ea ratione, quia Concil. Trid. *c 4. sess. 21. de reform. & Clem. vt ij, de ætate, & qual.* locum non habent in impedito defectu ætatis, nec legitimè dispensato, sed solùm in negligente, & nolente, ex glos. *verb. legitimo, in d. Clem. vt ij*, & censuit S Cong. Concil. in hærendo resolutionibus antiquis; *in vna Reatina, 10. Iulij 1627. & in alia montis Politiani 13. Ianuarij 1619.* & nouissimè Carol. de Ansaldis Clericus S. Miniati in ætatis suæ anno 16. prouisus à Sanctissimo D.N.D. Vrbano VIII. ad Canonicatum obtinendum in Cathedrali eiusdem ciuitatis, petiit declarari, se vocem in Capitulo habere, ac distributiones quotidianas, dum Diuinis Officiis interest lucrari. *Die 15. Septembris 1629.* S. Cong. Cardinalium Conc. Trid. interpretum secundùm ea, quæ proponuntur, censuit *prædictam Oratorem vocem in Capitulo habere, & distributiones quotidianas, dum Diuinis Officiis interest, lucrari.* Sed quoad vocem pro indubitato teneo, illas decisiones procedere ex sufficientia dispensationis; aliàs enim contrarium verius existimo, & resoluit Rota *in Senen. Archipresbyteratus 23. Iunij 1606. coram bonæ mem. Card. Lancelloto iun.* in hæc verba. *Nec obstat, quòd Felin. dicit in c. postulasti. n. 11. de rescript. dum tenet, quòd dispensatus, vt possit habere præbendam habentem sacrum Ordinem annexam, non sit dispensatus vt possit habere vocem in Capitulo, cùm dispensatio operetur, sine illo accessorio, nempe super Canonicatu; quia loquitur in minori, qui eget duplici dispensatione ad obtinendum Archidiaconatum, & dispensatione ad obtinendum sacrum Ordinem, cui est, votum annexum propter duo impedimenta, ita vt dispensatus quoad vnum, non sit dispensatus quoad aliud*, &c.

Et non solùm ad illos, qui sunt de numero Canonicorum, pertinet ius percipiendi quotidianas distributiones, sed etiam supranumerariis, & creatis cum expectatione præbendæ, vt docent Ludouicus Gomez *in tract. de gratia expectat. n. 28.* Staphil. *de forma exed. form. 1. n 8. & 11.* Hoied. *de incompatibilitate beneficiorum p. 1. c. 12. num 6. per text. in cap. cùm M.* Ferrariensis, *de constitut.* hi enim Cano- 27

28 nici recepti vltra numerum, habent statim omnia iura Canoniæ, veluti stallum in choro, & vocem in Capitulo, atque ideò possunt eligere, & esse delegati Papæ, & habere prærogatiuas omnes, quibus cæteri Canonici gaudent; sicut tradunt Doctores *in d. cap. cùm M.* Ludou. Gom. *de gratia expectat. num. 35. & 38.* Staphil. *d. form. 1. à num. 2.* Hoied. *d. cap. 12. num. 6.* nisi sit consuetudo, quòd Canonici huiusmodi vltra numerum excepti non habeant iura Canoniæ, Felin. *in d cap. cùm M. num. 23. in fine*, Staphil. *d. form. 1. n. 11. & 12.* aut nisi esset consuetudo, quòd Canonicus non possit administrare iura Canoniæ, nisi priùs fuerit installatus, Doctores *in d. cap. cum M.* vbi Rip. *num. 187.* Vel nisi etiam receptus in Canonicum quis sit, non simpliciter, sed cum hoc, quòd sit supranumerarius: nam tunc constat, quòd Canonici noluerunt frangere numerum, & ius integrum de nouo creare, iuxta text. *in cap. dilecto, de præbend.* sed solùm illi dare quoddam ius extraordinarium, & præparatorium ad futurum ius integrum obtinendum. Abb *in d. c. cùm M num. 31. in fine*, Felin. *num. 23. vers. hanc conclusionem*, & Rip. *num. 188.* Et denique non habet plenum ius Cano- 29

niæ, neque quotidianas distributiones ille, quem Papa mandat simpliciter recipi in Ecclesia, in qua est certus numerus Canonicorum, nec derogat certo numero, aut non mandat recipi cum plenitudine iuris Canonicalis, vt per Abb. *in d c. cùm M. n. 32.* Rip. *num 189.* Steph. Gratian. *discept. forens. c. 817. n. 8.* Menoch. *cons. 1179. num. 22.* Lotter. *de re benef. lib. 1. quæst. 19. n. 48.* Latè Monet. *d. part. 2. q. 1. à num. 4.* vbi *n. 20.* subdit Canonicos Ecclesiarum non numeratarum, de quibus meminit tex. *in d. cap. dilecto, de præbend.* capaces esse distributionum quotidianarum.

Quotidianarum quoque distributionum capax 30
est obtinens in Ecclesia Cathedrali, vel Collegiata Dignitatem, Canonicatum, aut portionem, cui ab habente ad id potestatem datus sit Coadiutor simplex, vt resoluit Monet. *d. p. 2. q. 1. n. 22.* vbi *num. 24.* subdit Episcopum iure Ordinario posse dare talem simplicem Coadiutorem Archidiacono ratione sui officij, vt habetur *in cap fin. de Cleric ægrot.* Idem dicendum, vbi Coadiutor datus esset à Summo Pont. cum futura successione: nam etiam tunc Coadiutus capax est quotidianarum distributionum, ac nullum talem haberet coadiutorem, vt per Nau. *cons. 1. aliàs 2. n. 23. & 6. de Cleric ægrot.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. glos. 5 §. 9. num. 15.* S. Cong. Conc. *in Vrbaueta na 9. Sept. 1628.* censuit distributiones quotidianas deberi Canonico Coadiuto, infirmo, vel non seruiente Coadiutore.

Dignitatem & Canonicatum ex vi consuetudi- 31
nis, vel dispensationis in eadem Ecclesia habenti debentur distributiones duplicatæ, vt resoluunt Doctores per text. ibi *in cap. cùm olim, de sent. & re iudic.* Duen. *reg. 206. limit. 4.* Cou *lib. 3. var. c. 13. n. 6.* Nau. *de Orat. mescel. 60. num. 15.* Hoied. *d. p. 1. cap. 12. à num. 15.* Rebuff *in praxi tit. de dispensat. ratione æt. vers. in Cathedralibus, ad fin.* Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 7. cap. 7. quæst. 13.* Adrian. Negusant. *in*

sylua respons. q. 294. num. 3. Nald. in sum. verb. Canonicus, num. 3. Vasq. in opusculo de benefic. cap. 4. dub. 1. §. 3. Barthol à S. Fausto de Horis canon. lib. 3. q. 22. Filliuc. in quæst. moralib. tom. 5. tract. 41. c. 6. num. 53. Rot. in Pisana distributionum 3. Iulij 1628. coram Card. Virili. Monet. d. p. 2. q. 4. per tot. vbi à num. 19. subdit, quòd obtinens duos Canonicatus in diuersis Ecclesiis citra dispensationem, nequit duplices habere distributiones, & quidem si eodem tempore diuina Officia recitentur; & quòd si ex dispensatione Apost. Canonicus qui sit in pluribus Ecclesiis, tunc pro tempore, quo in eisdem Diuinis interest, lucrari poterit vbique distributiones, cùm id faciat, ad quod illæ tribuuntur, & alioquin iustè retineat vtrumque Canonicatum, me citato in hoc loco Trullench d. lib. 1. cap. 8. dub. 5. n. 2.

32 Singulis Horis Canonicis, & Missæ Conuentuali debent distributiones quotidianæ assignari, gl. verb. ordinationem, in d. vnic. de Cleric. non resid. in 6. & verb. Canonicus, in Clem. 1. de celeb. Missar. Sanctarel. var. resol. quæst. 12. à num. 4. Monet. d. p. 2. q. 3. ex num. 1. vbi n. 46. rationabiliorem & honestiorem ait esse ordinationem, quæ omnibus Horis, ac singulis suam propriam distributionum portionem assignat, & num. 14. subdit, quòd potest etiam, & fortasse debet non modò ipsis diuinis Officiis, verùm & supplicationibus, Conuentibus, Capitularibus, & aliis similibus, quæ communiter à Clericis Ecclesiarum Collegiatarum obeuntur, portio aliqua distributionum quotidianarum assignari: & num. 15. resoluit, quòd ad Episcopum, & vnanquanque Ecclesiam spectat statuere, quænam portio distributionum vtrique Horæ Canonicæ, diuino Officio, ecclesiasticæ functioni assignanda sit; & n. 20. quòd distributiones quotidianæ assignatæ intelliguntur Horis, ac diuinis Officiis, non quouis modo, sed integris & completis.

33 Valet tamen consuetudo, vt distributiones quotidianæ tribuantur non modò iis, qui integris Horis non interfuerint, verùm etiam non omnibus, sed aliquibus, & certis duntaxat, vt colligi videtur ex Clem. 2. de ætate, & qual. vbi glos. verb. certis horis, Card. quæst. 17. Anch. n. 8. Imol. n. 33. circa med. ibid. Duen. reg. 206. limit. 2. Roch. de Curte in repet. c. fin. num. 485. aliàs sect. 5. num. 43. de consuet. Hoied. dict. part. 1. cap. 17. n. 11. Monet. d. p. 1. q. 3. n. 43. vbi n. 47. ait inducendam, huiusmodi consuetudinem, quod, nimirum qui aliquibus Horis interest, omnes distributiones etiam cæteris Horis aliàs assignatas, acquirat, requiri aliquam rationem, & præterea spatium quadraginta annorum, iuxta tex. in dict. cap. fin. cum ibi traditis per glos. & Doctores de consuet. idem tamen Monet. vbi suprà num. 50. fatetur non valere consuetudinem, quòd distributiones vnius dici vnica Hora acquirantur.

34 De his quotidianis distributionibus potest Beneficiarius pro suo libito, & arbitrio disponere, etiam per vltimam voluntatem, & iuxta suæ voluntatis
35 nutum impendere, quia earum dominus est, vt diximus hoc eodem lib. capit. 17. numero 31. Et transmittit solùm ad successorem, hæredémve suum, distributiones quotidianas ad ratam temporis, quo Diuinis in quolibet anno interfuit, atque Ecclesiæ inseruiuit, cùm dentur pro labore, & seruitio singulis diebus præstito, vt resoluit Monet. de distribut. quotid. part. 3. quæstione 6. numero 28. cum sequentibus.

36 Superest nunc, vt aliqua dicamus de his distributionibus lucrandis, amittendísve, & quibus illæ amissæ, accrescant, & an remitti, & donari valeant. Et quoad primum sciendum est, distributiones quotidianas lucrari, quos suprà illarum capaces esse monuimus, si diuinis Officiis intersint, quibus assignatæ fuerint, iuxta ea, quæ suprà resoluimus, vers. singulis horis n. 32. exceptis iis, qui etsi à Choro absint, & præsentes diuinis Officiis non sint: ex priuilegio tamen, vel alia rationabili causa has quotidianas distributiones, tali non obstante absentia, lucrantur. Et ideò.

Auditores Rotæ Romanæ percipiunt fructus, & distributiones suorum beneficiorum in absentia, ac
si actualiter interessent diuinis Officiis, ex Constit. 37
Clementis VIII. incip. Conuenit. sub dat. nonis Augusti, 1525. Ita docent Læl. Zech. de Repul. ecclesiast. cap. 11. n. 2. Cened. pract. & Canon. quæst. lib. 1. n. 63. Ego ipse de officio, & potest. Episcopi, p. 3. alleg. 53. n. 155. & me citato in illo loco, Sanctarel. var. resolut. q. 11. n. 1.

Inquisitores contra hæreticam prauitatem gau-
dent priuilegio percipiendi fructus, & distributio- 38
nes quotidianas in absentia in fidei fauorem à Paulo III. & Pio V. sibi concesso, vt per Roias d. priuil. Inquis. n. 420. & in tract. de heretic. sing. 96. Spin. in speculo testam. glos. 3. princ. n. 78. Garc. de benef. p. 3. c. 2. n. 356. Memetipsum d. alleg. 53. n. 156. me citato in illo loco, Sanctarel. d. q. 11. n. 3.

Collector generalis Cameræ Apost. Subcollecto-
res, Aduocati, Procuratores Fiscales, & Notarij in 39
causis spoliorum, & aliorum iurium dictæ Cameræ eorum officio durante lucrantur distributiones quotidianas in absentia, vt ex Constit. Sixti V sub dat. 8. Martij, 1590. colligunt Monet. d. p. 2. q. 11. n. 111. Sanctarel, d. q. 11. n. 6. Ego ipse d. alleg. 53. num. 157. Ioan. Anton. Nouar. in sum. Bullar. tit. de Subcollectorib. n. 2.

Archidiaconus, vel Canonicus visitans Ecclesiam,
iura, vel redditus suæ præbendæ, non amittit distri- 40
butiones quotidianas, cùm visitando prædicta iura, & loca, seruiat Ecclesiæ iure vtili; vt per Nicol. Garc. d. p. 3. c. 2. n. 333. cum seq. Azor. instit. moral p. 2. lib. 7. c. 7. q. 10. Monet. d. q. 11. n. 63. Cened. dict. q. 1. n. 36. metipsum d. alleg. 53. num. 163. me citato in illo loco Sanctarel. dict. quæst. 11. n. 9. & me citato in hoc loco Trullench. d. lib. 1. c. 8. dub. 12. in princip. n. 13. Si verò non visitaret propriam Ecclesiam suæ diœcesis, etiamsi illam visitaret ex officio, & iure sibi competenti, hinc non poterit percipere distributiones, vt referunt decisum Monet. d. q. 11. n. 63. Cened. d. q. 1. n. 36. & 74. Garc. d. c. 2. n. 352. Armendar. in addit. ad recop. leg. Nau. lib. 1. tit. 6. l. 6. de Visit. n. 81. & 108. Sanctarel, d. q. 11. n. 10. Ego ipse d. alleg. 53. n. 126.
Et hoc casu durante visitatione non potest Archi- 41
diaconus percipere fructus illius Canonicatus, quem obtinet ex dispensatione, vel ex illius Ecclesiæ consuetudine, stante, quòd fructus Canonicatus distincti sint à fructibus præbendæ; nisi pro tribus mensibus vacationis causâ à Conc. permissis, vt resolutum attestantur Garc. d. c. 2. n. 532. in 2. dub. & Armendar. d. l. 6. de Visitat. n. 82.

Pœnitentiarius, si dum recitantur diuina Officia,
audiat in Ecclesia Confessiones, percipit quotidia- 42
nas distributiones, vt referunt decisum Aloys. Ricc. in praxi rerum fori eccles. decis. 498. in 1. edit. aliàs resolut. 389. numero 5. in 2. edit. & resol. 477. numero 6. Salazar. de Mendoça in libello de instit. Canon. Pœniten. §. 6. Vgolin. de offic. Episcop. cap. 19. num. 6. vers. tertiò excipitur, & cap. 33. num. 5. Monet. de distribut. quotid. p. 2. q. 11. num. 64. cum seqq.

Campan.

Campan. in diuerſ. Iuris Canon. rub. 7. c. 6. n. 27. Barthol. à S. Fauſto de Horis canon lib. 3. q. 74. Garc. de benefic. p. 5. c. 4. num. 124. & ſeqq Bonacin. de Horis Canon. q. 5 punct. 3. §. 5. Raguc. de voce Canon. in Capitulo q vlt. n. 7. Ego ipſe d. p. 3. alleg. 53. num. 180. & alleg. 55. num. 30. me citato hoc in loco Sanctarel. var. reſolut q. 7. num. 13. latè Trullench. dict. lib. 1 cap. 8. dub. 12 § 5. Machado en ſu perfetto Confeſſor. tom. 2. lib. 4. p. 5. tract. 5. docum. 5. Etiamſi audiat Confeſſiones peccatorum venialium, & non reſeruatorum, ex Garc. n. 123. Monet n. 65. Sanctarel proxime citatis locis; dummodo tamen intra Eccleſiam, non verò extra etiam infirmorum Confeſſiones audiat, Garc. in addit. ad p. 5. cap. 4. num. 125. in fine Ego ipſe d. alleg. 55. n. 32. quicquid dicat Machado d. tract. docum. 5. n. 3.

43 Theologus ſeu obtinens præbendam theologalem diebus, quibus legit habendus eſt tanquam præſens in choro, non modò pro illis horis, vt ſi manè legat pro Horis matutinis, & Miſſa ſolemni, ſed etiam pro tota, & percipere poteſt diſtributiones quotidianas, ita declarante Gregorio XIII. deciſum referunt Garc. d. c. 2. num 118. Aloiyſ. Ricc. in d. praxi rerum fori eccleſ. reſol. 386 n. 6. & reſol. 389. n. 6. Nald verb. diſtributiones n. 9. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. § 7 proœm. n. 180. Armendar. dict. tit. de reſidentia Canonicorum, n. 68 Monet. d. p. 2. q. 10 n. 27. & q. 11. n. 75. Bonac. d. q. 5. punct. 3. §. 6. Ego ipſe d. p. 3. alleg. 56. n. 6. me citato in illo loco. Sanctarel. dict. q. 11. n. 15. Sanch. in conſil. p. 1. lib. 2. c. 2. dub. 95. n. 5. me citato in hoc loco Trullench d. lib. 1. c. 8. dub. 12. §. 6. Machado d. lib. 4. p. 4. tract. 5. docum. 7.

44 Concilio generali intereſſentes lucrantur diſtributiones quotidianas, vt reſoluunt Coſm. in pragm. ſanction. tit. de collat §. 1. in gloſ. nihil, in fine, Iacobat. de Concil. lib. 5. art. 6. ad fin. Rebuff. in praxi p. 3. tit. de diſpenſ. de non reſid. n. 34. Salzed. ad Bern. in pract. c. 52. lit. C. verſ. quartus caſus, Ceued. d. q. 1. n. 67. Ego ipſe d. alleg. 53. num. 158. me citato in illo loco Sanctarel. d. q. 11. n. 7. Sed contra Cened. Monet. d. p. 2. q. 11. n. 90. quia iſti non abſunt cauſa vtilitatis Eccleſiæ vniuerſalis; in eo tamen omnes conueniunt Canonicum non eſſe priuandum diſtributionibus, quando tanquam Theologus, vel Canoniſta Concilio generali intereſt, miſſus à ſuo Capitulo, vt ibi interſit nomine Capituli: quia tunc abeſſet in vtilitatem ſuæ Eccleſiæ, & eius rem vtiliter gerere cenſeretur, Cened. n. 67. verſ. aduert. Monet. n. 91. Sanctarel. n. 7. in fine, Ego ipſe n. 158. proxime citatis locis: ſicut etiam poſſet percipere diſtributiones, ſi à Capitulo gratulationis cauſa mitteretur ad Pontificem, vel Principem, vel ciuitatem; quia tunc abeſſet cauſa ſuæ Eccleſiæ. Ita Monet. d. q. 11 num. 92. Sanctarel. d. q. 11. n. 8.

45 Concilio Prouinciali, vel Synodali intereſſentes diſtributiones quotidianas percipiunt, vt reſoluunt Salzed. ad Bernard. in pract. c. 52. lit. C. verſ idemque pari ratione, Cened. d. q. 1. num. 68 verſ. idem pari ratione, Sanctarel d q. 11. n. 22. Bartol. à S. Fauſto d l 3. q. 52. Caſtro Palao tom. 2. diſp. 3 §. 3 n. 5. me citato in hoc loco Trull. d. lib. 1. c. 8. dub. 12. in princip. n 7.

46 Animarum curæ incumbentes imminenti ſuæ Dignitati, vel Canonicatui, dum ſunt in actu adminiſtrandi Sacramenta, vel alia exercendi, quæ ſpectant ad ipſam curam, diſtributiones quotidianas lucrantur, & tanquam præſentes in choro habentur, vt referunt deciſum Franc. Leo in theſauro fori eccleſ p. 3. c. 2. n. 24. Aloyſ. Ricc. d reſolut. 389. num. 4. Raguc. de voce Canonicorum in Capitulo, q. vltim. num. 6. Garc. d. c. 2. num. 335. Armendar. d. l. 2. tit. 23. l. 2. §. 2. de reſidentia Canon. n. 58. Cened d q. 1. n. 75. Zerol. in praxi Epiſc p. 1. verb. diſtributiones n. 3. verſ. ſecundo debentur, Lxl. Zech. de Repub. eccleſ. c. 24. n. 6. Barthol. à S. Fauſto d lib. 3. q. 76. Bonac. d q. 5. punct. 3 §. 7. Ego ipſe d allg 53. n. 127. & me citato in illo loco, Sanctarel. d. q. 11 n. 11. me etiam citato in hoc loco Trullench dict. cap. 8. dub. 12. §. 7. Vnde S. Cong. Cardinalium negotiis Epiſcoporum & Regularium præpoſitorum in Lauden. 24. Nouemb. 1617. cenſuit, Canonicum à choro abſentem occaſione ſeruitij curæ eius Canonicatui annexa, quotidianas diſtributiones lucrari, tanquam ſi eſſet præſens, ideóque Epiſcopum curam animarum eidem Canonico auferre, & Manſionario ſibi, eiuſque ſucceſſoribus beneuiſo conferre non debere. At ſi haberent curam animarum in aliis Eccleſiis, dum in eis reſident, ac Sacramenta adminiſtrant, non poſſunt percipere diſtributiones, quas perciperent, ſi in Eccleſia Cathedrali, vel Collegiata, in qua habent Canonicatus, vel Dignitates, reſiderent, vt reſoluunt Monet. d p. 2. q. 11. n. 69. Sanctarel. d. q. 11. n. 13. Barthol. à S. Fauſto d. lib. 3. q. 76.

Canonicus ab Eccleſia, cui eſt adſtrictus, abſens ex Pontificis priuilegio, poteſt percipere quotidianas diſtributiones, vt reſoluunt Genun. n. 4. & Franch n. 3 in cap. vnic. de Cleric. non reſid. lib. 6. Cened. d. q. 1 n. 26. Sanctarel var. reſol q. 10. num. 1. Barthol. à S. Fauſto d. lib. 3. q. 83. Caſtr. Palao tom. 2. diſp. 3. punct. 9. § 10. Trullench. d. l. 1. c. 8. dub. 12 § 13. 47

Canonicus miſſus à ſuo Epiſcopo ad viſitanda Limina Apoſtolorum, eius nomine, & comitans ipſum Epiſcopum ad eadem Limina, ex Conſtit. Sixti V. diſtributiones quotidianas lucratur, vt per Aloyſ Ricc. in d praxi deciſ 498. in 1. edit. aliàs reſol. 389 n. 3 in 2. edit Garc. d c. 1. n. 349. Monet. dict. p. 2. q. 8 n. 28. Armendar. vbi ſupra, n. 62. Franc. Leo d. c. 2. n. 23. Barthol. à S. Fauſto d. lib. 3. q 52 Ego ipſe alleg. 53. n. 159. me citato in illo loco, Sanctarel, dict. q 11. n. 14. vbi in fine cum Garc. ſubdit idem eſſe dicendum in aliis Præbendatis, licèt non ſint ex Capitulo, me citato in hoc loco Trullench. d. lib. 1. c. 8. dub 12. in princ n. 8. vbi limitat ſi ab Epiſcopis aliarum Eccleſiarum mittantur. 48

Canonicus Eccleſiæ Cathedralis, Sede vacante, electus in Vicarium generalem, Officialem, & Viſitatorem, non amittit diſtributiones, ſi abſit à choro, quamuis ob huiuſmodi officia ei ſalarium aſſignetur, vt reſoluunt Cened. d. q. 2. n. 72. Sanctarel q. 11 n. 18. Barthol. à S Fauſto d. l. 3. q. 68. Verùm quotidianas diſtributiones illū non percipere, præcipuè vbi conſuetudo eum abſentem non excuſaret, meliùs reſoluunt Monet. d. p. 2. q. 11. n. 83. Ego ipſe d. p. . . alleg. 54. n. 166. 49

Et Canonico, qui munere Vicarij Epiſcopi fungitur, non deberi quotidianas diſtributiones, ſi Horis Canonicis non interſit, etiamſi à tempore immemoriali obſeruatum ſit, vt debeantur, reſoluit Trullench d. c. 8. dub. 8. in princ. n. 6. & cenſuit S. Cong. Concil. Bittecten. 18. Decemb. 1627. & ante, idem tenuerat teſte Garc. in addit. ad ſuum tract. de benef. p. 3. cap. 2. n. 348. Ratio eſt, quia non abeſt ex iuſta cauſa, cùm Vicarios deſeruiat ſoli Epiſcopo, & non Eccleſiæ, Rot deciſ. 222. n. 5. p. 2. diuerſ. 50

Obſes datus ab Eccleſia, aut etiam repræſaliarum cauſa captus, & detentus diſtributionibus quotidianis priuandus non eſt, vt reſoluunt Monet. dict. p. 2. q. 5 n. 56. cum ſeqq. quem referro d. alleg. 53. n. 165. 51

Abſens pro euidenti vtilitate Eccleſiæ diſtributiones quotidianas non amittit. præcipuè ſtante 52

consuetudine, quòd Canonicus missus à Capitulo pro aliquo seruitio ipsius Ecclesiæ, seu Capituli, percipiat omnes fructus, & quotidianas distributiones, vt per c. vnic. de cleric. non resid lib.6. tenent Aloys. Ricc. in d praxi rerum fori eccles resol. 389 q 2. Seraphin decis. 1239. part. 1. Garc. d.c. 2 n. 362. Armendar d. loco, num. 73. & 95. latè Trullench. d. lib. 1 c. 8. dub. 12. in princ. Machado d. tract. 4. docum. 7. Barthol. à S. Fausto d. lib. 3. q. 48. vbi intelligit, si aliàs Choro interesse solebat, & abest in euidentem suæ Ecclesiæ vtilitatem, hoc est manifestam, S. Cong. Concil. 31. Ianuarij. 1603. vbi intelligit. dummodo
53 non sit ei constitutum salarium. Et quod Canonicus Procurator Capituli, & pro negotiis Capituli assistens, tanquam præsens reputandus est, & habere debet distributiones quotidianas, censuit S. Cong. Rit. in Saonen. 21. Augusti 1604.

54 Absenti à seruitio Ecclesiæ pro defensione iurium ipsius Ecclesiæ, vel sui beneficij, debentur fructus, & distributiones, Bart à S. Fausto d. lib. 3. quest. 52. num 1. Serapin. decis. 1098. num. 5. Castr. Palao to. 2. disp. 3. § 3. num. 10 Trullench. d. lib. 1. cap. 8. dub. 12. §. . num. 1. & 2. & fuit dictum in Asten. fructuum 15. Martij 1615. coram bonæ mem. Patriarcha Manzanedo, & in Calaguritana fructuum & distributionum 26. Martij 1614. coram bonæ mem. Vbaldo sen. S. Congreg. Conc. teste Garc. in addit. ad tract. de benefic. p. 3. c. 2. n. 49. censuit, quod absentia iustam. causam censetur habere, qui super iuribus Ecclesiæ suæ litigat, quod intelligitur; & locum habet etiamsi nulla præcederet Episcopi licentia, secundùm Carol. Macign. de Horis Canon. c. 68. n. 14. Bartol. à S. Fausto d. lib. 3 q. 59.

55 Infirmus, qui personaliter diuinis Officiis adesse non potest, quotidianas percipit distributiones in absentia. Ita probat cap. 1. de Cleric. non resident. l. 6. & resoluunt Con. lib. 3. var. cap 13. n. 8. Nau. cons. 2. num. 3. de Cleric. non resid. & de Horis can. cap. 11. num. 10. Selu. de benefic p. 4. quæst. 6. n. 9. Fusc. de visit. lib. 1. c. 16. n. 25. vers & infirmo, & c. 20. n. 16. Thom. Act. in tract de infirmis, p. 1. c. 50. num. 25. Hoieda de incompatib benef. p 1. c. 17. n. 25. Ludou. Gom. in reg. de infirmis resig. q 9. vers. 47. Spin. in speculo testam. glos. 9. princ. n. 30. Gutier. canon. lib. 1. cap. 1. num. 140. Franc. Leo in thesauro fori eccles. p. 3. c. 2. n. 1. Piasec. in praxi Episcop p 2 c. 3. n. 9. vers. infirmus, Azor. instit. moral. p. 1. lib. 7. c. 7. q. 10. Garc. d p. 3 c. 2. n. 363. Monet. d p. 2. q. 5. n 48. & q. 6. à n. 1. Vgolin. de officio Episcopi, c. 19. §. 2. n. 6. vers. excipitur, Carol. de Grassis de effectib. clerical. effectu 1. n. 1171. Castr. Palao tom. 2 disp. 3. puncto 9 §. 1. num. 1. Trullench d lib. 1. cap. 8 dub. 8. num. 2. Machado en su perfetto Confessor tom. 2. lib. 4 p. 4 tract. 4. docum. 1. n. 1. Armendar. dict. rub. de residentia Canonic. num. 75. Raguc. d q. vlt. n. 8. Cened. d quæst. 1. num. 7. Sanctarel. var. resolut q 8. à princ. Bonacin. de Horis Canon disput. 3. quæst. 5. puncto. 1. Barthol. à S. Fausto eod tract. lib. 3. q. 26.

56 Veluti, si ad Ecclesiam se conferre non possit: quia est debilis in cruribus, vel tibiis, Menoch. de arbitr. casu 60. n. 14. & seq. Monet. dict q. 6. num. 16. Cened. d. quæst. 1. num. 13. Bartol. à S. Fausto d lib. 3. quæst. 31.

57 Vel, si sit cæcus; putà quia lumen oculorum amisit, & propterea non potest Missas, & diuina officia celebrare, Monet. d. p. 2. q. 6. num. 16. Cened. d. q. 1. num. 13 Aloys. Ricc. in praxi aurea resol. 397. Trullench. dict. dub. 8. num. 6. vers. an autem cæcus S. Congreg. negotiis Episcoporum & Regul. præposita in Alatren. de mense Aprilis, 1619. S. Congreg. Conc. sub die 11. Augusti, 1618. & sub die 20. Iulij 1629.

58 Vel, quia prodraga laborat, idem Monet. d. p. 2. q. 6. n. 18. & Cened. d. q 1 num. 13. Trullench. dict. loco num. 6.

59 Vel, quia medicinam sumit, aut sanguine minuitur, Iacob. de Graff. in aureis decis. p. 2 lib. 3. cap. 15. n. 10. Monet. d. p. 3. q. 6. n. 8. Trullench. d. cap. 8. dub. 9. n. 2. Cened. d. q. 1. n. 7. Bartol. à S. Fausto d. lib. 3. q. 30. Ego ipse d. alleg. 53. n. 169. me citato in illo loco, Sanctarel. d. q. 8. n. 4.

60 Vel, quia sanitatis causa ad balnea, vel alium locum iret, Monet. d. q. 6. num. 10. Cened. d. q. 1. n. 11. Sanctarel. d. q. 8. n. 4. me citato in hoc loco Trul. dict. dub. 8. n. 3. pro. fin. Ego ipse d. alleg. 53. n. 169.

61 Vel quia lepra, aut alio morbo contagiose cogitur ab Vrbe discedere, Monet. d. q. 6. n. 11. Cened. d. q. 1. n. 12 Ego ipse d. alleg. 53. n. 170. me citato in illo loco, Sanctarel. d. q. 8. n. 5.

62 Intellige, si dum erant sani, consueuerant interesse diuinis Officiis, alias secus Azor. d. c. 7. quæst. 11. Vas. in opusculo de benef. c. 4. dub. 3. Macign. de Horis canon. c. 71. n. 56. Cened. d. q. 1. n. 9. Monet. d q. 6. n. 21. Ioan. Valer. de different. inter vtrumque forum, verb. Hora canonica, differ. 2. Bartol. à S. Fausto d. l. 3. q. 17. Ego ipse d. alleg. 53. n. 167. me citato in illo loco, Sanctarel. d. q. 8. n. 8. me citato in hoc loco, Sanctarel. dict. dub. 8. n. 5. quicquid cum Petr. Nauarra dubitet Machado d. tract. 4. docum. 1. n. 2. Intellige etiam si infirmitas illi obueniat in loco suæ residentiæ, non extra, vt per Con. lib. 3. var. c. 13. n. 8. Gutier. canon. lib. 1. c. 1. n. 1. Vasq in opusc. de benef. c. 4. §. 3. n. 189. nisi absentia sua, Ecclesiæ ex iusta causa interueniret, vt per Monet. de distrib. p. 2. q. 6. à num. 19. Castr. Palao to. 2. tract. 7. disp 3. punct. 9. §. 1. num. 6. vers. cæterum, Bonac. de Horis Canon. disp. 2. q. 5. punct. 1. n. 6.

63 Et his omnibus infirmitatibus detenti possunt distributiones quotidianas percipere, quamuis propria culpa in eas inciderint, vt benè resoluunt Petr Nau. de restit lib. 6. cap. 2. dub. 4. num. 239. Gutier. dict c. 1. num. 138. Zerol. in praxi Episcop. p. 1. verb. distributiones, §. 3. vers. 6. Azor. d c. 7. q. 11. Macign. de Horis canon c 71. n. 58. Garc. d. p. 3. c 2. n. 363. Nald. in sum. verb. distributiones, n. 11. Monet. d q. 6. n. 12. Cened. d. q. 1. n. 8. Bartol. à S. Fausto d. lib. 3. q. 28. Ego ipse d. alleg. 53. n. 168. me citato in illo loco, Sanctarel. dict. q. 8. n. 6. Castro Palao tom. 2. disp. 3 punct. 9 §. 1. n. 3. me citato in hoc loco Trullench. d. lib. 1. cap. 8. dub. 8. n. 4. Machado d. tract. 4 docum. 1. n. 4.

64 Senio ita confectus, vt residere, & interesse Diuinis non possit, modò aliàs consueuerit, percipere debet quotidianas distributiones, sicut resoluunt, decisúmque referunt Azor. d. lib. 7 c. 7. q. 12. Franc. Leo d. c. 2 n. 27. Monet. d. p. 2. n. 7. Armendar. d loco, n. 73. Cened. d. q. 1. n. 15. Aloys Ricc. d. resol. 389. num. 7. Bartol. à S. Fausto d. lib. 3. q 34 Ego ipse d. alleg. 53. num. 164. me citato in illo loco, Sanctarel. d. q. 8. n. 12. vbi n. 13. asserit iudicis arbitrio standum esse, cùm quis propter senectutem excusatur, quominus possit in Choro interesse Diuinis Officiis, & tamen possit lucrari distributiones, me citato in hoc loco Trullench. d. dub. 8. num. 6. Machado dict. tract. 4. docum. 1. num. 5.

Absens à Choro, ac etiam à ciuitate ob metum, ne occideretur ab inimicis, à Principe, &c. potest percipere quotidianas distributiones, vt docent Con. lib. 3. var. cap. 13. n. 8. vers. decimo, eadem ratione Azor. d. c. 7. q. 11. Garc. d. c. 1. n. 351. Monet d part. 2. q. 5. n. 71. Cened. d. q. 1 num. 20. vers. idémque iuris,

Sanctarel.

Sanctarel. *var. resol. q.9.n.2.* me citato *in hoc loco* Trullench.*d.cap.*8. *dub.9.num.*5. Vnde S.Congreg. Conc. *die* 17. *Septembris*, 1616.*ad instantiam Ioannis Blasij, Canonici Carpen. qui ex facto Principis temporalis loci residere non poterat, censuit dandas esse ad Ordinarium litteras, vt Capitulum cogeret ad integras distributiones ei assignandas vsque ad mensem Aprilis futuri. Caeterùm ipsi Ioanni Blasio significari voluit, vt interim curet Canonicatum resignare, vel permutare, aut rationem aliquam inire, qua & sibi, & Ecclesiae indemnitati consultum sit. Die* 22. *Aprilis*, 1617. *prorogata fuit licentia ad alios sex menses cum eo, quod interim curet, &c. Et die* 23. *Septembris*, 1617. *prorogata fuit ad alios sex menses sine spe alterius prorogationis.*

66 Timens redire ad patriam, vel in ea commorari ob bellum ciuile, aut externum, potest percipere distributiones, vt tenent Sfort. Odd.*in tract. de in integ.restit. artic.9. num.*92. Menoch. *de arbit. casu* 153. *num.*12.Sanctarel.*d.q* 9.*num.*4.Machado *dict. tr.4.docum.2.n.4.*

67 Pestis ob causam absens à sua Ecclesia distributiones quotidianas percipit, si probaretur ex antiqua consuetudine eas dari solitas absentibus ex iusta causa, Menoch.*d casu* 153.*n.*10.Sfort. Odd. *d.art.9. num.*94. Monet. *de distribut. p.2.q 5 n.76. & 77.* Bonacin.*de Horis Canon.disp.2.q.5 punct.2.n.7.*Barthol. à S.Fausto *eod.tract.3 q.35.* Scip.de Rubeis *in aphorism. Episcop.verb.pestis,n.4.*Trullench. *d.lib.1. capit.8.dub.9. num.4.* latè Ciarlin. *controu. forens. c.25.per tot.* me citato Machado *d. tract.4.docum.1. n.3.* & nouissimè S. Cong.Conc. *in Mediolanen.9. Nouemb.*1630. *censuit Canonicis, qui ex causa pestis abfuerint, non deberi quotidianas distributiones, nisi pestis grassetur, & probetur legitima consuetudo, quòd distributiones huiusmodi dari consueuerint absentibus ex iusta causa: quando autem dicatur pestis grassari, vt sit iusta causa absentiae, relinquendum esse iudicio Episcopi.*

68 Carceratus iniustè lucratur distributiones quotidianas, si veniat absoluendus, vt per Cou. *lib.3. var.cap.13. n.8.vers.vndecimo*, Nau.*cons.10. & consil.11.n.5.& seq.de Cleric.non resident.*Lael.Zech.*de Republ.eccles.c.24.n.6.*Sayr.*in floribus dec.sub illo tit. de Cleric. non resid. decis.9.* Zerol. *in praxi Episcop. p.1.verb.distributiones* § 8. Ceuall. *comm.contra communes,q.585.n.15.*Gonzal.*ad reg.8. Cancel.glos.5.§. 9.n.15.*Azor.*inst. moral.p.2.lib.7.cap.7.q.21* Macign.*de Horis canon,cap.71.num.66.*Armendar. *d.tit. de residentia Canon.n.78.*Garc. *d.c.2.n* 362. Monet. *d.p.2.q.5 num.*80.Nald. *in sum. verb. Distributiones n.*10. Grilenzon *cons.165.per tot.* Bonacin.*de Horis can.disp.2. q.5.puncto 2. §.1.* Barthol. à S. Fausto *in simili tract.l.3.q.32.*metipsum *d.alleg.53.n.178.*me citato *in illo loco.*Sanctarel. *d.q.9.n.15.* & me citato *in hoc loco* Trullench.*lib.1.cap.8.dub.10.p.2.*Machado *d. tract.4.docum 2.n.3* & censuit S.Cong.negotiis Episcoporum & Regul praeposita *sub die 5. Decembris*, 1600. & S.Cong.Conc.*die 9. May*, 1626. dum respondit, contraria consuetudine non obstante deberi Oratori, de quo ibi, distributiones quotidianas totius temporis, quo propter denegationem distributionum in tempore indebitae carcerationis abfuit à residentia, vt recurreret ad Sacram Congregationem pro declaratione super dicta denegatione.

69 Vnde poterit Canonicus lucrari distributiones, cùm per vim ab aliquo detinetur: & propterea non potest in illa Ecclesia diuinis interesse Officiis, vt resoluunt Nau. *d.cons.11.n.4.* Iacob de Graff.*in aureis dec.p.2.c.15.n.10.*Azor. *d.c.7.q.10.*Monet.*dict. p.2.q.5.n.54.*Cened.*d q.1,n.20.vers.quinto.* Sanctarel.*d.q 9.n.8.*Trullench.*dict.c.8.dub.9. n.6.*

70 Exulatus iniuste non amittit quotidianas distributiones, vt docent Cou. *d.cap.13. n.8.vers.decimo*, Ceuall.*d.quaest.585.n.16.*Bernard.Sandoual *de officio. Eccles.p.6.cap.17.circa med.*Cened.*d q.1.n.43.*Sanctarel.*d.q.9. n.9.* Castro Palao *tom.2. disp.3.punct.1. §.3.n.3.*me citato *in loco* Trullench *d cap.8.dub.10. n.2.in fin.*

71 Excommunicatus iniustè lucratur distributiones quotidianas, quamuis absit à Choro, si eo tempore, quo excommunicatio iniustè in eo lata fuit praesens erat in loco beneficij sui, solitúsque erat diuinis Officiis ante impedimentum excommunicationis adesse, vt resoluunt Cou. *d.c.13.n.8.vers.caeterum.* Henriq.*in sum.lib.13.c.13. §.4. in fine*, Surd. *de aliment. tit.1.q.82.n.15.vers.alias secus* Sayr. *de cens.libro 2. c 5.n.27.*Auila *eod. tr.p.2.c.6. disp.1. dub.1.concl.1.* Bonac. *in simili tract.disp.2. q.2 puncto 4.§.1.n.5 & de Horis Canon disp.2.q.5.puncto 2.§.2.* Monet.*dict. p.2.q.15.n.32.*Castro Palao *d puncto 1.§.2. n.4* me citato *in hoc loco* Trullench. *d. c.8.dub.11.n.1.* Machado *d.tract.4.docum 4.per tot.* Sanctarel.*dict.q.9. n.9.*Bartol à S.Fausto *de Horis canon lib.3 q.36.* Ego ipse *d alleg.53.n.174 & in collect.ad c pastoralis,53. n.14.& 15. de appellat.* 72 Secus autem dicendum, si iuste excommunicatus sit: quia tunc quotidianas distributiones eo ipso amittit, nec eas recuperat, vt probatur *in d.cap.pastoralis.§.verum, de appellat.* vbi Papa ait excommunicato prouentus ecclesiasticos meritò subtrahi, cùm Ecclesiae communio denegatur: nomine autem prouentuum ecclesiasticorum contineri quotidianas distributiones decidit Bonifacius VIII. *in Extrauag.vnic.vers.& quia non occurrit,de decim inter commun.* Ita Cou. *d.cap.13 n.8. vers.12.*Rebuff.*in cap. postulasti n.84.de Cleric. excom.minist.*Vgolin.*de censur.tab.2.c.12.in princ.n.2.* Flam.Paris.*de resignat. benefic.lib 4 q.3.n.52.*Gutier. *canon.lib.1.cap.1.ex n.90.*Monet. *d.p.2. q.15 n.18.* Garc *de benefic p.7 cap.13.n.125.* Bonac *de censur. disp.2 quaest.2.puncto 4 §.2 n.7.* Mar.Alter. *in simili tract. tom.1. lib 2. disp 6.c 8.vers. ad dubitationem.* Bartol à S.Fausto *de Horis Canon.lib.3.q 37.*Anton. Ricciul. *de iure personarum extra gremium Ecclesiae existent.lib 4.cap.14 n.7.*Rot. *in Elboreu fructuum, 17. Nouembris*, 1629.*coram R P D. Gisterio.*

73 Suspensus iniustè ab officio, vel beneficio, lucratur distributiones quotidianas, quamuis diuinis Officiis non intersit, vt docent Monet, *dict. p.2. q.15. n.46.*Cened.*d.q.1.n.56.*Bonacin. *dict.puncto 2. §.4.* Squillante *de obligat.Cleric.p 4.n.25.*Ego ipse *d. alleg.53. n.176.* me citato, *in illo loco* Sanctarel.*d.q.9. num.13.*Castro Palao *tom.2.disp.3.puncto 1.§.2 n.4. & 5.* me citato *in hoc loco* Trullench. *d. lib.1.cap.8. dub.11.n.3.* Machad.*docum.4. num.3.* 74 Secùs autem dicendum in iustè suspenso ab officio, quia distributiones minimè dantur iis, qui diuinis Officiis non intersunt, quemadmodum suspensus ab officio interesse nequit. Ita Nau.*d.cons.11.n.6.* Vgol.*dict tract. de censur.tab.4.cap.6. §.3.in fine, vers. postremò excipiuntur*, Sanch.*de matrim.lib.3.disp.51.sub.num.10.* Monet.*d.q.15. n.37.* Bonacin.*de censur. disp.3. q.6. puncto 2. n.16.* Castr. Palao *vbi suprà n.9.* & Trullench. *d.dub.11. n.4.* Idem quoque concludendum in suspenso iustè à beneficio, ex Vgolin. *dict. tab. 4. capitulo 8. §.7. numero 4.* quod est de mente omnium, qui de suspensione scripserunt: fatentur enim hunc esse proprium effectum suspensionis

à beneficio, vt omnibus prouentibus, & emolumentis ipsius beneficij priuet vt inter cæteros videre est apud Sayr. *de censur. lib.* 4. *c.* 6. *num.* 9. & 10. licèt ille *num.* 11. velit adhuc suspensum à beneficio, si intersit Diuinis, lucrari distributiones, in qua opinione est singularis, neque eius ratio vrget. Limitat tamen post Vgolin. Couar, & Sayr. hanc resolutionem Monet. *d. loco num.* 40. vt suspensio etiam à beneficio, vbi aliunde non habet, vnde se sustentet subueniendum sit de fructibus ipsius beneficij, vbi suspensio pro pœna lata est; non autem si pro contumacia: nam, cùm tunc parendo ab ea se eximere, & liberare possit, non est ei subueniendum de dictis redditibus, ac fructibus, nisi summa necessitas adsit.

75 Interdictus iniustè ab Ecclesiæ ingressu, lucratur distributiones: quia nec eas amittit, cùm Ecclesia interdicitur, si causam non dedit interdicto, & solitus esset diuinis Officiis interesse, vt resoluunt Paris. *consf.* 32. *num.* 14. *vol.* 4. Cened. *d. quæst.* 1. *n.* 90. Monet. *dict. par.* 1. *q.* 16. *num.* 29. me citato *in hoc loco* Trull. *d. dub.* 11. *n.* 5. Machado *d. docum* 4. *n.* 6. Sicut nec est priuandus distributionibus huiusmodi, quando Ecclesia fuit polluta, si pollutioni causam non dedit, Cened. *dict. q.* 1. *num.* 60. Bonacin. *d. puncto* 2. § 6. Sanctarel. *d. quæst.* 9. *num.* 14. Trullench. *dict. dub.* 11.

76 *num.* 8. Iustè verò interdictus amittit ipso iure quotidianas distributiones, nec eas recuperat, Monet. *dict. q.* 16. *à n.* 46. vbi *n.* 50. ampliat procedere, siue interdictum latum sit à iure, siue ab homine: & *n.* 52. ampliat etiam procedere, licèt iste Canonicus fuisset in alia ciuitate interdictus ab ingressu Ecclesiæ: & *num.* 53. limitat in festiuitatibus, quæ habentur *in c. alma mater*, §. *in festiuitatibus, de sent. excomm. lib.* 6.

77 Priuato iniustè debentur fructus, & quotidianæ distributiones, cæteráque emolumenta, quæ præsentibus tantùm, & interessentibus lucri causa fieri consueuerunt pro toto eo tempore, quo ob dictam priuationem munera suo beneficio incumbentia obire, atque Horis Canonicis interesse non potuit, vt censuit S. Congr. negotiis Episcop. & Regul. præposita, 16. *May*, 1625. & S. Congag. Conc. *sub die* 21. *Iunij, eiusdem anni, in vna Aquilana, partibus auditis, declarauit Capitulum teneri, cogendúmque esse restituere fructus, distributiones, cateráque emolumenta iniustè priuato.* De irregulari, deposito, & degradato, vide Trullench. *d. dub.* 11. *num.* 9. & 10. Machado *d. tract.* 4. *doc.* 5. & 6.

78 Canonici celebrantes, dum diuina Officia recitantur, lucrantur distributiones, si ad celebrandum compulsi fuerint ab eo, ad quem pertinet: vel si consuetudine fuerit introductum, quòd Clerici recedentes à Choro ad celebrandam Missam, dum preces horariæ recitantur, eas lucrentur: secùs verò erit, si compulsi non fuerint, vel consuetudo id non habeat. Ita Gonzal. *ad reg.* 7. *Cancel.* §. 7. *proœm. numero* 180. Piasec. *in praxi Episcop. p.* 2. *cap.* 3. *n.* 8. Franc. Leo *in thesauro fori ecclesf. p.* 2. *c.* 13. *n.* 6. Gallet. *in margar. casuum conscient. verb. distributiones, p.* 81. Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori ecclesf. dec* 494. *in* 1. *edit, alias resol.* 385. *num.* 2. *edit.* & *in dec. Curia Archiep. Neapol. dec.* 113 *par.* 4. Theodos. de Rubeis *inter disceptat, forens.* Stephani Gratian. *cap.* 298. *num.* 21. Armendar. *in addit ad recop. legum Nauarra, lib.* 2. *tit.* 23. *lib.* 2. §. 2. *de residentia Canon. n.* 81. & 83. Bonacin. *de Sacram. disput.* 4. *q. vlt. punct.* 7. §. 5. *num.* 7. & *de Horis Canon. disp.* 2. *q.* 5. *puncto* 3. §. 4. Squillan. *de obligat. Cleric. p.* 1. *num.* 122. Cened. *d. q.* 1. *n.* 76. Monet. *d. p.* 2. *q.* 11. *num.* 52. Sanctarel. *d. lib.* 1. *var. resolut. q.* 7. *num.* 10. Barthol. à S. Fausto *d. lib.* 3. *q.* 73. latè Trullench *dict. lib* 1. *cap.* 8. *dub* 12. §. 4. S. Congreg. Conc. *in Gallien.* 29. *Iunij*, 1628. *in resp. ad* 4.

Vidimus iam, qualiter distributiones quotidianæ lucrentur ab interessentibus diuinis Officiis, & quibus casibus absentes illas lucrari possint: superest nunc, vt videamus, quomodo amittantur? & quibus accrescant? & an ab aliis malè perceptæ possint per Clericos condonari, vel remitti, seu super eisdem transigi?

Dico igitur primò, non interessentes diuinis Officiis ipso facto ante vllam Iudicis sententiam quotidianas distributiones amittere, vt patet ex *cap.* 1. *vnic.* §. *qui verò, de Cleric. non resid. lib.* 1. & colligitur ex Conc. Trid. *sess.* 14. *de reform. cap* 12. *vers. distributiones*, docent Monet. *de distribut. quotid. p.* 3. *q.* 7. *à num.* 71. Sanctarel. *var. resol. lib.* 1. *q.* 13. *num.* 1. me citato *in hoc loco* Trullench. *d. lib.* 1, *c.* 8. *dub.* 10. *num.* 8. 79

Non interessentes autem dicuntur, qui vel absunt à choro, exceptis iis, qui ex priuilegio, vel iusta causa tanquam præsentes ibidem reputantur, de quibus suprà meminimus, vel in Choro præsentes ibi non canunt cum aliis: obligantur enim Canonici sub onere, & obligatione restitutionis distributionum psallere, seu canere in choro cum aliis, & non satisfaciunt, si solùm assistant, & intersint Horis, & per Capellanos, & alios Beneficiarios psallant, ipsi verò vel ibi, vel domi priuatim recitent Horas, quia institutio Canonicatuum est, vt nòn adsint tantùm in choro, sed vt canendo assistant, & ob id eis dantur distributiones. Ita per Conc. Trid. *d. cap.* 12. *vers. omnes verò*, tenent Nau. *de Orat. cap.* 10. *num.* 47. & *cap.* 11. *n.* 41. & *miscel.* 79. Sandoual. *de officio diuino, p.* 6. *cap.* 16. Lud. Lop. *in instruct. conscient. p.* 2. *c.* 90. Læl Zech. *de Republ. ecclesf. cap.* 24. *de Canon. sub numero* 6. Iacob. de Graff. *in aureis dec. p.* 1. *c.* 51 *n.* 12. & *c.* 52. *num.* 22. & *cap.* 53. *num.* 4. & 5. Fr. Emman. *in sum. tom.* 1. *cap.* 145. *num.* 5. Fernandez *in examine Theolog. mortalis part.* 4. *cap.* 5. §. 12. *num.* 2. Suar. *de Relig. tom.* 2. *tract.* 4. *lib.* 4. *cap.* 12. *num.* 8. *cum seqq*. Paul. Comitol *respons. moral. lib* 1. *q.* 62. *à n.* 2. Petr. de Ledesma *in sum p.* 2. *tract.* 9. *cap.* 4 *concl.* 1. *diffic.* 1. Azor. *inst. moral. part.* 1. *lib.* 10. *c.* 11. *q.* 11. Less. *de iustitia. lib* 2. *cap.* 34. *num.* 184. Squillante *de obligat. Cleric. part.* 1. *à num.* 60. Paul Layman. *in Theolog. moral. lib.* 4. *tract.* 2. *cap.* 7. *num.* 6. Oliuett. Bonart. *de obligat. Horarum Canon. lib.* 2. *cap.* 23. *num.* 9. Tambur *de iure Abbatum to.* 2. *disp.* 10. *q.* 3. *n.* 4 *prope fin.* Barthol. à S. Fausto *de Horis canon. lib.* 3. *q.* 13. latissimè Sebast. Cæs. *in relect. de ecclesiast. hierarchia disput.* 12. §. 1. *n.* 7. *cum seqq.* S. Cong. Conc *sub die* 20. *Aprilis*. 1602. 80

Contra Mediu. *in instruct. Confess. part.* 1. *cap.* 14. §. 11. *ad fin.* Petr. Nauar. *de restit. lib.* 2. *cap.* 2. *ex n.* 21. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 18. *à n.* 175. Nicol. Garc. *de benefic. p.* 3. *cap.* 2. *num.* 54. Monet. *de distrib. quotid. part.* 2. *q.* 2. *per tot.* Cened. *d. lib.* 1. *quæst.* 2. *per tot.* & *præcipuè à n.* 14. Ioan. de la Cruz *in directo conscient. prec.* 3. *ar.* 3. *dub.* 7. *concl.* 4. Gauant. *in comment ad rub. Missalis, tom.* 2. *tract.* 1. *c.* 5. *n.* 4. Anton. Diana *resol. mortal. p.* 2. *tract. de Horis canon. resolut.* 6. existimantes non psallentes distributiones suas facere, licèt non canant, sed priuatim, vel voce submissa recitent. 81

Et pro illis non faciunt nonnulla Iura, quæ interessentibus, non verò cantantibus distributiones 82

deberi

deberi affirmant, vt *vt in cap. licet, de prabend.* ibi, *qui intersunt Horis Canonicis, exhibentur, cap. vnic. de Clericis non resident lib. 6.* ibi, *qui eisdem officijs in ipsis Ecclesiis absuerint, recipiant*, Concil. Trid. *d. c. 12. vers. distributiones* ibi, *qui statis horis interfuerint, recipiant*, cum aliis: quia respondetur ex Iuribus illis, qui probant distributiones quotidianas deberi, & tribuendas, esse interessentibus, rectè concludere negatiuè, scilicet solis interessentibus esse tribuendas: affirmatiuè autem, quòd debeantur iuxta modum, & formam præscriptam à Iure, & Ecclesiarum statuta

83 Poterit tamen hæc vltima sententia, quam reiicimus retineri in iis Ecclesiis, in quibus viget consuetudo, aut statutum, vt Canonici, & beneficiarij Choro satisfaciant interessendo, & faciendo vt Capellani, & cantores cantent, & psallant, & reliqua exequantur munera, vt facilè admittunt Doctores posterioris sententiæ, atque etiam plures ex iis, qui primam sequuntur, vt videre est apud Petr. Nau. *d. lib. 2. cap. 217. & 222.* Azor. *d. q. 6.* Nicol. Garc. *d. c. 2. n. 512.* Suar. *d. c. 12. n. 11. & 13.* Cened. *d. q. 2. n. 12.* Less. *d. cap. 34. num. 185.* Squillante. *de obligat Cleric. p. 1. num 61. in fine*, Oliueri Bonart. *d. lib. 2. cap. 13. n. 13.* Paul. Laymann. *d. n. 6. vers. Dico secundo* Anton. Diana *d. resol. 6. in fine*, Sebast. Cæs. *d. §. 1. num. 11.* Trullench *d. lib. 1. cap. 8. dub. 7. à princip.* Barthol. à S. Fausto *de Horis Canon. lib. 3. q. 14. per tot* vbi *num. 15.* subdit valere hanc consuetudinem, etiam post Concilium Trid & Pij V. Constitutionem, ex quo consuetudo est optima legum interpres, *l. si de interpretatione, ff. de legib. cap. cùm dilectus, de consuet.* cum aliis per me citatis *de axiomat. Iuris vsufreq. axiom. 56. n. 6.*

84 Et quotidianas distributiones non solùm amittunt non psallentes, & canentes in Choro cum aliis, vt suprà resoluimus, sed etiam ibi dormientes, vel confabulantes, vt per Iacob de Graff. *d. lib. 2. c. 51. num. 1.* Frangip. *in direct. eccles. disciplinæ tit. de residentia* Veg. *in sum. p. 1. cap. 128.* Petr. de Ledesma *d. tract. 9. c. 4. concl. vlt. diffic. 1. & 2.* Raph de la Torre *in 2. 2. q. 83. de Horis Canon. controu. 10. disp. 9. num. 5.* Suar. *de Relig. tom. 2. lib. 4. c. 14. n. 9.* Squillante *de obligat. Clericor. p. 1. num. 61.* Anton. Diana *d. tract. de Horis Canon. resol 7.* me citato *in hoc loco* Trullench *in Decalog. lib. 1. c. 8. dub. 3. n. 6.* Barthol. à S. Fausto *d. lib. 3. q. 17.* vbi de illo, qui sponte animo distracto diuinum Officium persoluit, vel ad socios recitantes non attendit. Quamuis Nicol. Garc. *d. p. 3 cap. 2. num. 514.* asserat Canonicos notabiliter confabulantes in choro peccare mortaliter, non tamen teneri ad restitutionem distributionum,

85 Intellige, tamen, quod *supra* dixi de quotidianis distributionibus amittendis ab illis, qui in Choro cum aliis non cantant, vel ibi dormiunt, aut confabulantur, vt non procedat quoad totas distributiones: sed proportionaliter pro parte correspondente defectibus, quos commisit, nam, qui in Choro non cantat, vel dormit, aut confabulantur in totum non deest suo muneri, ex quo exhibet præsentiam suam, & partem etiam cantus implere videtur audiendo cum attentione: vnde ex ratione defectus in canendo submissè ex natura rei videtur vt dimidiam partem distributionum non lucrifaciat, sicut aduertunt Suar. *d. capite 12 numero 10.* Squillante *d. part 1. num. 61.* quia licèt isti non canant, quatenus tamen intersunt, & præsentia sua Choro auctoritatem conciliant, aliquam partem distributionum merentur, vt ex Fr. Lud. Lopez, & Beia tradit Sebast. Cæs. *d. §. 1. n. 17.* Trullench *d. dub. 3. n. 6. in fine.*

98 Distributiones non interessentium diuinis Officiis, accrescunt aliis Clericis, qui illis intersunt, vt per glos. *verb. pars dimidia in Clem. 2. de ætate & qual, & verb. suspensis, in Clem. 2. de vita & honest. Cleric.* Cassad. *dec. vnic. de Cleric. non resid.* Nauarr. *in Man. cap. 25. num. 123. de Orat. cap 6. num. 4 & miscell. 59. num. 9.* Gig. *cons. 144. num. 30.* Azor. *inst. moral. p. 2. lib. 7. cap 7. q. 8. & 9.* Monet. *de distrib. quotid. p. 3. q. 6. n. 16.* Sanctarel. *var. resol. q. 11, n. 2.* Barthol. à S. Fausto *d. lib. 3. q 87.* me citato *in hoc loco* Trullench *d. lib. 1. cap. 8. dub. 20 n. 2.* Idque optimè probatur ex *d. cap. vnic. de Cleric. non resid. lib. 6.* & ex Concil. Trid. *d. cap. 12. vers. distributiones*, ibi, *qui statis horis interfuerint, &c. & sess. 21. de ref. cap. 3.* ibi *in distributiones quotidianas, quæ inter Dignitates obtinentes, & cæteros Diuinis interessentes proportionabiliter*, &c.

87 Verùm obstat decretum eiusdem Conc. *sess 22. de reform. capite 3.* dum decidere videtur Portionem distributionum iis contingentem, qui non intersunt, applicari debere fabricæ Ecclesiæ, quatenus indigeat, vel altari, seu pio loco, arbitrio Ordinarij. Sed illud potest intelligi stante consuetudine, vel statuto, vt non accrescant interessentibus, sed in Ecclesiæ vtilitatem conuertantur, secundum Franc. Marc. *Delphin. dec. 882. n. 6. & 7 p. 2.* Franc. Monald. *cons. 27 num. 4.* Vel vbi omnes abfuerint à diuinis Officiis, quia tunc distributiones quotidianas Ecclesiæ applicandas esse resoluunt Cassad. *dec. vnic. n. 3. de Cleric. non resid.* Gig. *d. cons. 144. numero 30.* Couar. *lib. 3. var. cap. 13. numero 7.* Azor. *d. cap. 7. q. 8.*

88 Meliùs tamen Nau. *miscell. c. 9 de Orat. numero 9.* vtramque Concilii Trid. decisionem ad concordiam reducit, vt scilicet *d. c. 3. sess. 21. & d c. 12. sess. 24.* intelligantur de distributionibus ordinarijs, & propriis, quæ constituuntur de fructibus communibus lucrifaciendæ ab obeuntibus cõmuniter Officia diuina; aliud vero *capite 3. sess. 22.* intelligatur tantum de distributionibus extraordinariis, & impropriis, quæ de redditibus particularibus Dignitatum, Personatuum, & Officiorum constituuntur lucrifaciendæ ab eis solis, qui huiusmodi beneficia habent, implendo Officia, & seruitia diuina eis ab Episcopo præscribenda, ac designanda: & ideò subdit Nau. has extraordinarias merito aliis non accrescere, quibus ordinariæ accrescunt, quoniam hæ de communibus fructibus constituuntur pro Officiis communiter ab omnibus obeundis; illæ verò de fructibus particularibus præfatarum Dignitatum, Personatuum, & officiorum pro Officiis, ac seruitiis à solis ea obtinentibus faciendis, & obeundis Hanc Nauarri ad vtrunque Decretum conciliationem sequuntur Paul. Fusc. *de Visitatat. lib. 1. cap. 15. num. 15.* Gallet. *in margarita casuum conscient. verb Officium diuinum. pag. 190.* Azor. *d. cap. 7. q. 8.* Campan. *in diuersor. Iuris Canon. rub. 7. cap. 6. numero 15. vers. consului*, Monet. *d p. 3. q. 6. num. 29.*

89 Ego vero aliter præfata Concilij Trid. decreta esse concilianda existimo, vt scilicet *d. cap. 3. sess. 22.* sequantur in Dignitatibus: à quibus ordinarius tertiam partem fructuum in distributiones quotidianas conuertendo separare potest, & dato, quod distributiones quotidianæ non sint tenues, & in odium obtinentium Dignitates, & negligentium residere, & quando illa tertia pars ita subtracta per non seruientes amittitur, locis piis est applicanda At verò *d. cap. 3. sess. 21.* vt loquatur solùm, quando

distributiones ita sunt tenues, vt negligantur: & hoe casu tertia fructuum pars ita separata, & in distributiones ab Ordinario conuersa, si per non servientes amittatur, proportionabiliter seruientibus accrescit, vt refert decisum Nicol. Garc. *de benefic. part. 3. cap. 2. num. 465.* & declarasse sacram Cong. Concil. testatur Rot. *in Astoricen. residentia 6. Iunij, 1616. coram R. D. meo Coccino Decano, impressa post tract. de distribut. quotid.* Alexandri Monet.

90 Vtrùm autem distributiones absentium debeantur non solum actu interessentibus, verum etiam aliis, qui iuris fictione censentur interessentes, vt qui adsunt ex causa infirmitatis, vel in Ecclesiæ suæ suæ vtilitatem, vel ob iustam, ac rationabilem corporis necessitatem? Solùm deberi actu interessentibus constat ex *cap. vnic. ver. statuimus, de Cleric. non resid. lib. 6.* Bonifac. VIII. indistinctè mandat, ac statuit, vt quotidianæ distributiones iis Canonicis, & Clericis Collegiatarum Ecclesiarum tribuantur, qui diuinis Officiis adfuerint, atque adeò cum eas quoque distributiones complectantur, quas ii qui non intersunt, acquirerent, si interessent; necessarium est, eas acquiri, & accrescere iis, qui intersunt. Hoc idem colligitur ex Conc. Trid. *sess. 21. de reform. c. 3.* vbi decernitur quotidianas distributiones diuidendas esse inter obtinentes Dignitates, & cæteros Diuinis interressentes; & clarius ex *d. c. 12. sess. 24. de reform.* vbi statuitur, vt distributiones ii, qui statis horis interfuerint, recipiant; reliqui vero quauis collusione, aut remissione exclusa his careant. Facit etiam: quia, cùm maiorem laborem subeant reliqui Canonici, quando aliquis eorum abest, meritò maioris mercedis loco illis debentur huiusmodi distributiones iure accrescendi: ex quibus & aliis hanc partem defendit Barthol. à S. Fausto *de Horis Canonic. lib. 3. q. 88.*

Dico secundo, quod attinet ad amissas distribu-
91 tiones condonandas, vel remittandas, non posse Episcopum, neque Capitulum amissas distributiones ob non residentiam remittere, aut codonare illi ipsi, qui eas amisit, vt expressè statutum est in *d. c. 12. vers. distributiones vero*, & docent Nau. *de Horis Canon. c. 22. miscel. 14. n. 48. & cons. 7. n. 1. de Cler. non resid.* Menoch. *de arbitr. casu 429. n. 6.* Piasec. *in praxi Episc p. 2. c. 3. in fine pag. 124.* Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ, lib. 2. tit. 23. de resident. rub. An Canonici, vel alii habentes Dignitatem teneantur residere in suis Ecclesiis? n. 90. & 91.* Gallet. *in margar. casuum conscient. verb. Distributiones 4.* Rot. *in Hispalen. distributionum 2. Maij 1603. coram R. D. meo Coccino*, est prima inter impressas post *tr. de distrib. quotid.* Alexandri Monetæ; Ego ipse *d. p. 3. alleg. 53. n. 150.* me citato *in hoc loco* Sanctarel. *var. resol. q. 13. n. 7.* & me ci-
92 tato *in hoc loco* Trullench *d. lib. 1. c. 8. dub. 16. n. 2.*

Consensus enim Canonicorum non potest facere vt qui non interfuit Diuinis, habeat distributiones quotidianas, & neque statuto, aut lege id potest constitui, sicut resoluunt Nau. *de Horis can. c. 5. n. 20. & c. 21. n. 63.* Menoch. *d. casu 429. n. 6. in addit.* Mendez de Cabedo *diuers. Iuris arg. lib. 1. c. 9.* Bonac *de Sacram. disp. 4. q. vlt. puncto 7. §. 5. n. 8.* Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori eccles. dec. 493. in 1. edit. aliàs resol. 384. n. 7. in 2. edit.* Imò nec totum Capitulum per consuetudinem potest concedere, quòd
93 absens lucretur distributiones quotidianas, etiam si per momentum temporis durauerit absentia, vt tenent Aloys. Ricc. *d. res. 384. n. 8.* Steph. Grat. *discept. forens. c. 166. n. 31. in dict. Hispalen. distributionum.*

Et quamuis nonnulli existimauerint non esse prohibitum remittere distributiones præteritas, si absit
omnis fraus, & conuentio, sed solum esse prohibi- 94
tum conuenire de remittendis distributionibus in futurum, vt probabiliter putat Monet. *d. p. 3. q. 5. n. 8.* cuius opinio attento Iure communi vera est, si credimus gloss. *verb. suas, in d. c. vnic.* quæ id dicit, tamen post Concil. Trid. id ampliùs non licet, vt sentit Nauar. *de orat. miscel. 59. n. 3* dum tenet sententiam illius gloss. esse per Concil. Trid. sublatam. Steph. Durant. *de ritib. Eccl lib. 3. c. 25. n. 5.* dum dicit prædictam glossam esse nunc delendam, Azor. *d. lib. 7. c. 7. q. 9.* quos refert, & sequitur Sanctarel. *d. q. 13. n. 6.* vbi addit hanc opinionem hoc tempore esse communem, & fauere cultui diuino: quia alioquin daretur occasio Clericis absentandi se à Choro, sperantes sibi faciendam esse remissionem à suis Concanonicis amicis, & ita quoque ipse Canonicus cogeretur, saltem ex gratitudine, remittere distributiones aliis Canonicis in diminutionem cultus diuini.

Poterit tamen Canonicus distributiones, quas al- 95
ter amiserat, sibi iam applicatas, & traditas postea illi ipsi donare; quia nulla collusio potest suspicari, cum donetur id, quod iam amissum est, & per alios perceptum. Ita gloss. *verb. suas, in d. c. vnic.* & *ibi* Gemin. *in §. qui vero n. 10. de Cleric. non. resid. lib. 6.* Nauar. *miscell. 59. de Orat. n. 3. & 5.* Azor. *d. c. 7. q. 9.* Monet. *d. p. 3. q. 5. n. 6.* Sanctarel. *d. q. 13. n. 5.* me citato *in hoc loco* Trullench. *d. lib. 1. cap. 8 dub. 16. num. 4.*

Dico tertio, quod attinet ad transactiones super 96
distributionibus faciendas, quòd vbi dubium aliquod, vel controuersia oritur super distributionibus præteritis hoc est, quarum percipiendarum dies iam cessit siue perceptæ fuerint siue non, transigi potest, etiam sine Superioris auctoritate. Ratio est: quia illæ distributiones sunt merè temporales sicut fructus decimarum, qui ideo vendi possunt, & alienari, *cap. fin. ne Prælati vices suas cap. 2. de locato* vbi glos. & Doctores Monet. *de decim. c. 5. q. 3. concl. 1.* tum etiam, quia super præteritis alimentis transigi potest, Surd. *de alim. tit. 8. priuil. 56. n. 94.* Ex quibus ita tenet Monet. *de distrib. quotid. p. 3. q. 5. nu. 21. cum seqq.* me citato *in hoc loco* Trullench. *d. lib. 1. c. 8. dub. 16. n. 7.*

Super futuris autem distributionibus, seu super iure 97
illas in futurum percipiendi, sine Superioris auctoritate trāsigi non potest. Ratio potest esse: quia ius percipiendi distributiones in futurum spirituale est, vel saltem spirituali annexum, cum immediatè competat ratione beneficij, vel Canonicatus *cap. dilectus, il 1. de præbend.* cum alijs adductis per Monet. *de distribut. quotid. p. 2. q. 18. n. 53.* me citato *in hoc loco* Trullench. *d. lib. 1. c. 8. dub. 16. n. 8.* ac proinde super eo trāsigi non potest sine Superioris auctoritate, ad tex. *in cap. præterea il 1. & cap. super eo, de transaction.* & plenè resoluit Monet. *d. p. 3. q. 5. à num. 14.* vbi *num. 17.* limitat nisi detur pro spirituali aliud spirituale quoad validitatem ait requiri auctoritatem Superioris, vt habetur *in cap. statnimis, de transaction.*

CAPVT

CAPVT XIX.

De Canonica portione Episcopali.

SVMMARIVM.

1 *Canonica portio ex redditibus, & prouentibus Ecclesiæ obuenientibus detrahitur, & Prælateis debetur.*

2. *Canonica portio ita dicitur, quasi pars à Canonibus instituta, & approbata.*

3. *Canonica portio duplex: vna, quæ debetur Episcopo ab Ecclesiis suæ diœcesis: & alia; quæ debetur Ecclesiæ Parochiali, seu Rectori*

4 *Canonica portio Episcopalis debetur Episcopo ex omnibus legatis, quæ fiunt quibuscumque Ecclesiis, aut piis locis suæ diœcesis, nec non ex decimus*, &c.

5. *Canonica portio debetur Episcopo intuitu curæ pastoralis, tribus potissimum ex causis.*

6. *Canonica portio debita Episcopo intelligitur. vbi, id de consuetudine obseruatur: contraria autem consuetudo, vel priuilegium tollit illam Episcopo.*

7 *Episcopus super Canonica portione fundatam habet intentionem de iure communi,*

8 *Canonica portio Episcopalis quanta fuerit, & hodie sit? ostenditur.*

9. *Canonica portio Episcopalis debetur etiam Prælato inferiori, qui habet in ea Ecclesia iurisdictionem quasi Episcopalem.*

10 *Canonica portio Episcopalis penitus abrogata est in aliquibus Hispaniæ diœcesibus, & loco illius subrogatum fuit ius quoddam Episcopali, quod vulgo dicitur, luctuosa.*

11. *Legatum si relinquatur loco exempto, non debetur Episcopo canonica portio,*

12. *Episcopus neque exigit, neque percipit iura Episcopalia in locis exemptis.*

13. *Ecclesia exempta, quæ Capellas, vel populum non exemptum habuerit, tenetur Episcopo ad Canonicam portionem, nisi populus ille pleno iure subiectus esset Ecclesiæ exemptæ.*

14 *Ecclesiæ pleno iure dicuntur ad aliquem pertinere, quando vtroque iure, id est, in spiritualibus, & temporalibus, eidem subiecta sunt.*

15. *Canonica portio Episcopalis an debeatur, si fiat legatum Ecclesiæ exemptæ tempore mortis; subiectæ verò tempore testamenti? ostenditur.*

16 *Canonica portio Episcopalis non debetur ex legato pauperibus relicto, vel consanguineis intuitu pietatis.*

17 *Canonica portio an debeatur ex iis, quæ Confraternitatibus reliquuntur? ostenditur, & numer.* 18.

19 Clem. dudum, de sepultur. *declaratur.*

20 *Canonica portio an debeatur ex relictis Hospitali?*

21 *Hospitalia ad pia instituta sine Episcopi auctoritate, licèt ecclesiastica non sint, sunt tamen loca pia, cùm in eis opera pietatis exerceantur.*

22 *Canonica portio non debetur de iis, quæ pro ornamentis, cereis, fabrica Ecclesiæ, & cæteris, de quibus* in cap. vlt. de testam. *relinquuntur.*

23. Clem. 2. §. verùm, de sepultur. *declaratur.*

24 *Canonica portio non debetur ex legato relicto pro operibus piis: si executores illud distribuerint in fabricam, luminaria, & ornamenta Ecclesiæ, vel in concernentia diuinum cultum.*

25 *Canonica portio an debeatur de relictis pro restauratione Ecclesiæ matricis, ædificatione, & reparatione Ecclesiarum, Monasteriorum, & Hospitalium, si Ecclesiæ huiusmodi, Monasteria, seu Hospitalia non indigent, ædificiis, vt refectione parietum? ostenditur.*

26 *Canonica portio non debetur ex donatione facta Ecclesiæ inter viuos.*

27 *Canonica portio non debetur ex legato pro maritandis duabus puellis singulis annis, & pro vna puella consanguinea.*

28 *Episcopus, cui legatum relictum est, an possit insimul canonicam vendicare portionem? ostenditur.*

29 *Legatum, quando relinquitur alicui, eo adiecto, vt amplius non petat; eo ipso quòd acceptat, videtur debito renunciasse.*

30 *Testator si exprimat, se non aliter legare, quàm sub conditione, ne Episcopus canonicam portionem exigat, & Episcopus legatum acceptet, non potest vltra legatum aliquid amplius exigere.*

31 L. dotalem 13. vlt. ff. de fundo dotali. *declaratur.*

32 *Beneficiarius testator, si absolutè leget Episcopo, an possit ille, & luctuosam exigere, & legatum vendicare? ostenditur, & n.* 33.

34 *Episcopus an possit non solùm legatum, sed etiam Canonicam portionem vendicare, stante fraude ex parte testatoris modicam legantis? ostenditur.*

35 *Episcopo si quid fuerit relictum, Cathedralis Ecclesia de eo poterit Canonicam petere portionem nisi testator expresserit, vt nihil quæratur Ecclesiæ, quamuis quando relinquitur Ecclesiæ sub eadem conditione, ne Episcopo acquiratur, reiecta conditione communicatur legatum.*

36 *Episcopo, vel Ecclesiæ, quando aliquid absolutè relinquitur, inter eosdem fit diuisio, sicut etiam est facienda, quando Episcopo, & Ecclesiæ, coniunctim relinquitur.*



EQVITVR Canonica portio quæ scilicet ex relictis. & prouentibus Ecclesiis obuenientibus detrahitur, & Prælatis debetur, *c. 1. cum seq.* 10. *q.* 3. *cap. de his & cap. decernimus*, 10 *q.* 1. *cap. constituimus*, 16. *q.* 1. *Clem. dudum, de sepult.* dicta Canonica portio, id est, pars à Canonibus instituta, & approbata, Syluest. *in sum. verb Canonica portio, n.* 1. Fr. Ludouic. Miranda *in man Prælat. tom.* 2 *q.* 48. *art.* 1. *in pr.* Ego ipse *de officio & potest Episcopi, p.* 3. *alleg* 86 *num.* 2. Et duplex est; vna, quæ debetur Episcopo ab Ecclesiis suæ diœcesis, *d. cap. de his*, cum similibus *cap. officii, cum seq de sepultur.* de qua agemus *in hoc cap.* alia, quæ debetur Ecclesiæ Parochiali, seu Rectori, quæ quarta Parochialis quandoque dicitur, de qua *in c.* 21. tractabimus. 1

Canonica portio Episcopalis debetur Episcopo ex omnibus legatis, quæ fiunt quibuscunque Ecclesiis, aut piis locis suæ diœcesis, *d. cap. de his, cum seqq.* 10. *q.* 1. *c. vobiscum. cum seqq.* 12. *q.* 2. hoc est intra suam diœcesim existentibus, Lap. de Castillione §. *quia de Canonica, à num.* 8. Vbald. *part.* 2. *cap.* 4. *q.* 7.

q. 7. in princ. Solorzan. *de iure Indiar. tom. 2. lib. 3. c. 22. n. 24.* necnon ex decimis, & ex iis: quæ occasione funeris obueniunt Ecclesiæ *cap. conquerente de offic. Ordin.* vbi glos. *verb. mortuoriorum*, glos. notabilis *in cap. cum olim de censib.* & denique de omnibus, quæ pro anima relinquuntur, *cap. Pontifices, 12. q. 3. c. requisisti, de testam.* Franc. Leo *in thesauro fori eccles. p. 2. c. 14. n. 6.* Aloys. Ricc. *in praxi aurea, resol.* 209.

5 Debetur autem Episcopo curæ pastoralis intuitu, sicut etiam Rectori Parochialis Ecclesiæ, *cap. 1. cap. de his de sepult.* tribus potissimum ex causis: prima est, in recognitionem superioritatis, sicut cætera iura Episcopalia, de quibus *in c. conquerente. de offic. ordin. & capit. de quarta, & in capit. auditis, de præscript.* Secunda ob communicationem, quæ inter Episcopum, & Ecclesias sibi subiectas reperitur, *cap. requisisti, vers. secus, de testam.* Tertia, ob curam, & cæleste pabulum, quod impartitur Ecclesiis inferioribus, vt satis constat ex *cap. 1.* ibi, *cælesti pabulo, de sepult.* Ita Lap *de Canonica portione. p. 2. n. 1.* Et hæc aliquando legitima, vt *in c. officij, de testam.* aliquando Canonica portio nuncupatur, vt *in*
6 *c. vlt. eod. tit.*

Ita debita Episcopo hæc portio intelligitur, vbi id de consuetudine obseruatur, contraria autem consuetudo, vel priuilegium tollit illam Episcopo, *c. de quarta, de præscript. d. c. officij, in fine, de testam.* Panor. *in c. certificari, de sepultur.* Syluest. *in sum. verb. Canonica portio. 2. quæst. 1. num. 3. in fine.* Azor. *instit. moral. part. 1. lib. 5. c. 12. q. 3.* Fr. Ludou. Miranda *dict. tom. 2. q. 48. art. 5. concl. 2.* Machado *en su perfetto Confessor tom. 2. lib. 4. p. 6. tract. 9. docum. 4. n. 1. & 4.* qui addunt ad illam præscribendam, si consuetudo sit cum titulo, sufficere tempus quadraginta annorum: si verò sit sine titulo, requiri tempus, cuius in contrarium initij non sit memoria; quorum rationem adducunt: nam cùm ius commune sit pro Episcopo, & consequenter cùm præsumptio sit contra possidentem, qui soluere renuerit, oportet quòd titulum alleget, & probet, per quem talis præsumptio tollatur; quòd non fit nisi modo prædicto; Episcopus enim super hac Canonica portione fun-
7 datam habet intentionem de Iure communi, Seraph. *decis. 1449. num. 4.* Gregor. XV. *decis. 519. n. 1* Rot. *decis. 31. num. 5. p. 1. diuers. & dec. 402. num. 1. part. 2. recent.* & fuit dictum *in 1. Pacen. decimarum 12. Februarij, 1608. coram bonæ mem. Card. Sacrato.* Nunc
8 descendo ad plura dubia in hac materia resoluenda.

Et primò, quæro, quanta fuerit hæc portio? Felin. *in d. cap. de quarta, in princ. n. 1.* affirmat in Iure nullibi reperiri certam quotam præfinitam, argumento tex. cui innititur *in d. cap. certificari. 9. de sepult.* & hæc sententia in effectu fuit Abb. *in d. cap. vlt. n. 1. de testam.* sed minùs benè textum illum citant, cùm Clemens III. ibidem manifestè doceat attento iure pluries certam quotam fuisse determinatam: patet ibi *in vers. cùm autem.* Quare glos. *verb. conditione, in d. c. vlt.* cui similis, *verb. mortuariorum in dict. cap. conquerente*, arbitrantur hac in re ad consuetudinem recurrendum; ex eo, quia Iure nihil certum reperitur: aliquando enim portio importabat partem dimidiam, *cap. 2. de sepultur* aliquando tertiam, *cap. 1. illo tit.* aliquando quartam, *d. cap. requisisti, d. cap. de quarta, cùm super 8. de sepultur. Clem. Dudum. vers. verum, illo tit.* Sed hoc non est dubium resoluere, neque Iura ad concordiam reducere, & meritò improbatur per Couar. *in dict. cap. vlt. in princip.* Et ideò dicendum attento Iure certam portionem fuisse definitam, quartam, scilicet partem redditurum ecclesiasticorum, & oblationum, cæterarúmque obuentionum, quæ intuitu pietatis Ecclesiis inferioribus acquirebantur, bonus tex. *in cap. concesso, 12. quæst. 2. c. mos est*, cum multis ibidem, *eadem causa & quæst.* Postea verò tertia pars fuit assignata iuxta varietatem prouinciarum, eo adiecto onere, vt Episcopus incumberet fabricæ Ecclesiarum inferiorum, vt in nostra Lusitania factum probat *c. priscis, cap. vnio*, cum aliis *ibid. 10. quæst 3.* Si tamen agatur de illis bonis, quæ defunctorum iudicio relinquuntur Ecclesiis inferioribus, tertia pars ad Episcopos pertinet absque illo onere, *d. c. 1. de sepultur.* vbi de hac tertia agitur, neque alicuius oneris mentio fit, *d. cap. certificari, eod. tit.* aliquando quarta, interdum medietas iuxta diuersarum prouinciarum diuersas consuetudines, *dict. cap. certificari, de cap. requisisti, in princ.* ex aliis Couar. *in d. cap. vlt. in princip.* Bertachin. *de Episcopo, lib. 4. in 4. part. num. 40.* Aloys. Ricc. *in praxi aurea resol. 209. concl. 5.* Fr. Ludou. Miranda *dict. q. 48. art. 1.* plures apud Solorzan. *de iure Indiarum tom. 2. lib. 3. c. 22. num. 12. cum seqq.* 9

Secundò quæro, vtrùm hæc Canonica portio ita dicatur Episcopalis, vt non debeatur alij, quàm Episcopis? Resp. in hac materia Episcopi nomine venire quemcumque alium Prælatũ inferiorem, qui habet in ea Ecclesia iurisdictionem quasi Episcopalem. Ratio est, quia Canonica hæc portio est de lege iurisdictionis Episcopo debita iure Episcopali, secundùm Innocent. *in cap. 1. de statu Monach.* Vbald. *in tract. de Canonica portione, cap. 1. num. 4.* quòd cùm huiusmodi Prælati habeant in Ecclesiis sibi pleno iure subiectis, habere etiam debent cum omnibus emolumentis connexis, & annexis; ita Vbald. *d. tract. capit. 4. quæst. 4. princ. num. 1. vers. notandum.* 10

Tertiò quæro. Vtrùm vbique hæc quarta sit in vsu? Resp. in aliquibus Hispaniæ diœcesibus loco illius, quæ penitus abrogata est, subrogatum fuisse ius quoddam Episcopale, quod vulgò dicitur, *Luctuosa*, quæ solui solet ex bonis immobilibus beneficiarij mortui illius Ecclesiæ, quæ habebat quartam huiusmodi, & in aliquot locis est certa quantitas argenti, vel in materia: in aliis est pretiosior supellex, quam habent beneficiarij prædicti, de qua Luctuosa egi *de officio & potest. Episcopi part. 3. alleg. 83. numero 6.* infrà *hoc eod. lib. capitulo 23. num. 32.* 11

Quartò quæro. Vtrùm si legatum relinquatur loco exempto, debeatur Episcopo Canonica portio? Partem negatiuam, quæ vera est, tenent Syluest. *in in verb. Canonica portio. quæst. 3. num. 4.* Angel. *eod.*
verb. n. 7. Lap. *d. tract. q. 4.* Vbld. *eod. tract. cap. 4. q. 6.* 12
Ludou. Miranda *d. q. 48. art. 1.* Ratio est: quia Episcopus neque exigit, neque percipit iura Episcopalia in locis exemptis. *cap. luminoso. 18. quæst. 2. c. cùm*
Episcop. 7. de offic. Ordin. lib. 6. vbi gl. recepta *verb.* 13
exempto. Si verò Ecclesia exempta capellas, vel populum non exemptum habuerit, tenebitur Episcopo ad Canonicam portionem, vt per Ioan. Andr. *in c. in nostro, de sepultur.* Lap. *d. tract. §. quia, n. vers. secundo quæritur.* Vbald. *d. cap. 4. quæst. 5. & 8.* Eras. Cochier. *de iurisdict. Ordin. in exemptos, part. 4 q. 6. n.* Tamburin. *de iure Abbatum. to. 1. disp. 16. quæst. 13.*
in fine. nisi populus ille pleno iure subiectus esset Ec- 14
clesiæ exemptæ, Vbald. *dict. c. 4. quæst. 9. num. 3.* Pleno autem iure dicuntur Ecclesiæ ad aliquem pertinere, quando vtroque iure, id est, in spiritualibus, & temporalibus, eidem subiectæ sunt. glos. *verb. pleno iure,*

iure, in c.cùm & plantare. §. in Ecclesiis, de priuileg. vbi dixi.

15 Quintò quæro, Vtrùm hæc Canonica portio debeatur, si fiat legatum Ecclesiæ exemptæ tempore mortis, subiectæ verò tempore testamenti. Resp. sequentes distinguendo casus. Primus est, si vtroque tempore, testamenti, scilicet, & mortis, exemptio sit, non debebitur canonica portio ex rationibus antea dictis. Secundus, si subdita sit tempore testamenti; exempta verò tempore mortis, non debebitur quoque Canonica, quia inspicitur conditio, & status temporis, quo legatum cedit, non verò quo legatur, *l. post diem. ff. quando dies legati, l. quæ legata ff. de regul. iuris.* Lap. *d. §. quia, n.* 12. Tertius si exempta sit tempore testamenti; subdita verò tempore mortis, debebitur Canonica: quia inspiciendum est tempus mortis, non autem testamenti, *l. si cognatus, ff. de rebus dub.* Vbald. *d. cap. 4. q. 7. n. 3.*

16 Sextò quæro, Vtrùm ex legato pauperibus relicto, vel consanguineis intuitu pietatis, debeatur Episcopo Canonica portio? Partem negatiuam quæ vera est, sequuntur glos. *verb. decreui, in capite 2. de sepult. & verb. Trebellianica, in cap. si pater, de testam. libro 6.* Abb. *in cap vlt. numero 7. eod. tit.* Tiraq. *de priuileg. piæ causæ priuileg.* 28. Roman. *cons. 233. numero 2. vers. tertiò fallit,* Vbald. *d. tract. 3. numero* 10. & 11. & *cap. 6. numero* 15. & 50. Franc. Leo *d. cap. 14. num. 9.* Azor. *d. cap. 12. q. 9.* Mouentur duobus potissimùm: primò, quia de relictis pauperibus absque alicuius loci determinatione, nullibi reperitur iniunctum, quòd portio debeatur: patet, quia solummodo reperitur cautum deberi de relictis Ecclesiis, vel aliis piis locis, text. *in d. cap. requisisti, & in d. cap. vltim. de testam.* Denique quia, quando pauperibus relinquitur absque aliqua loci restrictione, legatum censetur relictum personis; in quibus terminis portio non debetur, vt constat *ex præcitatis Iuribus;* Vbald. *vbi proximè,* Fr. Ludou. Miranda *d quæst. 48. art. 3. concl.* 3 licèt, quando cum loci determinatione, censeatur magis haberi respectum ad locum, quàm ad personas, *l. annuum, 20. in fine,* ibi, *datum templo, ff. de annuis leg.* Vnde, quamuis in posteriori casu portio debeatur; non tamen in priori, iuxta modò dicta. Hinc, si quid legetur certo alicui Clerico, vel leprosis, qui in certo loco curantur, vel Religiosis in certo loco commorantibus, habito respectu ad locum, portio Episcopo debetur, quicquid aliter sentiat Azor *d. cap. 12. q. 10.*

17 Septimò quæro. Vtrùm ex iis, quæ Confraternitatibus relinquuntur, portio, seu quarta Canonica debeatur? Partem negatiuam tuetur *glos. 3. in d cap. 2. de sepultur.* dum resoluit pro relictis in pauperum vsus nihil esse detrahendum, & per text. *in l. si quis ad declinandam. §. in omnibus, C. de Episcopis, & Clericis,* quatenus illud ipsum disponit, notat Bald. *ibi num* 19. Abb. *cons. 31, dubitat. 2. vol.* 1. Roman. *cons. 477. à numero* 18. & alij, de quibus Petr. de Vbaldis *de Canonica portione quæst. 14. numero* 15. & plures, de quibus Tiraquel. *de pia causa priuileg.* 28. & post Rebuff. Menoch. *remed. 15. recup. numero* 32. & magis communis ex Gutier. *Canon. 1. capite 35. numero* 13. atque etiam Marta *de iurisdict. part. 4. cent. 2. casu 113. num. 19.* Azor. *d. lib. 9 cap. 12. quæst.* 11. qui omnes mouentur vltra text. *in d. l. si quis ad declinandum,* ex ea ratione: quia solum Iure reperitur expressum, vt huiusmodi quarta præstetur ex iis, quæ relinquuntur Ecclesiis, vel piis locis, *c. officij, c. vlt. de testam.* At constat huiusmodi Confraternitates, pia loca non esse, neque ea, quæ eis relinquuntur, locis relinqui, sed personis. Cerùm contrariam sententiam, quòd de illis, quæ Confraternitatibus relinquuntur, quarta indistinctè debeatur, tenuit Lap. *in tract. de Canon. portione, n.* 13. & 16. & multis argumentis confirmat Petr. de Vbaldis *in simili tract. q. 14. à n. 18.* & post eum, Barbatiam, & alios. Communem profitetur, & sequitur Cou. *in c. officij, n. 12. de testam* & eius verba transcribens Gutier. *d. c. 35. n. 7.* Azeued. *lib. 10. n. 27 tit. 1. lib. 4. noua recop.* 10. Boët. Epo *in comment. ad c. officij 13. n. 23. de testam* adducti fundamento: quia, vt quarta hæc debeatur, non requiritur quòd Ecclesiis, vel locis piis relinquatur, sed sufficit, quòd sit relictum in causam piam, vt probare videtur tex. *in d. c. requisisti. in princ. de testam.* ibi, *testatori pro anima sua legat,* iuncto ibi, *Episcopus debet de illis secundùm diuersas consuetudines tertiam, vel quartam portionem habere.*

Pro faciliori tamen huius quæstionis resolutione sequentes casus distinguere oportet. Primus est, quando Confraternitates Episcopi auctoritate eriguntur, & alicui loco sacro, aut religioso, seu Capellæ vnitæ sunt, vel affixæ, & in his certum est procedere opinionem Lapi & aliorum, qui eum sequuntur, resoluentes deberi Canonicam portionem: quia in toto rigore in illis verificantur verba prædictorum Iurium, quæ indistinctè decidunt quartam deberi de relictis Ecclesiis, vel piis locis. Secundus casus est de Confraternitatibus merè profanis, quæ neque auctoritate Episcopi, neque ad pia opera exercenda instituuntur: exemplum proponit Bald. in collectis mercatorum, vel Scholasticorum, & similium artium profanarum; & in his securè procedit ipsius resolutio, & aliorum, qui eam sequuntur, resoluentes quartam non deberi: quia, cùm non sint loca pia, cessat totum fundamentum eam exigendi. Tertius casus est, & in quo tota versatur difficultas, de Confraternitatibus, scilicet, quæ deuotionis causa fuerint institutæ Episcopi auctoritate, vt ibi celebrentur diuina, & alia pietatis opera exerceantur: nam indistinctè ex illis quartam deberi dicendum videbatur: etiamsi Ecclesiæ, aut alio religioso loco affixæ non sint, ex ratione, quam ex Cou. & aliis secundo loco retulimus; quòd, scilicet, piæ sint causæ; & quia in iurisdictione sunt Episcopi: atque ita cessat fundamentum Romani, de quo *proximè.*

Contrarium verò in rigore Iuris probabilius 18
mihi videtur; eò quòd ex illis solùm quartam deberi Iure expressum reperio, quæ Ecclesiis, vel locis piis relinquuntur, qualia non sunt Confraternitates, quæ nulli Ecclesiæ, Hospitali, Capellæ, aut alij pio loco adhærent, seu vniuntur. Nec aliud 19
probat tex *in d. c. requisisti:* quia ex eius lectura constat manifestè facere Pontificem differentiam inter ea, quæ pro animæ salute relinquuntur personis: cùm ergo constet, Confraternitates huiusmodi loca non esse, sed potius corpus quoddam fictum plurium personarum repræsentare; non videtur quòd ex iis quarta solui debeat, iuxta motiuum Baldi, Romani, & aliorum, qui hoc ipsum confirmant ex auctoritate tex. *in d. l. si quis ad declinandam, in fin. tit. § omnibus,* vbi aiunt probari de relicto pauperibus nullam portionem deducere Prælatos. Nec etiam obstat *Clem. dudum, de sepult.* vbi habetur, teneri Religiosos soluere quartam. Ecclesiæ Parochiali de relictis quibuscunque ipsis Fratribus intuitu pietatis: quia respondetur textum agere de quarta debita

debita Ecclesiis, Parochialibus, in qua longè diuersæ rationes dantur, vt text habet. Insuper respondetur ibidem agi de relictis Monasteriis, vel Fratribus, habito respectu ad illa loca, seu Monasteria, in quibus commorantur.

20 Octauò quæro, Vtrùm, si à testatore relinquatur aliquid Hospitali, debeatur Canonica portio: Communis distinguit inter Hospitale auctoritate Episcopi constructum, & inter illud, quod sola priuata auctoritate, vt de relictis priori Canonica portio debetur, non sic dicendum de posteriori. Patet: quia quando aliquid relinquitur Ecclesiis, vel locis piis, Episcopo sua debetur portio, *d.c. officij*, *d.c. vlt. de testam.* bonus tex *in d.c. requisisti*, *vers. secus* & *sup.* probauimus. Planè Hospitale auctoritate Episcopi constructum, locus pius est, *c. ad hæc 4. de relig. domib. l. in tantum, 6. vers. sacra autem, ff. de rerum diuis.* cum latè adductis supr. *hoc l c. 11. in princ.* & sacer dicitur: quia benedictione quadam sanctitatis constitutiua dedicatur in vsum pium, explicat post S.Th. & alios, Nau. *de spoliis Cleric.* §. 17 *n.* 7. quæ specialis dedicatio cum Episcopali benedictione non datur in Hospitali, quod sola priuata auctoritate constructum est. Igitur, &c. Ita in effectu obseruant & distinguunt Abb. *cons.* 31. *n.* 2. *vol.* 1. Sylu. *in sum. verb Canonica portio.* 5. *q.* 5. Ant Gabr. *lib. 6. commun. tit. de pia causa, concl.* 2. *n.* 17. Valasc. *cons.* 106. *n.* 13. & 14. Card. Tusch *tom. 4. lit. H, concl.* 164. & *tom. 6. verb. quarta, concl.* 21. *n.* 22. & 33. Fr. Ludou.

21 Miranda *d.q.* 18. *art.* 3. *concl.* 1. Et quamuis Hospitalibus ad pia sine Episcopi auctoritate institutis quartam deberi ex ea ratione dicendum videretur; quia, licèt Ecclesiastica non sint, tamen sunt pia loca, cùm in eis opera pietatis exerceantur, Tiraq. *in præfat. piæ causæ pag. 1. vers. item relictum Hospitalibus* Ant. Gabr. *d. concl.* 2. *n.* 2. *vers. comarinm*, Bobadil. *in sua politica, lib. 1. c.* 18. *n.* 228. Card Tusch. *tom. 4 lit. H, concl.* 138. & *concl.* 163 *n.* 2. & 4. & *tom. 6. lit. P, concl.* 358. exquisita tamen ratione contra Card. *cons.* 23. contrarium resoluit Rom. *d. cons.* 477 *n.* 15. & 19. quia, scilicet, quarta debetur Episcopis ratione iurisdictionis spiritualis, & curæ, quam habent in Ecclesiis suis, & ideò in locis exemptis, quia suæ iurisdictioni, non subiiciuntur, huiusmodi quartam non deducunt, vt probat tex. *in d. Clem. dudum*, §. *vltrà. de sepultur.* Quare, cùm huiusmodi Hospitalia, etiamsi pia sint, Episcopo non subiiciantur, vt resoluunt Doctores citati, non videtur ex illis huiusmodi quartam deduci posse.

22 Nonò quæro. Vtrùm de his, quæ pro ornamentis, cereis, Fabrica Ecclesiæ, & cæteris, de quibus *in d.c. vlt.* relinquuntur, Canonica portio Episcopo debeatur? Negatiuè resp. *d.c. vlt.* vbi Abb. *num.* 2. Cou *num* 4. Petr de Vbaldis *de Canonica portione, c.* 6. Lap. *eod tract. p.* 2. *à n.* 24. Ludou. Miranda *d.q.* 48. *art.* 2. *concl.* 2 vbi idem dicit, si legetur pro dictis ornamentis redimendis, ornandis, vel reparandis. Franc. Leo *d.c.* 14. *n.* 6. Azor. *d.c.* 12 *q.* 7. *casu* 2. 4. & 5. Perez de Lara *de anniuers. & Capell. lib. 1. cap* 25. *n.* 56. & 57. Valasc. *cons.* 105. *ex num.* 11. Horat. Viscontus *in concl. Iuris lit. Q. pag.* 241. Sclorzan. *d. lib* 3. *c.* 22. *n.* 30. Boët. Epo *in comment. ad cap. requisisti* 15. *n* 33. *de testam.*

23 Non obstat *Clem.* 2 §. *verum, de sepultur.* vbi Canonica portio indistinctè solui præcipitur de omnibus obuentionibus non obstante consuetudine, vel iure in contrarium; quia sunt, qui respondeant, *d.c. vlt.* non procedere in Fratribus Minoribus, & Prædicatoribus propter specialem decisionem *d.* §. *verum*, ita glos. *ibidem*, *verb. de iure.* Abb. Alber. & alij, quos refert, & sequitur Cou, *in d. cap. vlt. num.* 6. existimantes correctoriam esse Constitutionem *d.* §. *verum.* & ideò ad alios quàm Prædicatores, & Minores nullatenus extendendam, arg. *l. quod verò* 13. *ff. de legib. reg. quæ à iure,* 28. *de regul. iuris, in* 6. Verùm, quamuis hic respondendi modus verissimus sit respectu portionis debitæ Ecclesiis Parochialibus, vt tex. habet, iuxta terminos controuersiæ, quæ excitata fuit inter Rectores, & Parochos Ecclesiarum Parochialium, & inter prædictos Fratres, vt satis deprehenditur ex principio *d. clem.* 2. respectu tamen portionis Episcopo debitæ, de qua agimus, defendi non potest; quia respectu illius non recessit dictus §. *verum à dictione d. c. vlt.* in quo non solùm agitur de portione debita Episcopo, sed etiam de illa, quæ spectat ad Ecclesias Parochiales: vnde, quamuis exorbitet circa portionem Ecclesiarum Parochialium, quæ solui iubetur, vt constat *ex eod.* §. non tamen circa portionem Episcopalem, de qua non agit, arg. *l. præcipimus C. de appellat.* ideò respondemus §. illum agere de illa portione diuersa: proindèque nobiscum non pugnare.

Decimò quærò. Vtrùm ex legato relicto pro operibus piis, debeatur Canonica portio, si executores illud distribuerint in fabricam, luminaria, & ornamenta Ecclesiæ, vel in concernentia diuinum cultum? Negatiue respondet Cou. *in d.c. vlt. n.* 7. Et ratio est: quia distributio, quam facit executor, censetur facta ab ipso testatore, *l. vnum ex familia*, §. 1. *ff. de legat.* 1. secùs si executores distribuerent legatum in vsum non priuilegiatum locorum piorum. 24

Vndecimò quæro. Vtrùm de relictis pro restauratione Ecclesiæ matricis, ædificatione & reparatione Ecclesiarum, Monasteriorum, & Hospitalium, ac aliorum piorum locorum, debeatur Canonica portio, si Ecclesiæ huiusmodi, Monasteria, seu Hospitalia, non indigent ædificiis, aut refectione parietum? Quæstio est dubia, in qua ne sic fraus Episcopo, aut Parochiali fiat, Canonicam portionem esse detrahendam resoluunt Cou. *in d. c. vlt. n.* 4. *vers. est tamen*, Fr. Ludou. Miranda *d.q* 48. *n.* 3. *concl.* 1. *vers. tertio*, Azor *d.c.* 12. *q.* 3. *casu* 3 Contrarium tamen tenuerunt Goffr. Card. Barbat. *in d. c. vlt.* relati ab eodem Cou. *cit. loco*; sequitur Franc. Leo *d.c.* 14. *num.* 8. per tex. *in c. vobis.* 12. *q.* 2. Verùm Rot. *in Syracusana quarta*, 5. *Martij*, 1586. coram Seraphino, impressa per Quarant. *in sum Bullarij, verb. Quarta Episcapalis*, censuit hac in re attendendam esse formam legati: si enim testator vult statim, vel in singulos annos solui aliquid pro restauratione Ecclesiæ, quoties ea indigebit, tunc seruari poterit prior sententia: si verò legat pro restauratione Ecclesiæ, quoties ea indigebit tunc posterior sententia contraria erit sequenda: & sub hoc articulo cadunt etiam relicta pro subuentione Ecclesiæ respectu luminarium, ornamentorum, & aliorum ad cultum diuinum pertinentium, ex his namque non debetur quarta *d.c. vlt.* Si verò vsus est indeterminatus, & non destinatus perpetuo cultui diuino, tunc debetur quarta *d.c. parte, il. 3. de verb. signif. d.c. requisisti, de testam.* Ad perpetuum autem cultum diuinum censetur factum legatum, quod relinquitur, vt annuatim fiat festum alicuius Sancti, vel vt dicatur officium in vna Capella, sed quòd constituatur præbenda, Altare, aut pulpitum, vel aliud huiusmodi; quia tunc non debetur Canoni portio, secundum Innoc. *in d.c. vlt.* Frãc. Leo *d.c.* 1ca *num.* 4. 25

9.

n.9 in princ. Azor.*d.c.12.n.7.* Fr.Ludou.Miranda *d.q.48.a.3.concl.1.vers.quinto*, vnà *in vers.sexto*, subdit de oblationibus non deberi quartam.

26 Duodecimò quæro, an ex donatione facta Ecclesiæ inter viuos, quinta huiusmodi debeatur? Non deberi resoluunt Syluest.*in sum.verb.Canonica portio,4.q.4.* Azor.*d.c.12.quæst.7.casu* 8. Fr.Ludo. Mirand.*d.q.48.a.3.concl.1.vers.& tandem septimo.*

27 Decimotertiò quæro. Vtrùm ex legato pio maritandis duabus puellis singulis annis, & pro vna puella consanguinea debeatur Canonica portio? Non deberi censuit Rot.*in d.Syracusana quarta.* ex eo, quia, aut sunt pauperes, & non debetur quarta, cùm legatum sit factum personis, & non locis, vt suprà diximus: aut non sunt pauperes, & tunc nec etiam debetur; quia vltra præfatam rationem militat alia ratio, quòd scilicet tale legatum non dicitur pium, & ideò ex eo quarta non debetur, vt pariter suprà dictum fuit.

28 Decimoquartò quæro. Vtrùm Episcopus, cui legatum relictum est, possit insimul Canonicam vendicare portionem? Cuius dubij resolutionem aliqui Doctores ineptè petunt ab alterius decisione, vtrùm, scilicet, debitor legans censeatur legatum cum debito compensare: etenim dubium nostrum diuersum est ab alio: patet, quia Canonica portio non debetur Episcopo à testatore legante, sed ab eo, iis, & Monasterijs, quibus legata pia relicta sunt; vnde testator respectu portionis debitor non est, sed Monasteria ipsa, vel Ecclesiæ legatariæ. Aliunde igitur præsentis dubij resolutio est petenda, in quo tenendum omninò est, Episcopum, cui testator legatum absolutè reliquit, posse illud vendicare, & Canonicam petere portionem. Probatur ratione: quando duo ex diuerso capite, & à diuersis personis debita concurrunt, & non datur animus compensandi ex parte legantis, vtrumque debitum peti potest: iuuat *l.Titia 29.§. qui Marco, ff.de annuis leg.* sed quando testator absolutè legat Episcopo, & locis pijs, concurrunt duo ex diuerso capite, & à diuersis personis debita. Deinde ex parte legantis non proponitur animus compensandi cum Canonica portione. Igitur, &c. Maior est manifesta: quia nihil est, quod impediat vtriusque debiti petitionem. Minor ostenditur: quia proponitur legatum legitimè relictum, & Canonica portio, quæ debetur à locis pijs, respectu quorum testator debitor non est, vt suprà diximus, & omninò cessat coniectura compensationis, cùm nullum proponatur debitum ex parte Episcopi, & testatoris respectu Canonicæ portionis, atque ita deficiant termini necessarij ad compensationem. Igitur, &c. Quare ita resoluunt Ant.*n.6.* Abb.*n.4.* & Con.*n.3.* Boët. Epo à *n.14.* per text.ibi *in d.c.officij.1.de testam.* & plures citati à Iac.Vald. *in addit.ad Xuar.l.1.tit. de los arrhas ad n.36.vers.sed pone.* Dixi, *absolutè*, quia, si testator sub conditione legauerit Episcopo, vt contentus legato nil ampliùs petat de Canonica portione, & Episcopus acceptauerit, nil ampliùs valebit exigere, vt probat tex.*in d.c.officij vers.*

29 *consultationi*: vbi omnes resoluunt. Ratio est: quia quando legatur alicui, eo adiecto, vt ampliùs non petat, eo ipso quòd acceptat, videtur debitor renunciasse, *d.c.officij* ibi, *renunciasse, &c.* iuncta *reg. l.cum ab vno.55.de leg.2.* ita Alex.*in l.si cum dotem 23.§.si pater.n.2.ff.solut.matr.* Rom. *cons.79.lib.2.* Soc.iun.*cons.173.n.3.lib.2.* communiter receptum ex alijs affirmat Grass.*§.legatum q.16.n.vlt.* Sed hac de re *infr.* latiùs.

Decimoquintò quæro. Vtrùm si testator exprimat, se non aliter legare, quàm sub conditione, ne Episcopus Canonicam portionem exigat, & Episcopus legatum acceptet; possit nihilominus vltra legatum aliquid ampliùs exigere? Negatiuè respondet tex.*in d.c.officij*, ibi, *non poterit*: iuncta ratione 30
renunciationis, cui innititur. Non obstat *l.dotalem* 31
13.§.vlt.ff.de fundo dotal. vbi habetur quod si debitor dotis minorem quantitatem mulieri in hæreditate reliquerit, sub ea conditione, vt hæreditate contenta nil ampliùs petat, licèt hæreditatem acceptet, quod deest, ad debitam dotis quantitatem poterit exigere: quia respódetur, propterea ibidem non obstante aditione hæreditatis, & dicta conditione adiecta, potuisse nihilominus mulierem exigere supplementum; quia debitum dotis non est ab illa remissibile *l.licèt.18 ff.de pact.dot. Auth.sine à me.C.ad Velleian.* simili ferè solutione tollitur difficultas de conditione adiecta in legitima filij, tum quia consensus filij lege improbatur; tum vel maximè, quia cùm lex omnem conditionem, & grauamen remoueat à legitima, iam legatum purum manet, & ideò nil impedit, quominùs agere possit ad supplementum, vt probat tex.*in l.si quando.31.§.& generaliter, ff.de inof.testam. reg.l.scimus.36.§.repletionem illo tit.*

Decimosextò quæro. Vtrùm si Beneficiatus testator absolutè leget Episcopo, possit ille, & luctuosam exigere, & Legatum vendicare? Luctuosa autem 32
est ius quoddam Episcopale in aliquibus Hispaniæ diœcesibus subrogatú loco Canonicæ portionis, quæ in illis penitus abrogata est, & soluitur ex bonis mobilibus beneficiarij mortui, & in aliquot locis est certa quantitas argenti, vel in materia, in alijs est pretiosior supellex quá habebat prædictus Beneficiatus. Huius dubij pars affirmatiua suadetur ex *d.c.offic.14 de testam.* vbi habetur, quòd si testator absolutè legat Episcopo, potest ille absque compensatione legatum insimul, & Canonicam petere portionem: ergo similiter de luctuosa, & legato affirmandum est. Confirmatur hæc ratio: quia luctuosa, vt diximus, subrogatur in locum Canonicæ portionis; ergo eisdé, quibus illa, regulis consisti; quia subrogatum sapit naturam, *&c.* habetur *in l.si cum 10.§. qui iniuriar.ff.si quis caution.* cum alijs citatis per me *in tract. de axiom.iuris vsufreq. axiom.213.nu.1.* Secundò, quia, si Episcopus non posset legatum, & luctuosam exigere, nullum foret discrimen inter eum casum, quo legatum absolutè relictum est, & inter illum, quo conditio adiicitur, vt legato cótentus luctuosam petere nequeat: consequens est falsum: ergo & antecedens. Consequétia bona est. Minor manifesta est, per text.*in d.c.officij* vbi inter vtrunque casum notabilis differentia constituitur. Sequela patet: quia quando conditio adiicitur, non vtrunque, sed alterum tantùm peti potest, tex.*in d.c.officij.in 1.p.* ibi, *non poterit exigere.* Vltimò, quòd vbi debitum non est à testatore, sed à tertio, nullus fit compensationi locus. Ias.*n.20.* Dec.*n.13.* & Doctor.communiter *in auth.præterea, C.vnde vir, & vxor.* communem ex alijs testatur Grass.*§.legatum.q.16.nu.10.* Planè testator videtur debitor respectu luctuosæ, etsi non necessarius, cú nulla lege cogatur, sed ad summum voluntarius; in quibus terminis saltem secundùm communem non admittitur compensatio. Igitur, &c.

Ego tamen in hoc dubio nondum per alium 33
excitato, vt certa ab incertis separare possim, sequentes casus distinguere operæpretium duxi.

Primus ille est, quod si testator ea conditione legatum Episcopo relinquat, vt illo contentus luctuosam non exigat, si Episcopus legatum acceptet, luctuosam petere non poterit: quia ipsi videtur renunciasse, vt constat *ex d.c.officij*, & ex iis, quæ *suprà* diximus. Secundus, si fraudulenter Episcopo legatum vel donatio fiat, & postea de fraude constiterit, poterit Episcopus restituto legato, vel compensato luctuosam exigere. Probatur manifestè ex *d. c.officij, ad finem*. Tertius, quando beneficiatus testator absolutè legat Episcopo, non poterit Episcopus legatum, & luctuosam insimul retinere. Probatur apertè. Non luctuosæ verè debitor est neque enim illa exigitur ab aliqua Ecclesia inferiori, vt de Canonica portione diximus; deinde neque ab aliquo tertio, sed ab hærede, prout defunctum repræsentat. Nau. *de spol. Cleric. §. 9. n. 7.* Mol. *de iustit. tract. 2. disp. 147. col. 10.* Vlteriùs testator debitor est non voluntarius, sed necessarius, quippe cùm ex vi consuetudinis cogatur, velit, nolit, luctuosam soluere, vt modò citati resoluunt: ergo non solùm secundùm nostram, sed etiam secundùm communem sententiam censetur legasse animo compensandi. Consonant illa omnia, propter quæ Doctores omnes arbitrantur debitorem necessarium in dubio censeri cum debito compensare velle: (si aliàs, proponantur termini habiles, quòd res vtrimque detur æstimata, vel aliter, de quo adest exemplum, *in d. §. si pater. & in l. rei iudicatæ. 16. §. heredi.* vbi glo. *verb. pecuniariam ff. solut. matr.*) Nec contrarium probat tex. *in d. cap. Officij*, in principio huius dubij expensus: quia facilè respondetur agere in terminis longè diuersis. Patet: quia Canonica portio ibidem non est debita ab ipso testatore, sed ab Ecclesiis legatariis; & ideò, vt sæpè diximus, non dantur termini habiles ad compensationem. Longè aliud in proposito dicendum, cùm luctuosa verè sit debita ex parte beneficiatij. Ad confirmationem verò dicendum cum Nauar. & Molina *dictis locis*, luctuosam non subrogari in locum Canonicæ portionis, sed consuetudine fuisse introductam, vt lites circa spoliorum exactionem, quæ frequenter oriebantur, cessarent, sicut ait Molin. *d. col. 10. lit. C.*

34 Decimoseptimò quæro. Vtrùm stante fraude ex parte testatoris modicum legantis, vt Episcopum defraudet, possit ille non solùm legatum sed etiam Canonicam portionem vendicare? Affirmatiuè respondere videtur text. *in d. cap. officij, vers. si verò*; si aduersatiuè intelligamus ad præcedentia, *d. cap. requisisti, vers. si vero istud. cap. vlt. de testam. cap. in nostra. 10. §. salem. vers. nisi dolo. de sepultur.* Vbi enim testator modicum legat Episcopo, vt nihil ampliùs exigat, quamuis acceptet, si fraudem interuenisse probetur potest restituto, vel compensato legato, integram exigere portionem; dummodo tamen sciens, & prudens fraudem commissam, nihilominus tamen non acceptet: quia aduersatiua, de qua *in d. vers. si verò*, non est referenda *ad vers. quod si*, immediatè præcedentem: in quo absque vlla fraude interueniente, quinimò à fortiori illa stante, potest Episcopus, cui absolutè legatum relictum est, & legatum, & Canonicam portionem vendicare, vt suo loco explicauimus; cùm tamen *in d. vers. si verò*, resoluatur solummodo data fraude posse Episcopum integram ex legatis portionem exigere: est ergo aduersatiua referenda *ad vers. Consultationi*, in hunc sensum, vt, licèt, quando testator adiecta conditione Episcopo legat, amplius petere nequeat, Canonicam tamen portionem, interueniente fraude, petere possit restituto legato, vel legitimè compensato.

Sicut Episcopo sua portio competit, si quid Ecclesiæ relinquatur, vt suprà vidimus: ita e conuerso, si quid fuerit relictum Episcopo, Cathedralis Ecclesiæ de eo poterit Canonicam petere, nisi testator expresserit, vt nihil quæratur Ecclesiæ: quia tunc diuisio facienda non est, sed totum cedet lucro Episcopi. Ita habetur *in cap. requisisti 15. in vers. & hoc verum est, de testam.* quamuis quando relinquitur Ecclesiæ sub eadem conditione, ne Episcopo acquiratur, reiecta conditione communicatur legatum: differentiæ rationes proponit glos. *verb. exprimat, in d. cap. requisisti*; aliquid, apud Lap. *de Canon. portione, à num. 23.* Petrus de Vbald. *eod. tract. q. 2.* inter quas illa videtur probabilior, quam præstitit gloss. *d. verb. exprimat*, quia Ecclesia est corpus mixtum, cuius caput est Episcopus, *cap. nouit. 4. de his, quæ fiunt à Præl.* Vnde non potest Ecclesia sine illo considerari: quia maneret monstrum sine capite, contra *c. cùm non liceat, de præscript.* potest verò Episcopus considerari vti priuata persona sine Ecclesia, & ideò in secundo casu supposita conditione non datur communicatio bonorum; datur verò in primo, vt tex. habet. 35

Hinc prouenit, quod quemadmodum quando Episcopo, vel Ecclesiæ aliquid absolutè relinquitur, inter eosdem fit diuisio: ita etiam quando Episcopo, & Ecclesiæ coniunctim relinquitur, diuisio facienda est, *dict. cap. requisisti, vers. quòd si relinquatur, & vers. si verò.* Vnus, & alter casus in eo conueniunt, quòd in vtroque diuisio facienda est secundùm Canonicam portionem, differunt tamen maximè, quòd in priori Episcopus, & Ecclesia censentur coniuncti ab homine, nempe, ab ipso testatore. Vnde & illa alia insurgit notabilis differentia, quòd in priori, si Episcopus suæ portioni renunciet, non accrescet Ecclesia, & vice versa, si Ecclesia renunciauerit, Episcopo non acquiritur: non sic dicendum in posteriori. Ratio est: quia in coniunctis à lege non est locus iuri accrescendi, *l. Proculo. 20. ff. de legat. 2.* secùs dicendum in coniunctis ab homine, *l. re coniuncti, 87.* vbi omnes, *ff. de legat. 3. l. vnic. C. quando non pet. partes.* Ita Bart. Paul. & omnes *in dict. l. & Proculo.* vbi Peralta affirmat omnium communem esse doctrinam nemine discrepante, discurit, & meliùs declarat Alciat. *lib. 4. Paradox. cap. 8. in fine.* De Canonica portione latè & ex professo tractarunt Lap. de Castellione *in vol. 7. tract. Doctor.* Petr. de Perusio, & Petr. de Vbaldis, & Bartholomæus de Hutio, *de duabus quartis, lib. 5. & 6. tit. 13. part. 1.* vbi Greg *gloss. 11.* Bertachin. *in repertorio verb. Quarta Episcopalis, & in tract. de Episcopo part. 4. lib. 4. num. 40.* Ioan. Hugo *de officio quatuor Patriarchar. cap. de Canonica port.* Bernard. *regul. 237.* Ioan. Garcian. *reg. 400.* Fr. Emman. *question. Regular. tom. 1. quæst. 39. artic. 1.* Ioan. Baptist. Costa *de portione rata quæst. 144. num. 6.* Quarant. *in sum. Bullarij verb. Quarta Episcopalis*, Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 9. c. 12.* Gutier. *de iuram. conform. part. 2. cap. 4.* Ioan. Francisc. Leo *in thesauro fori eccles. part. 2. c. 14.* Seraphin. *decis. 1449.* Miranda *in manuali Prælat. tom. 2. quæst. 48.* Raph. de la Torre *2. 2. tom. 1. ex num. 7. pag. 447.* Perez de Lara *de* 36

de Capellan. & anniuers. lib. 1. cap. 25. num. 54. cum seqq. Ioan. Filesac. *de sacra Episcop. auctorit. cap. 18. cum seqq.* Horat. Viscontus *in conclus. Iuris lit. Q. pag. 241.* Iul Lanor. amicus meus, *variar. lucubrat. titul. 2. cap. 17.* latè Solorzan. *de Iure Indiarum tom. 2. lib. 3. cap. 22.* Ioan. Machado *en su perfetto Confessor tom. 2. lib. 4. part. 6. tract. 9. docum. 4.*

CAPVT XX.

De Cathedratico, & Quarta decimationum.

SVMMARIVM.

1 *Cathedraticum soluitur in honorem Cathedræ Episcopalis.*

2 *Synodaticum appellatur portio quædam Episcopo debita; quia in Synodo annis singulis celebranda ab omnibus vocatis ad illam præstari consueuit.*

3 *Cathedraticum non intelligitur donatum Ecclesia donata ab Episcopo, sed solui à donatario debet.*

4 *Episcopus non potest eximere à Cathedratico.*

5 *Præscriptio contra Episcopum non currit pro tota libertate Cathedratici, sed benè in parte.*

6 *Cathedraticum per contrariam consuetudinem alterari potest.*

7 *Episcopus potest à singulis suæ diœcesis Ecclesiis Cathedraticum exigere.*

8 *Cathedratici distributio fiebat in festo Natiuitatis, & Resurrectionis Domini, præterquam à Monasteriis.*

9 *Monasteria à lege diœcesana sunt exempta.*

10 *Taxa Cathedratici quæ sit? ostenditur.*

11 *Consuetudo bona, & rationabilis propria, vel diuersarum Cathedralium, attendenda est in taxatione Cathedratici.*

12 *Quarta debetur Episcopis ex omnibus decimis Ecclesiarum Parochialium sui Episcopatus sine vllo onere fabricæ.*

13 *Quarta decimarum debetur Episcopis iure proprietatis.*

14 *Verbum,* habere, *dominium importat.*

15 *Quarta decimarum Episcopis debita est legis diœcesana.*

16 *Episcopus fundat intentionem suam super quarta decimarum.*

17 *Procedere videtur contra Rectorem, à quo Episcopus exigere debet suam canonicam portionem, non autem contra Parochianos incolas, qui tenentur respondere de decimis suo Rectori, & non Episcopo.*

18 *Episcopus de iure communi non habet fundatam intentionem in quarta decimarum contra laicos.*

19 *Episcopis officio Iudicis subueniendum est ad agendum contra laicos pro sua quarta decimarum.*

20 *Officium Iudicis nobile competit Episcopo contra laicos pro recuperatione suæ quartæ decimarum, ne obligati cum iactura Episcopi per retentionem illarum locupletentur ob carentiam directæ actionis.*

21 *Iudex etiam non requisitus potest ex officio compellere possessores terrarum ad soluendum decimas, si ei constat esse intra limites, & terminos Parochiæ.*



QVÆDAM est portio Episcopo de- 1
bita, quæ dicitur Cathedraticum, & illi soluitur in honorem Cathedræ Episcopalis gloss. per text. ibi *in cap. conquerente, de offic. Ordin.* Flamin Paris. *de confident. qu. 5. n. 6.*
Solorzan. *de iure Indiar. tom. 2. lib. 3. cap. 22. num. 39.* 2
in fine, & ab aliis appellatur Synodaticum, quia in Synodo annis singulis celebranda ab omnibus vocatis ad illam præstari consueuit, vt innuit text. *in cap. vlt. de causa possess. & propriet.* ad hoc vt Episcopi ad Synodum celebrandum allicerentur, sicut diximus *de officio, & potest. Episcopi, part. 3. alleg. 130. num. 4.*

Et adeò debitum est, vt donata Ecclesia ab Epi- 3
scopo, non intelligitur hoc ius donatum, sed solui à donatario debeat, vt probatur *in cap. pastoralis, de*
donation. vbi gloss. *verb. Cathedraticum*, quia Episco- 4
pus non potest ab illo eximere, Erasm. à Cochier. *de iurisdict. Ordin. in exemptos, p. 1. q. 3. num. 4 vers. quarto.*

Quod adeò verum est, vt pro tota libertate Ca- 5
thedratici non currat præscriptio contra Episcopum, Bald. *de præscript. in 5. part quæst 16.* Henric Bottæ. *de Synodo, p. 3. n. 86.* Zerol. *in praxi Episcop. p. 1. verb. Cathedraticum*, § 4 Aloys. Ricc. *in praxi aurea, resol. 182. num. 2.* cùm tamen in parte præscribi posse non dubitauerint, Abb. *in d. cap. pastoralis*, & Bottæ. *de Sy-*
nodo p. 2. nu. 90. nec per contrariam consuetudinem 6
alterari posse, negauerint Zerol. & Aloys. Ricc. *citatis locis.*

Episcopus potest à singulis suæ diœcesis Ec-
clesiis Cathedraticum exigere. gloss. *in cap. quicunque* 7
16. quæst. 6. Paris *cons. 22. num. 2. lib. 4.* Machado *en su perfetto Confessor tom. 2. lib. 4. p. 6. tract. 9. docum. 5. n. 2.* Buratt. *dec. 578. nu. 10.* Rot. *in Calaguritana iurisdi-*
ctionis. 26. Iunij, 1604. coram bona mem. Penia. Fiebat 8
autem illius distributio in festo Natiuitatis, & Resurrectionis Domini, vt habetur *in cap. olim. de censib.* Zerol. *d. verb Cathedraticum*, §. 1. Aloys. Ricc. *d. resol. 182. nu. 1.* præterquam à Monasteriis, *c. inter cætera 10. q. 3.* ibi, *Monasteriorum tamen Basilicis ab*
hac solutionis pensione seiunctis; ipsa enim à lege diœ- 9
cesana sunt exempta, *c. cùm pro vtilitate 16. quæst. 1. c. quòm sit, 18 q. 2.*

Taxam verò ponit glos. *verb. duos solidos in d.* 10
cap. conquerente, & dicitur *in capite 1. 10. quæst. 3.* vt nullus Episcoporum per suas diœceses ambulans præter honorem Cathedræ suæ, id est, duos solidos, aliud aliquid per Ecclesias tollat; qui soluendi sunt secundùm taxam, quæ antiquitus solui consueuit, Surd. *cons. 454 numero 12.* Aloys. Ricc. *d. resolut. 182. numero 1.* Aliquando tamen plus, vel mi-
nus iuxta consuetudinem exigitur glos. *verb. duos* 11
solidos, in d. capite 1. quia in eius taxatione, & solutione attendenda est propria, vel diuersarum Cathedralium consuetudo bona & rationabilis, Zerol. *d. verb. Cathedraticum* §. 1. Aloys. Ricc. *d. numero 1. in fine*, Piasec. *in praxi Episcop. p. 2. num. 10.*

Alia est portio Episcopo debita, quæ quarta 12
decimarum appellatur: nam, cùm olim Episcopi essent pauperes, fuit statutum in Conc. Aurelianensi, 1. *cap. 16.* relato *in cap. antiquos, 10 quæst. 1.* vt ipsi de his, quæ in Altario oblatione fidelium conferebantur, medietatem sibi vendicarent,

Postea decretum extitit, vt ex Parochialibus tantùm tertiam oblationum, decimarum, & frugum partem haberent, vt colligitur ex *c. de his*, *& ex c. decreuimus ead causa*, *& quaest.* cum onere tamen fabricæ Ecclesiarum, *cap.* 1. *& c. vnio*, 10 *quaest.* 3. Demum quartam tantùm deberi Episcopis ex omnibus decimis Ecclesiarum Parochialium sui Episcopatus sine vllo onere fabricæ, determinant nouiores Canones *in d. c. vnio*, *& in cap. conquerente*, *de offic. Ordin. & in c. quoniam*, *& in c. dudum*, *de decim. & in c. de quarta*, *de præscript.* Zerol. *in praxi Episcop. part.* 1. *verb decima*, §. 10. Suar. *de Relig. tom.* 1. *lib.* 1. *de diuino cultu*, *c.* 28. *num.* 9. Franc. Leo *in thesauro fori eccles. p.* 2. *c.* 14. *n.* 33. Caualer. *decis.* 447. *&* 648 Rot. *dec.* 31. *n.* 5. *p.* 2. *diuers. & dec.* 302. *n.* 1. *p.* 2. *recent.* vbi firmatur hæc sententia ex communi Canonistarum assensu, nempe, Abb. Card. Butr. Ioan. Anch. & Rebuff. plenè fuit firmatum *in Nouarien. decimarum*, 5. *Decembris*, 1629. *coram R. P. D. meo Pirouano.*

13 Est enim indubitatum quartam huiusmodi debe-
ri, & quidem iure proprietatis per illa verba, *habens
quartam de imationum*, de quibus *in d. c. conqueren-*
14 *te*; cuius verbi, *habeas*, natura est dominium im-
portare, *l. habere duobus modis accipitur*, *l. apud se quis
habere*, *ff de verbor. signif.* cum aliis per me citatis *in
tract. de diction. vsufrequent. dict.* 130. *ex numero* 1.
se undùm Lugdunen. impress. & non sine ratione,
propter coniunctionem, & vniuersalem curam, quam
habet Episcopus in Ecclesiis subiectis, Butr. post
Host. & alios *in c. cùm contingat*, *n.* 9. *vers. item quia*,
de decim Innoc *in c. requisisti*, *n.* 3. *de testam.* Tyndar.
in tract. de decim. n. 2. Monet. *eod. tract. c.* 7. *concl.* 6. *n.*
14. *in fine.* Vnde sequitur hanc quartam esse legis
15 diœcesanæ, Erasm. à Cochier. *de iurisdict. Ordinary
in exemptos p.* 1. *quæst.* 15. *n.* 6. à qua exempta sunt
Monasteria, idem Cochier. *d. part.* 1. *quæstio* 16.

16 Sed non exiguum dubium est, à quo hæc quarta sic de iure Episcopo debita, possit idem Episcopus exigere, vel à laicis Parochianis immediatè, vel à Rectoribus illam percipientibus? Pro cuius dubij resolutione sciendum est Iura hac de re loquenta solùm indistinctè statuere, quòd Episcopus fundat intentionem suam super quarta decimarum, vt *in cap. quoniam*, ibi, *sua parte retenta*, *cap. dudum*, ibi, *intentione sua de Iure communi fundata*, *d. decim d. cap. vniò* 10 *quæst.* 3. *d. cap. conquerente*, *de offic Ordin. c. fin de successi ab intest* Host. Abb. Card. Butr. Ioan. Andr. Anchar. *in d cap. de quarta*, idem Host. Ioan. Andr. & Abb. *in d cap. cùm contingat*, quorum auctoritate Rot. firmauit hanc opinionem esse communem, & Rebuff eandem tenuit, *de decim. quæstio* 7. *numero* 11. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. glos.* 6. *numero* 87. *&* 88 Seraphin. *decis.* 1449. *numero* 4. vbi reprobant opinionem illorum, qui tenuerunt istam quartam non de Iure communi, sed de consuetudine ad Episcopum pertinere.

17 Quæ quidem opinio videtur benè procedere contra Rectorem, à quo Episcopus exigere debet suam Canonicam portionem; non autem contra Parochianos incolas, qui tenentur respondere de decimis suo Rectori, & non Episcopo, *cap. cùm contingat*, *de decim.* ibi, *quod cùm perceptio decimarum ad Parochiales Ecclesias de iure communi pertineat*, *& cap. cùm in tua*, *eod. tit.* ibi, *alioqui Parochialibus exoluantur*; ad quas de Iure communi spectat perceptio decimarum, Castrens. *cons.* 38. *per tot. part.* 1. Seraphin. *decis.* 1149. *numero* 5. Gregor. XV. *decis.* 159. *numero* 2. Sed hanc contrarietatem sentiens Hostiens. illam conciliat *in d. capite cùm contingat*, *numero* 1. *vers. vnde*: nam verum est, quod *d. cap. quoniam*, & *d. capite dudum*, dicunt Episcopum fundare suam intentionem in portione Canonica, *& d. cap. cùm contingat*, *& d. cap. cùm in tua*, aiunt de Iure communi decimas spectare ad Ecclesias Parochiales, sed inquit ille, Episcopus fundat quoad Canonicam: Parochialis verò Ecclesia quoad alia, & ita vna dispositio aliam non destruit, sed benè inter se conueniunt, & Ioan. And. *in d. cap. cùm contingat. numero* 4. sequitur hanc distinctionem: præterea, aut Rector non est in causa, aut negligit exigere decimas, & Episcopus pro sua portione Canonica potest agere iure proprio, aut vult agere pro omnibus decimis, & etiam potest, sed nomine Ecclesiæ Parochialis, cui tenetur illas conseruare, *d. cap. fin. success. ab intest.* Hostiens. *in d. cap. cùm contingat*, *numero* 2. & Ioan. Andr. *in d. cap. quoniam*, *numero* 3, asserentes Ordinarios habere fundatam intentionem, etiam quoad petitionem nomine suarum Ecclesiarum Parochialium, quod etiam admisit Rot. *in Carinen. decimarum*, 13. *Marty*, 1584. *coram Orano*, & per hanc distinctionem conueniunt decisiones *coram bona mem. Card. Pamphilio*, *& bona mem. Iusto in Conchen. decimarum dell' Infantado*, quæ referuntur *in decis.* 442. 485. *&* 520. *part.* 2. *recent.* & postmodum *coram bona mem. Martino Andrea* 18. *Decembris*, 1617. in quibus fuit firmatum Episcopum habere in prædiis decimatoriis ius reale, & coæquale cum Rectoribus, & esse inter se quasi portionarios, & prout tales nuncupantur per Host. *in d. cap. quoniam*, *numero* 2. & Ioan. Andr. *numero* 3. quæ realitas, & coæqualitas tolli non potest per negligentiam, aut malitiam Rectorum non comparentium, cùm sit fundata in proprio iure immediato; non autem mediato ex persona Rectorum: similiter si idem Rector est in causa, & Episcopus simul agentes contra laicos Parochianos, minor esset difficultas: quia vterque agit ex iure suo, & admittitur ista simultanea actio *in Ceruien. decimarum* 22. *Aprilis*, 1602. *coram bonæ mem. Pena*: ac demum quando Rector neque est in causa, aut negligit, sed esse, aut agere, aut negligere non potest: quia decimæ ad ipsum non pertinent, qui est casus noster, tunc iura non prohibent, quin Episcopus fundet intentionem suam contra laicos, & alios quoscunque pro decimis prædialibus, *d. cap. fin. de success. ab intest. d. cap. dudum*, *de decim.* & idem admittitur *in Fossanien. decimarum*, 20. *Marty*, 1591. *coram Giptio*: ex quibus patet, consequentiam, quam faciunt Castren. *in d. cons.* 38. & Gregor. *decisio* 519. non esse tutam, quòd decimæ debent percipi à Rectoribus, & ab ipsis Episcopis exigunt quartam, & sic mediate, non autem immediatè à laicis: quia etsi *d. cap. cùm contingat*, *& d. cap. cùm in tua*, expressè dicant perceptionem decimarum de Iure communi pertinere ad Ecclesias Parochiales, non tamen excludunt Episcopos, quin & ipsi fundent intentionem quoad eorum Canonicam portionem, iuxta *dictum cap. quoniam*, *& dictum cap. dudum*, *de decim.* attenta compatibilitate, quam ponit Hostiens. vt dicebam *in dicto cap. cùm contingat*, *numero* 1. *vers. non obstat.* Ita latè Rot. *in Nouarien. decimarum*, 7. *Mai* 1627. *coram R. P. D. meo Pirouano.*

Verùm, quamuis supradicta videantur sustine- 18
ri posse; tamen magis placet conclusionem firmare

mare Episcopum de Iure communi non habere fundatam intentionem in quarta decimarum contra leicos, ex verbis *d. cap. conquerente, de officio Ordin.* ibi, *tu autem his iuribus in præfatis Ecclesiis contentus existens non amplius ab eis exigas*, &c. ex quibus dicebatur actionem fuisse reseruatam Ordinariis contra Rectores, non autem contra laicos, contra quos in tex. aliqua actio non dirigatur: quam ponderationem priùs Rota fecit coram Gregor. XV. *d. dec. 519. num. 2.* & rennit coram Seraphin. *d. decis. 1449. numero 5.* & fundatur in auctoritate Abb. antiqui *in d. cap. conquerente, num. 5.* Panorm. *ante num. 3.* Card. *n. 4.* Bellam. *num. 12. gloss. marginalis, in d. cap. conquerente*, Castr. *cons. 38. per tot part. 2.* quæ opinio poterit comprobari ex *d. c. de quarta, de præscript.* in quo admittitur Rectorem, præscribere posse quartam hanc decimationum quæ si a laicis esset exigenda, non daretur præscriptio Rectori defectu possessionis, sine qua præscriptio non procedit gloss. *in l. malè agitur*, & *ibi* Bald. *n. 6 C. de præscript.* Bartol. *in l. 3. §. ex contrario, num. 4. ff. de acquir. possess.* Castr. *in l. 1. n. 12. C. de seruuis fugit.* Nec obstat, quod cùm hæc quarta decimarum debeatur in proprietate Episcopo, & ratione coniunctionis, & vniuersalis curæ, quam habet in Ecclesiis subiectis ex *supra* allegatis, verba *dict. cap. conquerente*, inferant quidem actionem competere Episcopo contra Rectores, sed quòd eadem denegetur Episcopo contra laicos ad tollendam actionem realem, quæ datur pro decimis præteritis consequendis contra eosdem laicos ex Abb. *in cap. cum non ab homine, nu. 6. eod. ti. de decim.* Rebuff. *in simuls tract. q. 9. n. 9.* hoc non firmetur in contextu neque per necesse inferatur: vnde videbatur adhuc vigere responsionem *suprà* datam, quòd consequentia non sit tuta, quam Castr. & Rota *suprà* allegati scilicet, *non amplius ab eis exigas: ergo a laicis non exigas*, quia simul esse potest quod Rectores decimam integram percipiant, & eo casu Episcopus non possit petere suam quotam à laicis, qui per integram solutionem consequuti sunt liberationem, & prut ad hunc casum se restringunt Abb. antiq. & Abb. Panor. à quibus alii Canonistæ rationes simpliciter reassumpserunt; & tamen in aliis casibus, quando sunt decimæ inexactæ, aut quando negligendo Parochus non est in causa: aut dum ad illum decimæ non pertinent, ramaneat integra actio Episcopo agendi pro sua quota contra quencunque debitorem, actione reali sibi de iure competenti, & intrent dispositiones *d. cap. quoniam, & d. cap. Iudam, de decim.* Quoniam respondetur sufficere pro fundamento conclusionis firmatæ ex dispositione *d. cap. conquerente*, actionem pro quarta decimationum esse directam contra Rectores, non autem contra laicos, & quod opinio Abb. & aliorum *suprà* relatorum in hac parte non habet contradicentem, ita vt ab eis, tanquam à casu legis, non sit recedendum Ias. *in l. penult. numero 21. Cod. de pactis*, Becc. *cons. 23. numero 6.* Surd. *dec. 229. n. 36.* Non tamen Episcopus aliis
19 remediis erit destitutus ad agendum contra laicos & ita officio Iudicis ei subueniendum esse existimo, quòd semper datur æquitate, quando defuit actio ad consequendum, quod suum est, vel ad compellendum aliquem ad implendum, id, quod actione non potest adstringi, *cap. 1. de offic. Iudicis, l. Quintus, ff. de annuis leg* vbi Bartol. *numero 1.* Osach. *dec. 40. numero 7.* Surd. *de aliment. tit. 3. q. 3. n. 24. & cons. 528. n. 20.* Rot. *dec. 503. nu. 4.* coram Gregorio XV. & solet concedi ad instar actionis, Bart. *in l. 1. n. 10. ff. de iurisd. omnium Iudic.* quem sequuntur Abb. *in d. cap. 2. n. 2* Imol. *n. 4.* Felin. etiam *num. 4.* dicentes, quod etsi officium Iudicis idem non sit quod actio, latè tamen sumpto vocabulo idem potest dici *per l. actionis verbo ff. de action. & oblig. l. quod si minor, §. fin. ff. de minorib.* Neguzant *de pignorib. 4. memb. 2. p... n. 51.* Cum igitur laici cogi possint per Rectores ad præstationem decimarum, Rectoresque teneantur de exactis quartam dare Episcopo: bene intrare debet Iudicis officium nobile ad incompellendum obligatos ad solutionem decimarum, vt Episcopus, quod suum est, consequi possit, Rectore negligente agere, vel nolente, aut non valente, ne per malitiam, aut illorum negligentiam, vel voluntatem, ius suum amittat, quod quidem respicit æquitatem, in qua fundatur officium Iudicis nobile, *l. si me & Titium ff. si certum pet.* Socin. iun. *cons. 52. num. 3. lib. 2.* Nat. *cons. 534. num 6.* Roland. *cons. 1. num. 55. vol. 1.* Surd. *de aliment. tit. 2. q. 1. num. 17* Ita Rot. *in d. Nouarien. decimarum, 5. Decembris, 1629. coram R. P. D. meo Pirouano.*

Non obstat, quod Episcopo debeatur quarta 20
decimarum solum respectu earum quæ percipiuntur ab Ecclesia, Ioan. And. *in d. cap. conquerente, nu. 40* Rot. *decis. 519. coram Gregorio XV.* vt propterea Episcopus non possit dirigere actiones contra Parochianos ante exactionem ab Ecclesia factam, sed officium Iudicis nobile plus de facto Ordinariis tribuere non possit, quam quod habeant de Iure contra laicos, à quibus non possunt exigere, vt ex verbis *d. cap. conquerente*, firmatur *in d. dec. 519. coram Gregorio. XV.* ergo contra eos Iudicis officio nobili experiri non poterit, quia, si probatur Rectorem decima à Parochianis percepisse non potest Episcopus ab eis, tanquam quod iam liberationem sint consequuti, denuò eas exigere. Cæterùm, quia Parochiani adhuc debitores sunt in hac parte, intrat officium Iudicis nobile, ne obligati cum iactura Episcopi per retentionem decimarum locupletentur ob carentiam directæ actionis, Imol. *in c. licet causam, n. 23. de probat.* Felin. *in c. ex parte il 2. numero. 18. de offic. deleg.* Calc. *cons. 28. numero 24.* Nenizan. *cons. 20. n. 24.* Barb. *cons 6. fine lib. 1.* quod officium Iudicis eò magis in materia decimarum intrare debet, in qua si non soluantur, concurrit periculum animarum, *c. prohibemus, de dec.* propterea Card. *in Clem. dispendiosam, n.*
28. de iudic. post Guillel. & alios dicit, quod Iu- 21
dex, etiam non requisitus, potest ex officio compellere possessiones terrarum ad soluendum decimas si ei constet esse intra limites, & terminos Parochiæ. Nec etiam obstat, quod impotentia, voluntas negligentia, aut malitia Rectoris non sufficiat ad hoc vt competat officium Iudicis nobile contra Parochianos, cum Episcopus possit dirigere actiones suas ad solutionem quartæ, quæ debetur contra Rectorem: nam si exegit dicebatur indubitatum, ex quo Parochiani consequuntur libertatem soluendo Rectori: si verò non exegit, agere poterit ad interesse, quod succedit loco quartæ debitæ, Dec. *cons. 2. n. 8.* Curt. iun. *in l. vnam in fine ff. si certam petat.* quia in secundo casu non intrat æquitas, in qua fundatur officium Iudicis, vt Rectores soluant debitum Parochianorum, aut tanquam non valentes soluere debitores decimarum locupletentur cum damno Episcopi actione carentis: ita fuit firmatum *in dicta Nouarien. decimarum 11. Martij 1630. coram eodem R. P. D. meo Pirouano.*

Illud quoque, quod ex causa aliqua consueuerunt Prælati à suis Ecclesiis exigere pro subsidio aliquo, dicitur charitatiuum subsidium, de quo *in cap. sequenti* est particulariter tractandum.

CAPVT XXI.

De Charitatiuo subsidio.

SVMMARIVM.

1 *Charitatiuum subsidium dicitur charitatis auxilium: quia à principio ex charitate peti debet.*

2 *Charitatiuum subsidium petitur, quando redditus propria Ecclesia non sufficiunt pro oneribus incumbentibus.*

3 *Episcopi, & superiores Prælati data manifesta, & rationabili causa licitè possunt subditos cogere (cum charitate tamen, & debito moderamine) ad charitatiuum subsidium, quo suis consulant necessitatibus.*

4 *Beneficium tenetur quis ei referre, à quo aliud accipit.*

5 *Episcopus, quando à Clero suo exigere vult charitatiuum subsidium, debet facere cum consilio Capituli sui, & etiam ipsorum Clericorum.*

6 *Charitatiuum subsidium non est iure aliquo definitum, quantum debeat esse.*

7 *Nullus cogi debet ad maiorem solito contributionem charitatiui subsidii.*

8 *Papa ab omnibus Clericis, & Ecclesiis potest subsidium charitatiuum exigere.*

9 *Exemptio generalis non censetur eximere à subsidio charitatiuo per Papam imposito, nisi quis speciali priuilegio ab huiusmodi onere nominatim eximeretur.*

10 *Cardinales in Ecclesiis titulorum suorum charitatiuum subsidiûm petere possunt.*

11. *Legatus Papæ habet ius exigendi charitatiuum subsidium ab Ecclesiis prouinciæ sibi delegata.*

12 *Patriarcha, Primas, & Archiepiscopus ab Ecclesiis, & Clericis suæ prouinciæ extra diœcesim suam iure tale subsidium exigere non possunt.*

13 Cap. præteritæ, de elect. *declaratur.*

14 Cap. cùm Apostolis, vers. sustinemus, de censib. *declaratur.*

15. *Prælati Episcopo inferiores iure quidem non possunt ab Ecclesiis sibi subiectis charitatiuum subsidium exigere, nisi hoc priuilegio, vel consuetudine sibi competat.*

16 Cap. dictum 94. dist. *declaratur.*

17 *Dicta in præfationibus alicuius dispositionis censentur in fine repetita.*

18 *Abbates, vel priores non possunt exigere charitatiuum subsidium ab Ecclesiis secularibus vel regularibus Monasteriis sibi pleno iure subiectis.*

19 *Coadiutor, seu admistrator datus Episcopo per Papam, vel Ecclesiæ Cathedrali vacanti potest à subditis illius Ecclesiæ charitatiuum exigere subsidium.*

20 *Commendatarius perpetuus Ecclesiæ Cathedralis potest ab eius subditis exigere charitatiuum subsidium.*

21 *Vicarius generalis Episcopi non potest tale subsidium exigere, nisi speciali ipsius Episcopi mandato.*

22 *Causa ad Charitatiuum subsidium exigendum debet esse manifesta, & rationabilis, ne subditi grauentur, plusquam par est.*

23. *Causa rationabilis præsumenda non est ad exigendum charitatiuum subsidium,*
Iusta causa ad subsidium exigendum est,

24 *Consecratio, & Bullarum expeditio,*

25. *Expensa in negotiis totius diœcesis communibus pertractandis*

26 *Fabrica suæ Ecclesiæ.*

27 *Iter ad Papam, Imp. seu Regem ob suæ Ecclesiæ vel diœcesis commune bonum,*

28 *Visitatio Liminum Apostolorum,*

29 *Iter ad Concilium Prouinciale,*

30 *Expensa necessaria facta in aduentu Imperatoris, Regis, vel principis.*

31 *Episcopus potest ex iusta causa non solum semel, sed etiam pluribus vicibus charitatiuum subsidium exigere.*

32 *Charitatiuum subsidium à personis Clericorum ratione suorum beneficiorum, & propter eorum reditus peti potest.*

33. *Charitatiui subsidij onus sustinent beneficiarij ratione Ecclesiarum, quas habent, & quid si illæ sint in confinio duarum diœcesum, ibid. n. 34.*

34 *Clericus non tenetur soluere charitatiuum subsidium, nisi de fructibus, & redditibus beneficiorum*

35 *Clericus pauper, vt pote quia ex beneficij redditibus nihil habet vltra commodum, & honestum victum, minimè cogi potest ad charitatiuum subsidium præstandum.*

36 *Clericus, si nullum ecclesiasticum beneficium habeat, non est cogendus soluere charitatiuum subsidium, quamuis ampla possideat patrimonia.*

37 *Laici non tenentur ad subsidium charitatiuum soluendum*

38 *Successor in beneficio soluere subsidium cogitur, quod antecessor beneficii non soluit.*

39 *Pensionarius debet pro rata pensionis soluere charitatiuum subsidium, non autem clericus possidens beneficium tenebitur soluere solidum.*

40 *Pensio, seu census imponitur super fructibus beneficii,*

41. *Redditus non dicuntur nisi illi, qui supersunt deducto censu, vel pensione.*

42 *Vsufructuarius tenetur ad collectas, & onera realia, quæ ratione fructuum imponuntur.*

43 *Pensionarius in Iure æquiparatur vsufructuario*

44 *Pensio auctoritate Papæ alicui assignata ex stylo Curiæ, est immunis & libera ab omni onere etiam subsidij charitatiui.*

45 *Charitatiuum subsidium non est soluendum Episcopo de quotidianis distributionibus*

46 *Hospitalia causa communis pietatis extructa quando titulum beneficij habent, obligantur ad subsidium charitatiuum.*

47 *Hospitalia, quæ auctoritate Episcopi constructa non sunt, & fundata, grauari nequeunt onere subsidij charitatiui.*

48 *Capitulum, seu Canonici Ecclesiæ Cathedralis tenentur*

tenentur Epiſcopo ſuo præſtare charitatiuum ſubſidium, quando ab eo petitur ex legitimis cauſis.

49 *Monaſteria non tenentur præſtare Epiſcopo charitatiuum ſubſidium.*

50 *Charitatiui ſubſidij exactio eſt de lege diœceſana, & non iuriſdictionis.*

51 Clem. 1 & 2. de cenſib. *declaratur.*

52 *Fratres S. Ioannis Hieroſolymitani, ſiue eorum Vicarij in Parochialibus Religioni prædictæ vnitis non tenentur, neque compelli poſſunt ad ſolutionem charitatiui ſubſidij.*

53 *Eccleſia exempta non tenentur præſtare Epiſcopo charitatiuum ſubſidium.*

54 *Charitatiuum ſubſidium exigi poteſt ab exemptis reſpectu populi non exempti, quem habent.*

55 Clauſ. Volumus autem, quòd Eccleſia, &c. *eximit à præſtatione charitatiui ſubſidij.*

56 *Subditi præſcribere non poſſunt, vt ſubſidium præſtare non debeant.*

1 CHARITATIVVM ſubſidium ſecundùm Hoſt. & alios, *in cap. conquerente, de offic. Ordin.* & nouiſſimè Tambur. *de iure Abbatum tom. 3. diſp. 10. quæſt. 1. num. 1.* dicitur charitatis auxilium, quia à principio ex Charitate peti debet non per vim extorqueri, vt colligitur ex *c. ex parte de cenſib.* & appellatur ſubſidium, quia ſicut ſubſidiana actio datur, quando deficit propria, & ſpecialis, vt *in §. fin. Inſt. ad leg. Aquil. & in §. fin.* vbi gloſſ. *Inſt. de interdict.* ita ſubſidium petitur, quan-
2 do redditus propriæ Eccleſiæ non ſufficiunt pro oneribus incumbentibus, Bellenein. *in tract. de charitatiuo ſubſidio, q. 14* Guid. Papæ *dec. 371.* Aloyſ. Riec. *in collect. dec. p. 1. collect. c. 2.* Azor. *inſt. mor. p. 2. lib. 9. c. 14. q. 2.*

3 Epiſcopus igitur, & ſuperiores Prælati, data manifeſta, & rationabili cauſa, licitè poſſunt ſubditos cogere, cum charitate tamen, & debito moderamine, ad charitatiuum ſubſidium, quò ſuis conſulant neceſſitatibus, *cap. conquerente, in fine. de offic. Ordin. cap. cum Apoſtolus. verſ. ſuſtinemus autem, de cenſib.* Doctores vtrobique, poſt alios Oldrad. *conſ. 104. & 234.* Lap *alleg. 20.* Duen. *reg. 89.* Palat *in repet. cap. per veſtras notab. 2. §. 27. à n. 10.* Caſſan. *in conſuet. Burgūd. rub. 1. §. 4. gloſ. 6. à n. 13.* Menoch. *de arbitr. caſu 178. nu. 1.* Nauar. *conſ. 7. alias 3. in nouis, de cenſib.* Sayr *in floribus deciſion. ſub eod. tit. dec. 7.* Bellencin. *d. tract. de charitatiuo ſubſidio. q. 1. n. 1.* Cened. *ad Decretal. collect. 115. nu. 6.* Piaſec. *in praxi Epiſcop. p. 2. cap. 1. num. 11.* Azor. *d. cap. 14. qu. 5.* Ratio eſt: quia in his, quæ ad charitatem ſpectant, prout eſt huiuſmodi ſubſidium, illis tenemur obnoxij, à quibus beneficia recipimus. *cap. in officiis 7. de teſtam.* Planè ſubditi à ſuis Epiſcopis, tam in regimine in ordine ad ſpiritualia, quam in ipſorum ſpiritualium miniſterio, maxima accipiunt beneficia, iuxta illud Pauli 1. ad Corinth. 4. *Sic nos exiſtimet homo, vt miniſtros Chriſti, & diſpenſatores myſteriorum*, &c. iuuat teg. *l. ſed etſi 28. §. conſuluit*, ibi *quamuis ad remunerandum*, iūcta gl. *ibidem ff. de petit. hæred.* cum his, quæ de obligatio-
4 ne qua quis tenetur beneficium referre ei, à quo aliud accepit, tradunt Ariſtot. *lib. 8. Ethicor. c. 13.* latè S. Thom. *2. 2. q. 106. art. 1. cum ſeqq.* Fortun. *in l. 1. §. ius naturale illat. 10. ff. de iuſt. & iure.* Cardin. Tuſch. *practic. concluſ. tom. 1. lit. A, concl. 48. num. 1.* Ego ipſe *de axiomat. Iuris vſufreq. axiom. 35. num. 2.* Quamuis aliam rationem, propter quam ſubſidium nuncupetur charitatiuum, præſtiterit poſt alios Bellenein. *d. q. 14.*

Sed illud aduertere opportet quòd quando Epiſcopus à Choro ſuo exigere vult charitatiuum ſub- 5
ſidium, debet facere cum conſilio Capituli ſui, & etiam ipſorum Clericorum, vt per tex. *in c. nouit. & in cap. quanto, de iis, quæ fiunt à Prælatis*, reſoluit Bellencin. *d. tract. qu. 10.* & ſufficit, quòd ſit electus & confirmatus, licèt nondum conſecratus. Bellenein. *d. q. 9* Azor. *d. cap. 14. q. 5. in fine.* quia hoc eſt iuriſdictionis, non Ordinis; *d. c. conquerente, in fine, de officio Ord.*

In quanam quantitate ſubſidium huiuſmodi ſit 6
exigendum, poterit ab aliquibus in dubium reuocari, in quo placet ſequi opinionem Cardin. *in d. cap. cum Apoſtolus, num. 4. verſ. ſeptimò quæro*, vbi dubium à nemine tactum affirmat. Lap *allegat. 37.* ſentit Dominic *in cap. felicis, n. 6. de cenſib. lib. 6.* & Boër. quem refert, & ſequitur Menoch. *de arbitr. caſu 178. num. vlt.* Neque in hoc dignus eſt reprehenſione vir non leuis auctoritatis. Afflict. *dec. 136* dum affirmat decimam annui redditus partem iuſtam eſſe ſubſidij quantitatem: neque enim de iure loquitur, ſed ſuppoſito Concilio Neapolitano de ſolo ſubſidio ſæculari à Rege exigendo, & ideò quoad intentum non applicatur illa quantitas, vt rectè aduertit Menoch. *vbi proximè, nu. 1.* Deinde non ſunt audiendi, qui putant illā quantitatem ſeruandam eſſe, quam Extrauagans Benedicti XII. incip. *Vas electionis*, præfiniuit; quoniam Extrauagans recepta non fuit, vt ex aliis fatetur Menoch. *vbi proximè*; non eſt enim iure aliquo definitum, quantum debeat eſſe hoc ſubſidiū, ſicuti tradunt Nauar. *conſ. 10. in antiq. aliàs 5. in no-
uis, de cenſib.* Sayr. *in floribus dec. ſub illo tit. dec. 10.* 7
Piaſec. *d. n. 11. verſ. neque.* Et in omni euentu nullus cogi debet ad maiorem ſolito contributionem, vt cenſuit S. Cong negotiis Epiſcop. & regular. præpoſit. *ſub die 17. Ianuarij, 1589.*

Papa ab omnibus Clericis, & Eccleſiis poteſt hoc ſubſidium exigere, vt docent Bellenein. *de charitatiuo ſubſidio, qu. 1. n. 2.* Azor. *d. lib. 9. cap. 14. qu. 5. in princip* quia habet adminiſtrationem omnium beneficiorum, *cap. 1. de præbend. in 6 Clem. 1. vel ne pendente*, tum, quia eſt dominus, & Ordinarius Ordinariorum, vt oſtendemus *lib. 1. cap. 2. à princ.* Et ab hoc ſubſidio per Papam impoſito generalis exemptio non cenſetur eximere, Ioan.
And *in c. cūm inſtātia, de cenſib.* Eraſm à Cochier *de* 9
iuriſd. Ordin. in exemptos, part. 4. quæſt. 7. niſi quis ſpeciali priuilegio ab huiuſmodi onere nominatim eximeretur. Bellencin. *d. tract. quæſt. 58. n. 3.* vbi ſubdit, non eſſe præſumendum, quippe quòd illud concedi non conſueuerit, per tex *in d. c. cùm inſtantia*, ibi *, niſi fortè per ſpeciale priuilegium Sedis Apoſtol. quod non concedimus, ſit exempta*, & per tex. *in cap. accedētes, de præſcript.* ibi. *niſi per ſpeciale priuilegium*, &c.

Cardinales, cùm in Eccleſiis titulorum ſuorum
iuriſdictionem habeant, de iure communi, iuxta 10
ea, quæ ſuprà reſoluimus *lib. 1. cap. 5. de dignit. priuil. & offic. Carpin. verſ. 1.* tale ſubſidium petere poſſunt Ioan Monach. *in cap. 1. de maior. & obed. lib. 6.* Bellencin. *de charitat. ſubſid. q. 3* Azor. *d. lib. 9. c. 14. q. 5. verſ. quæres.*

Legatus Papæ, cui commiſſum eſt plenæ lega- 11
tionis officium in ſua prouincia, cùm omnia liberè, & immediatè poſſit quæ quilibet Ordinarius iure, ſine conſuetudine poteſt, vt oſtendimus *ſup. lib. 2. c. 6. de legatis*, habetius exigendi huiuſmodi

subsidium ab Ecclesiis prouinciæ sibi delegatæ
Bellencin. d. tra. de charit. subsid. q. 12 Azor. d. q. 5.
vers. quid dicendum.
12 Patriarcha, Primas, & Archiepiscopus ab Eccle-
siis, & Clericis suæ prouinciæ extra diœcesim suã
iure tale subsidium exigere non possunt. Ratio
est: quia attento iure Archiepiscopi, & cæteri Pri-
mates regulariter non possunt in subditos suorum
Suffraganeorum iurisdictionem exercere, nisi qua-
tenus iure reperitur expressum, cap. conquestus 9.
q. 3. cap. duo simul 9. de offic. Ordin. cap. sicut vnire 8
in fine de excess. Prelat. cap. 1. in princip de foro cõ-
pet. lib. 6. cap. 1 de suppl. negl. Prelat. eod. lib. cũ ad-
ductis per me lib 1. cap. 8. de Archiep. seu Metropol.
Planè nullibi reperitur in iure cautum, quod
Archiepiscopi valeant à subditis Suffraganeorum
exigere subsidium. Igitur, &c. Propter quæ ita
resoluunt Dominic. & alij quos refert & sequitur
Bellencin. d. tract. q. 2. n. 1. Azor. d cap. 14. q. 5. vers.
13 sed dubia questionis est. Non obstat cap. preterita,
de elect. quia respondetur, solum agere de expen-
sis factis à Capitulo vacante Sede pro negotio ele-
ctionis: deinde non loqui de bonis Ecclesiarum
inferiorum, quæ ad Suffraganeos spectant, sed de
bonis Cameræ ecclesiasticæ Patriarchalis, vt rectè
post alios intelligit Bellencin. d. q. 2. n. 6. Sed non
14 inde sequitur, posse Archiepiscopos in nostris ter-
minis subsidium exigere, quamuis solam procura-
tionem, de qua in sequenti cap. agendum erit. Ad
rex verò in d. cap. cum Apostolus. vers. sustinemus au
tem respondetur, intelligendum esse continuatiuè
ad §. prohibemus, immediate præcedentem in sensu
aduersatiuo, in hunc modum. Prohibemus, ne Epi-
scopi subditos suos grauare presumãt talius, & exa-
ctionibus: sustinemus tamẽ, quòd Episcopi pro multis
&c. cũ charitate moderatũ ab eis valeant auxiliũ po-
stulare, atque ita dictus vers. non est referendus ad
§. remotiorem, Quocirca, qui restrictiuè loquutus
fuit circa æquiparationum numerum Lateranensi
Conc. præfinitum. Ratio est: quia in dubio relatio
facienda est ad illud, quod proximè, & immedtatè
antecedit argum. cap. cum dilecti 6. ibi non ad supe-
riorem, &c. de donat. ita in terminis Boër. quem re-
15 fert, intelligit Menoch. d. casu 178. n. 1.
Prælati Episcopo Inferiores iure quidem non
possunt ab Ecclesiis sibi subiectis charitatiuum
subsidium exigere, nisi hoc priuilegio vel consue-
tudine ibi competat, vt bene resoluunt Archidia-
con. in cap. iuxta sanctionẽ 10. quæst. 1. Host. & alij
cum quibus communem dicit Bellencin. d. tract.
q. 4 Abb. in d. cap. cùm Apostolus. num. 6. & Cardin.
n. 1. Cened d. collect. 115. n. 7. ad fin. Duen. reg. 91.
Aloys Ricc. d. collect 52. Azor. d. cap. 14 quæst. 5. vers
quid dicendum. latè Tambur. de iure Abbatum tom.
3. disputat. 10. quæst. 2. num. 1. Pro quibus non leui-
ter expenditur d. cap. cum Apostolus. §. prohibemus,
vers. Archidiacon. verò, aduersatiue ad §. præceden-
tem, vt quamuis Episcopi possint, Archidiaconi
verò, siue Decani minimè: est enim hæc pro-
prietas aduerbij verò, respectu præcedentis dispo-
sitionis c. statutum 11. §. cum verò, iuncto gloss. 1. de
rescript. lib. 6. cum aliis per me citatis in tract. de di-
ctionibus vsufreq. d. 420. n. 1. secundum Lugd. impres.
Deinde expẽditur vniuersalis negatiua, ibi nullas
exactiones, quæ omnes in vniuersum excludit, arg.
cap. solitæ, ad fin. de maiorit. & obed. & aliorũ, quæ
adduximus d. tract. 229. numer. 1. illis exceptis, quæ
lege speciali, vel consuetudine fuerũt introductæ,
planè legẽ nõ inueniemus, quæ inferioribus Præ-
latis circa charitatiuum subsidium exigendum de-
derit potestatem. Igitur, &c. Non obstat cap. di- 16
ctum 94. dist. per quod oppositum tenuit ibi Ar-
chid. sibi contrarius n. 1. quia respondetur magis
pro nostra sententia adduci posse, vt per Bellẽcin.
d. §. 4. solum enim arguit à maiori ad minus, in
hunc sensum, si Episcopis non licet in Presbyteros
tyrannidem exercere, à fortiori nõ licebit Archi-
diaconis: deinde tex. ille dicat, Episcopis non li-
cere, satis demonstrat, non agere de subsidio
charitatiuo, quod satis liquet, vt palã est. Nec etiam
obstat, quod Concil. in præfatione d. §. prohibemus.
in vers. sustinemus, concesserit Episcopis potestatẽ
exigendi charitatiuum subsidium, quod postea
censeri debet repetitum infra vers. Archidiaconi 17
circa Prælatos inferiores, nã dicta in præfationibus
alicuius dispositionis censentur in fine repetita.
l. Titia 1. 4. §. 1. ff. de verbor. oblig. item quia 4. 5. vlt.
ff. de pact. Bart. in l. pact. nouissima. C. illo tit. Iason in
l. si quis in fundi vocabulo, n. 39. ff. de leg. 1. 1. Ca-
gnol. in l. 2. num 196. C. de pactis interempt. quia re-
spondetur, hanc doctrinam procedere, quando
in præfationibus fit mentio, quòd inferiùs aliquid
apponit: tunc enim, etsi expresse non apponatur,
repetitum censetur, non autem quando in præfa-
tionibus nulla eius rei facta mentio reperitur, vt
in d. §. prohibemus vbi de solis Episcopis fit mẽtio
circa exactionẽ subsidij, de inferioribus verò Præ-
latis in dubio: non autem, vbi ex coniecturis aliud
deprehenditur, vt in d. §. prohibemus ex aduersati-
ua Archidiaconi, verò & ex vniuersali negatiua
nullas, vt suprà explicauimus.
Vnde Abbates, vel Priores non posse exigere 18
charitatiuum subsidium ab Ecclesiis sæcularibus,
vel Regularibus Monasteriis sibi non pleno iure
subiectis resoluit Bellencin. d. tr. q. 5. vbi n. 2. ex
Cald. cons. 3. de censib. addit Præpositum, siue Præ-
fectum totius Ordinis regularis posse huiusmodi
subsidium petere à Monasteriis Ordinis sui pro
sũptibus necessariis ad gubernationem Ordinis, si
aliunde ratione præfecturæ non habeat bona, quæ
ad onus sustentandum destinata sufficiant, de quo
Tambur. d. disp. 10. q. 2. num. 2. vbi n. 4. de Abbati-
bus habentibus territorium & diœcesim.
Coadiutor, seu administrator datus Episcopo 19
per Papam, vel Ecclesiæ Cathedrali vacanti potest
à subditis illius Ecclesiæ exigere charitatiuum sub-
sidium, ad not. in c. is cui, de elect. lib. 6. & in c. in fin. 20
de suppl. negl. Prælat. eod. lib. Bellencin. d. tract. q. 8.
Idem de commendatario perpetuo Ecclesiæ Cathe-
dralis aiunt Bellencin. vbi sup. q. 6. Azor. d. q. 3.
vers. Commendatarius Tambur. d. disp. 10. q. 2. n. 3. 21
Vicarius generalis Episcopi non potest tale subsi-
dium exigere, nisi speciali ipsius Episcopi mandato:
hoc enim nullo iure est illi concessum, & proinde
in generali mandato, quod accipit ab Episcopo,
non continetur, Bellencin. q. 21. Azor. d. c. 14. q. 5.
vers. Vicarius.
Causa autem ad tale subsidium exigendum de- 22
bet esse manifesta & rationabilis, ne subditi gra-
uentur, plusquam par est, vt dicitur in dict. c. con-
querente, & in dict. c. cum Apostolus, §. prohibemus.
Quænam dicatur manifesta, & rationabilis causa
quoad intentum, nil certum in iure definitur, sed
arbitrio Iudicis relinquendum arbitrantur, gloss.
verb. rationabilis in d. §. prohibemus. recepta, vt per
Abb. num. 4. in fine, Card. num. 2. Anton. num. vlt.
Cardin. in Clem. 1. §. 1. num. 4. de excessib. Prælat.
Hippol. in l. quæstionis modum, num 6. ff. de quæst.
Bellencin. dict. tractat. quæst. 16. numero 6. alii, quos
refert & sequitur Menoch. dict. casu 178. num. 2.

me citato *in hoc loco* Tamburin. *d. disp.* 10. *q.* 3. *num.* 2. Pro quibus adducitur in simili *c. non minus* 4. *prope fin, ibi, aspexerint. iuncta glos. verb. tantam necessitatem, de immun. Eccles.* Illud addo, in dubio causam rationabilem præsumendam non esse: quia text *in d. c. cùm Apostolus* §. *prohibemus*, non solum requirit causam rationabilem, sed quòd sit manifestè talis vt casum dubium excludat, aduertit doctè Bellencin. *d. q.* 18.

24 Plures rationabiles causas ad huiusmodi subsidium exigendum cumulant Doctores, quarum septem vti principaliores referam, & prima est, si exigat pro sua consecratione, & Bullis expediendis, Granmat. *decis.* 88. quem refert Aloys. Ricc. *d. collect.* 52. dummodo expensas factas non excedat, vt censuit S. Cong. Episcoporum *sub die* 24. *Maij*, 1583. vel pro solutione debitorum, quæ Episcopus contraxit pro suæ Ecclesiæ iure tuendo, videlicet, quando multa, & magna sunt debita, & aliunde ex bonis Ecclesiæ solui commode nequeunt. Butr. & Imol. *in dict. cap. conquerente* Piasec. *in praxi, Episcop. p.* 2. *cap.* 22. *n.* 11. Azor *d. cap.* 14. *quæst.* 4. *in*

25 *princip.* Tambur. *d. disp.* 10. *quæst.* 3. *n.* 3. Secunda, si Episcopus magnas fecerit expensas in negotiis totius diœcesis communibus pertractandis. Azor. *dict. c.* 14. *q.* 4. *vers. secunda*, vel si lites magnæ in bonis Ecclesiæ moueantur. Menoch. *d. casu* 178. *num.* 12.

26 Tambur. *d. disp.* 10. *q.* 3. *num.* 4. Tertia, si pro fabrica suæ Ecclesiæ, vel alia re continente illius publicam vtilitatem, vel conseruationem, fecerit magnam emptionem, Oldrad. *cons.* 140. *incip. Circa propositam q.* Bellencin. *d. tract. q.* 19. Azor. *d. q.* 4. *vers. tertia.* me citato *in hoc loco* Tamburin. *d. disp.* 10. *q.* 1. *n.* 5.

27 Quarta, si iter facturus sit ad Papam, vel Imperatorem, aut Regem ob suæ Ecclesiæ, vel diœcesis, aut etiam totius Ecclesiæ generalis commune bonum, Innoc. *in c.* 1. *circa fin de statu Mon.* Bellenc. *d. tract. q.* 2. Azor. *d. q.* 4 *vers. quarta* Menoch. *d. casu*

28 178. *n.* 9. & 10. Quinta, si visitaturus sit Apostolorum Limina, vt iusiurandum impleat, iuxta formam *cap. Ego N. in fine, de iureiur. & constitut.* Sixti V. Bellencin. *d. q.* 20. *vers. vel quando.* Azor. *d. q.* 4. *vers. quinta.* Piasec. *d. c.* 2. *n.* 11. Sexta, si velit ire ad Con-

29 cilium Prouinciale, Bellenc. *d. tract. q.* 21. Iacobat. de Concil. *lib.* 1. *art.* 5 *fol.* 110. *col.* 1. Piasec. *d. c.* 2. *num.* 11. Tambur. *d. disp.* 10. *q.* 3. *num.* 7 Lauret. de Franchis *de controu. inter Episcopos & Regul. in q. var. q.* 71. *prope fin. vers. tertia*, vbi de aliis causis. Marc. Anton. Genuens. *in praxi Episc. Neapolitana cap.* 71. *n.* 8. Azor. *d. q.* 4. *vers. sexta.* Quarant. *in sum. Bullar. verb. Concilium Prouinciale, num.* 8. vbi intelligit quando Episcopus esset pauper, qui non haberet ad fa-

30 ciendum expensas. Septima, si impensas necessarias, & alicuius momenti fecerit in aduentu Imperatoris, vel Principis, præsertim si ab eo habeat Regalia, dummodo Clericos, & Ecclesias nimium in hoc grauare, vel ad hoc compellere non debeat, Bellenc. *dict. tract. q.* 21. Azor. *dict. quæst.* 4. *vers. septima*, me citato *in hoc loco* Tambur. *d. disput.* 10. *quæst.* 3. *nu-*

31 *mero* 8 Et existente qualibet ex prædictis causis, potest Episcopus non solùm semel, sed etiam pluribus vicibus, quoties, scilicet rationabilis causa subsit, charitatiuum subsidium exigere, Bellencin. *d tract. quæst.* 23. Remig. *quæst.* 32. Azor. *dict. capit.* 14. *quæst.* 8.

32 Restat nunc videre, à quibus personis charitatiuum subsidium exigi possit? In primis à personis Clericorum ratione suorum beneficiorum, & propter eorum redditus peti posse, per text. *in dict. cap. conquerente, & in d. c. cùm Apostolus*, docent Nau. *cons.* 10. *in antiq. alias* 5. *in nouis, sub tit. de censib.* Sayr. *in floribus decis. sub eodem tit. decis.* 10. siue bona, siue mala fide possessor beneficij sit, Azor. *dict. c.* 14. *q.* 6. *vers. Cleric.* Si verò contingat, vt Clericus Ecclesiam habeat in vna diœcesi, in alia verò præ- 33
dia, & possessiones, ex quibus fructus beneficij percipit, debet soluere subsidium Episcopo, in cuius diœcesi est Ecclesiæ: quia tale onus sustinent beneficiarij ratione Ecclesiarum, quas habent. Ita Bel- 34
lencin. *d. tract. q.* 35. Azor. *d. q.* 6. *vers. quid dicendum.* At si Ecclesia in confinio duarum diœcesum existat, ambo Episcopi se concordare debent, vt alternis vicibus subsidium exigant, arg *Clem plures, de iurepatron.* quòd si conuenire renuant, tunc iure poterit Archiepiscopus præcipere, vt conueniant, eò quòd talis eorum discordia est Ecclesiæ damnosa. Ita Bellencin. *quæst.* 52. Azor. *dict. quæst.* 6 *vers. quid dicendum.*

Cùm ergo Clericus non teneatur soluere huius- 35
modi subsidium, nisi de fructibus, & redditibus beneficiorum, vt docent Bellencin. *d. tract. q.* 31. *n.* 1. & 2. & *q.* 33. & 34. *in princip.* Remig. de Gonni *in simili tract. q.* 37. *cum seq. & q.* 40. & 41. *in princ.* Monet. *de distrib. quotid. p.* 3. *q.* 9. *n.* 21. *in princ.* si ille pauper fuerit, vtpote quia ex sui beneficij redditibus nihil habet vltra commodum, & honestum victum, minimè cogi poterit ad tale subsidium præstandum: nam certè grauaretur, si eorum victus minueretur. Ita Bellencin. *d. tract q.* 30. Quaranta *vbi suprà*, Piasec. *d. c.* 2. *n.* 11. Azor. *d. q.* 6. *vers. quid dicendum*, Monet *d q.* 9. *n.* 22. *in princip.* sicut nec etiam cogendus foret, si nullum ecclesiasticum beneficium habeat, quamuis ampla possideat patrimonia, Bellencin. *q.* 31. Azor *d. q.* 6. *vers. insuper.* Vnde à fortiori non 36
tenerentur laici, vt colligitur ex *c. quia cognouimus* 37
10. *q.* 3. Quamuis enim *in d.* §. *prohibemus* indistinctè habeatur, posse Episcopum huiusmodi subsidium à subditis petere, & tam Clerici, quàm laici tales dici possunt, tamen de Ecclesiasticis hoc est intelligendum, vt loquitur *d. c. conquerente*, & aduertunt Bellencin. *d. tract. quæst.* 26. Azor. *dict. c.* 14. *quæst.* 6. *in princip.*

Successor in beneficio soluere subsidium cogitur, 38
quod antecessor beneficij non soluit, arg. *l. Imperatores ff. de expensis, & l. hactenus ff. de vsufr.* resoluunt Bellencin. *d. tract. q.* 51. Azor. *d. q.* 6. *in fine*, vbi subdit posse Episcopum conuenire successorem, vel antecessorem, si adhuc viuus sit, vt maluerit, & subsidium petere.

Pensionarius debet pro rata pensionis soluere cha- 39
ritatiuum subsidium; non autem Clericus possidens beneficium tenebitur soluere solidum, seu pro omnibus fructibus, ex seqq. Primò, quia census, vel 40
pensio imponitur super fructibus beneficij. Bellencin. *d. tract. q.* 37. *n.* 2. Gig. *de pensionib. quæst.* 38. *in princip.* Ergo, cùm exactio subsidij fiat ab Ecclesiis iuxta redditus, seu fructus illarum, *dict. cap. conquerente*, ibi, *pensatis facultatibus*, & ibi, *non amplius ab eis exigas*, fit consequens, veluti onus reale diuidendum fore inter beneficij possessorem, & pensionarium pro rata fructuum perceptorum. Iuuat in simili *capit. tua nobis* 26. *prope fin. de decim.* vbi onus soluendi decimas quod reale est, *capit. pastoralis.* 28. *vers. fructus autem, illo titul.* diuiditur inter colonum, & dominum fundi ad effectum, vt vnusquisque pro rata ex fructibus, quos perceperit, decimas soluere teneatur: sic aliàs pensionarius pro rata tenetur contribuere pro seminario,

Concil.

Concil. Trid. sess. 23. de reform. cap. 18. vers ad hanc
41 autem. Vlteriùs facit quòd redditus non dicuntur
nisi illi, qui supersunt deducto censu, vel pensione,
quæ non dicitur esse in suis redditibus, antecedens
constat ex l. non ampliùs 26. in princip. ff. de legat. 1.
42 sed si hoc 61. §. 2. ff. de condit. & demonstrat. Vlti-
mò suadetur idipsum: quia vsufructuarius tenetur
ad collectas, & onera realia, quæ ratione fructuum
imponuntur, l. hactenus 3. l. arbores 66. in fine, ibi, ad
vsufructuarium pertinet. l. si pendentes 34. § si quid
cloacarum, cum aliis ibidem, ff. de vsufr. & quemad-
modum. l. quaro 28. ff. de vsufr. leg. vbi Bart. & Do-
ctores communiter, Iasnn in l. res obligata. n. 10. ff.
de leg. 1. Peralta in l. si quis seruum, in princip. illo
titulo. Gigas d. q. 38. n. 1. Pinel. in l. 1. cap. de bonis
43 mater. p. 2. n. 72. vers septimò, ex supradictis, Gam.
Lusitania decis. 145. Sanè pensionarius in Iure æqui-
paratur vsufructuario, post alios Gig. vbi proximè
num. 2. Igitur, &c. Propter quæ hanc partem se-
quuntur plures, quos refert, & sequitur Bellencin.
d. q. 37. Gig. d. quæst. 38. Azor. d. c. 14 q. 6. vers. si qua
ras Flamin. Paril. de confident. benef. q. 23. n. 7. Trul-
44 lench. in Decalog. lib. 1. cap. 8. sub 18. n. 2. Sed reuera
Curiæ stylus habet, vt pensio auctoritate Papæ assi-
gnata alicui sit immunis, & libera ab omni onere
etiam subsidij charitatis; Tambur. d. tom. 3. disp 10.
q. 1. n. 7. & ideò quando Papa Clerico pensionem
assignat liberam ab omni subsidio charitatis, Re-
ctor beneficij debet ex toto illud soluere.
De quotidianis distributionibus non est soluen-
45 dum Episcopo charitatiuum subsidium: quia illud
soluere non tenentur Clerici, nisi de fructibus, &
redditibus beneficiorum, vt suprà ostendimus: no-
mine autem fructuum, & beneficiorum non con-
tinentur quotidianæ distributiones, vt suprà vidi-
mus hoc lib. cap. 18. de distribut. quotid. paulò post
princip. Et ideò sic docent Bellencin. d. tract. q. 76.
Gōzal. ad reg. 8. Cancel. 7. proœm n. 174. Monet. de
distribut. quotid part. 3. q. 9. à num. 19. Tambur. dict.
tom. 3. disp. 10. q. 1. n. 10. me citato in hoc loco Trul-
lench in Decalog. lib. 1. c. 8. dub. 17. n. 5.
46 Hospitalia causa communis pietatis extructa,
quando titulum beneficij habent, obligantur ad sub-
47 sidium, Bellencin. d. tract. q. 38. Azor. d. cap. 14. q. 6.
in vers. sic si roges, qui etiam resoluunt, quòd si hu-
iusmodi Hospitalia auctoritate Episcopi fundata non
sint, grauari nequeunt onere subsidij; quia religiosa
& sacra loca non sunt, & possunt ad profanos vsus
redire priuata fundatoris auctoritate; secùs tamen
si Episcopi auctoritate fundentur, cùm ab illis sicut
ab Ecclesiis suæ diœcesis exigere subsidium chari-
tatis, & alia iura episcopalia Episcopus possit.
48 Capitulum, seu Canonici Ecclesiæ Cathedralis
tenentur Episcopo suo præstare charitatiuum subsi-
dium, quando ab eo petitur ex legitimis causis, de
quibus dictum est suprà, quia fortiùs ipsi debent ei
subuenire, quàm cæteri, cùm dignius sit quòd mem-
bra subueniant capiti suo, quàm extraneis, arg. cap.
cùm non liceat. de præscript. c. requisisti, de testam.
docent Bellencin. d. tract. q. 27. Remig. Gonni in
simili tract. q. 38. Monet. d. q. 9. num. 20.
49 Monasteria non tenentur præstare Episcopo cha-
ritatiuum subsidium. Ita Ioan. Andr. Butr. Imol.
in c. dilectus, de offic. Ordin. Innoc in c. 1. de statu Mo-
nach. Bellencin. d. tract. q. 26. Remig. in simili tract.
q. 21. Fr. Emman. quæst. regul. tom. 2. q. 66. art. 1. & 2.
Azor. d cap. 14. q. 6. vers. item non potest. Tambur. d.
tom. 3. disp. 10. q. 4. à n. 1. & admittit stante consue-
tudine Lauret. de Franchis in controuers. inter Epi-
scopos & Regulares in var. quæst. q. 71. Ratio est: quia
exactio charitatiui subsidij est de lege diœcesana,
& non iurisdictionis. Bellencin. vbi sup. quæst. 28. 50
Erasm. à Cochier de iurisd. Ordinarij in exemptos,
quæst. 25. num. 8. à qua lege diœcesana Monasteria
sunt exempta, c. ne pro cuiuslibet. 16. q. 1. & c. 1. de sta-
tu Monacho.
Non obstat Clem. 1. & 2. de censib. vbi dicitur 51
Religiosos debere soluere iura episcopalia, & subire
onera, nisi se tueri possint speciali priuilegio Papæ,
& consuetudine: quia respondetur, ibi sermonem
esse de Monasteriis habentibus Ecclesias sæculares
sibi subiectas, quæ Ecclesiæ, antequam Monasterio
subiicerentur, soluere consueuerant Episcopo tale
subsidium charitatis, & alia iura episcopalia, ac pro-
inde censentur vnita Monasterio cum suo onere,
cum quo transiuit res, cap. pastoralis, de decim. cap.
quia Monasterium, de relig. Domib. ita Azor. loco
proximè citato, Erasm. à Cochier d. num. 9. vers. limi-
ta primò. vbi in vers. limita secundo, subdit quòd, si
Monasterium habeat populum, ratione illius tene-
bitur ad omnia, quæ sunt legis diœcesanæ, & per
consequens ad charitatiuum subsidium, me citato
in hoc loco Tambur. d. tom. 3. disp. 10. q 4. n. 6. vers.
nec obstet.
Fratres S. Ioannis Hierosolymitani, siue eorum 52
Vicarij in Parochialibus Religioni prædictæ vnitis,
non tenentur, neque compelli possunt ad solutio-
nem charitatiui subsidij, vt censuit S. Cong. Conc.
in Augustana 4. Decembris, 1630.
Exemptæ Ecclesiæ non tenentur præstare Epi- 53
scopo tale subsidium, vt per Card. in Clem. frequens
§. nonnulli in 3. oppos. de excessib. Prælat. vbi An-
char. in vers. 8. notat Bellencin. d. tract. quæst. 32.
Azor. d q. 6. ver. item non potest. Erasm. à Cochier de
iurisdict. in exemptos, p. 4. q. 9. per totum. quod maxi-
mè procedit, si exemptio sit data cum plena liber-
tate, id enim importat exemptionem, non modò à
iurisdictione, sed etiam ab omnibus, quæ sunt de
lege diœcesana, inter quæ charitatiuum subsidium
numeratur, vt supra dictum fuit: ita Bellencin. dict.
q. 32. n. 8. Erasm. à Cochier. d. q 9. n. 1. Limitatur ta-
men primò, nisi exempti haberent populum non 54
exemptum, quia eius respectu exigi posset huius-
modi præstatio. Bellencin. d q. 32. n. 5. vers. & pro ta-
tibus. Erasm. à Cochier. d. q. 9. n. 2. Limitatur secun- 55
dò, nisi in priuilegio exemptionis apposita esset
clausula vulgaris, videlicet. Volumus autem, quod
Ecclesia huiusmodi exempta cum charitate, Priori
cum Episcopo suo remaneat. Abb. cons. 102 incp. Om-
nipotentis Dei postulato suffragio, vol. 1. Bellencin.
d. q. 32. in fine. Erasm. a Cochier. d. p 1. q. 9. n 9. &
p. 4. q. 9. n. 3.
Subdiri præscribere non possunt, vt subsidium 56
præstare non debeant: quia hoc esset præscribere
contra charitatem, & sic præscriptio non posset ha-
bere iustam causam, seu iustum fomentum, tum,
quia petere tale subsidium, pendet à facultate supe-
rioris causa rationabili subsistente, ideò ibi non cur-
rit præscriptio, quæ non currit in iis, quæ sunt fa-
cultatis, iuxta notata per Innocentium in c. cùm Ec-
clesia Sutrina, de causa possess. & in c. bone, il. 2. de po-
stul. Prælat. Quare ita resoluunt Bellencin. d. tract.
q. 50. Azor. d. c. 14 q. 7.

CAPVT

CAPVT XXII.

De Procuratione

SVMMARIVM.

1 *Verbum*, procuro, *accipitur pro sustento, & procuratio*, *pro sustentatione*.

2 *Procuratio in tres species diuiditur.*

3 *Procuratio vnica est, quamuis modi, quibus inducitur varii sint.*

4 *Possessio est vnica, quamuis plures, & varii sint modi, quibus acquiritur.*

5 *Procuratio apud Pontifices passim dicitur sustentatio, vel refectio illa, quae Ordinariis ratione visitationis, vel legatis Apost. iure legationis debetur.*

6 *Procuratio moderata & honesta esse debet, attentis facultatibus Ecclesiarum, & omnibus aliis circumstantiis, prout necessaria visitantium, & suorum refectio postulauerit.*

7 *Procuratio, qua ratione visitationis annexa fuerit statuta? ostenditur.*

8 *Procuratio visitationis, iure communi attento, debetur etiam ab Ecclesiis sitis intra ciuitatem, in qua visitans ipse commoratur, domum & familiam habet, secus attento Concilio Tridentino*

9 *Simonia vitium cessat in procuratione exigenda eam non in pretium visitationis, sed in stipendium laboris concedatur.*

10 *Visitare semel in anno potest Praelatus, & vnicam recipere procurationem, nisi data causa intellexerit oportere pluries visitare.*

11. *Episcopus, quamuis pluries visitet, non potest plures quàm binas exigere procurationes.*

12. *Episcopus non potest pro annis futuris procurationem ratione visitationis exolue adam remittere.*

13 *Procurationum pro solutione an sint tantummodo obligati Ecclesiarum redditus, an verò laici quoque contribuere teneantur, ostenditur.*

14 *Procuratio soluenda est Episcopo visitanti beneficium à Cardinali possessum.*

15 *Hospitalia, Oratoria, & alia pia loca ecclesiastica auctoritate erecta non teneatur Episcopis soluere prourationem.*

16 *Hospitalia sola data in titulum, vel administrationem, si habeant beneficia annexa, vel redditus, aut prouentus ecclesiasticos, tenentur soluere pro seminario.*

17 *Procuratio à solis locis visitatis debetur.*

18 *Procurationes visitationum soluere non adstringantur ij, qui non fuerant visitati.*

19. *Regulares a procurationum contributionibus sũt omninò liberi, nisi Parochialem aliquam Ecclesiam Conuentui suo vnitam haberent.*

20 *Praescriptio omnis prohibetur contra procurationem ratione visitationis iure communi debitam manente visitandi onere.*

21 *Praescriptio admittitur contra procurationes, quae ratione visitationis iure aliquo speciali debẽtur.*

22 *Procuratio praescribi potest insimul cum visitandi onere.*

23 *Praescriptio omnis prohibetur contra procurationem, siue totum siue partem.*

24 *Praescriptio contra procurationem non prohibetur respectu modi.*

25 *Praescriptio prohibetur contra procurationem futuram, ne scilicet, in futurum eximatur quis à solutione illius.*

26 *Praescriptio non valet, per quam Clerici in praeiudicium aliorum eximuntur à procuratione, ita vt reliqui ad integram procurationem teneantur.*

27 *Ecclesia speciali priuilegio exempta an teneantur ad procurationem, ostenditur.*

28 *Procuratio non debetur Episcopo visitanti Ecclesias Parochiales vastas, & dependentes à Religione Hierosolymitanà Vicariis earundem Ecclesiarum.*

29 *Priuilegium speciale quare potens sit eximere à procuratione, praescriptio verò minimè, ostenditur, & nu. 30. cum seqq.*

30 *Priuilegium in quacumque materia, & praescriptio immemorialis, si non in vim praescriptionis, saltem in vim priuilegij aequiparantur.*

31 *Praescriptio in quibus rebus simpliciter, & absolutè prohibetur, agens non alleget tempus immemoriale, in vim praescriptionis; quia succumbet, sed potius allegare debet titulum, vel priuilegium, & ad illius probationem docere de immemoriali possessione.*

32 *Praescriptionem simpliciter, & absolutè si lex prohibeat, nulla praescriptio, quamuis longissima, qua talis, potest priuilegio aequiparari.*



VLTRA plures acceptiones, de quibus per Calepin. Thesaur. & 1
alios, verbum *procuro*, accipitur
pro sustento; & *procuratio*, pro sustentatione, vt ex aliis obseruant
idem Calepin. & Thesaur. in quo
sensu frequenter Iure Canonico procuratio importat sustentationem, quae aliquando prandium, interdum conuiuium, nonnunquam refectio dicitur;
de qua passim *in tit. de censibus*, *in Decretalibus*,
Sexto, *& Clem.* & iuxta hanc acceptionem procu- 2
ratio in varias species distribuitur, vt per glos. & Doctores, *in c. accedentes*, *de praescript. glos.* 1. & omnes
in cap. procurationes, de censib. meminit *Clem.* 2. ibi,
de consuetudine, vel de iure, & in vers. ipsis, eod. tit.
Marian. *de visitat. n.* 3. in effectu Pauin. *in simili tract.*
p. 1. *q.* 4. *n.* 21. *& q* 9. *n.* 34. Fosc. *de visit. lib.* 1. *c.* 1. *n.* 1.
Communis diuisio tres species considerat, quarum
vna debetur ratione visitationis, vt constat *ex c. cùm
ex officij. vers. nos igitur, de praescript. c. cùm venerabilis, d. c. procurationes, in princip. cap. cùm nuper.* 25. *de
censibus, cap.* 1. ibi, *procurationes a locis tantum recipere visitatis*, *eodem tit. lib.* 6. Altera ex vi consuetudinis, vel alterius iuris specialis, *cap. seruitium,
in princip.* 18. *quaest.* 2. *cap. scientes* 3. *de censibus*, iuncta regula *capit. cùm Apostolicum* 42. *de simon.*
Tertia, ex pacto legitimè celebrato, tempore, scilicet, fundationis, *c. Eleutherius*, ibi, *tempore*, *quo*,
&c. 18. *q.* 2. *cap. praeterea* 23. *vers. praesenti, de iurepatr. cap. quanto* 26. *de censib.* ibi, *ab ipso primordio*,
& ibi, *procurationem ecclesiasticam*, &c. Vnica tamen
est procuratio, quamuis modi, quibus inducitur, 3
varij sint, sicut aliàs secundùm veriorem senten- 4
tiam vnicam dicimus esse possessionem, Alciat. *in
l.* 1. *n.* 22. vbi Doct. *ff. de acquir. possess.* Cou. *in reg.
peccatum, p.* 2. *in initio, n.* 4. Valasc. *de iure emphyt. q.*
18. *num.* 5. per text. quem sic intelligunt, *in l.* 3. *§. tot.
sunt genera, vers. & in sum. ff. de acquirenda possess.*

quamuis

quamuis plures & varij sint modi quibus acquiritur, veluti in traditione clauium, in conspectu rei, *l. clauib. 74 ff. eod. tit.* in constituto *l. quod meo 18. in princ. ff. eod.* in reseruatione vsusfructus, *l. quisquis C. de donat.* Et denique ex vi consuetudinis, de qua *in c. 2. de consuet.*

5 Procuratio igitur apud Pontifices passim dicitur sustentatio, vel refectio illa, quæ Ordinariis ratione visitationis, vel Legatis Apost. iure le gationis debetur. De prioribus agit *cap. conquerente, de offic. Ordin. dict. cap procurationes, dict. cap. cum ex officij*; de posterioribus verò *dict. cap. accedentes, cap. cum instantia, de censibus. Clement. 1. eodem*

6 *tit.* Intellige procurationem huiusmodi moderatam & honestam esse oportere, attentis facultatibus Ecclesiarum, & omnibus aliis circumstantiis, prout necessaria visitantium, & suorum refectio postulauerit, *cap. sopita, 14. in fine, dict. cap. cum instantia, 17. vers. sanè dict. cap. cum venerabilis, ad fin. de censibus, dict. cap. conquerente, cap. vlt. prope fin. 10. quæst.. vlt.* Sic enim finis per institutionem prætensus obtinebitur, & visitantes, non quæ sua sunt, quærere videbuntur; subditique minùs onerabuntur, quod citata Iura summopere intendunt. Quamobrem Concil. Lateranen. *in capit. cum Apostol. 6. de censibus*, certum equorum numerum præfiniuit, quos secum ducere possent Prælati visitantes: prohibuitque, ne canibus, & auibus venatoriis vterentur: qua de re vltra Doctores ibidem, vide latè nouitiores citatos per Cened. *ad Decretal. collect. 115. à princip.* Dixi *attentis facultatibus Ecclesiarum*, tum propter text. *in d. c. sopita* vbi gloss. *verb. facultates d. cap. cùm Apostolus vers. sanè d. cap. conquerenti*, ibi, *pensatis facultatibus*, tum vel maximè, ne aliàs insurgeret iniquitas, quòd Ecclesia pauperior æquè, vel plus contribuere cogatur ad procurationem, quam opulenta, & redditibus affluens, iuxta text. *in dict. vers. sanè.* Dixi, *prout necessaria visitantium*, &c. tum vt reiicerem epulas, *d. cap. cùm Apostolus, vers. neque sumptuosas*, vbi gloss. & omnes: vnde S. Hieronymus, *in cap. Ecclesia 35. dist.* acriter inuehitur in Prælatos, qui lauta conuiuia, & epulas multo labore conquisitas procurant, quibus æterna præparati tormenta ex Euangelij loco testatur; quæ vtinam Prælati in vita perhorrescant, *capit. gloria Episcopi 12. quæst. 2.* tum etiam, vt significarer refectionem illam in victualibus, non verò in pretio pecunia numerato inuitis Ecclesiis exigi posse, *cap. 1. §. procurationes*, ibi, *in victualibus expensas tantum recipiat*; quinimò nec volentibus, *cap. 2.* ibi, *pecuniam, vel etiam à volente, de censibus in 6*, innouatum hodie quoad pœnas per Concil. Trid. *sess. 24. de reformat. c. 3.* quamuis postea iure nouiori à Bonifac. VIII. *in c. 3. illo tit. in 6.* aliud fuerit statutum, vt consentientibus Ecclesiarum Rectoribus possent visitantes pecuniam recipere, ibi, *victualium.* Qua in re considerandum est cum glos. *verb. concedimus, in d. cap. Felicis*, Bonifacium ius nouum constituisse respectu Gregorij X. quia *in dict. capit. 2.* contrarium disposuerat, interim tamen se reduxisse ad ius antiquum, quo id ipsum iam fuerat statutum *in cap. relatum 10. quæst. 3.* hodie tamen seruabitur dispositio sacri Concil. Trid. *d. c. 3. prope fin. vers. exceptis tantum, & vers. si tamen.* Quibus ita præmissis, ad dubia aliqua venio in hac materia non contemnenda.

7 Primò quæro. Qua ratione procuratio visitationi annexa fuerit statuta, & quare lex Canonica eam constituerit ab Ecclesiis visitatis præstandam esse, Archiepiscopis & Episcopis visitantibus, quibus pro spiritualium administratione ad congruam eorundem statum, & onerum sustentationem assignantur redditus opulenti, qui pro his omnibus satis sufficiunt, arg. *cap. cùm ab omni, vers. nos, de vita, & honest. Cleric.* Varias rationes congerit Marian. *de visit. numer. 37.* inter quas probabilior videtur illa, quæ colligitur *ex dict. capit. cùm ex officij, vers. quia secundum, & ex cap. si Episcopus, de offic. Ord. lib. 6.* scilicet, quòd cùm visitantes spiritualia seminent in vtilitatem Ecclesiarum, quas visitant; merito ab eisdem participant procurationes, & temporalia in sustentationem: licet enim redditus Episcopatus, vel Archiepiscopatus sufficiant etiam ad huiusmodi opus visitationibus peragendum, nihilominus lex Canonica prudenter intellexit, ne commune negotium bono publico magis è contrariemens, sed faciliùs expediatur, & vt visitantes magis alliciantur, neque pertimescant difficultatem in victualibus de loco ad locum deferendis, aut in eisdem inquirendis per Episcopatum, vel prouinciam, satius, & vtilius esse procurationes visitantibus solui, vt sic toti incumbant visitationi, & prouentus, quos illi interim non expendunt, cedant in alios vsus, & necessitates communes, vt benè considerant Abb. *in dict. cap. cùm ex officij, num. 9. & in dict. cap. procurationes, num. 5.* Marian. *vbi supra*, & alij, sic in simili, vt Episcopi ad Synodum celebrandam alliciantur, statutum fuit, vt Cathedraticum in honorem Cathedræ solueretur ab omnibus vocatis ad Synodum, vnde & Synodaticum dicitur, pro quo duo solidi, id est, duo aurei persolui iubentur, *d. cap. conquerente, vbi glos. & c. placuit. 10. q. 3.* glos. *in sum. ead. quæst.* Bottz. *de Synodo, n. 38. & 81.* Con. *de numismat. c. 3. §. 2. n. 8.* iunctis his, quæ diximus hoc *li. c. 19. prope fin. vers. præterea est sciendum.* Habet autem solutio in Synodo, vt Episcopi ad Synodum conuocandam faciliùs inuitarentur, nec reformidarent maiores expensas tunc futuras: sic sanè iure communi attento, procuratio visitationis debetur etiam ab Ecclesiis sitis intra ciuitatem, in qua visitans ipse commoratur, & domum & familiam habet, *c. venerabili 14. de censib.* vbi Doctores, Marian. *vbi suprà n. 35. ad med.* Surd. *de aliment. tit. 4. q. 22. n. 9.* Bellet. *disquisit. cleric. p. 1. tit. de bonis Cleric. §. 11. n. 2.* Azor. *instit. mor. p. 2. lib. 3. c. 24. q. 4.* Quamuis attenta noua dispositione Concilij Trident. *d. c. 3.* ibi, *pro temporis tantùm necessitate*, contrarium sit omninò resoluendum, quando Episcopus posset redire ad domum, vt tenet Marc. Anton. Genuens. *in pract. Archiepiscop. Neapol. c. 35. n. 9.* quem refero Ego ipse *de officio, & potest. Episcopi, part. 3. allegat. 73. num. 46.* & ita declarasse Sacram Congreg. testatur Piasec. *in praxi Episcopi, part. 2. cap. 3. num. 65. vers. dum autem visitat.* Cessat igitur simoniæ vitium in huiusmodi procuratione exigenda, cùm non in pretium visitationis, sed in stipendium laboris concedatur, ex Sanct. Thom. 2. 2. *quæst. 100. art. 3. ad 3.* Sot. *lib. 9. de iustit. quæst. 6. art. 2. vers. addit autem*, qui tamen putat Episcopis habentibus aliàs redditus pingues, ex quibus sustentari valeant, non esse satis tutum accipere procurationes huiusmodi: sed hæc sententia Iure non probatur; imò refragari videtur text. *in dict. cap. cùm ex officij*, & plerique similes; dum absolutè loquuntur, nec distinguunt inter Episcopos pauperes, & inter eos, qui pingues reddims habent; & rursus dum constituunt procurationem in stipendium laboris, quam tuta conscientia accipitur,

tur, etiam ab his, qui alios opulento habent redditus, iuxta illud, *Dignus est, operarius mercede sua, Luca* 10. & Paul. 1. *ad Corinth.* 9. & 1. *ad Timoth.* 5. & iuxta similia, de quibus *in cap. cum secundum, de prabend.*

10 Secundò quæro. Vtrùm, si Prælatus pluries quàm semel in anno visitauerit, plures possit in anno exigere procurationes? Partem negatiuam, quòd semel in anno visitare, & vnicam recipere in anno valeat procurationem, suadet saltem à communiter accidentibus *dict. cap. conquerente*, & ibi, *visitationem annuam*, & ibi. *non amplius*, idque multò antè Iure repetitur expressum *in cap. relata*, ibi, *per annum, c. decernimus*, ibi, *annuis vicibus*, & ibi, *per singulos annos* 10. *quæst.* 1. Concil. Trid. *sess.* 24. *de reform. cap.* 3. ibi, *quotannis*, Fusc. *de visitat. lib.* 1. *c.* 2. *n.* 13. nisi Episcopus data causa intellexerit oportere pluries visitare, *cap. regenda*, ibi, *circumire, vt sibi visum fuerit.* 10. *quæst.* 1. *c. non semel, in princ.* 17. *q.* 2. *c. mandamus* 6. *vers. nisi fortè, de offic. Archid.* & saltem quòd bis in anno *capit. cùm venerabilis*, 21. *ad*
11 *finem, de censibus.* Verùm, quoad procurationis exactionem videtur aduertendum, ex repetita visitatione pluries in anno licitè ex iusta causa non prouenire totidem vicibus exigi posse procurationes, quod sanè Ecclesiis inferioribus maximè foret onerosum, & ideò meritò prouisum extitit *in d. c. cùm venerabilis*, quatenus decernit, ne Episcopus, quamuis pluries visitet, plures possit quam binas exigere procurationes: qui textus non restringit exercitium visitationis ad binas vices, sed solummodo circa procurationis receptionem, quia Pont. ibidem declarauit ius dubium circa percipiendas procurationes, & duas non excedat.

12 Tertiò quæro. Vtrùm Episcopus possit expressè procurationem huiusmodi ratione visitationis exoluendam remittere? Negatiuam partem pro annis futuris videtur amplecti glos. *verb. penitus*, ibi, *sed non est verum, in c. cùm ex officij, de præscript.* arg. *d. c. cùm venerabilis, de censib.* latè explicant Abb. *à num.* 12. & 14. Imol. *col.* 1. *post alios*, Felin. *à n.* 7. Paris. *à n.* 12. *in d. cùm ex officij.* Marian. *de visitat. à num.* 57. multipliciter declarantur.

13 Quartò quæro. Vtrùm redditus Ecclesiarum sint tantummodo obligati pro solutione procurationum, an verò laici quoque contribuere teneantur? Pars, quæ affirmat, Ecclesias solummodo teneri, suadetur ex iuribus, quibus procuratio Ecclesiis visitatis iniungitur, iuxta earum facultates; laicorum verò nulla fit mentio, *cap. conquerente*, ibi, *pensatis facultatibus eorundem, de offic. Ordin. cap.* 1. §. *deinde*, ibi, *à locis tantùm recipere visitatis, de censibus lib.* 6. *capit. cùm Apostolus* 6. ibi, *facultatibus Ecclesiarum, eod. tit. dict. cap. sopita*, ibi, *secundùm facultates*, vbi *gl. vlti.* obseruat, in specie glos. *verb laicos, in d. cap.* 1. Host. & Monach. citati à Domin. *in dict. capit.* 1. *in*
14 *princ. num.* 9. Et facit, quia cùm procuratio sit onus reale super beneficio, non personale super personam, quæ soluere debet, ideò S. Cong. Conc. *in Neritonen.* 13 *Septembris* 1631. censuit *procurationem soluendam esse Episcopo visitanti beneficium à Cardinali possessum.* Contrarium tamen defendit *glos. vlt. in cap. placuit.* 10. *quæst.* 1. glos. *verb subditos, in capit. cauendum*, 10. *quæst.* 2. Archid. Ioan. Andr. & Imol. quorum opinionem de Iure veriorem affirmat Domin. *d. §. num.* 9. Pro quibus efficaciter expenditur illud Pauli 1. *ad Corinth.* 9. *qui spiritualia seminat*, &c. & quia nemo cogitur suis stipendiis militare, vt habetur in proposito *in dict. capite cùm ex offic. de præscript. dict. capit. si Episcopus*, 6. *de offic. Ordin. lib.* 6. Ergo cùm munus visitandi, & labor impensus æquè dirigatur in Clericos, Ecclesias, & laicos, æquè ab vtrisque procuratio debetur. Insuper expenditur *dict. cap. cauendum*, vbi agitur de visitandis subditis, tam Clericis, quam laicis & solummodo prohibetur, ne immoderatè & cum scandalo aliquid procurationis nomine exigatur: facit *dict. cap. placuit*, ibi. *alia die conuocata plebe*: si intelligas cum *glos. vltim.* ibi de alia die, tam in labore, quàm in mercede. Propter quæ hæc pars posterior in puncto Iuris verior est; quamuis consuetudo aliud receperit, vt Domin. & modò citati rectè agnoscunt. Iura autem pro aduersariis adducta oppositum non probant, quia solùm euincunt pro ea parte; quia ab Ecclesiis visitatis procuratio soluenda est, illud commensurandum fore iuxta Ecclesiarum facultates.

Quintò quæro. Vtrùm Oratoria, Hospitalia, & 15
alia pia loca ecclesiastica auctoritate erecta teneantur Episcopis soluere procurationem? Negatiuè respondet text. *in cap. vltim de censibus.* Azor. *instit. moral. part.* 1 *lib.* 3. *cap.* 42. *quæstione* 1. Nouar. *in opusculo noui iuris Pontificij, conclus.* 5. *numero* 5. Marc. Anton. Genuens. *in pract. Archiep. Neapol. capit.* 17. *numero* 2. Aloys. Ricc. *in paxi rerum fori eccles. part.* 4. *resol.* 151. Ratio est: quia, licèt huiusmodi loca ecclesiastica sint, & vti talia subiiciantur Diœcesanis quoad iura episcopalia, *capit. de Monach.* 12. *de prabend. capit. omnes Basilicæ* 16. *quæst.* 7. cum aliis; quia tamen loca iis locis deputata ad alios vsus pios destinantur, ne fiat contra instituentis voluntatem, meritò ad huiusmodi procurationis onus, vel ad aliud simile non tenebuntur, vt colligitur ex
dict. capit. vltim. Vnde est, quòd loca hæc non tene- 16
buntur pro seminario contribuere, de quo in Conc. Trident *sess.* 23. *de reform. capit.* 18. sola enim Hospitalia data in titulum, vel administrationem, si habeant beneficia annexa, vel redditus, aut prouentus ecclesiasticos, tenentur soluere, vt à S. Cong. decisum referunt Zetol. *in praxi Episc. part.* 1. *verb. hospitale, vers. decimum dubium*, Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ, lib.* 4. *titul.* 29. *l.* 1. §. 2. *de Hospitalib. numero* 13. Ego ipse *de offic. & potest. Episcop. part.* 3. *alleg.* 77. *numero* 6. & affirmat iudicatum Cabed. *Lusit. decis.* 204. *in fine, part.* 1. ergo similiter ad procurationem, vel Cathedraticum non tenebuntur; quia nec habent titulum beneficij, nec beneficia annexa, neque redditus, aut prouentus ecclesiasticos: admittimus nanque, loca hæc ab Episcopis visitari posse, ne inhonestè tractentur, arg. *c.* 3. *de relig. domib.* negamus tamen ad procurationem, Cathedraticum, vel seminarium teneri, optimè Card. *in Clem. quia contingit, illo tit. numero* 18. Valasc. *d. cons.* 105. *n.* 46. qui aliam huius rei rationem reddit: quia hoc nullibi in Iure reperitur expressum, quæ illo casu erit admittenda, si quærat aliquis, cur Episcopus, saltem eo visitationis modo laborem subiens, non possit ab huiusmodi Hospitalibus, & aliis locis mercedem recipere, iuxta suprà citata S. Paginæ loca: illi enim satisfieri potest, respondendo; quòd cùm illud in Iure non reperiatur expressum, quinimò oppositum *per d. c. vlt.* Episcopi contenti esse debent redditibus suorum Episcopatuum pro congrua mercede.

Sextò quæro. Vtrùm procuratio hæc à solis locis 17.
locis visitatis debeatur? Partem affirmatiuam defendit glos. vlt. *in capit. sopita* 14. *de censib.* communiter recepta, vt per Doctores ibi, *glos.* 2. *in capit. visitan-*

di 18. *quæst.* 2. Abb. *num.* 17 *in fine.* Card. *opposit.* 11. Paris. *n.* 11. & omnes *in d. c. cùm ex officij*, resoluentes, quòd si Prælatus ex alia causa veluti pro negotiis propriis, aut aliud agens ad locū accesserit, procuratio hæc minimè debeatur. Pro quibus expenditur *c.* 1. *post princ. in vers. deinde*, ibi, *à locis tantùm recipere visitatis, de censib. l.* 6. vbi Dominicus *n.* 3. Franch. *n.* 2. *notab.* 3. & communis, qui rectè aduertit quòd si prælatus transeat per vnum locum ad visitandum alium, non sit procurandus ab illo, obseruant modò citati: iuuat *dict. cap. procurationes* 23. *eod. tit. in princ.* Consonat maximè, quòd, cùm procuratio ratione laboris in visitando impensi debeatur, vt supra ostensum est, extra eam causam exigi nequit, arg. *c. cùm cessante* 60. *in princ. de appell.* Quare S. Cong.
18 Cardinalium negotiis Episcoporum, & Regularium præpositorum *in vna Spoletana* 27. *Augusti* 1577.
19 censuit quòd *ad contribuendum, aut soluendum procurationes visitationum non adstringuntur ij, qui non fuerint visitati.* Vnde ab huiusmodi contributionibus sunt omninò liberi Regulares, nisi Parochialem aliquam Ecclesiam Conuentui suo vnitam haberent. Oppositum tamen, imò etiam ex alia causa procurationem deberi defendit *glos.* 1. *in d. c. cùm ex officij*, ex verbis eiusdem text. ibi, *transitum faciens*, & ibi, *necesse habuit declinare.* Sed glos. in duobus decipitur, primò, dum putat procurationem, de qua ibi, esse diuersam ab illa, de qua in hoc tractamus, cùm tamen ibidem expressè agatur de procuratione debita ratione visitationis, contra quam præscriptio non admittitur; non verò agitur de illa, quæ ratione hospitalitatis debetur, de qua *in c. Ego N.* 4. *vers. legatum, de iureiur.* Abb. *n.* 2. *in d. c. cùm instantia.* Secundò decipitur, dum in effectu credit verba illa, *transitum faciens*, importare transitum ob aliam causam diuersam à visitatione; cùm tamen de sola illa agatur, & de transitu necessario ad eandem, patet ibi, *necesse habui*, &c.

Septimò quæro, vtrum prohibita sit præscriptio
20 contra procurationem debitam ratione visitationis? In quo dubio verior sententia tenet, omnem præscriptionem prohiberi contra procurationem ratione visitationis Iure communi debitam, manente visitandi onere: nam omnis præscriptio tollens visitationem Iure communi inductam, meritò prohibetur, vt colligitur ex *dict. capit. cùm ex officij, de præscript.* ibi, *nec contra visitationem*, &c. at præscriptio contra procurationem ratione visitationis Iure communi debitam, saltem iuris præsumptione, tollit in effectu visitationem ipsam, quam Ordinarij præsumuntur negligere, & omittere admissa præscriptione contra procurationem, quæ ad visitationem peragendam iure constituitur, vt suprà diximus: igitur, &c. & ita hanc rationem satis persensit Pontif. *in dict. cap. cùm ex officij*, dum dicit, contra procurationem ratione visitationis debitam præscribi non posse, quemadmodum nec contra visitationem ipsam: eandem rationem probant omnes *in dict. capit. cùm ex officij*, Marian. *de visitat. à numero* 7. Bernard. *reg.* 604. Fusc. *de visitat. lib.* 1. *numero* 16. Zerol. *in praxi Episcop. part.* 2. *verb. visitatio*, §. 6. *dub.* 8. Azor. *instit. moral. part.* 2. *libro* 3. *capit.* 42. *quæstione* 13. *& seq.* Aloys. Ricc. *in dict. praxi, part.* 4. *resol.* 154. aduertentes procurationem esse annexam visitationi, ac subinde de illa, & de ista circa præscriptionem idem esse iudicium, arg. *capit. super eo, de Parocho.* Dixi, *Iure communi debitam*, quia de
21 hac agit *dict. cap. cùm ex officij*: & ita excluduntur procurationes, quæ ratione visitationis iure aliquo speciali debentur, contra quas non prohibetur, sed admittitur præscriptio, per quam manente procuratione debita Iure communi, non tollitur, nec efficitur inutilis visitandi potestas: & ita obseruant post Imol. Card. & alios *vbi supra*, Marian. *dict. tract. de visitat. numero* 54. Felin. *in dict. cap. cùm ex officij, numero* 15. Bernard. *dict. reg.* 604. *vers. sexto.* Iuuat illud vulgare: quia faciliùs tollitur, id quod competit iure speciali, quàm quod Iure communi nititur. *l. eius* §. *militia ff. de milit. testam.* Adieci, *manente visitandi onere*; quia eo manente prohibetur præscriptio, & viget inconueniens, de quo *suprà*: aliàs enim (nisi aliud obstet) in simul cum visitandi onere procuratio præscribi potest: quia non tol- 22
litur, nec impeditur tunc visitatio, quæ à præscribente exercenda est; in quem sensum possunt accipi verba *dict. capit. cùm ex officij*, ibi *quamuis alias contra eandem præscribere possit vtranque*, non, quia Pontifex ibi incipit à procuratione, de qua erat controuersia, meritò dictio illa, *vtraque*, intelligenda est de vtraque insimul, id est, procuratione, & visitatione; non verò de vna, vel altera per se: quia procuratio absque visitatione non præscribitur, licet incipiendo à visitatione, possit illa, quæ iure speciali competit, absque procuratione præscribi, aut quando transfertur, vel alij accumulatur.

Intellige omnem præscriptionem prohiberi con- 23
tra procurationem, vt *suprà*, siue totam, siue partem, veluti cùm minuitur quantitas alias soluenda: iuxta *d. capit. cùm Apostolus, de censibus Extrauag.* 1. *illo titul. inter communes*; idque intendit *gloss.* 1. *in fine, in cap. relata* 10. *quæst.* 1. Abb. *numero* 13. & alij, vt per Felin. *num.* 16. & Paris. *num.* 10. *in d. cap. cùm ex officij*; quæ sententia suadetur ex illius verbis, *quæ ratione visitationis debetur*: siquidem procuratio, quæ debetur ratione visitationis, est illa integra, de qua *in dict. cap. cùm Apostolus*; & rursus ex eod. text. ibi, *nec aliquo modo*, &c. nam aliquo modo præscribitur contra procurationem, si quoad aliquam eius partem admittatur præscriptio. Iuuat & ratio, quam supra adduximus, sicut enim ommittetur, & negligetur visitatio admissa præscriptione contra totam procurationem; ita etiam si contra partem illius notabilem admittatur manente residua, quæ fortasse minima, cùm non sufficiat, Ordinarius de suo expensurus à visitatione retardabitur, & consequenter cùm eadem sit ratio in parte, quæ in toto, idem vtrobique dicendum est, arg. *l. quæ de tota. ff. de rei vendic.* Ex quibus hæc sententia non est improbabilis licèt Doctores communiter, vt per Abb. *dict. numero* 13. & Marian. *de visitat. numero* 47. *&* 55. & alios, contradicant, admittentes præscriptionem contra partem procurationis: quorum opinio non probatur hodie *per dict. Extrau.* 1. vt existimant Felin. & Paris. *vbi suprà*: quia tex. ille non approbat præscriptiones minuentes procurationem, de qua ibi, sed consuetudines, in quibus longè diuersa videtur ratio: & insuper vers. ille referri potest ad consuetudinem alicuius loci, vel prouinciæ, vt intendunt Abb. *num.* 17. post alios Paris. *n.* 11. *in d. c. cùm ex officij*, Anch. & communis *in c. vlt. de cens ibus, lib.* 6. Marian. *vbi sup.* 56. quorum sententia licèt non probetur *in d. c. cùm ex officij*, quod de præscriptione, non verò de consuetudine agit, satis tamen probatur *in d. cap. vlt*, iuncto *c. irrefragabili, in princip.* ibi, *nulla consuetudo, de offic. Ord.* Verùm id hodie locum non habet ex Conc. Trident. *sess.* 24. *de reform cap.* 3. *vers. in his verò*, qui text.

text. de consuetudine propria intelligendus est iuxta *tit. de consuetud.* vnde non habet locum in præscriptione; tum, quia decisio illa, tanquam exorbitans à Iure communi, de quo *in dict. cap. vlt.* restringenda est ad consuetudinem propriam, de qua loquitur, non verò extendenda ad præscriptionem, quæ ex proprietate sermonis differt à consuetudine, vt patet ex *tit. de præscript. & ex tit. de consuetud.* tum etiam, quia in consuetudine admittenda viget multò maior, & longè diuersa ratio, cùm in ea detur frequentia actuum totius multitudinis, vel maioris partis, pro qua magis præsumitur, & cui magis fauendum est, vt insuper, cùm consuetudo rationabilis esse debeat, *capit. vltim. de consuet.* necessariò in ea supponitur ratio, seu causa aliqua iusta, per quam cohonestatur: at verò in præscriptione nec ratio eiusmodi requiritur, nec multitudinis, vel maioris partis, sed vniuscuiusque singularis præscribentis actus supponitur.

24 Intellige etiam præscriptionem in proposito non prohiberi, respectu modi, vt scilicet, procuratio potiùs in fructibus his, vel illis, quàm in pecunia, vel è conuerso, seu iuxta alium quamuis modum diuersum præstetur, vt obseruant Doctores communiter *in dict. cap. cùm ex officij*; ex Felin. *à numero* 13. Marian. *vbi suprà numero* 59. Bernard. *dict. reg.* 604. *vers.* 1. iuuat glos. recepta *verb. compositiones, in Clem. 2. de censibus*, & quod habetur *in cap. exigit, illo lib. 6.* & in Concil. Trid. *dict. c. 3. vers. sit tamen in optione.*

25 Intellige tandem prohiberi præscriptionem contra procurationem futuram. ne, scilicet, in futurum eximatur quis à solutione illius; admittitur tamen præscriptio contra procurationem præteritam, id est, annorum præteritorum, secundùm omnes: quia cessat ratio, quam suprà expendimus, cùm nullum vertatur præiudicium visitationis, quæ iam pro illis annis præcessit; sed solius Ordinarij, cui quantitas soluenda est, & contra quem præscribi posse apertè docent Pontifex *in dict. capit. cùm ex officij*, ibi, *quamuis aliùs, contra eundem*, &c.

26 Octauò quæro. Vtrùm valeat præscriptio, per quam Clerici in præiudicium aliorum eximuntur à procuratione, ita vt reliqui ad integram procurationem teneantur? Pars negatiua, quæ verior est, efficaciter suadetur ex *d. cap. cùm instantia*, ibi, *nullam habere volumus excusatam*, & ibi, *etsi longissimo tempore*, & ibi, *cum longissimis*: planè vniuersalis illa negatiua satis demonstrat præscriptionem neminem excusare à procuratione, & ideò neque ad effectum transferendi onus in reliquos; sic enim aliquem excusaret, quod text. negat: deinde expenditur exceptio ibi adiecta, *nisi fortè*, quæ regulam firmat in contrarium, *l. nam quod liquide, ff. de penu leg.* ergo semoto priuilegio speciali nullus excusari potest; ac subinde præscriptio potens non est transferre onus in reliquos; quia sic absque priuilegio excusaretur præscribens, contra tex. *in dict. capit. cùm instantia.* Insuper adducitur. *dict. cap accedentes*, tam in serie, quam in verbis: cùm enim Ordinarij maioris Ecclesiæ contenderent, se exonerare ab onere procurationis debitæ legatis, omnisque hoc transferre in reliquos ex vi præscriptionis, text. inquit, quòd nisi priuilegio ostendant se immunes, omninò cogendi sunt: quia id, quod omnibus imminet, ab omnibus debet comportari: ergo text. vtrumque probat, quòd nec præscriptio liberat præscribentem, nec potens est in alios transferre: quia iam nec omnibus comportaretur, contra text. ibi, *iuuat*, quia deterior redditur conditio illorum, quibus procuratio ratione visitationis debetur, cùm non ab omnibus procurationem recipiant, sed cogantur à certis recipere: deinde visitationis bonum aliquatenus impeditur, cùm visitantes aliquo modo retardentur visitare illos, à quibus vident se nil omninò ob eam causam fore percepturos, & tandem facilior redditur exactio procurationis, quam alij non ita ferre possunt, sicut quando omnes insimul comportant, arg. *l. si ita vulneratus* 51. §. *vltim. in fine, ad leg. Aquil. c. mandata 6. in princ. de præsumpt.* Propter quorum aliqua hanc partem sequuntur Abb. *in dict. cap. cùm instantia, & in dict. cap. accedentes numero* 5. vbi Card. *glos. vltim* Felin. *ibi, num. 6. vers. cæterum*, qui vtranque dubij partem probabilem affirmat, ita vt neutri adhærere videatur, quo pacto intendit excusare Abb. sibi contrarium *conf. 26. numero* 5. *libro* 2. & *conf. 94. numero 2. libro* 1. qui sequutus Ioannem, & alios, affirmat præscriptionem fore, ad effectum, vt reliqui ad integram procurationem teneantur sequitur expressè Felin. *in dict. cap. cùm ex officij, numero* 11. post Lap. Greg. Marian. & alios, quos refert Bernard. *reg. 64 limit. 2.* sed prior opinio verior est, vtpote litteræ *d. cap. cùm instantia*, & similium magis consona.

Nonò quæro. Vtrùm Ecclesiæ speciali priuile- 27
gio exemptæ teneantur ad procurationem? Nega-
tiuè respondit *dict. cap. cùm instantia, vers. nisi fortè*,
ibi, *speciale priuilegium, de censib. d. cap. accedentes*,
ibi, *per speciale, Clem. 1. eod. tit.* Iuuat efficax ratio:
etenim id, quod omnibus incumbit, per viam regu-
læ, quæ aliter aliquid disponit, ita incumbit, vt nisi
inde specialem ostendant exemptionem, minimè li-
berentur, *dict. cap accedentes*, iuncta reg. vulgari, de
qua *in l. 1. ff. de reg. iuris, & in l. eum qui 22. ff. de*
prob. cum aliis: atque ita in proposito obseruant om-
nes in prædictis locis, Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 3.*
c. 42. q. 12. & ideò S. Cong. Conc. *in Augustana 14.*
Decembris 1630. censuit *procurationem non deberi*
Episcopo visitanti Ecclesias Parochiales vnitas, & de- 28
pendentes a Religione Hierosolymitana à Vicariis ea-
rundem Ecclesiarum.

Quid autem sit in causa vt priuilegium speciale 29
potens sit eximere à procuratione, præscriptio verò minimè dubium est in hac materia non contemnendum. Communis arbitratur differentiæ rationem in eo esse, quia speciale priuilegium habet scientiam ex parte illius, qui potest concedere, qua stante expressè tollit in casu particulari legem à se latam, aliàs obligantem, arg. *l. quidam consulebant, 57. vers. sed etsi ff. de re iudic. l. Barbarius ad fin* ibi, *sed etsi sciisset. ff. de officio Prætor.* iuncta dispensationis natura, de qua per glos. receptam *in c. secundò requisitis, vers. nisi rigor. 1. quæst. 7.* Præscriptio verò priuata vt plurimùm non habet scientiam ex parte legislatoris: vnde illo ignorante, non debet censeri voluisse in sua lege dispensare: quia consensus non fertur in illud, quod omninò ignoratur, *l. qui vas 49. vers. vetare*, ibi, *qui ignorat, hoc est, qui non consentit, ff. de furtis*: quòd si fortasse, inquit Communis, daretur scientia præscriptionis in legislatore, tunc præscriptio eandem omninò vim haberet cum priuilegio: sic aliàs consuetudo tunc habet vim legis, quando ab illo inducitur, qui habet potestatem ferendi legem, *l. de quibus 30. ver. quid enim interest. ff. de legibus*: sic, qui patitur vsucapionem finiri, alienare dicitur, quando aliàs alienandi potestatem habet, *l.*

alienationi verbum 28. *ff. de verbor. signific.* aduertit Pinel. *in Auth nisi num.* 28. *vers. verus igitur. C. de bonis matern.* Cum ergo speciale priuilegium possessionis sit concessum ab illo, qui potest, & in se includat scientiam, sit consequens omninò valiturum. Contrà verò in priuata præscriptione, in qua prorsus deficit huiusmodi scientia. Ita Abb. communiter receptus *num. 3. in d. c. accedentes,* plures per Felin. *ibi num. 6. vers. quintò,* & Abb. *cons. 94. n. 2. lib. 1.*

30 Verùm Communis ex multis displicet: quamuis enim negari non possit in priuilegio speciali dari scientiam, & consensum ex parte Principis eximentis subditum à legis obligatione: supponimus enim expressum ipsius priuilegium, in quo iuxta verborum tenorem, & proprietatem expressa reperitur voluntas, arg. *l. non aliter 67. ff. de legat. 3. cap humanæ aures 22. quæst. 5. cap. intelligentia, de verbor. signif.* tamen in dubio, & in hac materia, in qua difficilè solet concedi, non creditur emanasse, *dict. cap. instantia, vers. nisi,* ibi, *quod non credimus,* &c. ac subinde inaduertenter expeditum præsumitur, nec aliter executioni mandatur, quam si secunda iussio subsequitur, Abb. *num. 6. in dict. cap. cùm instantia;* vnde de primo ad vltimum in dubio non præsumitur scientia, nec consensus in concedente, & per consequens communis differentiæ ratio non est absolutè vera. Deinde confunditur: quia sequeretur, præscriptionem quantuncunque immemorialem minime æquiparari priuilegio, quia in illa quantuncumque inueterata non reperitur scientia aut consensus in Principe; quod tamen est absurdum, contra *lib. 3. §. ductus aquæ, ff. de aqua quotid. & c. super quibusdam, 26. §. præterea, de verbo. signific.* Et tandem quia sequeretur quòd consuetudo, quamuis inueterata & præscripta legitimè, nunquam posset vincere legem, cùm in illa vtplurimum non detur scientia legislatoris, *cap 1. de constitut. lib. 6.* quod tamen est contra reg. *cap. vltim. de consuetud. l. 2. C quæ sit longa consuetudo,* quòd si dicamus in consuetudine dari consensum generalem Principis approbantis per viam regulæ consuetudines rationabiles, & legitimè præscriptas, vt *in dict. c. vltim.* similiter in priuata præscriptione datur consensus legis per viam regulæ approbantis legitimas præscriptiones, *per tot ff. de vsucap. & per tot. de præscript.* cum aliis: ergo Communis nullo modo defendi potest. Quare *glos. 1. in d. cap. Catholicæ 11.* distinguit inter illa quæ priuilegio tantùm haberi possunt, & inter illa, quæ etiam per alios modos acquiri valent, vt in prioribus priuilegium & præscriptio minimè æquiparentur; sicque procedant Iura, quæ in proposito priuilegium tantùm admittunt, præscriptionem verò repellunt: quia exemptio à procuratione, de qua hic, solummodo per priuilegium haberi potest, *capit. cùm instantia,* cum sup. adductis, Glossæ distinctionem sequitur, & auream dicit Felin. *in dict. capit. accedentes; numero 6. in princ.* per text. *in capit. contra morem* 100. *dist.* Sed Glossæ opinio multò minus placet, & petit principium: id enim est, quod quærimus; quid sit in causa, cur illa priuilegio comparari valeant, præscriptione verò minimè; cùm hæc duo æquiparentur, *dict. §. ductus aquæ, & dict. §. præterea, capit. duo simul, de offic. Ordinar. cap. cùm contingat. 13. de foro compet.* Deinde corruit ex eo, quia etiam vbi solum admittitur priuilegium, admittitur quoque æquiparatio; de qua *in dict. §. ductus aquæ, & in dict. præterea.*

Quapropter, vt dubium hoc à Doctoribus non plenè resolutum, decidatur, oportet certa ab incertis separare, & sic aduertere satis probabile esse priuilegium, in quacunque materia, & præscriptionem 31
immemorialem, si non in vim præscriptionis, saltem in vim priuilegij æquiparari, text. optimus *in dict. §. ductus aquæ, & in d. §. præterea,* Doctores statim citandi. Ratio est: quia, cùm lex in quacunque materia legitimum aliàs Principis Priuilegium approbet, & admittat in specie *d. cap cùm instantia,* & passim alibi, præscriptio autem immemorialis loco priuilegij habeatur, & vt tale reputetur, *dict. §. ductus aquæ,* consequens est dicere, in quacunque materia, vbi legitimum Principis priuilegium admittit, admittendam quoque immemorialem præscriptionem, saltem in vim priuilegij. Dixi, *in quacunque materia,* vt comprehenderem non solùm illam, in qua præscriptio absolutè prohibetur, vt in proposito *dict. c. cùm instantia, vers. cùm in talibus, d. cap. accedentes, d. cap. cùm officij, l. vbi lex 24. l. vltim. ff de vsu cap l. viam publicam 2. ff de via publica l. præscriptio 5. C. de operib. publ l. 3. tit. 29. par. 3.* cum aliis, sed etiam à fortiori illam, in qua regulariter præscriptio admittitur, *l. vsucapionem 9. ff. de vsucap.* cum aliis, in quibus pro regula constituitur res omnes regulariter præscribi posse. Dixi *si non in vim præscriptionis,* &c. vt significarem lege simpliciter, & absolutè prohibente præscriptionem, neque etiam immemorialem admitti in vim præscriptionis; tum quia lex generalis, quantuncunque odiosa, comprehendit omnes species, quæ sub verborum proprietate continentur, *l. cum lege. ff. de testib. l. 1. §. quod autem,* ibi, *quod non puto verum ff. de alea lusu, l. si seruitus 22. ff. de seruitut. vurb. cap. adientiam, de decimis,* tum vel maximè, quia lex prohibens præscriptionem, potiùs fauorabilis, quàm odiosa censenda est, quippe cùm per illam fiat ingressus ad pristinam naturam, & ius antiquum: ita in specie post alios Bursat. *cons. 23. n. 23. lib. 1.* Roland. *cons. 59. num. 3. lib 4.* Vnde, cùm præscriptio ex verbi proprietate etiam immemorialem comprehendat, nihil impedit, imò iuuat comprehensionem: quamuis absque efficaci fundamento contradicant glos. *verb. præscriptione in Auth. vt de cætero commutationes, collat. 5.* Communis, vt per Tiraq. *de retractu tit. 2. §. 1. glos. 2. num. 22. & 25.* Pinel. *in Auth. nisi numero 19. C. de bonis mater.* Roland. *cons. 21. à numero 33. libro 2.* Gabr. *comm. tit. de præscript. concl. 1. numero 27.* Itaque licèt immemorialis possessio non admittatur in vim præscriptionis secundùm veriorem sententiam iuxta modò dicta admittitur tamen in vim priuilegij, si possessor allegauerit pro se tempus immemoriale, cui lex vsque adeò defert, vt præsumat titulum, seu priuilegium in eo, qui tanto tempore possedit, *dict. § ductus aquæ dict. §. præterea,* cum aliis.

Qua in re Aduocati debent esse cauti, vt in re- 32
bus, quibus præscripto similiter, & absolutè prohibetur, agens non alleget tempus immemoriale in vim præscriptionis; sic enim succumbet: sed potiùs allegare debet titulum, vel priuilegium, & ad illius probationem docere de immemoriali possessione: tunc enim in vim priuilegij admittitur, quòd in vim præscriptionis omninò prohibetur, *dict. cap. ductus aquæ,* sic intelligendus, *l. 1. §. vltim. ff. de aqua pluuia:* fuit hæc differentia Ripæ *in l. quominus numero 41. & 102. ff. de fluminib.* vbi D. Barbosa *in priuatis scholiis* Greg. *l. 7. limit. 2. tit. 29. p. 3.* prout illos refert & sequitur Auendan. *de exequendis mand.*

mand.p.1.cap.12. à n.6. Mascard. *de prob.concl.* 1277. *num.* 24. & 29. Couar. *lib.1.var.cap.17.n.5.* Mench. *illust.c.80. à n.11.* plures, quos referunt, & sequitur Valasc. *cons.* 141. *à num.* 10. Cabed. *Lusit. decis.* 41. *p.2.* Quamuis contradicant Abb. *in cap. Apostolica, n.12. de his, quæ fiunt à Prælat.sine cons.Cap.* Felin. *num.4. in cap.causam quæ, de præscript.* Ruin. *in l.nemo potest col.35.ff.de legat.1.* Aym. *de antiquit.tempor.p.4.5.absolutus num.52.* plures citati à Cou. *dict. loco.* Quibus non multùm suffragatur, quòd si præscriptio immemorialis admittitur in vim priuilegij, saltem præsumpti; iam id, quod vna via prohibetur, alia admittitur, contra reg. *cùm quid 84. de regul iuris, lib.6.* Insuper Iura prohibentia præscriptionem manent illusoria contra reg. *cap. erit autem lex, 4. dist.* respondetur enim, præscriptionem, quæ vna via prohibetur, alia non admitti, etiam in vim præscriptionis immemorialis possessionis; cùm aduersùs tituli præsumptionem admittatur probatio in contrarium per modos legitimos, quibus constet titulum, vel Priuilegium fuisse inualidum, vel aliter iure probatum.

33 Deinde, pro eiusdem dubij resolutione aduertendum est, (remota præscriptione priuilegij propter tempus immemoriale, de qua modò dixi,) si lex simpliciter, & absolutè præscriptionem prohibeat, nullam præscriptionem, quamuis longissimam, qua talem, posse priuilegio æquiparari. Ratio est: quia supposita prohibitione lex resistit præscriptioni, *d.l. vbi lex*, iuncta reg. *l.non dubium*, & ideò non proponitur aliquid, quod priuilegio valeat æquiparari: neque enim æquiparatio verificari potest, nisi quando concurrit præscriptio valida, & quæ iure subsistit quæ in proposito dari non potest, propter *reg. d l. vbi lex*, cum sup. adductis. Confirmatur id ipsum: quia priuilegium, cùm sit à legitimo Superiore indultum contra legem humanam, non ita prohiberi potest, & iniustum præsumi, quando idemmet legislator data causa possit oppositum indulgere: nec enim sibi præcipere potest, *l.pen.ff. de recep. arbitr.* iuncta *reg. cap. proposuit. 4. de concess.præbend.* gloss. recepta *in cap.requisitis, vers.nisi rigor. 1. q. 7.* Cum ergo contra quancunque præscriptionem concurrat absoluta legis prohibitio, vt supponimus, pro priuilegio autem expressa legislatoris voluntas potentis, & volentis in sua lege dispensare, *d.cap.proposuit*, nequaquam dicendum est præscriptionem qua talem priuilegio posse æquiparari: sic aliàs, quamuis legis, & consuetudinis eadem sit potentia, ita vt omnibus; & per omnia æquiparetur, *cap. consuetudo 1. dist. cap.vlt de consuetud.* si tamen consuetudo, vel quia rationabilis, vel quia non legitimè præscripta expressè improbetur, nullatenus legi æquiparabitur, *d. cap.vlt.ad fin.* Sic quamuis priuilegium, & consuetudo æquiparentur, *d.§.propterea*, cum aliis, si tamen consuetudo in specie reprobetur, vt *in cap.quanto 3. de consuetud.* nullatenus admittitur text. *ibidem* quamuis priuilegium omninò approbetur, *c. peruenit. 95. dist.* Vnde, quia eo casu consuetudo in specie reprobatur, priuilegio minimè æquiparatur, ex Iuribus modò citatis: sic tandem in terminis *cap.2. de Pœnit.lib.6.* consuetudo in specie reprobata minimè æquiparabitur priuilegio: vnde quamuis consuetudo introducere nequeat, vt aliquis absque sui Superioris licentia sibi valeat eligere Confessorem, in priuilegio tamen aliud dicendum erit, text. *ibidem, in princip. & in vers.nulla.*

34 Quibus præhabitis iam faciliùs dubium resoluemus, si dicamus propterea priuilegium potens esse eximere à procuratione: præscriptionem verò minimè; quia contra legem simpliciter, & absolutè prohibentem nulla admittitur præscriptio in vim præscriptionis, vt *suprà* ostendimus; priuilegium verò sic: quia nec prohibetur, neque prohiberi potest, cùm sibi legislator præcipere non possit, neque auferre libertatem dispensandi, vt pariter *suprà* considerauimus: & hæc est ratio immediata, propter quam priuilegium admittitur; præscriptio verò minimè; vnde æquiparationi locus esse non potest. Si verò vlteriùs quis vrgeat, quæ sit ratio, propter quam lex prohibuit præscriptionem, non autem priuilegium, respondendum illam esse, quia lex non ita tribuendum censuit præscriptioni, sicut priuilegio, quod immediatè à Superiore emanat cum causæ cognitione.

CAPVT XXIII.

De Oblationibus.

SVMMARIVM.

1 *Oblationes generaliter sumpta quid importent?* *ostenditur.*
2 *Oblationum appellatione continentur quicquid fidelis offert Deo, & Ecclesia, siue sint res mobiles siue immobiles.*
3 *Oblationum tres sunt species.*
4 *Oblationum vsus antiquissimus.*
5 *Oblationes, qua in vsus ministrorum exponuntur, sunt de iure parochiali.*
6 *Laici non debent recipere à Clericis oblationes.*
7 *Parochus non debet candelas benedictas transmittere ad ades sacularium, sed in Ecclesia populus eas recipere tenetur.*
8 *Oblationes, & anniuersaria pertinent ad Rectores, & Vicarios Ecclesiarum Ordinum Militarium, & non ad Commendatarios, seu Praceptores eorum.*
9 *Oblationes non debentur ex precepto, nisi in quatuor casibus enumeratis n.10.*
11 *Parochiani quando soliti fuerint in quibusdam festiuitatibus certas facere oblationes, illis neglectis, aut non prastitis, possunt per Superiorum cogi ad illam consuetudinem seruandam.*
12 *Consuetudo, licèt à principio voluntaria, & minimè obligatoria, sensim potest habere vim legis, & obligare.*
13 *Oblatio vt verè dicatur oblatio, & sit Deo accepta, & qua requirantur? ostenditur.*
Oblationes offerre non possunt,
14 *Dissidentes fratres,*
15 *Pauperes opprimentes,*
16 *Sacrilegi,*
17 *Extrahentes seruos suos ab Ecclesia,*
18 *Raptores,*
19 *Pœnitentes,*
20 *Meretrices publica.*
21 *Oblationes extra Ecclesiam ad sustentationem debita exigi possunt ab illis, qui offerre prohibentur.*
22 *Oblationes alicui capella in Ecclesia existenti, non Capellano, sed Ecclesia, & Rectori debentur.*

23 *Oblationes, quæ fiunt in Altari, in dubio præsumuntur fieri intuitu Ecclesiæ.*

24 *Oblationes, quæ fiunt in capella, vel Oratorio sito intra Parochiæ fines, non Oratorio, sed ipsi Parochiali adiudicari debent.*

25 *Oblationes factæ in Capellis, vbi erectæ sunt distincta beneficia, Parochiali, & Parocho, non capellis, & Beneficiatis cedunt.*

26 *Oblationes factæ imagini depictæ in pariete domus alicuius personæ priuatæ, Parochiali quæruntur, nisi fierent contemplatione domini domus.*

27 *Oblationes, quæ fiunt tempore Iubilei, vel anno Sancto in Ecclesia Cathedrali, spectant ad Archipresbyterum eiusdem Ecclesiæ, non autem ad Episcopum.*

28 *Oblata celebranti in Ecclesia, cedunt Rectori.*

29 *Oblationes, quæ sacris Imaginibus deferuntur, an debeantur Episcopo, vel potius Parocho, ostenditur, & n. 30.*



1 OBLATIONES, licèt generaliter sumptæ importent omnes actiones, per quas quæcunque res ad diuinum cultum exhibentur, vt explicat Sot. *de instit. libro 9. quæstione 3. art.* 1. & ita in verbo, *oblatio*, sic accepto, decima & primitia contineatur, vt aduertit in specie Syluest. *in sum. verb. decima, n.* 2. sicut continentur omnia illa, quæ Deo Opt. Max. offeruntur, prout in decima patet ex illo *Gen. cap.* 28. in finalibus verbis, ibi, *decimas offeram tibi*, &c. & *Numer. cap.* 18. ibi, *decimarum oblationem*, in primitia probat text. *in cap.* 1. 16. *q.* 7. ibi; *offerent*, iunctis verbis præcedentibus, strictè tamen, & propriè oblationes dicuntur res illæ, quæ intuitu Religionis immediatè Deo ab hominibus absque immolatione exhibentur, vt scilicet, vel in vsum Ecclesiæ, vel in vsum ministrorum cedant, iuxta illud Matth. 5. *Si offers munus tuum ante Altare*, &c. & *Deuteron. capitulo* 23. ibi, *non offeres mercedem*, &c &
2 *Malachiæ capitulo* 1. ibi, *si offeratis*, &c. explicat Sot. *dict. quæst. 3. art.* 1. Et sic oblationum appellatione contineri quicquid fidelis offert Deo, & Ecclesiæ, *per cap. cùm inter, de verb. signif.* docent Oldrad. *cons.* 293. *in fine*, Isidor. Moscon. *de maiest. militant. Eccles. l. 1. p. 3. cap. 3. pag.* 466. Card. Tusch. *to.* 5. *lit. O. conclus.* 11. *n.* 1. quos refero *in tr. de appellat. verbor. vtriusque Iuris signif. appellat.* 172 *n.* 1. quibus addo Bonae. *de legib. q. vltim. puncto vlt. n.* 2. *& de suspens. omnibus in particulari, disp. 3. quæst. 3. puncto* 6. *num.* 3. siue sint res mobiles, siue immobiles, nec refert testamento legentur, vel aliter donentur, *c. qui obligationes, cap. Clerici,* 13 *quæst.* 2. Mar. Socin. *in tract. de oblation. libel.* 1. Troil. Maluat. *in simili tract. ferè per tot.* Azor *inst. moral. p. 1. lib. 7. c. 27. q.* 8. Mo-
3 net *de decim. c. 2. num.* 9. Galgan. *de iure publico, lib. 3. tit.* 53. *n.* 1. Nam oblationum tres sunt species: prima dicitur donatio rei inter viuos facta Deo, & Ecclesiæ: secunda dicitur donatio causa mortis, quæ fit pro animæ redemptione, & solet mortuarium appellari, *c. indigne*, 12. *q.* 2. tertia dicitur vsualis, & est illa, quam faciunt fideles, dum offerunt ad Altare, vel ad manum Sacerdotis, *cap. causa, d. cap. cùm inter, de verbor. significat.* Rebuff. *de decim. quæst. 1. num.* 27. Hieron. Carat. *in opusculo de iuribus Parochialib. tit. 3. cap.* 3.

4 Oblationum vsus antiquissimus: cœperunt autem tempore Cain, & Abel, vel secundùm alios tempore Noë, vt *in Gen.* 4. & 8. vbi dicitur *Noe ædificauit Altare Domino, tollens de cunctis pecoribus, & volucribus mundis, & obtulit illa in holocausta super Altare*, & *in lib. Numer. c.* 6. vbi habetur, quod Principes Israël obtulerunt munera coram Domino, sex plaustra tecta cum duodecim bobus, & alia quæ præcepit Dominus. Et in lege Gratiæ, dum pariter in Altari, vel Ecclesia, tempore Missæ, panis, oleum, vinum, mel, cera, & alia huiusmodi offerri consueuerunt, antiquissimus quoque vsus existit, vt constat ex Canonibus Sextæ Synodi, & *in can.* 28. *Trullano* declaratur, qua ratione possint fructus aliqui, v. g. vuæ, non vt distribuantur cum Eucharistia, sed vt benedicantur: at *can.* 57. dicitur non oportere offerre ad Altare lac, & mel, quod Suar. *de Relig. to. 1. lib. 1. de diuino cultu, c. 4. n.* 2. cautum putat propter aliquas superstitiones, quæ ex oblatione mellis, & lactis, introducerentur: & quamuis ibi Suar. nullam exprimat causam; existimo tamen eam fuisse ad obuiandam multorum hæreticorum insaniam, qui putabant materiam sanguinis in sacrificio ecclesiastico esse lac, contra quos definitum fuit in Conc. Bracharensi III. celebrato circa annum 675. cùm malum adhuc serperet, iterum ablatum est à sacris oblationibus lac à Patribus, qui Canones Trullanos edidêre triginta plusve annis post celebrationem tertij Bracharensis.

Oblationes igitur, quæ in vsus ministrorum re- 5
ponuntur, sunt de iure parochiali, *c. quia Sacerdotes* 13. *cap. Sanctorum* 14. 10. *q.* 1. *l. Regia Castellæ, tit. 19. part.* 1. & super illis omnibus, quæ fiunt intra Parochiam, habet Parochus fundatam intentionem. Marc. Socin. *de oblation. libello* 18. *q.* 6. Troill. Maluet. *eod. tract. in 4. dub. col.* 7. Lauret. de Franchis *de controuers. inter. Episcop. & Regular. in var. quæst.* 69. quia illis propter Sacramentorum administrationem sunt debitæ, Host. *in sum. tit. de Paroch num. 3. vers. & hæc Presbytero*, Roman. *cons.* 356. *num. 2. vers. Item in oblationibus.* Ioan Andr. *in cap. eum qui, numero 3. de preb. lib.* 6 vbi Anchar. *n.* 3. Gem. *in* §. *insuper, n.* 9. Rot. *in Hispalen. Primitiarum,* 13. *May,* 1622. *coram R.P.D. Nauar.* Vnde laicos non debere recipere à 6
Clericis oblationes, nec aliquam in hoc consuetudinem esse admittendam, resoluit Aloys. Ricc. *in praxi p. 4. resol.* 265. *num.* 5. vbi *n.* 6. id limitat, si fuerit consuetudo introducta, prout est in tota Italia, per quam in festo Purificationis B. Virginis laici reci-
piunt oblationes candelarum benedictarum à Sacer- 7
dotibus. Caueat tamen sibi Parochus huiusmodi candelas benedictas transmittere ad ædes sæcularium, sed iuxta laudabilem, & obseruatam ab Ecclesia vniuersali consuetudinem in Ecclesia populus eas recipere teneatur, vt censuit S. Congreg. negotiis Episcop. & Regul. præposita, *in vna Foglinen. de anno* 1581. & celebrans, qui distribuit candelas, cineres, & palmas, detecto capite distribuere tenetur, vt censuit S. Rituum Cong. *sub die* 18. *Iulij* 1626.

Vnde oblationes, & anniuersaria pertinere ad 8
Rectores, & Vicarios Ecclesiarum Ordinum Militarium, & non ad commendatarios, seu Præceptores earum, quia illa non veniunt appellatione decimarum, quæ tantùm conceduntur, & debentur Commendatariis, resoluunt Fr. Emman. *q. regul. to. 1. quæst. 34 art.* 7. Didac. de la Motta *de confirm. Ordinis S. Iacobi, lib. 2. c. 1. §. 10. probat. 8. pag.* 193. nouissimè Hieron. Roder. *in comp. d. q. Regul. resol.* 15. *num.* 18.

Quærit gloss. *verb. oblationes, in c. statuimus,* 16. 9. 9
q. 1.

q. 1. an detur præceptum de soluendis oblationibus. In quo dubio securè tenendum est oblationes non deberi ex præcepro, cùm id in sacris Canonibus nusquam appareat: nam illud *Exodi cap.* 23. est dictum cæremoniale, & docent Card. *conf.6. ad fin. de relig. domib.* Armil. *in sum. verb. oblatio, num.* 3. Grilenzon. *conf.* 55. *à n.* 22. *& conf.* 167. *n.* 27. Azor. *inst. mor. p.* 1 *lib.* 7. *c.* 7. *q.* 11. Less. *de iust. lib.* 2. *cap.* 39. *dub.* 6. *num.* 34. Suar. *de relig. tom.* 1. *tract.* 2. *lib.* 1. *c.* 5. *n.* 2. Gabr. Pereira *de manu Regia p.* 1. *cap.* 15. *num.* 1. Gutier. *canon. lib.* 2 *cap.* 21. *num.* 153. Fr. Philip. de la Cruz *de decim. fol.* 107.

10 Limitatur tamen hæc resolutio in quatuor casibus enumeratis à S. Thom. 2. 2. *quæst.* 86. *art.* 1. & à Hieron. Carar. *in opuscul, de iuribus paroch. tit.* 5. ... 4. & nouissimè ab Aloys. Ricc. *in praxi, p.* 4. *res.* 295. *num.* 3. Primus est, cùm debentur per modum census, pensionis, aut conuentionis antea factæ cum Ecclesia, Angel. *in sum. verb oblatio, n.* 1. Grilenzon. *d. conf.* 167. *num.* 18. Trullench. *d. c.* 3. *dub.* 13. *num.* 3. Secundus, cùm debentur ex testamento, legato, donatione, voto, &c. Rebuff. *de decim. q.* 1. *num.* 24. Trullench. *vbi proximè*. Fr. Philip. de la Cruz *citato loco*. Tertius, quando ministri Ecclesiæ non habent congruam sustentationem. Tenetur enim Parochia ex præcepto naturali & diuino ad exhibendas oblationes Presbyteris ministrantibus spiritualia, vbi ipsi Presbyteri indigentes sunt, nec habent vnde possint sibi necessaria ministrare. Sot. *de Iustit. lib.* 9 *q.* 3. *art.* 1. Gutier *canon. lib.* 2. *capite* 21. *numero* 139. qui addunt prædictos Parochianos per viam excommunicationis hoc casu compelli posse ad eas
11 soluendas, nisi tanta inopia laborent Parochiani, quod ei sufficienter prouidere non possint, quo casu manibus victum quærere debet ne Parochianis onerosus existat. Quartus, cùm alicubi oblationes consuetudine sunt introductæ: nam, vbi extaret, quòd in quibusdam festiuitatibus Parochiani soliti sint certas facere oblationes, illis neglectis, aut non præstitis, possunt per Superiorem cogi ad illam consuetudinem seruandam; & videtur dici de consuetudine per decem annos recepta. Ita Nauarr. *in man. capite* 13. *numero* 19. referunt Azor. & Suar. *citatis locis*, subdens ipse Suar, *num.* 7. circa tertiam casum esse aduertendum, obligationem, de qua ibi, verificari, quando necessitas ministrorum orirerur ex eo, quòd Parochiani non soluerent decimas sufficientes ad sustentationem: nam, si soluerent, non daretur talis obligatio: additque *n.* 8. non currere hanc obligationem Parochianis, quando adeò pauperes, & tenues sunt, vt non possint conferre ad congruam Parochi sustentationem.

12 Sed circa vltimum casum aduertendum, hanc consuetudinem, licèt a principio voluntariam, & minimè obligatoriam, sensim posse habere vim legis, & obligare, quia acceptata est, & præscripta, vt obligatoria. Ita Gutier *Canon. lib.* 1. *cap.* 21. *num.* 140. Azor. *d. lib.* 8. *cap.* 30. aliàs 27. *q.* 12. Less. *de iustit. lib.* 2. *cap.* 39. *dub.* 6. *num.* 34. Suar. *d. cap.* 5. *n.* 11. vbi *num.* 21. & Less. *num.* 39. *citato loco*, addunt ad huiusmodi præscriptionem sufficere decennij tempus, Perez de Lara *de anniuersar. & Capellaniis cap.* 12. *num.* 11. *cum multis sequentib.* Et hac de re latè agit Gabr. Pereira *d. p.* 1. *cap.* 15. *ferè per tot.* vbi tamen *à num.* 10. ad tres casus materiam reducit. Primus est quoad oblationes lato modo sumptas, prout sunt legata pia, & redditus annui, qui pro operibus piis exoluendis, & peragendis relinquuntur, Suar. *dict. cap.* 5. *numero* 4. hæ inquam oblationes tam respectu primi donantis, seu contrahentis, quàm successorum continet obligationem iustitiæ vt in foro contentioso exigi possint, ita Gabr. Pereira *dict. cap.* 15. *n.* 10. vbi quod pro his oblationibus non agitur priuatiue in foro Ecclesiæ, sed mixtim, ita vt præuentioni sit locus. Secundus est quando oblationes fiunt respectu exequiarum, vel alterius operis ab illis ministris peragendi, qui ad illud officij necessitate non tenebantur, quibus si aliquid ex consuetudine solet præstari, exigi potest sine simoniæ labe, vel tanquam mera solutio laboris accidentalis, vel ad ipsius ministri sustentationem, nã hoc casu consuetudinem non reperiri reprobatam, resoluit Gabr. Pereira *dict, cap.* 15. *numero* 11. subdens, si petantur tales oblationes consuetæ dari clericis pro talibus obeundis, laicos ad iudicium Ecclesiæ trahi posse, cum hæc omnia sint spiritualibus annexa, & Ecclesiæ foro reseruata. Tertius est quando oblationes petuntur per ministros, qui ratione proprij officij illa opera exhibere tenebantur, veluti quando Parochus pro mortuorum obsequiis, vel sacramentis præstandis aliquid prætextu consuetudinis exigit, & hoc casu aduertit Gabr. Pereira *d. capite* 15. *numero* 13. quod si consuetudo à pia fidelium deuotione incœpit, post assignatam Parochis congruam sustentationem, adhuc ex parte offerentis vtilitas considerari potest, vt causa dandi subsistat, & præsumamus voluntatem obligandi in offerente, qui si desistat, nec velit offerre, poterit à suo Episcopo compelli, quia cunctis casibus debeat præcedere cognitio an illa consuetudo legitimum habuerit initium, vt simoniaca, vel laudabilis iudicetur, hæc discussio est mere Ecclesiastica, prout late ibi comprobat, & *à numero* 14. disputat an laici negantes tales oblationes, nunquamque eas soluisse, vel non ratam fuisse obligationem ex actibus oblationum, debet pro his pulsari in iudicio sæculari, vel Episcopi?

Vt oblatio verè dicatur oblatio, & sic Deo ac- 13
cepta, tria requiruntur, secundùm Panorm. *in capite fin. de verb. signif.* primum, quòd offerens sit Christinus, quia Ecclesia ab infidelibus non recipit oblationes, nisi fortè damnum passa sit ab eisdem, pro quo tamen non oblationes, sed earum recipit æstimationem, vt notatur in *cap. quanto, de vsur.* sed nec aliquid quod fuerit oblatum idolo, Ecclesia recipit, vt *in Concil. Eliber* est constitutum. Secundò requiritur, vt offeratur Ecclesiæ: nam, quod priuatæ personæ offertur, non est propriè oblatio, sed donatio, aut Eleemosyna, etiamsi Ecclesiasticæ personæ donetur. Tertiò, vt res oblata sit licitè, & honestè acquisita, alioquin pro oblatione non recipit, *d. cap. causa, de verb. signific. capite quia in omnibus, de vsur. cap. rex transmissa, de decim.* Illicitè autem intelligitur acquisitum quicquid ex furto, vsuris, vel alio illicito exercitio, aut ex meretricio est acquisitum: nam *Eccles.* 38. legitur: *Dona iniquorum non probat Altissimus, nec respicit in oblationes iniquorum, nec in multitudine sacrificiorum eorum propitiabitur peccatis.* Hoc idem affirmat S. August. *libro de verb. Domin. serm.* 35. & S. Greg *in præf. in Iob*, aite *Victimæ impiorum abominabiles Deo sunt, vota iustorum placabilia: neque enim omnipotentis iudicio, quid, & a quo detur inspicitur: hinc scriptum est: Respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius; ad Cain autem & ad munera eius non respexit.*

Ideò gloss. *verb. dona, in cap.* 2 *distinct.* 90. septem enumerat personarum genera, quibus prohibitum est oblationes offerre. Primum, dissidentium fra-

trom, cap. oblationes 90. dist. Castro Palao d. tract. 10.
15 disp. vnic. p. 18. n. 3. Trullench. d. dub. 13. n. 1. Secun-
dum pauperes opprimentium, d. c. 2. Fusc. de visitat.
lib. 1. c. 24. à n. 19. S. Thom. 2. 2. q. 86. art. 3. Suar. de
Relig. tom. 1. lib. 1. de diuino cultu, c. 7. à n. 4. vbi n. 10.
intelligit de oblationibus tantùm, quæ fiunt ad Alta-
16 re. Tertium sacrilegiorum, cap. diuino 12. quæst. 2.
17 Quartum extrahentium seruos suos ab Ecclesia, ad
quam confugerant, c. miror. 17. quæst. 3. Gambacurt.
de immunit. Eccles. lib. 8. c. 1. num. 10. Ludou. Correa
in repet. cap. inter alia, de immunitate Eccles. p. 4. n. 7.
prope fin. vers. quinta Quintum raptorum, cap. super,
18 de raptorib. Suar. de relig. tom. 1. tract. 2. l. 1. c. 6. num.
6. Sextum vsurariorum, cap. quia in omnibus, de vsur.
Suar. tom. 5. de censur. disputat. 31. sect. 2. n. 7. Valer.
Reginald. in praxi fori pœnit. lib. 23. num. 95. Azor.
instit. moral. p. 1. lib. 7. cap. 38. aliàs 27. quæst. vlt. qui
intelligunt de oblationibus, quæ fiunt in Altari ad
offertorium Missæ, Squillante de obligat. Cleric. p. 4. n.
90. nouissimè Bonacin. de suspensionibus omnibus in
19 particulari. disputat. 3. quæst. 3. puncto 6. Septimum
pœnitentium, cap. eos, quos, de consecr. dist. 4. vbi ad-
ditur hanc pœnam extendi non debere, nisi quate-
nus repertum delictum, quòd idem est, ac non exten-
di debere ad alios casus, etiamsi similes esse videan-
tur, Syluest. verb. decima, n. 8.

Sentit eadem glos. d. verb. dona, publicas mere-
trices non posse oblationes offerre: quia eas recipi
prohibentur Deuteron. 23. n. 17. & admittit S. Th.
2. 2. quæst. 86. art. 3. ad 1. dum ait in veteri Lege ta-
les oblationes propter immunditiam prohiberi: in
noua autem Lege propter scandalum, & similiter
quæst. 32. art. 7. ad 2. eandem reddit rationem, tum
20 propter scandalum, tum propter reuerentiam, ideò
Suar. d. cap. 6. num. 8. docet secluso scandalo, bene
posse Ecclesiam oblationes meretricum accipere, vt
etiam aliorum peccatorum, licèt publici sint, dum-
modo scandalum non detur, nec ipsorum oblata ita
malè parta sint, vt veris dominis restitui debeant,
aut aliis operibus charitatis sint obnoxia, puta su-
stentationi parentum, filiorum, &c. de quibus idem
Suar. d. c. 6. num. 6. & 7.

21 Videtur hanc prohibitionem ex parte offerentis
esse pro oblationibus spontaneis tantùm, de qui-
bus Amos cap. 4. num. 5. ibi vocate oblationes volun-
tarias, & Numer. cap. 29 numero 39. & Deuteron. 16.
num. 10. alioquin suprà enumerati mercedem reci-
perent de sua iniquitate, vt gloss. Archidiac. & Tur-
recrem. n. 2. sustinent in d. cap. 2. At Suar. d. c. 6. num.
10. cum seqq. meritò pro omnibus esse intelligit, sub-
ditque eas in Ecclesia inter Missarum solemnia ac-
cipiendas non esse, vt tales peccatores confundan-
tur, licèt tamen oblationes debitæ ad sustentationem
exigi possint, & compelli Parochiani, vt eas tradant
extra Ecclesiam; quia modus, & locus vbi offerun-
tur, est valdè accidentarius: & probat ex c. quanto,
de vsur. addit verò pretium oblationum, quæ ex
consuetudine debentur, sed non ad sustentationem,
accipi posse ab iis peccatoribus extra Ecclesiam, sed
non exigi.

22 Oblationes factæ alicui Capellæ in Ecclesia exi-
stenti, non Capellano, sed Ecclesiæ, & Rectori de-
bentur, Felin. in c. dilectus, num. 1. de offic. ordin. Socin.
de oblat. libel. 18. quæst. fin. nisi appareat relictum es-
se intuitu ipsius Capellæ, non Ecclesiæ, Marc. An-
ton. Genuens. in pract. Archiepiscop. Neapol. cap. 71.
numero 14. Aloys. Ricc. in praxi, part. 4. resolut. 296.
numero 1. Hieron. Carat. in opusc. de iuribus paroch.
23 titul. 3. capite 9. vbi subdit, quòd in dubio obla-
tiones, quæ fiunt in aliquo Altari, præsumuntur 24
fieri intuitu Ecclesiæ. Sic etiam oblationes, quæ
fiunt in Capella, vel Oratorio sito intra Parochiæ
fines, non Oratorio, sed ipsi Parochiali adiudicari
debere, resoluunt Troill. Maluet. de oblat. dub. 4.
numero 29. Mar. Socin. eod. tractat. dict. libell. 18.
num. 9. & 10. Franc. Marc. Delphin. decis. 36. 5. n. 2.
part. 2. Rebuff. de decim. quæst. 1. numero 29. Ferret.
consil. 143. numero 4. Rip. de oblation. Eccles. re-
spons. 1. numero 2. cum seq. Decian consil. 16. num. 8.
lib. 2. Borgnin decis. 17. numero 71. part. 2. Pedem.
decis. 99. num. 2. Gutier. canon. lib. 2. cap. 22. num. 139.
Franc. Leo in thesauro fori eccles. part. 2. cap. 28. num.
19. & 31. Mar. Antonin. variar. resolut. lib. 1. resolut.
112. casu 2. Hieronym. Carat. dict. tit. 3. cap. 10.
Rota decis. 256. part. 1. recent. Adeò vt procedat, 25
etiamsi oblationes fierent in Capellis, vbi erecta
essent distincta beneficia: quia nihilominus Paro-
chiali, & Parocho, non Capellis, & Beneficiatis ce-
derent, Abb. in d. cap. pastoralis, num. 2. Socin. d. libell.
18. num. 10. Fusc. de visitat. lib. 1. c. 14. n. 12. Maluet.
d. dub. 4. num. 29. Rota decis. 308. num. 2. part. 2. re-
cent. & in Hispalen. Primitiarum, 3. May 1611. co-
rem. R. P. D. Nauarro. Addit Carat. d. tit. 3. cap. 21. 26
oblationes factas imagini depictæ in pariete domus
alicuius personæ priuatæ, Parochiali quæri, intra cu-
ius fines situs est paries, nisi offerens obtulisset con-
templatione domini domus, putà si talis esset pau-
per, vel offerens sciret dominum domus ex consuetu-
dine conuertere oblationes in suas necessitates, vel
in pios vsus: additque non obstare cap. hanc consue-
tudinem 11. quæst. 1. qui loquitur de oblatis in Ec-
clesia, non in loco profano.

Oblationes, quæ fiunt tempore Iubilæi, vel anno 27
Sancto in Ecclesia Cathedrali spectant ad Archi-
presbyterum eiusdem Ecclesiæ, non autem ad Epis-
copum: nam, cùm Archipresbyter habeat curam
animarum, & Sacramentorum administrationem,
habet per consequens de Iure communi fundatam
intentionem in omnibus oblationibus, idque priua-
tiuè ad Episcopum vt per Abb. in cap. quoniam notab.
1. de decim. Maluet. de Oblation. dub. 4. n. 401. Ferret.
cons. 143. num. 4. Hieron. Carat. dict. tit. 3. capite 22.
Aloys. Ricc. d. resolut. 296. num. 6. Rot. in Beneuenta-
na spolij 2. Decembris, 1585. coram Orano. quam citat
Bellet. disquisit. clerical. part. 1. tit. de bonis Clericor. §.
3. num. 19. vbi num. 50. refert plura, quæ veniunt
oblationis nomine. Oblata celebranti in Ecclesia ce- 18
dunt Rectori, Hieron. Carat. d. tit. 3. cap. 13. in princip.
vbi in fine resoluit, quòd oblationes, quæ fiunt in
Missa de sponso, quæ celebratur à Parocho in aliena
Parochia, debent esse celebrantis, cùm eius con-
templatione dentur.

Quæstio est dubia, an oblationes, quæ sacris
Imaginibus deferuntur, debeantur Episcopo, vel 29
Parocho. Et multi partes Episcoporum tuentur, vt
Angel. in disput. incip. In refulgenti, in 2. dub. Maluet.
de oblat. in 4. dub. num. 14. Petr. de Vbald. de Canoni-
ca portione, c. 4. q. 16. refert Decian. cons. 16. sub. n. 7.
lib. 2. Attamen verior, & hodie receptissima est sen-
tentia quòd, siue in parochiali positæ sint huius-
modi Imagines sacræ, siue extra, intra tamen
limites Parochiæ, habet fundatam intentionem
Parochus super omnibus obuentionibus contin-
gentibus intra limites suæ Parochiæ, & ad eum
spectat, vrgénsque est text. in cap. pastoralis, &
ibi Canonistæ, de his, quæ fiunt à Præl. sine consensu
Cap. & tex. in cap. hanc. 10. quæst. 1. & in cap. dilectus,
de offic. Ordin. vbi Abb. numero 4. qui subdit in vers.
quoad

quod primam. Episcopo solùm deberi oblationes quando sacræ Imagines reperiuntur extra omnem Parochiam, Felin. *ibidem in princip. & numero* 3. & Abb. *in c. quoniam, numero* 1. *decim.* vbi signanter, quod spectant ad Parochum, & non ad Episcopum, Capell. Thol. *dec.* 483, Ferret. *consf.* 143. qui benè distinguit *num.* 2. 3. & 4. Azot. *instit. moral. p.* 1. *lib.* 7. *cap.* 38. *quæst.* 13. Decian. qui fuse pro Parocho contra Episcopum in his oblationibus, quæ iconi Sanctissimi Crucifixi offerebantur, consuluit *d. consf.* 16. *per tot. lib.* 2. Gutier. *Canon. quæst. l.* 2. *c.* 21. *n.* 62. Marescot. *variar. resolut. lib.* 2. *c.* 42. *n.* 6. 7. & 8. Bellet. *disquisit. cleric. part.* 1. *tit. de bonis Cleric.* §. 3. *n.* 3. & 6. Aloys. Ricc. *in decision. Curiæ Archiep. Neapol part.* 4. *dec.* 170. *n.* 7. me citato Trullench *d. lib.* 3. *c.* 3. *dub.* 13. *n.* 8. Marc. Anton. Genuens. *in practi. ab. eccles. q.* 230. & hanc eandem opinionem videtur amplexus S. Thom. 2. 2. *q.* 86. *art.* 2. *præsertim in resp. ad* 2. *argum.* & expressè sequuta est Rot. *in Aquilana nullitatis erectionis,* 10. *Decembris,* 1610. *coram P. R. D. meo Pirovano* quæ est *decis.* 156. *p.* 1. *recent.* & *in Beneventana spolij* 2. *Decembris* 1585. & *eodem die* 1587. *coram Orano,* vbi dictum fuit oblationes factas in Ecclesia Cathedrali spectare non ad Episcopum, sed ad Archipresbyterum, qui curam animarum ibi exercebat: & idem respondit Sacra Congregatio Eminentissimorum Interpretum. Concilij Trident. *in vna Cauen.* Ius enim vniversale habet Parochus intra limites suæ Parochiæ, medius que est inter Deum, & populum: vnde quemadmodum dogmata, & Sacramenta, quæ proueniunt à Deo, exhibet populo, ita vice versa exhibet Deo ea, quæ sunt populi, nempe, preces, & oblationes, & qui Altari seruiunt, de Altari participant, vt egregiè raciocinatur S. Th. *d. art.* 2.

30 Et quamuis hæc conclusio sibi locum vendicet, nisi oblationes in certum vsum ex piorum offerentium voluntate fuerint destinatæ; in dubio enim solummodò spectant ad Parochum, quoties à Fidelibus præstantur ad certum finem, pro Missis, scilicet, & fabrica, tunc ad Parochum nullo modo spectant, & voluntas eorum, qui Eleemosynam, seu oblationes dederunt, præcisè seruari debet, vt præcitati Doctores monent, & præsertim adden. ad Capell. Tholos. *d. decis.* 483. Marescot. *d. c.* 42. *numero* 1. *lib.* 2. Aloys. Ricc. *d. dec.* 170. *numero* 1. Rot. *in Bracharen. Oblationum.* 17. *Decembris,* 1612. *coram Card. Pamphilio. iun.* Attamen aduertendum est, quòd non habet quidem fundatam intentionem Parochus ad effectum, vt hoc casu oblationes conuertat in proprium, cùm debeant in vsum à largientibus destinatum erogari. Verùm administratio harum oblationum, etiam tali casu, ad Parochum videtur spectare ex eodem iure Parochialitatis, & qua ratione oblationes spectant ad Parochum, nisi fuerint in determinatum vsum datæ, eadem, imò & maiori ratione ad eundem Parochum spectat saltem administratio oblationum, quoties in certam causam sunt erogandæ; cùm & regulariter de istis oblationibus Parochus debeat esse fidelis administrator, ac dispensator, partim conuertendo in proprium vsum partim erogando in iis, quæ concernunt cultum diuinum, & partim ad pauperum inopiam subleuandam, vt per S. Thom. *loco præallegato*, & de harum oblationum distributione idem sancitum fuit *in c. Vulterana, & in cap. quatuor.* 11. *q.* 2. & quòd huiusmodi oblationum solus Parochus habeat administrationem, dixit Abb. *in c. postulastis, num.* 2. *vers. administrationem autem, de his, quæ fiunt à Præl. sine cons. Cap.* & Ferret. *d. consil.* 143. *num.* 4. *vers. & quod.* Plurimùm tamen admittendam esse consuetudinem in hac materia Oblationum, tradunt omnes, vt per Mar. Socin *de oblat. lib.* 18. *num.* 17. 18. & 26. Maluct. *eod. tract. p.* 4. *n.* 62. Ferret. *consil.* 278, Decian. *d. consil.* 16. *num.* 1. Aloys. Ricc. *d. decis.* 170. *n.* 2. Stephan. Gratian. *discept. forens. c.* 395. *n.* 26. Ex ex Theologis admittit Sot. *de iustit. lib.* 2. *q.* 3. *art.* 2. *versic. quicquid.* Ita eleganter Rot. *in Lunen. Sarzanen. oblationũ* 8. *Febr.* 1627. *coram R. P. D. Merlino.* 31

In plerisque diœcesibus Regni Portugaliæ, & alibi viget antiqua consuetudo vt ex bonis & rebus à defuncto relictis debeatur, ac danda sit Parocho melior vestis, siue supellex, aut vas aliquod argenteum, seu alia res mobilis, quam ipse Parochus elegerit, pro cuius consuetudinis validitate pugnant Cassador. *dec. vnic. de consuet. in princ.* Cou. *var. lib.* 1. *c.* 17. *n.* 3. *vers. sic sanè* latè Gutier. *canonic. lib.* 2. *c.* 21. *n.* 160. vbi *n.* 161. idem procedere ait, ac seruandum esse in veste scissa Parochiani decedentis existentis penes sartorem nondum sita, nec completa electa vigore dictæ consuetudinis à Rectore Ecclesiæ Parochialis. Hoc ius Parochi ad meliorem supellectilem defuncti luctuosa vocatur apud nostros Lusitanos, quia ex luctu ob mortem defuncti exigitur, siue deferatur in prædicta consuetudine, quamuis propriùs ab effectu possit vocari gaudiosa eam habere debentibus, vt aduertit Gutier. *d. c.* 21. *n.* 161 *in fine*, qui affirmat luctuosam quoque vocari apud suos Ciuitatenses, de qua dixi aliqua supra *hoc eod. lib. c.* 19. *n.* 10. & *de officio & potest. Episcopi, p.* 3. *alleg.* 83. *num.* 6. 32

CAPVT XXIV.

De Quarta parochiali, seu Canonica portione.

SVMMARIVM.

1. *Canonica portio inducta est iure Canonico propter Sacramenta, quæ ministrat Parochus suis Parochianis.*
2. *Canonica portio de iure est quarta, & potest induci per consuetudinem, quòd sit medietas, vel tertia, & quæ consuetudo in hoc attendenda sit? ostenditur.*
3. *Ecclesia illa, apud quam defunctus fuerit sepultus, tenetur partem eorum, quæ ille pro anima sua eidem Ecclesia relinquit, Parochiali Ecclesiæ tradere, in qua domicilium defunctus habebat.*
4. *Religiosi omnes, etiam Mendicantes, tenentur soluere quartam funeralem, quando quis elegit sepulturam apud suas Ecclesias: & quid apud Ecclesias Monialium? ibid. n.* 5.
6. *Quarta funeralis semper pro relicta censetur, etiamsi id non exprimatur.*
7. *Quartam funeralem soluere non tenentur Religiosi, seu alij, qui sunt exempti à solutione quartæ per priuilegia concessa ab habente potestatem.*
8. Clem. dudum, de sepult. *debet specialiter derogari, non autem generaliter, vbi Religiosi eximuntur à solutione quartæ funeralis.*

9 Commu

9 *Communicatio non extenditur ad ea, quæ sunt alijs præiudicialia.*

10 *Claus.* Salua iustitia Ecclesiarum Parochialium, *apposita in priuilegio specialiter derogante* Clem. dudum. de sepult. *non officit, quin per talia priuilegia non concedatur exemptio à solutione quartæ funeralis.*

11 *Priuilegia habentes non soluendi quartam funeralem, si licentiam obtinuerint ædificandi aliquod Monasterium cum conditione, vt ædificaretur sine præiudicio iurium Ecclesiarum Parochialium, à solutione eiusdem quartæ non eximuntur.*

12 *Regulares, qui 40. annis ante confirmationem Concilij erant soliti soluere quartam Parocho, vel Episcopo, eam etiam post Concil. tenentur soluere, licèt ex priuilegio soluere non tenerentur Episcopo, vel Parocho, sed alijs personis.*

13 *Regulares non tenentur ad solutionem quartæ, quorum Ecclesiæ sunt ædificatæ ab annis 40. citra, & sunt exempti per priuilegia.*

14 *Constitutio Pij V.* Etsi Mendicantium, *fuit per Gregorium XIII. redacta ad terminos Concilij, non autem reuocata.*

15 *Ecclesiæ, vel Monasteria ædificata 40. annis ante Concilij confirmationem, quæ non erant solita soluere quartam funeralem, ad illam etiam post Concil. non tenentur.*

16 *Quarta funeralis vsque ad quartam exclusiuè potest præscribi spatio decem annorum absque titulo: at consuetudo 40. annorum cum titulo, aut immemorabilis requiritur, vt præscribatur infra quartam, vel vt nihil debeatur.*

17 *Quartam funeralium tenentur hæredes mortuorum soluere Parocho.*

18 *Parochianus, quando elegit sepulturam in aliena Ecclesia, & legatum æquiualens reliquit propria, an censeatur legasse animo compensandi in quartam portionem legatorum, quæ reliquit Ecclesiæ extraneæ? ostenditur.*

19 *Quarta funeralis debetur Ecclesiæ in qua Parochianus consueuit audire diuina, & recipere Sacramenta.*

20 *Rectoribus Parochialium de Iure debetur quarta funeralis.*

21 *Vicario perpetuo, vel temporali, & etiam Sacerdoti conducto, ac habenti curam Parochianorum, debetur quarta funeralis, si nullus adesset Rector.*

22 *Cathedrali Ecclesiæ debetur quarta funeralis, vel præscriptione, vel ex eo, quòd illam sibi reseruauit, quando Parochiæ fuerunt erectæ in signum superioritatis.*

23 *Quarta funeralis non debetur Parocho, intra cuius fines viator decessit, stante consuetudine in ciuitate, quòd ius sepeliendi peregrinos, & viatores spectet ad Ecclesiam Cathedralem.*

24 *Parochianus, si in vna Ecclesia solet audire Missam, in altera verò recipere Sacramenta, Canonica portio debetur ei, à quo recipit Sacramenta.*

25 *Quarta funeralis quando non constat ex consuetudine, vel alia ratione, cui debeatur, Episcopone, vel Parocho, in hoc dubio præfertur Parochus.*

26 *Quarta funeralis debetur Parochiæ, vbi quis habet domicilium, licet obierit defunctus in villa, ad quam se contulerat animo redeundi.*

27 *Quarta funeralis suæ Parochiali Ecclesiæ debetur, etiamsi quis ægrotus ad aliam deferri se fecerit, & ibi mortuus fuerit.*

28 *Quartam funeralem Ecclesiæ Parochiali debet, qui in ægritudine constitutus se cum bonis suis ad Religionem in alia Ecclesia transtulerit; secus si sanus bona sua Monasterio, aut alteri Ecclesiæ dederit.*

29 *Sepultura electa apud Ecclesiam, vbi defuncti Maiores solent ab antiquo sepeliri, quarta funeralis ei non debetur, sed Ecclesiæ, in qua consueuit audire diuina, & recipere Sacramenta.*

30 *Parochialis Ecclesia culpa Parochi interdicta, si in alia eius Parochianus sepeliatur, nihil percipit de iis, quæ occasione illius sepulturæ obuenerunt.*

31 *Defunctus, si, dum vixit, elegit sepulturam in alia Ecclesia, priusquam Parochialis esset interdicta, huiusmodi sequens interdictum non tollit quartam Parochialem, quæ antea deberi cœperat.*

32 *Parochus quartam funeralium qua actione petere possit? ostenditur.*

33 *Renunciatio Canonicæ portionis in damnum Ecclesiæ Cathedralis, vel Parochialis facta, nullius est valoris.*

34 *Compositiones, & pacta super iuribus Parochialibus facta inter Prælatos Conuentuales, & Parochos, quando sint valida? ostenditur.*

35 *Renunciare iuri quæsito de non soluendo quartam, quando per vnum, vel binos actus contrarios censeantur Religiosi? ostenditur.*

36 *Quarta funeralis debetur de omnibus, quæ obueniunt ratione funeris.*

37 *Funeralia dicuntur, quæ ratione sepulturæ obueniunt, & quæcunque occasione funerum ad Ecclesiam perueniunt, & ea, quæ cum funere portantur.*

38 *Quarta funeralis debetur Parocho ex funeralibus sequenti die post funus solemniori pompa factis.*

39 *Quarta funeralis non debetur Parocho de candelis, quas Fratres, & alij Presbyteri in funeralibus præ manibus deportare solent.*

40 *Intorstitiorum, seu cereorum Confraternitatum secularium funera associantium quarta funerali; Parochæ minimè debetur.*

41 *Quarta funeralis debetur de candelis, seu cereis accensis, quæ circa Crucem, & cadauer deferuntur.*

42 *Interstitia, cerei, & candelæ, quæ per viam deferuntur, & circa cadauer accenduntur, sunt diuidenda pro æquali portione inter Parochum defuncti, & illum, ad cuius Ecclesiam defunctus defertur.*

43 *Quarta funeralis debetur de illis, quæ dantur pro Missis dicendis.*

44 *Quarta funeralis debetur de armis, liberis, banderiis, culcitra, seu pallio, quæ in feretro deferuntur, nisi aliter sit ex consuetudine, vel priuilegio.*

45 *Quarta funeralis non debetur de illis, quæ offeruntur in funere alicuius, qui de facto contra voluntatem Fratrum in eorum Ecclesiis, v. g. tempore interdicti sepelitur.*

46 *Quarta funeralis an, & quando debeatur de illis, quæ offeruntur in funere alicuius Nouitij? ostenditur.*

47 *Quarta funeralis non debetur de legatis factis Ecclesiis, vel locis piis pro fabrica, ornamẽtis cereis?*

cereis, luminaribus, & anniuerſario poſt ſextum diem.

48 *Canonica portio debet ſolui de rebus quomodolibet donatis, ſeu relictis, ſiue ſit donatum vni ex Regularibus, ſiue toti Monaſterio.*

49 *Quarta funeralis non debetur de veſtibus non datis pauperibus.*

50 *Quarta funeralis debetur de omnibus illis, quæ iure inſtitutionis relinquuntur Monaſteriis; ſiue aliis piis locis, non verò de iis, quæ teſtator in pios vſus iuſſit diſtribui.*

51 *Quarta funeralis debetur de omnibus legatis factis Eccleſiæ, in qua quis elegit ſepulturam, ſi relinquantur ratione loci, non autem ratione perſonæ, neque in fraudem.*

52 *Quarta funeralis non debetur ex legatis factis Monaſterio, quòd ſit exemptum per priuilegium, & ex legatis factis Eccleſiæ, in qua teſtator non ſepelitur, & ex legatis factis Eccleſiis, vel locis piis, ornamentis, cereis, luminaribus, anniuerſario poſt ſextum diem, & ex legatis relictis Eccleſiæ pro fabrica.*

1 ANONICA portio, quæ ab
aliis Quarta Parochialis dicitur, in-
ducta eſt Iure Canonico propter
Sacramenta, quæ miniſtrat Paro-
chus ſuis Parochianis, id eſt, pro-
pter onus, quod in eorum admini-
ſtratione ſubit, *cap. 1. c. relatum, cap. de his, de ſepult.*
Nouar. *forenſ quæſt. 22. num. 8. tom* 2. Aloſy. Ricc. *in
praxi, par. 4. reſol. 299. num. 1. &* 2. Hieron. Ro-
deric. *in compend. quæſt. Regular. reſol. 18. num. 1.* Eſt
illa portio quæ debetur Parocho ex omnibus, quæ
obueniunt ratione funeris alteri Eccleſiæ vbi eius
Parochianus ſepelitur, Alphonſ. de Leone *de offic.
Cappellani p. 1. quæſt. 5. ſect. 8. num. 96.* De Iure eſt
2 quarta, *cap. cùm ſuper, de ſepultur. Clem. dudum, eod.
tit.* poteſt tamen induci per conſuetudinem, quòd ſit
medietas, vel tertia, *cap. antiquos. 10. q. 1. & c. certifi-
cari, de ſepultur.* Bald. *lib 4. conſ. 70.* Lap. *de Canonica
portione, cap. 1. num. 4.* Iul. Lauor. *var. lucub. tom. 1.
tit. 2. cap. 17. ex num. 4.* Card. Tuſch. *lit. Q. concl. 23.*
Vgolin *de officio Epiſcopi, c. 17. n. 2.* Hieron. Roder.
vbi ſupr Quæ conſuetudo debet eſſe rationabilis, &
legitimè præſcripta ſpatio 40. annorum; quod in-
telligitur de quarta non expreſſa à Iure: ſi verò ſit
expreſſa à Iure, ſufficit conſuetudo, etiam non præſ-
cripta, Petr. de Vbaldis *de Canon. port. p. 2. cap. 5.*
Ludou. Miranda *in man. Prel. tom. 2. quæſt. 48. art. 5.
concl. 1.* vbi intelligit neceſſarium tempus illud qua-
draginta annorum ad hoc, vt valeat conſuetudo,
quòd detur Epiſcopo, vel Eccleſiæ Parochiali vltra
dimidiam partem; vt putà quòd dentur duæ par-
tes ex tribus, vel quòd detur citra quartam par-
tem, id eſt, minùs quarta pars: at verò ad hoc, vt
detur infra dimidiam, vel quartam partem, non
eſt neceſſum, quòd huiuſmodi conſuetudo ſit
præſcripta ſupradicto 40. annorum numero; ſed
ſufficit numerus decem annorum, Iul. Lauor. *loco
proximè citato*, vbi *à numero* 8. poſt Sebaſt. Medic.
de ſepultur. quæſtio 7. aduertit, quòd quando in Ec-
cleſia Parochiali non eſt certa conſuetudo, quan-
tum exigat, tunc ea ſeruari debebit, quæ viget
in Eccleſia, cui legatur: ſi verò in Eccleſia Pa-
rochiali eſt vna conſuetudo, & in Eccleſia, cui
legatur, eſt altera, tunc inſpicietur conſuetudo
Eccleſiæ Parochialis, quæ prætendit titulum one-
roſum propter adminiſtrationem curæ: ſed Ec-
cleſia, cui legatur, prætendit titulum lucratiuum, &
duobus titulis concurrentibus potior eſt conditio ti-
tuli oneroſi, quàm lucratiui. Si denique nulla eſt
conſuetudo Parochiali in Eccleſia, nulla in Eccleſia
legataria, ſed in aliis Eccleſiis euſdem diœceſis eſt
aliqua conſuetudo, tunc ſi eſt vniformis, debet ſer-
uari; ſi difformis ſeruabitur, quæ eſt magis conformis
iuri communi.

A quo debeatur Quarta Parochialis?

Ne Parochialium Eccleſiarum Rectores, qui- 3
bus cura incumbit animarum, debitis frauden-
tur ſubſidiis, ſtatutum fuit *in cap. 1. de ſepultur. &
in Clem. dudum, eod. tit.* vt Eccleſia illa, apud quam
talis fuerit ſepultus, teneatur partem eorum, quæ
defunctus pro anima ſua eidem Eccleſiæ reliquit,
Parochiali Eccleſiæ tradere, in qua domicilium de-
functus habebat. Ita docent Læl. Zech. *de Re-
publ eccleſ. cap. 28. de Parochis, numero* 18. Menoch.
de præſumpt. libro 1. præſumpt. 109. numero 56 Fr.
Emman. *quæſt. regul. tom. 2. q. 39. art. 2. in princ.* Fr.
Archang. Caraccia *in tract. de quarta funeral. cap.
1.* Ludou. Miranda *in man. Prælat. tom. 2. quæſt 49.
art. 10. concl. 1.* Iul. Lauor. *var. lucubrat. tom. 1. tit. 2.
c. 17. n. 35.*

Amplia, vt omnes Religioſi, etiam Mendicantes, 4
teneantur ſoluere huiuſmodi quartam quando quis
elegit ſepulturam apud ſuas Eccleſias, *d. Clement.
dudum, §. verum.* Ioan. Maria Nouar. *in lucerna Re-
gular. verb. Quarta, in princ.* Vt de Fratribus B.
Mariæ de Victoria Ordinis Minimorum S. Franciſ-
ci de Paula Dixit Rot. *in Granaten. quarta funera-
lium, 21. Maij,* 1640. *coram bonæ mem Card. Cana-
lerio,* inter eius impreſſas *deciſ.* 101. & quamuis Azor.
d. part. 2. lib. 9. cap. 13. quæſtio 5. §. inſuper, credide- 5
rit id non extendi, quando quis elegit ſepulturam
apud Monaſteria, ſeu Eccleſias Monialium Ordi-
nis Minorum, & Prædicatorum, ibique de facto
ſepelitur, quia, inquit, *d. Clement. dudum*, loquens
de Fratribus, cùm ſit pœnalis, non eſt extendenda,
ſed reſtringenda: tamen hoc nullo Iure proba-
tur poſt Concilium Trident. *d. capite* 13. cùm in illo
generaliter in quibuſcunque locis piis, ac Mona-
ſteriis, vbi ſolita eſſet perſolui, id obſeruari præ-
cipiatur; vnde, quantum ad hoc, conſuetudini
loci ſtandum eſſe omninò cenſeo, ídque innuere
videntur illa verba Tridentini, *ſolita eſſe perſolui*;
ideóque id abſolutè tenet Portel. *d. verb. Canoni-
ca portio, numero* 8. referens quandam Bullam Pij
V. vbi expreſsè fit mentio de Monialibus, & ea-
rum Monaſteriis, & declarat Pontifex non de-
beri quartam, ſeu portionem Canonicam de 6
Miſſis, & aliis relictis Fratribus, & Monialibus,
ac eorum Monaſteriis, refert & ſequitur Hieron.
Roderic. *in compend. quæſt. Regul. reſol. 18. num. 17.*
Et iſtam quartam ita Eccleſiæ Parochiali debe-
ri, vt electio ſepulturæ in aliquo Monaſterio nul-
la ſit, ſi Parocho non relinquatur quarta exiſti-
mauit Hoſt. *in ſum. de ſepult. §. apud quam Eccle-
ſiam, verſ. vel non reddatur.* Sed contrarium eſt ve-
rius, quia ſemper debetur quarta, & pro relicta
cenſetur, etiamſi id non exprimatur, Abb. *in cap.
de his. in 2. not. de ſepultur.* Greg. Lap. *l. 5. verſ. ò ſi non
dexaſen. tit. 13. par. 1.* Fr. Eman. *d. quæſt. 39. art. 6.*
Miranda *vbi ſuprà, art. 12.* Hieronym. Roder. *d. re-
ſol. 18. n. 7.*

Limita primò in Religioſis, ſeu aliis, qui ſunt 7
exempti

exempti à solutione quartæ per priuilegia concessa ab habente potestatem, Fr. Emman. *d. q. 39. art. 2.* Nouar *d. verb. quarta n. 2.* Archangel. Caraccia *de quara funerali, cap. 1.* Gutier. *de iuram. confirm p. 2. cap. 4. n. 3.* vbi loquitur de Bulla Pij V. & de Patribus Theatinis Clericis Regularibus dixit Rot. *in Licien. quarta funeralis, 15. Ianuarij, 1618 coram Reuerendiss. D. meo Decano;* & de Fratribus Prædicatoribus *in Hispalen. quarta funeralium 4. Iunij, 1590. coram bonæ mem. Card. Pamphilio sen.* de quibus etiam Steph. Gratian. *discept. forens. c. 925. à princ.*

8 Declara hanc limitationem procedere, dummodo per priuilegia fuerit specialiter derogatum *d. Clem. dudum, de sepult.* non autem generaliter, Rot. *in d. Granaten, quarta funeralium,* per *cap. ex parte de capellis Monach.* Rot. *dec. 112. p. 1. diuers.* de quare benè Petr. de Vbaldis *de Canon. paroch. cap. 6. n. 8.* vbi quòd *dicta Clem. dudum*, derogatur etiam per clausulas generales, si constet de voluntate Principis derogare volentis, omnibus in contrarium obstantibus.

9 Ita autem est necessarium, vt derogetur *dicta Clem. dudum* vt si in aliquibus priuilegiis concessis, v. g. Prædicatoribus, fuerit *dicta Clem.* specialiter derogatum, & hæc eadem priuilegia fuerint communicata Religioni Sancti Francisci de Paula; non communicetur, nec extendatur dicta derogatio in fauorem Religionis Sancti Francisci de Paula, vt in his terminis fuit tentum *in d. Granaten. quarta funeralium, & in Vallissoletana quarta funeralis, 19. Aprilis, 1606. coram Iusto:* quia communicatio non extenditur ad ea, quæ sunt aliis præiudicialia.

10 Et licèt huic *Clem.* per aliquod priuilegium sit specialiter derogatum; si tamen fuit opposita claus. *Salua iustitia Ecclesiarum Parachialium*, non censetur Pontifex per talia priuilegia concessisse exemptionem, ita vt non teneatur soluere quartam funeralem, Rot. *in d Vallissoletana quarta funeralis.* Contrarium tamen tenebat Reuerendiss. D. Coccinus in suo voto, quia stante specifica derogatione *dicta Clement. dudum*, hæc clausula debet intelligi quoad alia, non quoad expressa, aliàs priuilegium inseruiret de vento, & hoc credo verius: quia licèt priuilegia debeant strictè interpretari, non tamen ita debent intelligi, vt destruantur.

11 Sublimita, vt non procedat, quando habentes huiusmodi priuilegia, habuerunt licentiam ædificandi aliquod Monasterium, cum conditione, vt ædificaretur sine præiudicio iurium Ecclesiarum Parochialium, Rot. *in d. Granaten. quarta funeralium, 31. Maij, 1610. coram bon. mem. Cardin Caualerio,* inter eius impressas *dec....* quia hæc conditio est valida, cùm res ad suam naturam redeat, *c. 1. & vlt. de pactio, in 6. c. ab exordio, 35. dist.*

12 Secundò limita, vt non procedat in Regularibus, qui 40. annis ante confirmationem Concilij, erant soliti soluere quartam Parocho, vel Episcopo: hi enim etiam post Concilium tenentur soluere eandem quartam Episcopo, vel Parocho, licèt ex priuilegio hæc quarta non solueretur Episcopo, vel Parocho, sed aliis personis, vel locis, Rot. *in d. Vallisoletana quarta funeralis. 19. Aprilis, 1606. coram Iusto. & in d. Licien. quarta, funeralis, 15. Ianuarij, 6811. coram Reuerendiss. D. meo Decano* & clara sunt verba Concilij Trid. *sess. 25. de reform. c. 13.* quæ sequuntur: *Decernit sancta Synodus, vt quibuscumque, in locis iam ante annos 40. quarta, quæ funeralium dicitur, Cathedrali, aut Parochiali Ecclesiæ solita esset persolui, ac postea fuerit ex quocunque priuilegio aliis Monasteriis, Hospitalibus, aut quibuscunque locis piis concessa, eadem post hac integrò iure, & eadem portione, qua antea solebat, Cathedrali, seu Parochiali Ecclesiæ persoluatur, non obstantibus concessionibus, gratiis &c.*

Ex hac secunda limitatione colligitur illos Regu- 13
lares non teneri ad solutionem quartæ, quorum Ecclesiæ sunt ædificatæ ab annis 40. citra, & sunt exempti per priuilegia, vt censuit S. Congreg. Concilij *ad d. cap. 13.* Rot. *in d. Licien* Fr. Archang. Caraccia *d. cap. 1. fol. 20. § nec sacri Concilij* Fr. Hieron. Rodoric. *in compend. quæst. regular. resol. 18. num. 2.* & declarauit Pius V. *Constit. sua* incip. *Etsi Mendicantium 17. Kalend. Iulij 1567.* vt refert Caracc. *loco citato,* & Gutier. *de iuram confirm. p. 2 cap. 4. num. 3.* Cuius Constitutionis verba, quæ hac de re agunt, sunt, quæ sequuntur: *Quartam autem funeralium, de qua sess. 25. cap. 13. nequaquam soluere teneatur Monasteria, quæ a 40. annis citra fundata existunt. postquam Concilium ipsum loquitur tantùm de Monasteriis ante annos 40. fundatis, quæ ipsam quartam soluere consueuerunt, & vbi solui consueuit id tantùm ceræ, & aliorum, quæ in aliquibus partibus deferri contigerit tempore, quo defunctorum corpora ad sepulturam deferuntur, non autem de Missis, seu legatis, vel aliis, Fratribus ipsis, seu Monialibus relictis, aut alias quomodolibet donatis solui debet, sicque intelligi Concilij decretum quoad quartam huiusmodi soluendam debere decernimus. Vbi verò non est consuetudo soluendi quartam huiusmodi, de nullo supra scriptorum solui debere declaramus.* Quæ Constitutio licet loquatur 14
simpliciter de Monasteriis ædificatis à 40. annis citra Concilij confirmationem, nulla facta mentione de priuilegiis, tamen ita est intelligenda; quia per Gregorium XIII. *die 10. Octobris, 1586.* cuius Constitutionem refert Nauar. *in Man. c. 27. in fine*, fuit redacta ad terminos Concilij non autem reuocata, vt in declaratione, quam refert Fr. Archang. Caraccia *in fine tractatus*, & in declarationibus impressis Concilij *sess. 23. de reform. cap. 15. § ab Episcopis,* & sequitur Rot. *in d. Licien.* cuius particula, quæ ad rem plurimùm facit, ita se habet: *Nec obstat* Concil. Trid. *sess. 25. cap. 13. de Regularib quia, cùm istud Monasterium sit fundatum post publicationem Concilij, & quatenus esset fundatum antea, cùm non esset solitum soluere dictam quartam, Concilium ei non obstat, vt declarauit* Sanctissimus Pius V. in sua Constit. de anno 1567. quam refert Archang. Caraccia *de quarta funer. capite 1.* Gutier. *de iuram confirm. part. 2. cap. 4 numero 3.* Emman. Roder. *in quæst. regul. tom. 1. quæst. 11. art. 2. & ita resoluit* Congreg. Illustriss. interpretum, *vt refert* Roder. loco prædicto. *Nec est verum, quòd prædicta Constitutio Pij V. fuerit reuocata, per Gregorium XIII. vt in eius Bulla, quam refert.* Nauar. in Man. *cap. 27. in fine, quia cum dicta Bulla Pij plura contineret, per Gregorium redacta fuit ad terminos Concilij, vt censuit* Congregatio Illustriss. interpretum, *sicut testatur* Carraccia loco citato, *qui etiam in fine tractatus refert ipsam declarationem, & bene aduertit* Gutier. vbi suprà Hactenus Rota. Vide Lezan. *in sum. quæstio. Regulari. cap. 3. num. 12. & 13.*

Tertiò limita in Ecclesiis, vel Monasteriis 15
ædificatis 40. annis ante Concilij confirmationem, quæ non erant solita persoluere dictam quartam: nam tunc ad illam etiam post Concilium non tenentur, vt *in d. capite 13. Conc.* Fr. Archang

chang. Caraccia *d.c.* 1. § *secundum est fol.* 20. Pius V. *in d. Constit.* quam referunt idem Caraccia, & Fr. Emman. *citatis locis*.

16 Quartò limita, vt non procedat in iis personis, seu Ecclesiis, quæ præscripserunt portionem Canonicam: nam, cùm alibi soluatur dimidium, alibi pars tertia, alibi pars quarta, vsque ad quartam exclusiuè, potest præscribi spatio decem annorum absque titulo: ad hoc autem vt præscribatur infra quartam, vel vt nihil soluatur, requiritur consuetudo 40. annorum cum titulo, aut immemorabili, Alexand. *cons.* 196. *numero* 15. *vers. de præscriptione, libro* 2. Syluest. *in sum. verb. Canonica portio, numero* 2. & 3. Lap. de Castellione *de Canon. portione, capite* 2. *num.* 64 & 65. Petr. de Vbald. *de Canon. parochiali, capite* 5. *num.* 3. & *seq* & *cap.* 6. *num.* 34. & *seq.* Molin. *de iustit. tract.* 2. *disp.* 215. *num.* 7.

17 Et quamuis quartam funeralium non teneri hæredes mortuorum soluere Parocho, nec aliquid aliud existimauerit Fr. Archang. Caraccia *de quarta funerali, capite* 4 *ante med. vers. hæc sit mea sententia, per cap* 12. 14. 15 *xiij quæst.* 2. *cap. non satis*, & *cap. cum Ecclesia, de simonia*, contrarium tamen videtur verius, vt tenent Couar. *in cap officij, num.* 9. *vers. nec obst. at de testam. sub tit. de legatorum imputat. in debitum, in noua impress.* Antuerpiensi, Molin. *d. disp.* 215. *num.* 5.

18 Sed quando Parochianus eligit sepulturam in aliena Ecclesia, & legatum æquiualens relinquit propriæ, an censeatur legasse animo compensandi in quartam portionem legatorum, quæ reliquit Ecclesiæ extraneæ? Quæstio dubia est, in qua vna sententia tenet tale legatum imputari in quartam: ita Gregor. Lop. *libro* 5. *verb. de mas, tit.* 1. *part.* 1, Fr. Emman. *d. quæst.* 39. *art.* 6. vbi refert Feder. de Senis *cons.* 3. vbi latè, & loquitur etiam in casu, quo legatum esset minùs quarta Canonica, Anton. Imol. Abb. *in d. capite officij*, Salyc. Alex & Corn. *in Auth præterea. C. vnde vir, & vxor.* idem tenent Ludou. Miranda *d. tom.* 2. *q.* 48. *art.* 11. *concl.* 2. Portel. *in dub. Regularib. verb. Canonica portio, num.* 7. nouissimè Hieron. Rodericius *in compend. quæst. Regular. resol.* 18. *num.* 8. Altera verò tenet legatum, & portionem integrè soluendam esse Ecclesiæ Parochiali ab Ecclesia extranea, bonus text. *in Clement.* 2. §. *verum*, ibi *largiri integrè teneantur, de sepultur.* vbi gloss. *verb. integrè* interpretatur, non esse minuendam Canonicam portionem; iuuat *cap.* 1. ibi, *integraliter faciendam, eod. tit. lib.* 6. Secundò expenditur, quod respectu Canonicæ portionis soluendæ ab Ecclesia extranea, testator non est debitor, sed solummodo Ecclesia ipsa: patet ex *dict. capite* 1. cùm ergo non esset debitum ex parte testatoris, quamuis à tertio verè debitum sit, deficiunt termini necessarij ad compensationem. Tertiò facit, quia, vt supponimus, testator absolutè absque conditione legauit Ecclesiæ Parochiali, sicut in terminis huius quartæ legauerat Episcopo: ergo, sicut quando absolutè legat Episcopo, potest ille, & legatum, & Canonicam portionem petere, vt per text. *in dict. capit. officij, de testament.* infrà resoluimus, ita quando absolutè legat Ecclesiæ Parochiali, poterit Ecclesia & legatum, & portionem ab Ecclesia extranea sibi debitam exigere absque vlla compensatione. Vltimò, & fortiùs vrget, *d. cap. requisisti vers. secus autem, de testament.* vbi, quando aliquid legatur Episcopo, & aliud capellis, Monasteriis, aut aliis piis locis, quod legatur Episcopo eius, est insimul cum Canonica portione, quam habet ex legatis Ecclesiarum inferiorum: ergo similiter in proposito Parochus legatum obtinebit, & Canonicam portionem absque vlla compensatione. Propter quæ hanc partem sequuntur gloss. *d. verb. largiri, in d.* §. *verum.* Card. ibi *num.* 20. Cou. *in d. cap. officij, num.* 6. aliàs *num.* 9. *sub titul. de legatorum imputatione in debitum, in noua impress.* Non obstat *cap. ex his* 4. *de sepultur.* vbi probari videtur, Parochianum debere Canonicam portionem Ecclesiæ Parochiali, à qua Sacramenta percipit, in stipendium sui laboris, sicut respectu decimarum, quas soluere tenetur, verè debitor est ipsi Parocho, à quo spirituale pabulum recipit, *cap. cum contingat, de decim.* quia respondetur extraneas Ecclesias, quibus Parochiani ibidem sepulturam eligentes legata relinquunt, debitrices esse Canonicæ portionis, non verò Parochianos ipsos: patet, si recurramus ad verba dicti §. *verum*, ibi, *dictorum Ordinum Fratres*, & ibi, *largiri integrè teneantur*; quæ verba relata ad Monasteria, seu Ecclesias extraneas, satis demonstrant ipsasmet teneri ad solutionem huiusmodi portionis, *d. cap. de his*, ibi, *ipsis Ecclesiis, à quibus assumpti sunt.*

Cui debeatur Quarta funeralium, & qua actione peti possit?

Quarta funeralis debetur Ecclesiæ, in qua 19
Parochianus consueuit audire Diuina, & recipere Sacramenta, *capite cùm quis, de sepultur. in* 6. Fr. Emman. *quæstio Regul. tom.* 1. *quæstio* 39. *artic.* 5. Rot. *decis.* 376. *numero* 1 *part.* 1. *recent.* vbi de Ecclesia Parochiali. Et sic de Iure debetur Rectoribus Parochialium, *dict. Clem. dudum*, §. *verum*, Vgol, *de officio Episcop. capite* 17. *numero* 11. 20
Mantic. *decisio* 294. Caualer. *decis.* 101 *num* 1. Rot. *in Mediol. quartæ funeralium*, 14. *Martij*, 1621. *cor* *m R. P. D. Merlino.* vbi etiam fuit dictum ex hac sola Iuris assistentia Rota non solere manutentionem impartiri in aliis causis non iurisdictionalibus, & sic vbi nullus adesset Rector, debetur Vicario perpetuo, vel temporali, & etiam Sacerdoti conducto, ac habenti curam Parochianorum, *cap. requisisti, de testament. cap. cùm ex eo, de elect.* Aloys. Ricc. *in praxi part.* 4. *resolutio* 299. *num.* 4. 21

Item debetur Ecclesiæ Cathedrali, vel præ- 22
scriptione, vel ex eo, quòd illam sibi reseruauit, quando Parochiæ fuerunt erectæ in signum superioritatis, Rot. *d. decisio* 376. *numero* 2. & 3. & tunc inter Clericos Ecclesiæ diuidetur cura non residente penes certam personam, Aloys. Ricc. *d. resolutione* 299. *numero* 4. Vnde stante con- 23
suetudine in ciuitate, quòd ius sepeliendi peregrinos, & viatores spectet ad Ecclesiam Cathedralem, quarta funeralis non debetur Parocho, intra cuius limites viator retentus pro delicto, & habilitatus cum cautione decedit, vt censuit S. Congr. Concil. *in Pisaurien.* 22. *Ianuarij*, 1628.

Et si in vna Ecclesia solet Parochianus audi- 24
re Diuina, in altera verò recipere Sacramenta, Canonica portio debetur ei, à qua recipit Sacramenta, *cap.* 1. *de sepultur.* Fr. Emman. *d. quæst.* 39. *art.* 5. Syluest. *in sum. verb. Canonica portio, num.* 11. Sed si vtraque habet ius funerandi, credit Greg Lop.

August. Barbos. de Iur. Eccle. Pars II. Hh

Lop.*l.* 1.*in glos.los Sacramencos,tit.* 13.*p.* 1. quòd sit locus præuentioni, per *c duobus de rescript.in* 6.

25 At in dubio, quando non constat ex consuetudine, vel alia ratione cui debeatur, Episcopóne, an Parocho præfertur Parochus, quia habet magis specialem curam, quàm Episcopus, qui habet genetalem, & quia Parochis debetur quarta ex causa onerosa, *d. cap.* 1. *de sepult.* Petr. de Vbaldis, *de quarta Canonica,* 2 *p.cap.*8 *nu.* 14.*in fine*, & vti æs alienum, Abb. *in cap. certificari, num.* 11. *de sepult.* Episcopo verò, ex causa lucratiua, Vbald.*vbi suprà, nu.* 14. & potior est conditio prætendentis ex causa onetosa, ad tex.*in l.Sanctorum.C.de iure deliber.* Rot.*in Neritonen quarta funeralis,* 9 *Iuny* 1608.*coram bona mem. Patriarcha ManZanedo.*

26 Amplia primò principalem conclusionem, vt procedat, etiamsi quis propter bellum, aut pestem, in villam, seu alium locum se contulerit, & ibi diem suum obierit, quia, nihilominus quarta funeralis debetur Parochiæ, vbi habebat domicilium, si discessit animo redeundi, vel animi gratia. Ita Fr. Emman. *quæst.Reg.tom.*5.*q.*46.*art.*3. Miranda *d.tom.* 2. *q.*48.*art.*9.*concl.* 1. Villalob.*in sum.p.*1.*tra.*31. *diffic.* 7.*nu.*3. Fr. Hier. Roder.*in comp.quæst. Regul.resol.* 18. *num.* 12. per Ioan. Andr. *in c.si,quis,de sepult.in* 6. & Abb *in c.de his, eod.tit. in Decretal.* vbi quatuor casus considerat.

27 Amplia secundò, vt procedat, etiamsi quis ægrotus in vna Parochia, ad aliam deferri se fecerit: quia nihilominus primæ Ecclesiæ sua portio debetur, Syluest *in sum. verb. Canonica portio, num.* 15.

28 Amplia tertiò, etiamsi quis in ægritudine constitutus se cum bonis suis ad Religionem in alia Ecclesia transtulerit: quia nihilominus si ex eadem infirmitate decesserit, Canonica portio Ecclesiæ Parochiali debetur; secùs autem, si sanus bona sua Monasterio, aut alteri Ecclesiæ dederit: casus est *in cap de his, de sepultur.* Fr. Ludou. Miranda, *in man. Prelat tom.* 2.*quæst.*48. *art.*9. *concl.* 3. refert, & sequitur Fr. Hieron. Roder *in compen.quæst.Regul resol.* 18.*n.* 15. Vnde Tiraq. *de retractu lig.*§.1.*glos.*8. *nu.* 23. colligit Canonicam portionem non deberi Ecclesiæ, cuius Parochianus Religionem ingreditur, & pendente anno professionis obiit, nisi ingressus esset animo exeundi, vt obseruat Læl. Zech.*de Republ.eccles.c.*28.*de Parocho,num.*18. *fallent.*3.

29 Amplia quartò, vt procedat, etiamsi quis Ecclesia vna dimissa, vbi Maiores sui sepulturam elegerant, licèt sua Parochialis non esset, alibi sepulturam elegerit: quia etiam tunc non Ecclesiæ dimissæ, seu Parochiali debebitur Canonica portio, vt habetur *in cap.* 2. *de sepult. libr.* 6. Ludou. Miranda, *dict tom.* 2. *quæst.*48.*art.*9. *conclus.*4. quia electa sepultura apud Ecclesiam, vbi defuncti Maiores solent ab antiquo sepeliri, quarta funeralis ei non debetur, sed Ecclesiæ, in qua consueuit audire Diuina, & recipere Sacramenta, Azor.*d.c.*13.*q.*8. Villal.*in sum.p.*2. *tract.*31. *diffic.*7. *num* 3.

Limita, si eo tempore, quo defunctus est in alia Ecclesia sepultus, Parochialis Ecclesia erat interdicta: quia, cùm nullus posset in ea sepeliri, ius erat aliis Ecclesiis sepeliendi, ac consequenter ea relicta integrè percipiendi, quæ occasione illius sepulturæ obuenerunt. Ita Gemin *in cap.* 1. *de sepult.lib.*6. Fr. Lud. Miran.*d.tom.*2.*q.*48.*à* 10.*concl.* 10. Sylu.*d.verb.Canonica portio,nu.*8.§.*septimus*, vbi loquitur, quando Ecclesia culpa Parochi est interdicta, non defuncti Parochiani, quod etiam tradunt Fr Emman *d.tom.*1.*q.*39.*a.*3. Azor.*d.p.*2.*l.*9 *c.* 13.*q.* 4 *casu* 5.*&* 6. Mirand *d.*48.*a.*10. Portel.*in additi ad dubia Regul.verb.Canonica portio,n.*3. Hier. Roder.*d. resol.*18.*n.*4.

Quòd si talis defunctus antea elegerat sepulturam in alia Ecclesia, priusquam Parochialis esset interdicta, non videtur interdictum sequens tollere quartam Parochialem, quæ antea deberi cœperat, & idem respondendum videtur in aliis casibus, quibus non defertur defunctus ad Parochialem Ecclesiam, si antea alibi elegerat sepeliri, quàm dictus casus euenerit; imò etsi nullam antea elegerit sepulturam, sed erat ad Parochiam deferendus, alibi tamen circa culpam Parochi sepeliatur, non debet quartam suam amittere; quam tamen, perderet, si culpa sua, vel negligentia, defunctus ad aliam Ecclesiam sit delatus: est enim ratio attendenda, ob quam huiusmodi portio est instituta: non enim pro sepultura tantummodo est instituta, sed pro onere etiam, quod ipsis Curatis incumbit subditis suis ea, quæ ad salutem pertinent, ministrandi, ne debitis, & necessariis beneficiis defraudentur, *dict.c.*1. *cap. de his, de sepultur.* cùm operariis mercedis exhibitio debeatur, vt dicitur *in d. Clem. dudum, vers. verum.* 31

Vnde Parochus quartam funeralium potest petere tanquam debitum, & mercedem laboris, quasi actione locati, Feder. de Senis, *cons.*3. *num.* 9. vel condictione ex Canone, vel actione ex testamento, Petr. de Vbaldis *de Canonica Parochiali,c.* 3.*n.*2. vbi latè, Lap. de Castellione *de Canon.portione, num.*56. 32

Renunciatio Canonicæ portionis in damnum Ecclesiæ Cathedralis, vel Parochialis facta, nullius est valoris, nisi fiat cum protestatione, quòd per hoc non fiat præiudicium iuri Ecclesiæ: compositiones tamen, & pacta super iuribus parochialibus facta inter Prælatos Conuentuales, & Parochos, sunt valida, etiamsi celebrata sint absque licentia Superiorum, Prouincialium, scilicet, vel Generalium, dummodò sint licita, & honesta, & fiant cum consensu Conuentus, nec irritentur per sequens Capitulum genarale, vel Prouinciale, ex decreto Leonis X. in Concilio Lateranen. Imò, etiamsi dictæ compositiones, seu Conuentiones sint repugnantes, *dicta Clem. dudum.* §. *ceterùm*, quia ibi tantùm reuocantur factæ ante illam, non verò faciendæ de nouo, vbi Fr. Emman *quæst regul.tom.*1.*quæst.* 39 *art.*8.*&* *tom.* 3.46. *art.*4. Azor.*dict. part.*2. *lib.*9.*cap.*12. *quæs.*4. Syluest.*dict.verb.Canonica portio,quæst.*2. Fr. Ludou. Miranda *vbi suprà*, *art.* 12. licèt ibi contendat *in dicta Clem.* etiam reuocari conuentiones futuras, & non tantùm præteritas: sed Leo X. fuit post illam, & potuit Ius commune reuocare, vt benè notat Portel. *verb.Canonica portio, num.*9.*&* 10. Ita Fr. Hieron. Roder. *in compend.quæst.Regul.resol.*18. *num* 9. 33 34

Neque per vnum, aut binos actus contrarios censendi sunt Religiosi renunciare iuri quæsito de non soluendo quartam, nisi talis solutio facta sit per spatium annorum, iuxta dispositionem Iuris, *in cap. accedentibus, & in cap. si de terra, de priuileg.* quia priuilegium ad non faciendum non perditur vno, aut bino actu, *capit. cùm accessissent*, vbi gloss. *de constit.* imò, etiamsi per dictum spatium annorum soluta sit quarta, adhuc præscriptio non tenet; quia contra bona 35

& inra

& iura Regularium, oonniſi centenaria currit præſcriptio ad inſtar Eccleſiæ Romanæ, ex quodam ſingulari priuilegio Eugenij IV. Vide Miraoda *d.q.* 48 *art.* 13. Portel. *vbi ſupra, n.* 8.

De quibus ſolui debeat Quarta Parochialis.

36 Quarta funeralis, ſeu Canonica portio debetur de omnibus, quæ obueniunt ratione funeris, ſcilicet in die funeris, Fr. Emman. *quæſtio. regul. tom.* 1. *q.* 39. *art.* 2. *in princ.* Couar. *in cap. vlt. num.* 7. *de teſtam.* vbi poſt Abb. ait moribus receptum eſſe, vt Eccleſiæ parochiali quarta portio à Monachis ſoluatur, ex his tantùm, quæ offeruntur tempore, quo funus, ſeu exequiæ defuncti celebrantur, Molin. *de iuſt. tract.* 2. *diſp.* 215. *num.* 4. vbi quòd debetur de omnibus oblationibus, & commodis funeris, Syluest. *in ſum. verb. Canonica portio, num.* 7. *&* 15. *§. tertia*, vbi quòd hoc procedit de conſuetudine, Petr. de Vbaldis *de Canon. parochiali, cap.* 4. *num.* 10. Et Pius V. *in d. ſua Conſtit.* incip. *Etſi Mendicantium*, declarauit huiuſmodi quartam debere ſolui de iis, quæ offeruntur in die funeris ex Concil. Trid. quod ita ioterpretatur. Sequitur hanc declarationem Fr. Emmao. *d. art.* 2. *in fine*, Archang. Caracc. *de quarta funerali, q.* 3. *verſ. forſan, fol.* 45, Gutier. *de iuram. confirmator. p.* 2. *c.* 4. *num.* 3. Ioan. de la Cruz *de ſtatu Relig. par.* 2. *cap.* 9. *dub.* 5. *verſ. tertia concluſio*, & Benedictus XI. ioter *Conſtitutiones Prædicatorum, pag.* 72. ſic ait: *Funeralia verò intelligantur hoc caſu, quæ cum funere deferuntur*, & idem declaraſſe Sixtum dicit Molin. *dicta diſp.* 215. *n.* 9.

37 Funeralia igitur dicuntur, quæ ratione ſepulturæ obueniunt, *cap. cùm liberum, cap. noſtra, de ſepulc.* Alberic. *in l. ſeruo alieno*, 116. *§. ineptas, num.* 13. *ff. de legat.* 3. Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. deciſ.* 670. *num.* 4. aliàs *reſol.* 571. *num.* 4. *in* 2. *edit. &* *p.* 4. *reſol.* 300. Et quæcunque occaſiooe funerum ad Eccleſiam perueniunt, Federic. de Senis *conſ.* 6. *num.* 2. *in princip.* vbi ſubdit, quòd mortuaria, ſeu funeralia dicuntur, quæ occaſione funeris deoeniunt, etiam præter voluntatem morientis. Item & ea, quæ cum funere portantur, gloſ. *verb. funeralibus, in dict. Clem. dudum*, vbi Zabarel. *verſ. verum, numer.* 4. Azor. *inſtit. moral. part.* 26. *cap.* 14. *q.* 13. *verſ. funeralia*, Vbald. *d. tract. cap.* 4. *nu.* 16. Rub. *conſ.* 23. *num.* 5. Berrach. *in Repertor. verb. quarta parochialis*. Enriquez *conſ.* 86. *nu* 9. Portel. *in dub. regul. verb. Canonica portio, n.* 5. Hieron. Roder. *in compend. quæſt. Regul. reſol.* 18. *n.* 3. Rot. *in Elneu. iurium Parochialium* 6 *Iunij* 1631. *coram Reuer. D. Queipo*, nunc Epiſcopo Pampilonen. Apud Alphonſ. de Leone *d. q.* 5. *ſect.* 8. *nu.* 122. Siue, antequam corpus ſit in terra conditum, ſiue poſt, & vſque ad trigeſimum diem, & quamdiu fit memoria de funere, Calderin. *conſ.* 4. *de ſepult.* vbi in caſu, quòd propter peſtem non potuit die obitus ſolenniter tumulari, Ioan. Franc. Leo *in theſauro fori eccleſ. p.* 2. *c.* 14. *n.* 12. Aloyſ. Ricc. *d. reſol.* 571. vbi in caſu, quo exequiæ poſt diem funeris fuerunt factæ cum maxima pompa, Sylu. *in ſum. verb. Canonica portio, num.* 15. *ver. tertia* Zabarel. *in d. Clem. dudum. §. verum, verſ. tertiò quæro*, vbi refert opinionem aliquorum, qui, cùm funus dicatur à funibus quibus mortui ligari conſueuerunt, & poſtquam mortuus terræ eſt conditus, funes amplius locum non habeant, putant funeralia non dici, niſi quandiu corpus eſt in funibus extra terram. *Sed*, inquit, *deſipit, qui ſic ſapit, nec inſiſtendum eſt in hoc ſcientia Grammaticorum* 36. *a. ſt. c. ſi quis. Dic ergo meliùs, quòd ſiue ante corpus reconditum terra, ſiue poſtea, obueniant occaſione funeris, dicuntur funeralia & debetur Canonica.* Quicquid dicant Cou. *in c. vlt. de teſtam. n.* 6. Fr. Emman. *d. tom.* 1. *q.* 39. *à* 2. *in fine*, Ioan. de la Cruz *de ſtatu Relig. p.* 2. *c.* 9. *dub.* 5. Gotier. *de iuram. confirm. p.* 2. *c.* 4. *n.* 3. Caraccia *de quarta funer. c.* 1. Molin. *d. diſp.* 215. *n.* 9. vbi, quòd hoc coocesſum eſt Mendicantibus per priuilegium, & ita conſuetudine ſeruatur.

38 Ex his forſan patet reſolutio ad quæſtionem præteritis temporibus ventilatam, vtrùm ſi Parocho in die funeris data ſit ſola caodelarum, & facum quarta; & deinde ſequenti die ſolenniori pompa, magno, ſcilicet, adhibito Religioſorum, Confraternitatum, & Presbyterorum numero in alia Eccleſia, vbi mortuus ſepulturæ mandatus fuerat heſterna die, pro eius anima ſolennis Miſſa cantetur cum diſtributione candelarum, & intorſtitiorum io maiori quantitate diei præcedentis, debeatur ex his quoque Parocho quarta? In qua controuerſia Sacra Congregatio, *negotiis Epiſcoporum, & Regularium præpoſita* ſemel, & iterum partibus hinc inde auditis *die* 3. *Auguſti* 1621. nemine diſcrepante, cenſuit deberi quartam Parocho ex funeralibus ſecundo loco factis, cuius meminit Alphonſ. de Leone *de officio Capellani p.* 1. *q.* 5. *ſect.* 8. *n.* 120.

39 Non loquimur de candelis, quas Fratres, & alij Presbyteri in huiuſmodi funeralibus præ manibus portare ſolent; has enim deferentes ſibi quærunt, nec alia portio de eis debetur, vt declarauit Benedictus XI. *vbi ſuprà*, ibi, *de candelis autem, quas Fratres portant, portio non petatur.* tradunt Iul. Laur. *var. lucubrat. tit.* 2. *c.* 3. *ſub n.* 78. Alphonſ. de Leone *de offic. Capellani q.* 5. *ſect.* 8. *nu.* 119. Hier. à Sorbo *in compendio priuileg. verb. Canonica portio, pag.* 103. Piaſec *in praxi Epiſc. p.* 2. *c.* 3. *de viſitat. Regular. §. funeralium etiam, pag.* 190. Fr. Emman. *d. q.* 39 *art.* 2. Fr. Archang. Caraccia *de quarta funer. c.* 3. Quicquid teneat gloſ. *verb. funeralibus, in fin. in d. Clem. dudum.* Calder. *conſ. fin. de ſepult.* & Federic. de Senis *conſ.* 4. *n.* 8.

40 Item Sacra Congr. Cardinalium *negotiis Epiſcoporum, & Regularium præpoſita ſub die* 5. *Martij*, 1616. *à Parochis montis S. Petri Angelorum Ermanæ diœceſis conſulta, Eminentiſſim. Lancellote referente, reſpondit, interſtitiorum, ſeu cereorum Confraternitatum ſæcularium funera aſſociantium quartam funeralem eiſdem Parochis minimè deberi.* Et idem de intorſtitiis, quæ portantur à locis piis ad aſſociandum pauperes perſonas ad ſepulturam, declarauit eadem S. Congreg. 29. *Nouembris* 1588.

41 Debetur quoque quarta funeralis de caodelis, ſeu cereis accenſis, quæ circa Crucem, & Cadauer deferuntur, Petr. de Vbaldis *de Canon. Paroch. cap.* 4. *num.* 10. Fr. Archang. Caraccis *de quarta funerali, cap.* 3. *verſ. præfata etenim.* 42 Et de candelis oblatis Feder. de Senis *d. conſ.* 4. *numero* 8. Et hac de re ſciendum eſt, quòd *die* 21. *Martij*, 1629. *S. D. N. Vrbanus VIII. approbauit decretum Congregationis RR. DD. Præfectorum Vrbis, habita coram Eminentiſſimo Vrbis Vicario, in qua ad effectum remouendi diſſenſiones, & ad euitanda ſcandala, ac aliis iuſtis de cauſis, reſolutum fuit, & declaratum, tam intorſtitia, cereos, & candelas, quæ per viam deferuntur, quàm etiam omnia ea, quæ circa cadauera, antequam terræ tradantur, in*

quibuscunque priuatis Ecclesiis diuidenda fore, & esse pro aquali portione inter ipsos Parochos, & ministros aliarum Ecclesiarum, quarumcunque etiam Regularium, & Nationalium, seu aliàs priuilegiatarum. Ac propterea quando huiusmodi intorstitia, seu cerei, & candela in prafatis Ecclesiis pro celebrandis diuinis Officiis prasenti corpore accenduntur, finito Officio extinguenda, & cuiquam medietatem consignandam esse.

43 Item debetur quarta de illis, quæ dantur pro Missis dicendis, glos. *verb. funeralibus, in d. Clem. dudum, §. verum.* Bald. *in repetit. cap. si pater. de testament. lib. 6. in 6. q.* Alexand. *cons. 196. num. 5. & 16. vers. nec excusarentur in fine, l. 2.* Syluest. *in Sum. verb. Canonica portio, num. 6.* vbi quòd de legato facto Rectori Ecclesiæ, in qua quis eligit sepulturam, pro Missis dicendis debetur quarta, Vbald. *de Canon. portione, cap. 4. num. 5. & cap. 7. vers. quod si testator.* Ego ipse *de officio, & potest. Episcopi, part. 3. allegat. 86. num. 20. cum seqq.* Iul. Lauor. *var. lucub. tom. 1. tit. 2. cap. 7. de prisco & recenti funerandi more num. 18.* me citato Alphons. de Leone *de offic. Capellani q. 4. sect. 8. num. 115.* Quicquid dicat F. Emman. *d. q. 39. nu. 2. in fine,* nisi eius opinionem procedere dicamus de consuetudine, vel propter priuilegia.

44 Item debetur de armis, libris, banderiis, culcitra, seu pallio, quæ in feretro deferuntur Petr. de Vbaldis, *d. c. 4. n. 10.* Oldrad. *consil. 211. nu. 7.* vbi de rebus, pannis sericis, seu aureis vestibus, purà stamine, vel cilicio, per *cap. cùm inter nos, de verbor. significat. & cap. in nostra, de sepultur.* vbi speciale dicitur in Hospitalariis, in equis, &c. ergo in contrarium est Ius commune. Contrarium tenet Caraccia *de quarta funerali, cap. 1. vers. adsunt in durantia*, quod credo procedere de consuetudine, vel priuilegio, & declarauit Pius V. *in d. sua Constit.* incip. *Et si mendicantium*, quam sequitur Fr. Emman. *d. tom. 1. q. 49. art. 2.* Fallit in equis, & armis, quæ relinquuntur in subsidium Terræ sanctæ. Molin. *d. tract. 2. disp. 215. n. 8* per *c. in nostra de sepult.*

45 Primò, limita principalem resolutionem in illis, quæ offeruntur in funere alicuius, qui de facto contra voluntatem Fratrum in eorum Ecclesiis, v. g. tempore interdicti sepelitur, Alber. *in l. seruo alieno, 116. §. ineptas, n. 22. ff. de legat. 1.* Fede. de Senis *cons. 119.* Gem. *in c. 1 de sepult. lib. 6.* Fr. Emman. *tom. 1. q. 39. art. 3.* quia non debetur quarta in casu prohibito, *cap. ex parte, cap. liberum, cap. in nostra, de sepult.* Syluest. *d. verb. Canonica portio, n. 8. §. 7.* vbi quòd tenetur corpus, & omnia, quæ habuit, restituere; Fr. Emman. *d. tom. 1. q. 39. n. 3.* vbi restringit in illis Religionibus, seu Ecclesiis, quæ habent priuilegia, vt tempore interdicti possint in eorum Ecclesiis aliquos sepelire.

46 Secundò limita in illis, quæ offeruntur in funere alicuius Nouitij mortui in Religione, Anchar. & Franch. *in cap. nullus, de tempor. ordin. in 6.* Sylu. *d. verb. Canonica portio, n. 8. §. quartus.* Fr. Eman. *d. tom. 1. q. 39. art. 4.* vbi extendit limitationem, etiamsi mortuus fuerit in domo parentum, ad quam se contulerat, vt curaretur, de quo etiam Villalob. *in sum. p. 2. tract. 31. diffic. 7. n. 10.* Fr. Ludon. Miranda *d. tom. 2. q. 48. art. 9. concl. 3.* Azor. *d. p. 2. li. 9. c. 13. q. 4. vers. quòd si in Monasterium, casu 3.* Hier. Roder. *in compend. qq. Regul. resol. 18. nu. 5.* Restringitur tamen limitatio multis modis: & primò, vbi quis morbo iam affectus ingressus est in Religionem, & ibi Nouitius ob illum morbum mortuus est; quia tunc quarta debetur, Sylu. *d. verb. Canonica portio, n. 8. vers. quintus,* Molin. *d. disp. 215. n. 4* Secundò, restringitur in eo, qui petiit cum habitu Fratrum sepeliri, Sylu. *loc. prox. citat.* Tertiò restringitur in Nouitio, qui non habuit propositum mutandi vitam, Petr. de Vbaldis, *de Canon. Paroch. c. 6. n. 24* Sylu. *d. n. 8. vers. quintus.* Quartò restringitur in iis Confratribus, qui ingrediuntur in loca religiosa, retentis bonis suis: quia etiam de legatis factis per ipsos debetur Canonica portio. Sylu. *d. verb. Canonica portio, n. 12.*

47 Tertiò, limita in legatis factis Ecclesiis, vel locis piis, pro fabrica, ornamentis, cereis, luminaribus, anniuersario post sextum diem, & aliis ad cultum diuinum perpetuum, Molin. *d. disp. 215. nu. 8.* Quicquid teneant Paul. de Eleazar. *in Clem. dudum, §. verum, de sepult.* Alex. *cons. 196. n. 3. lib. 2.* Sylu. *d. verb. Canonica portio, n. 15. §. secunda, cum seqq.* vbi quod debetur de relicto pro construenda Capella, Petr. de Vbaldis, *de Canon. Paroch. c. 4. n. 22.* Cald. *cons. fin. de sepult.* vbi de relictis pro planeta.

48 Canonica portio debet solui de rebus quomodolibet donatis, seu relictis, *d. Clem. dudum, §. verum,* & ibi glos. *de sepultur.* siue sit donatum vni ex Regularibus, siue toti Monasterio, *d. Clem. dudum,* vbi glos. *verb. indirectè,* Feder. de Senis *cons. 4. n. 4.* latè Gemin. *cons. 46.* vbi etiam si fuerit donatum vni Fratri, & consanguineis, Syluest. *d. verb. Canonica portio, n. 15. §. sexta,* Petr. de Vbaldis *dict. c. 4.* Vt de donatis causa mortis loquitur, *d. Clem. dudum, in §. verum,* Syluest. *d. verb. Canonica portio, num. 8. in fine,* Petr. de Vbaldis, *d. c. 4. nu. 19.* etiamsi donatio causa mortis, vel legatum factum in infirmitate sit solutum in vita, glos. *verb. datis, in d. Clem. dudum.* Sed contrarium tenent propter priuilegia, vel consuetudinem, Fr. Emman. *d. q. 39. art. 2.* vbi refert declarationem Pij V. Molin. *d. disp. 215. n. 4.* vbi ait hoc non procedere, si fiat in fraudem, per Abb. *in c. de his, de sepult.* Et quod non de- 49
beatur de vestibus datis pauperibus, tenet Fr. Archangel. Caracia *d. quarta funer. cap. 3. vers. insuper, cum funere.* Ioan. à Cruce *de statu Relig. p. 2. c. 9. dub. 5.* Nec de frumento in illis regionibus, in quibus datur, Caraccia *vbi suprà, vers. de frumento vero.* Non procedit supradicta resolutio in donatis in vita, & in sanitate, Oldrad. *cons. 225. n. 13.* Petr. de Vbaldis, *d. c. 4 n. 21.*

50 Quarta funeralis debetur de omnibus illis, quæ iure institutionis relinquuntur Monasteriis, siue aliis locis piis, Molin. *dict. disput. 215. num. 4.* per Abb. *in cap. 1. num. 7. de sepultur.* Syluest. *dict. verb. Canonica portio, numero 10.* Alexand. *consil. 199. num. 6. lib. 2.* Item debetur de relictis pro anima Alexand. *dict. cons. 196. numero 7.* Non tamen debetur de iis, quæ testator in pios vsus iussit distribui, in vasa, luminaria, & ornamenta Ecclesiæ, Couar. *in cap. vlt. numero 8. de testam.* quia ab ipso testatore censetur facta hæc distributio, *l. vnum ex familia. 81. ff. de legat. 1.* vbi Dyn. Bart. & Doctores, Fr. Archangel. Caraccia, *dict. cap. 4. vers. quare non video.* Declaratur tamen hæc resolutio, vt non procedat, quando aliquis Regularis electus est executor, vt distribuat aliquam summam pro suo arbitrio, & ipse in Fratres distribuit, quibus nihil erat relictum, glos. *verb. obuentionibus, & verb. indirectè in dict. Clem. dudum,* Syluest. *d. verb. Canonica, portio numero 15. vers. secunda,* vbi loquitur etiam, quando Fratribus nihil est relictum, sed mandatur executoribus, vt dent, vel promittant aliquid Fratribus.

Fratribus. An quarta debeatur de illo, quod relinquitur vni ex Regularibus? Vide Federic. de Senis *conf.* 4. Calderin. *conf. fin. de sepult.* Alber. *in l. seruo alieno* 116. §. *inepta*, n. 10. *ff. de legat.* 1. n. 12. & 13. Petr. de Vbaldis *d. cap.* 4.

32 Debetur etiam quarta funeralis de omnibus legatis factis Ecclesiæ in qua quis elegit sepulturam, *cap.* 1. & 2. *de sepult.* Oldrad. *conf.* 224. *num.* 18. Sylucst. *d. verb. Canonica portio, in fine*, Couar. *in c. vlt. num.* 2. *de testament.* Fr. Emman. *tom.* 1. *q.* 39. *ar.* 2. 2. *princip.* Molin. *d. disp.* 215. *n.* 4. vbi quòd quarta debetur de omnibus, quæ relinquuntur in vltima voluntate, etiamsi legata facta sint Prædicatoribus, aut Mendicantibus, Alber. *in d. l. seruo alieno* §. *ineptas num.* 10 *ff. de legat.* 1. Cou. *in c. vlt. num.* 8. *de testam. per d. Clem dudum.* Quæ tamen procedunt, si legatum relinquatur ratione loci non autem ratione personæ, neque in fraudem, Sylucst. *d. verf canonica portio*, *num.* 7. Oldr. *conf.* 25. *num* 16. qui tamen indistinctè dicit quartam deberi.

33 Id limitatur aliquibus modis, & primò, vt non procedat in legatis factis Monasterio, quod sit exemptum per priuilegium, Sylucst. *d. verb. Canonica portio, num.* 8 Fr. Eman *quæst. Regul. tom.* 3. *q.* 46. *art.* 1. & *tom.* 1. *quæst.* 39. *art. vlt.* Ioan. de la Cruz *de statu Relig. p.* 2. *quæst.* 9. *dub.* 5. Archangel. Caraccia *de quarta funerali, cap.* 2. Secundò, vt non procedat in legatis factis Ecclesiæ, in qua testator sepelitur, Alber. *dict. n.* 10. Oldrad. *conf.* 225 *num.* 15. Sylucst. *d. verb. Canonica portio, num.* 8. § *sextus*, per gloss. *in c.* 1. *de sepultur.* quod non procedit, si legatum factum est Ecclesiæ, ad hoc vt construat Capellam in Ecclesia, in qua est sepultus. Alex. *conf.* 196. *num.* 5. *libro* 2. Zabarel. *in d. Clem dudum*, §. *verum, quæstione* 16. vel si est factum in fraudem Ecclesiæ Parochialis Tertiò, vt non procedat in legatis factis Ecclesiis, vel locis piis pro ornamentis, cereis luminaribus anniuersario post sextum diem, Old. *d. conf.* 225. *num.* 20. Molin. *dict. disp.* 215. *n.* 8. Quartò, vt non procedat in legatis relictis Ecclesiæ pro fabrica: quia ex tali legato non detrahitur quarta, Cou. *in cap. vlt. num.* 5. *de testam.* quod verum est, si Ecclesia tunc indiget reparatione, secùs si non indigeat, Cou. *vbi supra.*

CAPVT XXV.

De Primitiis.

SVMMARIVM.

1 *Primitia dicuntur, quasi primi fructus eo anno collecti.*

2 *Primitia sunt res, per quas initia, seu primitiua frugum in recognitionem diuini beneficij Deo Creatori rependuntur.*

3 *Primitia non solùm dabantur ab hominibus in veteri Lege, sed etiam à Gentilibus.*

4 *Primitia ex sua origine videntur esse de consilio, non de præcepto.*

5 *Ingratitudo contra Deum inducitur ex consuetudine non dandi illi primitias de frugibus terra, qui abundanter nobis dona concedit.*

6 *Primitia debentur de præcepto, vbi extat consuetudo illas dandi.*

7 *Primitia quantitas non est determinata in Iure, ideo consuetudini standum est.*

8 *Primitia debent solui illi Parochia, in qua prædia existunt, si consuetudo non sit in contrarium.*

9 *Primitia sunt onus prædiale, non personale.*

10 *Clerici, qui terras colunt, tenentur soluere primitias.*



PRIMITIÆ dicuntur quasi primi fructus terræ eo anno collecti: 1 quia dantur primæ, vt aduertit Sylucst. *in sum verb decima, n* 1. *in fine*, Azor. *instit moral. p.* 1. *lib.* 7. *c.* 17. *q.* 1. nouissimè F. Philip. de la Cruz Vasconcillos *in tract. de decim. & primit. fol.* 105 Sunt res, per quas initia, seu primitiua frugum in recognitionem diuini beneficij, quo iucundissimos terræ fructus suscipimus, Deo, tanquam Creatori, & datori illorum rependuntur, quasi damus Domino, quod ab eo accepimus, & ideò merito primum, & optimum damus horum bonorum primò, & optimo Auctori. De his primitiis loquitur. *Exod. c.* 20. ibi *Decimas, & primitias non retardabis reddere*, & cap. 23. *Primitias frug. m terra tua deferes in domum Domini Dei tui*, & cap. 26. *Primitia ab omni homine*, &c. & *Deuter. cap.* 26. ibi: *Tolles de cunctis frugibus tuis primitias*, &c. 18. *omnes primitias*, &c. & de eis ait tex. *in cap. decimas, vers. oportet autem* 16. *quæst.* 7. & Fagund. *in quinque Eccles. præcepta lib.* 4. *cap* 1. Trullench. *in Decalog. lib.* 3. *c.* 3. *dub.* 12. Machado *en su perfetto Confessor. tom.* 1. *lib.* 2 *p.* 4. *tract.* 10 *docum.* 5. *num.* 1. & 2 Rota *in Terraconen. primitiarum* 27. *Ianuary*, 1633. *coram R. P. D. Bucabella*, impressa per Paul. de Rubeis *decis.* 261. *num.* 2. *tom.* 2. *diuers.* aliàs *p.* 6. *recent.* Quæ non solùm dabantur ab hominibus in veteri Lege, vt à populo Dei, sed etiam à Gentilibus: & Romani non gustabant vina, aut nouas fruges, priusquam Sacerdotes primitias libassent, vt referunt Alexand ab Alex. *dierum genial l.* 5. *c.* 18. Plin. *l.* 18. *c.* 2. Et Athenienses Apollini dabant primitias crinium, cùm ex ephebis excessissent, ad exemplum Thesei, qui post suam pu. ritiam primas comas, quas primò totondit, Phœbo, & Æsculapio, aut Libero in primitias obtulit. 3

Quamuis videatur primitias ex sua origine esse voluntarias, non necessarias, & fie de consilio, non de præcepto; Deus enim illas non vult, nisi sponte oblatas, vt legitur *Exodi c.* 25. vbi Dominus loquens Moysi dixit: *Loquere filiis Israel, vt tollant mihi primitias, ab omni homine, qui offert vltroneus, accipietis eas.* Tamen dicendum, quòd ex consuetudine non dandi primitias Deo de frugibus terræ, inducitur ingratitudo contra Deum, qui abundanter nobis bona concedit, Reb. *de decim. q.* 1. *n.* 21. Vnde ne eius benignitatis obliti videamus, tales primitias fie de Iure naturæ soluere tenemur, vt benefacienti benefacere debeamus, *c. Christianis* 11. *q.* 2. & vox Dei talé datorem dilexisse ostenditur, *c. quia tua* 12. *q.* 1. nam primitiæ eiusdem iuris diuini esse videntur, cuius sunt decimæ, vt patet ex *c. reuertimini, in princ.* ibi, *in decim & primitiis*, &c. 1691. Gutier, *can. lib.* 2. *c.* 21. *n.* 6. Fr. Philip. de la Cruz *d. tr. fol.* 105. 4 5

Vbi autem extet consuetudo illas dandi, tunc etiam debentur de præcepto, Suar. *de Relig. tom.* 2. *lib.* 1. *cap* 8. *num.* 16. Castr. Palao *tom.* 1. *tractat* 10 *p.* 1. *n.* 2. Villalob *in sum. tom.* 1. *tract.* 13. *diffic.* 5. *n* 1. Machado *d. tract.* 10. *docum.* 5. *num.* 4. Hieron. Carat. *in opusculo de Iuribus Paroch. tit.* 4 *c.* 3. vbi *cap.* 4. dicit, quòd quantitas non reperitur terminata in libris Moysis,

Mosis, sed S. Hieronymus *super Ezech.* dicit, quòd ex Maiorum traditione inductum fuit, vt maior pars primitiarum esset quadragesima, minor sexagesima, & erat in arbitrio soluentis dare maiorem vel minorem partem de fructibus terræ: de animalibus autem dabant tantùm primogenituram, quamuis alij dicant, quòd de ducentis daretur vnum, & qui tot animalia non habebat, dabat æstimationem pro pretio, alij quòd de centesimo numero daretur vnum; sed in hoc, cùm nihil sit determinatum in Iure standum est consuetudini: quod etiam aduertit Azor. *dist. cap.* 27. *quæst.* 4. Et sic ex determinatione Ecclesiæ homines hodie obligantur vt Primitias soluant secundum patriæ consuetudinem, *lib.* 4. *tit.* 19. *part.* 1. Gutier. *d. lib.* 2. *can. cap.* 21. *num.* 11. Verùm post aliquas huius tractatus impressiones vidi nouissimè Theodos. de Rubeis *in singularib. Rota tom.* 2. *part.* 2. *verb. S. Thomas pag.* 229. qui tenet quòd licèt S. Thom. 2. 2. *quæst.* 86. *artic. vlt.* velit Primitias non esse de necessitate soluendas, nihilominus Rota coram Achil. *decis.* 307. *aliàs* 2. *de decim.* incip. *in eadem*, censuit istam opinionem Iuribus non subsistere, quia licet libertas sit fortè quoad quantitatem, non autem quoad necessitatem soluendi. Dubitatum fuit in sacra Congreg. *Concilij in Bonomien. sub* 2. *Iulij* 1620. *an Regulares possent recipere triticum, vuas, ligna, & similia antequam Parochus receperit suas primitias? & respondit non esse id prohibitum Regularibus*, prout refert Lezana *in sum. quæst. Regular. capit.* 12. *numero* 41. *v. ad decimum.*

8 Solui autem Primitiæ debent illi Parochiæ, in qua prædia existunt, si consuetudo non sit in contrarium, vt per Rebuff. *de decim. quæst.* 1. *à num.* 16. Azor. *d. cap.* 27. *quæst.* 7. Lodou. Beia *respons. casuum Conscient. p.* 1. *casu* 51. *vers. his prænotatis*, Trullench *d. cap.* 1. *dub.* 12. *num.* 5. Rota *d. decis.* 261. *num.* 3. Fagundez *in quinque Ecclesiæ præcepta, præc.* 5. *lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 4. vbi reddit rationem, quia primitiæ sunt onus prædiale, non personale: offeruntur enim Deo pro recognitione dominij naturalis, quod habet in omnes fructus terræ, & *num.* 5. post Nauar. Fr. Emman. & alios subdit Clericos, qui terras colunt, teneri soluere primitias. Vnde Primitiæ de
9 Iure prout & decimæ, debentur Ecclesiæ Parochiali, & in hoc Rector fundet intentionem suam, Rot. *in alia Terraconen. Primitiarum* 26. *Ianuarij*, 1637. *coram bonæ mem. Pirouano*, impressa per Paul. de Rubeis *decis.* 192. *num.* 1. *tom.* 3. *diuers.* aliàs *part* 7. *recent.* vbi *num.* 3. quòd primitiæ debent monasterio curam animarum habenti in proprietate, non autem Rectori actu habenti curam.

CAPVT XXVI.

De Decimis.

SVMMARIVM.

1 *Decimæ sunt res, quæ Ecclesiarum ministris ratione ministerij Sacramentorum persoluuntur.*

2 *Decima definiri solet, vt sit omnium bonorum licitè quæsitorum quota pars Deo, eiusque ministris diuina institutione, humana verò constitutione dictante etiam naturali ratione debita.*

3 *Decimæ, prout in iure consistunt, sunt ius spirituale, seu spiritualibus annexum dependenter.*

4 *Decima pars potiùs, quàm vigesima, vel alia quota electa fuit à Domino: quia denarius numerus erat primus terminus numerorum, cùm vltra eum non procedatur, nisi iteretur.*

5 *Decimæ duplici modo considerantur, vel respectu congruæ sustentationis, vel habito respectu ad quotam.*

6 *Decimæ respectu congruæ sustentationis non solùm humano, sed etiam ex iure diuino positiuo, & naturali debita sunt.*

7 *Decimæ non habito respectu ad congruam solummodo iure humano debita sunt.*

8 *Leges tam ceremoniales, quàm iudiciales, Euangelica Lege lata cessarunt.*

9 *Decimæ aliæ prædiales, personales appellantur; priores debentur ex fructibus prædiorum; posteriores ex fructibus hominis industria, & ministerio quæsitis.*

10 *Decimæ prædiales ex Lege veteri debebantur, & percipiebantur, personales verò, licèt olim possent solui, non tamen erant in obligatione.*

11 *Decimæ tam prædiales, quàm personales, stante congrua sustentatione, pro temporum, locorum, & personarum qualitate mutationem recipere possunt.*

12 *Dicimæ, & primitiæ sunt in præcepto obligante.*

13 *Oblationes regulariter in præcepto esse non dicuntur.*

14 *Decimæ primitiæ, & Oblationes in quo differunt? breuiter ostenditur.*



ATERIA decimarum passim tractatur tam à nostris, quàm à Theologis quos omnes plena manu citaui *in collect. ad rubr. in Decretalia*, sed quia sunt hac in re plures Sacræ Rotæ decisiones & & doctrinæ non vulgares ab aliis, qui in Romana Curia non versantur, prorsus ignotæ & ideò illis Lectorem priuandum esse non existimaui, ac proinde pro faciliori totius materiæ dispositione eam in §§. diuidendam duxi, & in primis ostendam quid sit decima? quomodo diuidatur? & in quo differat à primitiis, & oblationibus? Deinde ex quibus rebus persoluatur? vt *in* §. 1. & quibus personis soluenda? vt *in* §. 2. à quibus personis? vt *in* §. 3. quis sit competens Iudex in causa decimarum? an, & quando sit summaria, & executiua, & quibus pœnis afficiantur illas non soluentes? & demum quid possit compositio, & transactio in decimis auctoritate Papæ, & Episcopi facta, vt *in* §. 4.

Et primò sciendum decimas esse res, quæ ab Ec- 1
clesiarum ministris ratione ministerij Sacramentorum persoluuntur, de quibus agit illud *Leuit. cap.* 27. *& Genes. cap.* 8. *in fine*, ibi *Decimas offeram tibi*, & *Numero cap.* 18. ibi, *Decimarum*, &c. & *Deuter. cap.* 14. ibi, *Decimam partem separabis*, &c. De- 2
finiri solet, vt sit omnium bonorum licitè quæsitorum quota pars Deo, eiúsque ministris diuina institutione, humana verò constitutione, dictante etiam naturali ratione debita, secundùm Turrecrem. *in cap. reuertimini*, *num.* 7. 17. 16. *quæst.* 1. Sot. *de instit. lib.* 9. *quæst.* 4. *artic.* 6. Couar. *lib.* 1. *var. cap.* 17. *num.* 2. Rebuff. *de decimis, quæst.* 4. Monet. *in simili tractatu, cap.* 2. *à princip.* Vel secundùm alios,

vt

vt sit decima pars fructuum, ad quam petendam ius competit Ecclesiis Parochialibus ratione mini-
3 sterij Sacramentorum. Sic sanè decimæ, prout in Iure consistunt, sunt ius spirituale, seu spirituali-bus annexum dependenter, eò quòd illæ depen-dent ab officio spirituali, nempe, ministerio Sa-cramentorum; prout censet S. Thom. 2. 2. *quæst.* 87. *art.* 3. idque procedit, siue decimæ competant in titulum, siue in proprietatem, ex Card. *in Clem. dis-*
4 *pendiosam, q.* 14. *de iudic.* Decima igitur pars potiùs quam vigesima, vel alia quota electa fuit à Domi-no: quia decennarius numerus erat primus termi-nus numerorum, cùm vltra eum non procedatur, nisi iteretur, & sic aliquid perfectionis habet, vt per S. Thom. *d. q.* 87. *art.* 1. Tiraq *de præscript.* §. 1. *gloss.* 4. *in princip* Petr. Burg. *de myster. numer. tit. de numero denario*, Tyndar. *de decim. n.* 29. Rebuff. *eodem tr. q.* 2. *n.* 8.

5 Decimæ duplici modo considerantur, vel respe-ctu congruæ sustentationis, vel rursus habito, re-spectu ad quotam, seu partem, quæ de rebus acquisi-tis soluenda est. Meminerunt huius diuisionis S. Thom. 2. 2. *q.* 87. *art.* 1. *in corpore*, Sot. *d. q.* 4. *art.* 1. *vers. prima conclusio.* Couar. *d. cap.* 17. *num.* 2. nouis-sime Trullench *in præcepta Decalogi lib.* 3. *cap.* 1. *dub.*
6 1. *num.* 3. Inter vtrunque modum illa est differentia, quia si decimæ priori modo considerentur, non so-lùm ex humano, sed etiam ex Iure diuino positiuo, & naturali debitæ sunt, vt resoluunt plures relati à Cou. *d. n.* 2. de Iure humano probat text. secundùm vnum intellectum *in cap. Parochianos, de decim.* De Iure diuino positiuo deducitur ex illo Christi Do-mini, Luc. *cap.* 10. ibi, *Dignus est operarius mercede sua*, & ex illo D. Pauli 1. *ad Corinth. capite* 9. *Ne-mo suis stipendiis militaunt vnquam*, &c. De Iure naturali similiter constat, siquidem euidenti ratione naturali oportet stipendium, seu sustentationem accipere ab illis, quibus seruitium aliquod necessa-rium ministratur: constat autem administrationem diuini cultus & rerum spiritualium maximè esse ne-cessariam: vnde Iure naturali conuincitur aliquod stipendium, seu sustentationem esse soluendam, vt concludit illud D. Pauli *d. capite* 9. ibi. *Si nos vo-bis spiritualia seminauimus, magnum non est, si nos carnalia vestra metamus.* Facit illud Christi Domini Luc. *d. cap.* 10. Et iuxta hunc sensum accipienda est communis Canonistarum sententia, qui docent decimas à Deo institutas esse, & iure diuino nunc quoque deberi, ex quorum numero sunt gloss. *in cap. a nobis, & in cap. nuper, de decim.* Tyndar. *d. tract. à num.* 10. Rebuff. *eod tract quæst.* 1. *num.* 14. Paul Fusc. *de visit lib.* 2. *cap.* 21. *num.* 40. Perez *l.* 1. *tit.* 5. *lib.* 1. *ordin. col.* 117. Ceuall. *quæst.* 437. Bonacos. *commun. opin lib.* 1. *tit.* 10. *num.* 2. *cum seqq. pag.* 185. Nicol. Reusner. *decis.* 2. *num.* 4. *libro* 4. Ioseph. Lu-dou. *Perus. decis.* 106. *num.* 33. Grilenzon. *cons.* 165. *n.* 22. Petr. Gregor. *syntagm Iuris lib.* 2. *c.* 21. Anastas. Germon. *de sacror. immunit lib.* 3. *cap.* 19. *à num.* 11. Camil. Borrel. *cons.* 20. *num.* 14. *cum sequentib. cent.* 1. *& de compromiss.* §. 2 *gloss.* 1. *num.* 314 *& in sum. om-nium decis. tom* 1. *tit.* 19. *de decim. à n.* 2. Trullench. *d. dub.* 1 *num.* 4. Peregrin. *decis.* 142. *n.* 3. *&* 4. & ex Theologis sequuntur Andr. Hispan. *in reg. decima-rum, vers. decima est de Iure naturali num.* 1. 5. 6. *&* 15. Alber. Pigh *lib.* 5. *hierarchia ecclesiast. cap.* 7. Fa-gundez *in quinque Ecclesiæ præcepta. præc.* 5. *lib.* 1. *cap.* 1. Villalob. *in sum. part.* 1. *tract.* 33. *diffic.* 1. *num.* 2. Castro Palao *in opere morali tom.* 2. *tract.* 10. *disp. vnica puncto* 1. *n.* 4. Machado *en superfetto Confessor. tom.* 1. *l.* 2. *part.* 4. *tract.* 10. *docum.* 1. *num.* 7. Et ideò Rot. *in Cordubeu. decim. de Lucerna*, 7. *Februarij* 1639. *coram R. P. D. Merlino*, dicit quòd decimæ à Iure diuino institutæ & præceptæ fuerunt in subsi-dium, & alimentum Sacerdotum, & Dei ministro-rum, vt Populo spiritualia ministrantes temporalibus non egeant, & sic dicuntur de sanctuario Dei, & sunt cibus in domo Domini, & etiam in recognitionem dominij vniuersalis ipsius Dei.

Si verò decimæ posteriori modo considerentur, 7
solummodò, Iure humano debitæ sunt, vt patet ex tex. *in d. cap. Parochianos, & in cap in quibusdam* §. *ille quippe*, cum multis *ibidem, de decim.* in quibus terminis procedit sententia Theologorum asseren-tium de Iure humano, & Pontificio decimas deberi; qui sunt Hugo de S. Victore *lib.* 1. *de Sacram. part.* 11. *cap.* 4. *&* 11. S. Thom. *d. q.* 84. *art.* 1. *in corpore*, S. Antonin. *part.* 2. *sum. tit.* 4 *cap.* 3. § 5. Asten. *part.* 2. *sum. lib.* 6. *tit.* 35. *rub de decim.* Abulen. *in matth. cap.* 23. *q* 90. Henriq. *in sum. lib.* 7. *cap.* 27 § 1. *& lib.* 14. *cap.* 1. § *vlt. lit. T.* Azor. *instit. moral. part.* 1. *lib.* 7. *cap.* 23. *quæs.* 4. Monet. *de decim. cap.* 1. *a num.* 11. Less. *de iustit. lib.* 2. *cap.* 39. *dub.* 1. *num.* 5. *cum seqq.* Suarez *de Relig. tom.* 1. *tract.* 2. *lib.* 1. *cap.* 10. *&* 36. Villalob. *d. diffic.* 1. *à num.* 4. Fagundez *d. cap.* 1. *num.* 3. Castro Palao *d. puncto* 1. *num.* 4. Ex nostris Canonistis Cou. *lib.* 1. *var. cap.* 17. *num.* 2, *&* 3. Nauar. *in Man. cap.* 21. *num.* 28. *&* 31 *& de redditib ecclesi q.* 1. *num.* 59. *num.* 1. *& cons.* 2. *n* 3. *de decim.* Gutier *can. lib.* 2. *c.* 21. *num.* 2. *&* 7. Ioan. Garc. *de expens. c.* 9. *ex num.* 90 D. Bar-bos. *in l. Titia num.* 35. *ff. soluto matrim* Valenzuel. *cons.* 114. *tom.* 2. Britto *in cap.* 2. *de locato part.* 2. *à num.* 30. Mench. *illustr. cap.* 89. *num.* 1. *in fine*, Ceuall. *commun contra commun. quæst.* 437. Trullench. *d. l.* 3. *cap.* 3. *dub.* 1. *num.* 7. Azeued *ad l.* 1. *num.* 4. *&* 5. *tit.* 5. *lib.* 1. *noua Recop.* Mar. Anton. *var. libro* 1. *quæst.* 77. *num.* 3. *in fin.* Fontanel *de pactis nuptialib. tom.* 1. *de-cis.* 4 *gloss.* 19, *p.* 1. *num.* 3. Franc. Carrasc. *ad leges Re-gias cap.* 6. *de decim. ex num.* 6. Ramirez *de lege Re-gia* §. 31. *num.* 3. *&* 4. Castill. *de tertiis tom.* 7. *cap.* 10. *num.* 8. *&* 9. D. Solorzan. *de Indiar. gubern. lib.* 1. *cap.* 21. *numero* 45. & hoc modo decimæ, nec Iure na-turali, nec diuino positiuo obligante debitæ sunt.
De Iure naturali patet: quia Ius naturale, licèt di- 8
cat soluendum esse stipendium, seu dandam susten-tationem, vt supra dictum est, non tamen conclu-dit decimam partem magis, quàm tertiam, vel quartam esse persoluendam. De Iure positiuo obli-gante idem constat, siquidem non apparet aliquod Ius diuinum obligans, quod determinet decimam partem esse persoluendam: solùm enim dicit ope-rarium dignum esse mercede sua, in loco supra citato. Quòd autem decima iubeatur dari in Lege veteri, illa quidem non obligat, siue ali-quo modo decima censeatur ad legem cæremo-nialem pertinere; siue, vt verum est re vera iudi-cialem legem in decima consideremus, prout con-siderat S. Thom *d. quæst.* 87 *art.* 1. *in corpore*, Sot. *d. quæst.* 4. *art.* 2. & Archid *in d. cap. decima, num.* 3. 16. *q.* 1. & quod leges illæ, tam Cæremoniales, quàm Iudiciales, Euangelica Lege lata cessarunt, & vim legum amiserunt, iuxta illud Pauli *ad Galat. cap.* 3. *&* 4. *& ad Hebr. cap.* 7. *&* 8. *& ad Ephes. cap.* 2. re-soluunt Doctores per text. *ibi, in cap. vnic. de purifi-cat. post partum*, tradunt in specie S. Thom. Sot. & Cou. *vbi suprà*. Ex quibus infertur decimam qua-tenus est necessaria ad sustentationem Ecclesiæ, & ministrorum, præscriptione non tolli, vt ex Couar. optimè resoluit D. Barbos. *ad l. competit.* 6. *num.* 79.

C. de præscript. 30. Vtrùm autem consuetodine, vel
vsu longissimi temporis præscribatur & aequira-
tur liberatio à solutione decimarum, quæ deben-
tur Ecclesiæ? Vide late Pereg, *tom. 1. cons.* 14. *n.* 18.
cum seqq. vbi etiam disputat, an idem sit dicendum
vbi ius decimandi reperitur ab Eeclesia infeudatum
laico.

9 Nonnulli Doctores decimas in triplici consti-
tuunt differenoa: putant enim quasdam esse præ-
diales, seu reales, prout sunt illæ, quæ ex fructibus
prædiorum colliguntur, nonnullas appellant perso-
nales, vt sunt illæ, quæ nomine personæ, purà ex
lucro humana industria quæsito comparantur, alias
denique mixtas esse arbitrantur, prout dicunt esse il-
las quæ ex fructibus pecorum percipiuntur, eò quòd
partim ratione loci in quo pascunt, partim ratione
personæ, cuius industria custodiuntur, æstimant
debitas esse prout in specie tradunt Host. *in sum. hu-
ius tit.* §. 1. Maior. *in 3. sentent. dist.* 37 *quæst.* 38. *in
princ.* Siluest. & Angel. *in sum. verb. decima, in prin-
cip.* Azor. *d. lib.* 7. *cap.* 34. *quæst.* 3. Monet. *cap.* 3.
num. 9. Fagundez *d. præcepto* 5. *lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 1.
Fr. Philip. de la Cruz *in tract. de decimis num.* 4. *fol.*
6. *cum seqq.* Sed hæc triplex diuisio nequaquam
placet, tum propter tex. *in l. pecudum ff. de vsur.* tum
etiam, quia vix dari possunt reales, quarum perce-
ptio, etiam ex personæ industria non resultet. Quare
dicendum est decimas ad duas tantùm species atten-
to Iure reduci posse, iuxta tex. & quæ ibi notant
Doctores, *in cap. ad Apostolica, de decim.* & ita aliæ
sunt prædiales, aliæ verò personales appellantur:
priores sunt, quæ debentur ex fructibus prædiorum,
10 posteriores verò, quæ debentur ex fructibus hu-
mana industria, & ministerio quæsitis. Inter quas
species illud est discrimen: quia priores ex Lege ve-
teri debebantur, & percipiebantur. At verò po-
steriores, licèt olim possent solui, non tamen erant
in obligatione, vt aduertit S. Thom. *d. quæst.* 87.
art. 2. *in corpore* modò tamen à Romanis Pontifici-
bus constitutæ inueniantur, iuxta text. *in dict. cap.
ad Apostolica, & in cap. pastoralis, de decim.* tradit
S. Thom. *vbi proximè* Couar. *d. cap.* 17. *à num.* 8.
11 *vers. tertio,* Nau. *cons.* 1. *à num.* 7. *de decim.* Datur ta-
men in prædictis decimis quædam conuenientia,
quòd stante congrua sustentatione prædictæ decimæ
pro temporum, locorum, & personarum qualitate
mutationem recipere possunt, & sic ex consuetudi-
ne, priuilegio vel constitutione Ecclesiæ potest
maior, vel minor quantitas secundùm illius iudi-
cium institui. Nam cùm pro prædictis qualitatibus
leges humanæ mutationes recipiant ex tex. *in c. non
debet, in princ. de consang. & affinit.* & decima
tam prædialis, quàm personalis respectu certæ, &
determinatæ partis sit à Lege humana instituta, me-
ritò, effectum est, vt stante congrua sustentatione
intra illius limites circa extensionem, vel diminu-
tionem decimæ: maior vel minor pars designari
possit ex Ecclesiæ priuilegio, seu constitutione, vel
consuetudine legitimè præscripta, prout in specie re-
soluit Sot. *d. q.* 4. *art.* 1. *vers. quarta conclusio* & antea
S. Thom. *d. art.* 1. *in corpore,* in finalibus verbis, Cou.
d. 17. *num.* 8. Syluest. *verb. decima, num.* 10 Quicquid
contrarium teneat *gloss. vlt. in d. cap. in quibusdam.* §.
ille quippe, de decim. quam explicat Sot. *in d. art* 1.
col. pen. dum in decimis prædialibus talem impro-
bant consuetudinem ex defectu rationabilitatis, quæ
quidem rationabilitas necessariò supponenda est, vt
consuetudo operetur.

12 Inter oblationes, primitias, & decimas, illud
discrimen est, quòd licèt decimæ, & primitiæ sint in
præcepto obligante, prout in decimis probat text *in
c. decimæ*, ibi, *sed tardiùs dare, peccatum est*, & ibi
*decimæ ex debito requiruntur, & qui eas dare noluerit,
res alienas inuadit,* 16. *q.* 1. S. Th. *d. q.* 87. *art.* 1. Sot. *d.
q.* 4. *art.* 1. in primitiis probat tex. *in c.* 1. *vers. oportet
autem* 16. *q.* 7. tradit gloss. *in c.* 1. *de decim.* optimè de-
fendit S. Thom. 2. 2. *q.* 86. *art.* 4. & Sot. *vbi sup. art.* 4.
nihilominus tamen Oblationes regulariter in præ- 13
cepto esse non dicuntur: de ratione enim Oblatio-
nis est quòd sponte fiat iuxta illud *Exod cap.* 5 ibi, *ab
omni homine, qui offert vltroneus, accipietis eas;* qualis
spontanea oblatio dici non potest illa, quæ ex vi
præcepti facta est, argum tex. *in princip. Instit. de
de obligat* In aliquibus tamen casibus oblatio poterit
esse in præcepto, putà præcedente promissione, con-
suetudine, seu alio actu oblationem inducente, iuxta
tex. sic intelligendum *in c. qui oblationes il,* 1. *cum
seqq.* 10. *q.* 1. vel si Parochus non sufficientibus deci-
mis egeat respectu congruæ sustentationis, tradit
gloss. *in cap. omnis Christianus, de, consec dist.* 1. rece-
pta communiter ex Cou. qui alios refert, *d. cap.* 17. *n.*
3. vel aliis similibus casibus, iuxta quæ intelligen-
dus est tex. *in d. c. omnis Christianus, & in cap. sta-
tuimus* 16. *q.* 1. vt aduertit Sot *d. quæst.* 3. *art.* 1. *col.* 4.
de quo latè diximus *c.* 24. *à num.* 6. Breuior autem 14
& communis illa est distinctio, quòd decimæ sunt
quota pars frugum, & aliorum licitè acquisitorum,
debita ex præcepto Ecclesiæ ministris, at verò pri-
mitiæ sunt solùm primæ, quæ nascuntur fruges, seu
prima frugum pars; oblationes autem quicquid
Deo, vel Ecclesiæ, eiúsve ministris voluntariè exhi-
betur, regulariter loquendo. Ita Sot. *d. q.* 3. *art.* 1. &
q. 4 *art.* 1. Rebuff. *q.* 1. *n.* 17. *cum seqq.* Tyndar. *ex n.*
84 Monet. *c.* 2. *n.* 10.

---

§. I.

De Rebus, ex quibus decimæ persoluuntur.

SVMMARIVM.

1 *Decimæ, tam prædiales, quàm personales, de om-
nibus fructibus ex prædio, vel hominis mini-
sterio productis, ex quibus petita fuerint, de
necessitate præcepti sunt soluenda.*
Decimam soluunt,
2 *Frumentum, & granum,*
3 *Pàlea.*
4 *Vinum,*
5 *Faba, & alia legumina,*
6 *Nuces, & amygdalæ, & castaneæ,*
7 *Oliua,*
8 *Folia mororum,*
9 *Saccharum,*
10 *Pisces,*
11 *Apes, seu fructus earum,*
12 *Lac, lana, & fœtus animalium, cùm nutriti
sunt,*
13 *Venatio, & aucupium.*
14 *Pascua,*
15 *Ligna.*
16 *Fœnum,*
17 *Linum, & canabe,*
18 *Negotium, & artificium.*
19 *Stipendia militum,*
20 *Aduocatio, procuratio, merces, & salarium.*

21 *Furna,*

21 *Furna,*
22 *Lapadicina,*
23 *Fodina metallorum,*
24 *Molendina.*
23 *Decima an ex hareditate,legato, vel donatione sit solaendaroſtenditur,& numeris ſeqq.*
29 *Decima de fractibus illicitè acqaiſitis ſoluenda non eſt.*
30 *Fructus, qai ex actu hominis, & illius miniſterio perſonali acquiruntur, in duplici ſunt differentia.*
31 *Fractus acquiſiti ex caaſa iniuſta , & iniurioſa,licitè tamea retenti, dapliciter conſiderari poſſant.*
32 *Meretrices,& hiſtriones tenentar de rigore iuris ex proprio miniſterio acqniſitis decimam perſoluere , & poſt peractam pœnitentiam eſt ab illis accipienda.*
33 *Decima eſt ſolaenda ab vſarario,vel ab alio iniaſtè detiaente ex fructibus prady , qaod pecania vſuraria , vel malè retenta comparanit.*
34 *Decime pradiala ex fructibus ſant ſolaenda abſqae aliqna empenſarum deductione.*
35 *Expenſa in decimis pradialibus qnare non dedacantur?oſtenditar,& n.ſeq.*
36 *Fructas aliquando accipiantar ciailiter , aliquando aaturaliter.*
37 *Fructns diuerſimodè accipiuntur in decimis pradialibus,ac in decimis perſonalibas.*
38 *Expenſa ia decimis perſonalibus qaare dedacantar?oſtenditur.*
39 *Colonns partiarius proportione ſua in ſoluendis decimis non deducit expenſas.*
40 *Decima iategrè , & ſine diminutioae ſolaenda ſant, prinſqaam ex fractibus deducantur expenſe,tributa,& cenſas.*
41 *Decima,vbi debetar,integra ſolai debet.*
42 *Parochus ad excludendas fraudes poteſt cuſtodes apponere, vel probiberi facere , ne fructas ex agris efferantur , niſi ſoluta prius decima, vel quòd ipſe , aut eius nancias ſit praſeas.*
43 *Fructus omnes Eccleſia debiti,excepto caſa decimaram pradialiam, aon aliter intelligunt ar qaàm dedactis expenſis.*
44 *Decima daplex de vna & eadem re,ſiue de eodem ſolai aon debet.*
45 *Redecima eſt contra ius.*
46 *Redecima poteſt acqairi praſcriptione immemorabili,vel quadragenaria cum titulo.*

1 DECIMÆ, tam prædiales, quàm perſonales, de omnibus fructibus ex prædio, vel hominis miniſterio productis, ex quibus petitæ fuerint, neceſſitate præcepti ſunt ſoluendæ, *cap. aon eſt, cap. nnncios, c. ex parte, lib. 1. de decim.* Andr. Hiſpan. *in reg. decimar. verſ. decimò fuit interrogatus.* Monet. *de decim. c. 4. n. 1.* Suar. *de Relig. tom. 1 tract. 2. lib. 1. c. 34. n. 1. & 4.* Grilenxon. *conſ. 165. & n. 23.* Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea, reſol. 109.* Fagund. *in quinqae Eccleſia præcept. prac. 5. l. 1. c. 2. na. 2. & c. 4. à n. 1.* Hier Carac. *de iurib. paroch. tit. 5. c. 17.* Trullench. *ia Decalog. lib. 3. c. 3. dab. 2. à prin.* Probatur. Siquidem decimæ tam prædiales, quàm perſonales debent correſpondere ſpiritualibus, ratione quorum adminiſtratori debitæ ſunt, & conſtat omnia ſpiritualia fidelibus adminiſtrari; vnde neceſſariò dicendum eſt ratione omnium temporalium ex illorum fructibus decimas, tam prædiales, quàm perſonales, ex neceſſitate præcepti eſſe perſoluendas, vt deducit S. Thom. 2. 2. q. 87. *art. 1. in corpore,* ex auctoritate D. Pauli 1. *ad Corinth. cap. 9.* Accedit, quòd decimæ ex intentione Eccleſiæ ſunt inſtitutæ ad congruam ſuſtentationem miniſtrorum, vt ſuprà dictum eſt, ac proinde æquiſſimum erat, vt non in certis tantùm rebus, ſed in omnibus, quæ vnuſquiſque ad ſuæ vitæ ſubſidium acquirit, conſtituerentur. Dixi, *ex neceſſitate præcepti,* ad ſignificandum teneri omnes ad decimas ſoluendas ſub præcepto peccati mortalis, iuxta text. *in c. peruenit, & in c. frequeats, de decim.* iuncto text. *in c. nemo 11. q. 3.* eò quòd ſubtrahunt illud, quod ſpiritualium miniſtris debitum eſt; ex lege iuſtiſſima, prout reſoluunt Couar. *var. lib. 1. c. 17. n. 4.* S. Thom. 2. 2. *q. 87. art. 1. ad 4.* Sot. *lib. 9. de iuſtit. q. 3. art. 1 col. 9. verſ. primò ergo.* Caſtro *aduerſus hereſes, verb. decime,* vbi conuincit contrariam opinionem Hæreticorum, qui voluerunt arguere iniuſtitiam in iuſtiſſimo, & ſanctiſſimo præcepto.

Ex his ergo fructibus debetur decima. Primò, ex 2
omni frumento, & grano, *c. non eſt, de decim.* Rebuff.
q. 8. n. 3. Monet. *c. 4. n. 2.* vbi *n. 3.* idem dicit in palea. 3
Suar. *tom. 1. de relig. lib. 1. de diuino cultu, c. 34. nu. 2.* Fagund. *d. prac. 5. l. 1. c. 4. n. 2.*

Secundò, ex vino, *d. c. non eſt.*

Tertiò, de oleo, & melle. Rebuff. *d. q. 8. n. 8.* Monet. 4
d. cap. 4. na. 10. Mantic. *deciſ. 341. n. 1.* vbi etiam de croco.

Quartò, ex faba, & aliis leguminibus, *cap. 3. de* 5
decim. ibi, de blado, & vniuerſis leguminibus. Rebuff. *d. tract. q. 5. na. 4.* Fagund. *d. lib. 1. c. 4 num. 3.* Monet. *d. cap. 4. num. 4.* vbi *num. 11.* ſubdit, quòd ſi huiuſmodi legumina colligantur in parua quantitate, ita vt ſolùm ſufficiant ad quotidianum vſum, tunc ad vſum Rectoris ex illis decima ita dari poſſet, vt hodie ex meo horto Curatus ſumat, quantum ſibi opus eſt illo die: ſin autem in magna quantitate, ita vt aliis vendantur, tunc de his integra decima ſoluetur: & idem eſt dicendum de hortis olitoriis, in quibus tantùm herbæ, vt caules, & alia olera creſcunt veſcendi gratia: ſeruanda tamen eſt conſuetudo, quòd decimæ olerum ſoluantur in pecunia, & non in ſpeciebus, vt tenuit Rot. *in Pampilonen. Vicaria, 5. Iuly, 1563. coram Gipsio.*

Quintò, ex nucibus, amygdalis, caſtaneis, & aliis 6
fructibus arborum, *cap. decima 16. q. 1. d. c. non eſt c. cùm homines, de decim.* Bertrand *conſ. 247. vol. 3.* Rebuff. *d. q. 5. n. 5.* Monet. *d. c. 4. n. 5.*

Sextò, ex oliuis, niſi propter earum exiguitatem 7
per multum temporis ſpatium decima ſoluta non fuerit, vt dictum extitit *in Ciuitaten. decimarum 26. Martij 1618. coram Card. Veroſpio.*

Septimò, ex foliis mororum, ſaltem ex conſuetu- 8
dine, Seraph. *deciſ. 817.*

Octauò, ex ſaccharo, Ferrer *conſ. 195. na. 2.* Rot. 9
in Mediolanen. decimarum, 8. Februarij 1610. coram bonæ mem. Card. Marqaemont. impreſſa per Farin. *deciſ. 223. part. 1. recent.* Pute. *deciſ. 80. lib. 1. in correctis,* vbi habetur, quòd ad effectum decimarum ſaccharum dicitur fructus naturalis, & ex te elementata proueniens potiùs, quàm fructus induſtrialis: nam, licet, ſimpliciter loquendo, ſaccharum dicatur fructus induſtrialis, iuxta gloſ. *in l. diuerſo, ad lit. G. ff. de rei vendicat. & in cap. grauis verb. fructus, de reſtit. ſpoliat.* cùm in eo magna induſtria hominis requiratur, prout dicitur in ſegetibus, vt in grano, vino, & oleo, tamen quoad effectum

effectum decimarum reputatur fructus naturalis; quia, nisi prouidentia Dei operaretur, vana esset omnis industria personæ, vt dicit Abb. *in cap. cum non sit, notab.* 1. *de decim. & in c. non est, notab. etiam* 5. *eod. tit.*

10 Nonò, ex piscibus, vt fuit dictum in *Vlixbonen. decimarum piscium*, 12 *Ianuar.* 1568. *coram Oradino*. Abulen. verò *in Matt.c.*23.*q.*160. vult de piscatione, quæ fit in flumine publico, siue priuato, siue proprio, absque solutione pensionis, soluendas esse decimas de lucro piscationis: de piscatione verò, quæ fit in stagno, vel flumine, aut alio loco, propter quam soluitur pensio, soluendam esse decimam de prouentibus, per *cap. peruenit, de decim.* de quo etiam Fagund. *d.lib.*5.*nu.*4. deducendæ tamen sunt expensæ, & pecuniæ factæ in emendis, & reficiendis retibus, & cymbis ad piscationem destinatis, & in coëmendis hamis, Fagund. *d.prac.*5.*lib.*1.*c.*2. *num.*20.

11 Decimò, de apibus, seu fructu earum, hoc est, cera, & melle, *c. nuncios, de decim.* vel de pecunia, quam ex melle & cera habuerunt vendentes, Rebuff. *d.q.* 8.*n.*15. Monet *d.c.*4.*n.*18. vbi subdunt, solui debere, vbi apes consistunt, quod etiam ait Fag. *d.c.*5. *nu.*13. De apum examinibus, alueariibusve soluendam esse decimam, vt habet consuetudo, tenet Azor. *d.c.*35.*q.*9.

12 Vndecimò, ex lacte, lana, fœtu, & aliis fructibus animalium, quorum decima soluitur illi Ecclesiæ, in cuius Parochia animalia pascunt, & morantur, glos. *verb. personales, in cap. ad Apostolica* 20 *de decim.* Si verò in vna Parochia pascant in hyeme, & in æstate in alia, vel in vna pascant commnnò, & in alia iaceant, & dormiant, tunc diuidi debent decimæ inter has Parochias, vt per Greg. Lop. *l.*6.*tit.*20.*part.*1. Rebuff *d.tract.q.*6. *num.*25. *cum seqq.* Perez *ad tit.*5. *lib.*1. *Ordin. pag.* 116. Menoch. *cons.*398. *num.*36. & *num.*40. Suar. de Pace *in pract. tom.*2.1.*c.*5. *num.*8. *cum seqq.* Suar. *de Relig. tom.*1 *tract.*2.*lib.*1.*cap.*5.*num.*8. *cum seqq.* Steph. Fagund. *de septem Ecclesiæ precept. prac.* 5. *lib.*1.*cap.*5.*num.*3.*cum seqq.* Basil. Pont. *de Sacram. Matrim. lib.*5.*cap.*13.§.3.*num.*23.& 24. vbi *nu.*25. resoluit, quando huiusmodi oues nec pascuntur, nec morantur per vllam anni partem in terris Ecclesiæ domini sui, sed in aliis, nullam partem decimarum deberi Ecclesiæ Parochiali domini, sed illis, vbi pascuntur & morantur, Monet. *d. c.* 4. *num.* 16. vbi *num.* 17. resoluit decimam lactis deberi illi Ecclesiæ, vbi extrahitur, & caseorum illi, in qua fiunt, de fœtibus decimæ non debentur statim vbi nati sunt, sed cum illi nutriti sunt, nec indigent lacte materno. Ita Andr. Hispan. in *reg. decimarum q.*14.*num.*5. Rebuff. *d.tract.q.*6.*n.*3. 30. & 31. Vinc. de Franchis *decis.*314. Suar. *d.lib.*1. *cap.*37.*num.*6. Fagundez *d.cap.*5.*n.*2. & 14. Monet. *de decim. cap.*6.*num.*14. Aloys. Ricc. *in praxi aurea, resol.* 252. vbi rationem assignat: quia, si animalia ipsis statim natis consignarentur, esset inutilis talis decimatio, & sic melius esset illam non præstare.

13 Duodecimò de venatione, *d.cap. non est.* Rebuff. *d.q.*8.*nn.*15. Monet. *d c.*4.*n.*19. vbi *n.*21. idem dicit de aucupio.

14 Decimotertiò, de pascuis, hoc est, pastura iumentorum, quæ locatur, vbi venditur, *cap. commissum, de decimis*, Card. *in Clem. num.*15. *de decim.* Rebuff. *d. q.*8.*n.*22.

15 Decimoquartò de lignis, Rebuff. *d. quæst.* 8. *num.* 26. Azor. *dict. cap.*35. *quæst.*9. nimirum, vt ex decem fasciculis decimus soluatur Rectori illius Parochiæ, vbi ligna creuerunt. Monet. *d.c.*4.*n.*13.

Decimoquintò ex fœno, quod in fasciculos alligatum redigitur, *cap. peruenit* 5. *de decim.* Rebuff. *d. quæst.*8.*n.*9. Fagundez *d. prac.*5. *lib.*1. *c.*4.*n.*4. Monet. *d.c.*4.*n.*6. vbi addit, quòd si herba crescat solùm, pro pascuis iumentorum, id tunc faciendum, quod de leguminibus, & herbis hortorum suprà diximus. 16

Decimosextò, ex lino, & canape. Rebuff. *d.q.*8. *num.* 8. Monet. *d.cap.* 4. *num.* 8. vbi idem dicit de croco. 17

Soluitur quoque decima de omni negotio, & artificio, *c. decima* 16.*q.*1.*ibi, de negotio, & artificio solue decimas*, Rebuff. *d.q.*8.*n.*19. Monet. *d.c.*4 *n.*24. Sed in nostra Hispania consuetudine receptum est quòd ex opificum & negotiatorum lucris decimæ non soluantur, vt tradunt Sot. *de Iustit. lib.* 9.*q.*4.*art.*2.*col.*3. Nau. *in man.c.*21.*n.*31. Gutierr. *canon. lib.*2.*cap.*21.*nu.*33. Suar. de Paz *in pract. p.*1. *tom.*2.*c.*5.*n.*34. Azeued. *l.*1.*n.*12. & *l.*4 *per tot. tit.*5. *lib.*1. *Recop.* Solorzan. *de Indiar. gubernat. lib.*1. *cap.* 22. *num.*40. Azor. *d.c.*35.*q.*7. Viget tamen in aliquibus diœcesibus vt famuli, qui stipendium pro suo seruitio quotannis accipiunt, decimam stipendiorum soluant, Molin. *de iustit. tract.*1. *disput.* 75. Vnde pro locis vbi hæc non viget consuetudo, colligimus de negotiatione soluendam esse decimam, *d. cap. non est, cap. pastoralis, de decim.* Rebuff. *d.q.*8. *num.*18. Monet. *d.cap.*4. *num.*25. Item de militia, seu captis in iusto bello, *d. cap. non est*: quin & de stipendiis, quæ milites habent, Rebuff. *d.q.*8.*num.*11. vbi *numeris seqq.* idem dicit de aduocatione, procuratione, mercede, salario, & de omni lucro aduentitio, & profectitio: de furnis quoque decima soluitur, hoc est, de commodo illorum, siue illud in pane, siue in pecunia, siue in quauis alia re consistat, Rebuff. *d.q.*8. *num.*20. Monet. *d.cap.*4. *num.*32. Item, de lapidicinis decimæ soluuntur, Azor. *d.cap.* 35. *q.* 9. non quòd ex decem lapidibus detur vnus; sed ex pecunia, quam inde quis lucratur Ecclesiæ, vbi audit Diuina, decimam soluit, Rebuff. *d.q.*8. *nu.*32. Monet. *d.cap.* 4. *num.* 33. vbi *num.*34. idem dicendum ait de argenti, & auri, aliorúmque metallorum fodinis. Et denique de molendinis, vt si decem sextaria, siliginis, tritici, aut alterius grani molendini nomine quis lucretur, tenetur vnum pro decima soluere, *cap. ex transmissa, de decim.* quòd si pecunia pro molendini pensione soluatur, ex illa pecunia decima soluitur Ecclesiæ, in qua situm est molendinum. Rebuff. *d.q.*8. *num.*6. Monet. *d.cap.*4 *num.*35. 18 19 20 21 22 23 24

Ex quibus infertur primò resolutio ad illam quæst. an ex hæreditate, legato, vel donatione decima sit soluenda? In qua partem affirmatiuam tuentur Abb. *in c.*3. *pastoralis à n.*3. dicens contrarium ex consuetudine obseruari, & *in cap. peruenit, num.* 2 *de decim.* & Fagundez *d. precepto* 5. *lib.* 1. *cap.* 2. *à num.* 5. Pro qua sententia facit primò: quia decimæ attento Iure soluendæ sunt de omni lucro: patet ex text. *in d. cap. pastoralis, ibi, quasi de lucro decimas persoluendas*, &c. & non est negandum hæreditatem, legatum, & donationem lucrum continere, & à titulis lucratiuis prouenire. Facit insuper, quòd res hæreditariæ, legatæ, vel donatæ sunt bona mobilia, vel immobilia, prout in institutione, legato, vel donatione reperiuntur: hæreditas enim nihil aliud est, quàm successio in vniuersum ius defuncti, ex tex. *in l. hæredi-* 25

tas,

nu, ff. de regul.iuris : & tamen constat, de omnibus bonis acquisitis decimam esse persoluendam, vt expressè tex. *in dict. cap. non est*, ibi, *de omnibus bonis decimæ sum ministris*, &c. Facit denique, quia decimæ soluuntur in recognitionem vniuersalis dominij, iuxta text. *in cap. tua nobis, 26. vers. cùm enim, de decim.* & in honorem Dei, qui dignatus est totum dare, iuxta text. *in capit. decimæ 16. quæstione 1.* quæ quidem recognitio, & honor verificatur in soluenda decima de hæreditate, legato, vel donatione.

26 Contrariam tamen sententiam tenuerunt Innoc. *in dict. capit. non est numero 2.* Syluest. *in sum. verb. decimas, numero 12.* Rebuff. *dict. quæst. 8. numero 31.* Monet. *dict. cap. 4. numero 37.* Pro qua facit primò: quia decimæ solummodo soluuntur ex fructibus à terra, vel ab hominis ministerio productis, vt suprà notauimus, & videmus res hæreditarias, legatas, vel donatas, non esse fructus ex terra, vel hominis ministerio productos, sed ex alterius hominis voluntate dependere: vnde videtur dicendum, quòd de illis decimæ non debentur. Facit secundò: quia in Lege veteri Dominus dedit ipsas terras, & possessiones; & tamen constat, non ex ipsis, sed ex ipsarum fructibus sibi dare decimas iussisse, iuxta illud *Numer. capit.* 18. ac proinde cùm Romani Pontifices circa decimas constituendas imitarentur Legem veterem, necessariò videtur dicendum voluisse, vt magis de ipsarum rerum (quæ per illos titulos transferuntur) fructibus, quàm de eisdem rebus decimæ soluerentur. Facit denique: quia, si de rebus hæreditariis, legatis, vel donatis decimæ soluerentur, vtique quàmcitò res, præsertim immobiles omnes, ad Ecclesiam peruenirent, quod quidem non conuenit.

27 Glos. igitur *verb. negotio, in dict. capit. decimæ 16. quæst. 1.* existimat faciendam esse differentiam inter hæreditatem, quæ prouenit ex testamento, & inter illam, quæ accipitur ab intestato, ita vt in priori casu decima debeatur, minimè verò in posteriori: sequitur Azor. *instit. mortal. part. 1. libro 7. capit. 35. quæst. 8.* quæ distinctio fundatur in eo, quòd in priori casu lucrum cernitur, & ita procedat prior sententia: in posteriori verò casu, debitum reperitur, iuxta text. *in l. scripto §. vltim. ff unde liberi*, quæ conciliatio placere non potest: in primis, quia, licèt hæres ab intestato ex voluntate expressa defuncti non succedat, *l. qui liberis, 8. §. hac verba, ad finem, ff. de vulgari*, nihilominus tamen contra illius voluntatem succedere non dicitur, imò magis ex ipsius verosimili mente, in qua lex ipsa fundatur ad hæredis successionem constituendam, ac proinde quamuis supposita lege debitum videatur; tamen censetur procedere ex voluntate defuncti, qui potens de hæreditate disponere, non disposuit: & ita dicendum est hæredem quantumcumque ab intestato lucrum recipere. Conuincitur rursus: quia illud, quod Aduocato pro patrocinio, mercenario pro mercede tribuitur, debitum est, & quidem efficax, vt probat text. *in l. qui operas 38.* vbi omnes *ff. locati*, resoluunt, Duen. *reg. 66.* limit. 2. Anton. Gom. *variarum tom. 2. capit. 4. numero 3.* ex quo lucro decima persoluenda est, vt fatetur glos. *dict. verb. negotio*, & omnes *suprà* citati propter text. *in dict. cap. decimæ*, ibi, *de artificio.* &c. & in stipendio militis aduertit Innocen. per text. *ibi, in dict. capit. non est.* Sot. *libro 9. de instit. quæstione 4. artic. 2. col. 4.* quod quidem debitum esse nemo negabit. Vnde glos. *quasi de lucro, in dict. capit. pastoralis*, aliam facit distinctionem inter hæredem filium, qui suus est, & inter hæredem extraneum: ita vt in priori casu decima minimè sit soluenda, & posterior opinio procedat: contra verò in posteriori casu; in quo prior opinio procedere potest; sequitur eandem sententiam Syluest. *dict. verb. decima, numero 12.* Mouetur glos. quia, cùm filius post mortem patris respectu hæreditatis illius non dicatur de nouo acquirere, sed magis dominium rerum continuare; iuxta text. *in l. in suis ff. de liber. & posthum.* ibi, *vt nulla videatur hæreditas fuisse*, &c. & ibi, *non hæreditatem percipere*, &c. decimam soluens, magis ex re propria, quàm ex lucro, illam soluere diceretur quod est inconueniens. Contra verò in posteriori casu, in quo, cùm re vera lucrum acquiratur, decimam soluendam esse putat secundùm priorem opinionem. Mouetur etiam, quia inspecto iure pater, & filius vna persona censentur, *l. vltim. C. de impub. & aliis*, vnde, cum pater ex eisdem bonis decimam non debebat, *dict. l. in suis*, ibi, *quia etiam viuo patre quodammodo domini existimantur*. Sed hæc glossæ consideratio similiter non placet, siquidem licèt filius post mortem patris dicatur tunc de nouo acquirere propter continuationem dominij; non tamen negandum est, aliquo tempore de nouo acquisiuisse, & tunc saltem quoad possessionem, ac subinde respectu illius acquisitionis verificantur fundamenta prioris sententiæ. Accedit, quòd licèt filius de nouo non acquirat dominium ciuile, quod aliàs in vita patris eidem communicatur, non tamen negandum est, de nouo acquirere dominium naturale, quod mediante traditione transfertur, & sic lucrum comparare.

Quare ego resoluendum existimo, quòd si hæreditas, legatum, vel donatio fiat de ipsis rebus fructiferis, simul cum fructibus, sine dubio decima persoluenda est, quòd tunc temporis censentur dari, seu relinqui cum suo onere, vt expresè probat text. *in dict. cap. pastoralis, vers. fructus autem.* Si verò fieri contingat de ipsis rebus, in quibus fructus non reperiuntur, tunc decima non debetur iuxta fundamenta posterioris sententiæ. Nec pro priori contraria refragatur text. *in dicto capit. pastoralis*, dum agit de lucro, & *in dict. capit. non est.* dum agit de bonis: siquidem repondetur Iura illa esse intelligenda de lucro, & de bonis, quæ ex fructibus dicuntur resultare, propter quòd fructus esse censentur, & in quibus ratio prædictæ recognitionis verificatur. 28

Secundò infertur de fructibus illicitè acquisitis decimam non esse soluendam. Diximus suprà soluendas esse decimas de omnibus fructibus, ex quibus fuerint petitæ: atqui ex fructibus illicitè acquisitis decimæ non petuntur. Igitur, &c. Probant corollarium text. *in cap. ex transmissa 23.* vbi glos. *verb. licitè*, Abb. *numero 3.* Innocent. & alij, *de decim.* S. Thom. *2. 2. quæstione 87. articulo 2. ad 2.* Sot. *libro 9. de instit. quæstione 4. articulo 2. colum. 5.* Pro pleniori tamen huius articuli declaratione sciendum, quòd fructus, ex quibus decimæ soluuntur, dupliciter considerari possunt: vel enim sunt reales, qui ex aliquo prædio producuntur, vel rursus sunt personales, qui per ministerium personæ acquiruntur. Inter vtrunque modum illud est discrimen, quòd de prioribus, siue licitè, siue illicitè acquirantur, seu percipiantur, semper decima soluenda, & recipienda est. Patet, si expendamus, tales fructus ab ipsa terra, quæ de illis decimam præstare obligata est, produci, & in illa inesse, ac 29

subin

subinde à quocumque possessore de illis decimam esse persoluendam, iuxta texta text. *cap. à nobis* 24. *de decim.* & idē sic resoluunt glos. *verb. negotio, in d. cap. decimæ*, vbi Terrec. *num. 5. & verb. licitè, in dict. cap. ex transmissa.* Abb *in cap. pastoralis num. 3. & in cap. commissum etiam num. 3. & in cap. cùm homines 6. de decim.* Tyndar. *d. tract. num.* 49. Rebuff. *eod. tract. quæst. 5. num.* 18. Azot. *instit. moral. part.* 1. *lib. 7. cap.* 35. *q.* 13. Monet. *d. cap. 4. num.* 39. Contra verò in posterioribus secundùm distinctionem modò referendam.

30 Deinde sciendum est fructus, qui ex actu hominis, & illius ministerio personali acquiruntur, in duplici esse differentia: quidam enim sunt, quorum acquisitio, & retentio iniusta est, & iniuriosa, veluti furtum, & aliud simile: alij verò sunt, quorum acquisitio, licèt respectu actus sit iniusta; retentio tamen non est in se iniuriosa, nec iniusta, prout in meretrice, & histrione. Inter vtrumque modum illud est discrimen, quòd de prioribus nequaquam decima recipienda est, nec persoluenda. Patet, si expendamus huiusmodi fructus necessariò esse veris dominis restituendos, iuxta *reg. peccatum, de regul. Iuris, lib. 6.* & circa illos dari repetitionem, & vti tales in effectu non dici fructus ipsorum acquirentium, ex regul. *l. non possunt. ff. de iure fisci*; ac proinde decimari possunt, vt concludunt Tyndar *n. 5.* & Rebuff. *proximè citatis locis*, Fagundez *dict. præcept. 5. lib. 1. cap. 1. n. 14. cum seqq.* Monet. *d. cap. 4. ex n.* 42. ne aliàs acquirens contra domini voluntatem, de eisdem fructibus disponere dicatur: non sic dicendum in posterioribus, iuxta distinctionem modò ponendam.

31 Denique sciendum fructus acquisitos ex causa iniusta, & iniuriosa, licitè tamen retentos, dupliciter considerari: vel enim acquirens non persistit in tali causa iniusta, turpi, seu iniuriosa; vel rursus adhuc in eadem perseuerat. Inter vtrumque modum illa est differentia, quòd in priori casu, attento Iure, fructus decimari possunt, & decimæ ex illis recipiuntur: contrà verò in posteriori casu, in quo licèt debeantur, Ecclesia tamen decimas, attento iure, non recipit, ne aliàs recipiendo videatur acquirentium improbitatem approbare, & illorum peccatis communicare, ad quod alludere videtur illud *Deuteron. capit.* 23. ibi: *Non offeres mercedem prostibuli*, &c.

32 Ex his colligo primò meretricem, & histrionem teneri de rigore iuris ex proprio ministerio decimam persoluere, & post peractam pœnitentiam esse ab illis recipiendam. Constat siquidem tales acquirentes, licèt turpiter faciant in acquirendo, non tamen turpiter retinent, *l. 4. §. sed quod meretrici, ff. de condict. ob turpem causam*; ac proinde de rigore Iuris teneri ex prædictis acquisitis decimam soluere; & postquam pœnituerint, ab illis esse recipiendam, prout in specie resoluunt glos. *vers. licitè.* Innocent. Abb. *numero 3.* & alij, *in dict. capit. ex transmissa*, S. Thom. 2. 2. *quæst. 87. artic. 2. ad* 2. Cou. *in reg. peccatum, part. 2. §. 11. numero 1. cum seqq.* Monet. *d. cap. 4. num.* 49. Licèt Sot. *lib. 9. de iustit. quæst. 4. art. 2. vers. ad* 2. dicat talem opinionem nullibi practicari, nec talium decimarum, obseruationem præstari.

33 Colligo secundò decimam esse soluendam, & recipiendam ab vsurario, vel alio iniustè detinente ex fructibus prædij, quod pecunia vsuraria, vel malè retenta comparauit: nam, licèt vsurarius pecuniam mediante vsura acquisitā restituere teneatur, quam soluens restituere potest, vt tradit glos. *in cap. debitores, de iureiur.* communis ex Cou. *libro 3. var c. 3. num. 7.* Baptista *comment. vlt. de vsuris, num.* 46. nihilominus tamen prædium illud tali pecunia comparatum, & ipsius fructus (dum aliunde potest) restituere non tenetur ex reg. text. *in l. si ex ea, 6. C. de rei vendicat.* tradunt in specie plures, quos refert, & sequitur Cou. *dict. cap. 3. num. 6.* Baptist. *dict. loco, num.* 56. Sot. *lib. 6. de iustit. quæst. 1. artic. 4.* Nauar. *in man. cap. 17. num.* 25. Medina *de rebus per vsuram quæsitis, quæst.* 4. Quicquid aliter intendant Bald. *in l. 1. num. 12. C. pro socio.* Dec. *in l. certi condictio §. vlt. num. 3. ff. si certum petatur.* & alij, quos referunt Adrian. *de restit. tract. de vsura, §. occurrit, vers ad* 3. Accedit, quòd fructus prædij reales sunt, ac subinde cùm decimæ prædiales sint illæ, quæ ex illis colliguntur, necessariò, siue licitè, siue illicitè recipiantur, decimæ persoluendæ sunt, iuxta suprà resoluta: sic cessat opinio Baldi, & eius fundamentum, & hanc sententiam tenet Monet. *dict. cap 4. num.* 28. aduertens ibi post Tyndar. *num.* 51. & Petr. Roiz *Lituan. decis. num.* 219. de vsuris, aliísque per vsuram acquisitis solui non posse deciman personalem. Vtrum verò de minimis, etiam licite acquisitis, decima sit soluenda? Dicendum est, quòd non: siquidem indecens est, & rationi minimè consentaneum, quòd ministri Ecclesiæ sint exactores minimorum, cùm id virtuti liberalitatis repugnet, & vitium auaritiæ in personis, maximè ecclesiasticis, improbetur, iuxta text. *in cap. auaritiæ, de elect. in 6.* iuuat decisio tex. *in cap. causam, de pœnis.* Nec obstat generalitas, quòd de omnibus fructibus soluenda est decima, siquidem appellatione omnium non veniunt minima, argum. *l. scio, ff. de in integr. restit.* vbi tamen consuetudo loci aliud suaderet, illi standum erit.

34 Tertiò infertur decimas prædiales ex fructibus esse soluendas absque aliqua impensarum deductione: probant text *in cap. non est, vers. volumus* tex. melior *in capit. pastoralis, vers. expensas*, text. opt. *in capit. sua nobis, de decim.* tradunt gl. *verb. precedat, in capit. pen illo ritu. & verb. fructus, in capit. granis*, Card. vbi Doctores *de restit. in l. fructus, ff. soluto matrim.* Tiraq. *de retract. lig. §. 15. glos 1. numero 10. & de primogen. quæst. 74. num. 9.* Ioan. Garc. *de expens. cap. 1. num. 17.* Sot. *de iustit. lib 9. quæst. 4. art. 2.* Ctned. *ad Decretal. collect.* 66. D. Barbos. *in l. fructus, a num. 6. & 16.* Rebuff. *quæst. 11. numero 3.* Menoch. *de arbit. casu 215. numero 2.* Gama *Lusitan. decis. 150. numero 1. & decis. 232. numero 1.* Ranchin *part. 3. concl.* 301. Valasc. *de iure emphyt. quæst. 17. numero 10.* Perez *titul. 5. libro 1. Ordin. pag.* 125. Zerol. *in praxi Episcop. part. 1. verb decima, §. 9.* Cal. Pereira *de empt. cap. 27. numero 75.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 19. num.* 101. Suar. *de Relig. tom. 1. tract. 2. lib. 1. capit. 35. numero 4.* Less. *de iustit. lib. 2. cap. 39. de decimis, dub. 3. n. 16.* Camill. Borel. *in sum. omnium decis. tom. 1. tit. 19. de decim. n. 10.* Monet. *de decim. cap. 9. q. 4. à n.* 28. Trullench. *d. c. 3. dub. 3. à n. 1.*

35 Rationem autem, quare expensæ ex his decimis non deducantur, cùm aliàs fructus intelligantur deductis expensis, *ex d. l. fructus*, cum similibus difficile erit inuestigare: nam glos. *verb. credimus, in dict. cap. pastoralis*, existimat limitandam esse regulam *d. l. fructus*, in decimis prædialibus, in quibus speciale esse putat, vt expensæ non deducantur: sequitur Bart. *in dict. l. fructus, numero 6.* dicit communem Legistarū Addit. *ad Bernard. reg. 302. vers*

sext

sexto. Sed conuincitur manifestè: in primis, quia prædicti non assignant congruam rationem talis specialitatis: tum, quia *l. fundus, qui* 52. *ff. famil. ercisc.* ibi. *nullus casus,* &c. propter signum vniuersale, *nullus,* talem specialitatem non solùm in decimis, sed etiam in quocunque alio casu excludere, seu denegare videtur: quemadmodum enim dictio, *omne,* nihil excludit, iuxta reg. Iurisconsul *in l. Iulianus,* aliàs incip. *testatorem ff. de legat.* 3. cum aliis citatis per me *de diction. vsufreq. dict.* 241. *num.* 1. Ita quoque dictio, *nullus,* nihil admittit, & omnia excludit, *dict.* 229. *num.* 1. *&* 2. Tum denique, quia *dict. cap tua nobis. vers. cùm enim,* apertè significat id ipsum, quod disponitur in decimis, procedere etiam in fructibus, qui debentur dominis temporalibus, quorum prædia ab aliis coluntur. Secundo loco alij Doctores existimant propterea tales expensas non deduci, quia decimæ prædiales iubentur solui integræ, vel cum integritate, vt probatur *in d. cap. non est, ad fin.* ibi, *cum integritate.* &c. *& in d. cap. tua nobis, in fine,* ibi, *cum integritate,* &c. Concil. Trid.
35 *sess.* 25. *de reform. c.* 12. ibi, *integrè persoluant:* ac subinde, cùm deducantur, vbi quis integros fructus reddere tenetur, arg. *l. vlt.* ibi, *super integra,* &c. *C. ad leg. Falcid.* meritò inquiunt illi, deductio expensarum non contingit in decimis prædialibus persoluendis: ita in specie Roman. *in d. l. fructus,* post alios Tiraq. *d.* §. 15. *glos.* 1. *num.* 9. Addit. *ad Bernard. vbi sup.* Sed neque hæc ratio placet, siquidem prædicta Iura, & alia similia, dum de integritate decimarum loquuntur, non constituunt aliquod Ius nouum, imò respondent consultationibus, vt patet ex *d. cap. tua nobis, in princ.* ibi, *tua nobis fraternitas intimauit,* ac subinde ex eo, quòd respondent, attento Iure decimas esse soluendas absque expensarum deductione, iubent easdem cum integritate persolui; tum, quia verior, & receptior sententia est impensas esse deducendas, etiamsi quis integros fructus restituere teneatur, vt resoluunt plures citati à Tiraq. *vbi suprà numero* 8. Tertio loco, nonnulli pro vera ratione indaganda exstimarunt, faciendam esse distinctionem inter restitutionem omnium fructuum, & inter illam, quæ fit de aliqua certa illorum parte, seu quota, veluti quando agitur de quarta, vel quinta restituenda: ita vt in priori casu procedat reg. *dict. l. fructus,* & intelligatur *d. cap. grauis, de restit. spoliat.* minimè verò in posteriori casu: tunc enim putant absque vlla expensarum deductione, semper verbum, *fructus,* esse intelligendum. Ita in proposito Abb *num* 9. & alij *in dict. cap. pastoralis,* plures relati à Tiraq. *vbi sup. num.* 17. *& de primog cap.* 74. *num.* 9. Capic. *decis.* 20. *à num.* 12. Vin. *decis.* 4. *num.* 13. Monet. *dict. cap.* 6. *num.* 31. Sed nec hæc ratio placet: repugnat enim decisioni tex. *in dict l. fructus,* vbi non ponitur verbum, *omnes,* sed simpliciter, & absolutè agitur de fructibus, & sic de parte, seu quota illorum in qua quoad hoc non apparet diuersa ratio: licet enim verbum indefinitè prolatum, si negatiuè concipiatur, æquipolleat vniuersali, iuxta text. *in l.* 1. §. *quod autem,* ibi, *iudicium non dabo, ff de alea, lusu. & aleat.* si tamen affirmatiuè fuerit conceptum, particulari censetur æquipollere, vt deducitur ex text. *in capit. licèt canon. iuncto capit. statutum, de elect. libro* 6. ac proinde necessariò succedit reg. *l. quæ de tota. ff. de rei vendic.*

36 Quare ex mente S. Thom. 1. 2. *quæst.* 87. *art.* 2. pro declaratione, & vera ratione indaganda sciendum est, primò verbum, *fructus,* duplici modo accipi: aliquando enim accipitur ciuiliter, aliquando verò naturaliter. Priori modo capitur verbum, *fructus,* secundùm censuram & interpretationem Iuris Ciuilis: posteriori verò sumitur secundùm naturam, & veritatem rei, & iuxta verbi proprietatem. Inter duos modos illud est discrimen, quòd verbum, *fructus,* ciuiliter acceptum non aliter intelligitur, quàm deductis expensis factis gratia eorundem fructuum, eò quòd illis deductis expensis in residuo interpretatur lex Ciuilis consistere vtilitatem, quæ ex fructibus recipitur: sic procedit tex. *in dict. l. fructus, & in l.* 1. *C de fructib. & litium expens. & dict. l. fundus qui, ff. fam. ercisc.* Non sic dicitur, si verbum, *fructus,* naturaliter accipiatur: tunc enim fructus absque expensarum deductione considerari debent. Patet, si expendamus fructus prout Dei auctoris beneficio proueniunt, esse quoquot in fundo nascuntur, & percipiuntur, & videmus omnes fructus absque vlla expensarum deductione nasci in fundo, & Dei beneficio prouenire. Sic aliàs solent homines, præsertim rustici, & Iuris Ciuilis ignari, dicere tot se fructus percipere, quot nati, & collecti sunt in fundo, intelligentes verbum, *fructus,* naturaliter, & secundùm rei veritatem absque vlla impensarum deductione.

Deinde sciendum est verbum, *fructus,* diuersi- 37
modè accipi in decimis prædialibus, ac in decimis personalibus: siquidem in prioribus accipitur naturaliter, & secundùm rei naturam, & verbi proprietatem: in personalibus verò ciuiliter, hoc est, secundùm interpretationem, & censuram Iuris Ciuilis. Ratio huius diuersitatis illa est: quia Deus Opt. Max. in Lege veteri instituens decimas prædiales, quas Leuitis præstari iusserat, respexit ad Ius Ciuile futurum, nec ad illius futuram interpretationem, & censuram, sed ad naturam, & veritatem rei: ac proinde, cùm decimæ prædiales, licèt hodie ex auctoritate Ecclesiæ debeantur, sunt tamen institutæ ad exemplum, & similitudinem illarum, quæ in Lege veteri debebantur; vnde meritò effectum est, vt in decimis hodiernis prædialibus verbum, *fructus,* intelligatur naturaliter, prout in fundo percipiuntur, & Dei beneficio proueniunt: at verò cùm personales decimæ debeantur ex sola auctoritate Ecclesiæ, nec vllum de illis in Lege veteri sit præceptum, vt aduertit S. Thom. *dict. quæst.* 87. *artic.* 2. *ad* 1. meritò effectum est, vt illis iure humano inuentis, & post ius ciuile institutis, verbum, *fructus,* non naturaliter accipiatur, sed ciuiliter, hoc est secundum einsdem iuris humani, & ciuilis interpretationem, & censuram, & sic decimas personales regulariter deberi expensis priùs deductis, per tex. *in dict. capit. pastoralis* docent Rebuff. *dict. tract. quæst* 11. *numero* 4. Vin. *dict. decis.* 4, *num.* 21. *&* 22. Tiraq. *dict.* §. 15. *glos.* 1. *numero* 14. Trullench. *dict. capit.* 3. *dub.* 3. *numero* 3. Monet. *capit.* 6. *numero* 32. vbi *numero* 33 subdit deberi non solùm deductis expensis vtiliter erogatis, vt in mediatoribus, verùm etiam voluntariis, dummodo in fraudem factæ non sint. Nec refragatur tex. *in dict. c. non est, de decim.* ibi, *de bonis prædictis,* &c. iunctis verbis præcedentibus, ibi, *de negotiatione, de ipsa militia,* &c. Satisfit enim, si dicamus tex. illum in sua generalitate circa expensas non ducendas ad decimas prædiales esse restringendum, ne aliàs absurdum sequatur contra tex. *in d. cap. pastoralis*: & licèt determinatio respiciens plura determinabilia, soleat illa æquè determinare, iuxta tex. *in l. iam hoc iure, vers. incongruens enim ff. de vulgari,* id tamen non procedit, quando

colligitur expressè contrarium ex alia decisione, quæ expresse obstare videtur, prout est tex. *in dict. cap. pastoralis.*

38 Ex his primò colliguntur rationes, propter quas decimæ prædiales absque deductione expensarum sunt soluendæ; minimè verò personales: & vlteriùs id ipsum non ineptè deprehenditur ex text. in dicto *cap. tua nobis*, & aliis, de quibus *in tit de decim.* dum in proposito expendunt, quòd Deus Dominus est terræ, & plenitudinis, & sibi reseruauit decimas omnium fructuum terræ in signum vniuersalis dominij; ac subinde videtur dicendum decimam partem fructuum accipi debere eodem modo, quo Deus Dominus est terræ & plenitudinis eius. Nec refragatur dicere, quòd quando domino restituuntur fructus à colono in quota, verbum, *fructus*, non ciuiliter, sed naturaliter accipitur, & sic fit restitutio absque impensarum deductione, *dict. capit. tua nobis.* Satisfit enim, si aduertamus id procedere, supposita natura conuentionis, quæ quidem inter dominum, & colonum fieri solet fructibus naturaliter consideratis, hoc est, de fructibus, quos Deus de terra dederit; ac proinde nil mirum, si debent restitui sine deductione impensarum, prout dicit text. sic intelligendus *in dict capit. tua nobis*: secus verò, si fiat mentio de fructibus simpliciter, & non detur alia coniectura, vel consuetudo, qua stante supponatur prædicta natura conuentionis iuxta suprà resoluta; quod tamen limitandum est, stante rationabili consuetudine, qua data expensæ deducuntur ex decimis prædialibus; si tamen congrua portio remaneat ministrantibus spiritualia: quoniam, sicut consuetudo efficere potest, vt decima alteretur, vel diminuatur, manente congrua sustentatione iuxta suprà resoluta; sic etiam eadem consuetudo efficere potest, vt ex decima parte fructuum deducantur expensæ, quarum deductio in effectu nihil aliud importat, quàm quòd minor efficiatur portio, quæ illis non deductis maior erat.

39 Colligitur secundò colonum partiarium pro portione sua in soluendis decimis non deducere expenpensas. vt probat *dict. capit. tua nobis*, ibi, *sicut colonus de parte fructuum*, &c. Valasc. *de iure emphyt. quæstione 30. numero 9.* Menoch. *de arbitr. casu* 215. *numero* 2. Ioan. Garc. *dict. cap.* 1. *numero.* 22. Surd. *decis.* 294. *numero* 1. D. Barbos. *in dict. l. fructus numero* 18. Suar. *de Relig. tom.* 1. *tract.* 2. *libro* 1. *capit.* 19. *numero* 13. latè Monet. *dict. cap.* 6. *numero* 40. *cum seqq.* vbi *numero* 42. cum Azor. *instit. moral. part.* 1. *libro* 7. *capit.* 34. *quæstione* 4 agens de colono, & quomodo, & cui Ecclesiæ soluere debeat decimam? Distinguit in hunc modum: Aut colonus colit nummis, seu pro certis mensuris à domino dandis, & tunc soluit Ecclesiæ parochiali personalem decimam, tanquam de lucro suæ personæ; quo casu intelligendus est text. *in cap. quæsti in fine*, 16. *quæst.* 1. aut demum colonus conducit totum prædium, siue nummis, siue pro certis mensuris domino soluendis, & tunc debet colonus soluerè integram decimam ex omnibus fructibus Ecclesiæ parochiali.

40 Colligitur tertiò integrè, & sine diminutione soluendas esse decimas, priusquam ex fructibus deducantur expensæ, tributa, & census, aut vlla alia debita, *d. cap. tua nobis.* ibi, *decimam reddere sine diminutione*, &c. Cou. *var. lib.* 1. *cap.* 17. *num.* 13. *col.* 1. Less. *de iustit. lib.* 2. *c.* 39. *dub.* 3. *num.* 16 Suar. *d. lib.* 1.
41 *cap.* 35. Cald. Pereira *de empt. c.* 9. *n.* 7. Decima enim vbi debetur, integra solui debet, Rot. *decis.* 469. *n.* 1. *& decis.* 541. *in fine, p.* 1. *recent* & ideò nec propter sterilitatem deneganda est, Rebuff. *q vlt. n.* 22 Monet. *c.* 8. *num.* 62. nec prætextu, quòd sibi debetur, cùm in futuris decimis non admittatur compensatio, Rebuff. *d. q. vlt. num.* 15. Cened *ad Decretum collect.* 66. *num.* 2. Monet. *d. cap* 8. *num.* 61. Quare non est Iuri consonum quod in aliquibus locis agricultores faciunt dum in suis areis ante decimationem ex cumulo tritici elargiuntur eleemosynas Religiosis, nisi id legitima consuetudine approbatum fuerit, Villalob. *in sum. part.* 2. *tract.* 33. *diffic.* 2. *num.* 7. Trullench. *d. lib.* 3. *cap.* 3. *dub.* 3. *num.* 2. de quo etiam latiùs Fr. Philip. de la Cruz de Vasconcellos *in tract. de decim. & primit.* §. 3. *n.* 8 *in fine pag,* 91. *cum seqq.*
Ad excludendas igitur fraudes potest Curatus cu- 42
stodes apponere, vel prohiberi facere, ne fructus ex agris afferantur, nisi soluta priùs decima, vel quòd ipse, aut eius nuncius sit præsens, vt aduertit Cou. *d. capit.* 17. *num.* 8. Valasc. *d q.* 30 *n.* 15. *col.* 2. Perez *l.* 2. *tit.* 5 *lib.* 1. *Ord. pag.* 132. Hieron. de Laurent. *Auenion. decis.* 54. *in fine*, Suar. *d. lib.* 1. *cap* 37. *num.* 7. Rebuff. *quæst.* 5. *num.* 13. Cened. *dict. collect* 66. *n.* 3. Camill Borel. *in sum. omnium decis. to.* 1. *tit.* 19. *n.* 78. Monet. *q.* 6 *num.* 4.

Colligitur quartò, excepto casu decimarum præ- 43
dialium, reliquos Ecclesiæ fructus debitos non aliter intelligi quàm deductis expensis, Fagund. *dict. prec.* 5. *lib.* 1. *c.* 2. *n.* 18. Patet, si expendamus Ecclesiam nullibi habere priuilegium, quòd ex fructibus eidem debitis non deducantur expensæ, ac proinde in illa procedere regulam text. *in d. l. fructus*: cùm contrarium non reperiatur expressum, prout in specie aduertit Tiraq. *vbi sup. n.* 3. Pro quo facit etiam tex. *in d. cap. grauis*; qui agens de fructibus debitis Ecclesiæ, intelligitur deductis expensis, prout intelligit *gloss. vlt.* & omnes ibi. Sic sanè in hoc sensu rectè defendi potest comunis explicatio Legislatorum suprà relata, dum dicit speciale esse in his decimis prædialibus, ita vt specialitas in eo verificetur, quòd in decimis prædialibus fructus non accipiantur secundum censuram Iuris Ciuilis, de qua *in dict. l. fructus*, sed secundùm rei naturam, & veritatem.

Quartò, & vltimò infertur de vna, & eadem re 44
siue de eodem aceruo duplicem decimam solui non debere, glos. *verb. deducendas, in c. pastoralis, de decim.* Gig. *de pens. q.* 58. *num.* 3 *&* 4 Azeued *l.* 7. *in*
princ. tit. 5. *lib.* 1. *nouæ Recop.* Et ideò redecima, seu 45
duplex decima est contra Ius, Innoc. *in c. cùm non sit a n.* 1. *de decim.* Abb. *in c. cùm sint. n.* 6 *ante fin. vers. aliàs sequeretur eod. tit* Sot. *de instit. lib* 9. *q.* 4. *art.* 2. *vers. hinc superiùs colligebamus, in fine*, Honcala *de decim. p* 2. *proposit.* 6 Seraph. *decis.* 148. *num.* 9. Rot. *in Cordub. redecimarum*, 19. *Nouem.* 1607. *&* 27. *Martij, &* 10. *Maij* 1613. *coram Reuerendiss. D. meo Coccino Decano* Quatenus, scilicet, petitur secunda decima de tributo, vel pensione, quam recipit dominus propter locationem prædij, ex cuius fructibus decima fuit antè soluta: tunc enim cùm semel decima de fructibus prædij sit soluta non debet solui secunda decima de pensione, quia locatio censetur facta salua decima. Ita Ioan. And *in capit. cùm non sit num.* 4. *vers vnde dicit*, Innoc. *ibid. numero* 2. *vers. in domino autem fundi*, Collect. *num.* 3. Anch. *numero* 4 Host. *num.* 2 Butr. *num* 6. Card. *num.* 2. *vers. & ex hoc, de decim.* Vitalin. *in Clem. Religiosi n.* 25. *cum seqq. eod. tit.* Rot. *in dict. Corduben. redecimarum*, 19. *Nouemb.* 1607. *coram D. meo Coccino Decano.*

Præscriptione tamen immemorabili, vel qua- 47
dragena

dragenaria cum titulo potest redecima acquiri, vt censuit Rota *in Concheu. redecimarum, 1. Februarij, 1591. coram Giptio, & in Corduben. redecimarum 18. May 1618, coram Reuerendiss. D. meo, Coccino, Decano*; & illam sic acquisitam soluendi obligationem, eiusque substantiam non alterat, nec mutat seminis, seu qualitatis mutatio in prædio decimatorio facta, secundùm Host. *in sum. §. & vtrùm præscribô, vers. decimò quæro, de decim.* Rebuff. *quæst. 5. n. 34. cum seqq.* Rot. *in d. Conchen. redecimarum, coram Giptio.*

---

§. II.

De personis, quibus decimæ soluendæ sunt.

SVMMARIVM.

1 *Decima aliquando sumitur pro iure ipso percipiendi fructus decimarum, aliquando importat ipsam perceptionem, seu ipsos fructus.*

2 *Decima, quatenus importat ipsum ius percipiendi fructus decimarum, in laicos cadere non potest, secus si ipsam perceptionem.*

3 *Decima considerata, vt ius percipiendi fructus decimarum, post diuisionem Parochiarum adeò solis Parochis competit, vt nullus alius illam habere possit.*

4 *Decima totius diœcesis ante Parochiarum diuisionem ad solos Episcopos spectabant.*

5 *Parochia singula singulis Presbyteris in diuisione fuerunt constituta, singulisque Parochis territoria per suos terminos diuisa.*

6 *Parochia vulgò dicitur totus ille ambitus, quo plebs eidem Parochiæ deputata continetur.*

7 *Decimarum perceptio ad solos Parochos de Iure communi pertinet.*

8 *Parochus, & alij, quos ipsi ad participandum de decimis admittunt, de Iure communi habent fundatam intentionem respectu omnium decimarum intra sua Parochiæ limites existentium.*

9 *Parochi in petitorio non tenentur aliter probare decimas sibi competere, sed contrarium asserenti incumbit onus probandi.*

10 *Iuris communis assistentia in decimis non suffragatur Parocho ad effectum obtinendi manutentionem.*

11 Cap. quoniam, de decimis, *declaratur.*

12 Cap. dudum, eod. tit. *declaratur.*

13 *Episcopus respectu Cathedralis dicitur propriè, & immediatè Parochus, non verò aliorum Parochianorum.*

14 *Decima, quæ non sunt intra certam Parochiam, spectant ad Episcopum.*

15 *Decima spectant ad Episcopum in illis diœcesib. in quibus Parochiæ non sunt distincta.*

16 *Decimarum perceptio Iure communi attento pertinet ad capellam, quæ nouiter, & legitimè in Parochiam fuerit erecta, quantumcunque intra limites alterius Parochiæ erigatur.*

17 *Ecclesia matrix de Iure communi fundata est quoad decimas prædiales sua Parochia.*

18 *Ecclesia matrix, si consensit assignationi limitum, & fundationi Parochiæ, tunc censetur remisisse ius decimandi, & alia iura Parochialia quoad illam portionem limitum.*

19 *Ecclesia Parochialis de nouo erecta fundatam habet intentionem super decimis contra Ecclesiam matricem, cui prius decimæ debebantur, si Episcopus illas nouo Parocho ad præscriptum Concilij assignauit.*

20 *Noualia debentur Parochiæ, in cuius finibus surgunt.*

21 *Parochiani tenentur denunciare, & Parochum certiorem facere ad decimas prædiales recipiendas, statimque post collectos fructus illas persoluere, nisi aliud consuetudine sit introductum.*

22 *Decimas consuetas tardiùs dantes peccant mortaliter.*

23 *Decimæ debentur statim, absque eo, quòd à Parocho petantur.*

24 *Parochiani non tenentur decimas debitas deferre in horrea Clericorum, etiamsi sint publica, nisi consuetudo sit in contrarium.*

25 *Parocho alij decima non est soluenda, præterquam illi, apud quem ecclesiastica Sacramenta suscipiuntur.*

36 *Decimæ personales attento Iure non alij Parocho debentur quàm illi, apud quem suscipiuntur ecclesiastica Sacramenta.*

27 *Decimæ personales in multis Hispaniarum partibus sunt in vsu.*

28 *Decimæ personales non spectant ad Ecclesiam habitationi connexam, sed domicilio.*

29 *Parochianus habens duo domicilia, si vnum accessorium est principali, soluet decimam personalem: si verò in vtroque æqualiter se collocat, inter vtrumque diuidetur.*

30 *Artifex, si habeat domicilium in confinio duarum Parochialium, tenetur decimas soluere illi Parochiæ, vbi est pars domicilij, in qua semper laborat.*

31 *Decimæ prædiales soluuntur ex prædiis, sitis intra propriam Parochiam, vel in aliena Parochia.*

32 *Decimæ personales, & prædiales intra propriam Parochiam constituta, non alij, quàm proprio Parocho sunt persoluenda.*

33 *Decimæ in aliena Parochia constituta, cui Parocho, prædiali, scilicet, an sacramentali, sint soluenda, recurrendum est ad consuetudinem.*

34 *Decimæ in aliena Parochia constituta, cui Ecclesiæ debeantur, non est Iure expressum.*

35 *Decennium sufficit ad introducendam consuetudinem, cui ex duabus Ecclesiis parochialibus debeantur decimæ: immemorialis verò, aut quadragenaria cum titulo requiritur, si ageretur inter Ecclesiam parochialem, & alter am cui ius resistet.*

36 *Decimæ in aliena Parochia constituta; semota consuetudine, potiùs prædiali, quàm baptismali Ecclesiæ sunt soluendæ.*

37 *Ouium fructus dicuntur industriales, & non naturales.*

38 *Oues, si dimidia parte anni pascant in Ecclesia prædiali, dimidium totius decimæ illi persoluendum est: reliquum verò dimidium pro rata temporis Ecclesiæ Parochiali, si altera dimidia parte anni in eadem oues pascant.*

39 *Decimæ ouium diuidenda sunt inter duas Parochias, si in earum vna iaceant, & dormiant, & in alia pascant.*

40 *Oues quando nec pascuntur, nec morantur per vllam anni partem in Ecclesia domini sui, sed in aliis; nulla pars debetur Ecclesiæ parochiali domini, sed illi, vbi pascuntur, & morantur.*

41 Cap.commissum,de decim.*declaratur.*

42 *Decima ex euibus neu est soluenda Ecclesiis illarum regionum, per quas pascendo transitum faciunt, & redeunt in demicilium.*

43 *Spoliatus per Parochum à perceptione decimarum, quas intra ipsius Parochiam possidebat, non aliter est restituendus, quàm si ostendat titulum, vel causum iustam, qua possessio eiusdem iustificetur.*

44 Cap.in litteris,de rest.spoliat.*declaratur.*

45 Cap. cùm Ecclesia Sutrina, de causa possess. & prop. *declaratur.*

46 *Laici spoliati decimis agentes interdicto,* Vnde vi, *an sint ante omnia restituendi? ostenditur, & n.47.*

47 *Decima absque Parochia an prascribi possint, ita vt virtute prascriptionis aliquis illas exigat à Parocnianis? ostenditur, & n.48.*

48 *Prascriptio non est admittenda, si non detur capacitas possidendi in prascribente.*

49 *Laici decimas possidere, & prascribere nõ possunt.*

50 *Laicus potest possidere decimas, quas verè, & prasumptiuè constat obtentas esse ante Lateran. Concil. & prascribere contra laicum qui ante Lateranen.acquisierat.*

51 *Laicus decimas prascribere potest, si priuilegium Papa accedente eius fama alleget, & ad eius probationem tempus immemoriale ostendat, ex quo prasumptione iuris resultat titulus priuilegij allegatus.*

52 *Laicus in decimis percipiendis tutus est, si accedat fama priuilegij, seu feudi obtenti ante Concilium Lateran. immemoriali prascriptione allegata.*

53 *Decimas, qua iustè, & ex legitima concessione à laicis obtinentur, potest laicus contra laicum prascribere.*

54 *Decima absque Parochia prascribi possunt, pracedente titulo cum spatio quadraginta annorum.*

55 *Prascribenti contra illum, qui habet decimas, de iure speciali sufficit bonam fidem probare.*

56 *Ecclesia vna, vt prascribat decimas Episcopo de iure communi debitas, quas tamen Episcopus nunquam possedit, sufficit prascriptio sola quadragenaria cum scientia, & patientia Episcopi.*

57 *Prascriptio percipiendi decimas intra alienam Parochiam ad noualia non extenditur.*

58 *Interpretatio stricta facienda est in prascriptione.*

59 *Decimas tritici in aliena Parochia prascribens, seminario millio, vel alio, non priuabitur decimis illorum, qua de nouo ibi seruntur.*

60 *Decimas prascribens in vna parte fundi, maximè per limites designati, vt vt vnus dicitur, si postea in altera Parochia fiat nouale, decima prascribenti soluenda est.*

61 *Decimas personales Parochianorum habitantium in aliquo loco prascribens, si aliquis de nouo ad illum locum venerit, prascribens ab illo decimas habebit.*

1 DECIMA quoad hoc propositum,
duobus modis potest considerari:
aliquando enim sumitur pro iure
ipso percipiendi fructus decimarum;
aliquando verò importat
ipsam perceptionem, seu ipsos
fructus qui decimarum nomine capiuntur. Meminit
huius diuisionis S.Thom. 2.2.*quæst*.87.*art*.
3. Inter quos modos illud est discrimen: quia, si
priori modo consideretur ius illud, est ius speciale
dependenter. Ratio est: quia, cùm competat
propter ministerium spirituale, ab eodemque ministerio
dependeat, meritò veluti quoddam accessorium
eidem ministerio ius spirituale dependenter
appellabitur: non sic dicendum de perceptione
fructuum, quæ quidem res temporalis
est, eò quòd in rebus temporalibus consistit,
quas res constat ad hominis alimoniam ordinari.
Sic sanè priori modo decima considerata in
laicos cadere non potest, prout notauit gloss. &
communis ibi *in cap.causam quæ, de prascript. glos.*
2. & communis *in capit. quamuis* 17. *de decim.*
post alios Coua.*variar.lib.*1.*cap.*17.*num.*6.Mench.
*illustrium cap.*89.*nu.*6. Gutier. *canon.lib.*2.*cap.*21.
*num.*64.& 71.Marc.Anton.Genuens. *in practic.eccles. quæst.*39.*num.*1.Ioseph Sesse *decis.*162. *nu.*20.
Moneta *de decim.cap.*5.*quæst.*3.*num.*17. Marescot.
*lib.*1.*var.c.*95.*nu.*19. Castill. *lib.*7.*de tert.c.*10.*n.*5.
Reynoso *obseru.*50.*à.n.*4.eò quòd laici non possunt 2
administrare spiritualia, à quibus inseparabiliter
dependet, iuxta tex.*in cap.*1.ibi, *iure Sacerdotum,*16.
*q.*7.& *in cap.tua* 25. *in princ.de decim.* obseruat S.
Thom.*d.art.*3.Sot.*lib.*8.*de Iustit.q.*4.*art.*3. Cou.*d.*
*c.*17.*n.*1. Contra verò erit, si posteriori modo decima
consideretur: tunc enim in laicos cadere potest,
vt docet Pont.*in cap.*2.*de locato,* fatetur communis
ex Tiraq.*de retract.lig.*§.1.*glos.*7.*n.*11.Rebuff.*de decim.q.*10.*nu.*34.
dummodò tamen non sit per titulum
habilem ad transferendum dominium, & producentem
vsucapiendi conditionem, prout colligitur
ex tex.sic intelligendo *in d.c.*2.*de locato, in vers. ita tamen,*
eò quòd per talem titulum laicos habere
decimas, datur iuris resistentia, de qoo *in d.c.*1. 16.
*q.*7.& *in c.fin.vers.quod autem* 16.*q.*1.& *in c.peruenit.*
1.*quæst.*3. qua quidem resistentia inficitur, &
impeditur saltem possessio ciuilis, & iusta, hoc est,
habilis, sine qua præscriptio non procedit, iuxta
*reg.sine possessione, de regul. Iuris, lib.*6. & ita etiam
intelligi potest decisio tex.*in dict.cap.causam, quæ,*
vt procedat quoque in decima posteriori modo
considerata: non enim par credere est in illo tex.
imo omnino ineptum videtur laicum ibi contendisse
decimas ad se pertinere, tanquam proprium stipendium
pro spirituali ministerio, qood constabat
ab ipso præstari non posse.

Quibus præmissis, iam patet decimam priori 3
modo consideratam post diuisionem Parochiarum
adeò solis Parochis competere, vt nullus
alius illam habere possit. Probatur: etenim cùm
decima priori modo considerata illis solummodò
competat, qui ad populi soluentis salutem spiri- 4
tualia ex obligatione officij ministrant, & soli Parochi
hoc efficiunt ministerium, vt per Sot. *lib* 9.
*de iustit.quæst.*4.*art.*3. *col.*3. Suar. *de pænit.part.*2.
*disput.*32.*sect.*1. *à numer.* 2. rectè fit, vt illi soli, &
nullus alius, talem decimam recipere possint post
factam Parochiarum diuisionem: quia ante illam decimæ
totius diœcesis ad solos Episcopos spectabant,
qui soli pro illo tempore erant Parochi, quibus
scilicet, totius plebis diœcesanæ cura imminebat,
iuxta tex, *in cap. Episcopus, & in c. percipimus,*
12. *quæst.* 4. cæteri autem Presbyteri, veluti idem
coadiutores, ex text.*in capit.in nouo* 21. *dist.* ad eorundem
Episcoporum nutum promiscnè, modo in
hac, modo in illa Parochia pastorale munos exercebant.
Postmodum verò facta redditnum ecclesiasticorum
diuisione iuxta text. *in cap. de redditibus,*

bus,& in cap.qnatnor 12.*quaſt*.2.Parochiæ ſingulæ
ſingulis Presbyteris fuerunt conſtitutæ , ſinguliſ-
que Parochiis territoria per ſuos terminos ſunt
diuiſa , vt tandem vnicuique Presbytero tota ſuæ
Parochiæ cura remaneret,tex.opt.*in cap*.1.13.*qnaſt*.
6 1.reſoluit Nau.*in cap placuit,in princ. de pœnit.diſt*.
6.Selu.*de benefic.part*.1.*quaſt*.4.*num*.12. Duen.*reg*.
72. *à princip*.Sic ſanè Parochia vulgò dicitur totus
ille ambitus , quo plebs eidem Parochiæ deputata
continetur , Syluest. *in ſum. verb. Parochia* , iuxta
quæ dicendum eſt , quòd Parochus eſt Presbyter
ille,qui habet curam totius Parochiæ in foro Con-
ſcientiæ : contrà verò Parochiani ſunt ſinguli de
ipſa plebe.

7 Ex quibus primò infertur perceptionem ipſam
decimarum ad ſolos Parochos attento Iure com-
muni pertinere. Dixi ſuprà, decimam priori modo
conſideratam, hoc eſt,ius percipiendi decimas, ſo-
lis Parochis competere : atqui perceptio ipſa fru-
ctuum attento Iure communi ſpectat ad illum,
qui ius percipiendi habet , vt docet Iurecouſ. *in
l.vſufructu legato 7.in princ.ff.de vſufr*. Igitur, &c.
Probatur corol.tex.*in cap*.1.ibi, *iure Sacerdotum,&
in d.cap ſtatuimus* 16 *quaſt*.1. tex.melior *in cap.vlt.
de Paroch & in dict.cap.cùm contingat,de decim* vbi
Abb.*num*.7 S.Thom.2.2.*quaſt*.87.*art*.3.*in corpore*,
Syluest.*verb. decima, num*.14. Couar.*lib*.1. *variar*.
Piaſec.*in praxi Epiſcop.part*.2.*cap*.4.*numer*.61.Re-
buff.*de decim quaſt*.4.*num* 4.Gonzal.*ad reg*.8.*Can-
cel.gloſſ* 5.*nnmer*.75. Ioſeph Ludou. *dec*.72.*num*.3.
9.& 10. nouiſſimè me citato *in hoc loco* Trullench.
dict.lib.3. *cap*.3. *dub*.8. *num*. 3. Machado *en ſu per-
fetto Confeſſor.tom*.1.*lib*.2.*part*.4 *tract*.10.*docum*.3.
n.1.Seraphin.*deciſ*.1449.*n*.5.Gregor.XV.*dec*.519.
num.2.Caualer.*deciſ*.73. Rot. *in Nouarien.decima-
rum*, 7.*May*, 1627.*coram R.P.D. Pirouano , & in
Sabien. decimarum*, 16.*Martij*, 1609 *coram Rene-
rendiſſ.D.meo Coccino Decano, & in Abulen. deci-
marum*,17.*Decembr*.1627.*coram eodem, & in An-
guſtana decimarum*,28.*Maaij*,1631.*coramR.P.D.
Vbaldo*.

8 Parochus enim de Iure commuoi habet funda-
tam intentionem reſpectu omnium decimarum in-
tra ſuæ Parochiæ limites exiſtentium, vt per Aloyſ.
Rice.*in praxi, part*.4.*reſol*.294.*nu*.1.Rot *dec*.178.
num.5.*p* 1.*& deciſ*.135.*&* 192.*nu*.5.*& deciſ*.147.
n.1.*p*.2.*recent*.& fuit dictum *in Conchen.decimarum*
11.*May*,1615.*coram R P.D. meo Pirouano , & in
Ciuitaten, Decimarum*, 18.*Iunij*, 1618.*coram Card.
Verospio*,& apud Tambur. *in fine tom*.3 *de iure Ab-
batum deciſ*.99.*n*.1.Vbi ampliat etiam quoad deci-
mas debitas ex prædiis nouiter raptis , & cultis , &
coram Seraph. *deciſ*.802.*num*.1.2.*&* 10. & coram
Gregorio XV. *dec*. 449. *num*.1. & coram Coccino
deciſ,16.*num*.1.*deciſ*.55.*num*.8.*& deciſ*.134.*in fine*,
& apud Poſt. *poſt tractat.mandati de manuten.deciſ*.
157.*num*.1 *&* 2. *& deciſ*.187.*num*.6. *& deciſ*.211.
num.4.D Solorzan.*de Indiarum gubernat.lib*.1.*cap*.
21.*num* 21.& hæc Iuris aſſiſtentia non ſuffragatur
nedum ipſis Parochis; verùm etiam aliis,quos iidem
ad participandum de decimis admittunt. Seraph.
deciſ.899.*num*.3.4. *& deciſ*.907.*num*.3. & fuit di-
ctum *in allegata Ciuitaten.decimarum, coram Card*.
9 *Verospio*. Quæ quidem aſſiſtentia prodeſt Parochis
in petitorio , vt non teneantur aliter probare deci-
mas ſibi competere ; ſed contrarium aſſerenti in-
cumbat onus probandi, cùm habeat contra ſe Iuris
aſſiſtentiam. Rebuff *de congrua portione,nu*.19 *cum
ſeqq*. Mareſcot. *variar.reſol.lib*.1.*cap*.12.*numer*.14.
Rot. *d.deciſ*.135.*in fine, & d.deciſ*.193.*n*.5.*in fine*,

part. 2. *recent*. Non ſuffragatur tamen ad effectum 10
obtinendi manutentionem,quæ ex ſola Iuris com-
munis aſſiſtentia non datur,niſi in iuriſdictionali-
bus , iuxta opinionem , quam hodie Rota ſeruat,
quicquid aliàs tenuerit , vt notauit Ferentil. *in an-
notat.ad deciſ*.219.*Buratii,litera A*.& ſic iuxta opi-
nionem quam frequentios tenuit Rota non ſuffra-
gator Parocho,& Parochiali Eccleſiæ pro manuten-
tione ſolum fundamentum huiuſmodi iuris aſſi-
ſtentiæ abſque poſſeſſione probata,vt ipſamet Rot:
cenſuit *deciſ*.685.*n*.2.*p*.1.*recent. & deciſ*.291.*num*.
14.*poſt tom*.2.*conſil.Farin*. Adden. *ad deciſ*.312.*in
fine Gregorij XV*. Poſt.*d.tract.obſern*.45.*nu*.47. Nec
etiam in his terminis Parocho danda eſt manu-
tentio in perceptione decimarum ex ſola iuris aſſi-
ſtentia,quando conſtat de poſſeſſione alterius,Rot.
d.deciſ.291.*n*.14.*in fine,& n*.17.*poſt vol*.2.*conſ.Fa-
rin*.Nec quando ex diuerſo allegatur & iuſtificatur
priuilegium.Seraph *d.dec*.1497.*n*.2.*in fine*,licèt ſe-
cus ſi validitas priuilegij ſit in controuerſiam de-
ducta,& dum de ea diſcutitur,Rot.poſt *d.tra.Poſtij
dec*.157.*n*.5.

Non obſtat tex. *in d.cap. qnoniam* 13. *de decim*. 11
dum probat ad Epiſcopum etiam pertinere perce-
ptionem decimarum:quia omiſſa reſponſione gloſ.
*in dict. cap.cùm contingat. & verb.decimationem, in
cap. conqnerente , de offic. Ordin*. contendentium,
text.illum loqui de conſuetudine, ſecundùm quam
putant Epiſcopos habere quartam decimarum in
Parochiis ſuæ diœceſis , contra text. *in dict. capit.
conquerente*,vbi enumerantur illa, quæ de Iure per-
tinent ad Epiſcopos , prout eſt viſitatio , iuriſdi-
ctio eccleſiaſtica , & alia plura , cum quibus quar-
ta decimarum comparatur, reſponderi poteſt præ-
dictam quartam , de qua *in dict cap.quoniam* , de
Iure debitam Epiſcopis , non dati illis , quaſi eam
exigere poſſint immediatè à Parochianis , ſed ab
ipſis Parochis , prout expendit Abb. *num*. 2.*in
dict.cap.qnoniam, & in dict.cap.cùm coningat, num*.
7.idem Abb. & communis *in dict.cap conquerente,
& in cap.de quarta.de praſcript*.iuxta quam reſpon-
ſionem verba illa tex. *in dict.cap. qnoniam*, ibi, *tua
parte retenta*,ſunt intelligenda,vt videlicet, pars il-
la deducenda ſit è manibus Parochorum,nempe ex
toto decimarum cumulo , qui obuenit parochiali
Eccleſiæ , quam quibem quartam iam antea dicit
inſtitutam text. *in cap.conceſſo* , cum multis *ibidem*,
12.*quaſt*.2. & de illa agit text.*in dict. cap.conque-
rente*.

Nec obſtat tex.*in c.dudum,de decim*.ſatisfit enim 12
ſi dicas tex illum,dum dicit Epiſcopum habere fun-
datam intentionem Iure communi ſuper decimas,
agere de decimis , quæ debentur Parochiæ ipſius
Epiſcopi, qualis eſt Eccleſia Cathedralis , reſpectu
cuius dicitur propriè, & immediatè Parochus, non
verò aliarum Parochiarum, Abb. *in d.cap. cùm con-* 13
tingat,n.7.Rebuff.*de decim.q*.7.*n*.7. Monet.*eod.tra
c*.7.*n*.7.Coccin.*dec*.38.*n*.1.*& dec*. 254.*n*.4. Poſt.*d.
obſern*.45.*n*.45.

Sic ſimiliter, quando prædia, ex quibus decimæ 14
petuntur, non ſunt intra certam Parochiam , tunc
remanent prædicta prædia immediatè in Parochia
Epiſcopi,ac proinde decimæ illorum Iure commu-
ni ad Epiſcopum, tanquam ad proprium,& imme-
diatum Parochum pertinere dicuntur , *d. cap. quo-
niam,in fine*,ſic neceſſariò intelligendum,vbi Abb.
num. 2,*&* 4.gloſ.*verb.Iure communi,in dict.cap.cùm
contingat*. Rebuff *quaſt*.7. *num*. 8.Verall. *deciſ*.340.
num.2.*part*.3.Azot.*inſtit.moral.p*.1.*lib*.7.*c*.25.*q*.9.
verſ.deinde.Mooet.*cap*.7.*n*.9.Baſil.Pont.*de Sacram*.

Matrim.lib.5.cap.13.§.3.n.21. Rota in *Pacen. decimarum del' Hebrero, 9. Iunij, 1603. & 21. Iunij, 1604. coram Reuerendiss. D. meo Coccino Decano, & in Placentina decimarum personalium de Truxillo, 18. Martij. 1618. coram bonæ mem. Buratta*, inter eius impressas *decis.164. & in Cochen. decimarum del Infantado, 18. Decembris, coram bonæ mem. Martino Andrea.*

15 Sic etiam in illis Diœcesibus, in quibus Parochiæ non sunt distinctæ, solus Episcopus dicitur totius Diœcesis vniuersalis Parochus, ac proinde ei debentur decimæ, *cap. fin.* vbi gloss. *de Paroch.* Rebuff. *d.q.7.n.9.* Azor. *instit. moral. part.1. lib.7. cap. 36. quæst.9* Rot. *dec.309.n.5.p.2. diuers.* Monet. *d. c.7.n.10.* Burat. *d. decis.164. nu.2.* & fuit resolutum *in d. Ciuitaten. decimarum, coram Card. Verospio.* Et in Regnis Hispaniarum Ecclesiæ Cathedrales, Dignitates, & nonnulla alia beneficia sunt fundata super decimis, & ideò Parochi in illis Regnis non possunt dici habere intentionem fundatam contra huiusmodi Beneficiatos super decimis, sed tenentur probare, vt dixit Rot. coram Gregor. XV. *dec.429.n.6.*

16 Ex his colligitur primò, decimarum perceptionem, Iure communi attento, pertinere ad capellam, quæ nouiter & legitimè in Parochiam fuerit erecta, quantuncunque intra limites alterius Parochiæ erigatur. Patet, si expendamus in illa reperiri Parochum, quem supponimus legitimè oblatum ad administranda spiritualia in sui populi salutem, ac proinde nil mirum, si Iure communi inspecto perceptio decimarum ad illum spectare dicatur, iuxta suprà resoluta; ita in specie resoluunt Abb. *num. 8.* & Doctores communiter *in dict. cap. cum contingat.* Nec refragatur tex. *in cap. Ecclesia, & in cap. quicunque 16. quæst.1.* dum dicunt, nouas Ecclesias construendas non esse cum præiudicio antiquiorum, saltem quoad decimas; sanè fit enim, si aduertas, iura illa non procedere, quando ex iusta causa, & concludente iustitiam, interueniente Episcopi auctoritate, & aliis requisitis non deficientibus, capella in Parochiam erigitur, iuxta terminos tex. *in cap. ad audientiam illi 1. de Eccles. ædific.* Concil. Trid. *sess.21. de reformat. cap.4.* prout in specie intendit gloss. *in d. cap. Ecclesia,* facit tex. *in cap. sicut vnire. de excess. Prælat.* Sic sanè sine prædicta iusta causa, & necessaria non potest Episcopus Capellæ nouiter erectæ deputare certam Parochiam cum præiudicio Ecclesiæ baptismalis, cuius consensus ad talem deputationem necessarius est, prout in specie aduertit glos. *verb. antiquieres, in dict. cap. quicunque,* Lamb. *de iurepatr. lib.1. part. 1. quæst.4. art.8.* Reb. *quæst.6. à num.9.* & multoties prædictæ Capellæ erectio solet fieri cum quadam transactione, & compositione celebrata inter Ecclesiam antiquam, & ipsam Capellam circa decimas, fructus, & oblationes recipiendas, non constituendo Vicarium in eadem Capella, sed mercenarium per Parochum Ecclesiæ antiquæ designandum: quòd si Capella habens Parochiam intra limites alterius inueniatur, & non constet de iusta, & necessaria causa Parochiæ deputationis, & sic dubium proponatur, illam quidem interuenisse, & reliquas solemnitates præsumendum est, iuxta resoluta per Archid. *in c. nemo, num.3. de consec. dist.1.* Felin. *in cap. de quarta, num. 12. de præscript.* quæ sententia data temporis diuturnitate, putà decem annorum, extra controuersiam procedit, siquidem licèt solemnitas extrinseca, qualis est Episcopi consensus, & interuentio iustæ, & necessariæ causæ ex se non præsumatur, iuxta reg. tex. *in l. quæcunque 15. §. vlt. ff. de publ. in rem act.* resoluit Boer. *decis.34.n.2* Gam. *Lusit. decis. 48. à num.3.* diuturnitate tamen temporis interueniente necessariò præsumuntur, iuxta reg. tex. *in l. si filius. C. de petit. hæred.* tradit communis per tex. *in l. cùm in rem verso, ff. de vsuris, & in c. peruenit, de empt.*

17 Secundò colligitur Ecclesiam matricem de Iure communi fundatam esse quoad decimas prædiales suæ Parochiæ. Ita gl. *verb. de Iure communi, in d. c. cum contingat.* Rebuff *q.6.n.12.* Suar. *de Relig. to.1. lib.1. de decim. c.28.* Rota *in Nouarien. decimarum, 7. Maij 1627 coram R.P.D. meo Pironano.* Si verò 18 Ecclesia matrix consentit assignationi limitum, & fundationi Parochiæ, tunc censetur remisisse ius decimandi, & alia iura parochialia quoad illam portionem limitum, qui nouæ Ecclesiæ assignati sunt, Rebuff *d.q.6.n.20.* Monet. *d.c.7.n.30.* Rot. *decis.313. num.6. p.2. in posthum.* aliàs *p.4. recent.* vbi quòd erecta noua Parochia intra fines antiquæ, noua Parochia habebit decimas, quæ aliàs competijsset antiquæ, etiamsi hoc in noua erectione minimè caueretur, Grat. *discept. forens. tom.3. c.458. n.14.* Ita 19 vt Ecclesia parochialis de nouo erecta fundatam habeat intentionem super decimis contra Ecclesiam matricem, cui priùs decimæ debebantur, Rot. *in Mediolan. decimarum de Garlasio, 18. Martij, 1616. coram bonæ mem. Martino Andrea, & in Comen. decimarum, 28. Iunij, 1062. & 27. Nou. 1616. coram Card. Sacrato, & in Conchen. decimarum de Castecon. 11. May, 1615. coram R.P.D. meo Pironano, & in Mediol. decimarum S. Iuliani, 16. Ianuarij 1613. coram Card. Pamphilio iun.* vbi vult hoc procedere, quando dismembratio est facta simpliciter, non autem, quando est facta cum claus. *sine præiudicio alicuius,* Calderin. *cons.2. de decim.* Abb. *in d. cap. cum contingat, num.8. in 4. casu,* post Butr. *num.8. in fine, vers. quandoque intra limites.* idem Abb. *in cap. ad audientiam, num.14. de Eccles. ædific. & cons.58. ad vers. hanc insuper lib.1.* Paris. *cons.73. num.1. lib.4.* Menoch. *cons.73. num.20.* Ruin. *cons.169. num.78.* & non est necesse, quòd reales limites assignentur: sed sufficit, quòd matrici, cui debebantur decimæ, & primitiæ, in erectione nouæ Parochiæ, relinquantur solæ primitiæ ex gratia, Rot. *in d. Mediolanen. decimarum, de Carlatia;* per inclusionem enim primitiarum excluduntur decimæ, & censentur assignatæ Parochiali nouiter erectæ, arg. tex. *in l. cùm Prætor ff. de iud. & in l. maritus,* vbi gl. *verb. præscript. C. de procurat.* stante maximè consensu præpositi Ecclesiæ Matricis in ipsa dismembratione. Aduertendum quoque est, Rot. *in d. Mediolanen. decimarum de Carlatio;* de hac cõclusione dubitasse, an scilicet, decimæ absque alia assignatione, & dismembratione facta per Episcopum transirent ipso iure in Ecclesiam parochialẽ nouiter erectam, propter Conc. Trid. *sess.21. de reform. c.4.* ibi, *assignetur competens portio arbitrio Episcopi,* &c. & ideò causam remisisse ad Eminentiss. S. Congr. Conc. Trid. Interpretes, qui partibus auditis *sub die 11. Martij, anno 1617.* censuerunt *decimas ad Ecclesiam matricem pertinentes non transire ipso iure in Parochialem Ecclesiam nouiter erectam, sed remanere apud Ecclesiam matricem, nisi eas Episcopus nouo Parocho ad Præscriptum Concilij assignauerit.*

Quid autem dicendum de decimis Parochialis vnitæ monasterio alicui, an penes ipsum remaneant, vel Vicario sint adiudicandæ? vide Rotam *apud Tamburin. in fine tom.3. de iure Abbatum dec. 102. num. 1. cum seq.* vbi quòd monasterium tanquam

quam Parochus ratione curæ, quæ in illud transiuit, debet indistinctè percipere omnes decimas, & citat Rebuff *de decim. q.7.n.4. & 5. & q.13. nu.83.* Monet. *eod. tract. c.2.n.2.* Rota *decis. 31.n.1.p.2. diuers. & decis. 469.n.1. & dec. 541.n.4 p.1. recent.* & apud Tambur. *in fine d.tom.3. dec. 102.n.1.*

20 Tertiò colligitur deberi noualia Parochiæ, in cuius finibus surgunt, *d.c. cùm contingat, & d c. quoniam, de decim.* Quòd si noualia appareant inter duas Parochias, & nesciatur intra quam illarum, quia ignorantur limites, tunc inter illas fiet diuisio, vt voluit Henric. Boich. *in c. peruenit, col.1. de decim.* vel Episcopus, cui voluerit, iudicio suo concedit, secundùm Rebuff *d.tr. q.14 n.5 per d.c. quoniam*, vbi habetur, quòd tunc Episcopus secundùm discretionem à Deo sibi datam, vel alij Ecclesiæ deputare, vel ad opus suum retinere debet. Si verò limites quoquo modo apparent, pro modo, & portione limitum cuilibet earum Parochiarum debet assignari, vt disponitur, *in d.c. quoniam*, & notauit Rebuff. *d. q.14.n.4.*

21 Quartò colligitur Parochianos teneri denunciare, & Parochum certiorem facere ad decimas recipiendas, statimque post collectos fructus illas persoluere, ad quorum solutionem debent esse parati, quoties per Parochum, vel eius Procuratorem fuerint petitæ, alias peccatum mortale incurrunt. Ita glos. *verb. fructibus, in cap. cùm homines, de decim.* Couar. *lib.1. var. cap.17. num.8. vers. tertia.* Rebuff. *d. tract. q.13. num.50.* Fagundez *d. prec. 5. lib.1. c.4. num.11.* Gutier. *canon. lib.2. cap.21. num.43.* Suar. *d. lib.1. cap. 36 num. 10. & cap.37. num.2.* Quòd enim decimæ prædiales soluti debeant statim ac fructus collecti sunt, probat expressè tex. *in d.c. cùm homines*, ibi, *statim frugibus collectis*, &c. Lael. Zech. *de priuileg. eccles. priuil.120. nu.11.* Rebuff. *d. tract. q.12 n.2. & 3.* Campan. *in diuers. Iuris Canon. rub.12.c.13. num.160.* Guid. Pap. *decis.70.* vbi etiam intelligit, *statim*, id est, quanto citiùs possunt, Aloys. Ricc. *in praxi aurea, resolut. 152. num.1.* Paul. Layman. *in Theolog. morali lib.4. tract.6.c.5. num.1.* Castro Palao *tom.2. tract.10. disput. vnic. part.8. num.4.* me citato *in hoc loco* Trullench. *dict. lib.3. cap.3. dub.4. num.1.* Monet. *d. tract. cap.6.q.2.n.8.* vbi *n.9.* cum Reb. *d.q. 12.n.2* & Azor. *d.p.1. lib.7. c.24.q.16.* tenet sufficere quòd fructus fuit collecti, licèt granum sit cum palea, & *n.15.* subdit valere consuetudinem, vt decimæ prædiales non soluantur statim, sed certo tempore.

22 Vnde mortale peccatum incurrere consuetas decimas tardiùs dantes resoluunt Marches. *de commissio. part.1. cap.16. sub nu.17.* Campan. *dict. rub.12.c.13. num.155.* imò teneri soluere, vel monere debentem, quando frumentum, vel vinum petiit, si decimæ solutæ non fuerint, statim ac fructus collecti sunt, vel saltem, iuxta consuetudinem monito Curato, vt decimam reciperet, voluit glos. *d. verb. fructibus*, sequuntur Rebuff. *d. quest.12.n.2.* Monet. *d.c.6. num.10.* debentur enim statim absque eo,

23 quòd à Parocho petantur, vel exigantur: quia dies ipse, siue tempus solutionis pro creditore interpellat, Rebuff *d.q.12. num.7.* Gutier. *d. cap.21. num.44.* Paul. Layman. *in Theolog. morali lib.4. tract.4. cap.5. n.1. in fine.*

24 Non tamen prædicti Parochiani tenentur decimas debitas deferre in horrea Clericorum, etiamsi sint publica, cùm ad id nullo pacto, nullâue lege obligentur, vt in specie tradit Guid Pap. *decis.283.* Adrian. *quodlib.5. art.1. §.2.* licèt contrariù teneant Doctores communiter, vt per Gutier. *d. cap.21. n.43.* quorum sententia poterit procedere data consuetudine in contrarium, quæ non datur, imò, inspecta illa, Clerici solent mittere pro decimis ad agros, fundosque tempore collectionis, vt testatur Gutier. vbi *supra num. 45.* nam in hac re standum est consuetudini legitimè præscriptæ, Suar. *d. cap. 27. nu.7.* Fagundez *dict. cap. 4. num. 12.* Castro Palao *dict. puncto 8. num.5.* Trullench. *dict. dub. 4. num.2.* Sic sanè reprobanda est sententia Panf. *consil.15. n.25. lib.1.* asserentis Parocho non petente suas decimas tempore collectionis, postea petere non posse, contra quem est gloss. *dict. verb fructibus*, & illam opinionem tanquam falsam reprobant Couarruuias *dict. cap.17. num.8. vers.8.* & Rebuff. *d. tr. quest.13. num.50.*

Infertur secundò alij Parocho decimam non esse soluendam, præterquam illi, apud quem ecclesiastica Sacramenta suscipiuntur. Diximus suprà decimam priori modo consideratam post diuisionem Parochiarum, ideò solis Parochis competere, vt nullus alius illam habere possit: atqui nulli alij sunt Parochi ad hunc effectum, nisi illi, apud quos ecclesiastica Sacramenta recipiuntur, vt docet text. *in cap.2. de Paroch.* Igitur, &c. Probant corol. text. *in capit. vltim.* ibi, *nec ab eis temporalia exigant, de Paroch.* tex. melior *in cap. quesiti. 16. quæst.1. & in cap.2. vers. illi, de decim. & in cap ad decimas, de restit. spoliat. lib.6.* tradunt S. Thom. *2.2. quest.87. art. 3.* Syluest. *verb. decima, num.14.* Rebuff. *dict. tract. quæst.5. a num.16. & quæst.14. num.39 & quæst. 6. num 12.* me citato *in hoc loco* Trullench. *d. lib.3.c.3. dub.5. num.1.* Verùm isti Doctores nimis generaliter loquuntur, & ad indiuidua minimè deueniunt nec de quibus decimis intelligant, ipsi declarant. Quare pro terminorum cognitione, & pleniori huius corollarij declaratione sciendum est primò decimas dupliciter considerari: aliæ namque personales sunt, aliæ verò prædiales appellantur, prout sæpiùs hoc cap. meminimus, inter quas, quoad nostrum propositum, illud est discrimen, quòd priores, attento Iure, non alij Parocho debentur, quàm illi, apud quem suscipiuntur ecclesiastica Sacramenta, vt probat tex. *in cap. ad Apostolica 10. vers. noueris, de decim. & in cap. fin de Paroch.* resoluunt Syluest. *verb. decima, numer.14.* Rebuff. *dict. tra. quæst.5. num.2. & quæst.6. à num. 24. & quæst.13. num 63.* Gutier. *practic. lib.1. quæst.17. numer.8.* Suarez *de Relig. tom.1. tractat.2. lib.1. capite 21. & 22. numer.8.* Monet. *dict. tract. cap.7. ex numer. 21.* Basil. Pont. *de sacrament. Matrimon. lib. 5. capit.13. §.3. num.19.* Fagundez *dict. precept.5. lib. 1. capit.3. à numer. 1.* Rota *apud Tamburin. in fine tom.3. de iure Abbatum decis.97. num.3.* vbi quòd decimæ sacramentales vt debeantur, necessariò requiritur administratio Sacramentorum, & *num. 4.* quòd decimas exigere non potest Rector sacramenta non administrans, & *num. 5.* quòd decimarum sacramentalium solutio extinguitur cum personarum interitu, & *num.6.* quòd decimæ sacramentales ab eo, qui domicilium mutauit, non debentur priori Curato, sed secundo. Ratio est, quia, sicut proprius Parochus sua persona, & illius ministerio prædicta Sacramenta administrat; ita quandoque oportet, vt ille, in cuius fauorem fit prædicta administratio, eidem Parocho soluat decimas de illis, quæ ex propria persona, & illius ministerio acquisiuit, qui Parochus esse non desinit; etiamsi Parochianus causa comitandi Regem, vel fugiendi pestem, vel recreandi animum, vel agendi aliqua negotia, vel denique causa belli extra illam Parochiam resideat; absque tamen animo transferendi domicilium

in perpetuum, prout colligitur ex tex. in cap. 3. de
sepult. lib. 6. aduertit in specie Nau. cons. 2. num. 5. de
decim. quamuis per accidens in eadem Ecclesia per
totum tempus absentiæ non recipiat Sacramenta:
27 & optimè obseruat Basil. Pont. loco proximè citato,
huiusmodi decimas personales, si alicubi sint in
vsu, (prout sunt in multis Hispaniarum partibus,
vt attestantur Nau. in man. cap. 21. num. 31. Gutier. d.
cap. 21. num. 34. Rot. in Placentina decimarum de
Truxillo, 15. Nouembris. 1621. coram bona mem. Buratto,
inter eius impressas, dec. 572. nam vt plurimùm
non esse in vsu docent Sà verb. decima, num. 1
28 & Suarez d. lib. 1. c. 21.) non spectare ad Ecclesiam
habitationi connexam, sed domicilio. quia decimæ
istæ persoluuntur ad sustentationem eorum,
qui spiritualia ministrant; tum quia transeunt hæc
onera cum persona; non enim inhærent rei: quare
æquum videtur, vt illi Ecclesiæ soluantur, quæ
spiritualiter fidelem alit Sacramentis, atque doctrina.
Vnde subdit idem Basil. Pont. quòd si quis
mutet domicilium, licèt habeat in alia Parochia
possessiones, illi debentur, vbi domicilium habet;
& licèt non mutet domicilium, si tamen extra
suam Parochiam laboret, etiam per magnam anni
partem semper decimas personales soluet illi Ecclesiæ,
vbi habet domicilium; quia ibi per se recipit
diuina, licèt ex accidenti, occasione absentiæ,
contingat quandoque alibi recipi Sacramenta, de
quo etiam Fagundez d. p. 5. lib. 1. c. 4. n. 2.

Quòd si contingat habere duo domicilia, si
29 vnum accessorium est, principali soluet; si verò in
vtroque æqualiter se collocat, inter vtrunque diuidentur.
Ita Rebuff. de decim. quæst. 6. num 5. Suar.
d. lib. 1. cap. 21. num. 2. Fagundez d. cap. 3. num. 5. vbi
num. 6. subdit, quòd si quis artifex habeat domici-
30 lium in confinio suarum Parochialium tenetur decimas
personales soluere illi Parochiæ, vbi est pars
domicilij, in qua semper laborat: & num. 7. addit,
quòd si dubitetur, de qua Parochia domicilium
sit, tunc inspicienda est ianua, seu porta illius principalis.
In posterioribus verò prædialibus non sic
dicendum, sed secundùm distinctionem infrà referendam.

Sciendum est quoque decimas prædiales in du-
31 plici esse differentia: aliæ enim veniunt soluendæ
ex prædiis sitis intra propriam Parochiam: aliæ verò
colliguntur ex prædiis sitis in aliena Parochia,
inter quas illa est differentia: quia priores etiam sine
dubio non debentur alij, nisi Parocho, à quo
Parochianus recipit Sacramenta ex ratione proximè
dicta: & ita probat tex. in d. cap. ad decimas, & in
d. cap. quoniam, & sic procedunt tex. in d. cap. quæsti.
& in d. cap. 2. de decim. contrà verò posteriores, quæ
si non soluerentur Ecclesiæ prædiali, vtique iniuria
quodammodo inferri videretur illius Parocho,
cùm sit paratus ministrare Sacramenta dominis
prædiorum, tum etiam, quia daretur confusiò Parochiarum
contra bonum publicum illarum terminos
statuens, iuxta tex. in cap. 1. dist. 80. & in c. 1
13. q. 1. & consequenter resultaret maximum inconueniens,
quod considerauit tex. in d. cap. cùm
sint homines, & in cap. super eo, de Paroch. & in cap.
quicunque, & in cap. liceat. 16. quæst. 3. Vnde decimas
prædiales spectare ad Ecclesiam intra cuius fines
sita sunt prædia, cap. cùm homines, cap. cùm in
tua, cap. cùm cõtingat de decim. Rebuff. de decim. q. 9
Rota apud Tambur. in fine tom. 3. de iure Abbatum
decis. 98. num. 1. vbi num. 14. resoluit Ecclesiam prædialem
præsumi percepisse decimas omnium fructuum,
exceptis illis, quæ probantur altari solutæ,
& dec. 99. num 7. ait quòd Parochus prædialis
habet ius decimandi vniuersale, & in genere respectu
quorumcunque fructuum etiam nouorum.
Ex his colligitur primo decimas personales, si- 32
cut prædiales, intra tamen propriam Parochiam cõstituras,
sine dubio non alij, quàm proprio Parocho
esse persoluendas. Patet si expendamus nulli alij nisi
illi esse debitas iuxta resoluta, & quod sint institutæ
ob ministerium Sacramentorum, quod quidẽ
in personis exercetur: & ita probant tex. in d. cap. ad
Apostolica, & in d. cap. 2. & alia Iura suprà citata, resoluunt
Syluest Reb. & alij post eos relati.
Colligitur secundo, non sic dicendum esse 33
in decimis in aliena Parochia cõstituris, in quibus
recurrendum est ad consuetudinem, vt inquit tex.
in d. cap. cùm sint homines, & per illum sic docent
Abb. cons. 58. num 2. vers. ex his argumentis, Cou. d.
cap. 17. nũ. 8. vers. 4. Perez l. 1. post. princ. vers. huiusmodi
antẽ decima, tit. 5. lib. 1. Ordin. pag. 116. & l. 3.
in princip. tit. 6. eod. lib. 1. pag. 133. Gutier. pract. l. 1.
quæst. 17. num. 2. & 5 & canon. lib. 2. cap. 21. num. 58
Pute. decis. 150. num 4. vers. tamen istis, lib. 1. Rota
decis. 163. num. 3. p. 2. diuers. & decis. 274. num. 1, &
decis. 283. part. 2. recent. & in Abulen. decimarũ, 17.
Decembris, 1627. coram Reuerendiss. D. meo Coccino
Decano, vers. tertio tollitur, vbi fuit dictum, quòd si 34
ageretur inter Ecclesiam prædialem, & Sacramentalem,
cui decimæ deberentur, tunc standum erit
consuetudini & eadem Rota in Placentina decimarum
10. May, 1628. coram R. Coccino Decano, impressa
per Tamburin. in fine tom. 3. de iure Abbatum
decis. 98. num 2. Patet, si expendamus, in huiusmodi
decimis non esse Iure compertum, cuinam
Ecclesiæ debeantur, Achil. dec. 6. num. 2. de decim.
Pute. decis. 176. num. 4. lib. 3. & propterea in earum
solutione Iuris obscuritatem reperiri, vt fatetur
Pontifex in dict. cap. cùm sint homines & in d. cap. ad
Apostolica, ac proinde, cum consuetudo sit optima
legum declaratio, cap. cùm dilectus, de consuetud. vtique
ad illam in hac dubietate erit recurrendum, vt
securiùs procedatur: nec aliud euincit necessariò
tex. in l. Imperatores, in princ. ff. de public. siquidem
intelligi potest de oneribus aliis realibus, quæ ratione
rei debentur: nos verò agimus de decimis,
quæ, licèt reales appellentur, non tamen ratione
rei, sed ratione personæ debitæ sunt, quæ quidem
consuetudo per decennium induceretur, eò, quòd
non contra Ius expressum, sed magis præter Ius 35
censetur propter obscuritatem illius, quod per illam
declaratur, ac proinde nil mirum, si longo
tempore, hoc est, per decennium, rectè iudicatur,
iuxta gloss. receptam in cap. vlt. verb. consuetudine,
de consuetud. lib. 6. obseruant in specie Achil.
decis. 3. num. 5. de decim. Abb. in d. cap. cùm sint homines
in fine, Cou. d. num. 8. vers. 4. Rebuff. d. tract. q. 13
num. 47. & 60. Monet. d. tract. c. 5. num. 102. Gutier.
dict. cap. 21. num. 58. Quicquid contradicat gloss.
in d. cap. cùm sint homines. Quod quidem intelligendum
est de prædiis noualibus, in quibus prædicta
consuetudo verificatur, secùs verò si antiqua
sint & per tempus sufficiens alij Ecclesiæ parochiali
decimæ sint acquisitæ: tunc enim longioris temporis
consuetudo erit necessaria, vt infrà notabimus
corol. quinto. Intellige quoque, supradictam
resolutionem, dum habet sufficere decennium ad
introducendam consuetudinem huiusmodi, vt habeat
locum, quando agitur inter duas Ecclesias
parochiales, secùs si ageretur inter Ecclesiam parochialem,
& alteram, cui ius resistit: tunc enim requireretur
immemorialis, aut quadragenaria cum
titulo.

titulo. Rebuff. d. q. 13. n. 83. cum seqq. Rot. in Calagurritana decimarum, 19. Martij 1610. coram Curd. Caualerio. Et manutentio in possessione exigendi decimas peti potest, eodem ex propria persona, sed etiam nomine Ecclesiæ, & solet dari, vt in causa Fossanen. decimarum. 2. Martij 1622. coram R. P. D. meo Pironano.

36 Colligitur tertiò, semota consuetudine, tales decimas potiùs prædiali, quàm baptismali Ecclesiæ esse soluendas, siquidem pro illa & æquitas, & aliquis rigor Iuris, in quo æquitas fundatur, reperitur ex supradicta consideratione. Iuuat decisio Iurisconf. in l. Barbarius ff. de offic. Præt. vbi æquitas in efficaci Iuris ratione fundata prævalet alicui Iuris rigori, non tamen scripto apertè, propter tex. in l. prospexit. ff. qui, & à quibus Accedit, quòd licèt prædictæ decimæ ratione personæ debeantur, vt suprà proximè consideràuimus; non tamen negandum est, ab ipso prædio deberi, & ita debitas esse Ecclesiæ prædiali, cui idem prædium manet obligatum, & in quo eadem Ecclesia ius acquirit; ac subinde, cùm parata sit prædicta Ecclesia ad exercendum præfatum ministerium, quod per accidens supposita mutatione domicilij non exercetur, aliquo modo id duci potest, ex reg. tex. in d. l. Imperatores. Sic aliàs infideles commorantes in terris Christianorum, & habentes possessiones in aliqua Parochiali Ecclesia, eidem tenentur decimas soluere; quos tamen constat non recipere in illa aliquod ministerium spirituale, prout ostendimus, inf. à §. 3. corol. 1. Facit tandem, quia apparet ratio boni publici, quod ex effectu contrario periclitatur in parochialium confusione; quod quidem bono priuato semper anteponitur: vnde videtur dicendum, prædictæ Ecclesiæ prædiali tales decimas esse soluendas, prout in specie mihi sentire videtur tex. in d. c. cum sint homines, ibi, quia difficile nimis videtur, &c. tradunt S. Tho. 2. 2. q. 87. a. 3. ad 2. Cou. d. n. 8. ver. 2. Sylvest. verb decima, n. 14. Nau. cons. 2. n. 7. de decim. Gutier. d. lib. 2. c. 2 1. n. 54. Achil. decis. 3. n. t. de decim. Pute. decis. 176. n. 3. lib. 3. Rota in Placentina decimarum 10. Maij 1628. coram Reuerendiss. D. meo Coccino Decano.

37 Infertur tertiò, quid dicendum de decimis ouium, quæ ad varias partes transeunt, cuinam Ecclesiæ soluendæ sint? Et in primis pro Ecclesia domicilij, seu baptismali facit, quia fructus ouium dicuntur illarum fructus industriales, & non naturales, secundùm Bald. in l. ancillæ. C. de furtis, eò quòd multum in illis operatur domini, & custodis industria, vt aduertunt Couar. var. lib. 1. part. 3. num. 6. Menoch. de arbitrar. casu 122. à num. 3. & 19. & vti tales dicendi sunt personales, veluti acquisitæ per hominis personam, & illius ministerium: constat autem decimas personales absolutè, & in totum soluendas esse illi Parocho, apud quem ecclesiastica recipiuntur Sacramenta, vt notauimus corol. proximo; qualis est Parochus domicilij, licèt per accidens ad alium locum se transferat Parochianus, iuxta text. in cap. 3. de sepultur. dummodo tamen fiat translatio sine animo constituendi, & conseruandi domicilium, propter tex. in l. 4. & in l. assumptio. §. filius, vers. viris prudentibus, ff. ad municip. & in l. pen. ff. de Senator. & in capit. ex parte, & in cap. postulasti, de foro comp. Facit rursus tex. in cap. commissum, ibi, in cuius Parochia commorantur, &c. de decim. Pro Ecclesia verò loci, vbi oues pascunt, facit, quia decimæ animalium inter prædiales connumerantur, tradit gloss. verb. personales, in dict. cap. ad Apostolicæ. de decim. communiter recepta ex Nauar. dict. cons. 2. num. 7. ac subinde semota consuetudine, prædictæ Ecclesiæ prædiali in totum, & absolutè persoluendæ sunt, prout eadem gloss. affirmat. Facit insuper doctrina Host. in sum. de decim. §. 1. quem sequitur Angel. & Syluest. in sum verb. decima, num. 1. dum appellant decimas mixtas illas, quæ ex fructibus animalium persoluuntur: vnde non est verum dicere, quòd soluendæ sint illi Ecclesiæ, in cuius Parochia commorantur, iuxta reg. tex. in l. Imperatores, ff. de publicua.

Quapropter resoluendum videtur, quòd si oues dimidia parte anni pascunt in Ecclesia prædiali, dimidium totius decimæ illi persoluendum est, reliquum verò dimidium pro tam temporis Ecclesiæ parochiali, si altera dimidia parte anni in eadem oues pascunt: ita in effectu gloss. verb. personales, in dict. capit. ad Apostolicæ, S. Thom. dict. quæst. 87. articul. 3. ad 2. Gregor. Lop. lib. 9. titul. 20. part. 1. Rebuff. dict. tract. quæst. 6. numer. 25. cum seqq. Suar. de Pace in pract. tom. 2. part. 1. cap. 5. numer. 8. cum sequentibus. Suar. de Religion. tom 1. tract. 2. lib. 1. cap. 5. num. 8. cum sequentibus, me citato in hoc loco Trullench. d. c. 3. dub 5. num. 4. Monet. d. tract. cap. 4. num. 16. vbi ait decimas quoque diuidendas esse inter duas Parochias, si in earum vna iaceant, & dormiant oues, & in alia pascant, Fagundez de septem Eccles. præceptis, præc. 5. lib. 1. capit. 5. num. 10. Basil. Pont. de Sacram. Matrim. lib. 5. capit. 13. § 3. nam. 23. & 24 vbi num. 25. resoluit, quando huiusmodi oues nec pascuntur, nec morantur per vllam anni partem in Ecclesia domini sui, sed in alijs, nullam partem decimarum deberi Ecclesiæ parochiali domini, sed illi, in qua pascuntur, & morantur. Nec prædictæ resolutioni refragatur dicere, quòd decimæ animalium propter industriam, & ministerium hominis in illis acquirendis necessarium, sunt personales, ac subinde sine aliqua diminutione esse persoluendas Ecclesiæ baptismali. Satis fit enim, si aduertas industriam, & ministerium hominis tantummodo conuincere prædictos fructus animalium non esse porè naturales, hoc est, naturaliter productos, & in quibus solummodo natura operatur; nihilominus tamen reales esse, & non personales, sicut sunt segetes, & alij plurimi, in quibus multùm opera, & industria hominis reperitur, qui similiter ex rebus natura producente, & iuuante producti reales dicuntur, nequaquam verò personales, qui tantummodo sunt illi, qui sine re aliqua per hominis personam, & illius ministerium acquiruntur, prout sunt illi, qui ex artificio, & militia proueniunt. 38 39 40

41 Ad tex. verò in dict. cap. commissum, respondetur illum quidem agere de animalibus, quæ existunt, & pascunt in eadem Parochia baptismali, cui Monachi, de quibus ibi, ex prædictis animalium fructibus decimas soluere nolebant, allegantes constructionē Monasterij sui factam in territorio eiusdem Ecclesiæ, qua reiecta allegatione Pontifex iubet, vt eidem Ecclesiæ, sicut antea, decimæ persoluantur; quæ quidem resolutio intelligenda est, attento iure, non tamen data consuetudine, quæ in hac specie maximè consideranda est.

42 Vtrùm verò decima sit soluenda ex prædictis animalibus Ecclesiis illarum regionum, per quas illa, seu oues pascendo transitum faciunt, & redeunt in domicilium? Dicendum est, quòd non: siquidem

siquidem licèt eundo, & redeundo pascant in pascuis prædictorum Ecclesiarum, hoc tamen nutrimentum minimum est, & paruæ considerationis: vnde, cùm de minimis decima soluenda non sit, arg. *l. scio. ff. de in integ. restit. l. si oleum. §. fin. cum l. seq. ff. de dolo.* cum aliis per me citatis *in tract. de axiom. iuris vsufreq. axiom.* 150. *num.* 1. necessariò videtur dicendum prædictis Ecclesiis nil deberi loco decimarum. Accedit, quia, vt aduertit Nauar. *vbi supra num.* 3. moraliter loquendo, videtur impossibile rectè iudicare quænam quantitas prædictis Ecclesiis solui debeat, & quinam sit valor illius: vnde necessariò dicendum est non esse faciendam maiorem impensam, nec maiorem laborem assumendum, quàm sit res ipsa, propter quam assumitur.

43 Infertur quartò spoliatum per Parochum à perceptione decimarum, quas intra ipsius Parochiam possidebat, non aliter esse restituendum, quàm si ostendat titulum, vel causam iustam, qua possessio eiusdem iustificetur. Diximus *suprà in princip. huius* §. stricto Iure, decimam priori modo consideratam post diuisionem Parochiarum adeò solis Parochis competere, vt nullus alius illam habere possit: atqui resistente Iure communi, & illius præsumptione, spoliato, fauenteque spoliatori, non est spoliatus restituendus, donec ostendat titulum, vel causam sufficientem, qua præsumptio aduersùs illum resultans purgata sit. Igitur, &c. Probant corol. tex. optim. *in cap. decimas,* ibi, *nisi easdem eas docuerint,* &c. *de restitut. spol. lib.* 6. Innoc. *in cap. in litteris* vbi Beroi. *nu.* 87. dicit communem, *eod. tit. in antiq.* Rip. *in cap. cùm Ecclesia Sutrina. col. pen. de causa possess.* Felin. *in cap. ad petitionem, num.* 7. *de accusat.* Cou. *lib.* 1. *var. cap.* 17. *n.* 6. Nau. *in cap. accepta. opposit.* 10. *n.* 7. & 21. *de restit. spol.* Mench. *illustr. cap.* 86. *à princ.* & *cap.* 89. *nu.* 4. Rebuff. *de decim. q* 13. *n.* 83. Monet. *eod. tract. c.* 5. *n.* 82. Gutier. *l.* 2. *Canon. c.* 21. *n.* 74. Anton. Gabr. *commun. sub tit. de restit. spoliat. concl.* 1. *nu.* 107. Menoch. *remed.* 1. *recuper. à num.* 367. Pro quibus etiam facit: quia, si aliàs restitutio concederetur non purgata prædicta Iuris præsumptione, vtique lex concedens talem restitutionem iniusta censeretur, veluti consentiens, vt spoliatus in peccato, & in retentione iniusta perseueret contra domini voluntatem, ad quem ex prædicta iuris præsumptione pertinere dicitur decima, de qua agitur, ad quod alludere videtur tex. *ad d. c. ad decimas.* ibi, *iniustè occupasse,* &c.

44 Nec contra corol. obstant verba generalia tex. *in dict. cap. in litteris, de restit. spoliat.* & ratio illius in fine posita, si dicatur similiter ius resistere illi, qui absque Canonica institutione retinet ecclesiasticum beneficium, iuxta *reg.* 1. *de regul. Iuris lib.* 6. & *cap.* 3. *de instit.* Siquidem respondetur resistentiam iuris resultantem ex defectu tituli, solam reperiri in proprietate beneficij, non verò in possessione illius, quæ quidem, licèt iniusta, vera tamen data capacitate possidentis reperiri potest absque Canonica institutione, eò quòd beneficia sua natura sunt possessibilia, dum quis aliquando possidendi capax per vsum adæquatum, & sufficientem tanquam dominus apprehendit, iuxta definitionem possessionis, ac proinde nil nimirum si *in dict. cap. in litteris.* restitutio spoliato concedatur contra spoliatorem, non ostensa Canonica institutione aliqua, quod quidem significare videtur tex. ille in ratione, quam assignat de prædone restituendo: contrà verò in decimis, de quibus agimus, quarum possessioni ex defectu Parochiæ Ius commune videtur resistere? Verùm aduersùs talem intellectum vrget: quia defectus Canonicæ institutionis videtur arguere resistentiam Iuris non solùm circa proprietatem; verùm etiam circa possessionem: & ita verbum, *obtineri, in d. reg. beneficium,* non tantùm ad proprietatem, sed etiam ad possessionem referendum est, vt multi Doctores arbitrantur. Sic aliàs, deficiente titulo, fructus recipi non possunt, prout in specie resoluunt Couar. *de sponsal. p.* 2. *c.* 6. §. 8. *nu.* 8. Hoied. *de incompat. benefic. p.* 1. *c.* 12. *à princ.* Menoch. *vsufruq. cap.* 16. qui quidem fructus reciperentur, si sine titulo legis resistentia non daretur circa possessionem beneficij ex tex. *in l. bona fidei. ff. de acquir. rerum dom,* & ex his, quæ resoluunt Couar. *vbi suprà num.* 16. & *in reg. possessor. part.* 2. §. 2. *num.* 7. Nauar. *in princ. de Pœnit. dist.* 6. *num.* 23. Vrget insuper quòd defectus Parochiæ, etiamsi arguat resistentiam iuris in proprietate decimarum, non tamen arguit illam necessariò circa possessionem, data capacitate retinentis: nulla enim datur lex, quæ talem possessionem inficiat propter defectum Parochiæ, arg. tex. *in cap. causam quæ, de præscript.* & *in cap. prohibemus de decim.* imò colligitur ex tex. *in dict. cap. ad decimas.* ibi, *possedisse.* Vrget denique: quia idem *c. ad decimas* procedit etiam data supradicta resistentia circa proprietatem, vt Doctores ibidem fateri videntur. Vnde meliùs respondetur quòd, licèt fateamur, aduersùs spoliatum à beneficio dari legis resistentiam, dum titulum, vel causam sufficientem non ostendit; nihilominùs tamen eadem lex non assistit spoliatori, prout assistit Parocho, quando à perceptione decimarum intra suam Parochiam alium spoliat, in quo casu procedit tex. *in d. cap ad decimas.* Et secundùm hoc Corollarium sic explicatum declaratur tex. *in cap. ex insinuatione, de procuratorib.* vbi habens plura beneficia incompatibilia, ab altero spoliatus restituitur, & *in cap. licèt, de præbend. lib.* 6. iunctis resolutis per Abb. *in d. cap. in litteris, num.* 24. plures quos refert Nau. *in d. cap. accepta. n.* 6. Cou. *d. cap.* 17. *num.* 6. Sic aliàs si laicus proponatur spoliatus ab alio laico spoliatore sine alia ostensione tituli, & iustificatione restituendus est ad perceptionem decimarum, quantumcunque spoliator velit probare ad se illud ius pertinere, prout in specie dicit communem sententiam Mench. qui plures refert. *illustr. capit.* 89. *num.* 5.

Nec similiter refragatur tex. *in cap. cùm Ecclesia Sutrina, de causa possess. & propr.* vbi Ius commune resistebat Clericis spoliatis potestate eligendi Episcopum, & assistebat Canonicis Ecclesiæ Cathedralis spoliatoribus, de quibus ibi, vt illic fatetur Pontifex in illis verbis, *Canonica instituta,* &c. & tamen tex. supponit, absque vlla tituli ostensione prædictos Clericos fore restituendos, nisi insimul actum fuisset petitorio, in quo Clerici defecerunt. Siquidem omissis variis explicationibus, de quibus Abb. *num.* 44. Rip. *num.* 12. *ibidem,* & alij relati à Couar. *dict. cap.* 17. *num.* 7. latissimè Mench. *d. c.* 86 *à prin.* ex mente nonnullorum Doctorum respondent Præceptores *in d. c. cùm Ecclesia.* propterea non fuisse factam restitutionem, quia Clerici, de quibus ibi, non breui tempore, sicut in *dict. cap. ad decimas.* (prout illi intelligunt aduerbium, *aliquamdiu,* ibi positum) possessionem habuerunt, sed diuturnam, & longam quasi possessionem, eò quòd constat ex littera, non tantùm 45

in

in vna, vel in duabus, sed in trium Episcoporum electionibus insimul cum Canonicis concurrere. Patet ex tex. ibi, *electio trium Episcoporum*, &c insuper non solùm per se, sed etiam per suos prædecessores concurrere. Patet ex princip. tex *vers. verum*, ibi, *ipsi ac prædecessores eorum*, &c. ex qua diuturna quasi possessione insurgit præsumptio tituli præcedentis, & ex illa iustificatur possessio eligendi, iuxta reg. tex. *in l. cùm de in rem vers. ff. de vsuris*, *& in l. si filius. C. de petit. hered.* qua de causa tex. ille expendit tres illas electiones: aliàs enim ad probandam possessionem per se solus sufficiebat vnicus actus, qui effectum sortiretur, iuxta reg. tex. *in c. consultationibus, de iurepatr.* communis ex Cou *in reg. possessor. p. 2. in princ. numero 6* quæ quidem explicatio similiter probabilis est, & vti talis defendi, & teneri potest, prout defendimus *in collect. ad d. cap. ad decimas numero 7. & 8.* Sed tamen vrget aliquo modo: quia assistentia trium electionum, de necessitate non continebit longinquitatem temporis, siquidem poterant Episcopi electi breui viuere tempore. Vrget insuper: quia text. non expendit illas tres electiones in causa possessorij; de qua ibi directè non agebatur, (tunc enim vnica: tantùm electio sufficiebat;) sed in causa petitorij, super qua sententia prolata fuit. Vrget tertiò: quia tex. *in dict. cap. ad decimas*, indistinctè loquens, talem distinctionem temporis non facit, quæ quidem facienda erat, si de necessitate requireretur. Vrget denique: quia aduerbium, *aliquandiu*, positum *in dict. cap. ad decimas*, etiam longinquitatem temporis, licet non magnam, importare solet, & proinde videtur inconueniens, vt possessio in illo text. iustificetur, recurrere ad longinquitatem temporis. Quare aduertimus *in dict. cap. cùm Ecclesia*, per euidentem præsumptionem constare de titulo; siquidem in illo tex. Clerici, de quibus ibi, ex scientia, & patientia Canonicorum fuerunt recepti ad electionem faciendam, ex qua scientia, & patientia vrgenti præsumptione resultauit priuilegium, sine quo non est verosimile, Canonicos recepisse Prædictos Clericos: vnde necessariò dicendum est in specie illius text. Clericos habuisse titulum, vel saltem aliquid loco tituli, & de illo constare, iuxta reg. *lib. 2. C. de seruitut.* quo quidem titulo, seu causa sufficiente iustificabatur possessio, qua iustificata text. supponit Clericos fore restituendos, si solùm remedio possessorio agerentur.

46 Vtrùm autem laici spoliati decimis agentes interdicto *Vnde vi*, sint ante omnia restituendi? Quæstio est in præsenti non contemnenda: in qua resoluendum existimo, quòd si laici sint spoliati decimis, id est, iure decimandi, & petendi decimas, & agant prædicto interdicto, nequaquam restituendi sunt, ex eo, quia, cùm necessarium sit possessionem probare, iuxta *c. consultationibus, in fine, de offic. deleg.* & laici prædictum ius decimandi nullo modo possidere possint, *cap. causam, quæ de præscript.* iuxta communem intellectum, quinimò illius iuris sint omninò incapaces, quia dependet à spiritualibus, scilicet, ab administratione Sacramentorum, & officio spirituali, vbi tanquam accessorium inseparabiliter adhæret, *cap. 1. ibi. iure Sacerdotum, 16. quæst. 7. cap. quamuis, 17. de decim.* cum simılib. rectè fit, vt laicis spoliatis, tanquam omninò prædicti iuris incapacibus, nullatenus competat restitutio, & circa hunc casum nulla potest esse difficultas.

Tota verò controuersia versatur, quando laicus spoliatur fructibus ipsis temporalibus, qui decimarum nomine ipsi nomine proprio soluuntur ex aliquo titulo temporali, manente iure spirituali decimandi penes spiritualium ministros, in qua distinguendi sunt duo casus. Primus est, quando laicus spoliatur decimis ab alio laico, & contra illum agit interdicto *Vnde vi*. in quo resoluendum, contra illum restituendum esse, vt tenet Brixien. relatus à glos. *verb. præsumuntur, in d. c. ad decimas*, glos. *1. in cap. 1. 14. quæst. 1.* sequuntur alij, vt per Gabr. *commun. sub tit. de restit. spoliat. concl. 1. à num. 7. 1.* Beroi. *in cap. item, cùm quis à num. 45. eod. tit.* obseruat praxis Galliæ ex Guid. Pap. *decis. 288.* Doctores communiter, vt per Mench. *illustr. cap. 89. n. 5.* Cou. *d. c. 17. num. 6.* Cuius rei ratio est: quia, cùm laicus proponatur spoliatus decimis, quas possidebat, necessariò sequitur illum esse restituendum, si agat interdicto, *Vnde vi* iuxta vulgares regulas Quæcunque contrarium teneant glos. *d. verb. præsumuntur*, statim in princip. & alia *verb. commodo, in c. ex parte, de restit. spoliat.* & frequentiùs videantur Doctores probare, teste Franc. *in d. cap. ad decimas.* Abb. *n. 19. in princip.* & à Meneh. *d. c. 89. num. 4.* Debebant enim considerare non esse necessarium, quòd laicus probare possit possessionem decimarum specialiter ei prohibitam, quando ipse laicus spoliatur ab alio laico, contra quem etiam est iuris præsumptio, idque ex eo, quia prohibitio legis antea, & post Concil. Lateranen. respectu possessionis decimarum aduersus laicos operabitur, ne habeant ciuilem, & iustam earum possessionem: & tamen, quæ sufficiat ad prædictas decimas præscribendas; non tamen exinde sequitur laicum non posse habere naturalem, & iniustam decimarum possessionem, qualem habet quicunque prædo, quæ sufficiens sit, vt spoliatus restituatur, iuxta *d. c. in litteris, de restit. spoliat.* Alter casus est, quando laicus spoliatur ab eo, cui Ius commune assistit, veluti à Parocho intra suam Parochiam, iuxta terminos tex. *in d. c. ad decimas*, in quo secure resoluimus restituendum non esse, nisi euidenter docuerit se vel ex priuilegio Romani Pont. vel ex concessione feudali ante Lateran. Concilium, vel alio simili modo probauerit se possessionem decimarum fuisse legitimè assequutum Cuius rei ratio est: quia, si Canonicis spoliatis decimis à spoliatore intra suam Parochiam restitutio denegatur, nisi euidenter docuerint se illarum possessionem legitimè assequutos, iuxta *d. c. ad decimas*, quia, scilicet, Ius commune resistit illis, & insimul assistit huic, à fortiori multò magis id ipsum locum habebit, si à Parocho intra suam Parochiam laicus spolietur decimis, cui multò magis resistit Ius commune, & iuxta hunc casum possunt intelligi Doctores, quos citat Cou. *d. num. 6. in princip.* 47

Infertur quintò resolutio ad illam quæst. vtrùm decimæ absque Parochia præscribi possint, ita vt virtute præscriptionis aliquis illas exigat à Parochianis? In qua partem negatiuam in specie tuetur S. Anton. *p. 2. tit. 4. c. 3. §. 3. vers. & notat.* videtur sentire S. Thom. *2. 2. q. 87. art. 3. ad 3.* Pro qua facit primò tex. *in c. peruenit.* ibi, *decimas*, &c. *16. quæst. 1.* vbi tex. dicit absque Parochia decimas obtineri non posse. Facit rursus: quia ius percipiendi decimas est accessorium ministerio Sacramentorum, & ita vti tale sine prædicto ministerio, tanquam sine fundamento existere non potest: vnde 48

cùm

cùm præscribens, qui Parochus non est, minimè dicatur minister alioquorum Sacramentorum, necessariò videtur dicendum, absque Parochia decimas non esse præscriptibiles. Facit tertiò, quòd decimæ debitæ sunt in recognitionem vniuersalis dominij, & subiectionem, iuxta tex. *in cap. tua nobis, de decimis* & tamen constat prohiberi illa præscribi, quæ in talem recognitionem persoluuntur, vt probat *l. competit. C. de præscript. triginta*, resoluunt Abb. *n.* 18. Felin, & alij *in cap. ad audientiam, de præscript.* iuuat decisio tex. & quæ ibi notant Doctores *in cap. cùm non liceat, de præscrip.* Facit quartò, quia non debet operari præscriptio illa, quæ omninò tollit Sacramentorum administrationem, & animarum saluti præiudicialis morum correctionem, & fidelium reformationem auferre potest, arg. tex. *in cap. cùm ex officij de præscript.* Constat autem, data præscriptione, quà decimæ absque Parochia exigantur, tolli, aut saltem diminui Sacramentorum administrationem, & consequenter morum correctionem, & reformationem auferri, eò quòd Parochus videns sublatum sibi ius decimandi, difficilè incitabitur ad exercenda supradicta, quæ animarum saluti sunt maximè necessaria.

Contrariam tamen sententiam tenuit in specie glos. *verb. compenendum*, vbi Abb. *n.* 5. *in c. pen. de decim.* Cou. *lib.* 1. *var c.* 17. *n.* 8. *vers.* 2. Rebuff. *à tract. q.* 13. *n.* 63. Gutier. *lib.* 2. *Canon c.* 21. *n.* 60 Monet. *d. tract. c.* 5. *n.* 107. Rot. *in Florent. Parochialis*, 22. *Maij*, 1630. *coram Reuerend. D. meo Coccino Decano*, & est communis sentẽtia. Pro qua in primis faciunt multa Iura, quæ passim in decimis præscriptionem recipiunt, vt est tex. *in c. ad Apostolicæ, & in c. cùm sint, & in c. cùm contigat, & in c. dudum, de decim. & in c. de quarta, & in c. ad aures, de præscript & in c.* 1. *eod. tit. lib* 6. *& in c. statuto* §. *pen. de decim. lib.* 6. Facit rursus, quia priuilegium, & præscriptio æquiparantur, vt vulgò deducitur, & est tex. *in c. super quibusdam, vers. præterea, de verb signif. & in c. accedentibus.* in fine, vbi gl. *de excess. Prælat.* & non est negandum, mediante priuilegio decimas acquiri posse absque Parochia: probat tex *in c. sua* 25. §. 1. *de decim.* fatentur omnes *in d. c. causam, quæ, de præscript.* Cou. *d. c.* 17. *n.* 13. Gutier. *cons* 5. *num.* 2. *&* 17. Facit etiam quia omnes res, in quibus dominium repetitur, nisi specialiter prohibeantur, præscriptionem recipiunt, iuxta text. *in c.* 2. *& in c. auditis, & in c. accedentes, & in c. cùm ex offici, de præscript.* & constat ius decimandi esse in dominio Parochi administrantis Sacramenta iuxta suprà resoluta *in princ huius c.* Insuper, nullam dari prohibitionem particularem, qua decimæ præscribi prohibeantur. Facit denique, quia quemadmodum attento iure Parochis ius decimandi reseruatur: ita quoque attento eodem iure Canonicis Ecclesiæ Cathedralis ius Episcopum eligendi reseruatum est, iuxta text. *in c.* 1. *cum multis ibidem, de elect.* quod quidem ius eligendi præscriptionem recipere constat ex text. *in d. cap. cum Ecclesia, de causa possess.*

Quibus fundamentis hæc communis sententia verior videtur, qua retenta, non obstant supradicta pro contraria opinione fundamenta. Ad primum enim de text. *in d. cap. peruenit*, satisfit, si dicas in illo text. & similibus, tantùm prohiberi Monachis iura parochialia vsurpare; non tamen negat tempore habili ad præscribendum possidentes mediante illo acquirere posse, vt aduertit Gutier. *d. numero* 60. Ad secundum dicendum est verum quidem esse, quòd ius percipiendi decimas necessarium est prædicto ministerio Sacramentorum; non tamen est inconueniens, vt præscribatur manente congrua Parochi sustentatione, in qua principaliter, immediatè, & inseparabiliter ius percipiendi fundatur, & contra quam præscripcio dari nequit. Vnde, quamuis præscribens Parochus non sit; lex tamen, dum particulariter non prohibuit, voluit, vt tale ius mediante præscriptione in illum transiret, iuxta reg. text. *in l. vsucapionem ff. de vsucap.* Ad tertium respondetur text. *in d. l. competit*, procedere in bonis publicis, in quibus dominium, & possessio non reperitur; & ideò non verificari in iure decimandi: quod quidem, licèt publicam habeat auctoritatem, eò quòd decimæ sint institutæ in prædictam recognitionem; tamen respectu ipsius Parochi, ius particulare est. Ad quartum denique fundamentum satisfit, si aduertamus, manente congrua sustentatione ex se mediante præscriptione non auferri, nec diminui Sacramentorum administrationem, sicut non aufertur, nec diminuitur morum correctio, aut fidelium reformatio: quod secùs est, si præscriptio congruam Parochi sustentationem auferat, quæ quidem ex supradicta consideratione dari nequit, veluti contra Ius diuinum, contra quod procedere non potest, arg. text. *in cap. vltim. de præsc.* iunctis adductis per me suprà *lib.* 1. *cap.* 2. *ex numero* 119.

Intellige supradictam sententiam procedere da- 49
ta capacitate possidendi in præscribente: si enim talem capacitatem præscribens non habuerit, nequaquam præscriptio admittenda est, Abb. Felin, & alij *in d. c. causam, quæ*, Cou. *libro* 1. *var. cap.* 10. *num.* 4. Anton. Gabr. *commun. lib.* 5. *tit. de præscript. concl.* 1. *n.* 16. Pereg *de iure fisci, lib.* 6. *tit.* 8. *n.* 18. *&* 19. Patet, si expendamus sine possessione præscriptionem procedere non posse, iuxta *reg. sine possessione, de regul. Iuris, in* 6. Monet. *de decim. c.* 4. *n.* 80. ac proinde, qui possessionem habere non potest, nequaquam præscribere valet: sic aliàs solùm personæ Ecclesiasticæ, non verò laici, ius decimandi præscribere possunt: siquidem illæ capaces sunt: isti verò minimè valent spiritualia administrare, quorum ratione decimæ persoluuntur: ac subinde il- 50
læ benè, isti verò minimè possunt decimas possidere, & præscribere, prout in specie probat tex. *in d. c. causam quæ, de præscript.* Balb. *de præscrip.* 1. *p.* 4. *princ. q.* 7. *n.* 53. *&* 1. *p.* 5. *à n.* 56. Cou. *d. lib.* 1. *var. cap.* 17. *n.* 6. *vers. quarto*, Rebuff. *d. tract. quæst.* 13. *à n.* 67. Giouagnol. *cons.* 27. *n.* 3. *&* 4. *lib.* 2 Ioseph. Ludou. Perus. *decis.* 106. *n.* 8. *&* 9. Anastas. Germon. *de sacrorum immunit. lib.* 3 *c.* 19. *à n.* 50. Gutier. *pract. lib.* 1. *quæst.* 15. *à n.* 2. Valasc. *de iure emphyt. q.* 17. *n.* 15. Suar. *d. lib.* 1. *c.* 17. *n.* 3. Azor. *instit. moral. par.* 1. *lib.* 7. *cap.* 36. *q.* 11. Gilchen. *de præscript. par.* 3. *c.* 8. *à n.* 16. Pereg. *d. tit.* 8. *n.* 18. *& cons.* 74. *vol.* 1. Camill. Borrel. *in sum. omnium decis. tom.* 1. *tit.* 10. *à n* 114 Rot. apud Paul. de Rubeis *decis.* 103. *num.* 16. *tom.* 3. *diuers.* aliàs *par.* 7. *recent & in Corduben. decimarum de Lucena* 29. *Maij* 1638. coram *R. P. D. Carrillo, & in ead.* 7. *Febris* 1639. *coram Merlino.* Et procedit in omnibus decimis, quocunque titulo etiam temporali, à laico percipiendis, vt multis argumentis ex professo comprobant Beroi. *cons.* 21. *n.* 8. Cou. & alij, quos refert Gutier. *pract. lib* 1. *quæst.* 16. *à principio.* & plures alij, quos plenè adducit Gilchen. *d. cap.* 8. *num.* 17. & ita omnes sentire affirmat, & sequitur Suar. *d. cap.* 27. *n.* 1.

Limitatur

Limitatur tamen, vt locum non habeat quoad decimas, quas verè & præsumptiuè constat obtentas esse ante Lateranen. vel si agatur de præscribente contra laicum, qui ante Lateranense acquisiuerat, vt ex aliis resoluunt Cou. *d. c.* 17.*n.* 5. *vers. sed, si dubitetur*, & multis adductis Gilchen. *d.c.*8.*n.* 19. Suar. *d.c.* 17.*n.*4. quia, cùm eò tempore à Prælatis inferioribus in feudum laicis dari potuisse constituant, cessat prohibitio legis, ex quia possessio, vel præscriptio ipsa potuit impediri, nihilve repugnat, quòd ea, quæ ab inferioribus Prælatis in feudum obtineri potuerunt præscriptione etiam acquiri valeant, iuxta vulgarem æquiparationem præscriptionis & priuilegij, de qua *in d. c. super quibusdam, vers. præterea de verb. signif.* cum similibus, & ideo sic censuit Rota *d.dec.* 103.*num.*8.*&* 9.*tom.*3.*diuers.* aliàs *p.*7. *recent.*

52 Quòd autem suprà diximus laicos, scilicet, nulla præscriptione, etiam immemorabili, decimas, acquirere posse, intelligendum est, vt procedat, si præscriptio allegetur, vt talis propter defectum possessionis quæ debet esse ciuilis, id est, insta, & probata à lege quoad omnes ciuiles affectus, & in materia, de qua agimus; non est legibus simpliciter approbata, sed potiùs damnata, vt colligitur *ex d. cap. causam quæ* bene Rota *d. dec.* 103.*n.*5. Verùm, si priuilegium Summi Pont. allegetur, quod solùm in hac materia sufficit, & ad eius probationem tempus immemoriale fuerit ostensum, tunc præsumptione iuris probato immemoriali tempore probatur titulus priuilegij allegatus; cùm enim decimæ titulo temporali ex concessione Pontificis laico acquiri possint, iustissimè præsumendum est, quòd si tot annorum internallo nemo ipsi quæstionem mouit, iustum initium habuit possessio (vt per text *in d. cap. super quibusdam*, *&* l. 3 §. *ductus aquæ ff. de aqua quotid.* multaque alia explicant Gabr. *d.tit. de præscript. concl.* 1. *à num.*44. late Mascharad. *de probation.concl.* 1377.*à n.* 17. Card. Tusch.*tom.*6.*lit. P.concl.* 550. *à num.* 4. Ex quibus ad nostrum casum de laico decimas præscribente, vt succumbere debeat, si immemoriale tempus in vim præscriptionis allegauerit, & tamen tuendus, si in sua possessione priuilegium Romani Pont. alleget, & in probationem ostendat possessionem temporis immemorialis, docent post alios à se relatos Cou. *d. n.* 5. *vers. sed si dubitetur.* Menoch. *de præsumpt. lib.* 6. *præsumpt.* 86.*n.* 4. Menoch. *illustr.c.*89.*n.*7. Mascard *d. concl.* 1377.*n.* 32. Gilchen.*d.c.*8.*num.* 23. Suar.*d.c.*27.*num.*4. in quo tamen aduertimus, quod communiter requiritur vltra tempus immemoriale, quòd probetur fama priuilegij habiti à Romano Pont. vel inferioribus Prælatis ante Lateranen. ex Beroi *conf.* 21. *numero* 15. & Rebuff. *d. quæst.* 13. *num.*69. Menoch. *d. præs.*86.*num.*5. Quamuis ab illis recedant Cou. Gilchen. & Suar, *proximè citatis locis*. Vnde accedente fama priuilegij,

53 seu feudi obtenti ante Concil. Lateranen. immemoriali præscriptione allegata, laicum tutum esse tenuit latè Rot.*decis.*215.*per tot. p.* 2. *diuers & in Pampil. decimarum*, 8. *Martij*, 1613. *coram R.P.D meo Coccino Decano*, & alij, vt pet addit ad Monet. *de decim. c.* 5. *numero* 118. *in vlt. edit.* vbi cum eadem Rot. *in Valentina decimarum*, 21. *Iunij*, 1613. *coram Card. Caualerio*, inter eius impressas *decis.* 258. *numero* 3. *& in Toletana decimarum*, 4. *Decembris*, 1615. *coram bonæ mem. Dunozetto* subdit solam immemorialem præscriptionem suffragari personæ Ecclesiasticæ ad acquirendam ius decimandi. Immemorialis enim eatenus suffragatur laico circa

perceptionem decimarum, si addatur & concurrat vel fama priuilegij, vel recognitio, vel aliud æquipollens probetur, Menoch. *conf.* 291. *num.* 43. Rot. *decis.* 215.*n.*2.*par.*2. *diuers.* Seraph. *decis.* 101. *num.* 1. Mantic. *dec.* 289. *numero* 2. Coccin *decis.* 3. ead. Rota *in Corduben decimarum de Lucerna* 7. *Februarij* 1639. *coram R. P. D. Merlino*, & in eadem 29. *Maij*, 1638. *coram R. P. D. Carillo* quæ decisiones reperiuntur impressæ in fine partis 6. Antonini Dianæ.

An autem decimas, quæ instè, & ex legitima 54
concessione à laicis obtinentur, possit laicus contra laicum præscribere, solet ab aliquibus in dubium reuocari? In quo affirmatiua sententia verior est: quia per illam legitimam concessionem laici patrimonium, & quodammodo profanæ, & laicales efficiuntur, ex generali reg. text. *in l. Paulus*, aliàs *per procuratorem ff. de acquir. hæred. c.* 1. §. *verum de iure patron. in* 6. cum similibus, in quibus probatur mutata personæ possidentis conditione mutari etiam ipsorum bonorum conditionem. Quare ita tenet Fel. *in. d. c. causam, quæ num.* 4. & post Caffan. Bald. & alios Mench. *d. c.* 89. *n.* 3. Valasc. *de iure emphyt. q.* 17.*n.* 15. qui omnes post Felin intelligunt procedere in decimis, quæ titulo perpetuo feudi, vel simili sunt penes laicos; non ita si ad tempus ei fuerint concessæ, atque ita respectu suius iuris ad laicos spectantis, non verò vt aliquo modo cedat in Ecclesiæ præiudicium.

Intellige secundò supradictam resolutionem, videlicet, decimas absque Parochia præscribi posse 55
procedere præcedente titulo in præscriptione cum spatio 40. annorum: siquidem, deficiente illo, præscriptio non admittitur, nisi immemorialis: constat nanque titulum esse necessarium ad præscriptionem, quando illi Ius commune resistit, vt in specie probat eleganter text. *in c.* 1. *de præscript. lib.* 6 ac proinde cùm præscriptio decimarum in aliena Parochia repugnet Iuri communi, necessariò dicendum est titulum ad illam requiri, quo purgetur præsumptio malæ fidei, resultans ex talis Iuris resistentia, prout in specie aduertit Imol. & communis ex Rip. *ibidem*, *n.* 123 *in c. cum Ecclesia Sutrina de causa possess. & prop.* Cou *var. lib.* 1.*c.*17.*n.*7.*&* 8 *ad fin.* Padil *in lib.* 2 *C de seruitut. n.* 19. Rebuff *de decim. q.* 13. *n.* 8. Mench. *illustr. c.* 87.*n.* 1. Gutier. *lib.* 2. *canon. c.* 21. *n.* 60. *&* 67. Rot. *in Ciuitaten. decimarū* 18 *May*, 1596. *coram Gipptio*, *& in Canon. decimarum*, 3. *Martij*, 1604. *coram Ortembergo*, *& in Taurinen. decimarum*, 18 *Maij*, 1607. *coram Reuerendissimo D. meo Coccino Decano*, *& in Sabinen. decimarum*, 1. *Iulij*, 1609. *coram eodem*, *& in Nouarien. decimarum*, 26. *Februarij*, 1631 *coram R.P.D. meo Pirouano*, vbi fuit dictum, quòd si agatur de præscribenda quota in totum, non sufficit possessio sed requiritur implicitus titulus per immemorabile cum fama priuilegij; vel explicitus cum quadragenaria quæ est impressa per Tamburin. *in fine tom.* 3. *de iure Abbatum decis.* 101.

Ad præscribendum verò contra illum, qui habet decimas de iure speciali, putà ex donatione, sufficit præscribenti bonam fidem probare gloss. *verb. titulum, prope fin. vers. & secundum hoc possemus in c.* 1. *de præscript. lib.* 6. Butr. *in c. peruenit n.* 14. *de censib.* Anchar. *conf.* 162. *sub n.* 3. Balb. *de præscript.* 1. *p.* 5. *princ q.* 8. *n.* 6. Rot. *in Conchen. decimarum*, 20. *Aprilis*, 1592. *coram Cardin. Pamphilo sen. & in Valentina decimarum de Candia*, 12. *Maij*, 1603. *coram eodem*. Item, ad hoc vt vna Ecclesia præscribat decimas Episcopo de Iure communi debitas:

quas tamen Episcopus nunquam possedit, cùm non agatur de iure quæsito amittendo, sed de iure non quæsito, sufficit præscriptio sola quadragenaria cum scientia, & patientia Episcopi. Ita Rip. *num.* 25. *in c. ad decimas de causa possess. & prop.* & *ibi* Abb. *num.* 46. Felin. *in c. si diligenti num.* 7. *circa fin. vers. secunda reseruatio, de præscript.* Rot. *in d. Sabinen. decimarum,* 1. *Iuly,* 1609. *coram Reuerendiss. D. meo Coccino Decano.*

58 Intellige tertiò præscriptionem percipiendi decimas intra alienam Parochiam, ad noualia non extendi. Patet, si expendamus præscriptionem priuilegio comparari iuxta reg. *d. cap. super quibusdam, vers. præterea,* cum aliis supracitatis; ac subinde cùm priuilegium percipiendi decimas non extendatur ad noualia; *cap. suggestum, cap. tua* 25. §. 1. *de decim cap.* 2. *in princ.* & §. 1. *illo tit. lib.* 6. Cou. *lib.* 1. *var. cap* 17. *num.* 13. Gutier. *d. cap.* 21. *num.* 116. meritò dicendum est præscriptionem percipiendi decimas ad noualia non esse trahendam: & ita in specie probat text. opt. *in cap. cùm contingat.* 29. *de decim.* & *in c. vlt.* §. *vlt. eod. tit. lib.* 6. Cou. *d. cap.* 17. *num.* 13. Rebuff. *d. tract. quæst.* 14 *num.* 18. & 25. Gutier. *d. c.* 21. *num.* 77. Monet. *de decim. cap.* 4. *n.* 79. & *cap.* 5. *num.* 110.

59 Pro quibus etiam facit, quia in præscriptione debet fieri stricta interpretatio, vt aduertit Marian. Socin. *cons.* 275. *vol.* 1. Monet. *d. cap.* 4. *num.* 81. ac proinde cùm noualia antea non possideantur, ad illa trahi non potest iuxta illud, quod colligitur ex reg. *sine possessione, de regulis Iuris, in* 6. tantum præscriptum, quantum possessum vt in materia decimarum tenent Gutier. *d. c.* 21 *n.* 78. *cum seqq.* Giouagn. *cons.* 28. *n.* 1. *lib.* 2. Pute. *decis.* 107. *lib.* 1. Rota apud Tambur. *in fine tom.* 3. *de iure Abbatum decis.* 99. *num.* 8. hinc inferentes quòd decima vnius speciei præscripta, non censetur præscriptum ius percipiendi decimas aliarum specierum. Sic aliàs præscribenti decimas in vna villa, seu Parochia, in qua sunt prædia diuersa, & habentia diuersos terminos, si aliqua penitùs inculta de nouo redigantur ad culturam, decima inde prouenient soluenda non ei, sed illi, ad quem de Iure communi decimæ eiusdem villæ spectant, vt tradunt Rebuff. *d. quæst.* 14. *n.* 9. Gutier. *d. c.* 21. *num.* 80. quod quidem temperandum est procedere respectu ipsius agri, non verò supposito illo respectu fructuum eiusdem: nam, si ager, ex quo syluæ cædutæ, fœni, aut herbæ redditus percipiebantur, & ex his decima, vel alia portio præscribenti soluebatur, de nouo fuerit proscissus, & ad culturam redactus, ex eodem agro decima erit persoluenda ex frumento, vel alio quocumque fructu, prout benè aduertit Gutier. *d. c.* 21. *num.* 92. & Monet. *d. c.* 4. *n.* 89. Parum enim refert fructus ipsius agri esse mutatos, cùm præscriptio realis debeat censeri, id est, concernens terram, non speciem fructuum perceptorum, vt obseruat idem Gutier *d. loco, n.* 94. 103. & 107. alioquin esset in potestate soluentis priuare aliquem decimis, contra tex. *in c. cum*

60 *in tua, de decim.* Sic fanè, si quis præscripserit decimas tritici in aliena Parochia seminato millio, vtique non priuabitur decimis illorum, quæ de nouo ibi feruntur, secundùm Anch. *in d. c. cum contingat. in fine* communis ex Cou. *pract. c.* 38. *num.* 5. *in princ.* Rebuff. *d. tract. q.* 14. *n.* 19. & *q.* 6. *n.* 35. Gutier.

61 *d. loco.* Sic similiter, qui præscripsit decimas in vna parte fundi, maximè per limites, & clausuram designati, ita vt vnus dicatur, si postea in altera parte fiat noualis, decima præscribenti soluenda est, vt per Rebuff. *d. quæst.* 14. *num.* 20. Abb. *cons.* 71. *vol.* 2. Gutier. *d. cap.* 21. *n.* 101. Monet. *d. tract. cap.* 4. *num.* 84.

Sed ad maiorem dictorum declarationem distinguendum est inter casum, quo Parochus percipiebat decimas ex antiquis fructibus iure vniuersali & reali concernente ipsam terram seu prædia, & tunc ratione causæ vniuersalis, & ob vnitatem prædij eidem Parocho decima deberetur ex terra etiam nouiter culta, & ex fructibus post culturam nascentibus, qui in locum antiquorum fructuum subrogantur, & comprehenduntur sub iure vniuersali, & generico decimandi: ita procedit text. *in cap. cum in tua,* & notant *ibi* Doctores, & signanter Butr. *numero* 2. & 5. Anan. *n.* 3. *de decim.* Abb. *cons.* 71. *num.* 2. *vers. secundò princidaliter lib.* 2. Cou. *var. lib.* 1. *c.* 17. *num.* 13. Decian. *cons.* 22. *n.* 33 & 34. *l.* 1. Rimin. iun. *cons* 679. *n.* 99 Gutier. *d. c.* 21 *n.* 94. 96. 114. *cum seqq. lib.* 2. Giouagn. *cons.* 28. *n.* 5. & *seq. lib.* 1. quia mutatio fructuum, seu plantationis non mutat, aut minuit obligationem soluendi decimam, de nouis fructibus, sicuti prius soluebatur de aliis, Butr. *n.* 2. &, *in d. c. cum in tua,* Rebuff. *d. q.* 14 *n.* 23. Card. Mantic. *dec.* 341 *n.* 1. Modern. Bonon. *var. resol. lib.* 2. *c.* 95. *n.* 16. Et inter casum, quo Parochus percipit decimas ex iure particulari solum quoad certam speciem fructuum, & tunc secus est, quia prædium non dicitur effectum decimale, sed omne ius decimantis restringitur ad illos fructus particularis speciei duntaxat; & iis cessantibus, cessat eius decimatio, nec vlterius transitur, aut extenditur, *c. cum contingat,* & *ibi* Butr. *n.* 4. *vers. quandoque dispositio stricta il* 2. quia sic concordat *textum in c. ex parte,* & *in c. cum in tua,* cum dispositione dictæ decretalis *in c. cum contingat,* & sequitur Anan. *n.* 7. *in fine, de decim,* & *in c. tua, eod. tit.* quem textum non fuisse promulgatum ad aliud quàm ad hoc decidendum, tradit Cassan. *cons.* 14. *n.* 17. Abb. *in d. c. cum contingat n.* 9. Rebuff *cons.* 133. *n.* 8. & *decim q.* 6. *n.* 35. *in fine.*

Sed dubitari potest, quid dicendum, quando quis præscripsit decimas personales Parochianorum habitantium in aliquo loco, & aliquis de nouo ad illum locum venerit? Respondendum videtur quòd præscribens ab illo decimas habebit: ita in specie Gutier. *d. c.* 21. *num.* 112. eò quòd talis præscriptio respectu habentium in illo loco realis est, & præscriptio causata à iure reali extenditur ad omnes illos, aduersùs quos præscriptum non fuit: siquidem tunc non dicitur præscriptio in vna persona ad aliam extendi, sed iam facta respectu generis comprehendit speciem, quæ offertur, quamuis aduersùs illam specificè præscriptum non sit, ex doctrina Bart. *in l. miles ita* §. 2. *ff. de milit. testam.* Accedit, quòd semota aliqua persona ex illa Parochia, & in aliam se transferente, præscriptio manens in genere habitantium, illam personam non sequitur, eò quòd adhuc in eodem genere verificatur: vnde similiter de nouo veniente præscriptio in eodem genere habitantium manebit, ac subinde talis veluti pars illius generis in eodè contenta decimam personalem soluere tenetur. 62 63

§. III.

A quibus personis decima sint persoluendæ

SVMMARIVM.

1 *Parochiani omnes fideles, nisi exempti proponantur, ad solutionem decimarum sunt obligati.*

2 *Re*

2 *Reges, Principes, ac etiam ipsi pauperes, tenentur ad decimarum solutionem.*

3 *Iudaei, & alij infideles non teneatur ad solutionem decimarum personalium.*

4 *Decimas praediales soluere cogendi sunt Iudei, & infideles, respectu possessionum, quae sunt in prouinciis Christianorum; non verò respectu illarum, quas infideles in suis prouinciis habent, vt num. 5.*

6 *Clerici in quantum sunt fideles, non habito respectu ad clericatum, tenentur soluere decimas Parocho illius Ecclesiae, in cuius territorio commorantur.*

7 *Clerici ex illis bonis, in quibus tanquam tales considerantur, non sunt debitores decimarum.*

8 *Clerici non tenentur ad solutionem decimarum ex fructibus suorum beneficiorum.*

9 *Parocho non sunt soluenda decimae ex praediis eiusdem Ecclesiae, quorum fructibus ipsi Clerici clericali iure viuunt.*

10 *Clerici tenentur soluere decimas ex fructibus praediorum saecularium, quae saeculari iure, puta haereditario, emptionis, vel alio quouis titulo compararunt.*

11 *Clerici ex lucris, ac redditibus suis temporali titulo acquisitis per se, & personali debito obligantur ad decimas praestandas Sacerdoti parochiali, à quo Sacramenta percipere debent.*

12 *Priuilegio Romani Pont. potest dari exemptio à solutione decimarum, dummodo ministris congrua, & sufficiens sustentatio remaneat.*

13 *Priuilegium Papa potest aliquos, siue in parte siue in totum, eximere à solutione decimarum, manente sufficiente Parochi sustentatione.*

14 *Priuilegium, quo quis, siue in parte, siue in totum, a solutione decimarum simpliciter eximitur, non extenditur ad noualia, quae ex post facto orta fuerint.*

15 *Priuilegium de percipiendis decimis simpliciter concessum ad noualia non extenditur.*

16 Cap ex parte il 3. de decim. *declaratur.*

17 *Religiosi omnes sunt exempti priuilegio in Iure scripto, a solutione decimarum, de noualibus tantum, quae propriis manibus, seu sumptibus excolunt.*

18 *Cistercienses, Templarij, & Hospitalarij priuilegio in Iure scripto non tenentur soluere decimas praediorum suorum, quae propriis manibus, aut sumptibus excolunt.*

19 *Priuilegia Cisterciensibus, Templariis, & Hospitalariis concessa circa decimas non soluendas, non suffragantur respectu portionis colonorum, neque respectu arrendatariorum, atque respectu praediorum locatorum ad pecuniam.*

20 Cap. ex parte il 1. de decimis *reuocatum est* per tex. in cap. nuper. 34. eodem tit. *non verò quoad partem, vbi agitur de animalibus, vt num. 47.*

Obtinent exemptionem à solutione decimarum praediorum suorum, quae propriis manibus, & sumtipbus excolunt,

21 *Monachi Caelestini, & Cluniacenses,*

22 *Monachi Congr. Cassinea.*

23 *Monachi Congreg. S. Benedicti Vallisoletani.*

24 *Monachi Eremi Camaldulen.*

25 *Monachi B. M. Montis Virg.*

26 *Syluestrini,*

27 *Fratres B. M. de Mercede.*

28 *Fratres S. Antonij Viennen.*

29 *Cruciferi,*

30 *Fratres Praedicatores,*

31 *Fratres Conuentuales S. Franc.*

32 *Canonici Regulares S. Saluatoris,*

33 *Monachi S. Basilij,*

34 *Minimi S. Francisci de Paula,*

35 *Carthusiani,*

36 *Moniales S. Clarae.*

37 Cap. nuper. 34. de decim, *est necessaria derogatio expressa in priuilegiis eximentibus à decimarum solutione.*

38 *Exemptio à decimis non suffragatur, nisi in specie derogetur* c. nuper 34. de decim.

39 *Priuilegium habentes non soluendi decimas de agris, quos propriis manibus, vel sumptibus colunt, debent soluere decimas de agris, quos aliis colendos tradunt.*

40 *Priuilegia exemptionis à solutione decimarum sunt personalia, non autem realia, & ideò non transeunt ad colonos, arrendatarios, seu emptores praediorum.*

41 *Papa communicando priuilegia alicuius Religionis, in quibus adest expressa exemptio à solutione decimarum, alteri Religioni, non censetur etiam communicasse exemptionem à solutione decimarum, nisi de hac exemptione fiat specialis mentio.*

42 *Parochus manutenendus est in possessione exigendi decimas ratione praediorum acquisitorum per Regulares, donec doceant de sufficienti priuilegio.*

43 *Praedia decimarum solutioni obnoxia ad Regularium Monasteria transeunt cum suo onere, ac proinde Regulares tenentur illas soluere parochialium Ecclesiarum Rectoribus, quemadmodum tenebantur laici priusquam bona ipsa in Monasterij proprietatem transiuissent.*

44 *Priuilegia eximentia à solutione decimarum amittuntur, si incipiant esse enormiter laesiua Ecclesiae parochiali.*

45 *Priuilegium quando dicatur enormiter laedere, spectat ad declarationem Papae.*

46 *Religiosi omnes priuilegio in iure scripto eximuntur à solutione decimarum de nutrimentis animalium, quae ipsi nutriunt.*

48 *Leprosi in communi viuentes de horreis suis, quae sunt in circuitu domus, & nutrimentis animalium suorum, decimas soluere non coguntur*

49 *Episcopus non potest alicui concedere immunitatem à solutione decimarum per viã priuilegij.*

50 *Episcopus non potest contra Concilium dispensare.*

51 *Episcopus poterit interponere decretum, & consensum in compositione super solutione decimarum.*

52 *Episcopus poterit decimas, quas nunquam possedit, post earum recuperationem, vel illas ad opus suum retinere, vel secundùm discretionem à Deo sibi datam, alteri Ecclesiae concedere.*

53 *Decimas, quas aliquando possedit Episcopus, si reuertantur ad mensam episcopalem, non potest ipse transferre in personam, quae nunquam moritur.*

54 *Decimas aliis Ecclesiis concedere poterit Episcopus cum aliqua causa.*

55 *Episcopus non potest ius percipiendi decimas laicis concedere.*

56 *Decimarum in concessione laicis facienda, est adeò necessaria auctoritas Sedis Apost. vt non sufficiat immemorabilis absque fama priuilegij.*

57 *Beneplacitum Apost. quando est reseruatum in concessione iuris decimandi facta laicis, non præsumitur ex lapsu triginta annorum, & vltra.*

58 *Episcopus ex quibus causis possit, laicis decimas concedere, ostenditur.*

59 *Prælati inferiores poterant ante Concil. Lateranense decimas titulo feudi, vel alio temporali laicis concedere, sed ex eo fuit illis hoc prohibitum, sed verius, vt n 61.*

60 *Decima si laicis concessa reperiantur, & nesciatur, an post, vel ante Concilium Lateranen. fuerint concessa, post Concilium concessa censentur.*

61 Cap. 1. §. sanè de decim. lib. 6. *declaratur.*

63 *Laici an, & quando decimas, quas obtinent, in alios transferre possint? ostenditur.*

64 *Consuetudo habet vim, & efficaciam ad eximendos Parochianos à solutione decimarum, si adhuc remaneat Parocho congrua sustentatio.*

65 *Consuetudo valet, vt ex certis fructibus nulla decima, vel aliqua illius portio persolnatur.*

66 *Consuetudo valet, vt ex certis fructibus, puta fæno, oleo, decima non soluatur.*

67 *Consuetudo valet, quòd ex eodem prædio vna Ecclesia decimas maiores percipiat, & alia minores.*

68 *Consuetudine potest introduci, vt decima vni Ecclesiæ alias debita, alteri adscribantur, & soluantur.*

69 *Consuetudo non soluendi integras decimas debet ad effectum excludendi Parochum à decima de iure debita, probari cum requisitis immemorabilis, seu legitimæ præscriptionis.*

70 *Consuetudo operari potest circa omnes decimas personales in pluribus prouinciis.*

71 *Consuetudo in soluendis decimis est consideranda.*

72 *Consuetudo in solutione decimarum quæ sit attendenda, locine vicinioris, an loci, vbi prædia existunt, vel vbi fit solutio decimarum, an diœcesis? ostenditur.*

73 *Consuetudo specialis præferenda est generali.*

74 *Consuetudo illa potius est attendenda, quæ fauet parochiali, quàm quæ fauet prædiali Ecclesiæ.*

1 OMNES fideles Parochiani, nisi exempti proponantur, ad solutionem decimarum sunt obligati: cum enim omnes recipientes spiritualia teneantur soluere decimas, vt *in princ. huius cap.* ostendimus, & omnes fideles Parochiani à suis Parochis recipiant Ecclesiastica Sacramenta; de ratione enim Parochianorum est, vt tanquàm Parocho subditi, prædicta Sacramenta ab alio non suscipiant; qui ob id proprius Sacerdos appellatur, Sot *in 4. d.* 18, *q.* 4. *à.* 1. Nau. *in c. placuit, n.* 124 *de pæn. dist.* 6. rectè fit, vt omnes fideles Parochiani, nisi exempti esse dicantur, ad
2 decimarum solutionem sint obligati, *cap ex transmissa* 23. *& cap. a nobis* 24. ibi, *quilibet, de decim.* Rebuff. *de decim. q.* 5. *à princip.* Hieronym. Carat. *de Iurib. parochial. tit.* 5. *c.* 9. Azor. *institutionum moralium part.* 2. *lib* 7. *cap.* 24. *quæst.* 1. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 19. *n.* 27. Suar. *de Relig. tom.* 1. *lib.* 1. *de diuino cultu, cap.* 16. *num* 1. Less *de iust tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 39. *dub.* 5 *num.* 22. Fagund *in quinque Ecclesiæ præcepta, præc.* 5. *lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 1. Machado *en su perfe tò Confessor. tom* 1. *lib.* 1. *p.* 4. *tract.* 10 *docum.* 2, *n.* 1. Monet. *de decim cap.* 5. *à princip.* vbi *num.* 16 ait, quòd Reges, & Principes tenentur ad decimarum solutionem, & *num.* 28. quod & ipsi pauperes, etiam obligantur ad decimas soluendas, sicut & alij, qui pauperes non sunt, Carrasc. *d. c.* 6. §. 1. Suar *d. cap.* 16. *num.* 15. Solorzan. *de Indiarum gubern. lib.* 1. *c.* 21. *n.* 15. & 16. vbi tamen *n.* 54, post Valenz Piscat. *ad l. omnes pensitare n.* 7. *ad fin. C. de annon. & trib. lib.* 10. & Ceuall. *commun. q.* 1 29. *n.* 22. & 23 contrarium videtur tenere.

Vnde infertur primò Iudæos, & alios infideles non teneri ad solutionem decimarum. Diximus supra omnes fideles Parochianos obligari ad decimas persoluendas: atqui infideles, neque fideles sunt, neque Parochiani, iuxta illud Pauli 1. *ad Cor* 5. *De his, qui foris sunt, nihil ad nos*, habetur *in c. gaudemus, de diuort.* Igitur, &c. Probat corollar. tex. à speciali *in cap. ex transmissa* 23. *de decim.* tradunt glos. *verb persoluendas, in cap. de terris illo tit.* Lambert. *de iure patron. lib.* 1. *part.* 1. *quæst.* 7. *art.* 3. *num.* 3. Carol. Tapia *in rub. de constit. Princip. c.* 1. *n.* 55. quorum resolutio vera est in decimis personalibus, cùm illarum nullo modo infidelis debitor sit, vt tenent glos. *verb. persoluendas*, ibi, *vnde personales decimas non persoluunt, in d. cap. de terris*, vbi Butr. *sub num.* 2. *vers. vel oppono*, Sot. *de iustit. lib.* 6. *quæst.* 4. *art.* 4. Suar. *d. lib.* 1. *cap.* 16. *n.* 4. *vers in qua distinctio.* Azor. *institit mor. part.* 1. *lib.* 7. *c.* 24. *quæs.* 3. Monet. *d. cap* 5. *n.* 38. Ricciul. *de iure personarum extra gremium Ecclesi. existent. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 1. Fagundez *d. præc.* 5. *lib.* 2. *cap.* 1. *ex n.* 4. Carat. *d. tit* 5. *c.* 9. *vers. infideles* nouissimè Trullench. *in Decalog. lib* 3. *cap.* 3. *dub.* 10. *n.* 1. Machado *d. tract.* 10. *docum.* 2. *num.* 2. D. Solorzan. *de Indiar. guberna. lib.* 1. *cap.* 21. *num.* 8. Probatur ratione: etenim, cùm decimæ in sustentationem Clericorum ministrantium, & ratione Sacramentorum à subditis ipsius Ecclesiæ dari iubeantur, ita vt si prædicta non administrarentur, nulla ratione exigi deberent, iuxta illud Pauli 1. *ad Corint* 9. ibi, *Si nos vobis*, &c. & infideles non sunt subditi Ecclesiæ, nec in gremio illius existere dicantur; insuper Sacerdotes quidpiam spirituale illis non ministrent; rectè fit, vt eisdem Sacerdotibus nullum ius competat aduersùs illos, nec illi decimarum debitores esse dicantur. Quamuis contrarium in his decimis personalibus tenuerint glos. *in c. quanto, sub figuratione casus, in fine, de vsur. & cap. decima* 16. *quæst.* 1. quam sequitur Anchar. *in dicto c de terris sub n.* 1. & *ibi* Abb. *n.* 6. Rebuff. *d. tract. q.* 5. *num.* 11. Syluest *in sum verb. decima n.* 13. *q.* 7. Leth. *de Iustit l.* 2. *c.* 39. *dub.* 5. *n.* 21. Beiseus *verb decima n.* 5. Pro quibus facere videtur, quòd infideles sub potestate, & dominio Dei existunt, ac proinde cùm in eiusdem dominij vniuersalis signum decimæ sint reseruatæ, necessariò videtur dicendum infideles ad illarum solutionem esse obligatos, siquidem in illis reperitur ea ratio, propter quam decimæ institutæ sunt. Sed facilè respondetur reseruationem illam non fuisse factam in vniuerso Orbe, sed solùm in terra Chananæorum à Deo, populo Israelitico donata, ac proinde prædicta reseruatio non respexit illos, qui in aliis regionibus habitant: & eò maximè, quia illa sustentationis moderatio Leuitis congruebat; propterea

per

per præceptum indictum illi populo, vt solueret eis decimam partem fructuum, alij non comprehendebantur: quod similiter Ecclesia pro suis Sacerdotibus ad instar illius præcepti imperauit suis subditis, quo præcepto illos, qui illius fidem nunquam amplexi sunt, nequaquam comprebendit, vt eleganter Sot. *lib. 9. de instit. quæst 4. art. 4. col. 4. in fine.* Vnde necessariò dicendum est infideles ad tales decimas persoluendas nullo modo obligari: quod quidem aliquatenus temperandum videbatur, vt procedat respectu ipsarum decimarum, non respectu satisfactionis illius interesse, quod Ecclesia parochialis est perceptura ab alio Christiano, qui poterat in eadem Parochia habitare: tale enim Ecclesia petere poterat, ne aliàs defraudetur: & ita in specie tradit glos. *verb. prætextu, in d. cap. tua nobis.* Abb. *in d. cap. de terris num. 6.* Sot. *d. art. 4. col. 3. ad fin.* licèt prætextus ille, quòd Ecclesia defraudetur, non mihi solidus videatur: quia decima personalis debetur intuitu laborum *d. c. decima 16. quæst. 1. d. cap. ad Apostolicæ, & cap. ex transmissa, de decim.* ergo hac ratione posset Ecclesia parochialis interesse prætendere à quocunque nobili fideli non laborante, vel industriam non exercente, propterea quòd si nobiles ibi non habitarent, possent in illis domibus habitare artifices, vel alij industriosi homines, ex quibus posset Parochialis decimam recipere, vt benè obseruat Ricciul *d. c. 9. n. 4.*

4 Ad decimas verò prædiales persoluendas cogendi sunt Iudæi, & infideles, respectu tamen possessionum, quas ipsi in terris Christianorum titulo emptionis, vel alio compararunt, prout colligitur ex text. *in d. c. de terris* ibi, *vel possessiones penitus renunciandas*, & ibi, *compellas*, quæ verba non verificantur, nisi respectu possessionum, quæ sũt in prouinciis Christianorum, & meliùs ex *c. quanto, pe n. de vsuris,* ibi, *quas à Christianis,* &c. Xuar. *alleg. 28. n. 4. & 5.* Azor *d. lib. 7 c. 14. q. 1.* Vasq. *in opusc. de benefic. cap. 1. §. vnic. dub. 9.* Monet. *dicto c. 5. a n. 36.* vbi extendunt ad Paganos, Turcas, & Hæreticos. Probatur ratione: etenim, cùm decimæ prædiales ab eisdem prædiis, ad illas obligatis ita debeantur, vt respectu illorum onera realia censeantur, & infideles teneantur ad omnia onera realia respectu possessionum, quas in prouinciis Christianorum possident, arg. tex. *in d. l. Imperatores ff. de publican & vectig.* rectè fit, vt prædicti infideles, respectu talium decimarum, attento Iure, debitores esse censeantur, prout Syluest. tradit *verb. decimas num. 13.* Accedit, quia Ecclesia non debet fraudari à suo iure quæsito in prædio propter infidelitatem acquirentis, à quo iure necessariò fraudatur, si decimæ prædiales in hoc casu ab infidelibus non soluantur, prout considerat tex. *in d. cap. de terris, vers. ne fortè, & in d. cap. quanto, in fine.* Vtrùm autem ista decimarum solutio fiat ab infidelibus, vti de decima formali, an verò tãquam de onere annexo? Old. *cons. 91.* Mantu. *cons. 188. col. 2.* & Abb. *in d. c. de terris sub num. 5.* videntur tenere, quòd fiat tanquam de decima vera, & formali, ex eo, quòd decimarum realium solutio est de Iure diuino, *d. c. tua nobis, de decim.* ac proinde ad eam obligantur etiam infideles, quia & ipsi tenentur recognoscere Deum, vt supremum Dominum. Sed contrarium, quòd, scilicet, solutio fiat, vti de onere, per tex. *in d. c. quanto. §. fin. de vsur.* innuere videtur glos. *in d. c. de terris*, dum rationem assignat, quòd ad eum spectat fructuum onus, ad quem spectat fructuum perceptio: sequitur Suar. *d. lib. 1. cap. 16. ex num. 6.* vsque *ad num 13.* vbi *n. 8. & 11.* Ad fundamentum contrariæ sententiæ respondet præceptum de decimis realibus persoluendis esse quidem de Iure positiuo, quod non fuit datum omnibus hominibus sed populo Israëlitico, & consequenter hodie non extendi nisi ad fideles.

At verò respectu possessionum, quas infideles in 5
suis prouinciis habent, non tenentur ad decimas prædiales persoluendas, eò quòd cessat in prædiis ius acquisitum per Ecclesiam, & in ipsis infidelibus cessat ratio, propter quam debitum decimarum constituitur. Non obstat quòd sicut Ecclesia parata est infidelibus Baptismum, & deinde alia Sacramenta ministrare; ita quoque videtur illos teneri in Christianismum nomina sua, dare, & sacramenta suscipere; & ideò cùm ratione sacramentorum decimæ debeantur, vt *in princ huius cap.* diximus, vtique dicendum videbatur voluntatem infidelium non esse Ecclesiæ imputandam, & sic non debere defraudari à suis decimis, quæ eidem Ecclesiæ debitæ sunt. Satisfit enim dicendo cum Sot. *d art. 2. col. 4 in princip.* quòd licet omnes mortales ad fidem suscipiendam teneantur; donec tamen illam profiteantur, nequaquam nostris legibus obligantur, neque nostris Prælatis obedire tenentur, quando præceptum directè in illos dirigitur, iuxta illud Pauli *1. ad Corinth. 5. De his, qui foris sunt*, &c. ac subinde cùm cesset obligatio legis, cessat quoque obligatio persoluendi decimas, quantuncunque ex parte Ecclesiæ non deficiat voluntas administrandi illis Ecclesiastica sacramenta. Quòd si possessiones iam aliquando in potestatem Christianorum peruenerunt tunc non solùm decimæ ex illis persoluendæ sunt, & infideles illarum sunt debitores in futurum; verùm etiam tempore præterito considerato ratio habetur præteritarum decimarum, si prædictæ possessiones iterum ad gremium Ecclesiæ reducantur: nam, cùm talia prædia non ita transeant in infideles, quin penes illos dominia, & obligationes retineantur, ita vt recuperata attenta rei veritate, vel saltem iure postliminij apud Chistianos semper existere censeantur, vt probat opt. text. *in cap. prima actione 16. q. 3.* facit tex. *in l. si captiuus 20. vers. verum ff. de captiuis,* resoluit D. Barbos. *in l. diuortio §. interdum, num. 7. ff. solutò matrim* rectè fit, vt respectu illorum propter ius Ecclesiæ quæsitum prædicti infideles debitores decimarum etiam præteritarum censeantur: aduertit in specie Abb. *in d. cap. de terris num. 5. in fine,* dicens debere Ecclesiam, cui debentur, cum illis misericorditer agere.

Infertur secundo, Clericos, in quantum sunt fi- 6
deles, non habito respectu ad clericatum, teneri soluere decimas Parocho illius Ecclesiæ, in cuius territorio commorantur. Diximus suprà, omnes fideles Parochianos, nisi exempti proponantur, ad decimas soluendas obligari: atqui Clerici habitantes in territorio alicuius Ecclesiæ, fideles Parochiani sunt; nec enim, ex eo quod sunt Clerici, deobligantur à subiectione Parochiæ suę iuxta resoluta per Doctores *in c. omnis vtriusque sexus, de pænit. & remiss.* Igitur, &c. Probant corol. tex. *in cap. 2. vers. illi vero, & in cap commissum 4. de decim.* tradunt S. Thom, *2. 2. quæst. 87. art. 4.* Sot. *lib. 9. de instit. quæst. 4 art. 4* Cou. qui alios refert, *var. lib. 1. cap. 17. n. 8. vers. 1.* Less. *de instit. lib. 2. c. 39. dub. 5. n. 21.* Gutier. *lib. 2. can. quæst. c. 21. n. 26.* Fagundez *d. præc. 5. lib. 2. cap. 2. n. 1.* Trullench. *d. c. 3. dub. 10. num. 2.* Villalob. *in sum. part. 2. tract. 33. diffic. 4.* Castr. Palao *tom. 2. tr. 10. disput. vnic puncto 11. n. 3. & 4.* Clerici vero, vt tales considerati, non sunt debitores decimarum

ex illis bonis, in quibus tanquam tales considerantur: siquidem sic considerati non sunt Parochiani, de ratione enim Clerici est, vt aliis spiritualia ministret; ac proinde cùm decimæ ratione administrationis spiritualium debeantur à Parochianis, quibus illa facta est, vtique Clerici, quibus, in quantum tales, prædicta administratio non fit, & propterea non dicuntur Parochiani, ad decimarum solutionem non tenebuntur.

8 Ex his iam primò colligitur Clericos non teneri ad solutionem decimarum ex fructibus suorum beneficiorum. Patet, si expendamus respectu illorum fructuum, non Parochianos, sed Clericos ministrantes spiritualia considerari: vnde nil mirum, si ex illis soluere decimas non teneantur: ita in specie probat tex. *in d. c.* 2. *in princip.* qui necessariò sic intelligendus est, eò, quòd Pontifex ibi adduxit exemplum Leuitarum, quos constat nihil aliud possedisse, quàm decimas, quas loco beneficiorum obtinebant, vt habetur *Iosue cap.* 25. *in fin. & Num. cap.* 18. ac proinde vt similitudo rectè procedat, tex. ille in princ. necessariò intelligendus est de beneficiis Clericorum prout in illis resoluunt S. Thom. & Sot. *vbi supra*, vel interpretandus, vt probet Clericum non debere decimam soluere Clericis ex illis decimis, quas ipse percepit, sicut aiunt Rebuff. *q.* 1. *n.* 6. Monet. *d. c.* 5 *q.* 1. *num.* 8. & Azor. *d. cap.* 24. *quæst.* 5. Quicquid aliter, atque aliter intelligere nitantur Perez *l.* 1 *prope fin. vers. est & aliud tit.* 3. *lib.* 1. *Ordin. pag.* 67 Suar. *d. tract.* 2. *de decim. lib.* 1. *cap.* 17. *num.* 23. Franc. Leo *in thesauro fori eccles. p.* 2. *c.* 12. *de decimis, a n.* 52 Bellet. *disquisit. cleric part.* 1. *tit. de Clerico debitore*, §. 12. *a num.* 35. Valer. Reg. *in praxi fori pœnit. lib.* 19. *n.* 88. Vasq. *in opusc de benef. cap.* 1. *q. vnica, dub.* 8. Marc. Anton. Genuens. *in pract.*

9 *ecclesiast. qu st.* 628. Paul. Layman. *in Theologia moralis lib* 4. *tract.* 6. *cap.* 3. *num.* 4. Less. *de iustit. lib.* 2. *c.* 39. *dub.* 5. *num.* 23. vbi intelligit de Clericis eiusdem Ecclesiæ. Machado *d tract.* 10. *docum.* 2. *num.* 5. Sic sanè decimæ non sunt soluendæ Parocho ex prædiis eiusdem Ecclesiæ, ex quorum fructibus ipsi Clerici clericali iure viuunt, prout in specie resoluunt Doctores *supra citati*, si modo prædicta prædia etiam dotalia Ecclesiæ fuerint intra limites eiusdem, aliàs secùs, vt tradunt gloss. *verb. nullo, in c.* 1. *de censib* Abb. *num.* 6. *in d. cap.* 2. *& in cap nuper. notab.* 1. *de decim.* Rebuff. *d. q* 5 *num* 20. Cou. *d. lib.* 1. *cap.* 17. *num.* 8. *vers. secundo* Azor. *d. quæst.* 5. Valer. Reginald. *d. num.* 88 Gutierr. *d cap.* 11. *n.* 54 Bellet. *d.* §. 11. *num.* 36. Quicquid indistinctè contrarium sentiant *gloss.* 2. *in d. cap.* 2. ibi, *hoc intellige de dote Ecclesiæ, de qua Clerici non debent dare decimas.* S. Thom. *d. art.* 4. Balb. *de prescript part.* 5. *princip quæst.* 7. Vtrùm ex fructibus personalibus, quos ipsi Clerici ex officio clericali accipiunt, soluere teneantur decimas personales? Dicendum est, quòd similiter non tenentur, ex supradicta ratione: & ita fatentur, Cou. *d. cap.* 17. *num.* 8. *vers.* 1. Monet *d. c.* 5. *num.* 4.

10 Colligitur secundò Clericos teneri soluere decimas ex fructibus prædiorum sæcularium. quæ sæculari iure, putà hæreditario, emptionis, vel alio quouis titulo compararunt. Patet, si expendamus respectu huiusmodi prædiorum magis Parochianos, quàm Clericos considerari, ac proinde nil mirum, si decimas soluere teneantur. Ita in specie probat text. *in d. cap.* 2. *vers. illi profectò*, sic necessariò intelligendus, tradunt Sot. *d. q.* 4. *art.* 4. Cou. *d. cap.* 17. *num.* 8. *vers. primum hinc constat*, Azor. *d. q.* 5. Monet. *d. cap.* 5. *num.* 3. latè Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori eccles. decis.* 605. *in* 1. *edit. aliàs resol.* 419. *in* 2. *edit.* vbi probat Clericum teneri soluere decimam de eo quod percepit ex patrimonio, ad cuius titulum fuit ordinatus, refert me citato Trullench *d. dub.* 10. *num.* 2 Machado *d. docum.* 2. *num.* 6. Cardos. *in praxi Iudic. verb. decima num.* 8. Vasq. *in opuscul de benefic. cap.* 1 §. *vnic. dub* 8 Suar. *d. tom.* 1. *de Relig. lib.* 1. *cap.* 17 *num.* 13. vbi quòd etiam Episcopi ad decimas prædiales sæculari titulo possessas tenentur, & *num.* 16. Marc. Anton. Genuens. *in practit. ab. eccles. quæst.* 628. *num.* 1. dum ait quòd omnes clerici, qui diuina ab aliis accipiunt, tenentur de patrimonialibus soluere decimas prædiales, Castr. Palao *in opere morali tom.* 2. *tract.* 10. *disputat vnica, punct.* 11. *num.* 3. & 4. Villalob *in sum. p.* 2. *tr.* 33 *diffic.* 4 Fagundez *in quinque Ecclesiæ præcepta prax.* 5 *lib.* 2. *c.* 7. *num.* 2 *cum seqq.* Trullench *d. lib.* 1. *cap* 3. *dub.* 10. *num.* 3. Quod ampliandum est primò, siue prædicta prædia sint in aliena, siue in propria Parochia: vtroque enim casu procedit ratio, de qua suprà. Ampliandum est quoque, siue Clerici sint Rectores earundem Ecclesiarum, vt aduertunt S. Thom. & Cou. *locis proximè citatis*, siue Episcopali, seu quacumque alia dignitate præfulgeant, iuxta tex, per locum à speciali *in cap. quæsiti* 16. *quæst.* 1. Gutierr. *d. cap.* 11. *num.* 2. Nec refragatur dicere, quòd Prælati exempti non subsunt Parocho, arg. text. vbi gloss. & Doctor. *in cap. vlt. de pœnit. & remiss.* Siquidem respondetur, illos Prælatos non subesse Parocho per accidens, quia, scilicet, alteri subiiciuntur nempe, Romano Pont. vel Prælato superiori; sed nihilominus attenta rei natura Parochianos esse sicut sunt alij fideles, arg. tex *in d. c. omnis vtriusque sexus*, & inde est, quòd illorum familia remanet subiecta ipsis Parochis, vt aduertit Sot. *in* 4. *dist.* 18. *quæst.* 4. *art.* 2. *col.* 8. facit tex. *in d. cap quæsiti.*

Colligitur tertiò Clericos ex lucris, ac redditibus suis temporali titulo acquisitis per se, & personali debito obligari ad decimas præstandas Sacerdoti parochiali, à quo sacramenta percipere debent, vt per Couar *d. c.* 17. *num* 8. *vers. primum, hinc constat.* Suar. *d. l.* 1. *c.* 17. *num.* 21. Rebuff. *d. q.* 5. *n.* 9. Fagund. *d. prec.* 5. *lib.* 1. *cap.* 2. *n.* 2. Monet *d. cap.* 5. *n.* 4. Paul. Layman. *in Theo og. moral. lib.* 4. *tract.* 6. *cap.* 3. *num.* 2. vbi aduertit, quòd licet hæc resolutio hodie nullum vsum habeat in decimis merè personalibus quippe quas nec laici, multò minùs Clerici pendere solent, locum tamen habet in terris noualibus quas si excolat Clericus, cùm antè nullum, aut modicum fructum afferrent, ad decimas Parocho suo ex illis soluendas obligari incipit, non per accidens ratione rei, siue terræ, sed per se, & ratione propriæ personæ. 11

Verùm pro clariori intelligentia eorum, quæ Doctores passim inculcant in ea quæstione decidenda: *An ex bonis Ecclesiasticis, & prædiis titulo spirituali effectis pro dote Capellaniarum, & aliorum beneficiorum deputatis, & assignatis, teneantur ipsi beneficiarij decimas soluere?* aliqui sunt distinguendi casus.

Primus est, quando ipsa prædia sunt sæcularia, & sæculari titulo, veluti emptionis, hæreditatis, vel alio simili possidentur à Clericis etiam curam animarum habentibus, tam in propria, quàm in aliena Parochia, & tunc nullus dubitat ea decimarum solutioni obnoxia esse: quia prædia per se illi oneri sunt subiecta, res autem cum suo onere transit, & per accidens est quod nunc à laico, nunc à Clerico possideantur: tum quia cum illa prædia possideantur

ſideantur titulo ſæculari, ſunt affecta onere decimarum, ac ſi eſſent ſæcularia, & reſoluunt, Doctores ſuprà citati *num.* 10.

Secundus eſt quando prædia ſunt dotalia Eccleſiæ Parochialis, ad Parochi ſuſtentationem in fundatione applicata, tunc enim decimarum ſolutioni obnoxia non eſſe per text. *in cap. nouum genus 2. de decim.* reſoluunt gloſſ. *ibi, verb. a Clericis*, Rebuff. *d. quæſt. 5. num. 6. in princip*, Suar. *d. cap. 17. num. 16. in fine*, Cardoſ. *d. verb. decima, num.* 8. Marc. Anton. Genuenſ. *d. quæſt.* 628 *num. 4. in med.* Fagundez *d. cap. 7. num. 9.* Trullench. *d. dub. 10. num. 4. poſt med.* Filliuc. *in ſum. tom. 2. tract. 27. cap. 8. quæſt. 3. n. 165. & 168.* Bonacin. *de præceptis Eccleſiaſt. diſp. vlti. quæſt. 5. punct. 2. propoſ 2. n. 8.* Paul Laymam *in ſum. quæſt. moral. lib. 4. tract. 6. cap. 3. num. 3.* Ratio eſt, quia cùm ad ipſos pertineat miniſtrare ſacramenta, & conſequenter recipere decimas, à quibus ipſi miniſtrant, non obligantur aliis ſoluere, quia non eſt præter ſe qui eas de iure lucretur, & recipiat: & ſic intelligendi ſunt omnes fere Theologi reſoluentes Clericos non teneri ad ſoluendas decimas prædiales ex redditibus Eccleſiæ, quos percipiunt, ſeu ex fundis ad eam ſpectantibus, vt loquuntur de Clericis in quantum Parochi ſunt, & Parochianis ſacramenta adminiſtrant, ac decimas ab eis percipiunt; nam id inſinuant verba, quibus ſe explicare ſtudent, de Clericis intelligentes in quantum ſunt miniſtri Altaris ſpiritualia populo ſeminantes, & Clericali iure, de decimis ſcilicet Eccleſiæ, viuunt; vel ex prædiis ipſi Eccleſiæ Parochiali pro dote, & ſuſtentatione Curati relictis, vel ratione beneficij, ex cuius fundatione onus eſt illi inſeruiendi, aut ſimul cum Parocho de decimis pro dote participant, quod in parte inſinuat Petr. de Ledeſm. *in ſum. tom. 2. tract. de Relig. concl. 7.* ibi, *Lòs Clerigos en quanto Clerigos, eſto es en quanto viuen de los diezmos, y de otras coſas que ſe les dan por el miniſterio eſpiritual, y Eccleſiaſtico; no eſtan obligados à pagar los diezmos, &c.*

Intellige hunc ſecundum caſum, ſi ea prædia pro dote dictæ Eccleſiæ aſſignata, intra limites eiuſdem conſtituta ſint, aliàs ſecus, vt per Cou. *d. numero 8. verſ. Secundo,* Rebuff. *d. quæſt. 5. num. 19.* Gutier. *dict. cap. 21. num. 54.* Azor. *d. cap. 14. quæſt. 5.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 19. n. 88* Bellet. *diſquiſit. Cleric. part. 1. tit. de Clerico debit. §. 12. num. 36.* Monet. *dict. quæſt. 5. num. 7.* quos refero Ego ipſe *de Parocho, cap. 28. §. 3. n. 9. & in collect. ad d. cap. nouum genus ſub. num 2. verſ. Ex quibus colligitur,* Trullench. *dict. dub 10. num. 3.* Villalob. *in ſum p. 2 tract. 53. diffic. 4. num. 3.*

Tertius caſus eſt quando prædia conſtituta ſunt pro dote alicuius beneficij Eccleſiaſtici, vel Capellaniæ collatiuæ, cui ex fundatione nulla animarum cura imminet, licèt caſu illam habeat, qui Capellaniam obtinet; & hic eſt caſus noſter. In quo duæ reperiuntur ſententiæ. Vna fauet parti beneficiati Petri Stephani, & affirmat Clericos non teneri de fundis Eccleſiæ, eorumque fructibus, ex quibus iure Clericali viuunt, decimas ſoluere. Ita *l. 2. tit. 20. part. 1.* vbi loquens de perſonis, quæ decimas Deo dare tenentur, circa Clericos ita decidit. *E eſſo miſmo es de los Clerigos, ca tambien lo deuen ellos dar, como los legos de todo lo que ouieren: fueras ende de aquellas heredades que han de las Igleſias do ſiruen, &c. l. 2. tit. 5. lib. 1. Recop. verſ. Y de todos los otros bienes que han, que no ſean de ſus Igleſias,* &c. S. Thomas *2. 2. quæſt. 87 artic. 4. verſ. Reſpondeo,* dum ait quòd Clerici in quantũ Clerici ſunt, id eſt in quantum habent Eccleſiaſticas poſſeſſiones, decimas ſoluere non tenentur, Sot. *dict. libro 9. quæſt. 4. artic. 4.* duabus concluſionibus propoſitæ quæſtioni ſic ſatisfacit: *Vna eſt: Clerici, in quantum Clerici, hoc eſt in quantum de decimis, quas pro ſuo ſpirituali munere recipiunt, & de Eccleſiæ fundis, quorum fructibus Clericali iure viuunt, nullas tenentur ſoluere decimas. Altera: Clerici non quatenus Clerici ſed qua ratione ſæculari iure, vel hæreditario, vel emptionis, vel quouis alio terras poſſident ſæculares, decimarum ſunt debitores,* &c Rebuff. *de decim quæſt. 5 n. 6.* ibi, *Clerici etiam de prædialibus, ſed non de dote Eccleſiæ decimas ſoluunt, per d. c. 2. eod* &c. Aragon. *d. quæſt. 87.* S. Thomæ *art. 4. verſ. Littera huius art.* ibi: *Prima concluſio, Clerici in quantũ Clerici, hoc eſt in quantum de decimis, quas pro ſuo ſpirituali munere recipiunt, & de Eccleſiæ fundis, quorum fructibus Clericali iure viuunt nullatenus tenentur decimas ſoluere,* &c. Perez *l. 1. in fin. tit. 3. lib. 1. Ordin pag 67.* ibi: *Eſt & aliud priuilegium, ſcilicet quod Clerici in quantum de decimis pro ſuo ſpirituali munere recipiunt, ac de fundis Eccleſiæ, eorumque fructibus iure Clericali viuunt, nullas tenentur ſoluere decimas, cap. nouum genus, de decim.* Domin. Sot. &c. Fr Emman. *in ſum. tom. 1. cap. 87. concluſ. 4.* ibi: *Los Clerigos en quanto Clerigos, no tienen obligacion de pagar diezmos de ſus rentas Eccleſiaſticas,* &c.

Et id eo caſu, quo prædia pro dote Eccleſiæ data in propria Parochia exiſtant, locum habere admittunt Gregor. Lop *in l. 2. verb. heredades, tit. 20. par. 1.* & Rebuff *d. tract. de decim quæſt. 5. num. 19.* Et in his terminis procedere, & intelligendas eſſe leges Regias ſuprà citatas dicit Gutier. *d. lib. 2. c. 21 n. 57.* aſſerens ſecus eſſe quando ſunt in aliena Parochia, vel admittunt vbi decimæ debebantur primùm illi Eccleſiæ, cui poſtea prædium donatum eſt, tunc enim has decimas extingui reſoluunt Villalob. *d. tract. 23. diffic. 4. num 4.* Filliuc. *d tract. 27. cap. 8. quæſt. 8. n. 178. in fin.* Leſſ. *d. lib. 2. c. 39. num. 23.* vbi intelligit *d. cap. nouum genus,* de Clericis eiuſdem Eccleſiæ, & prædiis ad eandem Eccleſiam pertinentibus: addens præterea quod in fine *d. cap.* dicitur *Clericos illos, qui a Clericis ſpiritualium miniſtrorum labores accipiunt decimas eis debere* intelligendum vel de decimis perſonalibus, vel bonorum patrimonialium, vel certè de Clericis coniugatis, vt gloſſa ſentit.

Et tantò magis locum habebit hæc ſententia, ſi iſti Capellani, ſiue beneficiarij ex debito, Eccleſiæ inſeruierint, cui debentur decimæ vt per Syluest. *in ſum. verb decima, quæſt. 7.* dum tenet Clericos inſeruientes Eccleſiis quibus decimæ debentur, non teneri illas ſoluere, quem refert Azor. *inſtit. moral. part. 1. lib. 7. cap. 24. quæſt. 5. in princip & in fine* concludit Clericos ideò decimas ſoluere non debere Eccleſiæ, in qua inſeruiunt, quia ipſi in ea Eccleſia ſunt Parochi adiutores, Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſ part 2. cap. 12. num. 57.* Filliuc. *in ſum. to. 2. tr. 27. c. 8. q 8. n. 178.*

Altera ſententia negatiua, cui tanquam probabiliori adhæreo, tenet Clericos reſpectu prædiorum, quæ titulo beneficiali, aliove ſpirituali acquiſierunt, perinde ac laicos obligari ad decimarum ſolutionem, Ita qui ſequuntur.

Abb. Panor. *in cap. 1. de cenſib. num. 4.* ibi: *Nota quòd de dote Eccleſiæ præſtatur ſeruitium Eccleſiaſticum, & ex hoc infertur ad quæſt. gloſſ. vtrùm debeat ſolui decima ex dote Eccleſiæ? & tandem gloſſ. concludit quod ſic, ſi prius illa prædia erant tributaria,* &c.

Couar. *var. lib. 1. capit. 17. numero* 8. *vers. Secundò*, vbi dicit communiter receptum ex prædiis Ecclesiarum Parochiæ, vbi sita sunt, decimas soluendas esse.

Azeued. *l. 1. num. 12. cum seqq. tit. 5. lib. 1. noua Recopil.* vbi proposito dubio, An ex donatione Capellæ decima debeatur; putà si quidam laicus instituisset Capellam, & pro dote eius fundum fructiferum constituisset, num ex fructibus illius fundi perceptis debeatur decima Ecclesiæ Parochiali, sub cuius districtu fundus ille constitutus est? Partem negatiuam sustinet ex eo, quia terræ, quæ aliàs decimales erant, quamuis transeant in Clericum, vel aliam Ecclesiam, decimandæ sunt in Ecclesia, vbi antea decimabantur, quia transeunt cum onere suo, text. *in cap. pastoralis*, & *ibi* gl. *de decim.*

Aloys. Ricc. *in d. praxi rerum fori Eccles. dec* 605. *num. 4. cum seqq.* aliàs *resolut.* 429. secundum nouam impress. idem tenet his potissimum fundamentis. Primò, quia decimæ de omni fructu, & ab omnibus soluendæ sunt, *cap. ex parte, de decim.* ex quo euidenter apparet neminem excipi. Secundò, quia ita, Clerici sicut laici percipiunt sacramenta in Ecclesia Parochiali, & propterea eidem Ecclesiæ decimas persoluere debent, *capit. Apostolicæ, de decim.* Tertiò, quia onus soluendi decimas est appositum rei, & non personæ, Abb. *in cap. cùm homines n. 6 de decim.* Azeued *d. l. 1. num.* 13. & ideò si ad Clericum perueniant, transeunt cum suo onere, *l. traditio, ff. de acquir. rer. dom. l. alienatio, ff. de contrah. emp. l. si debitorem, C. de distract. pignor.*

Perez mihi visus sibi contrarius, *l. 1. tit. 5. lib. 1. Ordin. pag.* 123. ibi: *Ex prædictis igitur constat. prædium Ecclesiæ, siue Capellaniæ, siue Oratorio in dotem assignatum, esse decimarum exactioni subiectum*, &c.

Marc. Anton. Genuens. *in pract. cab. Eccles. dict. quæst.* 628. *num.* 3. vbi resoluit quòd Clerici, qui Diuum ab aliis percipiunt, quales sunt omnes, qui non sunt curati, tenentur de dote beneficij decimas Ecclesiæ Parochiali soluere.

Azor. *instit. moral. par. 1. lib. 7 cap.* 24. alias *cap. 25. quæst.* 5. vbi tenet huiusmodi decimas prædiales esse à Clerico persoluendas, quia etsi dotalia sint Ecclesiæ prædia, sunt tamen illi oneri subiecta, & ea seruitute affecta: tum quia prædium aliter non potuit in Ecclesiam transferri nisi cum onere: tum etiam, quia vna Ecclesia non potest cum alterius damno extrui, fundari, dotariue: tum quia non debet discooperiri vnum Altare, vt alterum cooperiatur: tum denique, quia *ex cap. Ecclesiæ, & cap quicunque 16. q. 1. & cap nuper. de decim.* colligitur prædia collata ad Monasterium fundandum nequaquam liberari à lege & obligatione decimæ persoluendæ.

Franc Leo *in thesauro fori Eccles. d. par. 2. cap. 12. num.* 55. vbi resoluit quòd Clerici tenentur soluere decimas etiam ex prædiis dotalibus Ecclesiæ.

Suar. *de Relig. d. tom. 1. lib. 1. cap. 17. num* 12. vbi tenet quod soluere tenentur decimas Clerici ex prædiis Ecclesiasticis suorum beneficiorum, quando subduntur Parochorum curæ in Sacramentorum receptione, id est, quando non sunt illorum coadiutores in cura animarum, ac vti tales cum illis decimis participant.

Less. *de instit. d. lib. 2. cap. 39. num.* 23. concludit non videri vniuersè verum conclusionem illam, quòd de prædiis Ecclesiasticis non teneantur Clerici soluere decimas. Valer. Reginal. *in praxi fori pænit. lib. 9. cap. vlti. num.* 87. ibi, *De Clericis autem peculiariter notandum est, respectu prædiorum, quæ titulo patrimonij aliove non spirituali acquisierunt, ipsos perinde ac laicos obligari*, prout D. Th. *in citata q. 87. artic. 4. ad* 1. expressit. *Et ratio est, quod talia prædia per se sint subiecta ei oneri, resque cum suo onere transeat ab vno ad alium, quem Clericum esse non laicum tantum est accidentarium ex cap. ex litteris, de pignor.* Et deinde subdit S. Thomam dicentem ex prædiis ecclesiasticis non deberi decimas, intelligendum loqui de prædiis, quæ antequam alicui Ecclesiæ darentur, nulli alteri Ecclesiæ decimæ ex illis debebantur.

Infertur tertiò resolutio ad illam quæst. vtrùm 21
priuilegio Romani Pontificis possit dari exemptio à solutione decimarum? In qua partem affirmatiuam in specie tenuerunt Doctores communiter *in cap. è nobis, de decim.* Dec. *cons.* 113. *num.* 2 Cou. *lib. 1. var. cap. 17. num.* 9. Gutier. *cons* 5. *num* 8. *& canon. quæst. lib. capit. 21. num. 26. &* 130. Fr. Ludou. Miranda *in man. Prel tom. 2. q 49 artic* 6. Moner. *de decim. cap. 5. num.* 46 Less. *de instit. lib. 2 c. 39. dub.* 5. Suar. *d. lib 1. cap* 18. *num.* 1. Fagundez *d. prac.* 1. *lib. 2 c. 4. n.* 1. Pialec. *in praxi Episcop. p. 2. cap. 4. n* 63 nouissimè Hier. Roderic. *in compendio quæst. regular. resolut. 50 num. 2. cum seqq.* 1. Solorzan, *de Indiar. guber. lib. 1. c. 21. num. 50. cum seqq.* Trullench. *in Decalog. lib. 4. cap. 5. dubitat. 11. num. 2. &* 5. Tambur *de iure Abbatum tom. 1. disputat. 55. q. 17. num.* 30. late Rota *in Corduben. decimarum de Lucena* 30. *Ianu.* 1637. *coram bonæ mem. Coccino*, impressa per Paul. de Rubeis *decis. 193. num. 9. cum seqq. tom. 3 diuersor* aliàs *p. 7. recent.* vbi *num.* 16. tenet quòd si Papa eximit aliquem à solutione decimarum, si veniemus in decimis antiquis, non est facienda mentio in priuilegio exemptionis quòd ad alium spectarent decimæ, siue de iure communi, siue de iure speciali, scilicet ex priuilegio, donatione, aut præscriptione. Et quod Papa non solum potest laicos immunes facere à solutione decimarum, verum & capaces percipiendi decimas ab aliis laicis, Cou. *d. cap* 17. *n.* 10. plures ac propemodum infinitos refert D. Solorz. *d. tract.* 5. *de Indiarum gubern. lib.* .. *c. 1. num.* 10. vbi *n.* 13. post Gregor. Lop. Calixtum Ramirez & alios tenet posse Papam concedere alicui Principi laico fauore Fidei quod percipiat decimas omnium locorum Paganorum, aut schismaticorum, aut hæreticorum, quos potuerit subiugare, vt patet in decimis Regni Granatæ, & Valentiæ, & Indiarum pro quibus faciunt plura Iura, quæ circa solutionem decimarum de priuilegiiis Romanorum Pontificum mentionem faciunt, prout est tex. *in d. cap. à nobis*, ibi, *exemptis, & in cap suggestum 9. & in cap. ex parte 10. & in cap. ad audientiam 12. & in cap. pen. de decim & in cap. si terra 6. & in cap. accedentibus 15. & in cap. dudum 31. de priuil.* Faciunt etiam plura alia priuilegia, quæ non solùm aliquibus Religiosis circa decimas non soluendas à Summis Pontificibus sunt concessa, de quibus *infra* mentionem faciemus; sed etiam Regi Catholico pro Regnis Granatæ, & Valentiæ, ac aliis Proceribus per totam Hispaniam, vt constat *ex dec. 702. p. 1. diuers. & decis. 665 par. 3. recent.* quæ quidem priuilegia nequaquam Pontifices concederent, si ad illa concedenda potestatem non haberent.

Laborant tamen Gloss. & Canonistæ nostri, tenentes decimas esse de Iure diuino, in assignanda ratione, ob quam contra illud dispensare videatur Summus Pont. cùm tamen alioquin non possit, vt videtur probari ex *cap. sunt quidam, &c. statuta 25. q. 1. cap. litteras, de rest. spol. cap cùm ad Monasterium, in fine, de statu Monach.* & tuentur plures, quos plena

plena manu citam *suprà, lib. 1. de personis, capit. 2. de potest. & auctorit. Romani Pont. num.* 119. in primis glos. *verb. exemptus in dict. cap. à nobis*, existinat, per talem concessionem exemptionis non talli omninò Ius naturale, aut diuinum, quo debetur congrua sustentatio, sed solùm limitari in illo casu particulari, quo suo priuilegio aliquem eximit à solutione decimarum, quod quidem prædicta glos. existimat non esse inconueniens, vt fiat à Pontifice. Sequitur glossæ explicationem Dec. *vbi supra & in capit. cùm ordinem, in princ. de rescript.* dicit receptum Mench. *illustr. capit.* 89. *num.* 11. Verùm hæc Glossæ explicatio non placet: conuincent enim inprimis, quia supposita illius explicatione non valeret tale priuilegium exemptionis absque iusta causa, eò quod sine illa deficit potestas dispensandi in Iure naturali, & diuino, vt ostendimus *dict. cap.* 2. & tamen apparet prædictum priuilegium validum esse, quantuncunque sine iusta causa concedatur, vt farentur multi ex suprà relatis. Conuincitur etiam, quia talis causa iusta non præsumeretur in dicto priuilegio, nisi per ipsum concedentem esset expressa, iuxta tradita per doctores *in capit. quæ in Ecclesiarum, de constit.* quod tamen non videmus in multis priuilegiis, quæ circa exemptionem decimarum sunt concessa; prout plura reperiuntur. Vnde alij Doctores existimant Pontificem non aduersari Iuri naturali, & diuino in concedenda exemptione decimarum eò quod tantummodo illud ius decimarum eodem diuino, & naturali Iure debitum dicitur remittere, prout in effectu tradit Gutier. *dict. capit.* 21. *numro* 26. & ante illum apertè Syluest. *verb. decim. num.* 11. Pro qua declaratione facit, quia in decimis, sicut in aliis rebus spectantibus ad Christi patrimonium, habet Ecclesia ius administrationis, vt resoluit Abb. *num.* 20. & alij *in cap. cùm super, de caus. possess. & propr.* Quocirca, sicut procurator cum libera administratione censetur habere speciale mandatum ad distrahendas res domini sui constituentis, iuxta text. *in l. procurator. ff. de procurat.* ita quoque Ecclesia censetur habere prædictum speciale mandatum, ac subinde nil mirum, si Pontifex suo priuilegio distrahens remittat prædictum debitum decimarum, iuxta reg. tex. *in cap. sine exceptione,* 12. *quæst.* 2. Sic similiter idem Pontifex dispensat in voto, cuius obligationem Iuris diuini esse constat: quæ quidem explicatio, licèt defendi valeat, nobis tamen placere non potest: siquidem illa remissio fieri potest à Pontifice circa illa, quæ sunt in illius administratione, & nullum nisi Ecclesiæ resultat præiudicium, iuxta reg. text. *in cap. 2. de prebend. lib* 6. nihilominus tamen, dato aliquo præiudicio in tali remissione, ius naturale, & diuinum offenditur, arg. tex. *in cap. 1. vers. nec nos, de causa possess.* quod præiudicium apparet fieri Parocho, cui ius quæsitum est ad recipiendas decimas à suis Parochianis. At Monet. *d. c. 5. n.* 53. putat Papã posse aliquibus immunitatem à decimis concedere; non autem in vniuersum præceptum de decimis soluendis tollere: quia primo casu Iuri humano Pontificio, non verò naturali, aut diuino derogat; in secundo verò, quia tale decretum esset irrationabile, nec conueniens Christianæ Reip. cuius interest spiritualium ministros inopes non esse; & quia Iuri naturali, & diuino congruit, vt laborantes in vinea Domini mercedem aliquam decentem à laicis accipiant, quique spiritualia seminant, temporalia metant. Sed nec hæc explicatio difficultatem absoluit.

Quare Ego pro vera declaratione aduertendum existimo, exemptionem decimarum dupliciter posse considerari: vel enim talis est, per quam ministri sustentatio offenditur: vel rursus talis proponitur, qua concessa adhuc remanet prædicti ministri congrua, & sufficiens sustentatio. Meminit huius diuisionis Cou. *var. lib. 1 cap. 17. n. 9.* Gutier. *dict. c.* 21. *numero* 29. Hoc supposito resoluendum est in priori casu priuilegio Romani Pontificis fieri non posse, vt talis exemptio procedat; siquidem congrua ministri sustentatio, quæ in hac specie offenditur, & aufertur, Iure diuino debita est, vt suprà ostendimus; quod quidem Ius diuinum, & naturale priuilegium Romani Pont. offendere nequit. Non sic dicendum in posteriori casu, in quo per priuilegium illius, talis exemptio concedi potest: siquidem præceptum de soluendis decimis, quatenus excedit prædictam congruam ministri sustentationem, non est diuinum, seu naturale, sed solùm humanum, contra quod priuilegium dari potest.

13 Ex his colligitur primò, posse priuilegium aliquod, siue in partem, siue in totum eximere à solutione deimarum: vtroque enim casu, manente sufficiente Parochi sustentatione, verificatur ratio, de qua suprà, prout in specie resoluit Cou. *citato loco*, Gutier. *dict. capit.* 21. *numero* 19. Azor *dict. libro* 7. *capit.* 37. *quæst* 6. D. Solorzan. *de Indiarum gubernat libro* 1. *capit.* 11. *numero* 52. Nec obstat dicere, quod axioma illud diuinum: *Dignus est operarius mercede sua*, sine dubio adstringit omnes illos, ad quorum vtilitatem operarius ipse laborat, ac subinde omnes debere concurrere in ministrando cibo iuxta illud Pauli 1. *ad Corinth.* 9. ibi: *Quis suis stipendiis militauit vnquam?* vnde cùm Parochus ad omnium Parochianorum vtilitatem laboret, videtur dicendum, quòd quantuncunque ille Parochus sufficientem habeat alimoniam; nihilominus tamen, attento iure naturali, & diuino, debitores sunt decimarum, & consequenter nullus ex prædictis Parochianis potest priuilegio eximi, saltem in totum, à solutione decimarum. Satis fit enim, si aduertamus prædictum axioma procedere quidem collectiuè, ita vt in illa Parochia ab alia immediate. Parochus habeat cibum, hoc est, congruam sustentationem pro ministrandis spiritualibus omnibus illis, qui in eadem continentur, & eandem construunt: non verò procedit distributiuè, ita vt singuli ex eadem in indiuiduo, nisi aliud Ius humanum addatur, teneantur. Pro quo facit, quia consuetudo potens fuit, vt homines à decimis personalibus in totum excusarentur, quorum multi in illo tempore, sicut & modò, alios non habebant, nec habent fructus, ex quibus decimas soluere possent: & non est dicendum, quòd magis operetur consuetudo, quàm priuilegium Romani Pont. arg. tex. *in capit. 1. de constit. libro* 6. & per consequens, quòd auctoritas illa non distributiuè, sed collectiuè intelligenda est. Facit etiam, quia, vt Doctores fatentur, non priuilegio fieri potest, vt tanta quantitas persoluatur, & videtur dicendum maiorem, vel minorem quantitatem non variare obligationem soluendi decimas in suo fundamento, arg. tex. *in vltim ff de fundo instr.* ac proinde si priuilegium manente congrua sustentatione aliquem, vel aliquos in parte eximere potest, vtique dicendum est in totum eosdem manente eadem sustentatione eximere posse.

14 Colligitur secundò priuilegium, quo quis, siue in partem, siue in totum à solutione decimarum

simpli

simpliciter eximitur, non extendi ad nonalia, quæ ex postfacto orta fuerint Pater, si expendamus huiusmodi priuilegium de decimis non soluendis esse quidem odiosum; tum, quia contra ius procedit; tum etiam quia Parochi præiudicium in se continet, ac subinde data in aliquibus illius operatione, in aliis, quantum fieri potest, restringendum est, iuxta reg. text. *in l. 2. §. si quis a Principe, ff. ne quid in loco publico*, iuuat reg. *odia, de regul. iuris l. 6.* & ita in specie tradit Rebuff. *dict. tract. quæst. 14. num. 3.* refert alios, & sequitur Gutierr. *dict. cap. 2. n. 130* Monet. *cap. 4. num. 67.* nouissimè Hier. Roder. *in compendio*
15 *quæst. reg. resol. 50. num. 6* Accedit, quia priuilegium de percipiendis decimis simpliciter concessum, ad noualia non extenditur, prout in specie probat text. *in c. 2. §. 1. de decim. lib. 6.* latè resoluit Con. *d. lib. 1. var. c. 17. n. 13.* ex eo, quia tale priuilegium ex prædictis duobus odiosum, restringendum est. Quod si priuilegium concedatur de non soluendis decimis de propriis laboribus factis, tunc etiam noualia, quæ propriis fiunt manibus, comprehenduntur, iuxta tex. *in c. ad audientiam 12. & in c. ex parte il. 1. de decim* Rebuff. *d. q. 14. num. 28.* Gutier. *d. c. 21. n. 31.* Monet. *d. cap. 4 num 68.* Accedit, quia priuilegium, quantumcunque sit odiosum, vt supra dictum est, & vti tale in dubio strictè intelligendum ex Gutier. *dict. cons. 5. num. 15.* nihilominus tamen, non refragante, imò iuuante concedentis intentione, semper intelligendum est secundùm propriam significationem, ita vt illa comprehendantur, quæ in propria veniunt significatione: docet in specie. Dec. *cons. 113. num. vlt.* Rebuff. *d. tract. quæst. 13. num. 32.* & constat appellatione laborum propriè noualia contineri, vt probat text. *in d. c. ad audientiam*, text. sic intelligendus *in capit. quid per nouale, de verbor. signific.* ac subinde nil mirum, si in tali priuilegio noualia, quæ fiunt manibus, comprehendantur: & ita in effectu tenet Monet. *d. cap. 4. num. 68.* vbi *n. 69.* subdit, priuilegium soluendi decimas noualium intelligendum esse de his noualibus, in quibus alter non habet tempore datæ immunitatis quasi possessionem iuris percipiendi decimas, per text. *in c. dudum pen. de priuileg. & in cap. statuto in princ. de decim. in 6.*

16 Verùm obstat maximè tex. aliàs difficilis *in cap. ex parte il 2. de decim.* quatenus probat priuilegium ecclesiasticæ personæ concessum, vt sibi accipiat decimas suorum prædiorum. noualia comprehendere: quia, quando maius conceditur, etiam minus concessum esse videtur; de cuius intellectu multa tradunt Cou *dict. c. 17. num. 13.* Gutier. *d. cap. 21. n. 116. cum seqq.* Menoch. *cons. 36. num. 21.* Rebuff *d. tract. q. 14.* Valasc. *cons. 58. num. 9.* Suar. *d. tract. 2. de decim. lib. 1. cap. 24. num. 4.* Monet. *dict. cap. 4. num. 65. & 66.* Stephan. Gratian. *discep. forens. cap. 782. num. 15.* Castill. *tom. 7. de tert. cap. 14. n. 14.* inter quos ille videtur melior intelligendi modus, quòd procedat ex mente concedentis, & maximè, quia in eo text. non agitur de priuilegio percipiendi decimas in aliena Parochia; hoc enim restringendum erat, idque colligitur ex illis verbis, ibi, *parochiarum tuarum*; & in his terminis rectè conuenit ratio; quia, cui maius conceditur, minus concessum esse videtur: nam quidam contendebant ad Abbatem in ipsius Parochia decimas noualium non pertinere, vel quia eas non possidebat, vel quia præscriptione, aut alia ratione eas amiserat; vel denique, vt ex integra refert Rebuff. *dict. loco numero 8.* quia Episcopus decimas noualium cuidam Canonico concesserat, vnde priuilegium hoc Pontificis hoc casu fauorabile debet censeri; quia per illud fit regressus ad ius commune, iuxta reg. text. *in l. si vnus, §. pactus, ff. de pactis*, cum vulgaribus. Sed iste Rebuffi intellectus ex originali, & integra, quam refert, nequaquam defendi potest: quia, si benè aduertamus; integra relata per Rub. non est originale *dict. cap. ex parte*, nec vllo modo pertinet ad eius speciem, imò super alia longè diuersa emanauit, idque constat non solùm ex verbis vtriusque, in quibus longe differt littera vnius ab alio, & in integra non habentur verba, sicut nec ratio scripta in illo text. verùm etiam, quia text. ille agit de Abbate S. Columbæ Senon. in Episcopatu Parisien. & illi Abbati facta fuit concessio, de qua agit text. & ad eundem, vt ex suprascriptione constat, dirigitur Decretalis: at verò integra per Rebuffum relata agit de casu, qui contigit in Episcopatu Nouarien. Prouinciæ Mediolanen. & iuxta suprascriptionem eiusdē Rebuffi dirigitur ad Rectorem Ecclesiæ Beatæ Mariæ, cui decimarum facta fuerat concessio; tum etiam, quia in præfata integra non dicit Papa Rectorem, de quo agit secundùm ius, & ex vi primæ concessionis posse percipere noualium decimas, sed potiùs ex noua indulgentia concedit id ita vt quandiu vixerit Canonicus qui eas noualium decimas percipiebat, & sententiam pro se obtineret, nullum eidem in perceptione præiudicium inferatur, sed tamen eo mortuo indulgeat Papa prædictas decimas Rectori, & illi Ecclesiæ. At *in dict. capit. ex parte*, absque noua indulgentia ex rigore Iuris communis, tanquam indubitatum decidit Papa Abbatem posse decimas noualium percipere, vt constat ex littera, ibi, *exigere satis potes*, iuncta ratione, quæ sequitur. Quare retenta mente communi, quòd text. agat de priuilegio percipiendi decimas (licèt summarium contra verba Pontificis priuilegium non soluendi) tentari posset, priuilegium illud ideò comprehendere, & veteres, & noualium decimas, quia concessum fuit sub ea forma pleniori, scilicet, de laboribus terræ parochiarum tuarum integraliter decimas percipias, quæ verba, & priuilegij formas ex intentione concedentis omnes decimas includunt. Sed, quia ratio, quam text. in fine reddit, non sat conuenit huic intellectui, ne appatet, aut iure probatur Pontificem in priuilegio percipiendi decimas alienas, quod est magis nociuum, & odiosum, quàm sit illud non soluendi, ex traditis per Rebuff. *dict. quæstione 14. numero 28. & 30.* admisisse illas diuersas formas, quas alibi expendimus.

Ego igitur probabilius existimo *d. cap. ex parte*, non agere de priuilegio, aut concessione speciali circa decimas recipiendas, sed magis de concessione Iuris communis, per quam, eodem attento, potuisset Abbas ille, vel Parochus quicumque percipere decimas de laboribus terræ Parochiarum suarum. Sensus ergo est, *cùm tibi concessum sit* (scilicet, à iure cōmuni) *quod maius*, &c. & ita in effectu ille text. explicat id ipsum, quod habetur *in c. cùm contingat, vers. vnde, de decim.* & integra relata per Rebuff. scilicet, noualium decimas pertinere ad Parochos, quibus absolutè, & cum integritate decimæ intra Parochiam iure communi concessæ sunt: cui intellectui satis conueniunt verba text. Siquidem concessum, propriè loquendo, dicitur etiam illud, quod lege, & iure communi tribuitur, *l. 2. in princ. ff. ne quid in loco publico*, & vulgò dicimus. *Frustra precibus impetratur, quod à Iure communi conceditur.* Insuper, congruit

gnit ratio, quam tex. ille in fine reddit, quippe quæ propriè, & absolutè loquendo vera est, & procedit in his, quæ à Iure communi conceduntur, sicut & in aliis fauoribus; non ita verò in cæteris, quæ iure singulari, & ex priuilegio contra Ius commune conceduntur, sicut nec in reliquis odiosis, iuxta *reg. cui licet, de regul. Iuris, in 6. & l. non debet, eodem tit.* cum iis, quæ latè tradunt scribentes ibidem. Et iuxta hunc intellectum, dubitandi ratio in eo esse potuit, quòd Episcopus, vel alius prætendens decimas noualium, in quarum possessione Abbas non existebat, arbitrabatur illas ad Abbatem non pertinere; quia de nouo insurgebant: & fortasse etiam ex eò, quòd Abbas non vnam tantùm, sed multas Parochias habebat, vt constat ex littera, ibidem, *parochiarum suarum*; quas tamen ex dispensatione, & in quibusdam casibus Iure expressis iustè potuit obtinere, & consequenter in eisdem ex concessione iuris decimas noualium exigere. Nec retento hoc intellectu obstat. *cap. tua 25. in fine, de decim.* Quoniam vltra alios intellectus Abb. & aliorum vtrobique, & tradita per *gloss* 1. & Doctores *in cap. peruenit.* 1 *quæst.* 7. & post Fortun Con. *libro* 1. *tr. c.* 17. *num.* 13. Rebuff. *dict. quæst.* 14. *num.* 1. & 29. tex. ille non agit de concessione decimarum simpliciter, & absolutè facta, sed de illa, per quam decimæ antiquæ, quas Ecclesia possidebat, alicui concedebantur, veluti in feudum, in qua specie non includuntur decimæ noualium, & necessaria est ad hoc noua, & specialis concessio, *iuxta c. 2. in princ.* vbi notat gl. in casus positione, & alij, *de decim. l. 6.* idque satis intendit *d. c. tua* ibi, *occasione decimationis antiquæ*, & clariùs ibi, *non sit extendenda licentia, sed restringenda*, quæ verba significant concessionem, de qua tex. agit, quippe quæ referebatur ad decimas antiquas, nonnisi per extensionem noualium decimas includere potuisse.

17 Infertur quartò, Religiosos omnes esse exemptos priuilegio in Iure scripto à solutione decimarum de noualibus tantùm quæ propriis manibus, & sumptibus excolunt, vt probatur *in cap. ex parte il* 1. *de decim* & docent *ibid.* Host. *num.* 4. Butr. *num.* 9. & Anch. *n.* 3. Rebuff *d. tract. quæst.* 14. *num.* 45. Monet. *d. cap.* 4. *num.* 56. Gutier. *cons.* 3 *num.* 1 Suar. *d. tract.* 1. *lib.* 1. *cap.* 19. *num* 2. Fagund. *d prac.* 5. *lib* 2. *c.* 3. *à num.* 7. Lezana *in sum.* 3. *verb. decima n.* 1. *cum seqq.* Lauret. de Franchis *de controu. inter Episc. & Regul. quæst.* 72. Rot. *in Carthaginen. decimarum*, 16. *Februarij* 1615. *coram bona mem. Dunozetto.* Intelligē procedere in his tantùm noualibus, quæ deseruiunt pro vsu Monasterij, vt expressè declarant in illo tex. Abb. *n.* 3. Ioan de Ann. & Anchar. *num.* 2. Rebuff. *d. q.* 14. *circa fin.* quos refert & sequitur Rot. *in Corduben. decimarũ*, 22. *May* 1617 *cor bona mem. Patriarcha Manzanedo.* Limita tripliciter hanc illationem, & primò, vt locum non habeat, vbi noualia ab iisdem exemptis aliis traduntur excolenda, sicut colligitur ex *dict. c. ex parte*, ibi, *propriis manibus*, Rebuff. *d. q* 14. *n.* 17. Monet *d. cap.* 4 *num.* 18. Secundò, nisi pacto expresso ad hoc teneantur, glos. *verb. laborum, in d. cap. ex parte*, Rebuff. *d. quæst.* 14. *n.* 53. Monet. *d. cap.* 4 *num* 59. Tertiò, nisi soluendo tacitè renunciauerint priuilegio suo, Glos. *dict. verb. laborum*, Rebuff *d. q.* 14. *num.* 54. Monet. *d. c.* 4. *num.* 60.

18 Priuilegio quoque iure scripto Cistercienses Templarij, & Hospitalarij non tenentur soluere decimas prædiorum suorum, quæ propriis manibus, aut sumptibus excolunt, vt expressè probatur *in dict. capit ex parte il* 1, *& in cap. licet, eodem tit.* quod quia quidam intelligebant, solùm de noualibus, Pont. *in c. ad audientiam, eodem eit.* exponit intelligi dictum indultum debere, non tantùm de noualibus, sed etiam de prædiis, quæ propriis manibus à Religiosis prædictis coluntur. Quod intelligitur etiam de prædiis, quæ post Concil. Lateranen. Cistercienses acquirunt, vt causa acerrimè disputata resolut Rot. *Pampilonen. decimarum*, 10. *Decembris* 1615. *coram Reuerendiss. D. meo Coccino Decano*, præsertim propter priuilegia Sixti IV. ibi: *Singulares personas dicti Ordinis, præstatione decimarum, tam de possessionibus habitis ante, & post Concil. quam de cætero habendis, quæ propriis sumptibus excolunt, & excolent.* referunt Renat. Chopin. *de sacra politia, l* 3. *tit.* 1. *num.* 8. Fr. Emman. *in collect. Bullarum Apost. pro Regularibus, Bulla* 5. *Martini V.* Quorum priuilegia cùm sint personalia, ideò non suffragantur respectu portionis colonorum, vt in puncto priuilegiorum Cisterciensium est *decis.* Putei 522. *lib.* 2. & dicit Rot. *in Toletana decimarum* 17. *Iunij* 1611. *coram Reuerendiss. D. meo Coccino Decano.* Nec etiam suffragatur respectu arrendatariorum, etiamsi ipsi Fratres aliquam culturam exiguam adhibeant. Seraph. *decis.* 827. *num.* 3. *cum seqq.* Prout nec etiam suffragantur, si prædia locentur ad pecuniam: tunc enim in nihilo Cistercienses exemptos esse non semel tenuit Rota, & signanter *decis.* 2. *de priuileg. in antiq.* & coram Pute. *decis.* 150. *lib.* 2. *in correct. & part.* 2. *diuers. decis.* 23. *num* 4. *& seq. & in Carthaginen. decimarum*, 26. *Nouembris*, 1600. *coram bona mem. Pema.* 19

Verùm dispositio *dicti cap. ex parte il* 1. quoad supradicta reuocata est per tex. *in cap. nuper* 34. *de decim.* quo attento Cistercienses, & omnes Regulares, qui gaudent iisdem priuilegiis, de terris alienis, & in posterum acquirendis, etiamsi eas propriis manibus, & sumptibus excolant, debent soluere easdem decimas, quas antea domini terrarum soluebant, vel se inter ipsos componere: verba enim text. clara sunt: *Decernimus, vt de alienis terris, & amodò acquirendis, etiamsi eas propriis manibus, aut sumptibus excolant, decimas persoluant Ecclesiis, quibus ratione prædiorum antea soluebantur: nisi cum ipsis Ecclesiis aliter duxerint componendũ.* Et ideò omnes ferè Religiosi per specialia priuilegia à Summis Pontif. exemptionem obtinuerunt à solutione decimarum prædiorum suorum, quæ propriis manibus, & sumptibus excolunt, & de multis meminit Fr. Ludou. Miranda *d tom.* 1. *q.* 49. *art*, 11. *in concl.* & nuncupatim de concesso pro Monachis Cælestinis, & Cluniacensibus testatur Renar Chopin. *monasticon. lib.* 1. *tit.* 1. *n.* 5. Tamb. *de iuro Abbatum to.* 1. *disp.* 15. *q.* 17. *n.* 13. 20 21

Et pro Monachis Congregationis Cassinen. aliàs S. Iustinæ de Padua, est priuilegium Eugenij IV. *sub dat.* 7. *Kalend. Martij* 1434. relatum per Fr Emman. *in d. collect. Bullarum dicti Pont. Bulla* 7. Tambur *d. q* 17. *n.* 9. 22

Et pro Monachis Congregationis S. Benedicti Vallisoleti est priuilegium Clementis VII. *sub dat.* 8. *Decembris* 1530. de quo *in eodem Bullario nouo tom.* 2. *Bulla* 7. *eiusdem Pont.* Tambur. *dict. quæst.* 17. *num* 15. 23

Et pro Monachis Eremi Camaldulensis, & Congregationis S. Michaelis de Murano adest priuilegium Leonis X. *sub dat.* 5 *Non. Iulij* 1513. §. 29. relatum *in eodem Bullario nouo, tom.* 1. *Bulla* 2. *eiusdem Pont* & per Tamburin. *dict. quæstio*, 17. *num* 10. 24

Et pro Monachis Beatæ Mariæ Montis Virginis adest 25

adest priuilegium Cælestini III. *sub dat.4. Nouembris* 1097. relatum *in eodem Bullario nouo to.1. Bulla 3. eiusdem Pont.* & per Tambur *d.q.17.n.17.*

26 Et de Syluestrinis adest priuilegium Innocentij IV. *sub dat.5. Kalend. Iuly* 1247. relatum *in eod. Bullario nouo tom.1. Bulla 5. eiusdem. Pont.* & per Tambur. *d. q.17.n.18.*

27 Et pro fratribus B. Mariæ de Mercede adest priuilegium Gregorij X *sub dat.6. Kalend. Iuly* 1373. relatum *in eodem Bullario nouo tom. 1. Bulla 3. eiusdem Pontif.* & per Tamburin. *d.q.17.n.22.*

28 Et pro Ordine S. Antonij Viennensis ad est priuilegium Clementis VII. *sub dat. Kalend. Decembris*, 1523. relatum *in eodem Bullario nouo tom. 1. Bulla 2. eiusdem Pont.*

29 Et pro Cruciferis adest priuilegium Vrbani III. *sub dat.7. Kalend. Aprilis* 1187. relatum *in eodem Bullario nouo tom. 1. Bulla 1. eiusdem Pont.* & per Tambur. *d.q.17.n.24.*

30 Et pro Fratribus Prædicatoribus adest priuilegium Gregorij XI. *sub dat 2. Non Martij Pontif. sui anno 4.* relatum *in eodem Bullario nouo Bulla 7. eiusdem Pont.* & per Tambur *d.q.17.n.26.*

31 Et pro Fratribus Conuentualibus Ordinis S. Francisci adest priuilegium Sixti IV. *sub dat. pridie Kal. Decembris, anno Incarnat. Dom.* 1474.

32 Et pro Canonicis Regularibus S. Saluatoris adest priuilegium Iulij II. *sub dat.4. Non. Aprilis*, 1512. relatum *in eod. Bullario nouo tom.1. Bulla 30. eiusdem Pont.* & per Tambur. *q.17.n.19.*

33 Et pro Monachis S. Basilii adest priuilegium Gregorij XIII. *sub dat.8. Kalend. Iuly*, vt per Tambubarin. *d.q.17. n.20.*

34 Et pro Ordine Minimorum S. Francisci de Paula adest priuilegium Iulij II. *sub. dat.5. Kalend. Augusti* 1506. relatum per Laurent. de Peirinis *tom.1. priuileg. dicti Ordini, Bulla 2. eiusdem Pontif.* §. 19. & per Tamburin. *dict q.17.n.23.*

35 Et pro Carthusianis est priuilegium Martini V *sub dat.8. Kalend. Octobris* 1420. relatum *in eodem Bullario nouo tom.1. Bulla 1. eiusdem Pont.* & per Tamburin. *d..q.17. numero* 25. Et de omnibus me citato *in hoc loco.* Notar. *in Lucerna Regular. verb decima num 2.* Lezana *in sum. quæst. Regul. tom. 3. verb. decima num. 3.*

Et quamuis omnes supradictæ Religiones priuilegiis Summorum Pontificum se munierint, ne soluere tenerentur decimas prædiorum suorum, quæ propriis manibus, ac sumptibus excolunt, propter derogationem *dict. cap. ex parte il 1. & d. cap. nuper*, tamen vbi consuetudine legitimè præscripta, & allegata vt suprà, introductum fuerit, vt Religiosi hac exemptione fruantur absque alio priuilegio, derogatione illa non obstante, existimo eos non esse hac de re molestandos, cum potuerit exemptio illa legitimo titulo fundato in plenissima exemptione ne eis concessa *in cap. questi, & in cap. decimas, 16. quæst 1.* vsque ad hodiernum diem continuari, posteriori derogatione non admissa, prout in Hispaniarum partibus exemptionem adesse mihi retulit vir Religiosus, & testium dicta legit: nec mirum, si derogatio in dictis Iuribus contenta, tunc nō fuisset in exequutionem deducta, quia tempore, quo illa emanauit, Hispania è manibus Maurorum de tecenti recuperata Clericorum numerum sufficientem non habebat, qui animarum curæ incumberent, quam cùm Religiosi libenter susciperent, æquum tunc visum fuit (vt creditur) illos non fuisse priuandos exemptione sibi concessa *in dict. capit. decimas*, ad quod forsan respicere videtur lex antiqua Hispaniæ 5. *tit.20 p.1.* quæ dum loquitur, de quibus prædiis decimas soluere debent Religiosi, ita concludit: *Esso mismo seria, si labrassen eredades agenas por sus manos, o por sus despensas, cano se pueden escusar, que non den diezmos dellas, otro tal seria, si ellos diesen à otro tales eredades, que si ellos las labrassen, non darian diezmo dellas.* Quod eò magis admittendum videtur, stante consuetudine huiusmodi in illis partibus, si Religiosi ex instituto Clerici fuerint communiter viuentes: quia, cùm iis, Monachis, & Regularibus exemptionem concesserit, *dict. cap. decimas*, & derogatio in posterioribus iuribus tantùm loquatur de Monachis, & Religiosis, videtur quoad alios nihil ibidem innouari: inclusio enim vnius est exclusio alterius, *cap. nonue, de præsumpt.* cum citatis *in collectan. ibid. n.4.* & hoc sine præiudicio iurium alicuius.

Moniales non solùm S Claræ, verùm etiam & aliæ quæcunque Regulares personæ, quarum redditus, & prouentus ecclesiastici adeò sunt tenues, & exiles, quòd de illis sustentari non possunt; sed pro habenda vitæ suæ sustentatione necesse habent mendicare, & eleemosynas publicè petere, decimas non tenentur persoluere. Ita *ex quadam Extrauag.* Bonifacij VIII. *incip. Decimas*, refert Fr. Lud. Miranda *in man. Prælat. tom. 2. q.49. art.13. in concl.* Rota apud Tambutin. *in fine tom. 3. de iure Abbatum decis.96. n.1. & tom.1. disp.15. q.17. n. 29.* Notar. *in Lucerna Regul. verb decima n.5* Præterea, Abbatissæ, Conuentus, & Moniales Sanctæ Claræ per priuilegia Sixti IV. Leonis X. Clementis VII. & Pauli III. confirmata à Gregorio XIII. & quibuscumque terris, & possessionibus suis, quas per se, vel colonos, seu seruitores excoli, & cultiuari faciant, aut in posterum fecerint, nullas decimas, & primitias parochialibus Ecclesiis, & aliis persoluere tenentur, nec ipsæ, aut possessionum earundem coloni ad earum solutionem à quocumque cogi possunt. Ita referunt Fr Emman *quæst. regular. tom.2. q.44. ar.5. & tom.3 quæst.34. art.15.* Fr. Ludou. Miranda *d. art.13. vers & præterea.* Hieron. Roder. *in compendio quæst. Regul. resol.50. num.4.* Portel. *in dubiis regularibus, verb. decima, num.3.* vbi refert in Portugallia praxim esse in contrarium pro decimis soluendis à Monialibus de possessionibus colonis conductis, Rota *in Concheu. exemptionis decimarum. 30. Ianuarij 1589. coram Orano*, quæ est *decis.24. part.2. diuers.* & canonizatur ab eadem Rot. *in eadem causa 12. May 1623, coram bone mem. Buratto*, inter eius impressas *decis.704.* De bonis autem emptis tenentur Abbatissa, & Moniales ad soluendas decimas, & primitias Parochiali Ecclesiæ, vt refert decisum Portel. *dict. verb. decima, n.4.* & Hier. Roder. *dict. res.50. sub. num.5.* 36

Conuersi, vel Confratres mediæ Crucis del Thao Ordinis Hierosol. decimas ex bonis suis patrimonialibus, prædiis, possessionibus, agris, & terris omnino integrè & tealiter persoluere debent etiamsi ipsa bona patrimonialia per proprias personas, & proprios colonos ab eis colantur: at si aliqui ex prædictis Confratribus mediæ Crucis obtulerint suas personas Religioni, & actu illi inseruiunt, nunc & eo casu sunt exempti à decimis personalibus dumtaxat, quæ in fructibus dictorum bonorum patrimonialium, possessionum, & prædiorum non consistunt, etiamsi propria industria & labore percipiantur. Si verò obtulerūt personas, & omnia sua bona Religioni, ita vt fuerint donati professi, & nō coniugati, & in ipsa

Religio

Religionem fuerit translatum dominium, & possessio eorundem bonorum, non possunt molestari super decimis realibus de ipsis bonis oblatis, prout cæteri professi eiusdem Religionis Hierosol. vigore suorum priuilegiorum hactenus illis concessorum, consueuerunt. Ita statuit Clemens VIII. *in sua Const.* incip. *Quæ ordini Ecclesiastico, sub die 2. Decembris* 1600. Qui deinde Romanus Pontifex in alia sua Constit. incip. *Romanum decet Pontif. sub die 17. Iunij* 1602. Motu proprio, & ex certa scientia declarauit quoscumque, qui hactenus habitum de deuotione hospitalis sancti Ioannis Hierosol. tam ex speciali ipsius & Apost. Sedis indulto, quam ab ipsiusmet Mag. stro, & Conuentu eiusdem Hospitalis susceperunt, aut in posterum quandocumque susceperint, & si in litteris illius, aut pro tempore ex. stentis Romani Pont. super huiusmodi habitus susceptione, & in forma Breuis expeditis & expediendis, quod omnibus, & singulis priuilegiis, gratiis, indultis, exemptionibus, prærogatiuis, & præeminentiis, quibus alij eiusdem Hospital. fratres de deuotione, aut alias, vti, frui, potiri, & gaudere solent, & possunt, ac poterunt quomodolibet in futurum, sine aliqua differentia frui, potiri, & gaudere possint, & debeant, specialiter, ac nominatim concessum fuerit, nihilominus nullis omnino gratiis, & priuilegiis, ac fori, & exemptionis à decimarum solutione frui, ac potiri debere, sed ad solutionem earundem decimarum in omnibus, & per omnia teneri, & obligatos esse.

Virgines, & viduæ, ac forsan aliæ mulieres tertij Ordinis sancti Francisci, sancti Dominici, sancti Augustini, Beatæ Mariæ de monte Carmelo, Redemptionis Captiuorum, Minimorum, & sanctissimæ Trinitatis, ac forsan aliorum Ordinum, Beatæ nuncupatæ, quæ non in communi, vel sub clausura, sed in propriis quæque domibus, aut alienis separatè viuunt, ac in parochiis, vbi degunt, Sacramenta Ecclesiastica recipiunt, quorumcunque priuilegiorum præditis, seu quibusuis aliis Ordinibus, quibus sunt aggregatæ, Apost. seu alia quauis auctoritate concessorum, seu approbatorum, & confirmatorum prætextu, à solutione decimarum, seu aliarum rerum Parochus, quarum fines dictæ mulieres existunt vel aliis Ecclesiis alioquin debitorum, non sunt exemptæ, *constit. Clementis VIII.* incip. *Romani Pontificis, sub die 12. Septembris* 1600.

Patres Societatis IESV à Paulo & Gregor. & aliis Summis Pontificibus plenissimam exemptionem à solutione decimarum obtinuerunt: quibus priuilegiis reuocatis & derogatis, Leo XI. *in sua Constit.* incip. *Impositi nobis, sub die 13. Aprilis* 1605. Motu proprio & ex certa scientia statuit, decernit, & ordinat, vt ex tunc deinceps perpetuis futuris temporibus Societas IESV, & illius domus etiam probationum, atque Collegia, & loca quæcumque vbiuis locorum in Regnis Castellæ, & Legionis existentia ratione prædiorum, possessionum, vinearum, Oliuetorum, terrarum, hortorum, & bonorum quorumcumque quæ nunc possident, quomodocumque, & vndecumque ad eos peruenta, aut per eos acquisita fuerunt, & etiam eorum, quæ in postea perpetuis futuris temporibus ex Sede Apost. Domorum, seu Collegiorum fundationibus, aut aliis largitionibus, donationibus legatis, testamentis, codicillis, seu vltimis voluntatibus dumtaxat acquirent, & non solum eorum, quæ locare & arrendare solent, sed etiam eorum, quæ per proprios colonos, ac propriis quoque manibus excolant, loco decimæ, vigesimam scilicet, ex singulis viginti vnum eorum fructuum cuiuscumque generis, & speciei, quos in illis colligent, necnon pecorum, & aliorum animalium, quæ in illis enutrient piscationum, aliarumque rerum & specierum, de quibus de iure, vel de consuetudine decimari solet, Ecclesiis quibus alioquin circumscriptis dictis priuilegiis decimas persolui deberet, persoluere teneantur, & obligati existant, & quia euenire poterit vt Religiosi dictæ Societatis alia prædia, possessiones, terras, & bona exemptionis titulo locationis ab aliis conduxerint, ipsi colent, aut coli facient, non vigesimam, sed integram decimam iis Ecclesiis, quibus & prout antequam ipsi Religiosi illa tenerent, debebatur, pariter soluere teneantur, & obligati existant. Ab huiusmodi autem vigesimæ, seu decimæ solutionis hortos, seu viridaria, quæ apud eorum domos, seu Collegia intra ciuitates, & oppida habuerint, necnon etiam vnum tantum prædiolum in agro pro vnaquaque domo, seu collegio, quod tamen muris circundatum sit, & quatuor fanegarum illarum partium mensuram non excedat, exempta esse voluit, & ordinauit, decernens ipsos Societatis IESV Religiosos ad mediæ decimæ, seu vigesimæ & integræ decimæ huiusmodi respectiuè solutionem faciendam de cætero omnino teneri, & ad id censuris, & pœnis Ecclesiasticis constringi posse.

Postmodum Gregorius XV. *in sua Constit.* edita *sub die 15. Februarij* 1622. eidem Societati concessit quòd ex tunc de cætero perpetuis futuris temporibus omnia & singula illius domus, Collegia, & loca vbicumque in Castellæ & Legionis Regnis dumtaxat existentia præsentia, & futura ad solutionem, & præstationem decimæ integræ, & dimidiæ ratione prædiorum, possessionum, vinearum, oliuetorum, terrarum, locorum, & aliorum bonorum quorumcunque eiusdem Societatis in eiusdem Castellæ & Legionis Regnis dumtaxat, & quæ propriis manibus, ac sumptibus, & per proprios colonos tunc excolebant, & pro tempore excoluissent, siue prædia, possessiones, olineta, & alia bona huiusmodi ad societatem, illiusque domos, & Collegia, & alia loca prædicta ex eorum fundatione, aut aliis largitionibus, donationibus, legatis, testamentis, codicillis, aut aliis vltimis voluntatibus, vnionibus, applicationibus, concessionibus, emptionibus, & aliis acquisitionibus, & aliàs quomodocumque eatenus iam essent acquisita siue in posterum ad eandem Societatem, Religiosósque illius deferri contigisset, nisi prout alij Mendicantes soluere consueuerant, minimè tenerentur. Leonis prædecessoris litteris in aliis omnibus firmis, & illæsis remanentibus, Apostolica auctoritate concessit, & indulsit.

Denique S.D.N. Vrban. VIII. *in sua const.* incip. *alias à felicis record. sub die 20. Nouemb.* 1623. Motu proprio, & ex certa scientia Gregor. X V. litteras, omniaque & singula in eis quomodolibet contenta & expressa perpetuo reuocauit, cassauit, abrogauit, & annullauit, itavt neque in possessorio, nec in petitorio dictæ Societati, illiusque domibus, Collegiis, & aliis locis Regularibus, eorumque personis, & bonis suffragari possint, &c.

Circa præfata priuilegia primò est aduertendum, quòd in quolibet eorum, & in aliis, si quæ fuerint, est expressè derogandum dispositioni *dict. capit. nuper*, quòd cùm sit Conciliare, censetur habere clausulam derogatoriam ad futuras dispositiones, adeò quòd sit propriè necessaria illius derogatio 37

expressa, vt docent Marches. de commission.p.2. pag.
596.n.1.& 2.in vlt impress. Tambur. de iure Abba-
tum tom.1.disp.15.q.17.n.38. Campan.in diuers. Iu-
ris Canon.rub.12.c.13. n.154. Rot.decis.121.& seq.
p.1.diuers.& in Oriolen. decimarum 21.Maij 1586.
& 9.Iunij eiusdem anni,coram Orano,& coram Cana-
38 ler. inter eius impressas, decis.229.n.3. in qua fuit
dictum exemptionem à decimis non suffragari, nisi
in specie derogetur d.cap.nuper,& coram Card. Pam-
philio iun. in Viterbien.decimarum 25.Iunij 1618.&
coram Burat. d.decis.704 n.2. vbi latè, & eleganter
Ferentil.in annot n.13. & apud Tambur.in fine,to.3.
de iure Abbatum decis.94.& decis.95.n.4.vbi quòd
derogatio specialis d.c.nuper.requiritur tam in priui-
legio exemptionis à decimis quam communicatio-
nis, & decis.96.n.2. latè Noguerol tom.1. alleg.39.
num.24.

Est aduertendum secundò quòd priuilegium ha-
39 bentes non soluendi decimas de agris, quos propriis
manibus, vel sumptibus colunt, debent soluere deci-
mas de illis, quos aliis, colendos tradunt, vt probat
expresse tex. in c.licet 11. de decim.& tradunt Azor.
instit.p.1.lib.7.c.27.q.7.Suar.de Relig tom.1.tract.2.
lib.1.cap.19.num.13.Tamb.de iure Abbatum tom.1.
40 disp.15.q.18. sub n.5.Ratio est, quia priuilegia exé-
ptionis à solutione decimarum sunt personalia, non
autem realia, & ideò non transeunt ad colonos, ar-
rendatarios, seu emptores prædiorum,aut fructuum,
vt non semel censuit Rot.& signanter decis.23.p.2.
diuers. & coram Seraph. dec.827.n.2.& in Placen-
tina decimarum 17 Decemb.1584.coram Card.Blan-
chetto, & in Pampil. decimarum 15. Decemb.1615.
coram R.D. meo Coccino Decano, & in Leodien.deci-
marum 20. Decemb.1628. coram Card.Virili. refert
me citato in hoc loco Trullench. d.c.3.dub.11.n.4.in
princ.

41 Aduertendum quoque est tertiò Papam commu-
nicando priuilegia alicuius Religionis, in quibus
adest expressa mentio à solutione decimarum, alteri
Religioni, non censeri etiam communicasse exem-
ptionem à solutione decimarum, nisi de hac exem-
ptione fiat specialis mentio, cùm difficulter conce-
datur, vt per Butr. cons.19.n.9. Bald. in l.fistulas §.
frumenta ff. de contrah.empt. Cremen sing.108. Fel.
in c.sedes n.3.de rescript.Trullench.d.dub.11.num.4.
post med. Pute. decis 65. lib.3 Seraph.dec.591.n.2.
Caualer.decis.247.n.10.Rot.in Valentina decimarũ,
28. Nouemb.1603.coram Card.Lancellotto iun.& in
Cordub.decimarum 13.Maij 1613.coram bona mem.
Patriarcha Manzanedo,& in Conchen. decimarũ,12.
Maij 1623.coram bonæ mem. Buratto, inter eius im-
press. decis.704. & apud Tamb.in fine tom.3. de iure
Abbatum decis.96.n 2.vbi quod communicatio pri-
uilegiorum non comprehendit exemptionem à so-
lutione decimarum, de quibus nulla in ea facta est
mentio: quia exemptio à solutione decimarum non
solet concedi, vel saltem cum magna difficultate.
Trullench. ad præcepta Decalogi lib.3.cap.2.dub.11.
n.4. vers. hinc fit,me citato in hoc loco Noguer to.1.
alleg.39.n.17.Quod quidem procedit, etiamsi Papa
in dicta communicatione priuilegiorum fecerit
mentionem de decimis: quia, si non apparet de ex-
pressa mente concedentis, verbum, decima, referri
potest ad decimas extraordinarias, quæ imponun-
tur ab homine; non autem ad ordinarias, & præ-
diales,quæ sunt debitæ de iure diuino: & hoc maxi-
mè prouenit in communicatione priuilegiorum, in
qua non derogatur d.c. nuper, quòd cùm contineat
constitutionem conciliarem,censetur habere clausu-
las derogatorias ad sequentes dispositiones, & ideò
requirit specificã derogationẽ;vt suprà diximus n.37.

Est notandum etiam quartò,quòd Parochus ma- 42
nutenendus est in possessione exigendi decimas ra-
tione prædiorum aquisitorum per Regulares, donec
doceant de sufficienti priuilegio,vt censuit S.Cong.
Conc. in Pisauren.13.Aprilis 1630.refert me citato
Trullench. d.c.3.dub.11.n.4.post med. nam prædia
decimarum solutioni obnoxia ad Regularium Mo-
nasteria transeunt cum suo onere, ac proinde Regu- 43
lares tenentur illas soluere parochialium Ecclesia-
rum Rectoribus, quemadmodum tenebantur laici,
priusquam bona ipsa in Monasterij proprietatem
transiuerint: ita eadem S. Congr. in causis Ripan.
Vrbiuaten.& Firman.4. & 18. Decemb.1627.& in
Callien.1.Septembris 1629.

Aduertendum denique est priuilegia huiusmodi 44
eximentia à solutione decimarum amitti,si incipiant
esse enormiter læsiua Ecclesiæ Parochiali, quæ ha-
bet intentionem de iure fundatam in decimis,c.sug-
gestum c.dilecti.& ibi gloss. verb.enormiter,de decim.
cap.quid per nouale, de verborum signif.Rebuff dict.
q.14.n.55. Menoch.cons.136.n.9.vol.2.Rot. in spe-
cie, de priuilegiis Cistercienstum, in Pamphil.decima-
rum 6.April.1615.coram.R D.meo Coccino Decano,
vel saltem moderari iuxta tex. in c.2. §.vbi autem, de
decim. lib 6 Rot. in d.Pampil. ad declarationem ve-
rò Papæ spectat, quando dicatur priuilegium enor-
miter lædere,secundùm Abb.in d.cap suggestum n.4.
nisi alteri, putà iudicio Rotæ, Papa commiserit, vt
euenit in d.Pamphil.decimarum. An autem,& quan- 45
do Religiosi non vtentes etiam ex negligentia, vel
ignorantia, speciali priuilegio eximente illos à solu-
tione decimarum, præiudicent iuri suo ex tali priui-
legio obtento? vide Hieron. Roder. d.resol.50.n.5.
Priuilegium exemptionis à decimis amittitur per
solutionem per quadraginta annos factam, Rota
apud Tambur. in fine tom.1. de iure Abbatum de-
decisc.96. vbi n.12. quod Priuilegium amittit priui-
legiarius per non vsum quando per eum stat quo-
minus priuilegio vtatur,& num.9.quòd priuilegium
exemptionis concessum alicui Ordini non amittitur
per non vsum vnius tantum monasterij, sed eius ius
conseruatur si in cæteris monasteriis sit in vsu.

Infertur quintò Religiosos omnes priuilegio Iu- 46
re scripto eximi à solutione decimarum de nutri-
mentis animalium, hoc est, de animalibus, quæ
ipsi nutriunt,vt expressè habetur in d.c.ex parte,il 1.
de decim. l. Regia 4. tit.20.p.1. ibi. Que todas las
Religiones, quales quiera que sean, non deben pagar
diezmos,ni de sus huertas,ni de los ganados que crian.
Petr.Greg.syntagm.Iuris,p.1.lib.2.c.24 n.7.& c 21.
num.10. Hoc tamen procedit in his tantùm,quæ de-
seruiunt pro vsu Monasterij, vt expressè declarat ibi
Abb.n.3.Ioan.de Anania n.2.Anchar.etiam num.2.
Rebuff d q.14. circa fin.Monet.d c.5.num.17.& in
animalibus, quæ ipsi Religiosi nutriunt suis sump-
tibus; non autem in illis, quæ dant aliis nutrienda.
Clem.1. vbi glos.verb.animalibus, & verb. teneri, de
decim. Abb. in dict. cap. ex parte. in fine, & ibi An-
char.dict.n.2.vers.istud etiam.Henric.Boich. num.2.
vers.quod intellige.Butr. in 3. not.Rebuff.d.quæst.14.
numero 57. vbi dicit: quòd si dentur aliis tenenda,
& custodienda, requiritur, quòd vesperi reducantur
ad Monasterium: quod etiam tenet Monet. dict.
capit.5. num.14. Rot.in Cochen.decimarum.23. Iunij
1614. coram bonæ mem.Patriarcha Manzanedo, vbi
ait dispositionem dicti cap.ex parte non esse reuoca-
tam per d.c.nuper,de decim.quoad hanc partem:quia 47
ille tex.loquitur de decimis prædialibus, & non gre-
gum, circa quos nihil innouauit, vt expressè sensit
Butr.

Butr. *in dicto ex parte, prope fin vers. relinquitur ergo.*

48 Infertur sextò, per priuilegium in Iure scriptum leprosos in communi viuentes de hortis suis, qui sunt in circuitu domus, & de nutrimentis animalium suorum, decimas soluere cogi non debere vt voluit Pontif. *in cap. 2. de Eccles. aedific.* Hispan *in tr. regul. decimarum, quaest. 12. n. 2.* Rubeff. *d. tr. q. 5. n. 21.* Monet. *d. c. 5 n. 35.* Rot. *in d. Conchen. decimarum 13. Iunij 1614. coram bonae mem. Patriarcha Manzanedo*, vbi fuit dictum, quòd ad hoc, vt sit locus exemptioni, de qua *in d. c. 2.* leprosos debere communiter viuere, & simul congregatos extare; ita vt si adesset Hospitale, in quo curarentur etiam leprosi, quando ad aliud accederent ibidem alij infirmi cæteris morbis laborantes, & leprosi retinerentur separati ab aliis infirmis, adhuc non haberet locum *d. capit. 2.* quia leprosi non videntur constituere corpus separatum, cùm talis separatio fiat ad euitandum contagium, & cùm priuilegium *dict. cap. 2.* sit speciale, non videtur extendendum ad Hospitale commune leprosis, & aliis infirmis, quod etiam ead. Rota confirmauit *in Corduben. decimarum 22. Martij 1617. coram Patriarcha Manzanedo*, impressa per Tambur, *d. loco decis. 94.* vbi *in fine*, refert hospitalia fratrum B. Ioannis de Deo non gaudere priuilegiis leprosorum.

49 Infertur septimò Episcopum non posse alicui concedere hanc immunitatem à decimarum solutione per viam priuilegij, vt docent Rebuff *de decim. q. 5. n. 28 & 32.* Fagund. *d. prae 5 lib. 1. c 4. n. 6.* tum, quia sunt à Papa assignatæ singulis Ecclesiis, *c. 1. 13. q. 1.* tum, quia in Conc. Cabilon. statutum fuit, ne Ecclesiæ antiquitus constitutæ decimis priuaren-

50 tur, *c. Ecclesiae, cum seqq. 16. q 1.* Episcopus autem non potest contra Concilium dispensare, glos. singularis *verb in aetate, in capit. cùm dilectus, de elect.* plures per me citati *de officio, & potest. Episcop. p. 2. alleg. 33. num. 25.* Poterit tamen Episcopus remittere decimas, maximè suæ mensæ debitas, ex iusta cau-

51 sa vt habetur *in cap. quia circa, de priuileg.* Item poterit Episcopus interponere decretum, & consensum in compositione super solutione decimarum, *c. 2. de transact.* Rebuff. *d. tract. q. 13. n. 15 cum seqq.*

52 Monet. *eod. tr. cap. 5 à n. 119.* Item poterit Episcopus decimas, quas nunquam possedit post earum recuperationem vel illa ad opus suum retinere, vel secundum discretionem à Deo sibi datam, alteri Ecclesiæ concedere, *c. quoniam de decim.* Rot. *in Sabin. deci-*

53 *marum 1. Iulij 1609. cor R. D. meo Coccino Decano.* Illas verò, quas aliquando possedit, si reuertantur ad mensam episcopalem, non potest transferre in personam, quæ nunquam moritur, ne adimatur spes deuolutionis, eadem Rot. *in Taurin. decimarum 12.*

54 *Ianu. 1607. cor. bon. mem. Card. Marquemont.* Et deinde poterit decimas concedere aliis Ecclesiis cum aliqua causa, *c. plures, c. statuimus, & c. fin. 16. q. 1* Monet. *c. 5. n. 60.* Vetall. *decis. 340 p. 3.* Rot. *in Conchen. decimarum 5. Maij, 1600. coram Card. Pamphilio sen.*

55 Vnde à fortiori colligitur regulariter Episcopum non posse ius percipiendi decimas laicis concedere, *c. benè quidem 96. dist. c peruenit. 1 q. 4. c. venerabilis, de confirm. vtili*, Rebuff. *d. tract q. 5. num. 32. & q. 13. num. 73.* In concessione enim decimarum, & iuris decimandi laicis facienda, est adeò necessaria auctoritas Sedis Apost. vt non sufficiat immemorabilis

56 absque fama priuilegij, vel recognitione feudali, Io. Andr. & alij *in c. cum Apostolica, de his, qua fiunt à Praelat.* Fel. *in c. causam, qua num. 3. de praescript. & in cap. cùm contingat. sub num. 4. vers. si tamen, de foro comp.* Rot. *in Toletana iuris decimandi 27. Aprilis 1584. coram Card. Blanchetto. & in Mediolanen. rescissionis permutationis 21. Maij 1597. coram Card. Pamphilio sen. & in Taurinen. decimarum, vers. supposito autè 12 Ianu. 1607. coram Card. Marquemont, & in Ferrarien. decimarum 23. Iunij 1617. cor. Card. Pamphilio iun.* ead. Rot. *decis. 215. n. 2. & 3. p. 2. diuers. & decis. 02. n. 1. p. 1. recent.* Seraph. *decis. 1102. num. 1.* Alias decisiones refert Theodos. de Rubeis *in singul.* Rot. *tom. 2. p. 2. circa stylum & obseruantiam Rotae, verb. laicus §. 1. pag. 61.* vbi attestatur in Rota receptum esse quod quasi possessio immemorabilis decimandi non suffragatur laico, nisi etiam fama priuilegij, vel recognitio, ab Ecclesia, vel aliud æquipollens concurrat. Rota in dictis decisionibus *Corduben. decimarum de Lucena.*

Et aduerte confirmationem beneplaciti Apost. 57 quando est reseruatum in concessione iuris decimandi facta laicis, non præsumi ex lapsu 30. annorum, & vltrà, cum obseruantia respectu illius iuris propter incapacitatem laici nihil operetur, Alexand. *cons. 70. n. 4. lib. 3.* Rot. *in d. Mediolanen. rescissionis permutationis, & in d. Ferrarien. decimarum.* Potest 58 tamen Episcopus alicui laico ex iusta causa, putà, quia Ecclesiam, eiusve patrimonium à tyranni oppressione liberauit, concedere, ad vitam, aliudve tempus, non quidem ius percipiendi decimas, sed ipsarum decimarum fructus, vt eas nomine, & titulo Ecclesiæ consequatur, vt voluit glos. & magis communiter Doctores *in c. quamuis, de decim.* Rebuff. *d. tr. q. 10. n. 34 & q. 13. n. 110* Couar *d. c. 17. n. 5.* Azor. *d. lib. 7. c. 36. q. 11. & 14.* qui tamen id tantùm concludit de breui tempore, non ad vitam. Item, poterit concedi ab Episcopo cum consensu eius, de cuius interesse agitur, non in vim priuilegij, sed alienationis cum causæ cognitione, & aliis solemnitatibus, tex est *in c. 2. de his, quae fiunt à Pral* Rebuff. *q. 5 n. 35.* Monet. *d. c. 5. n 62.* quia tunc iam non erit spirituale ius tali laico concessum, cùm spiritualia non ministraret, sed temporale, hoc est, fructus & commoditas decimarum, quæ quid temporale sunt, Abb. *in cap. ad haec, n. 4. de decim* Azor. *d. lib. 7 c. 36. q. 11.* & temporales decimæ non sunt propriè decimæ, vt aduertit Bald *cons. 419, vol. 1.* sed sunt certæ decimationes, seu annuæ præstationes in quantitate frumenti, vel pecuniæ, descendentes à iure temporali, & ex contractu pro rebus debitæ, Rot. *in Ferrarien. decimarum 16. Iunij 1615. coram R P. D. meo Pirouano*, impressa *decis. 420. p. 1. recent.*

Ante Lateranense Concilium sub Alexandro III. 59 de anno 1179. poterant inferiores Prælati decimas titulo feudi, vel alio temporali laicis concedere, sed ex eo fuit illis hoc prohibitum, vt per text. *in cap. cùm Apostolica de his, quae fiunt à Praelat. & in cap. 1. §. fanè, de decim. l. 6.* tradunt Cou. *lib. 1. var. capit. 17. num. 5. vers. olim* Menoch *de praesumpt. lib. 6. praes. 86. n. 2.* D. Barbos. *in l. Titia num. 4. vers. non obstat secunda ff. soluto matrim.* Gutier *pract. lib. 1. quaest. 14. num. 5. & quaest. 15. num. 4.* Azor *instit moral. part. 1. lib. 7. cap. 36. quaest. 12.* Fagundez *d. praec. 5. lib. 3. c. 1. num. 32.* Monet. *d. cap. 5. n. 66* & in hoc omnes conuenire profitentur, & sequitur Suar. *de Relig. tom. 1. tract. de decimis. lib. 1. cap. 26. num. 2. & 3.* In dubio autem, si decimæ laicis concessæ reperiantur, & nesciatur, an post, vel ante Concilium Lateranen. fuerint concessæ, post Concilium concessæ censentur, Beroi. *cons. 21. num 14. lib 1.* Rot. *in Taurinen. decimarum, 12. Ianuarij 1607. vers. non obstat, coram Card. Marquemont*, quæ reperitur impressa *decis. 193.*

decis. 193. *n.*9. *p.*2. *recent.* & fuit dictum *in Gerund. iurispatronatus*, 21. *Aprilis* 1622. *coram Reuerendiss. D. meo Coccino Decano, vers. quantum attinet.*

61 Verùm hæc communis resolutio in se vera non est, si aduertamus multò ante Concil. Lateranen. hoc ipsum prohibitum fuisse ab Vrbano II. *in cap. decimas* 39. *in ord.* 16. *quæst.* 7. & manifestiùs *in capit.* 1. *Episcopum, vel Abbatem, in vsib. feud.* qui annos ferè centum præcessit hoc Concil. Lateranen. vt videre est apud citatos per Aragon. 2.2. *quæst.* 87. *art.* 3. Quare, si materia benè perscrutetur, nullus text. inuenietur, qui probet, potuisse laicos licitè retinere decimas à Prælatis inferioribus concessas, sed solùm, quod obtentas ante Concil. Lateran. possunt transferre in locum religiosum de consensu Episcopi, quod non ex ea ratione prouenit, quòd eas licitè retinent; sed magis, quia hoc voluit Ecclesia permittere ad vitanda scandala, vtilius iudicans, si decimas, quas laici cum animarum suarum periculo illicitè detinebant, sponte dimitterent aliis Ecclesiis, vel religiosis locis, quàm si eos ecclesiasticis censuris, vel modis aliis cogerent ad restitutionem faciendam eidem Ecclesiæ, ad quam pertinent, vt aduertit Rebuff. *d. tr. q.* 10. *n.* 22. & melius Gilchen, *de præscript. p.* 3. *c.* 8. *n.* 7. nec omninò displicet Suar. *d. c.* 16. *n.* 3. dum resoluit, Concilium non concedere laicis, vt decimas concessas à Prælatis inferioribus retineant sed ne transferant in alios absolutè, vt *in cap. prohibemus de decim.* nec Religiosos sine Episcoporũ auctoritate, vt *in d. cap. cùm Apostolica:* quæ prohibitio inducta ad priuationem minimè operatur concessionem, iuxta *reg. l. legata inutiliter ff. de adimend. legat.* cum similibus.

62 Cum autem tex. *in d. c. §. sanè*, distinguat tempora ante, vel post Lateranen. ad effectum, vt laici decimas antea habitas à Prælatis inferioribus transferre possint in Religiosos, non postea obtentas, si post, & ante dictum Concilium semper ille titulus habitus ab inferioribus Prælatis fuerit illicitus, & iure reprobatus, difficile est inuestigare; sentit difficultatem suam, adhærens opinioni, dum existimat, faciendam non esse distinctionem à temporibus ante, vel post Lateranense; sed ante, vel post Vrbanum II. Suar. *dict. c.* 26. *n.* 6. *ad finem*, dum quærit, si iam ab Vrbano erat prohibitum Prælatis inferioribus, ne decimas laicis darent in feudum, quare tex. habitas post illam prohibitionem ante Lateranense transferre concedit, & respondet hoc ita vel consuetudine, vel præscriptione, vel expressa aliqua Concilij auctoritate, quam tamen hactenus non inuenisse fatetur, factum fuisse, vt constitutio Vrbani, quæ infeudationes antea factas sustinebat, extenderetur vsque ad tempora Lateranen. Concilij. Sed his diuinationibus omissis quoad nostrum propositum respondetur, Concilium propter rationes eminentis scandali permisisse, vt antea habitas à Prælatis inferioribus, licèt iniustè, possent transferre in Religiosos; quia sic aliquo modo Ecclesiarum vtilitati occurrebatur, vt verò permitteret hoc ipsum in decimis de cætero concedendis, rationem illam non subesse; sed quòd rigor iuris obseruetur, vt in plerisque aliis materiis factum videmus, quòd illicitè facta in præteritum sustineantur, ac de cætero, & in futurum strictiùs seruetur prohibitio, vt notant omnes per tex. *ibi in c. vlt. de sponsa duorum*, ibi, *de cætero, cap. prouidenda* 44. *in fine*, ibi, *de cætero, de cætero. de elect. lib.* 6. cum multis aliis.

63 Circa verò potestatem transferendi decimas à laicis retentas, tres casus distinguere oportet. Primus est de laicis intrusis, qui sine titulo aliquo decimas detinebant; hi enim necessariò tenentur illas restituere Ecclesiæ, ad quam de iure pertinent, cui Episcopus consensu suo præiudicium facere non potest, iuxta reg. generalem. tex. *in cap. id quod nostrum, ff. de regul. Iuris*, vt aduertit Suar. *dict. c.* 26. *numero* 10. Secundus est de decimis, quas laici obtinent titulo feudi perpetui habiti ab inferioribus Prælatis, qui etiam ante Lateranen. Concilium erat inualidus secundùm nostram opinionem, & procedit in his permissio huius Concil. vt eas de Episcoporum consensu transferre sufficiat in aliam Ecclesiam, vel religiosum locum, neque sit necessarium facere restitutionem eidem Ecclesiæ, ad quam pertinebant, vt expressè probat tex. *in d. c. cùm Apostolicæ, in vers. quia verò*, iuncto fine, & ex vltimis verbis *dict. § sanè*, dum semper hanc Lateranensis Concil. prohibitionem, & concessionem restringunt ad decimas, quas laici titulo feudi perpetui ante Lateranense obtinebant; atque ita non procedere in aliis, quæ sine huiusmodi titulo feudi perpetui in laicum sunt alienatæ. Tertius casus est, quando decimæ à laicis titulo iusto, & valido in perpetuum obtentæ sunt, vel à Summo Pont. vel aliis Prælatis, qui sufficienti potestate ad hoc fuerint muniti, & in eo non videtur necessarius Episcopi consensus, vt in locum religiosum transferantur, prout in donationibus tertiarum, quas à Summo Pont. obtinent Lusitaniæ, & Castellæ Reges, communiter receptum est post Sot. *de iust. lib.* 9. *quæst.* 4. *articulo* 3. *& quæst.* 7. *articulo* 1. & post Gregor. Lop. & alios, Ioan. Garc. *de expensis, capitulo* 9. *numero* 97. & post Gutier. D. Barbos. *in l. Titia num.* 42. *vers. adde, ff. soluto matr.* Cabed. *Lusit. decis.* 63. *num.* 5. *part.* 2. vnde etiam in laicos transferri posse resoluunt Mench. *illustr. capit.* 89. *numero* 2. Ioan. Garc. *dict. capit.* 6. *à numero* 97. Gutier. *pract. lib.* 1. *quæst.* 15. *numero* 6. Ceual. *commun. contra communes, quæstione* 367. Cabed. *dict. decis.* 73. *numero* 8. Gilchen. *dict. capit.* 8. *à numero* 6. contra Couarr. & plures alios, quos refert, & sequitur Azor *dict. libro* 7. *capit.* 36. *quæstione* 13. Et ostenditur: quia, si huiusmodi decimæ titulo feudi perpetui iusto, & valido semel in laicum sunt alienatæ, efficiuntur ipsius patrimonium, nec in disputationem cadere potest, an restitutio sit facienda Ecclesiæ, ad quam de iure pertinent: siquidem, postquam in perpetuum alienatæ sunt in laicum titulo iusto, & valido, non pertinent iam ad Ecclesiam aliquam: & tamen text. *in cap. cùm Apostolica in vers. taliter*, in his decimis, quæ ad Ecclesiam aliam pertinebant, decidit, necessarium non esse eidem Ecclesiæ facere restitutionem, sed sufficere, quòd religioso loco, vel alteri Ecclesiæ fiat: ergo non de decimis titulo obtentis, sed iniusto modo prædicto, scilicet, habito à Prælatis inferioribus, iura ista sunt intelligenda.

Infertur octauò, consuetudinem habere vim, & 64
efficaciam ad eximendos Parochianos à solutione decimarum. Diximus suprà, Parochianos, nisi exempti proponantur, esse obligatos ad decimas persoluendas: atqui consuetudo habet vim & efficaciam, per quam obligatio prædicta auferatur; habet enim vim legis humanæ, iuxta *l.* 2. *C quæ sit longa consuet. capit. consuetudo* 1. *dist.* qua lege humana decimæ institutæ sunt, vt supra notauimus. Igitur, &c. Probant corol *glos. verb. præsumpt*, *in cap. quia cognouimus* 10. *quæst.* 3. *glos. vlt. in cap. in quibusdam*, §. *fin. de decim.* Sot. *lib.* 9. *de instit. quæst.* 4 *art.* 1. *col. antepen.* refert alios Couar. *lib.* 1. *var. cap.* 17. *numero* 8.

Gutier-

Gutier. canon.lib. 2. cap.2 1. n.3 1. Rebuff.de decim.
q.1 3.num.46.Monet eodem tract.cap.5.q.1 num.89.
me citato Trullench. d.cap.3. dub.1 1. num.7. Castr.
Palao d.tract.1 0.disp.vnic.p.4.num. 1. Seraphin.dec.
1204. Rot. in Nouarien. decimarum,26. Februarij,
1631. coram R,P.D.Dameo Pirouano, Fr. Ludouic.
Miranda in man.Prælat.tom.2.quest.49.ar.5 Cabed.
Lusit decis.205.num.2. part.1.vbi ait iudicatum valere
consuetudinem in modo, & tempore soluendi,
qui multipliciter declarant. Decimarum enim solutio
regulatur ab obseruantia, Seraph. dec. 1047.n.6.
Rota decis.449. num.3 p. 1.recent.quæ quidem, nec
non consuetudo, seu præscriptio acquisita in vno
loco non extenditur ad alium. Solorzan. de gubernat.
Indiar.lib.1.cap.22.num.10. Sed Ego, omissis
variis eorum declarationibus existimo, pro vera huius
coroll. intelligentia, faciendam esse distinctionem
inter consuetudinem, quæ ita aufert decimas
ab ipso Parocho, vt illi congrua sustentatio non remaneat:
& tunc verum est dicere talem consuetudinem
non valere, siquidem Ius diuinum, & naturale
offendens rationabilis esse nequit. Secùs verò,
si illa operante adhuc remanet prædicta sustentatio,
quo casu procedit hoc corol. prout in priuilegio suprà
notauimus, eò quòd manente congrua sustentatione
solùm remanet obligatio iuris humani, contra
quod operari potest consuetudo ex reg tex.in capit.
vltim. de consuet. si tamen talis consuetudo rationabilis
fuerit, prout ille tex. requirit: & sic cessat labor
plurium Doctorum, quos referunt Cou. &
Gutier. dictis locis.

65 Ex his colligitur primò, defendendam esse consuetudinem,
qua introductum est, vt ex certis fructibus
nulla decima, vel aliqua illius portio persoluatur.
Patet, si expendamus manente congrua sustentatione
ministri, in reliquis tantummodo ius humanum
per exemptionem violari, ac subinde nil mirum,
si talis consuetudo rationabilis obseruetur,
prout in specie tradunt Cou.var lib.1.cap.17.num.8.
vers.7.Rebuff.d.tr.q.1.3.n.46.Azor.d.lib.7. cap.37.
q. 2.Monet.c.5. n.92. in fine.

66 Colligitur secundò, valere consuetudinem, vt ex
certis fructibus, putà fœno, oleo decima non soluatur,
Cou. loco proximè citato, Azor.d.c.37 q.9. Monet.d.c.5.n.94.
vbi n.92. subdit valere quoque consuetudinem,
vt de minutis decimæ non soluantur,
Castill. dict.tom.7.de tert.cap.2. n.8. Cancer. variar.
tom.1.c.23.num.11.

67 Colligitur tertiò, valere quoque consuetudinem,
quòd ex eodem prædio vna Ecclesia decimas maiores
percipiat, & alia minores, Host. in cap.cum in
tua. §. respondemus, quem ibi omnes sequuntur, de
decim. Rot. in Conchen.decimarum,1. Iulij.1561.coram
Card.Pamphilio sen.& in Nouarien. decimarum,
26.Februarij, 1631. coram R.P.D.Dmco Pirouano.

98 Colligitur quartò, posse ex consuetudine decimas
vni Ecclesiæ aliàs debitas, alteri adscribi, & solui,
tex. in cap. cùm sint homines & in capit. ad Apostolica,
de decim. Cou.dict.cap.17. num.8. Perez lib.1.
post princ. vers. huiusmodi autem decima tit.3. lib.1.
Ordin.pag.116.& lib.3. in princ.tit.6.eod.lib pag.
133. Fagundez dict prac.5.lib 3.capit.1.num.4.Gu-
pract.lib.1 q.17.n.2.& 5.Rebuff.d.tr q.13.num.47.
vbi n.48. limitat, id non procedere in decimis, quæ
limitibus adhærent, hoc est, in prædiis, quæ limitibus
proxima sunt, refert & sequitur Monet.. d.c.5.
n.97.& 98. vbi n.101. post Cou.d.n.8.vers.quartò,
fortiori ratione, concludit, in hac specie sufficere consuetudinem
decem annorum, cùm ea non sit contra
ius, sed præter: & n.103. post eundem Couar.dict.
num.8. vers.decimò, resoluunt, quòd in aliis casibus
consuetudo, quæ circa decimas obseruanda est, requiritur,
& sufficeret, vt sit quadraginta annorum,
& quod tex.in c.1. de præscr.in 6. qui contrarius videtur,
procedit in præscriptione, non autem in consuetudine
Quando autem agitur ad effectum ex- 69
cludendi Parochum à decima de iure debita debet
consuetudo non soluendi integras decimas probari
cum requisitis immemorabilis, seu legitimæ præscriptionis,
Rebuff.d.q.13 n.53.& seqq. & n.69.Ant.
Gab. commun. tit. de præscript. concl.1.n.16.& 18.
Seraphin.dec.1404.n.2.Stephan.Gratin. discept.for.
c.595.n.26.Rot.dec.474.n.5. & decis.469.n.2.p.1.
recent.& decis.261.n.3.part.2.recent & in Augustana
decimarum, 28.Martij,1631.corã R.P.D.Vbaldo.

Colligitur quintò, consuetudinem operari pos- 70
se circa omnes decimas personales in pluribus Prouinciis,
eò quòd non obstante illarum exemptione
apparuit manere prædictam congruam ministrorum
sustentationem, vt tenent, quamuis alia ratione moti,
Turrec. in cap.reuertimini 16. quæst.1 art.7.n.11.
Paris.consi.25.col 1.vol.4.V.ui. Neapol.decis.4.n.46.
Couar.dict.17.num.8.Monet.d.c.5.n.92.

Colligitur denique, in soluendis decimis consi- 71
derandam esse consuetudinem, vt tradunt Valenzuel.
cons.49.ex num.1.Castill.d.tom.7.cap.2.num.4.
Vin. tom 1. commun.opin.lib.1.tit.10.n.15 pag.187.
Gutier. pract.lib.1. quæst.19.n.3.Azeued.lib.1.n.12.
tit.5.lib.1.nouæ Recopil.& lib.6 num.4.eod.tit.& lib.
Zerol in praxi Episcop.part.1. verb.decimæ,§.7.& 8.
Suar de Relig.to.1.tract.2.lib.1.cap.21.n.5.& c.30.
num.2. Cabed. Lusit. decis.205. num.2.part.1.Rota
apud.Tambur.in fine tom.3.de iure Abbatum dec.98.
num.3.& dec.99. num.2. & coram Puteo decis.154.
num.6. cum seqq. lib.1.& Coram Caualer. decis.73.
& decis.107. a num.1.

Sed dubitari potest, quæ consuetudo in solutio- 72
ne decimarum sit attendenda, locíne vicinioris, an
loci, vbi prædia existunt, vel vbi fit solutio decimarum,
an Diœcesis? Sub distinctione sic respondendum
erit: aut nulla adest consuetudo in loco, vbi
sita sunt prædia, aut fit solutio decimarum, vel si adest,
est dubia, & tunc attendenda est consuetudo loci
vicinioris, vel loci prædominantis. Achil. decis.3.
num. 2. 6. & 8.sub.tit.de decim. Item, si in loco vbi
fit solutio decimarum, vel sita sunt prædia, nulla adest
consuetudo; in loco verò viciniori adest aliqua
consuetudo, & in loco dominanti adest diuersa consuetudo,
& tunc attendenda est consuetudo loci vicinioris,
non verò loci dominantis, aut ius commune.
Pute. decis.176. lib,3. in correctis. Aut in loco,
vbi sita sunt prædia, adest particularis consuetudo,
& illa tunc est attendenda. Item, si in loco adest aliqua
consuetudo, & in diœcesi alia, & tunc etiam
attendenda est consuetudo loci particularis, & non
diœcesis: ita Put.decis.176.num.6.& 7.lib.3. Caualer.
decis.95. num.3. & decis.107.num.1.Trullench.
dict.dub.11. num.11.Rota in Tuden. decimarum.19.
Nouemb.1591 corã Card. Pamphilio sen. & in Ciuit.
decimarum. 18. Martij, & 28. Iunij, 1596. coram
bonæ mem. Penia. Rota apud Tambur. d,decis.98.
num.5 6. & 7. & dec.49.n.4. Consuetudo enim spe- 73
cialis præferenda est generali. Rota in Calaguritana
decimarum, 19. Martij, 1610. coram Card. Caualerio,
inter eius impressas, dec.106.& in Hispalen. decimarum,
18. Iul.1612.coram bo.mem.Vbaldo. Item 74
& attendenda est potiùs ea consuetudo, quæ fauet
Parochiali, quàm quæ fauet prædiali, cùm sit

rationabilior, & conformior iuri commu Curt. iun. *cons.2. in fine.* Afflict. *decis.*80. *num.* 9.Rot. *in Segobien. decimarum.* 10.*Octob.*1583. *coram Alexandrino, & in Pacen, decimarum.* 20. *Iuny,* 1598. *coram bona mem. Card. Millino.*

Dubitari etiam potest quanto tempore hæc consuetudo inducatur? Decennium sufficere tenent Abb.*in cap.cum sint homines n.*6.*de decim.* Achil.*decis.*3.*num.*5.*eod.tit.* Pute. *decis.*155.*aliàs* 154.*num.*2. *lib.*1. & Rot. *decis.*163.*part.*2.*diuers.*& apud Tamburin.*in fine tom.*3.*de iure Abbatum decis.*97.*num.*9. præcipue quando agitur inter duas Ecclesias, cum non sit contra, sed præter ius.Rota *d. decis.* 163. *n.*4. *p.*2. *diuers.* & coram Caualer.*decis* 73. & *decis.*95. *num.*2. *in princ.* & apud Tambur. *vbi sup. decis.*99. *num.*3. vbi *num.*9. subdit quòd decimandi possessio decennalis requiritur ad inducendam consuetudinem ad fauorem Ecclesiæ sacramentalis contra Ecclesiam prædialem; secus verò quando agitur inter possessorem prædiorum, Rota apud Tambur. *d. de-*
13 *cis.*97.*num.*11. Vel quando inducitur consuetudo non soluendi decimas, quia tunc quadraginta anni requiruntur, quamquam, si de præscriptione agitur. diuturnum requiratur tempus, vt tenent Couar.*dict. lib.*1.*var.cap.*17. *num.*8. *vers decimo,* Perez *l.*1.*vers. est tamen eic.*5.*lib.*1.*Ordin pag.*124. Gutier. *d.c.*21. *num.*65.Parlad.*d.cap.*39.*num.*9 Solorzano *d. lib.*1. *cap.*22.*num.*26. Monet.*d.cap.*5.*num.*103.vbi *n.*104, subdit titulum non requiri ad hanc consuetudinem, licèt ei aduersetur Iuris communis præsumptio, & respondet ad text. *in dict cap.*1. *de prescript. lib.*6. qui contrarius videtur, vt procedat in præscriptione, non autem in consuetudine, Valenzuel.*cons.*146. *num.*16. *cum seq. tom.*2. Rota *apud Postium in fine sui tract.mandati de manutenendo decis.*281.*num.*3. Concurrente tamen scientia & patientia dominorum qui ad eas decimas exigendas ius habent, itaut non sufficiat scientia & patientia laboratorum, affectorum, & conductorum, Gronagnol.*cons.*28. *n.*28. & 29. *lib.*2.Post.*d.tr.obseru.*35.*n.*84.

---

§. IV.

Quis sit Iudex competens in causa decimarum, & an & quando sit summaria, & executiua, & quibus pœnis afficiantur eas non soluentes, & quomodo componi, & transigi super illis possit?

SVMMARIVM.

1 *Decimarum controuersia in petitorio, vbi questio iuris est etiam incidens, spectat ad Iudicem ecclesiasticum: ad saecularem verò, quando quaestio est meri facti.*
2 l. si ex plagis §. in cliuio. ff.ad leg.Aquil.*declaratur.*
3 *Iudex ecclesiasticus an de possessorio decimandi cognoscat? remissiuè.*
4 *Causa decimarum reputatur profana quoad effectum remissoria.*
5 *Decimarum in causis proceditur summariè, præcipuè quando est inter Clericos, quibus de iure debentur decimæ, & eos, qui soluere debent, & quando questio fuerit inter duas Ecclesias super iure percipiendi decimas.*
6 *Ministri nomine Ecclesiæ pro decimis non solutis reiuendicatione, vel personali actione, vel ex officio Iudicis contra laicos agere possunt.*
7 *Decimas soluere appellatione remota cogendi sunt subditi, sed limitatur ibi tribus modis.*
8 *Decimarum collector, quando modum excederet, ab excessu potest appellari.*
9 *Decimarum debitor non potest prætextu eius, quod sibi debetur, decimas denegare.*
10 *Onus soluendi decimas est reale, & sequitur possessorem.*
11 *Possessor fundi pro decimis præteritis conueniri potest.*
12 *Fundus censetur tacitè hypothecatus pro decimis.*
13 *Tributum ex certo fundo debitum, transit in quemlibet possessorem.*
14 *Census possessor pro præteritis redditibus tenetur non excusso principali venditore.*
15 *Decimas non soluens, cùm teneatur, excommunicari potest, ac debet, monitione præmissa.*
16 *Decimas subtrahentes, siue non soluentes, vel earum solutionem impedientes, absolui non possunt, nisi plena restitutione sequuta, vel saltem remittantur ab eo, cui debentur, vel denique impotentes sint ad restituendam.*
17 *Parochus an possit denegare Sacramenta iis, qui nolunt soluere decimas, remissiuè.*
18 *Vicarius an possit imponere interdictum personale contra renuentes soluere decimas, remissiuè.*
19 *Sepultura ecclesiastica priuari debet, qui soluere tenetur decimas, neque eas soluit, aut restituit Ecclesiæ.*
20 *Religiosi Confessarij, sed maximè Ordinis Prædicatorum, & Minorum, tenentur hortari, & monere fideles ad solutionem decimarum.*
21 *Religiosi omnes excommunicantur* in Clem.1. de decim. *qui decimas Ecclesiis debitas vsurpant.*
22 *Religiosi, qui aliquos, vt audientes à decimarum Ecclesiis debitarum solutione retrahant, in sermonibus suis, vel alibi proferre præsumunt, excommunicationem ipso iure incurrunt.*
23 *Religiosis sub pœna suspensionis ipso facto ab officio prædicationis præcipitur, vt confitentibus conscientiam faciant de soluendis decimis, quoties à Rectoribus Ecclesiarum ad hoc requiruntur.*
24 *Compositio facta inter personas ecclesiasticas nomine suarum Ecclesiarum super decimas in futurum soluendas, valet, modò causæ cognitio à Superiore facta interueniat, consensusque, seu auctoritas Episcopi, vel alterius Superioris accedat.*
25 Cap. veniens, de transact. *concordatur* cum c.2. eodem tit.
26 *Compositio super decimas in futurum soluendas, si fiat inter Parochos sine auctoritate Episcopi, vel Superioris, non in totum vitiatur, sed valet pro vita componentium.*
27 *Compositio de decimis præteritis non solùm cum ecclesiasticis personis, sed etiam cum laicis fieri potest sine auctoritate Superioris.*

DECIMARVM controuersia in petitorio, 3
vbi quæstio iuris est etiam incidens, spectat ad Iudicem ecclesiasticum: ad sæcularem verò solùm, quando quæstio sit meri facti, an nimirum, talis perceperit, vel soluerit, seu etiam an percipiat, seu

seu soluat decimas, ad effectum quoque, vt is, de quo non dubitatur, an iure ſoluere debeat decimas, eas ſoluere Eccleſiæ, eiuſve Rectori cogatur, vel quia agitur contra detentorem fructuum decimandorum. Ita Cou. *pract. cap.* 35 *num.* 1. Natar. *conſ.* 1. *de conſtit. pum.* 80. *in antiq.* Rebuff *de decim. q.* 11. *a num.* 35. *& de except. num.* 213. *cum ſeqq & num.* 219. Perez *ad tit.* 5. *lib.* 1. *Ordin. pag.* 130. *& ſeq.* Henriq. *in ſum. lib* 7. *cap.* 27. §. 2. *lit. L.* Reuſner. *dec.* 2. *num.* 41. *lib.* 4. Zerol. *in praxi Epiſcop. p.* 1. *verb. decima*, §. 6. Marcheſ. *de commiſſion p.* 2 *cap.* 4. *num.* 30. D. Barboſ. *in l. Titia, num.* 20. *&* 48. *ff. ſoluto matrim.* Seraphin. *deciſ.* 1047. *num.* 3. Cabed. *Luſit. dec.* 63. *num.* 4. *part.* 2. Steph. Gratian *diſcept. forenſ. cap.* 238. *n.* 16. Bernard. Græuæ *ad practicam Cameræ Imper. lib.* 1. *concl.* 38. latè Monet. *de decim. cap.* 8. *à prin.* Gomez Leo *deciſ.* 49. Couall. *in tract. de cognit. per viam violent. part.* 2. *quæſt.* 25. Galet. *in margarita caſuum conſcienc. verb. decima, pen.* Sigiſm. Scace *de ſentent. & re iud. gloſſ.* 7 *quæſt.* 3. *limit.* 5. *num.* 4 *cum ſeqq.* Piaſec. *in praxi Epiſcop. part.* 2. *cap.* 4. *n.* 59. *in quinque Eccleſiæ precept. prec.* 5 *lib.* 3. *c.* 5. *n.* 1. *&* 2. Diana *reſolut moral. p.* 1. *tract.* 2. *reſolut.* 89. Trullench. *in Decalog. lib.* 3. *cap.* 3. *dub.* 8. *à num.* 11. Solorzan. *de iure Indiarum tom.* 2. *lib.*.. *cap.* 1. *n.* 35. Machado *en ſu perfetto Confeſſor tom* 1. *lib.* 2. *part.* 4. *tract.* 10. *docum.* 3. *num.* 5. Tom. Valaſc. *tom.* 1. *à leg.* 75. *à num.* 12. Quamuis Azor. *inſtit. moral. part.* 1. *lib.* 7. *cap.* 36. *quæſt.* 5. & Homobon. de Bonis *de examine Eccleſ. part.* 2. *tractat.* 8. *cap.* 8. *quæſt.* 24. exiſtimauerit, etiam quando quæſtio eſt facti, ſolum Eccleſiaſticum eſſe Iudicem competentem circa decimas. Pro quibus non facit, quòd cognoſcens de facto rei ſpiritualis, cognoſcit etiam de re ipſa ſpirituali: quia ex facto ius oritur, atque ideò quæſtio facti ex quæſtione iuris videtur inſeparabiliter dependere, iuxta reg. *l. ſi ex plagis* §. *in cliuo ff. ad legem Aquil.* cum aliis adductis per Menoch. *conſ.* 2 *num.* 208. & D. Barboſ. *in l. Titia num.*
2 25. quia reſpondetur *d.* §. *in cliuo* ſolùm euincere ex circunſtantiis facti pendere deciſionem quæſtionis iuris, minimè verò quæſtionē facti, & ita eſſe à iuris quæſtione inſeparabilem, vt qui de facto cognoſcit, de quæſtione iuris videatur, & neceſſario debeat cognoſcere, cùm compertum ſit, vnam ab altera eſſe diſtinctam, vt quia ſolùm ponitur in controuerſia an ſoluerit, ſeu perceperit; minimè verò dubitaturs an ſit ſoluenda, vel ex quibus fructibus debeat ſolui.

Itidem cauſa decimarum, quæ datæ ſint in feudum ſæcularibus, diſcurienda eſt coram Iudice Eccleſiaſtico: licèt enim dominium huiuſmodi decimarum, ſcilicet, fructuum illorum, omninò ſpectet ad laicos, & feudum cenſeatur ſæculare; tamen quia oritur, & dependet à iure ſpirituali, & Eccleſiaſtico, non poteſt Iudex laicus de illis cognoſcere, Feder. de Senis *conſ* 245. *n.* 1. Azor. *inſtit. moral. p.* 1. *lib.* 7. *c.* 38. *q.* 3. Monet. *de decimis, cap.* 8. *quæſt.* 1. *n.* 15. Fagundez *in quinque Eccleſiæ precept. præc* 5. *lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 5. vbi Cou. Rupell. & alios contrarium ſentientes refellit Rota *in Rauenaten. emphyteuſis*, 28. *May*, 1631. *coram R. P. D. Merlino.* Quamuis Iudicibus laicis competere iuriſdictionem priuatiue, quando decimæ Regibus, & Principibus Chriſtianis priuilegio Apoſt. ſunt conceſſæ, exiſtimauerit Cou. *pract c.* 35. *num* 2. *verſ. tertio quoties*, D. Barboſ. *in l. Titia num* 42. *ff. ſolut. matr.* Gutier. *practic. lib.* 1 *quæſt.* 14. *n.* 1. Calixt. Ramirez *de lege. Regia.* §. 31. *num.* 4. Hieron. Leo *deciſ.* 3. Caſtill. *lib. de tertiis, cap.* 12. *à num.* 20. Felician. de Vega *ad cap. qualiter, & quando, de iudic. num.* 10. Didac. de Brito *ad cap.* 2. *de locato part.* 2. *num.* 36 *in fine.*

Vtrùm autem de poſſeſſorio decimandi Eccleſiaſticus Iudex cognoſcat? vide Gail. *lib.* 1. *obſer.* 38. *num.* 3. *&* 4. Menoch. *remed.* 15. *recuper. ſub num.* 234. Rebuff *d. tract. quæſt.* 10. *num.* 3. Boër. *deciſ.* 69. *n.* 13. Affl. *d. deciſ.* 2. *n.* 10. *& deciſ.* 24. *n.* 9. Caeher. *dec.* 116. Grauat. *ad Veſtrium in praxi Romanæ Curiæ, libr.* 5. *cap.* 1. *a num.* 3. Camill. Borrell *de præſtantia Regiæ Catholici c.* 71. *n.* 349. *&* 350. *& in ſum. omnium deciſ. tom.* 1. *ſub tit.* 19. *a num.* 18 *& tit.* 43. *n.* 125. Sayr. *in floribus deciſ. ſub tit. de conſt. deciſ.* 41. Azeued. *lib.* 6. *n.* 3. *tit.* 5. *lib.* 1. *noua Recop.* Suar. de Pace *in pract. tom.* 2. *prelud. a num.* 22. Gutier. *pract. lib.* 1. *q.* 4. *num.* 1. Curi Philip. *p.* 1. §. 5. *num.* 5. *cum ſeqq.* Bobadil. *in ſua politica, lib.* 2. *cap.* 18 *n.* 145. D. Barboſ. *in d. l. Titia. à n.* 39. *& n.* 47. Monet. *d. cap.* 8. *a. n.* 14. Steph. Grat. *diſcept. forenſ c.* 238. Bernard Græuæ *d. concl.* 38. *n.* 7. *&* 8. Diana *d. tr.* 2. *reſol.* 92. Germon. *de ſacror. immun. lib.* 3. *c.* 15. *n.* 95 *&* 96. Sperell. *in dec. fori eccl. dec.* 98. *à num.* 22.

In qua quæſtione affirmatiua pars verior mihi videtur: nam matrimonij poſſeſſorium, quamuis agatur inter perſonas merè laicas, quia habet admixtam cauſam, & titulum ſpiritualitatis definiendum eſt à Iudice Eccleſiaſtico, Cou. *de ſponſal. p.* 2. *cap.* 7. §. 6. *num. & c.* 8. §. 12. *num.* 3. Valaſc. *conſult.* 8. 93. *n.* 2. *ad med. verſ. etiam cauſa matrimoniali* latè Molin. *de iure nupt. lib.* 2. *diſſer.* 10. *num*, 19 *cum ſeqq* Rota *in d. Rauenaten. emphyteuſis.* Poſſeſſio enim rei ſpiritualis, licèt ſit mere temporalis, & laicalis, attamen etiam de poſſeſſione ſolùm cognoſcit Iudex Eccleſiaſticus, quemadmodum de ipſa proprietate, non autem laicus; cùm qualitas ſpiritualitatis qualitatem temporalitatis abſorbeat, & ad ſe trahat, Beroi *in rub. de iudic. n.* 51 Crauet. *conſ.* 258. *n.* 8. Roland. *conſ.* 12. *cum. ſeq lib.* 2. Valaſc. *d conſ.* 93. *n.* 3. Menoc. *remed.* 15. *recup. n.* 205. *cum ſeqq.* Cou. *pract. cap.* 35. *num.* 1. Gutier. *canon. cap.* 34 *numero* 26. *& ſeqq.* latè Azor. *inſtit. moral. p.* 1. *lib.* 5. *cap.* 14. *q.* 1. Duard. *ad Bullam Cœnalib.* 2. *can.* 15. *quæſt.* 19. *n.* 47. Pute *deciſ.* 361. *lib.* 1. *in antiq.* Rota *in d. Rauenaten. emphyteuſis.*

Illud aduertere oportet in hac materia non contemnendum, quòd ad affectum remiſſoriæ cauſæ decimarum reputatur profana, vt cenſuit Rota *coram Caputaq. deciſ.* 54. *lib.* 2. *& dec.* 68. *p.* 3. *& in Legionen. decimarum*, 4. *Decembris*, 1615. *coram bone, mem Dunozetto, & in Valentina decimarum*, 21. *Iunij*, 1613. *coram Card. Caualerio*, inter eius impreſſas, *dec* 258. 4

In cauſis decimarum proceditur ſummariè, præcipuè quando eſt inter Clericos, quibus de Iure debentur decimæ, & eos, qui ſoluere debent, *Clem.* 2. *de iudic.* Monet. *de decim. c.* 8. *num*, 41. Piaſec. *in praxi Epiſcop part.* 2. *cap.* 4. *num.* 59. *in princ.* imò & procedi poteſt ſine aliqua Iuris ſolemnitate, vt tradit Card. *d. Clem.* 2. *n.* 18 & Imol. *n.* 7. item tempore feriarum ob neceſſitates, ſiaut docet Euer ar. *in topicis legalibus, in loco à tribus ad decimas num.* 24. Amplia, vt procedat etiam, quando quæſtio fuerit inter duas Eccleſias ſuper iure percipiendi decimas, ſecundùm Rotam *dec.* 24. *n.* 2. *de decim. in nouis*, Maranta *de ordine iudic part.* 4 *diſt.* 9. *num.* 179. Zerol. *in praxi. Epiſcop.* 1. *verb. decima verſic. ad ſextum*, Monet. *d cap* 8. *numero* 43. vbi *num* 47. ſubdit, quòd, ſi quæſtio ſit inter laicos, etiam de decimis Eccleſiaſticis, tunc cauſa non eſt ſummaria, nec habet locum *d Clem.* 2. & *num.* 51. addit, quòd contra Aduocatos, & alios detinentes, & impedientes, ne 5

decimæ soluantur, similiter procedi potest summariè: & *numero* 56. quòd in materia decimarum, si Rector agat contra subditum ad decimas non solutas, incipi potest à præcepto cum monitione sub
6 excommunicationis pœna. Ministri quoque nomine Ecclesiæ pro decimis non solutis rei vindicatione, vel personali actione, vel ex officio Iudicis contra laicos agere possunt gloss. *verb. tributa. vers. verius est, in cap. tua il 2. de decim.* Rebuff. *dict. tract. quæst. 3. a num.* 15. *& quæst.* 9. *num.* 6 *& 9. cum seqq.* Perez *l.* 1. *vers iest & alia quæstio tit.* 5. *lib.* 1 *Ord. pag.* 129. Azor. *inst. mor. p.* 1. *lib.* 7. *cap.* 3. *q.* 9. Less. *de iust. lib.* 2. *cap.* 39. *num.* 15 *in fine*, Suar. *de Relig. tom.* 1. *tr.* 2. *lib.* 1. *c.* 36. *n.* 4.

7 Subditi omnes cogendi sunt ad soluendas decimas appellatione remota, *d. cap. tua, il 2. de decim* Rebuff. *d. tract. vlt. n.* 11. Triuis. Venet, *dec* 29. *num.* 16. Socin. *reg.* 40. *vers. fallit.* 22. Viuian. *dec.* 73. *num.* 1. *lib.* 1. Sebast. Næu *ad l.* 3. *num.* 61. *ff. quis, & a quo appelletur.* Nicel. *de concord. gloßar. concord.* 6. *fallent.* 57. *num.* 93. Petr Gregor. *de appellat. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 2. Monet. *de decimis, cap.* 8. *a num* 58. Piasec, *d. part.* 2. *cap.* 4. *num.* 59. latè Salgad *de protect. regia, tom.* 1. *part.* 3. *cap.* 2. *n.* 63. *cum seqq* Rota apud Tambur. *in fine tom.* 3. *de iure Abbatum decis.* 91. *n.* 2 vbi *n.* 3. ait appellationem quoad vtrumque effectum admitti in causis decimarum quando non allegatur sola præscriptio, seu consuetudo, sed ostenditur priuilegium, ad quod sufficit sola exhibitio interim donec priuilegium discutitur, vt dicitur *in decis.* 93. *n.* 4. Mar. Antonin. *var. resol lib.* 1 *resol.* 112. *casu.* 17. vbi etiam resoluit appellationem non dari à sententia lata super primitiis, & expensis factis in lite, latè Sigis. Scacc. *de appellat q.* 17. *limit.* 18. *per tot.* vbi *num.* 5. intelligit quoad affectum suspensiuum, non autem deuolutiuum. Quæ quidem resolutio limitatur primò non procedere, quando agitur cum persona Ecclesiastica, quæ prætendit habere potiora iura in decimis, vt per Host. *in d. c. tua il 2. sub num.* 12 *vers. item secus* Henr. *num.* 7. *in fine, vers. super eo, & num.* 8 Præpos. *in cap. fin. §. quoties n.* 32 *q.* 6. & ibi Gemin. *sub num.* 22. *de appellat.* Secundò limitatur, quando agitur inter duas Ecclesias contendentes de iure decimandi, Host & Henric. *vbi proximè.* Scacc. *d. limit.* 18. *num.* 3. Salgad. *d. cap.* 2. *num.* 77. Rota *in Corduben. decimarum,* 1. *De-*
8 *cembris,* 1605. *coram Card. Pamphilio iun.* Tertiò limitatur, quando collector decimarum modum excederet, quia ab excessu potest appellari, Scacc. *d. limit.* 18. *num* 4. Salgad *d. c.* 1. *n.* 77.

9 Item, debitor decimarum non potest prætextu eius, quod sibi debetur, decimas denegare, cùm in futuris decimis non admittatur compensatio, vt post gloss. *in cap. decima* 16. *quæst.* 1. & alios tradit Rebuff. *d. tract. quæst. vlt. num.* 19. Euerard. *in topicis legalib. in loco a trib. ad decim. num.* 1. imò neque propter sterilitatem, vt fusè ostendit idem Rebuff. *d. quæst. vlt. n.* 22. & Viu. *in communibus, opin.* 153. *vers. consuetudo non soluendi.*

10 Cùm onus soluendi decimas, sit reale, & sequatur possessionem glos. *verb. sic & dominus in d. cap. tua il 1. decim.* Franc. Marc. *Delphin. dec.* 342. *n.* 5. *& 6. vol.* 1. Baptist. Costa *de portione rata, quæst.* 149. *num.* 11. Camill. Borell. *in sum. omnium decis. tit.* 19.
11 *num.* 63. Fagundez *dict. præc.* 5. *lib.* 3. *cap.* 6. ideò possessor fundi pro decimis præteritis conueniri potest, vt resoluunt Capic. *decis.* 20. *a num.* 26. Chassan. *in consuetud. Burgun. rub.* 4. §. 6. *verb. & supporter num.* 4. *pag.* 155. *in princ. & rub.* 11. §. 6. *numero* 3. *pag.* 361. Tiraq. *de retractu lig.* §. 6. *gloss.* 1. *num.* 7. Valasc. *de iure emphyt. quæst.* 17. *num.* 18. Vincent de Franc. *decis.* 107. *num.* 11. *cum seqq.* Cened. *ad Decretal. collect.* 86. *num.* 3. Azor. *d. lib.* 7. *cap.* 24. *quæst.* 2. *versic. quæres,* & præcipuè *quæst.* 18. Suar. *d. lib.* 1. *c.* 38. *num.* 8. Monet *de decim. cap.* 6. *a n.* 18. vbi etiam ait cum Rebuff *d q.* 9. *n.* 9. & Gig. *de pension. q.* 30. *num.* 12 *&*
quæst. 43. *num.* 4. atque alios, in optione Ecclesiæ esse, 12
quem velit conuenire, nouum, an antiquum prædij possessorem: & quod pro decimis fundus, censeatur tacitè hypothecatus, dicit Rebuff. *tom.* 2. *ad leges Galliæ art.* 1. *gloss.* 14. *num.* 25. quia tributum ex cer-
to fundo debitum, cùm sit onus reale, pro quo cen- 13
setur tacitè hypothecatus, transit in quemlibet possessorem, vt per Guid. Papæ *q.* 432. *n.* 15. Cened *d. collect.* 86. *n.* 3. Gamb. *Lusit. dec.* 145. Morl. *in emporio Iuris p.* 1. *tit. de locato, n.* 37 quod in fundo emphyteutico nominatim resoluunt Valasc. *de iure emphyt. q.* 4. *n* 6. *& q.* 17. Cal. Pereira *de nomin emphyteusis, q.* 13. *num.* 17. *& de extinct. emphyt. cap.* 3. *num.* 18 *&*
23. Gabed. *Lusit. decis.* 145. *part.* 1 & census possesso- 14
rem pro præteritis redditibus teneri non excusso principali venditore, firmarunt Valasc. *de iure emphyt q.* 32. *n.* 13. *&* 14. Gam *Lusit. decis.* 145. Surd. *decis.* 162. *num.* 11. Stephan. Gratian. *discept. forens. c.* 16. *n.* 16. *& c.* 141. *num.* 3.

Non soluens decimas, cùm teneatur, excom- 15
municari potest, ac decet, text. *in cap. decima* 16. *q.* 1. *cap peruenit, cap. ad hæc, cap. ex parte, il* 1. *cap. tua nobis, cap. si aliquibus, de decim. Clem. dispendiosam* 2. *de iudic.* Concil. Trid. *sess.* 25. *de reform. cap.* 12. ibi, *excommunicetur,* Aloys. Ricc. *in praxi, par.* 4. *res* 500. Molin. *de instit. tract* 2. *disp* 756. *n.* 4 Monet. *d. c.* 8. *num.* 64. Fagundez *d. præcept.* 5. *lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 3. Trullench *d. lib.* 3. *cap.* 3. *dub.* 11. *num* 19. Lauret. de Franchis *de controuers. inter Episcop. & Regular. in quæst. var. quæst.* 76. Rot. *in Dertusen. decimarum,* 11. *May.* 1609. *coram Card. Marquemont.* impressa per Marchesan. *de commission part.* 1. *pag.* 675. *& in Mutulen. decimarum,* 31. *Ianuarij* 1614. *coram bona mem. Card. Sacrato.* Intellige monitione præmissa, secundùm Monet. *d cap.* 8. *n.* 69. Azor. *instit. moral. p.* 1. *lib.* 7. *cap.* 14 *q.* 17. Suar. *d. lib.* 1. *cap.* 37. Aloysc. Ricc. *in decision Curiæ Archiepiscop. Neapol. dec.* 195. *n.* 6. *part.* 1. Casus accidit, vt sequitur. *Cum Episcopus Vmbriaten. quosdam occasione decimarum excommunicatos declarasset, absolutione Sanctissimo, vel Sacræ Congregationi reseruata, iidem excommunicati ad Archiepiscopum Sanctæ Seuerinæ, vti Metropolitanum, recursum habuerunt, ab illiusque Vicario inhiberi, & respectiuè absolui obtinuerunt: quo per Congregationem Episcoporum audito S. eadem Congr. sub die* 19. *Iulij,* 1619 *respondit, quòd Archiepiscopus S. Seuerinæ excommunicatos reintrudat, causamque ad Sacram Congregationem remittat, & eius Vicarium aduertat, vt in similibus causis abstineat ab absolutione, & ab amissione appellationis suspensiua, quia excommunicatio hominis trahit secum executionem.*

Subtrahentes, siue non soluentes decimas vel 16
earum solutionem impedientes, vltra prædictam excommunicationem, quam præmissa monitione incurrunt, ab hoc crimine, nisi plena restitutione sequuta, absolui non possunt, vt per Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 20. *num.* 19. Nauar. *in singular. iuris canon. concl.* 6. Molin. *d. num.* 4. *vers. his ita relatis* vel saltem remittantur ab eo, cui debentur. Nau. *in man. cap.* 11. *n.* 32. Azor. *inst. moral. part.* 1. *lib.* 7. *cap.* 37. *quæst.* 9. Fagundez *dict præcept.* 5. *lib.* 3. *cap.* 6. *n* 4. nisi, quando ad Confessionem accedit, impotens sit ad restituendum; quia tunc

absolui

absolui posse tenent Nauar. *in man. cap. 17. num. 59.* Molin. *cit. loco*, Ioan. Valer. *de different. inter vtrunque forum, verb. absolutio, differ. 5. n. 5.* Notar. *d. concl. 6. num. 3.* ex ea ratione, quia Concil, *loco citato*, non prohibet absolui, nisi eum, qui pro tunc tenetur restituere, quique peccat non restituendo. Paupertas autem à decimarum solutione non excusat, nisi sit tanta quod si eas solueret debite, fame periret, Ioan. Andr. *d. c. cùm homines verb. persoluunt*, & *ibi* Abb. *n. 5.* & alij, *de decim.* Rebuff. *eod. tract. q. 5. n. 14. & seq.* Franc. Marc. *decis. 198. num. 6. & seq p. 1.* Rota apud Tambur. *in fine to. 3. de iure Abbatum decis. 95. num. 7.* & non sufficit aliquo modo de ea in genere constare, nam quando agitur de paupertate respectu certi, & determinati effectus debet de ea constare specialiter respectu illius effectus. Ruin. *cons. 81. n. 6. lib 5.* Rota *decis. 17. num. 1. part. 1. & decis. 48. n. 2. & seq. p. 2. diuers.* & apud Tambur. *d. decis. 95. n. 8.* vbi *n. 9.* tenet quòd decimas soluere non tenentur Moniales, quæ pro earum sustentatione necesse habent mendicare, & eleemosynas publice petere.

17 An autem Parochus possit denegare Sacramenta
18 iis, qui nolunt soluere decimas? Vide Aloys. Ricc. *in decis. Curiæ Archieph. Neap. decis. 195.... princ. part. 4.* Et an contra retinentes soluere decimas, possit Vicarius imponere interdictum personale? vide eundem Ricc. *d. p. 4. dec. 380.*

19 Is quoque, qui soluere tenetur decimas, neque eas soluit, aut restituit Ecclesiæ, debet ecclesiastica sepultura priuari, text. est *in cap. prohibemus, de decimis* Rebuff. *dict. quæst. vlt. n. 16.* And. Hisp. *in reg. decimarum. quæst. 1. n. 8.* Spin. *in speculo testam. glos. 2. princip. num. 20.* Monet *d. cap. 8. num. 74.* Iul. Lauor. *variarum lucubr tom. 1. tit. 2. c. 12. n. 48.* Trullench. *d. c. 3. dub. 11. n. 19.* Lauret. de Franchis *d. loco q. 80.* Vide *sup. c 16. n. 50.*

20 Religiosi Confessarij, sed maximè Ordinis Prædicatorum, & Minorum, tenentur hortari, & monere fideles ad solutionem decimarum, vt probatur *in cap. discretioni vestræ. de decim. in 6.* vbi dicitur, quòd Gregorius IX. mandauit districtè Fratribus Prædicatoribus, & Minoribus, ne talia, quæ audientes à decimarum, seu aliarum rerum Ecclesiis debitarum solutione retrahant, vel aliàs animas corrumpant audientium, in sermonibus suis, vel alibi proponere præsumant; imò verbo, & opere informent eosdem, vt ad solutionem prædictarum promptæ voluntatis animo sint intenti. Sed ad tollendum scrupulum Eugenius IV. concessit, quòd Fratres Minores non teneantur facere conscientiam de decimis in confessionibus, nisi quando fuerint requisiti ab Ordinariis, & quòd tunc sufficiat dicere: Facio tibi conscientiam, & inducere peccatorem, quantùm potuerint, ad soluendum; non tamen propter hoc teneantur denegare absolutionem: Ita referunt Collectur. priuil. *in comp. verb. Absolutio quoad sæculares, 2. §. 2.* Fr. Ludou. Miranda *in manuali Prel. tit. 2. quæst. 49. art. 14.*

21 Excommunicationis verò sententiæ subiacent ipso facto illi Religiosi, qui aliqua, vt audientes à decimarum Ecclesiis debitarum solutione retrahant, in sermonibus suis, vel alibi, proferre præsumunt, vt habetur *in Clem. cupientes, de pœnis.* vnde colligitur Religiosum non affici hac excommunicatione, dum alicui mandat, vt alteri, qui decimarum onere tenetur, suadeat, ne soluat: hic enim non dicitur aliquid proferre ipsius auditoribus, qui decimas soluere debent, vt benè resoluuntur Suar. *de cens. disput. 23. sect. 5. numero 37.* Filliuc. *tract. 14. cap. 8. quæst. 8. numerò 146.* Bonac. *dict. quæst. 8. punct. 13. numero 3.* vbi *numero 4.* addit ad incurrendam istam excommunicationem non sufficere præfata verba proferre ex inaduertentia; sed requiri dolum, & scientiam, cum intentione retrahendi auditores à solutione decimarum.

Religiosis quoque præcipitur *in d. Clem. cupientes*, sub pœna suspensionis ipso facto ab officio prædicationis, vt confitentibus conscientiam faciant de soluendis decimis, quoties à Rectoribus Ecclesiarum ad hoc requiruntur: si autem scienter negligant confitentibus conscientiam facere de soluendis decimis, dum à Rectoribus Ecclesiarum requiruntur, suspensionem incurrunt, quæ suspensio durat, donec confitentibus conscientiam fecerint: quòd si interim, antequam negligentiam oblata opportunitate purgent, id est, antequam conscientiam confitentibus faciant, præsumpserint prædicare, vinculo excommunicationis obstringuntur. Hinc colligitur ad incurrendam istam excommunicationem duo requiri. Primum, vt Religiosi requisiti sint à Rectoribus Ecclesiarum, & scienter non admonuerint pœnitentes de solutione decimarum: quamobrem, si non admoneant, dum requisiti non sunt, excommunicationem non incurrunt, ex declaratione Eugenij IV. Ita Syluest. *verb. excommunicatio, 9. numero 89.* Tab *eod. verb. 5. casu 45.* Angel. *eod. verb. 7. casu 44.* Filliuc. *cap. 33. num. 42.* Hieron. Roder. *in compendio quæst. reg. resol. 50. numero 8.* vbi subdit requisitionem debere fieri Dominica prima, quarta, & vltima Quadragesimæ; & in festis Ascensionis Domini, Pentecostes, Natiuitatis S. Ioannis Baptistæ, Assumptionis, & Natiuitatis B. Mariæ Virginis, iuxta dispositionem *d. Clem.* contra Caiet. *verb. excommunicatio, cap. 66.* & Nau. *in man. cap. 27. numero 145.* hòc expressè non requirentes. Secundum, vt prædicare præsumant, nondum purgata negligentia: si verò purgata negligentia concionentur, excommunicationem non incurrunt, quia in text. dicitur, *si prædicare præsumpserint, prædicta negligentia non purgata.* Ita Caiet. Sayr. Filliuc. & alij *citatis locis.* 22

Excommunicantur etiam *in Clem. 1. de decim.* omnes, ac quicumque Religiosi, qui decimas Ecclesiis debitas, & ad ipsos iure aliquo, vel causa legitima non pertinentes vsurpant, aut vsurpare audent dolis, & malis artibus; & qui prohibent Ecclesiis decimas solui ex animalibus suorum familiarium, vel pastorum, vel ex aliis animalibus, quæ suis permiscentur, vel ex illis, quæ in Ecclesiarum fraudem emunt: & si admoniti, ex his intra mensem non desistunt, aut si id, quod ausu temerario vsurparunt, intra duos menses post admonitionem non restituerint iis, quibus iure debetur, excommunicationi subiiciuntur, quæ nulli iure reseruatur: referunt Gambarup. *de casibus reseru. capit. 11. num. 7.* Azor. *inst. moral. part. 1. libro 12. capitulo 13. quæstione 13.* Rainer. *in catal. censurarum extra Bullam. capitulo 3. excom. 15.* Filliuc. *tract. 14. num. 125. vers. quinta nouissimè.* Bonac. *de cens. extra Bull. disput. 1. quæstione 8. punct. 12.* Lauret. de Franchis *in dictis controuers. inter Episcopos & Regul. quæstione 77. & 78.* Ego ipse *de offic. & potest. Episcop. part. 3. alleg. 40. numero 222. secundùm Lugd. impress.* Et quia text. *in dict. Clem. 1.* generaliter loquitur, ibi, *Religiosi quicunque*, ideò non solùm viros Religiosos, verùm etiam fœminas Religiosas comprehendit, vt per glos. ibi *verb. quicunque*, Sayrus *de cens. libro 3. capitulo 34. numero 24.* 23

Mat.

Mar. Alter. *de cens.* vbi *de susp.disp.17.cap. 2. col. 3. ver. notandum tertiò*, Bonac. *d punct.* 12.*num.* 8.vbi etiam post Suar. *de cens. disp. 31.sect.6.num.9.*addit istam excommunicationem extendi ad Equites Militares, qui verè sunt Religiosi.

24 Compositio facta inter personas Ecclesiasticas nomine suarum Ecclesiarum super decimas in futurum soluendas, vt, scilicet, decimæ vni Curato, vel Parochiæ debitæ, alteri Parochiæ, & Curato soluantur in posterum, valet, modo causæ cognitio à Superiore facta interueniat, consensúsque, seu auctoritas Episcopi, vel alterius Superioris accedat, *cap. veniens, de transact. c. ex multiplici, de decim.* Ruin *cons.* 142. *vers. clarum est, num.* 13. *vol.* 5. Rebuff. *in tract. de decim. quest.* 13. *à n.* 16. Capuc. *dec.* 165.*p.* 3.Bonascos. *tom.* 1. *commun. opin lib.* 1.*tit.* 10.*num.* 12.*p.*186.Marc. Ant. Genuens. *in praxi Archiep. Neap. c.* 60. *n.* 19. Franc. Leo *in thesauro for. eccles p.4 cap.1 num.2.in fine.* Belle *disquis. cleric p. 1.tit. de Clerico debitore,§.5.n.31* Azor *inst. mor. p. 1. lib.7.c.26.quæs.5.*Monet. *de decim.c.5.q.7 num.* 126. Bonac. *de legib. disp. vlt. q 4 punct. 5. n. 3. & de simonia, q. 4.§.15.n.4. vers. secundo, si transigentes.* Trullench. *d. cap. 3 dub.* 11.*n* 14. Fagund. *in quinque Ecclesiæ præcepou, præc. 5 lib 3.cap.2.n.2.*vbi *n.*18. idem dicit de transactione: & *n.*9.subdit quòd valet compositio inter personas Ecclesiasticas nomine suarum
25 Ecclesiarum facta de consensu Episcopi, seu Superioris, vt de rebus minutis nulla soluatur decima: item, vt non soluatur decima integra de vino oleo, frumẽto, &c. & *n.* 14.quòd potest compositio fieri auctoritate Episcopi cum laicis, super tempus, & locum soluendarum decimarum. Non obstat *d. c. veniens* quatenus videtur exigere consensum, seu auctoritatem Apostol. quia vel ibi agebatur de magno præiudicio, videlicet, soluenda tantùm tertia parte decimæ? vel quia nulla causa interuenerat vtilitatis, necessitatis, vel alia similis: vel, quia hæc erat propriè transactio: illa verò, de qua *in cap. 2. de transact.* quod contrariari videtur, compositio erat: vel denique, quia in Parochia, in qua erant prædia, de quibus transactio facta fuerat de non soluenda, nisi tertia parte decimarum, coloni Monasterij à Parocho etiam recipiebant Ecclesiastica Sacramenta. Ita Monet, *d.q.7.num* 137. Duo igitur requiruntur ad valorem istius compositionis super decimas in futurum soluendas, vt, scilicet, causæ cognitio præcedat ab Episcopo, vel Superiore facta; & consensus, seu auctoritas eiusdem Episcopi, vel Superioris, ita vt non sufficiat solus Parochi consensus, secundùm Rebuff. *d.q.13.n.22.*Fagund. *d.c.2.num.3.& 4.* Appellatione autem Superioris in hac materia venit quilibet Prælatus Episcopo inferior, modò habeat iurisdictionem quasi Episcopalem, secundùm
26 Rebuff. *d.q.13.n.23. & 24.*Fagund. *d.c.2.n. 5. & 6.* id ampliantes ad Vicarium Episcopi generalem, declarantésque huiusmodi compositionem, si fiat inter Parochos sine auctoritate Episcopi, vel Superioris, non in totum vitiari, sed valere pro vita componentium: non enim mortuo eo, qui illam fecit, successori præiudicat, *d.c.2.de transact.* Duen. *reg.* 127. *in fine* Rebuff. *d.q.13.n.25.* Bonacos. *tom. 1. communium opin lib.1.tit.10.n.12.p.*186. D. Barbosa *in l. si filiofam. § fin. n.* 20. *ff soluto matr.* me citato Trullench *d.c 3.dub.* 11. *n.* 12. Rot. *in Mediolanen. decimarum,* 10. *Aprilis*, 1606. *coram Reuerendissimo D. meo Coccino Decano, & dec.585.n.3.p. 1. recent. & in Augustana decimarum*, 28. *Martij*, 1631. *coram R.P.D.Vbaldo.*

27 De decimis verò præteritis non solum cum Ecclesiasticis personis, sed etiam cum laicis potest fieri compositio, sine auctoritate Superioris Ita glos. & Doctores *in c. vt super, de rebus Eccles non alien.* Rebuff. *d.q.13 n.25.& 33.& in tract. except. n.* 217. Fagundez *d.c.2.n.7.*vbi *n.*17.idem dicit de transactione Monet. *de decimis, c.5.n.*128.vbi reddit rationem; quia tunc non agitur de tollendo aliquo iure Ecclesiæ, sed solum de commodo illius Parochi, ad quem illæ decimæ iam spectant, refert me citato *in hoc loco* Trullench. *d.c.3.dub.11.n.* 13. vbi *num.* 17. idem de transactione.

CAPVT XXVII.

De Legatis ad pias causas.

SVMMARIVM.

1 *Continuatio, & diuisio materiæ.*
2 *Legatum ad pias causas dicitur, quicquid in vltima voluntate intuitu Dei relinquitur.*
3 *Legatum an fuerit relictum intuitu pietatis, & amore Dei, an secùs, colligitur ex qualitate personæ, cui relictum est.*
4 *Causa, vt sit pia, requiritur, vt interueniat pietas persona, & vt fiat causa pietatis.*
5 *Legatum ad pias causas apparet factum ex qualitate personarum legatariarum, & ex causa legati.*
6 *Causa pia non est, si quis diuiti leget, quamuis amore Dei se legare asserat.*
7 *Testamentum, vel legatum factum in fauorem priuati, qui non est pauper, non dicitur ad piam causam, licèt in tali testamento, vel legato diceretur, quòd amore Dei testator id facit.*
8 *Legatum pium non est, vbi pauperi legasset aliquis non intuitu pietatis.*
9 *Legatum factum pauperi censetur intuitu pietatis relictum, vbi testator non expresserit, quo titulo reliquerit.*
10 *Legatum pium an censeatur, si aliquis leget consanguineo suo pauperi? ostenditur.*
11 *Legatum dicitur factum ad pium causam, si fiat pro anima.*
12 *Relictum pro anima, quid dicatur, ostenditur.*
13 *Relictum ad pia opera, quid intelligatur, ostenditur.*
14 *Libertatis causa est causa pia.*
15 *Libertatis causa an alij pia causa præferenda sit? ostenditur.*
16 *Relictum pro nubenda paupercula, intelligitur ad pia opera.*
17 *Legatum pro maritandis pauperibus puellis relictum, vel pro earum dote, intelligitur ad pia opera.*
18 *Legatum pupillis, vel pro alimentis pauperi relictum, intelligitur ad pia opera.*
19 *Studij causa relictum, saltem largo modo, intelligitur ad pia opera.*
20 *Relictum pro constructione monumenti, vel pro reficiendis Ecclesiis, intelligitur ad pia opera.*
21 *Relictum pro anima, latè sumpto vocabulo, intelligitur, quòd pro bono publico legatur.*

22 *Index*

22 Iudex Ecclesiasticus,& secularis, in quibascumque vltimis voluntatibus exequendis iu se, non habito respectu ad personas testantium, iurisdictionem à iure obtinet.

23 Miserabilium personarum causa ad cognitionem pertinent Episcoporum.

24 Defanctorum voluntates adimplere satis pium est,

25 Voluntas defancti impleri potest ab executore intra tempus prefixatum; ante illud verò elapsum, usque seculares, neque Ecclesiastici Iudices se possunt intromittere.

26 Annus conceditur à lege, vt executor adimplere teneatur voluntatem defuncti, dummodo de profanis agatur, & executer legitimè teneatur.

27 L.nulli, C.de Episcopis & Cler. in quibus terminis loquatur? ostenditur.

28 Episcopus fit executor, vt voluntas defuncti in profanis adimpleatur, transacto anno.

29 Executio testamenti impeditur ante aditam hereditatem.

30 Iudex potest, vel ex officio, vel ad partis petitionem, statim compellere heredem, vt exequatur testatoris voluntatem, simul atque adierit hereditatem.

31 Spatium à lege concessum pro exequendis vltimis voluntatibus, non incipit currere, nisi post aditam hereditatem, & monitionem subsequutam ad effectum, vt potestas exequendi ad Episcopum deuoluatur, vel vt heres priuetur emolumentis.

32 Potestas exequendi vltimas voluntates deuoluitur ad omnes habentes quasi Episcopalem iurisdictionem.

33 Dict. Diœcesanus, propriè comprehendit omnes habentes quasi Episcopalem iurisdictionem.

34 Monitio necessaria est, etiam ad effectum, vt data negligentia heredis, ad Episcopum deuoluatur exequendi potestas; & an tunc sufficiat vnica monitio, ostenditur, num. 35. & an necessariò sit à Iudice personaliter facienda, an verò per nuncium, vel epistolam? ostenditur n. 36. & an sufficiat generalis, an verò specialis requiratur? ibid. n. 37.

38 Tempus à iure, vel ab homine prefinitum, an currat ignoranti, & legitimè impedito? ostenditur.

39 Timpus vnius anni, simileque spatium à lege prefinitum ad executionem vltimarum voluntatum, an possit à iudice restringi? ostenditur.

40 Episcopus an non solum possit, sed etiam teneatur exequi testatoris mandata, constito legitimè de executoris negligentia, ostenditur.

41 Testater si secundos executores constituat, interdicátque, ne ad Episcopum executio deuoluatur, an nihilominùs possit ipse exequi, vel executores compellere, ostenditur.

42 Testator si prohibeat, ne executores rationes reddere compellantur, an valida sit rationis remissio?

43 Fauor animarum publicus est, ita vt nemini liceat eidem renunciare.

44 L. Aurelio 21.§ vlt. ff. de liber. leg. declaratur.

45 Electio papillorum, vel pauperum, inter quos quãtitas distribuenda sit, si alicui cõmittatur elapso anno cum negligentia electoris, an deuoluatur ad Episcopum electio, sicut executio? ostenditur.

46 Legatum, quando non potest impleri de iure, nec de facto, potest in alium vsum conuerti.

47 Pecunia legata ad aliquem vsum, si non sufficiat, tunc in alium vsum conuerti potest.

48 Legatus vsus quando non potest adimpleri, tunc in alios pios vsus conuerti poterit.

49 Monasterium si in certo loco testatoris iussu construi non potest, tunc in alio construi poterit.

50 Missa si nequeat celebrari in loco constituto, tunc iure poterit concedi, vt in alia Ecclesia, vel in alio Altari celebretur.

51 Sacerdos celebrans non in determinata Ecclesia, vel Altari minimè satisfacit.

52 Diuina celebrari debent in illa Ecclesia, vel loco, in quo iussa sunt celebrari.

53 Ecclesia determinata pro Missis celebrandis, si esset violata, aut Capella impedita, tunc in alia Ecclesia iustè poterit celebrari.

54 Legatum si esset factum ad vnum vsum non ita necessarium, tunc in alium vsum pium eidem Ecclesia magis necessarium commutari poterit.

55 Defuncti voluntas commutari valet, etsi de facto tantùm impleri non possit, quamuis de iure posset impleri.

56 Episcopi auctoritate potest fieri commutatio voluntatis defuncti ex iusta, & rationabili causa.

57 Episcopus pro vna tantùm vice, & ad tempus potest cum consensu heredis voluntatem defuncti alterare.

58 Commutatio vltimarum voluntatum non potest absque Papæ auctoritate fieri, vbi nulla, vel minus legitima causa subesset, nisi vrgeat aliunde necessitas commutandi, & non possit Papa adiri.

59 In commutationibus vltimarum voluntatum faciendis tria sunt precipuè obseruanda.

60 Testator si iusserit certam quantitatẽ expendi singulis annis, vel inter pauperes, vel ad virgines maritandas, potest executor totam quantitatem insimul primo anno expendere.

61 Executor datus ad bona inter pauperes distribuenda, an sibi possit tanquam pauperi distribuere, ostenditur.

62 Missarum numerus propter Eleemosynarum tenuitatem, an, quando, & à quibus reduci possit?

63 Episcoporum, & Prelatorum Ordinum facultas reducendi Missarum onera, intelligenda est de illarum oneribus ante Concil. Trid. impositis, & iusta interueniente causa.

64 Episcopus vigore Concilij Trid. potest reducere numerum anniuersariorum, & Officiorum pro defunctis.

65 Missas in fundatione Ecclesiæ impositas, aut in beneficiis requirentibus in sui fundatione certum numerum, non potest Episcopus reducere, & ad minorem numerum reuocare.

66 S.Congr. Conc. ademit Episcopis in diœcesana Synodo, & Generalibus in Capitulis generalibus, vel aliàs quomodolibet, facultatem reducendi onera Missarum celebrandarum.

67 Priuilegia piæ causæ quot?

68 Legatum ad pias causas in testamento defectuoso censetur validum, & omninò prestandum, quotiescumque de mente testatoris constiterit.

69 Tstamentum ad pias causas imperfectum ratione voluntatis, inualidum est.

70 Teste

70 Testator, si velit pro salute animæ suæ piè relinquere incertum hæredem, veluti pauperes Christi, miserabiles personas incertas; valida erit dispositio huiusmodi.

71 Pauperum generalis institutio, quos Titius voluerit, an valida sit, ostenditur.

72 Testamentum, quo hæredis institutio alterius voluntati committitur, non valet, secùs, si institutio fiat ad pias causas.

73 Captatoria voluntas in testamento, tanquam bonis moribus contraria improbatur; tamen fauore piæ causæ valet.

74 Filiusfam. etiam de consensu patris, testari non valet, nisi testetur ad pias causas.

75 Religiosi non possunt hæredes institui, si bona in communi obtinere non valent.

76 Fratres Minores Ordinis S. Francisci, tam de familia, quàm reformati, sunt capaces legatorum, quæ vnica præstatione, seu solutione adimplentur, tam in pecunia numerata, quàm in aliis speciebus.

77 Fratres Minores non sunt capaces annuorum redditum perpetuorum, etiamsi illa relinquantur adiecto onere perpetuo celebrationis Missarum.

78 Fratres Minores non sunt capaces anniuersariorum perpetuorum, quæ illis relinquuntur in stipendium Missarum, & diuinorum Officiorum celebrandorum.

79 Legatum annuum quando contiaet præstationem modica, seu minimæ quantitatis, tunc illius capaces sunt Fratres Minores, casus tamen contrarium sequuntur alij.

80 Legatum annui redditus perpetui factum Fratribus, seu potiùs Ecclesiæ, & Sacristiæ Fratrum Minorum, non ad ipsorum victum, sed ad tertum diuini cultus vsum omninò sustinetur.

81 Legatum factum sub aliqua conditione, non exit personam ipsam, cui legatur.

82 Legatum ad pias causas peti potest, si hæres differat adire hæreditatem, aut illam repudiet.

83 Legata videntur effecta fuisse caduca, si in hæreditate non fuerint repertæ res destinatæ à testatore pro solutione legatorum.

84 Falcidia, & Trebellianica de legatis ad pias causas non est detrahenda.

85 Falcidia non deducitur, ex relictis Confraternitatibus.

86 Trebellianica non deducitur ex fideicommissis vniuersalibus, quæ ad pias causas relinquũtur,

87 Pia causa an contra aliam piam causam deducat Falcidiam, & Trebellianicam?

88 Donatio, vel legatum factum loco pio construendo, est validum.

89 Legatum Ecclesiæ factum Iure Ciuili in debitum, si illi solutum fuerit, repeti non potest.

90 Legatum factum Ecclesiæ, quam in specie non expressit defunctus, adeò vt ignoretur, quam voluerit intelligere, non erit inualidum.

91 Testator si legauit Ecclesiæ S. Mariæ simpliciter, & plures eiusdem nominis reperiantur, erit Parochiali Ecclesiæ præstandũ legatum; si altera ex Ecclesiis huius inuocationis sit Parochialis: in dubio autem, quia hinc inde æquales vrgent coniectura eius nominis, pauperiori legatum præstandum est, vt n. 92.

93 Testator si duas habuerit Ecclesias Parochiales, in quibus promiscuè, & æqualiter recipit ecclesiastica Sacramenta, & legauerit Parochiali vtriq̃ huiusmodi legatum sustineatur, & ẽditur

94 Monasterium Monialium si concurrat cum Monasterio virorum Mendicantium, & istud cum non Mendicante, an præferenda sint in proposito Monasteria mulierum, & Mendicantium, ostenditur.

95 Legata relicta in pias causas in minus solenni testamento, in quo causa profana fuerit hæres instituta, non valent.

96 Legata profana in testamento ad pia cum duobus, vel tribus testibus conseruantur.

97 Testamentum nutu, & signis conditum nihil valet, secus ad pias causas.

98 Legatum pium, & piam causam continens sustinetur, si tali scripturæ, seu legato subscribant duo testes.

99 Legatum factum in fauorem animæ, seu in causam piam, non recipit interpretationem, quæ illud minuat, sed absolute est prædandum.

100 Defuncti sola scriptura non sufficit in foro exteriori, si non fuerit subscripta à testibus, quamuis fuerit scripta manu testatoris.

101 Scriptura defuncti si facta fuerit in fauorem piæ causæ, valebit, etiam nullis adhibitis testibus.

102 Testamentum, seu legatum ad pias causas, si fiat pro salute animæ, debet fauorabiliter sustineri, nec de apicibus iuris est in eius validitate disputandum.

103 Statutum laicorum inducens nouam probationem vel solemnitatem circa legata pia, & disposita ad pias causas, non valet.

104 Quilibet de populo potest agere, vt legata pia executioni mandentur, & vt causa pia consequatur, quod illis debetur.

105 Legatum tali anno, vel tempore, debetur in fine anni: secus in causa pia, vbi debetur in principio.

106 Legatum quando efficitur generice, debet intelligi de re minori, nisi efficiatur pro causa pia.

107 Legatum pro dotandis puellis, potest dari puellæ iam nuptæ sine dote, vel cum dote modica: secus si legatum stat pro virginibus maritandis.

108 Legatum factum pro maritandis puellis pauperibus, extenditur etiam ad viduas mulieres pauperes.

109 Puellæ si quis legaret mille, vbi nupserit, bis centum autem si ingrediatur monasterium, bis centum cõsequitur, si ingressa fuerit monasterium.

110 Ecclesiæ si testator aliquid reliquit, cum prohibitione ne alienetur, sine causa tamen expressione, talis prohibitio nullius erit momenti.

111 Legatum rei alienæ, quam testator suam esse ignoranter putauerit, Ecclesiæ, seu piæ causæ relictum valet.

112 Ecclesia quantumcunque absque beneficio inuentarij adeat hæreditatem, vltra vires hæreditarias nunquam tenebitur.

VONIAM fructus, & redditus beneficiorum, de quibus tractare prosequimur, quandoque etiam in legatis, seu relictis in vltimis morientium dispositionibus consistunt, de legatis huiusmodi hoc in loco conuenit, vt tractemus: qua in re compendiose videbimus, quæ vere dicantur legata ad pias causas: ad quem eorum executio pertineat? an, & quando valeant in aliud opus commutari? & demum quæ specialia habeant præ cæteris legatis priuilegia?

Quod

2 Quod igitur ad primum attinet, legatum ad pias causas dicitur quicquid Ecclesiæ relinquitur, nam relicta Ecclesiæ, capellæ, aut monasteriis pio loco & consequenter ad pias causas, glos. verb. ad pias, in auth. de ecclef. tit §. si autem heres, Tiraq. in præfat.
sui tract. de priuileg. piæ causæ. vers. primus igitur. Card. Mantic. de conect. vlti. volunt. lib. 6. tit. 3. n. 18. Magdalen. de numero testium in testam. requisito c. 1. num. 26. & cap. 2. num. 1. Quia relicta Ecclesiæ dicuntur relicta Deo pro salute animæ, & è conuerso, ex eodem Magdaleno d. cap. 1. num. 17. Item dicitur legatum ad pias causas quicquid in vltima voluntate intuitu Dei relinqoitur. Abb. in proœmio Decretal. in §. Gregorius diuid. num 25. & 26. vbi Felin. verb. Gregorius Episcopus num. 25. Tiraq. in tract. de priuileg. piæ causæ in præf. n. 3. Sanch. de matrimon. l. 1. disp. 4.
3 num. 9. Ex qualitate enim personæ, cui relictum est legatum, colligitur an fuerit relictum intuitu pietatis & amore Dei, an secus, Alberic. in l. nulli. numere 24 C. d. Episcop. & Cleric. Cardin. Mantic. de coniect. vltim. volunt lib. 5. titul 3 num. 21. Imò Bald. in l. illud num 1. C. de sacrosf. Eccles. ait duo requiri
4 ad hoc vt causa sit pia: primum quidem vt interueniat pietas personæ: secundum vt fiat causa pietatis:
5 inde legatum ad pias causas censeri factum ex qualitate personarum legatariarum, & ex causa legati resoluunt Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 115. num 2. & Card. Cauaier. decis. 27. num. 2. Eleganter Benedict Ægid. Lusit. in rep. l. 1. C. de sacrosanct. Eccles. part. 3. §. 1. numero 4. vbi ait legatum pium tripliciter considerari posse. aut enim pium dici ait propter recipientis personam, vel solum propter causam, in quam legatur, vel denique propter intentionem agentis, licet id vltimo loco relatum locum habeat in solo tribunali diuino.

6 Ex quo infert Bald. citato loco, quòd si quis diuiti leget, quamuis amore Dei se legare asserat, non esse causam piam: quia deficit pietas in persona, cui res legatur, refert & sequitur Sanchez dict. disp. 4. numero 9 in prin. nam quòd legatur diuiti non est ad pias causas, vt patet ex dict. illud, & tenet Lop. alleg 1. num. 4. in fine, Anchar. cons. 25. numero 5. vers. præterea aduertendum. Card. Mantic. dict. tit. 3. numere 27. Card Tusch. tom. 6. lit P. concl. 332. nu-
7 mero 62. & consuluit Bald. cons 330 lib 7. dicens quod testamentum, vel legatum in fauorem priuati, qui non est pauper, non dicitur ad piam causam, licet in tali testamento, vel legato diceretur, quod amore Dei testator id faceret: nam pietas non stat in nomine pietatis, sed in substantia veritatis l. 1. C. de mendicant lib. 11. Quicqoid teneat Marc. Ant Genuens. in practicab. ecclef q. 446. quam sequi videtur Nouar. in addit. ad Vincent. de Franchis decis. 565. in fine vers. & delegato.

8 Hinc etiam inferunt idem Bald. & Sanchez proximè citatis locis, quòd si è contra pauperi legasset aliquis non intuitu pietatis, non esset legatum pium:
9 quia deficit pietas in causa: in dubio tamen, vbi testator non expresserit, quo titulo reliqoerit censetur legatum factum pauperi intuitu pietatis relictum, l id, quod pauperibus, l. si quis ad declinandum, C. de Episcop. & Cleric. Bald. d. n. 1. Cardin. Mantic. d. tit. 3. num. 21.

10 Sed si aliquis leget consanguineo suo pauperi, an censeatur legatum pium? Controuertunt Doctores: quidam negant, ex quorum numero sunt Bald. in auth. Similiter, numero 5. C. ad leg. Falcid. & ibi Roman. numero 3. Dec. cons. 120. numero 4. Cephal. cons. 216. numere 23. Alciat. cons. 213. numero 13. libro 9. Menoch. de præsumpt. libro 4. præsumpt. 115. à numero 6. Sanch. dict. disput. 4. numere 9. vers. hinc quando. Pro qua opinione facit tex. in l. tutor. §. quæ tutoribus, ff. de execut. tutor. vbi legatum censetur potius relictum ratione causæ naturalis, & consanguinitatis, quam accidentalis. dicit enim quod legatum relictum filio, quem pater dedit tutorem eius fratri, ei debetur, licet se à tutela excusauerit, quia magis videtur ei relictum tanquam filio, quam tanquam tutori, & sic attendi debet causa naturalis consanguinitatatis, & non accidentalis pietatis. Facit etiam capit. requisisti, de testam. vbi relictum factum Episcopo à consanguineo, censetur potiùs factum ratione consanguinitatis, quam dignitatis.

Contrarium verò, imò huiusmodi legatum pium esse, & intuitu pietatis & non consanguinitatis relictum, meritò sustinent Ias. cons 183 col. 2. in princ. vers. 6. vol. 1. Boër. decis. 94. numero 2. Alex cons. 159. ad fin. vol. 7. Gutier. cons. 26 numero 8. Tiraq. de priuileg. piæ causæ, in præfat. num. 16 & 17. vbi in hanc sententiam videtur magis inclinare, Marc. Anton. Genuens. in practicab. eccles quæstione 573. vbi respondet ad dict. l tutor, §. quæ tutoribus, & ad dict. capit. requisisti, bene Bened. Ægid. in repet. dict. l. 2. C. de sacrosf. Eccles. p. rt. 3. §. 1. n 6. vbi verum putat, etsi certo constet nullo S. spiritus motu, sed sanguinis & amicitiæ affectione omnino ductum testatorem reliquisse. Mouentur præcipuè, quia in dubio præsumendum est testatorem, dum cogitat de sua salute pauperi consanguineo legasse, vt animæ suæ consulat, cum anima cunctis rebus ac personis sit anteponenda. l. sancimus, in fine, C. de sacrosf. Eccles. capit. cum infirmitas, de pœnis & remiss. Tum qoia consuanguinitatis ratio non impedit quin possit præsumi tale legatum esse relictum ex misericordia, præsertim cum eleemosyna magis sit facienda consanguineis pauperibus, quam aliis personis, capit. non satis 86. dist. glos. in capit. 1. de cohab. cleric. & mulier. vbi Abb. numero 4. Afflict. decis. 290. num. 10. Et eo maximè locum habet hæc opinio, & præsumitur potiùs legatum esse factum intuitu pietatis, quam consanguinitatis, quando in legato non fuit adhibita solemnitas Iure communi requisita: non enim credendum est quempiam elegisse viam, per quam suum iudicium impugnetur libro 3. ff. de milit. testam & in dubio capienda est illa præsumptio, per quam dispositio valeat, l. quoties, ff. de reb. dub. vel quando in legato relicto pauperi consanguineo fit mentio paupertatis, quia tunc pium esse fatentur Gutierrez & Sanchez, licèt in principali resolutione discordes existant. Et hoc verum esse credit Magdalen de numero testium in testamento requis. par. 2. capit. 2. numero 42. quando legatum esset modicæ quantitatis, & proportionabile ad subueniendum paupertati, secus si esset excessiuum; quia tunc videretur potius fieri ex affectu humano ratione consanguinitatis, & amiciæ, quam causa pietatis. Vide late Ciarlin. controuers forens. cap. 33. num. 101. cum seqq.

Dicitur quoque legatum factum ad piam causam 11
si fiat pro salute animæ & pro remissione peccatorum, & amore Dei, auth. & cum, de appellat. cognosc. §. si vnum de prædictis, circa med. glos. in l. si quis Titio. 17. ff. de legat. 2. Paul. de Castr. cons. 167. numere 2. libro 2. Tiraq. in dict. præfat. de priuilegiis piæ causæ, vers. item relictum pro anima, Alexand. cons. 209. libro secundo Emman. Costa in capit. pater 1. verb. in suo testamento numero 8. cum seq. de testa

testament. lib. 6. P. Molina *de iustit. tract. 2. disput.* 134. Magdalen. *dict. part. 2. capit. 1. numer. 23. & capit. 3. num. 79. cum seqq.* Valasc. *consil.* 145 *numer.* 5. Thom. Valasc. *alleg. Iuris tom. 1 alleg.* 68. *num.* 4. Benedict. Ægid. *in d. repet. lib. 1. C. de sacros. Eccles. p. 3. in initio n.* 1. Ciarlin. *controu. forens. c.* 5. *n.* 9. *& c.* 33. *num.* 25.

12 Relictum autem pro anima intelligitur non solùm quod quis legat pauperi, P. Molin. *de Iustit. tract. 2. disput.* 134. *in princ.* Less. *in simili tract. lib. 2. cap. 19. dub. 2. num.* 4. Cardin. Mantic. *dict. tit.* 3 *num.* 22. Ciarlin. *dict. cap.* 5. *num.* 8. *& cap.* 21. *numer.* 17. Nauar. *de redditibus eccles. quaest. 1. mon. 26. numer.* 4. addens hoc esse verum, quamuis testator non dicat se id facere amore Dei, vel misericordis pauperis: verum etiam quod relinquitur Ecclesiæ pro celebratione Missarum, & alimentis clericorum, seu Religiosorum, seu pro constructione, vel ornamentis ipsius Ecclesiæ, Roman *cons.* 235 *numer.* 5. & ibi Apostilla, *in verb. causas*, Federic de Senis *cons.* 217. vbi de legato relicto Fratribus Prædicatorum, vel Minoribus, Cornel *cons.* 18. *num.* 10. *colum.* 4. vbi de legato facto Conuentui Clericorum, Magdalen. *dict. part. 2. cap. 2. num.* 22. vbi de relictis pro luminaribus, cereis, anniuersariis, & cæteris ad perpetuum cultum diuinum, siue etiam temporalem pertinentibus. Item quod relinquitur hospitalibus, vel aliis locis in quibus pauperes, & miserabiles personæ fouentur, aut alia charitatis opera exercentur, latè Magdalen. *dict. part. 2. cap. 2. numer.* 1. *cum multis sequentibus*, vbi *numer.* 13. quod relicta Oratoriis, Altaribus, & Capellis dicuntur relicta ad pias causas, *& num.* 17. *cum sequentibus*, subdit relicta Imagini Saluatoris Domini nostri, eiusque Gloriosæ Virginis Genitricis Mariæ, vel alicuius Sancti, dici relicta ad pias causas, siue Imago sit depicta in Ecclesia, siue Altari, aut alio loco sacro, siue in aliquo muro, & loco priuato & domo profana, talis enim pictura, per quam repræsentatur Saluator, B. Maria, & ille Sanctus, dicitur res sacra & religiosa, iuxta gloss. *in l. statua, ff. de vsufruct. & num.* 24. *cum seqq.* resoluit relicta Collegiis sacris, & religiosis, Confraternitatibus etiam sæcularibus, & profanis institutа ad exercenda opera pietatis & charitatis, Templariis, Hospitalariis, Militibus, Fratribus de Pœnitentia, seu tertij Ordinis S. Francisci, Eremitis qui eligunt solitariam vitam, & Conuersis dici relicta ad pias causas.

13 Ad pia quoque opera intelligitur relictum. Primò quod pro redimendis captiuis relinquitur, *vt in leg. nulli, C. de sacros. Eccles.* Tiraquel. *in dict. præfat. tract. de priuileg. piæ causæ, vers. item relictum pro redemptione*, Magdalen. *d. p. 2. c. 2. n.* 47. *cum seqq.* latè Perez de Lara *de Capellan. & anniu. lib.* 1. *cap.* 22. *à princip.*

14 Secundò pro excarcerandis carceratis, Crauet. *consil.* 3. *numer.* 10. & latè eleganter Perez de Lara *dict. lib. 1. capit. 22 numer. 25. cum sequentibus*, vbi quòd Dominus noster nos instruit alere, & liberare carceratos, quorum est miserendum, & benefaciendum, licèt iustè patiantur, cum carcerati dicantur personæ miserabiles, & carcer æqui paretur morti. Etenim causa liberatis, pia causa est, Sarmient. *lib. 2. select. capit. 7. num.* 35. *vers. præterea*, Alexand. Trentsciuq. *variar. resolut. lib. 1. tit. de pia causa, resol. 1 numer.* 4. Magdalen. *part. 1. capit.* 12. *numer.* 12. dicens quòd legatum libertatis dicitur pium, quia continet actum pietatis, *& numer.* 13. quod valet argumentum de libertate ad pias causas, latè Benedict. Ægid. *in d. c. l. 1. C. de sacros. Eccl. p. 3. §. 1. à n.* 1. vbi *n.* 2. intelligit quamuis ea causa pietatis animo relicta non sit.

Libertatis causam adeò fauorabilem quidam existimarunt, vt cuilibet alij piæ causæ eam præferant, cuius opinionis non paucos, nec paruæ auctoritatis viros retulit Tiraq. *in d. præfat. vers. quin etiam videatur, & in l. si vnquam, verb. donatione largitus n.* 319. *cum seqq. C. de reuoc. donat.* Idque non leui ratione probare videbantur deducta ex reg. *Si vinco vincentem te, à fortiori vincam te*, de qua *in l. de accessionibus, ff. de diuers. & tempor. præscript.* quoniam piæ causæ legatum filiorum legitimam nunquam minuit, *vt in cap. quicumque 17. quæst. 4. Auth. si qua mulier*, vbi notant Doctores, *C. de sacros. Eccles.* & tamen libertatis legatum non solum minuit filiorum legitimam, sed etiam aufert in totum, vt notant omnes, per text. ibi *in l. Papinianus, §. quarta autem, ff. de inoff. testam.* Vnde libertatis legatum ipsa legitima fauorabilius esse euidenter colligitur, vt notat Fulgos. *n.* 3. & Paul. qui hoc mirandum dicit *in d. §. quarta autem, num.* 4. quod tamen *ibi* glos. & communiter Doctores, vt constat ex Paul. *d. num.* 4. & Tiraq. *locis suprà citatis*, existimant esse correctum *per Auth. de triente & semisse. §. prohibemus collat.* 3. Sed Bened. Ægid. *d. p.* 3. *§.* 2. probat non esse veram conclusionem, quam deducunt Doctores ex *d. §. quarta autem*, legitimam, scilicet, per libertatem, minui, aut tolli, quis nulla inquit ratio petit, vt quod parens gratuitate præstitit naturali, & ciuili, iure debitum tollere, aut minuere posse, de quo copiosè agnut Cald. Pereira *in l. si curatorem, verb. læsis, n.* 158. *C. de in integ. restit. minor.* & Valasc. *consil.* 67 *n.* 3. *&* 14. Vide apud illos. Imò addit Benedict. Ægid. *cit. loco*, non semper, & indistinctè libertatis causam alteri piæ causæ præferendam esse; cùm magis conueniat pietati in piis causis pro ea consulere, & iudicare, cui subeundæ seruitutis æternæ periculum imminet. Vnde, inquit, si in proposita quæstione captiuorum redemptio cum seruorum libertate concurreret, illorum potiùs quàm istorum causam eligerem, tam propter asperius seruitutis iugum, quod apud infideles patiuntur; quàm & præcipuè propter infidelium conuersationem scandalis, ac periculo plenam, & animarum saluti admodum perniciosam.

Tertiò, ad pia opera intelligitur relictum, quod pro monachanda paupercula legatur. Ba,d. *in d. l. illud. num. 2. C. de sacrosanct. Eccles.* Alex. *cons.* 190. *n.* 7. *&* 8. *lib.* 6. quamuis talis fœmina esset consanguinea ipsius testatoris legantis: non enim ob consanguinitatem tale legatum definit esse pium Bald. *cit. loco*, Alex. *cons.* 158. *num.* 9. cum deductis suprà *n.* 10. *vers. contrarium.* 16

Quartò, quod pro maritandis pauperibus puellis relinquitur, Caualer. *d. decis.* 27. *&* 49. & ita pro earum dote, Rom. *cons.* 69. *col.* 1. Socin. *cons.* 82. *n.* 35. *lib.* 4. Anan. *cons.* 57. latè & elegaⁿter. 17

Sextò, quod pro alimentis pauperi relinquitur, *l. nulla, ff. de aliment. & cibar. leg.* Crauett. *cons.* 199. *n.* 10. Tiraq. *in d. præf. pag.* 9. Magdal. *d. p.* 2. *c.* 2. *n.* 34. vbi extēdit ad legata relicta personis miserabilibus & oppressis viduis, & aliis humano auxilio destitutis, *& n.* 37. id intelligit quando quis verè pauperibus, & miserabilibus personis legasset causa pietatis motus, non consanguinitatis, vel amicitiæ ratione, Nouat. *vbi supr. vers. & legatum alimentorum.* 18

Septimò quòd relinquitur causa studij dicitur ad.

ad pia opera relictum, Horat. Luti. *in tract. de priuileg. Scholar. in priuil.* 1. Ruin. iuo. *conf.* 117. *n.* 15. Hunded. *conf.* 57. *numer.* 9. *lib.* 2. si oon strictè & propriè, saltem largo modo piom esse intelligimus, iuxta distinctionem Bald. *in l.* 1. *n.* 20. *ff. de legat.* 2. & Cuman. *conf.* 28. *col.* 2. *verf. nec hoc dicitur*, & Baldum sequitur Ias. *in l.* 1. *n.* 35. *C. de sacrof. Eccles. & in leg.* 1. *in fine soluto matr.* sentit Tiraq. *in dict. prafat. verf. ita relictum causa studij, circa fin.* qui post relatam vtramque opinionem, videtur resedere in hac tanquam vltima, Roman. *dict. conf.* 117. *numer.* 13. dum ait in casu suo cessare difficultatem, quia legatum erat factum pauperibus, latè Bened. Ægid. *in dict. repet. leg.* 1. *C. de sacrof. Eccles. par.* 3. §. 6. *à princip.* vbi tradit causam studij, quo ad sacram Theologiam dirigitur, piam semper esse, eam vero, quæ dirigatur ad Sacrorum Canonum disciplinam, piam esse existimat, si tali personæ Iuri Canonico operam danti relictum fuerit, cuius ea vitæ professio aut iam sit, aut esse speretur, quæ huius studij disciplina ecclesiasticis vsibus inseruiat, & *numer.* 3. & 4. disputat quid dicendum in relictis causa studij Iuris Ciuilis, & Medicinæ, & *num.* 6 resoluit relictum alicui causa studij non iudicari vt pium, si legatario pro necessariis studij expensis aliunde prouisum extaret, & *num.* 10. quòd relictum scienter homini locupleti quamuis testator dicat quòd pro amore Dei, seu pro anima relinquit, non iudicabitur ad pias causas relictum. Magdalen. *d. par.* 2. *cap.* 2. *num.* 72. vbi ait legatum causa studij dici legatum ad pias causas largo modo, eo respectu, quod respicit vtilitatem publicam, & fauorabilem causam, non autem strictè, Ciarlin. *d. c.* 5. *num.* 10.

20 Octauò quod relinquitur pro constructione monumenti dicitur quoque relictum ad pia opera, Menoch. *de præsumpt. lib.* 4. *præs.* 115. *numer.* 25. Intrigl. *singul.* 97. *numer.* 150. quos refert & sequitur Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori eccles. part.* 4. *resolut.* 351. *num.* 2. Magdalen. *dict. part.* 2. *capit.* 2. *numer.* 83. vbi idem dicit de illo, quod relinquitur pro sepultura, & pro sepeliendis mortuis, seu funeria impensa, de quo etiam Nouar. *in addit. ad Vincent. de Franchis decis.* 565. *verf. & addo pro sepultura.*

Nonò quod relinquitur pro reficiendis Ecclesiis, Barbat. *consil.* 26. *lib.* 3. Surd *consil.* 62. *numer.* 5. & *seq.* latè Aloys. Ricc. *d. resol.* 351. Nouar. *de elect. & variat. fori quæst.* 51. *sect.* 2. *sub numer.* 22. *in vlt. impress.*

Decimò. Relicta facta pro incertis & malè ablatia sine dubio dicuntur relicta ad pias causas, ex quo fiunt pro exoneratione Conscientiæ, & salutæ animæ testatoris, Tiraquel. *in dict. præfat. verf. item relictum pro incertis*, Magdalen. *dict. part.* 2. *cap.* 2. *numer.* 73. *cum seqq.* latè Nouar. *in addit. ad dict. decis.* 565. *Vincentij de Franchis verf. addo autem*, latè Bened. Ægid. *in d. repet. l.* 1. *C. de sacrof. Eccles. par.* 3. §. 7.

21 Latè sumpto vocabulo relictum pro anima intelligitur quod pro bono publico legatur, veluti pro restauratione pontium, vel viarum: *glos. in leg.* 1. §. *ad municipium. ff. ad leg. Falcid.* Nouar. *eod. citato loco verf. & pro refectione*, aut pro ciuitatis custodia, & publicorum locorum, argum. *capit.* 1. *de immun. Eccles.* & notatur *in dict. leg. illud*, modo necessitatem loca huiusmodi paterentur: quia tunc præsumuntur legata illa pro bono publico, & personarum vtilitate, ac consequenter pro animæ salute relicta: sed si non adesset eius rei necessitas, nullam habet speciem legati ad pias causas, arg. *dict. capit.* 1. & *capit. non minus*, & *capit. aduersus, de immun. eccles.* & *leg. ad instructiones, C. de sacrof. Eccles.* vbi verò pro huiusmodi necessitate relinquitur pro legato ad pias causas, omninò accipietur, præterquam quod eius executio ad ecclesiasticos non spectabit, vbi ius Ecclesiæ aliqua in re non attingeret. Et aduertit Marc. Anton. Genuens. *practicab. eccles. quæst.* 438. quod relictum Ecclesiæ pro salute animæ præsumitur relictum pro malè ablatis, & restitutione facienda, vel ex liberalitate, vel pro peccatorum remissione.

De hac autem legatorum piorum executione est 22 sciendum, quòd in his, seu quibuscunque vltimis voluntatibus exequendis in se non habito respectu ad personas testantium, iurisdictionem à iure obtinet, non solùm ecclesiasticus Iudex, verùm etiam sæcularis, *Authent. de Eccles. tit.* § *si quis ædificationem, collat.* 9. quippe cùm talis executionis cognitio lege, & consuetudine ad vtrumque forum æquè principaliter spectet, *leg. hæreditas* §. 3. *in fine, ff. de petit, hæred.* vbi *glos. vltim.* bonus text. *in dict. leg. nulli*, 28. *prope fin.* ibi, *vel in viri clarissimi Rectoris Prouinciæ, vel in Vrbis Episcopi notitiam deferendi, C. de Episcop. & Cleric. Auth. hoc amplius, C. de fideicom.* Abb. *num.* 4. & Cou etiam *num.* 4. *in capit. si hæredes, de testam.* Padil. *in lib.* 1. *n.* 29. *ff. de leg.* 2. Henric. Bottæ *de synodo* 3 *part.* 2. *num.* 175. Peralta *in leg. vnum ex familia, in princip. num.* 28 *ff. de legat.* 2. Valasc. *consil.* 105 *numer.* 61. à Poote *consil.* 37. *numer.* 31. *lib.* 2. Mart. *de success. legali tom.* 2. *part.* 4. *quæst.* 15 *art.* 2. *numer.* 1. me citato *in hoc loco* Catol. Marant. *tom.* 1. *resp.* 24. *num.* 3. latè Molin. *de iust. tract.* 2. *disput.* 250. Iuuat Concil. Trident. *sess.* 22. *de reform. cap.* 8. *in princip.* Cuius rei ratio reddi potest: quia, vt ex Nouel. considerat Sarmien. *lib.* 1. *select. cap.* 11. *num.* 13. Istis conueniens est 23 omnia facta ad pietatem spectantia, qua talia, etiam ad Episcoporum cognitionem pertinere: vnde est, quòd causæ miserabilium personarum ad cognitionem pertinent Episcoporum, *cap. super quibusdam*, 26. §. *vlt. in fine, de verbor signific.* vbi *glos. vlt. cap. si quis de potentibus*, 24. *quæst.* 3. Palat. *in repet. rub. de donat. inter vir. & vxor. not.* 6. §. 2. *num.* 3. Couar. *pract. cap.* 65. *numer.* 1. *in fine princip.* Sanè hoc, quod est adimplere defunctorum voluntates, satis pium est, *Auth. de hær. & Falcid.* §. *si verò expressim, collat.* 1. *l. pen.* §. *illo, C. de necess. seru. hær.* vbi Bald. Paul. Salyc. 24 & omnes *d. l. nulli in fine*, ibi, *pietate non careat*, cum his, quæ Tiraq. *in tract. de mort. p.* 7. *decl.* 5. *n.* 8. Gutier. *in l. nemo potest, n.* 308 *ff. de legat.* 1. cum vel maximè quia satis pium est defunctorum animas, saltem per indirectum, à pœnia Purgatorij liberare: quod quidem fit, quando iustæ illorum voluntates executioni mandantur, arg. *c. in litteris* 5. *in fine, de raptorib.* Quibus omnibus consequens est, in terminis inter sæculares, & ecclesiasticum locum fore præuentioni, vt in specie resoluit Cou. *in d. c. si hæredes, n.* 1. Anch. *conf.* 396. *in fine*, Dec. *in c. Ecclesia, num.* 38. *de constit.* Molin. *d. disp.* 250. *in pr. iuncta col seq.* Quis autem præferendus sit pro executione legatorum, an Episcopus originis, an domicilij, vel potiùs relicta? vide latè Ciarlin. *controu. forens. c.* 1. *à num.* 15.

Secundò, circa spatia executoribus competentia, ad exequendas testantium voluntates notandum tria inter se, longè diuersa posse considerari: vel enim spatium fuit à testatore præfinitum; vel à lege; vel denique speciali Principis beneficio 25

beneficio concessum est. Primo casu voluntas
impleri potest ab executore intra tempus præfi-
nitum; ante illud verò elapsum, neque sæculares,
neque ecclesiastici Iudices se possunt intromit-
tere, neque cogere, vt intra breuius tempus adim-
pleat. Ita expressè Abb. *in cap. nos quidem, numer.
10. de testament.* vbi Couar. *num. 1. in 1. conclus.*
affirmat communem ex aliis Molin. *dict. disput.
251. in princ.* idque à priori facilè deprehenditur
ex ratione generali, secundùm quàm pro lege ser-
uari iubetur, quicquid testator iustè disponit,
Auth. de nuptiis, §. disponat. collat. 4. Illúdque Do-
ctores citati hac in re vlteriùs considerant: quòd
si fortasse testator priorem terminum præfiniat vs-
que ad certum tempus, eo adiecto, vt si præfinito
tempore executor adimplere non possit, sequenti
anno exequatur, tenebitur tunc coram Iudice pro-
bare se non potuisse perficere intra priorem termi-
num, vt tunc secundus eidem concedatur, vel ter-
26 tius, & sic de cæteris, Molin. *vbi proximè.* Se-
cundo casu, quando à testatore nullum tempus
præfinitum est, à lege conceditur annus; dum-
modo de profanis agatur, & executor legitimè
moneatur, *Authent. de hæred. & Falcid. §. si quis
autem non implen, collat. 1.* (tex. enim *in dict. leg.*
27 *nulli*, in id volgo citari solitus, dum vnius anni
spatium præfinit, in nostris terminis non loqui-
tur, neque de executoribus agit, sed solummodo
Episcopos cogit, vt post vnius anni spatium, capti-
uorum numerum, & soluta pro illis pretia mani-
festate teneantur; quod est aliud diuersum. Dein-
de text. ille agit de piis relictis, vt post alios ad-
uertit Anton. Gom. *lib. 36. Tauri, num. 1.*) Couar.
*in dict. capit. nos quidem, numer. 2. vers. secunda con-
clusio*, Molin. *dict. disput. 251. colum. 2. vers. quando*
28 *à testatore*, quo anno transacto Episcopus fit exe-
cutor, vt voluntas defuncti impleatur, Gabr. Pe-
reira *de manu Regia, part. 1. capit. 16. numer. 5.* Dia-
na *resolut. moral. part. 1. tract. 2. resolut. 98.* Sin au-
tem legatum pium fuerit, omninò intra sex men-
ses adimplendum est, *Authent. de ecclesiast. tit. §. si
autem heres, vers. si autem legatum, collat. 9.* Abb. *in
dict. capit. nos quidem, numer. 10.* & Couar. *in prin-
cip.* Communis, vt per Padil. *in leg. necessitatem, nu-
mer. 14. C. de bonis, quæ liber.* Molin. *dict. loco, colum.
1. prope fin.* Quamuis autem in plerisque Iuribus
amplioris spatij mentionem factam reperiamus, vt
constat *ex dict. capit. nos quidem*, ibi, *intra annum,
dict. Authent. de eccles. titul. §. si quis ædificationem*,
ibi, *intra quinque annos*, illud ita accipiendum est;
quia breuiori tempore opus adimpleri non pote-
rat: longè aliter dicendum, vbi intra sex menses
opus pium expediri valet, iuxta *dict. vers. si autem*,
licèt aliter resoluant plures, quos refert & sequi-
29 tur Couar. *dict. numer. 6. vers. quinta conclusio.* VI-
timò tandem casu, specialis Principis beneficio
concessum dicitur, quando non obstante termino
à testatore, vel lege præfinito, Princeps ex causa
aliquando breuiùs, aliquando longiùs elargitur, &
hoc duobus, siue à testatore, siue à lege præfinitis
æquiparatur, eosdémque operatur effectus: supra-
dictus autem terminus, siue à testatore, siue à lege
præfinitus, non aliter incipit, quàm à tempore adi-
tæ hæreditatis, argum. *leg. à filio. 15. in princip.* ibi,
*postquàm legatum suum acceperit, ff. de aliment. &
cib. leg. & in Authent. de hæred. & Falcid. §. illud
quoque*, ibi, *post aditionem, collat. 1.* iuuat *leg. vnica,
§. in nouissimo*, ibi, *nisi fuerit adita, C. de caduc. tol-
lend.* Ratio à priori illa est, quia ante aditam hæ-
reditatem executio testamenti impeditur, neque

aliter cum effectu valent relicta in testamento, nisi
adeatur, *leg. si nemo 9. cum l. seq. ff. de testament. tut.*
glos. *verb. liber, in leg. qui filio 38. ff. de hæredit. instit.*
quam singularem dicunt plures, vt per Couar. *in
dict. capit. nos quidem, numer. 3.* cum his, quæ Gom.
leg. 24. Tauri, num. 1. vers. 9. Mench. *de success. §. 27.
num. 4.* Costa *in cap. si pater, verb. deferuntur, num. 3.
de testam. l. 6.* Viu. *tom. 1. opin. 143.* atque ita in ter-
minis Abb. *n. 11.* & communis *in d. cap. nos quidem*,
Cou. *d. n. 3.* Roch. *de iurepatr. verb. construxit, q. 10.*
Molin. *d. disp. 251. col. 1.* In legatis verò piis à tem-
pore insinuationis testamenti, seu publicationis,
sex mensium spatium connumerandum est, vt ma-
nifestè colligitur ex *d. §. si autem hæres, vers. si autem
legatum.*
Tertiò est summoperè notandum, longè aliud 30
esse cogere executorem, vt exequatur testatoris vo-
luntatem: aliud verò agere ad effectum, vt, illo
negligente, ad Episcopum, vel sæcularem Iudicem
deuoluatur potestas exequendi, priuandíque hære-
dem hæreditaris emolumento, & sic de cæteris.
Primo casu, si solummodo de coactione agatur,
vbi testator aliud non exprimit, nullum spatium
præfinitum est, quinimò potest Iudex, vel ex offi-
cio, vel ad partis petitionem statim compellere hæ-
redem simul atque adierit hæreditatem, arg. *l. eum,
qui. 41. §. quoties. ff. de verb. oblig. leg. quod decimus,
105. ff. de solut. leg. cedere diem. 213. vers. vbi ergo.
ff. de verbor. significat. in leg. omnibus obligationibus,
14. ff. de reg. iur. §. omnis obligation. in princip.* vbi
glos. recepta *verb. confestim. Institut. de verbor. obli-
gat.* quibus Iuribus docemur, quòd quoties obli-
gatio ex contractu, vel quasi orta est purè, debitum
statim peti potest. Planè spatium vnius anni, vel
alterius temporis à lege concessum prædictas re-
gulas non infringit: & ideò relicta statim peti pos-
sunt, vt in praxi seruari vidimus, eò maximè, cùm
spatium illud non in fauorem hæredum, aut exe-
cutorum, sed solummodo defunctorum fuerit præ-
finitum, vt infrà demonstrabimus; & ideò illo iu-
uari nequeunt, quominus statim cogi valeant, vt
ex Abb. Couar. & aliis concludit Molin. *dict. disp.
251. colum. 6.* & ideò aduertit Beoed. Ægid. *in re-
pet. leg. 1. C. de sacros. Eccles. part. 6. §. 1. numer. 27.*
quòd aliquando potest Episcopus ante legalis ter-
mini, lapsum cogere hæredes & executores ad im-
plendam defuncti voluntatem per censuram Ec-
clesiasticam, vel interdictam administrationem bo-
norum illius, cum scilicet constiterit defuncti bo-
na esse, è quibus legata solui commodè possint, &
ita defuncti voluntas ante legis terminum execu-
tioni mandari. In secundo, si vlteriùs agatur ad
effectum, vt ad Iudicem deuoluatur exequendi po- 31
testas, vel, vt hæres priuetur emolumento, spatium
à lege conceditur, de quo *supr.* egimus; quod sanè
non aliter currere incipiet, nisi post aditam hæredi-
tatem, & monitionem subsequutam, *d. cap. nos qui-
dem*; in quo agitur ad effectum, vt potestas exequen-
di ad Episcopum deuoluatur; & tamen præcisè re-
quiritur monitio hæredis: patet ibi, *eum commoneas*,
& ibi, *tunc per te ædificetur.* Iuuat ratio; quia sen-
tentia, qua aliquis de negligentia condemnatur, &
suo iure priuatur, ne testatoris voluntatem exequa-
tur, nullatenus ferri potest, nisi in conuictum, vel
sponte cōfessum, *l. de vnoquaque, ff. de re iud. c. nos in
quenquam. 2. q. 1. c. 1. de caus. poss. & propr.* eò maxi-
mè, quia ex iure exequendi in plerisque casibus
plures commoditates possunt insurgere, de quibus
infr. fatemur ergo, quòd si copulatiuè agatur de
potestate exequendi deuoluenda in Iudicem, &
in

in simili de priuando hærede, alióve executore sois emolumentis, à fortiori monitio necessaria erit, vt probat d. Auth. hoc, amplius, dict. §. illud quoque, affirmans tamen, quòd licèt solummodo agatur de potestate deuoluenda, priuandoque hærede executionis iure, adhuc monitio requiretur, per dict. capit. nos quidem, & reg. dict. l. vnoquoque. Tandem ostenditur idipsum ex eo, quia vbi agitur de condemnanda hæredis negligentia, deuoluendaque ex eo capite executione ad Iudicem, necessariò consequitur, quòd hæres, & executor hæreditario emolumento priuantur, ac subinde cùm ex primo posterius consequatur, neque primum, neque secundum, absque monitione fieri potest: quamuis enim multum maius præiudicium insurgat ex priuatione emolumenti; tamen etiam quale insurgit ex priuatione executionis: quod sanè notabile est, saltem si consideretur, quatenus antecedens, à quo priuatio emolumenti consequitur.

32 Quibus breuiter prænotatis, ad aliquas quæstiones descendere oportet: & primò quæro, Vtrùm potestas exequendi vltimas voluntates deuoluatur ad solos Episcopos, an verò ad omnes, habentes quasi Episcopalem iurisdictionem? Affirmatiuam partem tenentur Abb. in cap. Ioannes, nu. 2. de testam. & ibi Couarruuias num. 1. Molin de iust. tractat. 2. disputat. 250. col. vlt. & probat. dict. cap. Ioannes, ibi,
33 per Diœcesanum, quod verbum propriè comprehendit omnes habentes quasi Episcopalem iurisdictionem, gloss. verb. Diœcesanis, in Clem. vnic. de foro compet. Sanch. de matrim. lib. 3. disp. 29. num. 14. & 16. Flores de Mena variar. lib. 3 quæst. 24. num. 9. Ego ipse in tract. de appellatiua verborum vtriusque Iuris signific. appell. 73. num. 1. Et quamuis gloss. in Clem. 1. de iurepatr. videatur tenere, quòd appellatione Diœcesani simpliciter, & absolutè, solus Episcopus contineatur, non alius inferior quantumcunque iurisdictionem habeat quasi Episcopalem; hoc tamen procedit in illis, quæ potiùs exigunt officium dignitatis Episcopalis, quàm eius iurisdictionem, vt aduertit Couar. d. n. 1. Ego ipse de appel. 73. num. 2.

34 Secundò quæro. Vtrùm necessaria sit monitio, etiam ad effectum, vt data negligentia hæredis ad Episcopum deuoluatur exequendi potestas? Partem affirmatiuam defendunt Abb. nu. 3. & 10. in cap. nos quidem. de testam. Couar. ibid. nu. 2. vbi citat Anch. Cardin. Bald. Roch. & alios: sequitur Padil. in Auth. hoc amplius, num. 16. de fideicom. Pro quibus primò facit, quòd Gregorius Papa, tam in dict. cap. nos quidem, quàm in originali lib. 3. epistol. indict. 12. Epistol. 10. summoperè iniungit Episcopo Ianuario, quòd si Theodosia Religiosa fœmina, vel in loco constituto, vel, si ibidem fieri non possit, alibi, iuxta Episcopi arbitrium neglexerit ordinare Monasterium, vel per calliditatem distulerit, tunc per Episcopum ordinetur. Patet ex verbis originalis, ibi, negligentia, vel calliditate distulerit, & ibi, tunc volumus, vt fraternitatis tuæ adificetur studio. Planè, neque de negligentia, neque de calliditate conuinci potest, absque eo, quòd priùs moneatur, vt ille tex. habet: cùm ergo non aliter in Episcopum deuoluatur exequendi potestas, nisi præcedente priùs negligentia, vel calliditate hæredis, vt idem tex. habet, fit consequens, etiam ad hunc solummodo effectum necessariam esse monitionem. Secundò expenditur, quòd huiusmodi monitio, seu notificatio facta hæredi ad conuincendam ipsius negligentiam, resoluunt in citationem. Planè secundùm regulas: Nemo potest condemnari absque citatione, arg. c. 1 de caus. possess. ergo solummodo ad effectum, vt prætextu negligentiæ potestas exequendi ad Episcopum deuoluatur, monitio est necessaria. Tertiò facit sententia Abb. in c. pen. n. 19. de iudic. quem sequuntur plures, vt per Menoch. de arbitr. cas. 498. n. 55. dum habet, quòd si statuto cautum fuerit Iudicem teneri intra certum tempus causam sibi commissam definire, intelligitur, si à partibus fuerit interpellatus; aliter neque morosus iudicabitur, neque pœnam incurret: ergo similiter, vt spatium vnius anni, vel aliud à lege præfinitum executori currat, etiam ad effectum deuoluendi ad Superiorem, monitio necessaria erit.

Tertiò quæro. Vtrùm in proposito, vnica tan- 35
tùm monitio sufficiat? Pro parte affirmatiua vigent maximè tex. in cap. nos quidem, de testam. ibi, commoneas, & in c. tua nobis, in fine, ibi, monitione præmissa, eod. tit. & in d. Auth. hoc amplius, ibi, monitus, dum loquuntur in numero singulari, absque aliqua duplicatione adiecta: & in terminis docent Bart. Salicet. & Doctores communiter in dict. Auth. hoc amplius, vbi Iason num. 3 & Padil. num 16. Greg. Lop. l. 8. gl. 1. tit. 10. p. 1. Guillelm in c. Raynutius verb. si absque liberis il. 2. n. 201. plures per Menoch. de arbitr. cas. 498. cum 53. Cened. ad Decret. collect. 114. nu. 3. Oppositum tamen, imò quòd bina saltem requiratur monitio, defendit glos. verb. monitus, in d. Auth. hoc amplius. Alex. in l. vlt ff. de feriis, prout illum refert Guillelm. d. n. 201. per tex. in Auth. de ecclesiast. §. si quis autem pro redempt. vers. si autem, quæ hoc facere, ibi, semel, & secundò, collat. 9. Auth. licèt. C. de Episcop. & Cleric. ibi, semel, vel bis. Sed has contrarias opiniones fœdere distinctionis conciliant Couar. in c. si hæredes, n. 2. de testam. & Abb. in d. c. nos quidem, n. 11. vt, scilicet prima procedat, quando agitur de priuando hærede post annum; secunda verò, quando tractatur de priuando hærede ante annum, commodis sibi ex testamento delatis; ex eo, quod legata pia exequi neglexerit, quo casu bina saltem monitio requiritur. Ego tamen ex mente Iurium aliter sic componendas esse existimo. Vel enim agitur solummodo de deuoluenda exequendi potestate, absque eo, quod hæres, vel executor suo priuentur emolumento: vel vlteriùs agitur de priuatione talis emolumenti: primo casu vnica monitio requiritur, & sufficit, & procedit prima opinio, in secundo saltem bina desideratur, & procedit altera sententia. Ratio differentiæ illa est, quia longè grauius præiudicium versatur in eo, quòd quis suo emolumento priuetur, quàm in eo, quòd ius exequendi sibi auferatur, cùm inibi à labore executionis liberetur; & ideo saltem formaliter, & immediatè lucrum non admittit: vnde secundo casu cautiùs agendũ est, arg. c. vbi periculum, 3. in pr. de elect. l. 6. l. id, quod nostrũ. 11. ff. de reg. iur.

Quartò quæro, Vtrùm hæc monitio necessario 36
sit à iudice personaliter facienda, an vero per nuncium, vel epistolam? Quòd personaliter facienda sit à Iudice, tenent Paul. & Angel. n. 2. vbi Ias. n. 3. in d. Auth. hoc amplius. Abb. in d. c. nos quidem, n. 10. plures, quos refert, & sequitur Guillelm. d. verb. si absque liberis, il. 2. n. 199. & 203. & alij citati à Cened. d. collect. 114. n. 3. Pro quibus facit tex. prima facie expressus in d. c. nos quidem, ibi, eam commoneas, & in d. Auth. hoc amplius, ibi, monitus à Iudice. Oppositum tamen, imo sufficere, quod per Iudicem, vel per nuncium, epistolam, aut publicum ministrũ moneatur, sequuntur plures, vt per Padil. in d. Auth. hoc amplius, n. 16. Greg. Lop. d. l. 8. gl. 1 tit. 10. p. 6.

part. 6. Cuius opinionis illud est vnicum fundamentum, quia attento Iure, monitiones, citationes, & alia id genus, fieri possunt inter subditos per Iudicem, nuncium, epistolam, vel aliud simile, gl. vlt. recepta *in l. sancimus* 13. *C. de iudic.* Sanè huiusmodi regula non reperitur limitata in monitione, de qua agimus: ergo stare debet, arg. *l. præcipimus, C. de appellat.* Ego tamen vtramque opinionem breui distinctione ad concordiam reduci posse existimo. Aut enim agimus de decreto monitionis, seu de præcepto, quod fiat, & tunc nullus præter Iudicem potest monitionem decernere: patet, quia præceptum est actus legitimi Superioris, quod ab alio imponi non potest, iuxta reg. *l. vlt. ff. de iurisd. om. Iudic. cap. vlt. de constit. l. 6. c. vlt. vers. quod præcipitur* 14. q. 1. *in specie c. pen.* ibi, *à te legitimè citatus ad causam, de fore comp.* cum his, quæ S. Th. 2. 2. q. 88. *a.* 1. Hippol. *in l. de vnoquoque, n.* 115. *ff. de re iudic.* Tiraq. *de retractu lignag.* §. 8. *gloss.* 9. *num.* 20. & in hoc casu procedunt text. *in d. c. nos quidem, & in d. Auth. hoc amplius,* & Doctores pro prima opinione citati. Aut rursus agimus de insinuatione, seu notificatione huius monitionis iam à Iudice decretæ, quæ executori facienda est; & tunc, vel per Iudicem fieri potest, si velit, vel per nuncium, aut epistolam, vt fundamentum pro posteriori opinione adductum rectè concludit.

37 Quintò quæro. Vtrùm sufficiat monitio generalis, an verò specialis requiratur? Quo in dubio Feli. *in c. cùm sit Romana, n.* 20. *vers.* 9. *de appellat.* Henric. *de Synodo Episcopi, p.* 3. *art.* 2. *n.* 179. & alij plures per eos citati arbitrantur generalem sufficere. Mouentur ex eo, quia, cùm Episcopi, vel alij sæculares Iudices, vt plurimùm probabilem habeant ignorantiam de ipsis executoribus, qui quotidie constituuntur, specialis vt plurimùm fieri non potest, & ideò iusta reputari debet generalis monitio. Ita Henric. *vbi proximè*, vbi id intelligere videtur, de conuincenda in genere executorum negligentia, quasi secùs dicendum foret, si ageretur de conuincenda negligentia in specie alicuius executoris, priuandoque tam exequendi potestate, quàm suo emolumento: quia tunc specialis monitio necessaria erit.

38 Sextò quæro. Vtrùm tempus à Iure, vel ab homine præfinitum, currat ignoranti, & legitimè impedito? Pro parte negatiua stat regula *l. in fine, C. de annal. except.* & in fortioribus terminis, etiam data culpa ex parte impediti, quæ tamen non sit ordinata ad casum, *c. qu a diuersitatem* 5. *vers. sic tamen de conceß. præben.* Iuuat maximè tex. *in d. c. nos quidem, de testam.* si expendamus primò Gregorium ibi agere contra fœminam hæredem, quæ desiderium testatoris in monasterio construendo indebitè protrahebat. Sanè ignorans, & legitimè impeditus, non dicitur indebitè protrahere: deinde, si consideremus loqui de hærede commonita, quæ ignorans dici non potest, supposita monitione: tandem, si aduertamus tex. agere de executrice, quæ implere negligebat, patet ibi, *implere neglexit*, planè verba hæc important contemptum, & malitiam, quæ non posset dari in probabiliter ignorante, vel legitimè impedito, iuxta resoluta *in reg. ignorantia, de reg. iur. lib.* 6. *& in d. l.* 1. *in fine,* ibi, *quis enim inuitare eos poterit,* &c. aduertunt Abb. Imol. Rom. & alij citati à Cou. *in d. c. nos quidem, nu.* 3. *ad fin. & n.* 4. Angel. Aretin. *in tract. de testam. gloß.* 97. *n.* 12. & pro regula statuit Roch. *de iurepatr. verb. construxit, q.* 11. Tiraq. *de priuil. pia causa, priuil.* 97. Padil. *d. Auth. hoc amplius, n.* 16. *ad fin.* Cou. *in Clem. si furiosus p.* 2. *in princ. n.* 4. *vers. ad hæc,* Pinel. *in Auth. nisi n.* 46. *C. de bonis matern.* Viu. *tom.* 2. *opin.* 104. Quamuis contrarium, imò etiam legitimè impedito, & ignoranti tempus currere post Specul. quem refert, defendat Card. *in d. c. nos quidem, n.* 4. *vers.* 6. *quære,* Bald. *in l. captatorias, ad fin. C. de testam. mil.* Felin. *in c. cùm inter, n.* 20. *limit.* 3. *de except.* plures, vt per Cou. *d. n.* 4. *per c. vlt. §.* 1. *de testam. lib.* 6. nisi eorum resolutio intelligatur, vbi impedimentum superueniens executori sua natura perpetuum fit, saltémve diuturnum, v. g. mors, absentia in remotis: quia, si hoc casu non curreret, vel in totum, vel ex magna parte inutilis redderetur testatoris voluntas, quod tamen non ita contingit, vbi impedimentum non est perpetuum, neque diuturnum, v. g. ægritudo temporalis, & absentia in propinquo, sicut rectè consideranti palàm fiet; fauore tamen conscientiæ defuncti tempus currit ignorantibus, & impeditis, vt in legatis piis, & fauore alimentorum, Tiraq. *de pia causa, priu.* 97. Surd. *de alim. tit.* 8. *priuil.* 32. *num.* 8. Grat. *discept.* 73. *num.* 14.

Septimò quæro. Vtrùm spatium vnius anni, similéque à lege præfinitum ad executionem vltimarum voluntatum, possit à Iudice restringi? Pars affirmatiua, quæ verissima est, ex eo suadetur; quia in legatorum præstatione illud obseruandum est, quod verisimilius fuerit, testatorem voluisse præstari, *l. cùm res* 49. *in princ.* ibi, *verisimile est, eum voluisse,* &c. *ff. de legat.* 1. cum iis, quæ Bartol. *ibid. in princ.* Abb. *prope fin.* Cou. *n.* 6. *in c. indicante, de test.* Peralta *in l. si quis seruum, in pr n.* 5 *ff. de leg.* 2. Planè nullus inficiabitur satis verisimile esse testatorem voluisse, quantò citiùs fieri posset, omnem suam vltimam voluntatem adimpleri, arg. *l.* 1. *C. de sacros. Eccl. l. in testam.* 12. *ff. de reg. iur. cum vulgar.* Igitur, &c. Iuuat maximè *d. l. cùm res, in princ.* vbi habetur, quòd si hæres copiam habet rei legatæ, tenetur absque mora eandem præstare, *l. si domus* 74. §. *in pecunia ff. de legat.* 1. ibi, *Consitenti heredi medicum tempus,* &c. aduertit glo. *verb. medicum, in d.* §. *in pecunia*, fatentur Abb. *in d. c. nos quidem, n.* 11. plures, vt per Cou. *à n.* 5. Padil. *in d. Auth. hoc amplius, n.* 9. 39

Octauò quæro. Vtrùm constito legitimè de negligentia executoris, non solùm possit, sed etiam teneatur Episcopus exequi testatoris mandata? De potentia nulla est dubitatio, quod teneatur: ostenditur primò ex *d. cap. nos quidem*, in verbis importantibus præceptum, ibi, *per te ædificetur* & ibi, *assignentur*: quæ verba, cùm à Pontifice in Episcopum dirigantur, omninò videntur præceptum inducere, iuxta doctrinam S. Thom. 2. 2. *quest.* 88. *art.* 1. & Sot. *de iustit. lib.* 7. *q.* 1. *art.* 2 similia ferè reperiuntur *in capit. si hæredes, 6. eod. tit. de testam.* Consonat ratio, etenim supposita executorum negligentia, ad Episcopum deuoluitur executio, vt illorum defectum suppleat, vltimæque testantium voluntates, quàm citò fieri possit, adimpleantur. Sanè si in his terminis nullum Episcopo censetur iniunctum præceptum, non ita bene executorum suppletur negligentia, neque tam citò adimplentur testantium voluntates, vt palàm est. Igitur, &c. Propter quæ satis probabile existimamus, quòd licet expressè Doctores non affirment Episcopum de præcepto teneri, sed solùm illud facere, vt per Abb. *num.* 5. *in d. cap. si hæres,* vbi Couar. *num.* 4. Henric. *de Synodo,* 3. *part. art.* 1. *num.* 172. ex mente tamen Iurium secundùm probabilem testatorum voluntatem, præceptum in his terminis negari non potest. 40

Nonò quæro. Vtrùm, si testator secundos executores 41

curores constituat, interdicátque, ne ad Episcopum executio denoluatur, possit ipse nihilominus executi, vel executores compellere? Affirmatiuam partem probat, tex. opt. *in c. tua nobis, 17. de testam.* ibi, *licèt etiam à testatoribus id contingeret interdici,* vbi gloss. *verb. interdici, Auth. licet, in prin. C. de Episcop. & Cleric. Auth. de eccl. tit. §. si quis autē pro redempt. verf. licet collat. 9.* sequuntur plures, vt per Cou. *in d. c. tua, nu. 6.* Rip. *in l. nemo potest, n. 127. ff. de legat. 1.* Menob. *de successión. §. 3. n. 8.* Sarmient. *select. lib. 1. c. 4. 11. n. 13.* plures in simili, vt per Valasc. *consult. 105. n. 57.* Spin. *in speculo testa. gloss. 28. princ. n. 20.* Mart. *de iurisdict. p. 4. casu 88. à n. 14. & casu 113. nu. 31.* Cald. Pereira *de nomin. emphyt. q. 19. n. 56.* Fr. Leo *in thesaur. fori eccl. p. 4. c. 2. n. 46* Et pro hac parte facit, quòd ineptæ testatoris voluntates sunt reiiciendæ, *l. seruo 116. §. vlt. ff. de legat. 1.* sanè plusquam inepta est testatoris prohibentis, ne Episcopus inquirat de non impleta illius voluntate: quia in effectu tribuit executori occasionem delinquendi, contemnendique pias fortasse testatoris voluntates, contra reg. *l. conueniri 5. ff. de pactis dotal. cap. ex parte, pen. de consuet.*

42 Decimò quarto. Vtrùm, si testator prohibeat, ne executores rationes reddere compellantur, valida sit rationis remissio? Partem negatiuam probat tex. *in Clement. vnic. in fine, de testament.* ibi, *quocunque non obstante:* docent Salicet. Dyn. & alij ex antiquioribus, quos refert Iacob. de Canib. *de execut. vlt. volunt. p. 2. §. nouissimè à n. 1.* post Card. *in d. Cle. vnic. q. 11.* plures vt per Cou. *in cap. tua, nu. 6. de test.* Fr. Emman. *quæst. regular. tom. 3. quæst. 70. art. 5. prope fin.* & per me *de offic. & potest. Episcopi, p. 3. alleg. 82. nu. 28.* quibus addo Ioann. Bapt. Thoro *priuil. 139. à* Ponte *cons. 37. n. 6. & 7. l. 2.* Carol. Matant. *resp. 20. n. 15. & resp. 22. n. 51. tom. 1.* vt nos citat *in hoc loco,* pro quibus primo facit reg. *dict. l. conueniri 5. & l. si vnus 28. §. illud. ff. de pactis;* secundùm quam omnis remissio doli futuri omninò nulla est. Vnde testator remittere non potest vsufructuario cautionem de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri, *l. pen. C. vt in possess. leg.* vbi gloss. *vlt. l. 1. C. de vsufruct.* Bart. *in l. nemo potest, nu. 3. de legat. 1.* receptus, vt per Alciat. ibi, *n. 29.* Viu. *to. 1. opin. 30.* Clar. *in pract. §. testamentum, q. 64.* Sic quamuis distributio alicuius quantitatis relinquatur conscientiæ executoris, adhuc distribuens tenebitur reddere rationes ad effectum, vt si malè distribuat, per Superiorem emendetur, vt arg. gloss. *verb. oneramus in Clem. 1. de iurispatron.* aduertit ex aliis doctè Padilla affirmans plures iu-
43 dicatum *in l. cùm quidem, n. 11 ff. de legat. 2.* Expenditur etiam pro citatis Doctoribus, quòd fauor animarum publicus est, ita vt nemini liceat eidem renunciare, arg. *l. liber homo ff. ad leg. Aquil. c. contingit, 36. de sententia excomm* in specie *cap. vlt. de except. lib. 6. gloss. in sum. 35. q. 9 gloss. vlt. post prin. in cap. inter Monasteria, 20. de re iudic.* Felin. *in c. lator, num. 16. eod. tit.* Tiraq. *de retractu conuent. §. 1. gloss. 2. num. 37.* planè saltem per indirectum in eo, quòd rationes ab executoribus per competentem iudicem exigantur, vertitur fauor animarum, dum opera à testatore iniuncta integrè & citò adimplentur, & ipsorum animæ piis operibus à pœna Purgatorij liberantur, argum *cap. in litteris 5. in fine, de raptor. & in c. vlt. de sepultur.* Non obstant text. *in l.*
44 *Aurelio 21. §. vlt ff. de liber. leg.* ibi, *quæstionem curatoribus meis nemo faciat, l. si quis rationes 10. l. petitur 31. ff. eo tit.* quia cum Padil. *in l. cùm necessitatem, 18. n. 3. C. de fideicom.* poterit respondeti, quod loquantur de damno, si quod fortè in posterum executor administrans receperit in suo patrimonio, ex eo capite, quòd alieoa negotia gessit. Vel melius, vt intelligantur de liberatione facta circa administrationem præteritam, Bart. receptus *in d. l. Aurelio, §. Caius, n. 8. & in d. l. quidam decedens, in pr.* Iacob. de Canib. *d. loco,* Alex. *cons. 61. nu. 7. vol. 4.* Vel denique, vt remissæ censeantur rationes de futuro quoad illa, quæ leui, vel leuissima culpa in ipsa administratione fortasse contigerint, non autem si dolo, vel lata culpa, quæ dolo æquiparatur, *l. quod Nerua, ff. depositi,* euenisset: licèt enim testator non possit executori remittere obligationem reddendi rationes, quatenus includit remissionem doli, vel latæ culpæ, argum. *d. l. si vnus, §. illud,* & ideò non obstante tali remissione executor reddere cogatur, si tamen testator solummodo respiciat ad remittenda illa, quæ vel leui vel leuissima culpa contingerent, bona erit remissio, ita intelligit gloss. *verb. senserit, in d. l. quidam decedens, gloss. vltim. in dict. l. cùm necessitatem,* Card. *in d. l. Clem. vnic. q. 11.* Gutier. *in d. l. nemo potest, n. 2.*

Vndecimò quarto. Vtrùm si alicui committatur 45
electio pupillorum, vel pauperum, inter quos quantitas distribuenda sit, elapso anno cum negligentia electoris deuoluantur ad Episcopum electio sicut executio? Partem affirmatiuam tenent *in d. cap. nos quidem.* Anch. *n. 10.* Imol. *num. 14.* & Couar. *nu. 7.* Molin. *de iustit. tract. 2. disp. vlt. dub. vlt.* plures vt per Padil. *in l. cùm quidam, n. 27. ff. de legat. 2.* vbi in praxi communiter seruari affirmat. Idque efficaciter probatur: quia, sicut, quando testator certum legat, v. g. & hæres neget præstare legatum, deuoluitur ad Episcopum potestas adimplendi, vt apud omnes in confesso est; ita, si legauerit potestatem eligendi, vel nominandi, & elector intra annum non eligat, similiter deuolui deber; neque enim, etsi maximè elaboremus, aliquam assignabimus differentiæ rationem: sicut namque primo casu vltima voluntas adimpletur per legati præstationem; ita secundo per electionem, vel nominationem. Igitur, &c. Secundò ostenditur: quia quando distributio pecuniæ fieri iubetur personis ab electore nominaris, nominatio est pars ipsius distributionis, vel saltem antecedens necessarium, sine quo distributio fieri non potest, vt pateriergo, cùm distributio, seu executio in Episcopum transferatur, vt satis probat *l. nulli, 28. C. de Episcop. & Cleric.* Similiter necesse est, vt transferatur ipsa electio sine qua distributio fieri non potest, iuxta reg. *l. 2. ff. de iurisd. omn. iudic. cap. præterea 5. de offic. deleg.* Vltimò expenditur, quia, quando alicui competit electio & is debito tempore non eligit statim perimitur eligendi potestas, *d. l. cùm quidam, vers. idem ait, & vers. videtur enim,* vbi Peralta *n. 8.* & Padil. *num. 23.* Molin. *de primogen. l. 2. c. 4. n. 42.* Cùm in proposito elector debito tempore non elegerit, perempta censeri debet electio respectu ipsius electoris; & ideò vt testatoris voluntati satisfiat, cùm eligendi fine certi de incertis, oportet, vt ad Episcopum talis potestas denoluatur. Propter quæ hæc opinio receptior & verior est, quamuis oppositum, imò ad Episcopum non deuolui potestatem eligendi, teneant Bart. *n. 9.* vbi additio ad eundem *in d. l. cum quidam,* plures, vt per Felin. *in cap. si quis contra, n. 2. de foro compet.* Iacob. à Canibus *de executor. vlt. volunt. p. 3. num. 14.*

Circa executionem autem huiusmodi legatorum nonnunquam solet accidere, vt commutetur 46
voluntas defuncti, si in alium vsum conuertendum videatur id, quod ad certum vsum fuit testa-

mento relictum: quod quidem fieri potest, quando
legatum non potest impleri de iure, nec de facto,
veluti si relictum sit, vt Monasterium ædificetur.
Superioris autem auctoritas haberi non possit, sine
qua de iure ædificari non potest, *c. nemo de consec.
dist.* 1. cum citatis per me *l. 2. c. 12. n. 6.*
47 Aut si necessaria ad ædificium non habeantur,
sine quibus de facto construi non potest, veluti si
pecunia legata ad aliquem vsum non sufficeret,
quia tunc in alium vsum conuerti potest, vt resol-
uunt Bertachin. *in tract. de Episcopo, lib. 4. p. 4. n. 71.*
Roch de Curte *de iure patron. verb. construxit, quast.*
11. Lambert. *eod. tract. lib. 1. p. 1. q. 4. art. 12.* Aloys.
Ricc. *in collect. dec. p. 3. collect. 558. vers. tertia causa,*
48 Monet. *de commut. vlt. volunt. cap. 5. numer. 330.* Ego
ipse *de offic. & potest. Episcopi, p. 3. alleg. 83. numer. 7.*
Aut si vsus legatus non potest adimpleri: quia in
alios pios vsus conuerti poterit, secundùm Guid.
Papæ *decis. 556.* Aloys. Ricc. *d. collect. 558. vers. pri-
ma,* Monet. *d. c. 5. n. 322.* me citato Trulleoch. *in De-
calog. lib. 7. cap. 18. dub. 12, num. 30. vers. tertiò.* Ego
49 ipse *d. alleg. 83. n. 8.* Veluti si Monasterium in certo
loco testatoris iussu construi non potest, Gambar. *de
offic. Legati à latere, lib. 6. à num. 223.* Aloys. Ricc.
50 *collect. 558. in fine.* Ego ipse *d. alleg. 83. nu. 10.* Aut, si
Missa nequeat celebrari in loco constituto; quia
tunc iure poterit concedi, vt in alia Ecclesia, vel in
alio Altari celebretur, vt colligunt ex tex. *in cap. non
mediocriter, vers. dum igitur, de consec. dist. 5.* Abb.
*cons. 96. num. 5. vers. honestius enim, & in fine, vers. ad
tertium,* Innoc. *in cap. fraternitatis, de sepult.* Henric.
in sum lib. 9. cap. 12. §. 6. Iacob. de Graff. *in aureis de-
cis. p. 1. lib. 2. cap. 53. n. 1. & 2* Rota *in Toletana Con-
stitutionum Synodalium, 9. Iunij, 1624. coram Reue-
51 rendiss. D. meo Coccino Decano.* Licèt enim Sacerdos
celebrans, in non determinata Ecclesia, vel Altari,
minimè satisfaciat, Syluest. *in sum. verb. Missa, 1. q.
10. in fine* Nauar. *de orat. cap. 5. num. 2. & 12.* Iacob.
de Graff. *d. cap. 53. num. 9.* Azor. *instit. moral. p. 1. lib.
10. cap. 24. quæst. 8.* Vgolin. *de offic. Episcopi, cap. 14.
num. 4.* Fraxinel. *de Sacerdotum obligat. sect. 4. concl.
52 4. § 9.* cum diuina Officia celebrari debeant in illa
Ecclesia, vel loco, in quo iussa sunt celebrari, Nau.
*cons. 14. num. 10. de testam. in antiq. alias cons. 8. nu.
10. eodem tit. in nouis,* Seraphin. *dec. 1149. n. 2. & 3.*
Rot. *in dict. Toletana Constitutionum synodalium;*
53 nihilominus tamen, vbi iustum subest impedi-
mentum, veluti si Ecclesia determinata esset vio-
lata, aut Capella impedita, tunc in alia Ecclesia iu-
stè poterit celebrari, Iacob. de Graff. *d. c. 53. n. 12.*
Azor. *d. c. 24. q. 4.* Fraxinel. *d. concl. 4. §. 11.* Marc. An-
54 ton. Genuens. *in man. Prælat. c. 72. à n. 4.* Vel deni-
que si legatum esset factum ad vsum non ita neces-
sarium, quia tunc in aliú vsum pium eidem Ecclesiæ
magis necessarium commutari poterit. Aloys. Ricc.
in collect. dec. collect. 1270. vers. limita sextò. Marc.
Anton. Genuens. *in praxi Archiepisc. Neapol. c. 19.
in vlt. impress. & in practic. Eccles. q. 213.* Vgol. *de
offic. Episcopi, cap. 61. n. 5.* Mart. *de iurisd. p. 4. casu 74.
n. 18. & 21.* Monet. *d. c. 5. n. 354.* Ego ipse *d. alleg. 63.
num. 12.* Intellige tamen, quòd vbi quis pietatis
animo aliquid in pias causas reliquit, quod in
causam à testatore designatam expendi non potest,
in similem pietatis vsum conuerti debet, vt tenet
Bened. Ægyd. *in repet. l. 1. C. de sacros. Eccles. p. 3. §. 3.
num. 10.* aduertitque *n. 26.* quòd in omnibus casi-
bus, in quibus ex hac piæ voluntatis coniectura
res in alium vsum expendenda est, debet quidem
expendi in alium vsum similem illi, quem præce-
perat testator, si id fieri poterit.

Ita quoque voluntas defuncti commutari valet 55
si de facto tantùm impleri non possit, quamvis de
iure possit impleri: licèt etiam testator expresserit
se nolle, vt commutetur, sicut probatur, *d. cap. nos
quidem, de testam.* quia voluntas testatoris est se-
cundùm Ius commune interpretanda, vt res magis
valeat, quàm pereat. *cap. Abbate, de verbor. signific.*
Si verò impleri quidem de facto posset; de Iure
autem minimè, veluti si ita legatum esset, vt in Ec-
clesia fierent ea, quæ non debent, aut aliud simile,
necesse non est commutari: quia tale legatum ipso
iure nullum est, & inutile, ad not. per glos. *in l. 1.
ff. de condit. instit.* Verùm, si aliquid implendum
legetur, quòd de se non est indecens, sed tantùm
circa modum, vel locum, non esset implendum de
iure: veluti si iubeatur, vt in domo propria ipsius
defuncti Missæ pro anima sua celebrentur, quod
Ius ecclesiasticum prohibet, aut quid aliud simile
non est legatum inutile, *l. legatum, ff. de vsufruct. le-
gato;* sed poterit testatoris volontas in eo commu-
tari, quod secundùm ius illud fiat, quod ipse con-
tra ius mandauerat fieri. *d. cap. nos quidem.* Ea verò
legata, quæ de iure, & de facto possunt adimpleri,
non sunt facilè commutanda. Quare cùm intersit
testatorum voluntates conseruari, fuit constitu-
tum *in Clem. quia contingit, de relig. dom.* vt in qua-
libet commutatione facienda, quantuncunque le-
gatum impleri non posset, Ecclesiæ auctoritas re-
quiratur. Nec supradictis obstat, quòd, vbi voluntas
testatoris adimpleri non potest, legatum redditur
caducum, vel habetur pro non scripto, & ideò con-
uertitur in vtilitatem hæredis, vel grauati, *l. pater fi-
lium 36. §. Tusculanus l. vnic. §. in primo, C. de caducis
tollen.* quia respondetur cum gl. Abb. *n. 13.* & Con.
n. vlt. in d. c. nos quidem, Tiraq. *de priuil. pia causa,
priuil. 38.* non obstante mutatione loci, legatum ne-
que fieri caducum, neque haberi pro non scripto,
idque fauore piæ causæ.

Est ergo sciendum, quòd vbi subest causa legi- 56
tima commutandi; potest auctoritate Episcopi
commutatio fieri, quam tamen non nisi ex iusta,
& rationabili causa fieri debere statuit Conc. Tri-
dent, *sess. 22. de reform. cap. 6.* quod refert Monet. *de
comm. vlt. volunt. c. 6. à n. 86. & nu. 110.* apertè docet
iustam, vel rationabilem causam de per se sufficere
ex eo, quia cùm sit commutatio ex causa necessaria
illa necessitas iusta, hoc est non iniusta esse debet.
Pro vna tantùm vice, & ad tempus posset Episco- 57
pus cum cõsensu hæredis voluntatem defuncti al-
terare, tradũt Mar. Socin. *in tract. de oblation. lib. 19.
n. 19.* Cuch. *instit. maior. lib. 2. tit. 9. num. 62.* Vgolin.
d. c. 61. num. 7. Aloys. Ricc. *d. collect. 558. vers. quintò*
Monet. *d. cap. 5. n. 332.* citati à Gutier. *cons. 1. n. 19.*
qui contrarium tenet, Ego ipse *d. alleg. 83. num. 14.*
vbi tamen post Nicol. Garc. aduerto, hoc non pro-
cedere attenta dispositione Concilij Trid. *sess. 25.
de reform. cap. 5.* quod prohibet Episcopis tollere,
etiam cum consensu patroni qualitates in funda-
tione beneficiorum appositas. Vbi verò nulla, vel 58
minùs legitima causa subesset, non poterit absque
Romani Pontificis auctoritate commutatio fieri,
d. Clem. quia contingit, iuncta gloss. *verb. Sedis Apo-
stol.* Melch. Phœb. *Lusit. dec. 47. n. 1. cum seqq. tom. 1.*
Cened. *pract. & canon. quæst. lib. 1. quæst. 35. num. 12.*
& citati per me *d. alleg. 83. num. 1.* nisi vrgeat aliun-
de necessitas commutandi, & non possit summus
Pontif. adiri, vt per Monet. *d. c. à num. 348.* Conc.
verò Trid. *sess. 22. de reform. cap. 6.* hac de re statuit
vt in huiusmodi communicationibus (quas ex iu-
sta tantùm & necessaria causa fieri debere asserit)

Episcopi

Episcopi tanquam Sedis Apost.delegati summarie, & extraiudicialiter cognoscant, nihil in precibus tacita veritate, vel suggesta falsitate fuisse narratum, priusquam commutatione huiusmodi ab eadem Sede obtenta executioni mandentur.

59 In commutationibus autem faciendis tria sunt præcipuè obseruanda. Primum est, quòd, licèt commutatio voluntatis in casibus permittatur, vt vidimus; non est tamen nisi in alium vsum pium facienda, vt ex his,quæ hactenus diximus, perspici potest: nec enim in vsum profanum est conuertendum, quod pia testantium voluntate semel est Deo dicatum, neque contra defunctorum voluntatem est quicquam,quoad fieri potest,commutandum. Quare est etiam secundo loco obseruandum, vt in eum quoque pium vsum, qui voluntati defuncti sit proximior, & saluti animæ suæ vtilior, conuersio fiat, sicut de conuersione fructuum locorum piorum subsistente causa statuit Concil. Trident. *sess.25.de refor.c.8.* Tertiò obseruandum erit,in facienda commutatione ex quacunque causa, vel saltem ex ea, quæ est ex parte tei, consensus hæredis grauati, necnon legatarij quoque requiratur, cùm vtriusque intersit defuncti voluntatem non præcisè seruari, ad not. per Doct. *in d. Clem, quia contingit.*

60 Vtrùm, si testator iusserit certam quantitatem expendi singulis annis, vel totet pauperes, vel ad virgines maritandas, possit executor totam quantitatem insimul primo anno expendere? Pars affirmatiua, quæ vera est, satis ostenditur ex reg. *l.stipulatio ista 38. §.inter certam ff.de verbor.oblig.leg. post mortem 12.C.de fideico.l.vxorem 39.§. Sceuola, ff. de legat.3.* quibus habetur grauatum restituere post mortem, posse statim in vita restituere. Secundò expenditur, quòd præmatura hæc distributio multò magis fauet animæ defuncti arg. *cap. in litteris,in fine de raptorib.c.animæ 13.q.2.* vnde melius facta, seu opportunior indicari debet, quippe cùm magis secundùm defuncti voluntatem facta sit, arg. *leg. in testamentis 12. ff. de regul.iur.ia l. in conditionibus 19.ff.de condit.& demonstr.*igitur præmaturè fieri poterit: quinimò, si restator sciuisset, hoc hæredem libenter facturum, statim fieri præcepisset:obseruant Bald.*in d.l.post mortem num.10.* Dec.*num.* 2. vbi Cagnol. *num.7.* communem testatur *in l.cum tempus ff. de reg.iuris*, Con. *in cap. tua nobis,n.2.de testam.*Anton.Gom.*l.17.Tauri,num.7.* Mench. *de successionib.§.7.num 19.* Peralta *in l.cum pater,79.§.à filia n.3.de legat.2.*refert plures, affirmans olim & nunc sibi veriorem videri opinionem.Padil.*in l.vnum ex fam.in princ.n.12 ff.de leg.2.*Molin.*de iust.tract.2.disp.249.col.2.in prin.*Non obstat *d.l.cum pater.§.à filia*,quia respondetur cum Padil.*in d.l.cùm vnum ex famil.nu.13.* quòd ibidem facienda erat restitutio personæ incertæ de certis, hoc est, vni ex liberis filiæ fideicommissariæ, nepotibus, scilicet, testatoris, ad quas personas superstites habeti potest affectio, & ideò spectandum erit tempus à testatore præfixum:contra verò in distributione inter pauperes facienda, testator iuuauit personas incertas de incertis, ad quas nullam potuit habere affectionem secundum iuris censuram. Vel aliter respondetur, quod ibidem facienda erat restitutio vni ex nepotibus testatoris, qui viuus repetiretur tempore mortis fideicommissariæ: vnde cum priuilegio illius non admittitur præmatura restitutio, siquidem fieri poteft, vt ipse solus viuat tempore mortis fideicommissariæ, & mortuus sit ille, cui de præsenti fit restitutio: at verò in nostris terminis distributio facienda est in certis de incertis: quo casu nemo ius habet: & ideò nulli fit præiudicium ex præmatura distributione. Illud est annotandum quod executor deputatus ad distribuenda bona inter pauperes, non videtur, quod possit vnum tantum eligere, & illi solum omnia dare, sed debet inter plures bona distribuere, seruato modo, *c.sepulchra 86.dist.* ibi, *vt abundet pluribus, aut conciliandi fauoris gratia, vltra modum fluere*,&c.Magdalen.*de numero testium in testam.remis.p.2.c.2.num.43.*vbi *num.45.* subdit quod è contra executor, qui tenetur eligere pauperem in singulari, posset inter plures bona distribuere.

Et vtrùm executor datus ad bona inter pauperes distribuenda possit sibi tanquam pauperi distribuere? Solet ab aliquibus in dubium reuocari:in quo inspecto iure, & mente testatoris,& verborum proprietate collecta, partem negatiuam veriorem duco, tex. *in d.c.tua nobis.*ibi,*non dubitat aliis vsibus*, &c. & ibi, *cùm secundùm defuncti voluntatem*, &c.planè iussus à testatore pauperibus distribuere, distribuendo sibi, non facit secundùm defuncti voluntatem,arg *l si mandauero 22. §.si tibi centum.ff. mandati*, vbi mandans per verba, *cui voles*, (quæ omnimodam in dando libertatem important,*l.cùm quidam 24.in pr.ff.de legat.2.*) censetur prohibere mandatario,ne sibi capiat: quòd si fecerit,mandati fines excedit,vt tex.habet. Secùdò adducitur *Auth. quibuscunque modis*, ibi, *interdicitur accipere. C.de sacr.Eccl.*iuncta reg. *qui iurisd.10.ff.de iurisd.omn. iud.* cum aliis. Tertio facit, quòd inter dantem, & accipientem debet dari differentia personalis,*c.vlt. de instit.*arg.*c.debitum 4.de Baptism.cap.per vestras 26.de donat.*glos.recepta *in cap.cùm in iure 33.de elect.* Tandem expenditur suspectum esse, & minùs idoneum executorem,si sibi capere posset,iuxta reg. *l.si quis legatum 6.ff.de falsis,per tot.C.de his,qui sibi adscribunt.* Propter quorum aliqua in effectu, si aliud non adderetur,hanc partem sequuntur Bait.vbi addit *lit.B. in d.§.si tibi centum n.1.* Card.*in Clem vnic.nu.22 de test.* plures citari à Felin.*in c.irrefragabili.§.ceterum nu.5.ff.de offic.Ordin.* Palat.*in rep. rub.de donat.inter virum & vxor.§.56.nu.42.* & in effectu huic opinioni,saltem excepto casu extremæ necessitatis,annuere videtur S.Thom. *2. 2.q.62.art.5.ad 4.* & denique oppositum solummodo in foro Conscientiæ cum authoritate Episcopi, vel Confessarij, quando aliorum pauperum grauior non fuerit miseria,defenderunt Sot.*l.4.de instit.q.7.art.1.ad 3.col.15.*Martin.Ledesma *2.4.q.18.art.5.vers. sed vtile est dubium*,post Bald.Anch.& Calder.quos refert,& sequitur Nau.*in Man. cap.25.n.123.& de Orat.c.7.nu.54.*inde inferentes ad beneficiarios, & similes, qui in pœnam fructus amiserunt, eosque pauperibus restituere tenentur, vt sibi, si pauperes sint, capere possint in foro Conscientiæ, concurrentibus modò adiunctis. 61

Sed an possit in filium suum pauperem distribuere,non deiunt qui dubitent. Communis tenet quod possit, dummodo non in totam hæreditatem filios, vel coniunctos eligat, sed in partem minutam, purà quoad alimenta,ita Card.Mantic. *de coniect.lib.6. tit.5.n.9.& 10.* Surd.*de alim. tit.1.q.94. n.5.*Bened. Ægid.*in repet..C.de sacros.Eccl.p.6.§.1. num.29.*vbi intelligit quando legatum,vel hæreditas volus dumtaxat pauperis, & non plurium alimentis sufficere possit, & *num.* 30. simi iter intelligit procedere si pater non habeat vnde alium alere possit, aliàs enim distributionis huiusmodi filius

filius particeps effici non poterit, & vbi etism disputst electione commissa Priori fratrum Prædicatorum, an possit eligete Fratres suos.

62 Circa relicta verò pro Missis defunctorum dicendis perpetuò, certis per annum diebos, cùm propter estum nomerum in nonnullis Ecclesiis, vel propter eleemosynæ tenuitatem non possit piæ testantium volnntati plenè satisfieri, Concil. Trid. *sess. 25 de referm. cap. 4.* dst facultatem Episcopis, vt in Synodo diœcesana ? Abbatibus verò, & Georalibus Ordinum in suis Capitulis generalibos, re diligenter perspecta, possint in suis Ecclesiis, vbi prædicta necessitas inest, pro sua conscieotia statuere circa hæc, quidquid magis ad Dei honorem & cultum, atque Ecclesiarum vtilitatem viderint expedire; ita tamen vt si aliquid de voluntate testantium hac in re commutetur, semper commemoratio saltem illorum defunctorum fiat, qui suarum animarum salute legata illa sd pios vsus reliquerunt: cui commemorationi ssrisfieri posse, vel in *Memento*, vel *in collectu* post Vgol. *de offic. Episc. c. 6 t. num. t.* resoluit Monct. *de commutat. vlt. volunt. cap. 5 n. 376.*

63 Quæ quidem Episcoporum, & Prælatorum Ordinum facolcss intelligenda est de onetibus Missarum ante Concil. Trid. impositis, prout à S. Congreg. fuisse decisum referunt Hier. à Sorbo *in annot. ad compend. priuil. Regul. verb. Missa, 3.* Confect. *in sum. priuileg. Ordinum Mendicant. tit. 19. de diuinis Offic. & Missar. celebrat. c. 3.* Gaspar Pssfarel. *de remed. cap. 60.* Fr. Emman. *q. regul. tom. 1. q. 43. art. 13.* Ludou. Miranda *in man. Prælat. tom. 1. q. 41. art. 24. concl. vnic.* Fraxinel. *de oblig. Sacerdot. sect. 7. in remed. §. 5. num. 2.* Aloys. Ricc. *in decis. Curia Archiep. Neapol. dec. 25. nn. 3. in fine, p. 4.* Anton. Diana *moral. resol. p. 1. tr. de celebr. Miss. resol. 2.* Ego ipse *de offic. & potest. Episcopi, p. 2. alleg. 29. n. 5.* Intelligenda quoque est eadem facultas Episcopis & Prælatis concessa iusta interueniente causa, secundùm Fr. Emman. *in sum. par. 1. cap. 252. ad fin.* aliàs *cap. 251. concl. 13.* Nau. *cons. 9. n. 9. de celebr. Missar.* Molio. *de Instit. tract. 2. disp. 249.* Boosc. *de Sacr. disp. 4 q. vlt. punct. 7. §. 2. n. 12.* Fiaxinel. *d. §. 5. num. 1.* vbi *in vers. tum quia tractatur*, subdit iustam causam esse, si cursu temporis Clericorum, aut Religiosorum numerus est diminutus, aot Ecclesiæ, vel Monasterij redditus extenoantur, vel impensæ maiores fiunt, & cæters huiusmodi, retero Ego ipse *d. alleg. 29. nu. 2.* me non citato in illo Aloys. Ricc. *d. Neapol. dec. 25. num. 3. p 4.*

64 Vnde vigote Conc. Trid. *dict. cap 4* poterit Episcopus reducere nnmerum anniuersariorum, & officiorum pro defunctis, ex Qustant. *in snm. Bullarij, verb. Missa pag. mihi 402.* Gslet. *in margarita casuum conscientia verb. Missa 4.* Piasec. *in praxi Episcop. p. 2. c. 3. n. 15. in fine*, Aloys. Ricc. *in praxi fori eccles. decis. 404. in 1. edit.* aliàs *resol. 341. n. 2. in 2. edit.* Mooet. *d. cap. 5. n. 367.* quos refero Ego ipse *d. alleg. 29. n. 4.* Aoniuersaria, scilicet; in totidem Missas conuertendo, Vgol. *d. c. 61. n. t.* Monet. *d. c. 5. nu. 370. & seq.* vbi *n. 268.* resoluit posse Episcopum reducere numerum Missarum, non modo, quæ præscribontur in testamentis, & aliis similibus dispositionibos causa mortis; sed etiam quæ in dooationibus, & aliis actibos inter vioos. Non poterit au-
65 tem redocere & ad mioorem oomerum reuocare Missas in fundatione Ecclesiæ impositas, vt censuit S. Congr. provt nobis idooei testes sunt Piasec. *d. c. 3. n. 31.* Ludou Miraoda *d. art. 34. cencl. vnic. in fine*, Aloys. Ricc. *d. resol. 341. ex n. 4* Monet. *d. c. 5. n. 376.* Ant. Disns *d. p. 1. tract. de celcbr. Missar. resol. 1.* Ego ipse *d. alleg. 29. n. 9.* aut in beneficiis requirentibus in sui fundatione certum nomerum Missarum, eadem S. Congr. sic resoluente, vt testsntur Bonac. *d. §. 2. num. 10.* Galet. *in Margarita casuum conscientia, verb. beneficium, pag. 24. col. 2. & verb. Missa, vltim.* Nald. *eod. verb. n. 18.* Posseuio. *de officio Curati, c. 2. n. 35. q 9.* Nec deoiqoe poterit diminuere Missas particulares votiuas, vel pro defunctis, qoæ iustis stipendiis sigillatim à particularibos personis petuotor, nisi conseosos eorum, quibus illæ debentur, habeantur, quod raro, vel nunquam accidere potest, vt resoluunt Nauar. *dict. consil. 9. numer. 9. & consil. 11. numer. 1. de celebrat. Missar.* Fraxinel. *dict. sect. 7. in remed. §. 5. num. 3.* Ego ipse *d. alleg. 29. n. 11.*

Nouissimè S. Cong. Illustriss. Csrd. Concil. Trid. 66
Interpretum *in decretis de celebrat. Missar.* poblicatis, & Typogr. R. Cameræ impressis *de anno 1625.* S.D.N. Vrbani VIII. auctoritate sibi specializer attribota *decreuit, ac primo districtè prohibet, atque interdicit, ne Episcopi in diœcesana Synodo, aut Generales in Capitulis generalibus, vel alias quomodolibet, reducāt onera slia Missarū celebrādarū, aut post idem Concilium imposita, aut limine fundationis, sed pro his omnibus reducēdis, aut moderādis, vel cōmm andis, ad Apostolicam Sedem recurratur, qua re diligēter perspecta id statuet, quod magis in Domino expedire arbitrabitur, alioqnin reductiones, moderationes, & commutationes huiusmodi, si quas cōtra huius prohibitionis formam fieri cōtigerit, omnino nullas atque inanes decernit. Praeterea, ne in Ecclesiis, in quibns onera Missarū in perpetuū imposita sunt, Sacerdotes in eis, vt par est, adimplendis eo tepidiores & seniores reddātur, quòd onera huiusmodi, cum nulla, aut parua sint vtilitate cōiuncta, statuit atque decernit, vt pecunia, ac bona mobilia Ecclesiis, Capitulis, Collegiis, Hospitalibus, Societatibus, Congregationibus Monasteriis, Conuentibus, ac locis omnibus, tam sacularibus, quàm Regularibus, atque illorum personis in futurum simpliciter acquirenda cum onere perpetuo Missarum celebrandarum ab iis, ad quos pertinet sub pœna interdicti ab ingressu Ecclesia ipso facto incurrenda à die realis acquisitionis, statim deponi debeant penes aedem sacram, vel personam fide, & facultatibus idoneam, ad effectum illa, seu illorum pretium quamprimùm inuestiende in bonis immobilibus fructiferis cum expressa, & indiuidua mentione oneris, quod illis annexum reperitur, ac si eadē bona immobilia auctoritate apostolica deinceps alienari contigerit, eorundem pretium sub eadem pœna, vt supra deponi, ac in aliis bonis stabilibus itidem fructiferis cum eiusdem oneris repetitione, atque annexione conuerti debeat.* Super quibus decretis eadem sacra Cōgregatio S.D.N. Vrbano Papa VIII. approbante, aliqoot edidit declaratiooes, quas originales, & in Typographia R. Cameræ Apost. impressas vidi de anno 1626. Et quoad hāc partem declarauit, *etiam stante legato adeò tenui pro reductione oneris, vt supra impositi ab iis, ad quos pertinet, Sedem Apost. esse aduertendā, que absque vlla impensa id statuet, quod magis in Domino conueniens esse iudicauerit: verumtamen, si in ipsa benificij erectione expressè cautū fuerit, vt liceat Episcopo iniunctum onus reducere, ac moderari, legē hanc fundationis, quam decreta hac de re edita non sustulerunt esse validā, & obseruandā. Deinde declarauit pœnam interdicti, & aliàs suprà in decreto appositas non comprehendere, nisi suscipientes, quamuis priuatos Sacerdotes onere perpetuo Missarum celebrandarum, sine licentia Episcopi, vel eius generalis Vicarij, aut*

Generalis

Generalis, vel Prouincialis. Per hæc Decreta fuerunt reuocata priuilegia Regularium circa reductionem Legatorum Miſſarum, at poſt eorum publicationem ſummum Pontificem conceſſiſſe Fratribus Ordinis Minimorum monaſterij Ianuenſis, vt Legata Miſſarum perpetua & oneri annexa in paria ad rationem quinquaginta ſcutorum monetæ Romanæ pro qualibet Miſſa quotidiana reducerentur, referunt March. *de Sacram. Ordinis tract.* 5. *p.* 2. *c.* 20. *num.* 7. Diana *moral. reſolut. p* 6. *tract.* 6 *reſolut.* 11. vbi *reſol.* 10. poſt eundem Marchin. *d. tract.* 3. *p.* 2. *cap.* 19. *num.* 31. tenet per verba Sacræ Congreg. non cenſeri reuocatum priuilegium moderandi Miſſas & anniuerſaria à teſtatore, ante Concilium relicta, quod mihi dubium videtur.

67 Nunc verò reſtat, vt priuilegia quædam præcipua videamus, quæ ſpecialiter fauore piæ cauſæ legatis huiuſmodi ſupra cætera legata conceduntur, quamuis plura enumerent Bartbol. Socin. *in fallent regularum,* qui 72. ponit, & Andr. Tiraq *in tract. de priuilegiis piæ cauſæ,* qui 167. enumerat priuilegia. Plura etiam enumerat Ioan. Baptiſta de Thoro *in ſingularib. piarum cauſarum, & in ſumma priuilegiorum piarum cauſarum*: nos verò ea tantùm quæ præcipua, & certiora eſſe videntur, ſub compendio enumerabimus.

68 Primum ergo, cùm defectu teſtamenti etiam legatum in factum vitietur, § *ante heredes, Inſtit. de legat.* ſi tamen legatum ſit ad pias cauſas, cenſebitur validum, & omninò præſtandum, quotieſcunque, videlicet, de mente teſtatoris, & de poteſtate legandi conſtiterit, *capit. indicante, de teſtam. capit. cùm dilectus, de ſucceſſ. abinteſt.* & notatur *in l.* 1. *C. de ſacroſ. Eccleſ.* quia ad valorem diſpoſitionis ad pias cauſas, ſufficit quod teſtator potuerit diſponere, & quod de facto diſpoſuerit, idque conſtet ipſi hæredi, Cou. *in capit. cùm eſſet, numero* 8. *de teſtam.* Molin. *de Iuſtit. tractatu* 2. *diſp.* 134. *verſ quin verò,* Lazar. *de monitor. quæſt.* 6. *num.* 72. *&* 73. Vaſq. *in opuſc. teſtam. cap.* 2. *num.* 27. Leſſi *de Iuſtit. lib.* 2. *capit.* 19. *n.* 7. Alphonſ. de Leone *de officio Cappellani p.* 1. *q.* 5. *ſect.* 5 *num.* 54. vbi etiam poſt Lazar. *vbi ſup. num.* 32. *&* Iacob. de Graff *in aureis deciſ. p.* 1. *cap.* 8. *num.* 10. reſoluit talem poſſe cogi per cenſuras ad exequenda dicta legata pia in teſtamento minus ſolenni ſcripta. Et ideo legata pia deberi etiam quod fuerint relicta in minus ſolenni teſtamento, reſoluunt Caua-
69 ler. *deciſ.* 168 Alphonſ. de Leone *citato loco.* Teſtamentum enim ad pias cauſas imperfectum ratione voluntatis inualidum eſt, vt benè reſoluunt Mench. *de ſucceſſionib* §. 22. *num.* 7. Clar §. *teſtamentum q.* 7. *num* 4. Greg Lop. *l.* 23. *gloſ.* 1. *tit.* 1 *p.* 6. Cou. *in capit. relatum il* 1. *num.* 10. *in princ. de teſtam.* Tiraq. *de priuil piæ cauſæ priuil.* 7. *in princ.* Aluarad. *de coniectur. mente defuncti, lib.* 3. *cap* 2. §. 1. *num.* 12. *in fine,* Anton. Gom. *l.* 3. *Tauri, n.* 106. Ceued. *ad Decretal. collect.* 91. *n.* 5. Magdalen *d p.* 2. *cap.* 5. *à princ.* Valaſc. *conſ.* 74. *num. vlt.* Guilielm. *in c. Raynutius, verb teſtamentum, il* 1. *num.* 71. *de teſtam.* Vin. *tom.* 2. *commun. opin. lib* 6. *tit.* 13. *n.* 96. Surd. *deciſ.* 292. *à n.* 11. Quicquid contrarium teneat Part. *in l. teſtamento num.* 2. *ff. de fideicomm. libert.* quem ſequitur Abb. *in cap.* 2. *n.* 2. *de ſucceſſ. ab inteſt.*

70 Secundò, cùm de Iure communi hæres certus ſit nominandus, vt valeat teſtamentum, *d* §. *ante heredis, Inſtit. de legat l. in tempus.* §. *quoties ff. de hered. inſtit. leg. hac conſultiſſima, in princip. C. qui teſtament. fac. poſſ.* Mantic. *lib.* 8. *tit.* 4. *numero* 1. *&* 4. *cum ſeqq.* Thom. Valaſc. *tom.* 1. *alleg.* 68. vbi quod eſt dandus curator bonis; ſi tamen teſtator velit pro ſalute animæ ſuæ piè relinquere incertum hæredem, veluti pauperes Chriſti, aut miſerabiles perſonas incertas, valida erit diſpoſitio huiuſmodi, *l. id quod, & l. nulli, C. de Epiſcop. & Cleric.* gloſ. *verb. diſpoſitionem. in cap. cum tibi, de teſtam.* Tiraq. *priuileg.* 55. *&* 56. Rebuff. *de priuileg. ſchol. priuileg.* 133. Ceued. *d. collect.* 91. *num.* 5. Mench. *de ſucceſſ.* §. 27. *num.* 42. Menoch. *conſ.* 292. *num.* 12. Perez de Lara *de anniuerſ & Capellan. lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 97. *cum ſeqq.* Buccaron. *de different. inter iudicia ciuilia, & criminal. differ.* 100. *num.* 18. Garc. Gironda *de priuileg. & exempt. explicat. n.* 1371. *& n.* 1503. reſoluit, quòd pauperes conſanguinei ſemper ſunt præferendi in legato generaliter relicto, latè Magdal. *d. par.* 2 *cap.* 3. *num.* 18. *&* 19. vbi *num.* 21. ſubdit dictum ſupra de incertitudine perſonarum, eſſe quoque dicendum de incertitudine rerum, vt ad pias cauſas non vitiet, licet alias vitiaret, *& num.* 22. addit quod quemadmodum incertitudo à principio non vitiat relicta ad pias cauſas, ita nec ſi ex poſt facto incertitudo ſuperueniat, purà ſi teſtator iuſſit conſtrui monaſterium in certo loco, vbi ex aliqua cauſa poſtea conſtrui non poſſit, vel quia pecunia legata in aliquem certum pium vſum, non ſit ad illud ſufficiens per hoc legatum non extinguitur, ſed in aliquam aliam piam cauſam conuerti debet: *& numero* 23. addit quòd ſi hoſpitale, vel monaſterium, cui legatum eſt factum, interim deſtruatur, non extinguitur legatum, ſed debetur aliis pauperibus, & remanet apud Papam, & Romanam Eccleſiam, quæ repræſentat Deum immortalem, cui relictum cenſetur.

71 Vtrùm autem generalis pauperum inſtitutio, quos Titius voluerit, valida ſit? Partem affirmatiuam indiſtinctè probare videntur Bart. *in l. illa inſtitutio. n.* 9. *ff, de hered. inſtit.* Paul *in l. captatorias, n.* 3. *C. de teſtam. milit.* plures vt per Cou. *in c. cùm tibi à num.* 10. *de teſtam* in effectu alij, quos refert, & ſequitur Tiraq *priuil.* 8. *in princip.* Coſt. *in c. ſi pater verb. pauperes n.* 5. *de teſtam lib.* 6. Pro quibus Coſta tria potiſſimùm expendit, vt oſtendat de iure, ſemoto fauore piæ cauſæ, ita reſoluendum fore: primum, quia, ſi pauperum inſtitutio ſimpliciter facta valet, vt ſuprà reſoluimus, à fortiori valere debet, vbi non omnimoda illa, & abſoluta incertitudo proponitur, ſed reſtricta ad certam perſonam. Deinde, conſiderat, quia, ſi aliqua ratione, huiuſmodi inſtitutio poſſet de iure periclitari, maximè foret ex regula, & ratione *d. l. illa* vt patet: neque enim aliud proponitur, quod magis obſtare videatur: ſed hoc in propoſito non impedit. Probatur: quia inſtitutio illa, *quos Titius voluerit,* ideò vitioſa eſt, quoniam Titio non declarante nullus eſt, qui deprehendatur hæres inſtitutus. Cæterùm hæc inſtitutio pauperum, *quos Titius voluerit,* non poteſt videri ſimiliter vitioſa, cùm non omninò pendeat à voluntate Titij. Patet, quia Titio non declarante, aut non eligente, ſimpliciter manent omnes pauperes hæredes inſtituti, ex Bart. Suar. Cou. & aliis communiter receptum affirmat Coſt. vbi proximè per tex. *in l. ſi quis Titio.* 17. §. 1. *l. cùm quidam* 24. *l. cùm pater.* 79. § *hereditatem il* 1. *ff. de legat.* 2. *l. vtrum.* 8. §. *cùm quidam ff de rebus dub. l. fideicommiſſaria* 46. *verſ. vlt. ff. de fideicom. libert.* Igitur, &c. Oppoſitum tamen, imò hoc non attento Iure communi, ſed ad ſummum ex gratia & fauore pauperum procedere defendit Franc. *in d. c ſi pater. num.* 63 *de teſtam. lib.* 6. ex eo, quòd regulæ generales, de quib. *in d. l. illa, & in* §. *incertis, Inſtit. de legat.* refragantur,

gantur. Ego verò pro harum opinionum concordia distinguendum puto inter casum, in quo generalis pauperum institutio quoad substantiam committitur liberæ alterius voluntati, & inter illum, in quo sola electio, vel declaratio voluntatis, aut similis executio. Primo casu, neque attento Iure communi, neque fauore piæ causæ valere potest, vt potest, contra substantiam vltimæ voluntatis, & contra reg. *dict. l. illa dict. §. cùm quidam*, iuncto summario, quæ in proposito nullibi reperitur limitata: & hoc sensu, neque opinio Bart. Pauli, Tiraquel. Cou. & Costæ in prædictis locis vera est; neque tam attento Iure communi, quàm fauore piæ causæ defendi potest. In secundo verò attento Iure communi valet institutio, nec vllus piæ causæ fauor desideratur quoad intentum, quia non substantia, sed sola electio, seu declaratio committitur, quod nullo iure improbatur. *dict. l. si quis Titio d. l. cùm quidam*; & in hoc sensu nullus piæ causæ fauor necessarius est, contra Franc. *vbi proximè*, & tunc solummodo Bart. Pauli, Costæ, & aliorum opinio de iure procedit.

72 Tertiò, cùm non valeat communiter illud testamentum, quo hæredis institutio alterius voluntati committitur, *d. l. illa institutio*, Crass. *verb. institutio, quæst.* 18. *numero* 3. valida tamen erit huiusmodi institutio, si ad pias causas fiat, vt per tex. *in capit. cùm tibi, de testam. & in l. fideicommissaria 46. in princ. ff. de fideicommiss. libert.* Olan. *in antinom. lit. H. ex n.* 4. *& ex numero* 9. Conan. *comment. iuris Ciuilis, l.* 10. *cap.* 6. *numero* 5. Anton. Gabr. *lib.* 6. *comm. tit. de pia causa concl.* 3. *numero* 6. Clar. *§. testamentum q.* 6. *numero* 6. Tiraq. *priuileg.* 64. *& in tract. de mort. part.* 7. *declarat.* 5. *numero* 14. Anton. Gom. *lib.* 31. *Tauri, num.* 4. Sarmien. *lib* 2 *sect. capit.* 4. *num.* 8 Petr. Magdalen. *de numero testium in testam. requis. part.* 2. *cap. ex num.* 18. Marienl. *l.* 5. *glos.* 1. *& seq & libro* 6. *glos.* 3. *tit.* 4. *lib* 5. *noua recop.* Crass. *d §.* 8. *institutio quæst.* 18. *numero* 8. Cou. *in dict. cap cùm tibi, n.* 12. Padil. *in l. de legat.* 13. *num.* 50. Valasc. *cons.* 68. *n.* 4. *& cons.* 145. *num.* 5. latè Benedict. Aegid. *in repet. l.* 1. *C. de sacros. Eccles. p.* 6. *§* 1. *à princip.* vbi *n.* 24. dicit differentiam esse inter hanc dispositionem, *piis causis quas Titius voluerit centum*, & illam, *piis causis si Titius voluerit centum*; nam primam valere secundum ius ordinarium, secundam verò stricto iure non valere resoluit, & *numero* 25. aliam differentiam assignat, quòd scilicet in prima dispositione Titio non eligente non deficit legatum, sed eligendi facultas ad Episcopum deuoluetur, cui executio testamenti de iure competit, nulla ad id designata persona à defuncto; in secunda verò tanquam defecta conditione, sub qua relictum fuit, deficiet relictum, & *num.* 26. tertiam aliam differentiam inter dispositiones prædictas assignat, quòd in illa, *piis causis centum relinquo si Titius voluerit*, cogi non potest Titius intra tempus à lege definitum pro executione vltimarum voluntatum, vel postea vt declaret an velit deberi relictum, sed eius voluntas libera & positiua in vtrumuis euentum erit expectanda, ita vt tandiu dispositio in suspenso sit, quandiu voluntatis suæ declarationem suspenderit ille. In dispositione verò illa *piis causis quas Titius voluerit centum*, is, cuius arbitrio, piarum causarum electio commissa est, ad eligendum cogi poterit, non quidem necessitate præcisa, sed causatiua, ita vt si intra præscriptum terminum non eligat, eligendi facultas ad Episcopum deuoluatur, & *num.* 27. sub lit quòd aliquando potest Episcopus ante legalis termini lapsum cogere hæredes & executores ad implendam defuncti voluntatem per censuram ecclesiasticam, vel interdicta administratione bonorum illius, cum constiterit defuncti bona esse, è quibus legata solui commode possint; & *num.* 28. aliam quartam differentiam assignat, quia in illa dispositione, *sancti Petri Ecclesiæ centum, si Ioannes voluerit*, non posse Ioannem aliam Ecclesiam, etiam pauperiorem, & quæ relicti commodo magis indigeat, loco nominatæ à defuncto eligere etiam de diœcesani consensu; in illa verò dispositione, *piis causis quas Titius voluerit*, libero Titij arbitrio piarum causarum electio commissa est.

Quartò, cùm captatoria voluntas in testamento tanquam bonis moribus contraria improbetur, *l. captatorias 70. ff. de hæred instit. l. captatorias* 11. *C de testam. milit.* tamen fauore piæ causæ valet, Butr. *in l.* 1. *n.* 64. *C. de sacros. Eccles.* communis vt per Abb. *cons.* 32. *n.* 3. Iason. *in d. l. captatorias num.* 12. vbi Dec. *n.* 16. *C de testam mili.* Tiraq. *priuil.* 64. Padil. *in l.* 1. *n.* 50 *ff. de legat.* 2. Crass. *d. §. institutio quæst.* 18. *n. fin.* sub distinctione; Bened. Ægid. *in rep. l.* 1. *C. de sacros. Eccles. p.* 6 *§. num.* 6. *cum seqq.* Alexand. Trentacinq. *var. resol. lib.* 1. *tit. de pia causa, resol.* 1. *à princ.* qui hoc ipsum colligunt. *ex d. c. cùm tibi*, dum probare putant in piis causis omnem prorsus iuris Ciuilis prohibitionem sublatam esse, & ideò voluntates captatorias, quamuis aliàs iure prohibitas in piis admitti; & expendunt, quòd ratio, propter quam inhibetur captatoria voluntas, est ad vitandas fraudes, & dolum futurum, & denique ad vitandam occasionem captandæ mortis alienæ: sed in Ecclesiis, & cæteris piis causis, cessant omnino fraudes, & prædictæ occasiones, *arg. cap. per tuas* 5. *de donat. & in cap. suam, de pœnis*, bonus tex. *in cap. vlt.* 20. *q. vlt.* Igitur, &c. 73

Quintò, cùm filiusfam. etiam de consensu patris testari non valeat, *l. qui in potestate. l. filiusfam.* 15. *l. si filiusfam.* 19. *ff de testam. princip. Instit. quibus non est permissum facere testam.* Ordin. Regia Lusitan. *lib.* 4. *tit.* 81. *§.* 3. vbi Parens meus plures Doctores refert; si tamen ad pias causas testetur, validè facit, cuius opinionis auctor est Bart. *in l.* 1. *num.* 23. per tex. ibi. *C. de sacros. Eccles.* sequitur Alexand. *in l. si seruum, numero* 4. *C. qui testam. facere poss.* testatur Communem Cou. *in rub. de testam p.* 3. *num.* 23. alij, vt per Tiraq. *priuil.* 78. Mench. *de success §.* 22 *n.* 8. *vers. contrarium*, testatur etiam Communem ex aliis in iudicando, & consulendo esse seruandam, Crass. *§. testamentum q.* 17. *num.* 12. Molin. *de iust. tract.* 2. *disp.* 138. *vers. dubium, aliàs num.* 8. Stephan. Grat. *discept. forens. c.* 79. *num.* 20. Thom. Valasc, *alleg. Iuris tom.* 1. *alleg.* 29. *num.* 115. Lusit. Ægid. *in repetit. d. l.* 1. *C. de sacros. Eccles. p.* 1. *§.* 7. *n.* 16. Quamuis oppositum teneant Crot. *in l. frater à fratre n.* 113. *C. de condict. indeb.* Tiraq. *d. priuil.* 78. *vers. contrarium*, Iason. Io. Andr. & alij, quos refert, & sequitur Mench. *d. n.* 8. 74

Sextò ei, qui hæres institui de iure non potest, quandoque tamen legari potest ad pias causas, veluti Religiosis, qui nec proprium in commuui obtinere possunt; & ideò nec hæredes institui valent, *Clem. exiui. §. cupientes, de verbor. signif.* Mich. Grass. *tom.* 2. *commun opin. lib* 6. *tit.* 14. *numero* 32. *pag.* 71. Fr. Emman. *quæst. regular tom* 2. *quæst.* 78. *art.* 1. *cum seqq.* legari tamen eis possunt redditus annui pro alimentis ad modicum tempus, Sorb *compend. priuil. Mendicant. verb. legata, in suis annot. vers. si verò aliquid annuum, non perpetuum*, Emman. Sà *in aphor. verb. Relig. numero* 57. Cordub. *in reg. sancti Francisci. capit.* 6. *quæst.* 11. *punct.* 3. item & in perpetuum ad certum diuini cultus vsum, vt ad frumentum, vel 75

vinum

vinum necessaria materiæ consecrationis, oleum pro lampadibus, ornamenta, calices, &c. Card. *in d. Clem. Exiui numero* 13. & Anch *num.* 18. *&* 21. Cordub. *d. q.* 11. *punct.* 3. Nau. *conf.* 13. *num.* 3. *in antiquis, alias* 9. *num.* 3. *sub tit. de test. an.* Menoch. *conf.* 2014. *num.* 36. *&* 37. Fr. Emman. *quæst. regul tom.* 2. *q.* 126. *art.* 5. Riba deneira *de instituto Societatis* IESV, *cap.* 23. *fol.* 191. Verùm, quia post hæc scripta inueni doctissimam S. Rotæ decisionem *in vna Romana computorum*, 10. *Aprilis* 1630. *coram R. P. D. Merlino*, optimè resoluentem quæ reperitur impressa *p.* 5. *recent. decis.* 365. & de illius materia latè Carol. Maranta *tom.* 1. *cap.* 42. ideò tribus conclusionibus ex illa desumptis hanc materiam à Doctoribus inculcatam explicare operæ pretium duxi, prout sequitur.

76 Prima est conclusio, quòd Fratres Minores Ordinis S. Francisci, tam de Familia, quàm reformati, sunt capaces legatorum, quæ vnica solutione, seu præstatione adimplentur, tam in pecunia numerata, quam in aliis speciebus, vt purà frumenti, vini, olei, & stabilium, dummodo tamen duo copulatiuè concurrant. Primò, quòd legatum fiat modo licito, atque ipsis Fratribus iuxta eorum Constitutiones permisso; hoc est, vt in eorum necessitates conuertatur, vel nullus explicetur vsus, sed absolute illis legetur: quo casu præsumitur legatum eo modo, quoad legati valorem necessarius est; non autem fiat modo illicito, & illis prohibito, vt puta, si legentur bona stabilia ad excolendum, vel locandum: tunc enim, cùm legatum capiat substantiam à modo, siquidem Fratres Minores ex se non sunt rei immobilis relictæ capaces, sed ratione solius modi illis liciti capaces redduntur, vtique legatum corruit, nec etiam æstimatio debetur. Secundò, quòd legati quantitas non sit ingens, & immoderata, quæ sapiat thesaurizationem, ex qua violetur votiua paupertas, & videatur fieri in fraudem, hoc est, relinqui hæreditatem sub nomine legati, sed modica, & suppetens ad solam necessitatem, & executionem officiorum sui Ordinis, quod relinquitur arbitrio Superioris, attenta personarum, & temporum qualitate, & conditione locorum, atque aliis circunstantiis. Ita ad normam Regulæ. S. Francisci sanxerunt Summi Pont. Nicolaus III. *in d. c. exiit.* & Clem. V. *in d. Clem. Exiui, de verbor. signific.* & tradunt Bart *in tract. Minorit. libro* 2. *dist.* 1. *numero* 1. *cum seqq.* Bald *in Auth. Ingressi, num.* 59. *C de sacros. Eccles.* Card. Zabarel. *in d. Clem. Exiui* §. *proinde n* 11. & ibidem Anch. *num.* 13. *&* 15. Butr. *in cap. in præsentia num.* 25. vbi etiam Felin *num.* 52. *ad fin de probat* Gabr. *concl.* 1. *n.* 4. *de legat* Nauar. *conf.* 8. *num.* 1 *&* 2. *de test. an.* Peregrin. *de iure fisci, lib.* 3. *tit.* 14. *n.* 2. *& concl.* 10. *&* 11. Menoch. *conf.* 1014 *à num.* 4. *cum seqq. vsque ad fin.* Fr. Emman *quæst. regular. tom.* 2. *q* 127 *art.* 1. *per tot.* Cordub *super Reg. S. Francisci, cap.* 6. *quæst.* 8. *super* 2. *puncto*, Hieron. à Polytio Capuccin. *super dicta Reg. cap.* 6. *num.* 62. *&* 72. bene Sanch. *in præcepta Decalogi tom.* 2. *lib* 7. *cap.* 26. *à n.* 10 *vsque ad* 19. *& num.* 28. Nec deficit ratio: quoniam per receptionem huiusmodi legatorum non prouidetur tali necessitati Fratrum, nec excluditur mendicitas, ita vt precatiò, & ostiatim sibi quærere victum non cogantur, vt præcipitur *in c.* 1. *de relig. domib. in* 6. *cap. nimis, il* 2. *de excess. Prælat.* Sed hæc legata sunt quædam eleemosynæ, quæ nullum tribuunt dominium, proprietatem, aut possessionem, quæ repugnant eorum statui; nec tollunt, quin Fratres diuinæ innitantur prouidentiæ, & quemadmodum Fratres sunt capaces donationis sub modo licito; ita etiam legati, quod est quædam donatio, §. *legatum, Instit. de legatis*, Sanch. *d. lib.* 7. *c.* 26. *n.* 10. Sanctes Capuccinus *super Reg. S. Francisci c.* 6. *fol* 305.

Secunda est conclusio, quòd Fratres Minores non 77
sunt capaces annuorum redditum perpetuorum, etiam si illa relinquantur adiecto onere perpetuo celebrationis Missarum: ita videntur decidere tex. *in d. d. Clem. Exiui, vers. cùmque annui redditus, de verborum signific. in* 6. & idem voluit glos *verb Mendicantium, in c. quorumdam, de elect. in* 6. *& in d. c.* 1. *de relig. domib. eod. lib.* Abb *in d. cap. nimis il.* 2. *sub num.* 2. & ibidem Ioan. Andr. Anch. *num.* 2. *de excess. Prælat.* Geminian. *conf.* 40. *num.* 8. *cum seqq.* quod est etiem inter consilia Fulgos. 104. Bald. *in d. Auth. Ingressi num.* 59. *C. de sacros. Eccle.* Bart. *in l. legatum n.* 2. *ff. de capitis dimin.* Zabarel. *in d. Clem. Exiui, d.* §. *cùmque annui redditus, per tot.* Federic. de Senis *conf.* 11. *n.* 4. *&* 5. Nau. *conf.* 8. *n.* 3. *cum seqq. de testam.* Polyt. Capuccin. *super Reg. S. Francisci, cap.* 6. *num.* 56. vbi testatur Capuccinos non admittere huiusmodi legata, Sanctes Thesaur. Capuccin. *super d. Reg. capite* 26. Sanch. *d. cap.* 26. *num.* 34. latè Marant. *d. resp.* 41. *num.* 61. *cum seqq.* Quæ quidem conclusio illa potissimùm ratione subnititur: quia nihil est, quod magis arctissimæ paupertati Minorum repugnet, quam redditus annui, qui, cùm sint certi, & determinati sapiunt nimiam proprietatem, atque inter immobilia connumerantur *in d. Clem. Exiui*, §. *cumque annus, & ibidem* notant Doctores, & latè in his terminis Borrel. *conf.* 17. *num* 13. per quorum possessionem in perpetuum prouideretur Fratrum necessitati, & penitus excluderetur mendicitas, vel in ea certe mentirentur, quod est absonum, vt *in l. si quis, C. de censib & censit lib.* 11. in propositio Bald. *in d. Auth. Ingressi num.* 60. *ad fin. C. de sacros. Eccles.* Si qui Fratres reciperent huiusmodi annua legata, & obligationes perpetuas, etiam pro Missis, & anniuersariis celebrandis, tractu temporis nedum mendicitatem desererent, sed conflatis pluribus annuis redditibus, qui superabundarent ad alimenta, & vitæ sustentationem, apertè ditescerent, quod esset magnum absurdum eorum statui repugnans, vt perpendit Nauar. *d. conf.* 8. *numero* 6. & Sanctes Thesaur. Capuccin. *d. capite* 6. *fol.* 108. qui ampliùs asserit super hoc emanasse Constitutionem Leonis X prohibentem receptionem huiusmodi legatorum. Et demum modus similis legati, vt quotannis aliquid soluatur semper, secundùm eorum Constitutiones est illicitus: à modo autem capere substantiam legata facta minoribus, dicit Bald. *in d. Auth. Ingressi num.* 59. Sanch. *d. lib.* 7. *cap.* 26. *num.* 18.

Et quamuis ab hac opinione, quoad anniuersa- 78
ria perpetua relicta minoribus in stipendium Missarum, & diuinorum Officiorum celebrandorum, dissentire videatur Syluest. *in. Sum. verb. legatum, il* 2. *sub numero* 4. *vers. tertium Petrus*, quem sequitur Fr. Emman. *quæst. regul. tom.* 2. *q.* 127. *art.* 4. & Fr. Thom. à IESV MARIA, discalceatus Carmelit. *in exposit. Reg. S. Francisci, p.* 5. *c.* 3. *vers. possunt præterea*, idem Fr. Emman. *in sum tom.* 1. *c.* 299. *in verb. limosna n.* 8. Hieron. Roder. eius ex fratre nepos *in compendio quæst. Regul. resol.* 88. *n.* 19. Miranda *in exposit. regulæ. c.* 63. *diffic.* 12. *fol. mihi* 416. *vers. Pero sin emburgo*, Villalob *in sum. p.* 2. *tr.* 35. *diffic.* 33. attamen etiam quoad ista anniuersaria benè procedit suprà firmata conclusio, & militant præallegatæ ratio-

nes, annuúsque redditus, ex eo, quòd sit debitus intuitu Missarum, non desinit esse annuus redditus, qui semper minoribus est interdictus: & sententiam Syluestri, ac aliorum, doctè reprobat Sanch. *d.c.26. n.42.* contra quam refert per duo Capitula generalia ita fuisse definitum, & Capitulares Ordinationes testatur se vidisse Surd. *de aliment. tit. 3. q. 4. n. 13.* addens, quòd in vim huiusmodi Ordinationum Guardianus, vel alius Prælatus protestari debet, quòd non intendit legatum acceptare, imò absolutè repudiat, & concordat Cordub. *super Reg. S. Francisci, c.6.q. 11. art. 4. vers. si verò legatum.*

79 Nec aduersantur Federicus de Senis *cons. 12.* Abb. *cons. 63. lib. 2.* Zabarel *in d. Clem. exiui. §. cúmque annui redditus*, Menoch *cons. 1014. & n. 44.* & alij: quinimmò Federic. de Senis, & Abb. quorum dicto cæteri innituntur, firmant quòd Fratres Minores sunt capaces annui redditus non perpetui, sed ad tempus, vt putà ad vitam vnius Fratris, maximè annosi, vt inquit Abb. & hæc opinio Feder. temperanda est, vt procedat solùm, quando legatum annuum continet præstationem modicæ, seu minimæ quantitatis, & est ad modicum tempus, quod reputatur decennium, vel minus Ita declarat Abb. *d. cons. 63. sub n. 6. vers. sed ego hanc opinionem sequor.* Hier. à Polit. *super Reg. S. Francisci c. 6. n. 68. ad fin. vers. ego verò credo.* Cordub. *super d. Reg. cap. 6. q. 11. punct. 3. ad finem*, vbi quòd licèt huiusmodi opinio in rigore litteræ possit videri contra *d. Clem. Exiui*, tamen in sensu æquitatis non est contra eam, Sorb. *in compend. priuileg. Mendicant. verb. legata, in suis annot. vers. modicum autem tempus*, & cum hoc temperamento opinionem Federici de Senis, & Abb. videntur etiam amplecti Sanch. *d.c. 26. n. 36. ad finem.* Imò, quòd Minores sint incapaces cuiuscunque annui redditus, etiam exigui, tenuit Gemin. *cons. 40.* quod est inter consilia Fulgosij 104. Dec. *in c. præsentia, n. 203. de prob.* Tiraq. *in tract. de indicio in rebus exig. num. 158. vers. quinquagesimo, quinto*, Quelada *diuers. quæst. iuris c. 22. n. 39.* Socin. *de oblation libello 8. n. 35. cum seqq.* in quam sententiam videtur etiam inclinare Bart. *in tr. Minoric. lib. 2. dist. 6 c. 3.* vbi monet Fratres, vt ab huiusmodi legatis penitus abstineant.

80 Tertia conclusio, quod legatum annui redditus perpetui factum Fratribus, seu potius Ecclesiæ, & Sacristiæ Fratrum Minorum, non ad ipsorum victum, sed ad certum diuini cultus vsum, vt ad frumentum, vel vinum, necessaria materiæ consecrationis, oleum pro lampadibus, ornamenta Altarium, Calicésque, omnino sustinetur, vt appertè docuit Feder. de Senis *cons. 12. numero 4.* & ibi adden. Butr. *in c. in præsentia n. 25. de prob.* Abb. *cons. 63. n. 4. lib. 2.* Card. Zabarel. *in d. Clem. Exiui n. 13.* vbi Anchard. *n. 18. & 25. de verb. signif.* Bald. *in Auth. Ingressi n. 59 C. de sacros. Eccles.* Anan. *cons. 30. n. 3. cũ seqq.* Menoch. *cons. 1014. n. 36. & 37.* Coldub. *in Reg. S. Franscisci, c. 6. q. 11. punct. 3.* Fr. Emman. *quæst. regul. tom 2 q. 127. art. 5.* Sanch *d. lib. 7. c. 26. n. 42.* Fr. Thom. à IESV MARIA *super Reg. S. Francisci, p. 5. c. 3. col. 3. vers. sed an fieri possit*, Fr. Hier. Polit. Capucin. *super d. Reg. cap. 6. n. 70.* Et est ratio: quia legatum non concernit commoditates Fratrum, sed diuinum cultum: nec aduersatur eorum paupertati: siquidem cùm mendicitas Fratrum Minorum in eo versetur, vt quotidie ex pietate Christi fidelium alimenta mendicent quorum nomine veniunt solùm corpori necessaria, vt eorum potus, habitatio, vestes, *l. legatis, ff. de aliment. & cibar. leg. l. victus, ff. de verbor. signif.* vtique huiusmodi legato non infringitur, nec tollitur hæc eorum mendicitas, vtpote quod non in alimenta, seu victum, & vestitum ipsorum cedere debeat; sed in necessaria cultui diuino, vt benè ratiocinatur Bart. *in d. tract. Minoric. libro 1. num. 18.* Abb. *d. cons. 63. num. 2.* & alij suprà allegati, & præsertim Sanch *d. cap. 26. num. 2.* & tale legatum nullibi reperitur prohibitum, quod non dicitur Fratribus relictum, sed sacris ædibus & Templis, atque aliud est Ecclesia, aliud Monasterium, vt per Syluest. *verb. legatum il 2. num. 4.* Nau. *cons. 9. de testam.* Fr. Emman. *d. q. 127. art. 5.* ex quo malè sensisse videtur Azor. *instit. mor. p. 1. lib. 12. cap. 25. q. 55.* negans sustineri simile legatum qui reprobatur per Sanch. *vbi suprà n. 42.*

81 Septimò, cùm legatum factum sub aliqua conditione non exeat personam ipsam, cui legatur; sed ea ante conditionis euentum deficiente, nulli de cætero debetur legatum, si tamen ita fuerit ad pias causas legatum alteri simili, aut ad alium pium vsum similem, erit præstandum, quia talis præsumitur fuisse voluntas defuncti, nisi ratione ipsius tantùm personæ, quæ deficit, aut loci pij, non autem alterius, mens testatoris declarata constaret, *l. vnica §. si autem aliquid sub conditione, C. de caduc. tollen*, Bart *in l. pater §. Tuscalanus, ff. de legat. 3.* in dubio autem præsumetur propria causa, & ad aliam piam causam transferetur, arg. *l. sunt personæ, ff. de relig. & sumpt. funer.*

82 Octauò, cùm certa legata nonnisi adita hæreditate petantur, legatum tamen ad pias causas peti potest, si hæres differat adire hæreditatem, aut illam repudiet, Panor. *in cap. relatum, il. 1. de testam.* Capell. Tholos. *q. 89.* Franc. Marc. *q. 446.* latè Benedict. Ægid. *in d.c. 1, C. de sacros. Eccles. p. 3. §. 2. n. 14.* pro vtraque parte plures refert Doctores, & latè disputat Magdalen. *d.p. 2.c. 3. n. 29 cum multis seqq.* & tandem *n. 35.* sequens distinctionem Lapi *alleg. 95. n. 4. in fine*, distinguit, quod aut loquimur inspecto rigore Iuris Ciuilis, & procedit opinio quod legata pia non debeantur hæreditate non adita; aut loquimur inspecta dispositione, & æquitate Iuris Canonici, & procedit alia opinio quæ intrepidè est tenenda, ex quo ista aditio hęreditatis est solennitas Iuris Ciuilis positiui, & quædam nimia subtilitas, vt dicit Cou. *in c. Raynaldus §. 3. sub n. 11. in 8. in casu de testam. & n. 40* idem Magdalen. subdit quòd in his legatis ad pias causas licet differatur hæreditatis aditio, vel pendeat terminus ad conficiendum inuentarium, non tamen differtur eorum executio.

83 Illud hac in re maximè est obseruandum, quòd si in hæreditate non fuerint repertæ res destinatæ à testatore pro solutione legatorum, tunc legata videntur effecta fuisse caduca, *ad d. l. si sic. §. si mihi ff. de legat. 1.* cum concord. quando, scilicet, eadem oratione, & vnico verborum contextu contineretur legatum, & vnde, vel ex quibus pecuniis debeat illud solui, & sic appareret testatorem non habuisse pro distinctis rem legatam, & solutionem eiusdem, ad quem effectum considerat Castr. *loco infrà citando* vnitatem, vel duplicitatem orationis, vt latè ponderat Ladereg. *cons. 159. per tot*, tunc enim, quia solutio dicitur adiecta causa taxationis, & limitationis, si pecuniæ illæ non reperiantur, corruit legatum, vt benè per Rot. *decis. 11. n. 8. & 9. de testam. in antiq.* Card. Mantic *de coniect. vltim. volunt. lib. 9. tit. 3. num. 20.* Menoch. *cons. 1163 n. 15. & 16.* plenè Laderch. *d. cons. 159.* Modern. Mantuan. *controu. forens. cap. 336. n. 11. & 12.* Verùm, si testator primo legauit absolutè, & per orationem perfectam, & deinde

deinde separatim mandauit legatum solui ex certis rebus, seu pecuniis, tunc tales pecuniæ non dicuntur adiectæ taxatiuè, sed demonstratiuè, adeò vt licèt illæ non fuerint inuentæ, legatum sit præstandum ex reliqua hæreditate, iuxta l.quidam testamento,ff.de legat. 1. & qenè distinguendo tradit Castren. cons. 3, 8.numero 3. libro 2. Alex.cons. 216.numero 3.lib. 7.Beroi cons.17.num.23.lib. 1. Simon de Prætis cons. 117.num 14.Hieron. Gabr.cons.105. num 9. lib. 2. Manent.cons.6.n.14.& seqq.lib. 1. Rot. decis.1662.n. 1 p. 1.diuers.& in Romana Computatorum, 10. Aprilis 1630.coram R.P.D.Merlino.

84 Nonò, cum de legatis aliis,si maioris sint quantitatis, certa pars detrahi possit, quæ Falcidia, aut Trebellianica a legibus nominatur, vt pert tot. Instit. de lege Falcid. de legatis tamen ad pias causas non est detrahenda,ea saltem, quæ Falcidia dicitur, iuxta tex. in Auth.similiter, C. ad leg. Falcid. & in corpore vnde sumitur, in Auth.de eccles.tit.§ sin autem heres, coll. 9. Tiraq de priuileg. piæ causæ, priuil. 26. Cou. in c. p. Raynaldus §. 3.num.7 Capell.Tholos. quæst. 83. Vincent. de Franch. decis 63. num. 14 Costa in cap.si pater, verb. Trebellianica n. 13. Vgo Donell. comment. iuris Ciuilis lib 8. cap. 27. §. vtrum autem, Surd.de alimen.tit.8 priuileg.18. à numero 2.Peregr. de fideicomm art.3.a n.61.Flores de Mena var.lib. 2. c. 2. n, 90 Mart de iurisd p.4.cent.2.casu 180 Ciarlin.co.tr n forens.c.28.n.10.Mench. de success. progr. l.3.§.26.n.24. Sim.de Prætis de interp.vltim. vol. lib. 4.interp.1.dub.11.n.5.Monet de commut.vltim. vol.c. 9.n.306 & 334. Mangil.de imputat.q. 119. à n. 10. Caruall.de vna,& altera quarta ad cap Raynaldus, de testam.n. 2. n. 141.cum seqq. vbi contrarium contra omnes tenere videtur, nec illa, quæ Trebellianica appellatur,Dec.cons.44.num.90 vers.non obstat etiam, vol. 3. Crass.§ Trebellianica q. 6. n.2. Pereg de fideicommiss.art.3 n.63.Ioan.Anton.Bellon.cons. 84.num. 25. & 26. vbi quòd neque filius de fideicommisso relicto Hospitali, vel alteri piæ causæ Trebellianicam detrahere potest, non magis quàm extraneus, Galet. in margarita casuum conscientiæ, verb.legata
85 ad pias causas, vbi declarat id procedere, si ab initio certum est fideicommissum debere peruenire ad piam causam. Vnde Falcidiam non deduci ex relictis Confraternitatibus, resoluunt Mascard. de probat. concl.869.num 12. Gutier.canon.lib.1.cap. 35.n. 12.Flores de Mena d.n.19.Cabed.p.1.decis. 51.num. 2.Suar.de Relig. tom.1.lib.4.de simon.c. 27.num.11. Monet de commutat.vltim. volunt.c. 10.n. 479. cum seqq Benedict.Ægid. in l. ex hoc iure. ff. de instit & iure tom.2.c.9.n.16.cum seqq. quicquid dicat Caruallo add. cap. Raynaldus p.2. n. 150. neque ex relictis Hospitalibus,vt per Anton. Gabr.lib 6. Communium, tit de pia causa, concl.2.n.16.Maynard.dec. 29.lib. 2. Ioseph. Ludou.Perus.decis.30.n.8.Aloys Ricc.in collect.decis.p.3.collect.648. vers. infertur tertiò, Valasc. cons.105.num. 39.nec ex relictis pro alimentis, iuxta ea, quæ resoluunt Cordub. de Lara in l. si quis à liberis §.vtrùm,num.17.ff.de liber agnosc.Surd.de pri-
86 uil.18.num 4.Vnde etiam ex fideicommissis vniuersalibus, quæ ad pias causas relinquuntur, Trebellianicam non deduci, docent Bald. Salicet. & alij in d. Auth.similiter & plures, de quibus Tiraq. priuil. 27.Costa de verb. Trebellianica, num.21.Pereg. d. ar. 3. à num 61. Similiter deduci non posse Falcidiam vel Trebellianicam de legato, vel hæreditate, quæ peruenire possit ad causam piam, etiamsi non perueniat immediate, sed aliquo primo legatario, seu fideicommissario intermedio, resoluunt Costa d. verb.Trebellianica n.26. Surd.d.tit.8. priuil.18. n 3. Simon de Prætis de interp.vlt.volunt.lib.4. interp.1. dub.12.n.5.Mangil.d.q.119.n.11. & 16.

Vtrùm autem pia causa contra aliam similiter 87
piam deducat Falcidiam, aut Trebellianicam? vide Tiraq. priuil. 2. Anton.Gabr. lib.7. commun.tit. ad Trebellianum, tom.11. à num.8. Costa d. verb. Trebellianica,num.13.Molin.de Iustit. tract.2.disp.213. vers.secundus casus,Mangil.d.q.118.num 23.Surd.d. priuil.18.à n.6. Azeued. l.10.num.22.tit. 3.lib.5.recop. Morla in emporio Iuris p.1. tit.5. in prælud.n.27. vers.neque. Ceuall. commun. contra commun. q.155. Pereg.d.art.3. n.69. resoluentes, partem negatiuam esse veriorem: cum illis prosequere, Vtrùm si fideicommissum vni relinquatur pro parte in causam piam, & pro parte non, deducat Falcidiam saltem pro parte? Vide in arg. tex.in l. si seruus 33. ff. ad. leg.Falc Ant.Gab.d.concl.1.à n.8.Pereg.d.ar. 3.n.67.

Decimò,cùm donatio facta loco construendo,qui 88
adhuc non extat, aut de re, cuius traditio, aut possessio est incerta non valeat; adeò vt si eueniat non debeatur; quia ab initio non valuit, capit. Abbate sanè,de sent.& re iudic.lib.6.donatio tamen similis,vel legatum factum ad pias causas,semper est validum, & non efficitur caducum, Cou.in capit. 3. num.12. de testam.Marc.Anton.Genuens. in practicab. Eccles. cap.266. prope fin. Cordub.in compend. Bullar.ad Const.5.Pauli V.schol. 2. late Stephan.Gratian. discept.forens.cap.348.a n.30. vbi n.37. asserit non obstare tex.in d.cap.Abbate,de re iudic.in 6.dum in eo præsupponitur nullitas donationis,quæ fit monasterio construendo; quia non est decisio nec responsio Papæ, sed tantum allegatio partis, cum ibi narrentur prius omnia, quæ litigantes hinc inde adducebant, vt videre est per eundem Gratianum.

Vndecimò, legatum Ecclesiæ factum iure Ciuili 89
indebitum, si illi solutum fuerit, repeti non potest, vt per tex.in §. fin. Instit.de obligat.quæ ex quasi contract. Tiraq. de priuil. piæ causæ priuil. 125. Horat. Lucii de priuileg.schol. priuil.21. Mench. de success. creat.lib.3.§.21.num.6.Mart. de iurisdict.p.4.cent.2. casu 170.& voto 111. num.6.vide supra lib.2. c. 13. n.32. nam quod semel datum est Ecclesiæ, non potest vlterius reuocari, Felin. in cap. Ecclesia S.Mariæ n.97.de constit.& in c. ad Apostolicam num.2. de simon Marta d.voto 111.n.8.

Duodecimò, legatum factum Ecclesiæ quam in 90
specie non expressit defunctus, adeò vt ignoretur, quam voluerit intelligere, non erit inualidum: nam, si Ecclesiam S. Mariæ simpliciter nominauit,
& plures eiusdem nominis reperiantur, erit Paro- 92
chiali Ecclesiæ præstandum, si altera ex Ecclesiis huius inuocationis sit Parochialis, Auth. de ecclesit §. si quis in nomine, & ibi gloss. vers. verb.domicilium,collat.9. Molin. de iustit.tr.2.disp.197.in princ. arg l.qua conditio 39.§.vbi ff de condit. & demonstr. Cou.in c.iudicante num.2.de testam. Tiraq.priuil.56. Mench.de successión.§.27.num.43.Costa in c.si pater, verb.pauperes,n.13.de testam.l.6.Padil. in l.cum quidam n.6. ff.de legat. 2. Ant.Gom l.32. Tauri,n.4. & var. to.1.c.11.n.8.Graff.§.legatū q.64.n.5. Sanch.in cōsil. mor.p.2.lib.4.c.2.dub 8.Trullench.in Decal.l.7.c.18. dub.12.n.13.in med.Bened.Ægid in rep.l.1.C.de sac. Eccl.in initio §.1.n.44.cum seqq. vbi ad plures quæstiones. In dubio autem, quia hinc inde æquales vrgent coniecturæ eius nominis, pauperiori legatum præstandum est,vt expressit d. §. si quis in nomin. gl. vlt.in d. c. iudicante,& omnes pertranseunt tanquam sine dubio.Ant.Gon.d.c.11.n 8.vers.octaua conclusio.

Graff. d. § *legatum q. 64. n. 5.* Molin. *d. dist.* 197. *col.* 3. Probatur ratione: testator in dubio, dum aliter suam mentem non aperuit censetur illi Ecclesiæ legare voluisse, respectu cuius sic legando maius opus charitatis exercet, & plus suæ animæ consulit, arg. *cap. animæ defunctorum, & cap. pro obtinentibus*, cum multis *ibidem* 13. q. 2. *c. vlt. de sepultur. c. in litteris, de raptorib.* iuncta *glos. l. præses, C. de seruit. & aqua*, sed legando Ecclesiæ pauperiori maius opus charitatis exercet, & pluſque suæ animæ consulit, vt per se patet. Igitur, &c.

93 Si autem testator duas habuerit Ecclesias Parochiales, in quibus promiscuè, & æqualiter recipiat Ecclesiastica Sacramenta, ita vt nullo argumento electæ sepulturæ, vel aliàs discerni valeat, de qua Ecclesia intellexerit, vtrum legatum, vt institutio sustineatur, quæstio est dubia? In qua locum fore gratificationi Episcopi, qui eliget ex illis, quem maluerit, cui totum legatum præstabit, tuentur Abb. *in d. c. iudicante n.* 4 Communis, vt per Cou. *n.* 2. quos cum aliis refert, & sequitur Costa *d. verb. pauperes, num.* 13. Padil. *in l. cum quidam, n.* 6. plures, cum quibus Communem dicit Graff. *d. q.* 64. *n.* 5. *in fine*, Molin. *d. disput.* 197. *col. vlt. in princ.* Sanch. & Trullench *citatis locis*. Bened. Ægid. *in d. initio num.* 48. vbi id intelligit quando nullo modo possit apparere de qua Ecclesia magis senserit testator. Pro quibus expenditur primò in simili *cap. quoniam* 13. *verſ. alioquin, de decim.* vbi habetur, quòd si res fuerit vtrinque dubia, ita vt nulla coniectura comprehendi valeat, ad quam Parochiam noualia pertineant: tunc in arbitrio Episcopi erit decimas, cui Ecclesiæ maluerit, deputare, aut in opus suum retinere: ergo similiter in proposito locus erit gratificationi, arg. *cap.* 1. *verſ. quod si fortè, de Paroch.* iuuat ratio: siue enim Episcopus vni, vel alteri Ecclesiæ applicauerit, æque benè consulitur animæ defuncti, & bonum ab ipso prætensum æquè benè obtinetur: igitur, si cùm eo pacto voluntas testatoris adimpleatur, gratificationi locus esse debet. Oppositum tamen, imò quòd vna & altera Ecclesia æqualiter sit admittenda, ita vt Episcopus in præiudicium vnius non possit alteram eligere, defendit post Barbat. quem refert Cou. *d. num.* 2. sequitur Molin. *d. col. vlt.* pertransit Costa *d num.* 13. arg. tex. *in cap.* 2. *verſ. cùm ab eo, de sepultur. in* 6. vbi habetur, quòd si quis duo habeat domicilia, in quibus æqualiter commoretur, & in alio loco sepulturam eligat, Canonica portio æqualiter diuidatur inter vtranque vtriusque domicilij Ecclesiam. Sed hæc opinio contra Communem non caret dubio: quia, cum testator vni dari iusserit, & modò inter duas legatum diuidatur contra illius fit voluntatem, quod est absurdum, contra reg. *l. sed si ante* 10. ibi, *quia non ita*, &c. *ff. ad Trebell.* Idcircò communis verior est: tex. autem *in d. tom.* 2. *verſ. cum ab eo*, cum quo consonat *c. relatum* 12. *in fine, de testam*, agitde portione, quæ attento Iure debetur Ecclesiæ Parochiali: vnde, cùm vtraque sit æquè Parochialis, vt supponimus, inter vtranque vt dicta Canonica portio diuidatur, necesse est; nos verò agimus de legato, vel relicto, quod testator, cùm sciret duas esse Ecclesias Parochiales, vni tantummodo dare iussit, vnde ne contra illius fiat voluntatem diuisio locum habere non potest.

94 Vtrùm verò si concurrat Monasterium mulierum cum Monasterio virorum Mendicantium, & istud cum non Mendicante, præferenda sint in proposito Monasteria mulierum, & Mendicantium? (iuxta terminos, in quibus legari potest Mendicantibus, vt per Graff. *verb. legatum, quæst.* 7. quem vide.) Pro parte affirmatiua, quæ vera est, expenditur primò *l. cùm multa*, 20. *C. de donat. ante nupt. verſ. cùm melius, l. pen.* iuncta *glos. vlt. ff. vt in possess. leg.* quem textum iuncta glos. ad intentum allegant Bart. *in l.* 2. *num.* 34 *ff. de vulgari* Socin. Iason. Dec. & alij citati à Costa, *in* §. *cum bello, verb. cum filio numero* 13. qui omnes tenent in dubio concurrente æquali paupertate pro Monasterio mulierum, iudicandum esse, quibus addit Hippol. *singul.* 248. nec est impossibilis illa ratio, cui innituntur, quoniam viri operari possunt, & sibi victum quærere, arg. *l. quisquis* §. *ad filias C. ad leg. Iul. maiest.* & sic in terminis resoluit Petr. Enriq. *conſ.* 37. *num.* 6. Cardin. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.* 8 *tit* 6. *n.* 6. *verſ. & ex hoc*, Spin. *in speculo testam. glos* 12 *in princ. n.* 43. *in princ.* latè Bened. Ægid. *in repet. d. l.* 1 *C. de sacroſ. Eccleſ. in initio n.* 46. vbi *num.* 47. resoluit quod si inter religiosas fœminarum domos aliqua sit mulieribus, post ante actam vitam male perditam ad meliorem conuersis deputata, relictum huic potiùs, quàm Religiosarum Virginum domui applicandum sit.

Duodecimò, legata relicta in pias causas in minùs solenni testamento, in quo causa profana fuerit hæres instituta, valere contendunt Cou. *in cap. relatum*, 11. *num.* 3. *de testam.* & Molin. *de iustit. tract.* 2. *disp.* 134. *col.* 3. Sed contrarium mihi probabilius videtur: nam cùm nullibi in his terminis reperiatur fauor scriptus, prout ostendemus, idcircò regulis ordinariis stare oportet, arg. *l. placuit.* 8. ibi, *æquitatisque scriptæ, C. de iudic.* Prima igitur est: quia, vbi testamentum nullum est, & ipsa hæredis institutio inutilis, valere non possunt accessoria respectu illius, qualia sunt legata, quantumcumque pia, *l.* 1 *ad finem. ff. de vulgari*, iuncta *reg. l. cùm principalis ff. de reg. iur. reg. accessorium, eod. tit l.* 6. planè in proposito testamentum nullum est quoad ipsam hæredis institutionem. Igitur, &c. Secunda, quia vbi ex testamento hæreditas adiri non potest, legata non debentur, *l. si nemo* 142. *ff. de reg. iuris*; planè ex testamento minus solenni hæreditas adiri non potest, quinimò res deducitur ad caluni intestati, *princip Inſtit. de hæred. quæ ab int. defer.* Tertia quia legatum libertatis pium in iure censetur, *l.* 1. § *ſin autem, C. de communi ſeruo manumit. l. primo gradu* 23 *ff. quæ in fraudem cred.* & tamen legatum libertatis non debetur ex testamento nullo *l. si iure* 11. *C. de testam. manl.* 2. *C. si omiſſa cauſa testam.* Igitur, &c. propter quorum aliqua hanc sequuntur Iason. *in l. hac conſultiſſima* § *ex imperfecto numero* 10. *C. de testam.* alij, vt per Tiraq. *privil.* 80. *verſ. ſed è diuerſo*, Menchc. *de ſucceſſionib.* §. 22. *num.* 12. fatetur ex aliis receptiorem Graff. *d. verb. testamentum*, §. 18. *num.* 6. Bened. Ægid. *in repet. l.* 1. *C. de sacroſ. Eccleſ. p.* 5. §. 2. *num.* 15. *in princ.* vbi quòd Capellæ (quarum frequentissimus est vsus in Lusitania) valeant in testamento minus solenni tanquam dispositiones ad pias causas. 95

Legata autem profana in testamento ad pia cum duobus, vel tribus testibus conseruantur: nam, sicut destructo subiecto pereunt accidentia eidem inhærentia, *d. l. cùm principalis*: illo stante, manent & conseruantur, *d. reg. accessorium*; cùm ergo legata profana se habeant per modum accidentis, fit consequens omninò conseruari: facit tex. *in auth. quod sine*, ibi, *& aliis legari, C. de testam.* iuuat maxime, quia in omni dispositione, vt plurimùm attenditur id quod principale est, *l. quæritur*, 10. *ff. de* 96

*de statu gemin.l.*1.ibi,*prima enim ratio, ff. de auctorit. tutor*. Sequuntur hanc partem in specie Anton. *in cap. quod clericis, num.*10. *col.*6 *de foro compet.* plures cum quibus est communis, vt per Tiraq. *de priuil. piæ causæ, priuileg.* 80.*in princ.*Cou *in d. cap. relatum* 11.*num.*2.Costa *in d. cap si pater,verb in suo,num.*12. Clar §. *testamentum, q* 6.*n.*8. plures, & communis vt per Graff.*d.§.testamentum quæst.*18.*num.* 7.Molin. *d. disp.*134.*col.*1. latè Magdalen.*d. p.* 2. *c.* 7. Quamuis oppositum, imò testamentum solummodo sustineri quoad causam piam institutam, non quoad legata profana, crediderit Iason. *in l.*1.*num.*28. *C.de sacros. Eccles.* licèt ,cogitandum relinquat prouectioribus, Mench. *de success.§.*22 *num.* 11 *in fine* pro quibus non facit tex. *in d. §. ex imperfecto*, quia respondet Cou. *d.num.*2. procedere, quando admixtio personæ extraneæ facta est in ipsa principali dispositione, nempe, in hæredis institutione, in quibus terminis procedere ait *l. vlt. ad fin.C famil. ercisc.* Nos verò agimus in aliis longè diuersis, nempe, quando admixtio facta est in minùs principali dispositione, nempe, in legatis: vnde est, quòd, si in ipsa principali dispositione tam pia causa, quàm non pia fuissent hæredes institutæ, & testamentum careret septem testium numero, institutio quoad non pia prorsus foret inutilis, vt circa personas extraneas *in d. §. ex imperperfecto* aduertit Couar:*vbi proximè*, contra Alciat. *in d.l.*1.*vera liber.*

97 Decimotertiò, cùm testamentum nutu & signis conditum nihil valeat, ex tex.*in l. iubemus C.de testam* Couar.*in cap. cum tibi,numero* 4.*eod. tit* Cardin. Mantic.*de coniect. lib.*4 *tit.*4,*num.*6.Magdalen.*de numero testium in testam. requis p.*2.*cap.*3.*n.*9. Flores de Mena *var.lib.*1.*q.* 1. *num.* 44. Cald. Pereira *quæst forens. cons.* 24. *num.* 8. *cum seqq*, valet tamen ad pias causas, iuxta gloss. magnam communiter approbatam *in dict. c. cum tibi*, Tiraq.*priuileg.*8. Petr. Magdalen.*de numero testium in testam requis.p.*1.*cap.*12. *num.*35.*&* §.2.*cap.*3.*n.*10.Clar. §. *testamentum, q.* 6. *num.*7 Card. Mantic. *de coniect, vltim. volunt. lib.* 4. *tit.* 3.*num.*15,*& tit.*4.*num.*8.Cened.*ad Decretal. collect.*91.*n.*2.Cardos. *in praxi Iudicum, verb. testamentum, num.* 84. Anton. Trigo *sing.* 205. & in legatis, Capel. *Tholos.q.*89.*n.*4.

98 Decimoquartò, legatum pium, & piam causam continens sustinetur, si tali scripturæ, seu legato subscribant duo testes, vt patet ex *cap.relatum il* 1.*de testam.* vbi notant scribentes, & Couar.*n.*1.*vers.hac verò Decretalis*, Federic. *cons.* 217. *num* 2. Alex. *cons.* 4. *num.*6.*& cons.*131.*num.*2.*vol.* 7. Tiraq. *de pia causa, priuileg.*1 Clar.*in §.testamentum,quæst.*6. *n.* 2. Card. Mantic.*de coniect vltim.volunt.lib.*6.*tit.*3.*n.*4.Molin. *de iust. tract.*2.*disp.*134.Less. *in simili tract.lib.*2.*cap.*19.*dub.*2.*n.*4.Boër.*dec.*93.Car. Caualer.*dec.*27.*num.* 2. asserentes, talem esse praxim vtriusque fori, latissimè Magdalen.*d.part.*1.*c.*3.*a princ*,

99 Decimoquintò, legatum factum in fauorem animæ, seu in causam piam, non recipit interpretationem, quæ illud minuat, sed absolutè est præstandum: ita Calderin. *cons.* 342. Quæstio est notabilis, testator reliquit centum aureos pro centum Missis celebrandis in tali Ecclesia pro anima sua, euenit quod augetur eleemosyna præstanda sacerdotibus, an teneatur hæres supplere mercedem, vel sit diminuendus numerus Missarum ad rationem mercedis, vide Marc. Anton. Genuens. *quæstio* 179.

Decimosextò, quamuis sola scriptura defunctis non sufficiat in foro exteriori, si non fuerit subscripta à testibus, etiamsi fuerit scripta manu testatoris per tex. *in cap. cùm esses, & in d.c. relatum, il* 1. *de testam.* dum ait testamentum debere fieri coram duobus, vel tribus testibus, Alex *cons.*76.*num.*23. *&* 13.*vol.*3.Socin *iun.cons.*189.*à num.*64.*vol.* 2. Ioann. Valer.*de different. inter vtrunque forum, verb. testamentum diff.*1.*num.*1. Tamen si scriptura facta fuerit 101 in fauorem piæ causæ valebit etiam nullis adhibitis testibus, Menoch.*cons.*167.*num.*20.*& cons.*224.*num.* 59.*cum seqq.*Card.Mantic *de coniect. vltim. vol. lib.*6. *tit.*3.*num.* 13. Et an Missarum numerus augeri debeat, si res legata pro onere Missarum creuit, vide eundem Genuens.*q.reg.*Cou.*in d cap. relatum, num.* 12.Magdalen.*d.p* 2.*cap.*3.*num.*7.vbi *num.*5.ait quòd testamentum ad pias causas valet absque vllo prorsus teste si de voluntate testatoris aliter quam per testes constare possit. Et ita sufficit quòd testamenta sint subscripta manu testatoris, Couar. *in d cap. relatum num.*12. *de testam.* Azeued. *l.*1.*num.*31 *tit.* 4. *lib.* 5. *Recop.*Valasc. *cons.* 67. Cabed. *decis.* 129. *num.* 12. *part.* 1. Thom. Valasc. *tom* 1.*alleg.* 6. *num.* 20. nam cùm scriptura, testamentum, seu legatum ad pias 102 causas fiat pro salute animæ, & iustitia naturali, debet fauorabiliter sustineri, neque de apicibus iuris est in eius validitate disputandum *c.vlt.de re iudic* Bald. *cons.* 201. *in fine lib.* 1. & hoc procedit etiam in foro exteriori, secundum Tiraquell. *de priuileg. piæ causæ, priuil.*4. Corn.*cons.*307.*n.* 8 *lib.* 3. Menoch. *d. cons.* 224.*n.*66.

Decimoseptimò statutum laicorum inducens no- 103 uam probationem, vel solemnitatem circa legata pia, & disposita ad pias causas, valet, Calder. *cons.* 23. Anan.*consil.* 57. non longè à princ. vbi scribit statutum, quòd vltima voluntas non possit probari, nisi per instrumentum, non habere locum in legatis ad piam causam, & Abb. *cons.*32.*num.*1.*cum seqq.lib.*2. ac Bald. *cons.* 118. resoluunt omnem solemnitatem, omnesque regulas Iuris Ciuilis cessare in testamentis, & legatis ad pias causas, & solum ius gentium seruari, imò solam voluntatem attendi. Vide *sup. lib.* 2.*c.*13.*vers.*17.

Decimooctauò quilibet de populo potest agere, vt 104 legata pia executioni mandentur, & vt causæ piæ consequantur, quod illis debetur, Roman. *consil.* 69. *num.* 8.*& consil.*428.*n*.... Tiraq.*de priu.pia caus. priuileg.*151.

Decimonono Licèt relictum, vel legatum tali 105 anno, vel tempore debeatur in fine anni, ex *l. qui hoc anno ff.de verbor.obligat.* tamen in causa pia debetur in principio, ex tex. *in l.si ita fuerit libertas relicta ff. de manumis. testam.* Tiraq.*de priuileg. piæ causæ priuil.*22.Ioan.Baptista de Toro *in sum.priuilegiorum piarum causarum priuil.*11.

Vigesimò. Licèt regulariter quando legatum 106 efficitur genericè; debeat intelligi de minori re, vel summa, nihilominus fallit si efficiatur propria causa ex tex.*in l.Titia*, §. *fin.de auro, & arg.leg.* & ibi Doctores, nisi, vt obseruat Cardin, Mantic. *de coniect.vltim.volunt.lib.* 6. *tit.* 3. *num.*16. obstaret testatoris paupertas. Vnde si testator nobilis relinqueret culcitram pro suo funere; debetur illi Ecclesiæ culcitra aurei velleris, & non de serico nigri coloris, Ita Ioann. Bapt. de Toro *in sum. priuil.* 12. Aloys.Ricc.*in decis.Curiæ Archiep. Neapol. part.* 2. *decis.* 44. Hinc etiam legatum factum Ecclesiæ de Florenis, intelligitur de magnis, Marc. Anton. Genuens.*in pract.eccl.q.*153.*n.*4.Ioan. Bap.de Toro *in d. sum.priuil.*264.

Vigesimoprimò Legatum pro dotandis puellis, potest dari puellæ iam nuptæ sine dote, vel cum modica dote, secus autem si legatum stat pro vir-

ginibus maritandis. Ita Nauarr. *in quæst. forens. q.* 125. & alij penes ipsum, qui *n.* 6. notat quod legatum factum pro maritagio puellarum potest dari puellæ, quæ habet aliquam dotem, sed non iuxta eius conditionem, & nobilitatem.

108 Vigesimosecundò. Legatum factum pro maritandis puellis pauperibus, debetur etiam, & procedit quoad viduas mulieres pauperes, Rouit. *consil.* 33. Ioan. Baptista de Toro *d. summ. privil.* 84.

109 Vigesimotertiò. Si quis legaret alicui puellæ si nupserit mille, si autem monasterium ingrediatur bis centum, si monasterium ingressa fuerit bis centum consequi debet. Vide *d. officio, & potest. Episcop. p.* 3. *alleg.* 83 *n.* 28. & *ibi* citatis addo Ioan. Bapt. de Toro *in sum. priuileg. eorum pia causa priuil.* 242. Iacob. Bledan *in defension. Fidei in causa Morischor. tract.* 2. *cap.* 1. *§.* 3. *obiect.* 4. *fol.* 159. Antonin. Diana *moral. resol. p.* 1. *tract.* 2. *resol.* 52. & *tract.* 6. *resolut.* 29. Trulench. *in Decalog. lib.* 7 *c.* 16. *dub.* 9. *n.* 23.

110 Vigesimoquartò. Si testator Ecclesiæ aliquid relinquat, & alienari prohibuit, idque non ex expressa causa, propter quam sic fieri velit, nec vllius alterius personæ respectu, quam ipsius Ecclesiæ, tamen prohibitionem nullius esse momenti resoluit Bened. Ægid. *in repet. l.* 1. *C. de sacros. Eccl. p.* 5. *§.* 2. *n.* 1.

111 Vigesimoquintò. Alienæ rei legatum etiam quam testator suam esse ignoranter existimauerit, Ecclesiæ, seu piæ causæ relictum valet, vt per Tiraq. *de priuileg. pia causa priuil.* 66. vbi hoc etiam comprobat argumento libertatis, quæ seruo alieno ignoranter relicta valet, latè Bened. Ægid. *in repet. d. l.* 2. *C. de sacros. Eccles. p.* 5. 6 *a. d n.* 1. vbi *n.* 3. hoc probandum dicit, sine Ecclesia tanquam coniuncta persona censetur, quia mater nostra est, *cap. qui abstulerit* 12. *q.* 2. sine alia similis, aut etiam maioris affectionis, vt ita alienæ rei legatum relictum semper valeat, quamtuis suam esse existimans legauerit testator, ex *l. cùm alienam rem*, aliàs *cum rem alienam. C. de legatis*, & *num.* 5. resoluit quod si quis pauperi extraneo rem alienam ignoranter legauerit pietatis intuitu, valebit legatum, cùm in propinquo etiamsi diues sit, valeat legatum alienæ rei ignoranter relictum, & *n.* 6. quod legatum alienæ rei ignoranter relictum piis causis valeat, etiam vbi hæres institutus testatori coniunctus est, & *à n.* 7. *cum seqq.* agit de intellectu *c. filius noster, de testam.*

112 Vigesimosextò. Cum Ecclesia iustitiæ sit cultrix & auctrix (nec enim patitur cõtra iustitiam aliquid fieri in se, vel in alterum, vt dicit egregius tex. *in c.* 1. *§. sed diuersum, de alien. feu. in vsib. feud.*) quamtuncunque absque beneficio inuentarij adeat hæreditatem vltra vires hæreditarias nunquam tenebitur, cessante videlicet aduersus eam sinistra illa malignandi circa res hæreditarias, præsumptione. Ita Bart. *n.* 46. Andr. de Bess. *n.* 138. *in d. l.* 1. *C. de sacr. eccl.* & ibi latè Bened. Ægid *n.* 27. *cum seqq.* vbi *n.* 28. ampliat quod Ecclesia hæres facta non solùm creditoribus, ac legatariis vltra vires hæreditarias nunquam tenetur non facto inuentario, sed etiam quod ex legatis ipsis quartam Falcidiam potest deducere.

CAPVT XXVIII.

De Bonis Ecclesiæ immobilibus.

SVMMARIVM.

1 *Immobilia Ecclesiæ quæ dicantur.*
2 *Bona immobilia Ecclesiæ donata tempore nascentis Ecclesiæ vendebantur.*
3 *Ecclesia quando cœpit prædia possidere, & n.* 4.
5 *Constantinus Imp. Romanam. Ecclesiam ditauit.*
6 *Donatio à Constantino facta probatur è pluribus Pontificum decretis.*
7 *Item ex scripto imperatoris Ludouici I.*
8 *Item ex scripto Otonis Imp.*
9 *Dominia Pontifices Romani nunquam neglexerunt.*
10 *Imperator, antequam coronetur, non Imperator, sed Romanorum Rex appellatur.*
11 *Bernardi elegans auctoritas refertur.*
12 *Ecclesia rectè bona immobilia dicitur possidere, & num.* 13.
14 *Bona Ecclesiæ immobilia dicuntur vota fidelium pretium peccatorum, & patrimonium pauperum.*
15 *Bona Ecclesiæ conseruanda sunt atque tuenda.*
16 *Bona Ecclesiæ præscribi possunt.*
17 *Præscriptio quadragenaria in rebus Ecclesiæ desiderata procedit in rebus Hospitalium, & aliorum piorum, quæ instituuntur in pauperum vsus.*
18 *Ecclesia vna præscribit contra aliam præscriptione quadragenaria.*
19 *Præscriptio quadragenaria requiritur contra priuatum, qui cum Ecclesia communem habet rem aliquam indiuisibilem.*
20 *Ecclesia, quæ successit priuato, cuius res immobilis præscribi cœperat, respectu temporis residui, quod deficit ad præscriptionem complendam, potitur Ecclesia pro rata suo priuilegio quadraginta annorum.*
21 *Præscriptio quadragenaria an, & quando requiratur contra Ecclesiam, latè ostenditur.*
22 *Præscriptio quadragenaria non requiritur in rebus Ecclesiæ mobilibus.*
23 *Præscriptio nonnisi per centum annos admittitur contra Ecclesiam Romanam.*
24 *Bona Ecclesiæ vi conseruentur; non autem vsurpentur, quid faciendum ostenditur.*


EGIMVS iam de rebus incorporalibus, ac de corporalibus mobilibus; sequitur vt de immobilibus videamus, quæ quidē sunt agri, vel prædia, domus, & oppida, eorúmque possessiones, & alia his, quibus plerunque prædita sunt Ecclesiæ, aut beneficia, & de quorum adhuc fructibus, vel redditibus, & bonis pertractamus. 1

Est autem primo loco notandum, quòd initio nascentis Ecclesiæ bona immobilia, si quæ Ecclesiæ erant oblata, vendebantur, sicut in Actibus Apostolorum legimus *cap.* 4. ipsi enim Apostoli, iuxta doctrinam Domini Redemptoris Fidelibus suadebant, vt bona sua potiùs venderent, & pretium ad Ecclesiam deferrent: ipsi verò Apostoli pecuniam ipsam singulis diuidebant, prout cuique opus erat, ac deinceps, etiam si bona immobilia Ecclesiæ donarentur, vendebant ea Pontifices, & Prælati ac de pretio pauperes & ministri Ecclesiæ iuuabantur; nec enim tunc temporis commodum erat Ecclesiis bonorum immobilium curam, & solicitudinem gerere. 2

Postea verò ante tempora Vrbani I. Summi Pont. Ecclesia cœpit prædia possidere, ex quibus primum cœperunt Clericis, & Notariis sumptus deputari, 3

qui

qui gesta Martyrum diligenter conquisita conscriberent: ipse verò Vrbanus in epistolis suis, prout habetur *in capit.videntes* 12.*quæst*.1. hac de re sic quidem scribit: *Agros, & prædia fideles cœpere Ecclesiis matricibus tradere, quorum pretium ante pedes Apostolorum antea offerebant, cùm visum est plus vtilitatis offerri posse, si hereditates, & agros, quos vendebant, traderent Ecclesiis, quibus præsidebant Episcopi, eò quòd ex sumptibus eorum, tam præsentibus, quam futuris temporibus plura, & elegantiora ministrare possent fidelibus communem vitam ducentibus, quam ex pretio ipsorum; ipsa verò res in ditione singularium Parochiarum Episcoporum (qui locum tenent Apostolorum) erant, & sunt vsque adhuc, & futuris semper debent esse temporibus.*

4 In alio autem loco de hac ipsa re scribit Melchiades Papa, relatus *in cap.futuram* 12.*q*.1. in hæc ve[illegible]. *Futuram Ecclesiam in Gentibus Apostoli præui[illegible] adcircò prædia in Iudæa minimè sunt adepti, se[illegible] tantummodo ad fouendum egentes. At verò cum inter turbines, & aduersa mundi succresceret Ecclesia, eo vsque peruenit, vt non solùm Gentes, sed etiam Romani Principes, qui benè totius Orbis Monarchiam tenebant, ad Fidem Christi, & Baptismi Sacramenta concurrerent. E quibus vir religiosissimus Constantinus I. fidem veritatis patenter adeptus, licentiam dedit per vniuersum orbem sub suo degentes imperio non solùm fieri Christianos, sed etiam fabricare Ecclesias, & prædia tribuere posse constituit.* cum his, quæ sequuntur. Et paulò infrà: *Ab illo etenim tempore, & deinceps, viri religiosissimi non solùm possessiones, & prædia, quæ possederant, sed etiam semetipsos Domino consecrarunt.*

5 Constantinus igitur Primus diuino miraculo per manus Beati Syluestri à lepra qua percussus, erat mundatus per lauacrum regenerationis, ad Fidem Domini nostri Iesu Christi primus omnium Imperatorum conuersus fuit, vt habetur *in d. c. futuram.* 12. *quæst*.1. *& in l.diui*, iuncta glos. *C. de natural.lib.liber.* licentiam omnibus dedit fabricandi Ecclesias, & Christianos fieri, vt latè dicitur *in dict. cap. futuram, & in c.Constantinus dist.*96. *& in cap. fundamenta, de elect. lib.*6 ac Ecclesiis pro anima relinquendi quicquid vnicuique placuisset, cum ante dispositionem *l.*1. *C. de sacros. Eccles.* prohibitum esset & interdictum relinquere collegio Christianorum, Ecclesiis, & aliis locis piis, eo quia ante Constantinum, cuius fuit hæc lex edita ad Populum Romanum, vt patet ex superscriptione, cæteri Romani Imperatores erant infideles, & Christi nominis impiissimi persecutores, vt refert Magdalen. *de numero cœlestium in testam requis.p.*1. *cap*.12. *n*.18. Et sic Ecclesiam Romanam, quam veram Christi Vicarij Sedem agnouit, & est veneratus, multis Ciuitatum, & Prouinciarum possessionibus dotauit, & alias quoque Ecclesias suis sumptibus erectas multis prædiorum possessionibus ditauit, atque donariis plurimis exornauit, *d.cap.futuram, versic.denique, & cap.Constantinus* 96. *dist.* & colligitur ex scriptis B. Gelasij Papæ de gestis S.Syluestri, prout habetur *in* 1. *volum. Concil*, post Concil. Neocæsariense, vbi inter cæterea dicitur. *Vt Pontificalis apex non vilescat, sed magis quam terreni imperij, dignitas, gloria, & potentia decoretur, ecce tam Palatium nostrum Lateranense, quàm Romanam Vrbem, & omnes Italiæ, siue Occidentalium regionum prouincias, loca, ciuitates, Romano Pont. & vniuersali Papa Syluestro concedimus, atque relinquimus, & ab eo, atque à successoribus eius per pragmaticum constitutum decernimus disponenda, atque iuri S. Romanæ Ecclesiæ concedimus permanenda*, &c. Postmodum posteriores duo Longobardorum Reges, Aribertus, & Luitprandus liberales etiam in Ecclesiam Romanam fuerunt, qui tamen nihil nouè illi donauerunt, sed quod olim fuerat eius proprium, partim ex donatione Constantini, partim aliunde, quodque superiores Longobardorũ Reges ei crudeliter ademerant, id benigniter eidem tandem restituerunt, ipso teste Paulo Decano de gente & origine Longobardo, *lib.*6. *de gestis Longobardorum cap*.10. *&* 13. Deinceps verò Carolus Magnus, & Ludouicus Pius, aliique Principes pij singulariter Ecclesiam Romanam partim contra Longobardos rursus insolescentes, partim contra similes alios Ecclesiæ Romanæ hostes iuuarunt, & in pristinum restituerunt splendorem. Nouè Mathildis Etruriæ Comitissa, Imperatorio sata sanguine Germanico, Princeps optima piissimaque suas ditiones amplissimas Ecclesiæ Romanæ testamento reliquit sub annum Christi 1060. quæ nunc singulariter patrimonij S.Petri nomine censentur, & optima quæque totius Italiæ loca complectuntur, vt testatur Boet. Epo *de Regalibus, vel iure Principium lib.*1.*n*.307.*pag*.179.

Sed cùm nonnulli donationem huiusmodi impugnare nitantur, affirmantes, aut falsò factam describi, aut factam viribus caruisse, dictumque Constantini scriptum rem esse apocrypham, & alia plura, vt præter Hæreticos tuentur Laurentius Valla, qui conscripsit librum *de falsa donatione Constantini*; sed ob id fuit exilio mulctatus, & liber interdictus, Igne. *in l.donationes n*.22. *C.de donat.inter.vir.& vx.* Cagnol. *in proœm. Digestor à n*.79. Bald. *in tr. de coronat.Imp.p*.79. coguntur nonnulla, quæ pro eius defensione diximus *in collect.ad c.Constantinus* 98.*dist.* compendiosè hîc referre. Nam præter Gelasij Papæ auctoritatem, quam proximè adduximus, idem quoque Canon antiquus *in d.c futuram* 12. *quæst*.1. *& in cap. relatum* 10.*q*.3. ibi, *patrimonium Ecclesiæ*, Nicolaus IV. *in c. fundamenta, §.ne autem de elect. lib.*6. Clemens V. *in Clem.vnic.vers ipsaque omnia, de iureiur.* atque alij euidenter affirmant. Idem tenent Vincent. Beluac. *in speculo hist.* & S. Anton. *in Chron. p*.1. qui etsi dicat non esse certum, quòd, & quantum donauerit; dicit tamen quòd fuit potiùs restitutio, quàm donatio, cum talia essent sub Christi dominio, cuius Vicarius est Summus Pont. Item Host. *in sum. de immun. Eccl. §. pen & fin.* Panor. *in cap.per venerabilem, qui filij sint leg.* Restaut. *in tr.de Imp q*.51. vbi concludit validam extitisse. Aug. Steuchus *in lib. de donatione Constantini contra Vallam.* Card.Turrec. *de pot.Eccl.lib.*2. *cap*.42. Corset *in tr. de potestate regia, q.fin.n*.3. Aluar.Pelag. *de planctu Eccl.lib.*1.*c*.43.*& lib*.2.*c*.19. Dried. *de libert. Christ.* *l*.1.*c*.9.*pag*.10. Mant.*obseru*.100. Iacobat.*de Concil. lib*.10.*art*.8.*de donat. Constantini.* Cou.*lib*.4.*variar. c*.16.*n*.8. Hieronym.de Monte *de finib. regund.c*.11. *n*.11.*cum seq.* Arnold. Albertin. *in rep.rub. de haret. q*.2.*num*.27. Can.*de locis theolog.lib*.11.*cap*.15.*versu quod deinde.* Mexia *in Hist. Imper. in vita Constantini.cap*.3.*§ de la donacion*, Alphons.de Mendoza *in quodlib. quæst. 4. scholast. §. 4. vers. quinto*, Bursat. *cons*.124.*num*.36. Nau. *in cap.nouit.de iudic.notab*.3. *n*.77. Turrian.*l*.2.*c*.42. Ceuall.*comm. contra cõmunes q*.345. Frãc.Leo.*in thesauro fori eccles.p*.1.*c*.1.*à n*.22. Mart.*de iurisdict.p*.2.*cap*.30. Molin.*de instit.tract*.2. *disp*.25. Suar. *de legib. lib*.4 *capit*.6.*n*.6. Car.Bellar. *in conuers Catholic.tom*.1.*contr*.3. *de Romano Pont. lib*.2. *c*.17. *vers. hæc omnia, & lib*.5.*c*.19.*vers.quarto.* Card.Baron. *annalium ecclesi.to*.4. *anno Christi* 324. *Constantini* 19. latè & eleganter Illustrissimus

D. meus Roder. à Cunha *in comment. ad c. Constantinus* 14. *dist.* 96. latè etiam Boer. Epo *tom.* 1. *tit. de iurisdict. eccles. tempor. q.* 3. *de donat. Constantini magni*, vbi multi refutat illos, qui de ea subdubitarunt nouissimè Gonzales de Salzedo *in l. politica lib.* 1. *c.* 6. *n.* 3. *cum seq.*

7 Ideque (si scriptis, quæ nomine Imperatorum passim circumferuntur, fides est adhibenda (ex scripto Ludouici I. Imperatoris probatur, prout refertur *in c. Ego Ludouicus,* 63. *dist.* qui scribens Paschali I. Summo Pont. eandem videtur donationem confirmare: sic enim agit. *Ego Ludouicus Imp. Augustus statuo, & concedo per hoc pactum confirmationis nostra tibi B. Petro Principi Apostolorum, & per te Vicario tuo Dominô Paschali Summo Pont. & vniuersali Papa, & successoribus eius in perpetuum, sicut prædecessoribus nostris vsque nunc in vestra potestate, & ditione tenuistis, & disposuistis, Romanam ciuitatem cum ducatu suo, & suburbanis*, &c.

8 Quòd verò constat plerosque Imperatores post Constantinum Romam, & Italiam possedisse; hoc quidem, tum vsurpatione, tum etiam ipsorum Romanorum Pont. permissione contigisse probatur; qui Imperatoribus ipsis, tanquam potentioribus ad resistendum hostibus Ecclesiæ, dominia, non tanquam dominis, sed veluti adiutoribus dimittebant; quod quidem ex scripto Othonis Imp. *in c. tibi domino* 63. *dist.* comprobari videtur, qui Ioanni Romano Pont. iuramentum præstans, inter cætera inquit. *Et in Roma nullum placitum, aut ordinationem faciam de omnibus, quæ ad te, aut Romanos pertinent sine tuo consilio, & qnicqnid de terra Sancti Petri ad nostram potestatem venerit, tibi reddam, & cuicunque Italicum regimen commisero, iurare faciam illum, vt adiutor tui sit ad defendendum terram Sancti Petri*, &c.

9 Non ergo admittendum videtur, quod quidam affirmant Romanos Pontifices antiquitùs dominia huiusmodi neglexisse, eò quòd nullum ius sibi in eis competere nouerint, cùm prædicti Imperatores contrarium omnino fateantur *in d. c. Ego Ludouicus, & in d. cap. tibi domino* 63. *dist.* Quòd si quis dominia huiusmodi; quæ Ecclesia possedit; & possidet, ea esse contenderit, quæ à Carolo, Magno, & aliis post eum Principibus illi tradita & donata fuerunt, vt habetur *in gestis ipsius Caroli Magni, & Pipini, & in dialogo Pij Papæ*, non propterea donationem à Constantino factam improbabit.

10 Nec illa ratio omittenda videtur in huius donationis comprobationem, quod, scil. Imperator, antequam coronetur, non Imperator, sed Romanorum Rex appellatur, quod ideò fieri asserit Alciat. *in tract. de duello, quæst.* 2. eò quòd per donationem Constantini fuerit diminutum imperium: cùm verò à Romano Pont. fuerit coronatus, quasi in compensationem dicitur Imperator, qui eandem quoque confirmare videtur in iuramento, quod ipsi Romano Pont. præstare consuetur, vt *in Clem. vnic. de iureiur.* Quòd verò de hac in historiis probatorum Auctorum mentio non fiat, eius rei ratio est; quia tunc temporis, cùm tales Auctores historias conscriberent, donatio ipsa non erat effectum sortita, neque de ea præter scriptum ipsius Constantini, quod suprà adduximus, aliud apertè constabat.

11 Denique impium esset atque erroneum opinari tot Romanos Pontifices, Christi Vicarios, & vtique viros Sanctissimos, qui dominiis huiusmodi necnon prærogatiuis, ac concessionibus ab ipso Cōstantino Ecclesiæ factis vsi fuere, & vtuntur, errasse sanctámque Romanam Ecclesiam in re tanti, momenti errore adhuc detineri. A Sanctis autem Ecclesiæ Doctoribus Pontifices hac in re nullatenus improbantur, quamuis eos reuerenter admoneant, ne in rebus huiusmodi temporalibus, ac terrenis affectum inordinatè constituant, quemadmodum B. Bernard. *lib.* 4. *de considerat. ad Eugenium*, scribit his verbis. *Petrus nescitur processisse aliquando, vel gemmis ornatus, vel sericis, non tectus auro, non vectus equo albo, nec stipatus milite, nec circunstrepentibus septus ministris: in his successisti, non Petro, sed Constantino: consulo toleranda pro tempore, non affectanda pro debito*, & quæ sequuntur.

Vt igitur ad propositum redeamus Ecclesia rectè bona immobilia dicitur possidere, vt latè probant contra Hæreticos, qui vitio vertunt Ecclesiam habere bona temporalia: Castro *in lib. contra hæreses, verb Ecclesia hæresi* 4. Albert. Pyg. *de eccles. Hierarchia, cap. vlt.* Sot. *de iustit. lib.* 7. *quæst.* 4. *ar.* 3. quod neque contra Euangelicam legem esse probatur, quia nusquam vetuit Dominus Ecclesiæ oblata possideri: singulis tantùm vitæ perfectionem quærentibus consulebat, vt bona sua vendentes pauperibus erogarent, quod tunc temporis etiam ab Ecclesia fieri expediebat; successiuis verò temporibus vtilius visum est oppositum obseruari, vt colligitur *ex capit. videntes,* 12. *quæst.* 1. Et adhuc Gregorij Papæ, atque Ecclesiæ Doctoris doctrina, & exemplo roboramus: ait enim ipse relatus *in capit. fin.* 12. *quæst.* 2. de Monasteriis in specie loquens. *Religiosam vitam eligentibus congrua nos oportet consideratione perspicere, ne cuiusque necessitatis occasio aut desides faciat, aut robur conuersationis infringat.* Idcircò præcipit ipse Pontifex, domum quandam, vel hortum iuris S. R. E. atque hospitia, quæ intra eandem domum ianua conclusit, cuidam fœminæ tradi proprietatis iure proculdubio possidendam, vt tam ipsa, quàm quæ in eius loco, bonoréque successerit, eadem quieto, & inconcussò iure valeat possidere. 12

Omittimus sanctorum Benedicti, Remigij, Paulini, Hilarij, & aliorum exempla, qui pro Ecclesiis, ac Monasteriis suis, bona quæcunque immobilia perpetuò possidenda à Fidelibus oblata acceptarunt, ac possederunt, vide *capit. expedit,* 12. *quæst.* 1. Porrò, cùm Ecclesiæ suæ dominus etiam temporalem tradiderit gladium, vt *in libro* 1. *capit.* 1. comprobauimus, non videndum est inconueniens, sit vna cum spirituali dominio etiam temporalem tradiderit possessionem. Quare *in Conc. Constantien.* (cuius quidem decreta non omninò improbata fuerint) damnatus fuit error dicentium, Constantinum Imper. errasse dotando Ecclesiam, atque Imperatores, & dominos sæculares à diabolo fuisse seductos, vt bonis temporalibus Ecclesiam dotarent, quem errorem prædidit, & damnauit Vrbanus I. Summus Pont. *in d. capit. videntes, in fine,* 12. *quæst.* 1. 13

Nunc autem de bonis huiusmodi Ecclesiæ immobilibus, aut alterius generis est notandum primò, quòd hæc sunt oblationes fidelium, qui facultates proprias Ecclesiæ tradiderunt pro ministris ipsius Ecclesiæ sustentandis, & ad cultum diuinum exercendum, & alimenta pauperibus eroganda, & propterea hæc ipsa bona Ecclesiæ dicuntur vota fidelium, pretia peccatorum, & patrimonium pauperum, vt *in capit. indignè,* 12. *quæst.* 2. *& in capit. quia iuxta,* 16. *quæst.* 1. quorum paternam curam Prælati gerunt, qui Ecclesiis præsunt. *c. quod autem, vers. si autem* 23. *quæst.* 7. & ideò non tanquam 14

propria

propria, ſed vt commendata, ea tenere, eiſque vti
præcipiuntur, vt in capit. ſine exceptione, 12. quæſt. 2.
vel tanquam communia pauperibus erogare, capit.
res Eccleſiæ, ead. quæſt. vt ſupra hoc lib. cap. 17. de fru-
ctibus benef. oſtendimus.

Secundò, quòd bona huiuſmodi conſeruanda
15 ſunt, atque tuenda, & ſi quæ debentur Eccleſiæ,
exigenda ſunt, aut recuperanda, non quidem per
contentionem, neque propria auctoritate, ſed per
Iudicem pacifice expoſcendo, vt colligitur ex cap. 1.
cum ſeqq. 16. q. 6 & ex c. 2 de præſcript. Quid verò de
eorum viurpatione, aut alienatione fuerit conſtitu-
tum in Capitulis ſeqq. oſtendimus.

16 Tertiò, quòd etſi conſeruanda bona Eccleſiæ Ca-
nones conſtituerint, ſi quis tamen per tempora ab
ipſis Canonibus definita rem eccleſiaſticam iuſto ti-
tulo, & bona fide ita poſſederit, vt nullo tempore
rem alienam eſſe cognouerit, poſſeſſionis tempore
impleto res illa à iuribus Eccleſiæ intelligitur auo-
cata, & poſſeſſori acquiritur, per tot. 16 quæſt. 4. cap.
ad aures, c. illud, c. vigilanti, c. ſi diligenti. de præſcript.
Tempus autem huiuſmodi poſſeſſionis, quamuis
olim eſſe videretur 30. annorum, c. 1. 16. q. 4. cap.
quæſitum. in fine, 1. quæſt. 3. ad quadraginta tantùm
hodie extenditur, cap. de quarta, d. cap. illud, de præſ-
cript. Cou. in reg. poſſeſſor. p. 2. num. 3. verſ. immò Pa-
dil. in l. 2. à num. 4. C. de ſeruitut. Monet. de decim.
quæſt. 9. numero 154. Mol. de iuſtit. tract. 2. diſp. 72.
à numero 1. Leſſ. eod. tract. lib. 2. capit. 6. dub. 8. nu-
mero 251.

17 Quæ quidem reſolutio de hodierna præſcriptio-
ne quadragenaria in rebus eccleſiaſticis deſiderata
procedit in rebus hoſpitalium, & aliorum piorum
locorum, quæ inſtituuntur in pauperum vſus, Tiraq.
de pia cauſa, priuil. 139. Couar. dict. p. 2. §. 2. num. 3.
18 Valaſc. con. 105. num. 42. Molin. d. diſp. 72. num. 3.
Et in vna Eccleſia præſcribente contra aliam, Rot.
deciſ. 208. num. 1. p. 1. recent. & in præſcribendo in
dotem Eccleſiæ dato, cap. ſicut, vbi gloſſ. de conſec.
19 Eccleſ. cap. ad aures, ibi, omnes prorſus, de præſcript.
Bald. de præſcript. 1. p. 5. num. 11. Pariſ. conſ. 27. nu-
mero 58. lib. 1. & in priuato, qui cum Eccleſia com-
munem habet rem aliquam indiuiſibilem, Bald. vbi
20 ſupr. num. 35. Abb. in d. capit. de quarta, num. 19. &
Pariſ. num. 17. Et tandem in Eccleſia, quæ ſucceſſit
priuato, cuius res immobilis præſcribi cœperat, ſiqui-
dem reſpectu temporis reſidui, quod deficit ad præ-
ſcriptionem complendam, potitur Eccleſia pro rata
ſuo priuilegio 40. annorum, ex Bart. Bald. Iaſ. n. 36.
& communi in Auth. quas actiones, C. de ſacroſ. Ec-
cleſ. Abb. conſil. 14. num. 2. lib. 2. & in dict. cap. de
quarta. num. 20. vbi Pariſ. num. 18. Balb. vbi ſupr.
num. 33. per text. quem prædicti expendunt in Auth.
quòd ſi. C. de longi tempor. præſcript. & reg. l. fiſcus. 6.
ff. de iure fiſci, contra gloſ. magnam in fine, in dict.
Auth. quas actiones, communiter reprobatam ex
Iaſ. quamuis eam ſequatur Mench. de ſucceſſ. creat.
§. 10. n. 41. ad med.

21 Intellige primò, vt procedat tantùm in rebus,
quæ principaliter, non in his, quæ ſecundariò per-
tinent ad Eccleſiam, vt per gloſ. verb. principaliter,
in cap. ad audientiam de præſcript. Secundò, intelli-
ge tantummodo locum habere in iis, quæ ſunt Ec-
cleſiæ quoad verum, & proprium dominium pro
quibus competit rei vendicatio: ſecus verò, ſi ſint il-
lius ratione quaſi dominij, pro quibus Publiciana
conceditur, ſufficit enim in iis tempus ordinarium,
ex Bald. in l. ſiue autem, §. ſi duobus, ff. de publ. in rem.
act. Angel. Imol. & aliis in l. vſucapionem ff. de vſu-
cap. Iaſ. in l. vltim. num. 13. & in d. Auth. quas actio-
nes, num. 2. C. de ſacroſ. Eccleſ. Bald. vbi ſup. num. 14.
Tertiò intellige obtinere tantùm in rebus immobi-
libus, & in his, quæ iuris cenſura tales intelligun-
tur, in quibus contra priuatos requiritur præſcriptio
decem, vel plurium annorum: ſiquidem & in his
etiam requiritur quadragenaria contra Eccleſiam,
& de iis tantummodo agunt text. in dict. capit. illud,
& in capit. ad aures, & in capit. de quarta, cum
aliis.

His conſequens eſt, quadragenariam præſcri- 22
ptionem non requiri in rebus Eccleſiæ mobilibus,
quamuis aliqui contrarium teneant, quorum ſen-
tentiam falsò dicit communem poſt Lign. Bellam.
in d. capit. illud n. 2. vel fortaſſe erat Communis ſuo
tempore, ſed non hodie. Conſequens itidem eſt
actiones temporales, quæ à lege ad certum breue
tempus tantummodo ſunt inſtitutæ, & contra priua-
tos ante decennium finiuntur, vt eſt actio redhibi-
toria, quantò minoris, prætoria, cum ſimilibus, de
quibus in tit. de ædilit. edicto, & l. 2. C. de ædilit. action.
& in princ. Inſtit. de perpetuis, & temporal. contra
Eccleſiam eodem breui tempore finiri, nec requiri
annos 40. vt intendit text. in Auth. hac Conſtitutione
in fine, ibi, nihil penitus, gloſ. verb. durantibus, in d.
Auth. quas actiones. vbi poſt alios Iaſ. n. 4. obſeruat
Abb. num. 9. & Burg. num. 57. in capite cùm cau-
ſam, de empt. dicentes id maximè notandum ad li-
mitationem totius ferè tituli de præſcript. Felin. in d.
capit. de quarta, in fine, Corſet. in ſing. præſcript. 2.
Balb. vbi ſupr. à numero 12. Denique intellige non
procedere in Romana Eccleſia, contra quam rerum 23
ipſius præſcriptio non niſi per centum annos admit-
titur ex priuilegio Imperatorum, & Romanorum
Pont. cap. fin. dict. 16. quæſt. 3. capit. ad audientiam,
& capit. fin. de præſcript. dict. Auth. quas actiones,
& dict. l. fin. C. de ſacroſ. Eccl. Boër. deciſ. 264. n. 24.
& 25. Couar. in d. reg. poſſeſſor. p. 2. §. 2. num. 3. Balb.
1. p. 5. à num. 16. Pinel. in Auth. niſi, num. 57. C. de
bonis matern. Molin. dict. tract. 2. diſp. 72. verſ. ſe-
cunda. num. 4.

Quartò, quòd vt faciliùs bona Eccleſiæ conſer- 24
uentur, non autem vſurpentur, aut præſcribantur,
eſt conſtitutum in cap. manifeſta. 12. quæſt. 1. vt ma-
nifeſta debeant eſſe ea, quæ ad Eccleſiam pertinent,
iis præſertim, qui circa Epiſcopos ſunt, Presbyteris,
& Diaconibus, vt ſi Epiſcopo tranſitus inopinatus
contigerit, res Eccleſiæ non depereant, ac propterea
Prælatis decedentibus prouidetur in cap. charitatem,
cum ſeqq. ead. quæſt. 2. per confectionem inuentarij,
aut œconomi inſtitutionem, vel Vicariorum depu-
tationem, ne interim, Sede vacante, bona & iura
eccleſiaſtica vſurpentur, & malè depereant, vt alibi
quoque attigimus, & in ſequenti capit. pleniùs
oſtendemus.

CAPVT XXIX.

De Bonorum eccleſiaſticorum vſurpatione, aut ſubtractione.

SVMMARIVM.

1 *Bona Eccleſiarum malè dilabi, aut vſurpari, vel indebitè alienari, canones non patiuntur.*
2 *Eccleſiarum bona quomodo conſeruanda?*
3 *Bona ſua vnaquæque Eccleſia deſtincta cognoſcat,*

cat, & ipsius Prælato nota esse debent.

4 *Inuentarium de bonis, & rebus Ecclesiæ quomodo conficiendum?*

5 *Bonorum custodia Episcopi defuncti ad quos spectet in Hispania?*

6 *Bonorum ecclesiasticorum raptores, fures, vel inuasores, aut vsurpatores, quas pœnas incurrant?*

7 *Excommunicatio ipso iure incurritur, à qua solus Papa dispensat, quando cum effractione spoliatur Ecclesia.*

8 *Immobilium rerum Ecclesiæ subtractio vbi prohibeatur? ostenditur.*

9 *Prælati ipsi, vel Rectores Ecclesiarum à propriis Ecclesiis surripientes, vel vsurpantes, quas pœnas incurrant?*

10 *Clerici bona Prælatorum decedentium subripientes, quas pœnas incurrant?*

11 *Ecclesia Cathedrali, vel Regulari, aut Collegiata vacante, si eius bona à Prælato dimissa, vel vacationis tempore obuenientia quis occupauerit, quas pœnas incurret, ostenditur.*

12 *Concilium Trident. aduersus præsumentes vsurpare bona Ecclesiæ, quas pœnas imponat? ostenditur.*

13 *Patronus bona Ecclesiæ, sui iurispatronatus, vsurpans, eo vltra alias pœnas priuatus existit.*

14 *Clericus bona Ecclesiæ vsurpare præsumens, vel vsurpationi assensum, vel consensum præstans, quas pœnas incurrat? ostenditur.*

15 *Crimen vsurpationis bonorum Ecclesiæ sacrilegij pœna, & excommunicatione, atque suspensione, interdicto, & priuatione dignum est.*

16 *Prælatus non tenetur vim vi repellendo resistere rapienti bona Ecclesiæ per vim, aut imperium.*

17 *Vsurpatio bonorum Ecclesiæ personis ecclesiasticis, non secus ac laicis, est interdicta.*

18 *Ecclesia vacante non permittitur Clericis illius quicquam de rebus Ecclesiæ pro labore accipere.*

1 IN Ecclesiarum vtilitatem, & clericorum, ac pauperum sustentationem bona Ecclesiarum malè dilabi, aut vsurpari, vel indebitè alienari Canones non patiuntur, sicut in præsenti, & *seq. capit.* est videndum.

2 Quia enim non tantùm à laïcis, verum etiam plerunque ab ipsis Clericis, aut Religiosis, necnon Prælatis aut Ecclesiarum ipsarum Patronis, bona, & res Ecclesiarum, præsertim verò vacantium, aut piorum locorum subtrahi, & vsurpari indebitè consueuerunt, vt insinuat text. *in capit. monemus, cum seq.* 12. *quæst.* 2. propterea non solùm sub Rectorum singularum Ecclesiarum cura, & administratione, & omnia sub dispositione Episcopi vniuscuiusque diœcesis esse debere, sæpiùs fuit constitutum, & signanter *in capit. Episcopus, cum seqq.* 12. *quæst.* 2. necnon Romani Pont. auctoritate cuncta gubernari, vt in aliis locis ostendimus: verùm etiam modus ac norma singulis Prælatis, atque Rectoribus est præscripta, qua valeant bona, & res cuiuscunque Ecclesiæ ab inuasionibus, atque vsurpationibus, siue subtractionibus defendere, ac conseruare.

3 Primò enim statuitur *in capit. sint manifesta,* 12. *quæstione* 1. vt vnaquæque Ecclesia bona sua distinctè cognoscat, & non solum vnius Ecclesiæ bona ab alterius bonis, sed etiam à Rectoris ipsius, vel Prælati rebus dignoscantur: ait enim text. proximè citatus: *Sint manifesta res propriæ Episcopi, & manifesta dominica, ne Ecclesia ob ignorantiam rerum Pontificis detrimentum patiantur:* ac propterea de acquisitis tempore Prælaturæ, quid Ecclesiæ nomine reseruandum, quidque inter propria ipsius Prælati sit annumerandum, Iura declarant *per tot.* 12. *quæst.* 3. *&* 4. *& in capit. requisisti, de testament.* Præterea, quia vacantibus plerunque Ecclesiis solent bona earum facilè deperire, non solùm ipsi Prælato ea nota esse debere, verùm etiam Presbyteris, atque Clericis suis, id est, Canonicorum Capitulo, est constitutum *in capit. manifesta.* 12. *quæst.* 1. Inferiorum 4
verò Ecclesiarum etiam maiori Prælato, aut earum patrono, vel aliis, si qui sunt, earum specialiter curam habentibus: mortuo autem Prælato, vel alia de causa ab Ecclesiæ prælatione remoto præcipitur *in capit. charitatem.* 12 *quæst.* 2. vt conuenientibus œconomis, cunctisque Clericis prioribus, siue Canonicis, aut aliis, ad quos spectare dignoscitur, inuentarium de bonis, & rebus Ecclesiæ conficiatur in quo omnia, quæ reperta fuerint, subtiliter describantur, nec quicquam de rebus ipsis quasi pro labore huiusmodi inuentarij conficiendi tollatur: quod quidem inuentarium coram Iudice ecclesiastico debet tantùm confici, vt in specie resoluit Franc. Marc. *Dolphin. dec.* 105. *part.* 1. Mart. *de iu-* 5
risdict. part. 4. *casu* 122. *numero* 16. quicquid dicant Cabed. *Lusit. decis.* 84. *part.* 1. Ceuall. *de cognit. per viam violentia, part. q.* 76. *numero* 13. sint autem omnia sub custodia Clericorum Ecclesiæ, aut eorum, qui ad id delegabuntur, vsque dum alius ordinetur Episcopus, vel Prælatus, vt disponitur *in cap. non liceat alicui,* 12. *quæst.* 2. licèt in regibus Hispaniæ, ad quos ius præsentandi, & nominandi ad Archiepiscopatus, & Episcopatus spectat, crederem bonorum custodiam Episcopi defuncti ad illos pertinere, vt docent Palat. *in introduct. rub. de donat. inter verum, & vxor. numero* 28. Cabed. Lusit. *decis.* 84. *part.* 1. *de patronatibus Regiæ Coronæ, cap* 37 *num.* 7.

Sanè contra rerum, aut bonorum ecclesiastico- 6
rũ raptores, aut fures, vel inuasores, aut vsurpatores, vt de crimine sacrilegij reos, pœnæ plurimæ statuuntur *in capit. nulli liceat, in fine, & in capit. prædia, & in capit. hæc huius, in fine, & in capit. in legibus.* 12. *quæstione* 2. *& in capit qui oblationes* 11. 2. *in fin.* 13. *quæst.* 2. Decian. *in tract. crimin. libro* 6. *capit.* 30. *in princ. & numero* 18. *&* 29. *cum seqq.* Petr. Gregor. *syntag. iuris, libro* 33. *capit.* 18. *numero* 2. Card. Tusch. *tom.* 7. *lit. S. concl.* 6. *à numero* 4. Ad quam sacrilegij speciem pertinet illud, de quo *in capit. con-* 7
questi, de sent. excom. quando, scilicet, cum effractione spoliatur Ecclesia, quo casu excommunicationem ipso iure incurri, à qua post denunciationem solus Romanus Pont. potest absoluere, Doctores communiter resoluunt; licèt aliàs non concurrentibus his duobus, scilicet spoliatione violenta, & effractione, nullam excommunicationem incurri probatur *in capit. vltim. de furtis,* vel sententia opus est, vt *in capit. conquestus, de foro comp.* prout hæc Iura conciliat Nau. *in Man. capit.* 27. *numero* 94. *vers.* 8. & post alios Salzed. *ad Bernard pract. cap.* 87. *lit. D.* & latè disputans communem testatur, & sequitur Suar. *tom.* 5. *de censur. disput.* 22. *à numero* 4. Sayr. *in simili tract. lib.* 3. *cap.* 29. *à num.* 14. quemadmodum etiam Iure Ciuili propter immanitatem criminis pœnam mortis impositam esse post Anchar. & Boër. *decis.* 254. *à num.* 5. comprobat Decian.

d. lib.

*d.lib.6.capit.33. num.15.*Petr.Gregor.*d.lib.33.c.15. num.14.*

8 Quomodo autem vsurpatio huiusmodi per plerosque Canones interdicatur, & damnetur, hîc breuiter ostendemus. Et de immobilium quidem rerum subtractione statuitur *in cap. quicunque militum, cum seqq. 12. quæst. 2. & cap. de rebus, ead.quæst.* vt quicunque militum, vel cuiuscunque ordinis, aut professionis persona prædia ecclesiastica à quocunque Principe sæculari: vel ab inuitis Episcopis, seu Abbatibus, aliisque Ecclesiarum Rectoribus susceperit, vel inuaserit, aut eorum consensu tenuerit, nisi eadem prædia Ecclesiæ restituerit, excommunicationi subiaceat. De nocturnis verò deprædatoribus, aut incendiariis, necnon de inuadentibus terras Ecclesiæ, vide *cap. cùm deuotissimam. 12.quæst.2. capit. si quis Ecclesiam. 17. quæst. 4.* Decian. *dict. capit. 33. num. 35.*

9 De his verò, quæ Prælati ipsi, vel Rectores Ecclesiarum à propriis Ecclesiis surripiunt, vel vsurpant, ita quidem statuitur *in cap. monemus, & in cap. non habentes. & seq. 12. quæst. 2.* vt nullus Episcoporum, vel sacerdotum, rem tituli sui vsurpare præsumat; sed neque Ecclesiæ redditus, qui exolui debentur, amicitiæ, vel timoris, aut muneris causa pertentet auferre, ne Ecclesia Dei ad nihilum redigatur: quod verò Ecclesiæ est iniustè ablatum, reddere compellatur. Qui verò de Ecclesiæ fructibus agros, vel prædia quæcunque sibi ipsis comparant tanquam rerum dominicarum inuasionis crimine teneantur, nisi admoniti eadem Ecclesiæ contulerint, vt habetur *in capit. 1. 12.quæst.3.* Et qui neglectis, aut diminutis Ecclesiæ suæ rebus quæstum sibi proprium auxerit, quicquid in rebus Ecclesiæ minuit, ille restituat, ex cuius rebus, vel fructibus suos conuictus fuerit ampliasse labores *capit. quicunque. 12, quæst. 4.*

10 De Clericis verò bona Prælatorum decedentium surripientibus sic quidem antiquitus statuebatur *in capit. hac huius, & in cap. non liceat, & in cap. illud. & in cap. de laicis. 12. quæst. 2.* vt defuncto Antistite, vel adhuc etiam in supremis agente nullus Clericorum, cuiuslibet ordinis, gradusve existeret, quicquam de domo eius rei mobilis, seu supellectilis, aut immobilis rei Ecclesiæ surripere auderet, aut conaretur inuadere, nihil furto, nihil dolo supprimens, auferens, aut abscondens: sed is, cui domus commissa est, subiunctis sibi vno, vel duobus fidelissimis, omnia vsque ad tempus substituendi Pontificis conseruaret. Quòd si quacunque occasione aliquis eorum, vel domini facultate quippiam abstulisset, aut dolo aliquo suppressisset, vt reus sacrilegij prolixiori anathemate erat condemnandus. Sed, si instrumenta aliáue scripturas, quibus Ecclesiæ possessio firma tenetur, supprimere, vel negare, aut auertere, vel fortasse tradere præsumpsisset quicquid inde damni illatum fuisset Ecclesiæ, de propriis facultatibus redderet, *c. si quis. de Clericis, 12. quæst. 2.* Postea verò magis specialiter hac de re sancitum fuit *in cap. general. de elect. lib. 6.* vt qui Ecclesiarum vacantium patronatus, vel iura quæcunque, aut bona, quæ sibi non competunt, vsurpauerint, aut occupare præsumpserint necnon Clerici, & Religiosi id fieri procurantes, excommunicationem ipso iure incurrant: qui vero Clerici, cùm deberent, se talia præsumentibus non opposuerunt, è fructuum perceptione Ecclesiarum ipsarum pro rata temporis, quo culpabiles hac in re extiterint, suspenduntur.

11 Vacante verò Cathedrali, aut Regulari, vel Collegiata Ecclesia, singulares personæ, Capituli, vel Conuentus, quæ bona ipsarum Ecclesiarum à Prælato dimissa, vel vacationis tempore obuenientia occupauerint, inter se diuiserint, surripuerint, dilapidauerint aut consumpserint, ab officiis, & beneficiis eo ipso suspensionem incurrunt, in'eáque persistunt, donec plenè restituerint, quicquid de bonis perceperint supradictis, vt habetur *in capit. quia sæpè, de elect. lib. 6.* tangit Suar. *tom. 5. de censur. disp. 28. sect. num. 6.* Prælati verò, aut qui collationem, vel præsentationem dignitatum, vel beneficiorum inferiorum obtineant, si cùm ea vacare contigerit, bona in ipsis inuenta, aut vacationis tempore obuenientia occupare, aut in vsus suos conuertere quoquomodo modo præsumpserint, nisi id aliquo iure, vel ratione eis probetur competere, (quo etiam casu intelliguntur posse occupari, quæ solutis debitis, aut necessariis oneribus supportandis, superfunt.) si Episcopi sint, ab ingressu Ecclesiæ; cæteri verò ab officio, & beneficio vsque ad restitutionem suspenduntur, vt dicitur *in cap. præsenti, de offic. Ordin. lib 6.* Boër. *dec. 340.num.2.* vbi dicit, quòd hic text. proximè citatus loquitur generaliter in omnibus, & quibuscunque Ecclesiis alicui subiectis, seu ad collationem, ordinationem, præsentationem, vel custodiam, &c.

Sed & Tridentinum Conc. *sess. 22. de reform. cap. vltim.* de huiusmodi rebus decreuit, vt si quis Clericorum, vel laicorum, quacunque is dignitate, etiam Imperiali, aut Regali præfulgeat, alicuius Ecclesiæ, seu cuiusuis beneficij ecclesiastici, aut quorumcunque piorum locorum, & Montium Pietatis, iurisdictiones, bona, census, ac iura etiam feudalia, fructus, emolumenta, seu quascunque obuentiones, quæ in ministrorum & pauperum necessitates conuerti debent, quocunque modo, vel via, aut arte, vel colore in proprios vsus conuertere, illósque vsurpare præsumpserit, seu impedire, ne ab iis, ad quos de iure pertinent, percipiantur; is anathemati tandiu subiaceat, quandiu ea omnia, quæ ad eum quoquo modo peruenerint, etiam ex donatione suppositæ personæ, Ecclesiæ, eiúsque administratori, siue beneficiato integrè restituerit, ac deinde à Romano Pont. absolutionem obtinuerit; de quo Villagut. *de rebus Eccles. restituen. lib. 2. c. 2. n. 5. cum seqq.* Azeued. *l. 11. num. 2. tit. 2. lib. 1. Recop.* Suar. *tom. 5. disp. 22. sect. 6. num. 22.* Sayr. *de censur. lib. 5. cap. 31. n. 26.* Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 9. cap. 17. quæst. 10. in med.* Vgolin. *de officio Episcopi, cap. 8. §. 4. n. 1.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 30. tract. 3. n. 154. vers. 13.* Franc. Leo *in thesauro fori eccles. p. 1. cap. 15. num. 44.* Paul. Comitol. *respon. moral. lib. 6. quæst. 23. n. 2.* Et addit Octau. Glorit. *resp. 12. num. 7.* hodie huiusmodi vsurpantes iurisdictionem, fructus, redditus, aut prouentus pertinentes ad ecclesiasticas personas ratione Ecclesiæ, seu beneficiorum, incidere in censuram Bullæ Cœnæ reseruatam, Vtrùm autem requiratur, vt tales habeant scientiam, quòd prædicta bona occupata sint Ecclesiæ; vide Aloys. Ricc. *in decis. Curiæ Archiepis. Neapol. decis. 51. part. 4.* vbi *decis. 303.* disputat. qualiter hæc sententia probetur? 13

Quòd si eius Ecclesiæ patronus fuerit, etiam iurepatronatus vltra prædictas pœnas ipso iure priuatus existat, vt statuitur *in dict. cap. vltim. Concily Trid.* Galler. *in Margarita casuum Conscient. verb. iuspatronatus pen.* quem refero Ego ipse *in collect. ad cap. prætereà. num. 3. de iurepatron.* Franc. Leo *in thesauro fori eccles. p. 2. c. 21. n. 31.* Vivian. *in praxi iurispatron. p. art. 3. lib. 15. cap. 3. num. 1.* Clericus verò, qui huius- 14

modi

modi crimen facto, vel consilio, aut assensu commiserit, eisdem pœnis subiaceat, & quibuscunque beneficiis priuatus sit, ad quæcunque alia beneficia obtinenda inhabilis efficiatur, & à suorum Ordinum executione, etiam post integram satisfactionem, & absolutionem arbitrio Ordinarij suspendatur, Concil. Trid. *d.cap.vltim.* Nau. *in Man cap.23. n.110.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.30. tract.3.n.254. in fin.* Molsef. *in sum.Theolog.moralis, tract.6. c.7.n.39.*

15 Est ergo ex his, quæ vidimus, annotandum, quòd adeò Canones rerum ecclesiasticarum vsurpationem damnant, & execrantur, vt etiamen hoc sacrilegij pœna, & excommunicatione, atque suspensione, interdicto, ac priuatione, dignum existiment, imò etiam homicidij pœna eos teneri iudicat Stephanus Papa *in c.1. 12.quæst.2.* dum ait: *Qui Christi pecunias, & Ecclesiæ aufert, fraudat, & rapit, vt homicida in conspectu Iudicis deputabitur.* Nec per se tantùm rapientes, aut occupantes; verùm & ij, qui consilium, vel opem, & assensum præstiterint, necnon hi, qui eùm debeant, se non opposuerint, pœnis similibus condigni iudicantur.

16 Hac tamen in re illud notandum videtur, quod docet Ambros. Prælatum scilicet, non teneri rapienti per vim, aut imperium resistere, vim vi repellendo: ait enim *in cap.si tributum.11.q.1. Si tributum petit Imperator, non ei negamus, agri Ecclesiæ soluunt tributum: si agros desiderat Imperator, potestatem habet vendicandorum, tollat eos, si libitum est; Imperatori non dono, sed non nego.*

17 Præterea, etsi personæ ecclesiasticæ plus iuris in bonis Ecclesiæ, quàm laici probentur habere; earum tamen vsurpatio eis, non secus ac laicis, est interdicta, quin potius grauioribus pœnis eos, quàm laicos pro huiusmodi crimine afficiuntur, vt vidimus; cùm earum cura, & administratio ipsis sit credita, & nihil inde quàm sibi ad victum necessaria quotidie assumere valeant, *cap. Episcopus & cap. ex his 12.quæst.1.* Vnde Symmachus Pappa, *in cap. indignè. 12.quæst.2. Indignè,* inquit, *ad Altare Dei properare permittitur, qui res ecclesiasticas audet inuadere, aut iniustè possidere, aut iniqua, vel iniustu defensione in eis perdurat. Valdè ergo iniquum,* inquit, *& ingens sacrilegium est, vt quæcunque, vel pro remedio peccatorum, vel salute, vel requie animarum suarum vnusquisque venerabili Ecclesiæ contulerit, aut certe reliquerit, ab iis, quibus hæc maximè seruari conuenit, id est, Christianis, & Deum timentibus hominibus, & super omnia à Principibus, & primis regionum in aliud transferri, vel conuerti permittatur.*

18 Sed neque Gregorius Pontifex *in d.cap. charitatem, 12.quæst.2.* quicquam de rebus Ecclesiæ ab ipsis Ecclesiæ Clericis pro labore accipi vacante Ecclesia permittit, vt vidimus: quod tamen alterius ciuitatis, vel Parochiæ Clericis pro ea laborantibus videtur permittere *ibidem, vers. visitatores.* Hoc autem maximè Prælatis maioribus interdicitur, scilicet, Ecclesiarum, præsertim subiectarum sibi, bona vsurpare, ne maiores, inquit text. *in c. nulli Episcoporum, 12. quæst.1.* enormiter locupletentur, & minores inde pauperes inueniantur.

Denique qui res, aut bona Ecclesiarum malè vsurpauerit, aut detinuerit, Ecclesiæ satisfacere est compellendus, Petr. Greg. *de Republ.lib.3.capit.7. num.17* & plenius *in sequenti cap.* ostendimus. Et de nonnullis Principibus, qui propter ecclesiastica iura per ipsos violata grauiter, & horribiliter fuerunt puniti, Boet.Epo *lib.1.de Regalib.num.256.& seq. pag.160.* & notabilis est casus, quem refert Petrus venerabilis Abbas Cluniacensis *lib.2. de miraculis,* his verbis. *Comitem Matisconensem, qui occupabat tyrannicè res Ecclesiarum, fuisse raptum ritu solemni à dæmone, qui in forma equitis cum equo nigro venit, ingressus eius domum, ostio tum eduxit inuitum, iussit equum conscendere, inque aera sublimauit, nec vnquam postea comparuit,* &c. & ex Tritem. *lib.1.annalium Francor,* non dissimilem casum Dagoberti Regis Galliarum refert Petr. Gregor. *de Repub. lib.13. capit.17. num.16. & 18.* & Martin. Magnet. *de aduocat.armat.cap.5. num.125.& cap.9. num.513.* Bobadil. *in politica p.2.c.18. n.325.*

CAPVT XXX.

De Rerum ecclesiasticarum alienatione.

SVMMARIVM.

1 *Alienationem rerum ecclesiasticarum sacri prohibent Canones.*
2 *Alienationis verbum continet omnem actum, per quem dominium transfertur.*
3 *Ecclesia quomodo inceperit bona possidere?*
4 *Diuisio materiæ.*
5 *Alienare res, aut bona Ecclesiæ sua, nullus olim poterat, inconsulto Episcopo.*
6 *Papa non licet pro qualibet iniusta necessitate, & sine causa res Ecclesiæ sibi à Christo concreditas impiè dissipare.*
7 *Tractatus debet præcedere alienationem.*
8 *Consensus, atque subscriptio Capituli, aut aliorum, ad quos pertinet, est requirenda in alienatione rerum Ecclesiæ.*
9 *Ecclesia, cuius bona alienantur, si fuerint iurispatronatus laicorum, eorundem consensus exigendus est in huiusmodi alienationibus.*
10 *Regularium bona, & quando alienari possint?*
11 *Causæ, ex quibus possunt res Ecclesiæ alienari quatuor sunt.*
12 *Alienari possunt res Ecclesiæ, si vrgeat æs alienum, aut alia similis causa necessitatis extremæ.*
13 *Alienatio rerum Ecclesiæ propter vtilitatem fieri potest.*
14 *Paterfam. bona ad nuptias filiorum alienari prohibita causa maioris vtilitatis distrahere potest.*
15 *Alienare potest rem Ecclesiæ legitimus administrator subsistente euidente vtilitate, etiamsi res Ecclesiæ donata sit cum conditione, ne alienentur.*
16 *Vtilitas Ecclesiæ debet plenè probari, & non stare assertioni alienantis.*
17 *Vtilitas Ecclesiæ de tempore alienationis debet probari euidens.*
18 *Ecclesiæ res alienantur ob pietatem.*
19 *Res si sit magis Ecclesiæ damnosa quàm vtilis rectè alienatur, etiam sine solennitate, dummodo id suadeat necessitas.*
20 *Res Ecclesiæ quando in emphyteusim concedi possint? ostenditur.*
21 *Bona in emphyteusim concedi solita quando dicantur?*

22 Con

22 *Contractus emphyteuticus de rebus Ecclesiæ, vt validè fiat, quæ requirantur.*
23 *Res ecclesiastica quando possit perpetuò in emphyteusim dari*
24 *Generationes quomodo intelligantur, quando res datur in tertium, vel quartam generationem?*
25 *Feudum ex rebus Ecclesiæ quomodo constituendum?*
26 *Feudum quid sit?*
27 *Precaria de rebus Ecclesiæ fieri non possunt.*
28 *Fideiussiones de rebus Ecclesiæ ab antecessoribus factæ, quomodo obligent successores?*
39 *Bona Ecclesiæ pignori, aut hypothecæ obligari quando possint?*
30 *Locari res Ecclesiæ in perpetuum, vel ad longum tempus non potest, sed hodie nec vltra triennium.*
31 *Locationes rerum ecclesiasticarum, quæ repræsentata pecunia, atque anticipatis solutionibus fiunt in præiudicium successorum, in beneficio fieri prohibentur.*
32 *Iurisdictiones ecclesiasticæ aliis locari, aut facultates nominadi, vel deputandi Vicarios in spiritualibus à conductoribus per se, vel per alios exerceri prohibentur.*
33 *Cancellariæ Episcopalis redditus locari non possunt.*
34 *Emolumenta tempore vacationis Sedis Episcopalis prouenientia ex iurisdictionne, & sigillo, aut aliàs vndecunque, neque ad Vicarium, neque ad Capitulum spectant, sed debent futuro successori reseruari.*
35 *Pactum in locationibus in præiudicium alterius Ecclesiæ appositum nullam obligationem inducit.*
36 *Decimarum fructus laicis locari possunt.*
37 *Ecclesiæ ipsæ laicis prohibentur locari.*
38 *Permutare potest Episcopus terras duarum Ecclesiarum suæ diœcesis inuicem, ambarum partium accedente consensu.*
39 *Permutationes in damnum Ecclesiæ, aut sine causa fieri omninò prohibentur.*
40 *Solemnitates eædem requiruntur in transactione super re Ecclesiæ, aut minoris, quæ requiruntur in alienatione, nisi minor retineat, licèt aliquid det, vel faciat.*
41 *Transactio de re Ecclesiæ, & minoris valet propter dubium litis euentum, etiam non probata Ecclesiæ vtilitate.*
42 *Legatum, vel hæreditatem suæ Ecclesiæ relictam potest solus Prælatus repudiare.*
43 *Serui inutiles alienari permittuntur.*
44 *Præbenda quoque, seu beneficia, & bona, quæ dicuntur de mensa, alienari prohibentur.*
45 Extrauag. Ambitiosæ, *dispositio*
46 *Alienantes bona Ecclesiæ, quas pœnas incurrant?*



1 POST bonorum ecclesiasticorum vsurpationem, de eorum alienatione videamus. Qua in re primo loco sciendum est quòd sicut prohibent Canones rerum, & bonorum ecclesiasticorum vsurpationem, vt proximo cap. ostendimus, ita quoque eadem de causa eorum alienationem interdixerunt, vt 10. *q.* 2. *per tot. c. res in Episcopatu, c. Diaconi, cum multis seqq.* 12. *quæst,* 2. *& per totum tit. de rebus Ecclesiæ alienan. vel non*, ita vt nulli liceat rem Ecclesiæ suæ, præsertim immobilem, alienare, siue etiam mancipium fuerit, neque pignori, aut specialis hypothecæ titulo obligare, *cap. nulli liceat, de rebus Eccles. non alien.* nec aliquid de rebus Ecclesiæ sibi creditis commutare, vendere, vel donare, *dict. can. Diaconi. & can. precaria,* 12. *quæsti* 2, aut quoquo modo distrahere, *cap. quicquid. cum seqq. eadem causa, & quæst. can.* 1. 10. *quæst.* 2. Alienationis nanque verbum hac in re latè accipitur vt contineat non solùm venditionem, & donationem, sed etiam permutationem, & emphyteusim, *can.* 1. 10, *quæst.* 2. *can. alienationes. & c. sine exceptione.* 12. *quæst.* 2. *dict. cap. nulli liceat. de rebus Eccles. non alien.* vbi glos. & Panor. & sic omnem actum per quem dominium transfertur *l. alienationis verbo. ff. de verbor. signific. l. fin. C de rebus alienis non alienandis. l.* 1. *C. de fundis dota.* Card. Tusch. *pract. concl. tom.* 1. *lit. A, concl.* 157. *per tot.* Surd. *decis.* 102. *num.* 21. *& decis.* 278. *n.* 2. *& decis.* 326. *num.* 27. & plures alij per me citati *in tract. de appellatiua verbor. vtriusque iuris significatione, appell.* 14 *num.* 1.

Huius prohibitionis ratio vt euidenter pateat, tria sunt nobis tempora consideranda. Primum illud fuit, quo in primitiua Ecclesia, feruescente calore Fidei confluentes ad eam sequebantur Christi consilium, iuxta illud sacri eloquij relatum *in cap.* 4. *Actor. Si vis. perfectus esse,* &c. probat etiam *can. sinnus. cum seqq.* 12. *quæst.* 1. vendebant omnia bona sua, & portabant, ac ponebant pretium ante pedes Apostolorum, & ex illo victus ministrabatur omnibus Christi fidelibus communem vitam degentibus. Secundum tempus fuit, quo Christiani cœperunt habere bona, & fuit statutum per Sacerdotes, & Leuitas, quòd non amplius venderentur prædia, sed Ecclesiis traderentur, vt ex illorum fructibus & prouentibus victus Christi fidelibus indigentibus, & ministris subministraretur. *can. expedit, cum multis seqq.* 12. *quæst.* 1. Tertium tandem tempus fuit, quo Clerici cœperunt habere bona propria, & tunc de redditibus Ecclesiæ non sustentabantur; quinimò, & administratio rerum ecclesiasticarum fuit restricta Episcopis, ne possint alienari, nisi de Ecclesiarum consilio, & vt meliora prospicerent: crescente enim auaritia, necessarium fuit huiusmodi interdictum, & hoc tempore nunc vtimur. Hanc temporum distributionem adnotant Redoan. *in tract. de rebus Eccles. non alien. quæst.* 3. *n.* 32. *& seq.* Panor. *in disputat. incip. Titius; & in cap. postulasti, nu.* 4. *de rescript.* Sot. *de iustit. libr.* 7. *quæst.* 4. *art.* 5. Cast. *in libro contra hæreses, verb. Ecclesia, hæresi* 4. Simanch. *de institut. cathol. cap. de Papa, numero* 15. Vnde iustissimum visum fuit, vt quandoquidem bona Ecclesiæ non erant alicuius particularis, sed in communi ordinata ad pauperum, & ministrorum vsum, faciléque dissiparentur; solent enim communia negligi argum. *l.* 2. *C. quando, & quibus quarta pars, lib.* 10. interdiceretur Prælatis de illis aliquo modo disponere, vt etiam in legibus ciuilibus circa res minorum fuerat interdictum, vt patet ex titulis de rebus eorum, ne tamen quod in gratiam Ecclesiarum inuentum erat, in odium, & damnum redundaret, obuiante *l. quod fauore. ff. de reg. iuris. & cap. quod ob gratiam, eod. tit. in* 6. 3

Sed, vt tota hæc materia clarè explicetur, videndum est in primis, quæ personæ alienare res Ecclesiæ non valeant, & quo alienationis genere non possint: item quæ res verè alienari prohibeantur, & nunquid hoc semper & indistinctè sit verum: & demum, quæ pœna malè alienantibus fuerit constituta. 4

5 Materiam hoc ordine explicantes aduertimus, quòd olim nullo poterat res, aut bona Ecclesiæ suæ inconsulto Episcopo alienare. *capit. Abbatibus, cap. placuit. 12. quæstione secunda.* Episcopus verò eas tantùm res Ecclesiæ alienare, aut subditis alienandi facultatem concedere poterat, quæ Ecclesiæ plus incommodi, quàm vtilitatis afferrent, aut ea de causa, vt meliora prospicerent, *capit. sine exceptione, cum sequent. capit. non liceat Papæ 12. quæstione secunda*, aut si de Propriis rebus tantum Ecclesiæ contulisset, quantum alienare voluerit, *capit. si quis qualibet, eadem causa, & quæst.* sed neque id poterat Episcopus facere absque consensu Capituli, *d. capit. placuit.* Eadem quoque lex

6 Romano Pont. circa res Apostolicæ Ecclesiæ ponitur, teste Symmacho Papa in *d. capit. non liceat Papæ:* quod tamen videtur decidere non licere Papæ pro qualibet iniusta necessitate, & sine causa res Ecclesiæ sibi à Christo concreditas, vt prudenter, & fideliter dispensarentur, impiè dissipare, & hoc pacto intelligendi sunt Archid. & antiqui Doctores asserentes Papam non posse citra graue peccatum temerè Ecclesiæ bona largiri consanguineis, vt per Archid. *in capit. 1. dist. 10.* Extollit hoc Panorm. *in capit. constitutus. col. 3. de relig. domib. & in capit. dudum. il 2. col. pen. in fino, de elect.* Felin. *in capit. qua in Ecclesiarum. num. 44. de constit. & in capit. ad audientiam. num. 2. de praescript.* Dec. *in capit. Episcopus. numero octauo. de prebend.* Sed, quoniam non recto iudicio plerunque bona Ecclesiarum in graue earum damnum etiam ab Episcopis alienabantur, fuit postea constitutum, vt nullus, inconsulto Romano Pont. quamlibet alienationem facere posset, sicut inferius ostendemus,

7 Nec est ignorandum aliquam fieri distinctionem inter absolutam alienationem (veluti venditionem, aut donationem,) & permutationem, infeudationem, emphyteusim, locationem, & pignoris, aut hypothecæ obligationem, vt ex infrà dicendis clariùs apparebit. In ea ergo alienatione, quæ per venditionem, aut donationem liberam fieri debet, antequam Romani Pont. esset necessaria auctoritas, certa forma seruanda fuerat instituta, vt, scilicet, primo tractatus præcederet, an expediret Ecclesiæ, nécne, vel causa legitima extaret, vt *in Authentica, hoc ius porrectum. Cod. de sacrosanct. Eccles. cap. sine exceptione. 2. quæst. 2. cap. 1.* iuncta glos. *de rebus Ecclesiæ non alienandis, lib. 6.* Rebuff. *in compend. alienatione, numero vndecimo, cum sequentibus, & à numero 81.* Couar. *var. libr. 2 capit. 17. numero primo.* Redoan. *de rebus Ecclesiæ non alienandis, rub. dict. tractatu.* Seraph. *decis. 108. sub numero sexto.* Theodos. de Rubeis *singul. Rota tom. 2. part. 4 circa alienationem rerum Ecclesiæ obseruat. 6. §. 7.* vbi dicit quod vnus tractatus sufficit & *in compendio alienat. eccles. num. 174. & numero 178.* Ciarlin. *controu. cap. 195. numero 4.* Est enim tractatus consultatio de facienda alienatione, & an expediat, & quæ res potius alienari debeant, ita Rebuff. *in compendio alienat. num. 11. & 81. cum sequentibus.* Auendan. *de exequend. mand. cap. 4. num. 34.* Petr. Gregor. *syntagm. Iuris lib. 25. cap. 8. numero 9.* Rodoan. *de rebus Ecclesiæ non alienandis, quæst. 23. per tot.* Se-

8 cundò, vt consensus, atque subscriptio Capituli, aut aliorum, ad quos pertinet, esset requirenda, *dict. cap. sine exceptione, cap. 2. & cap. pastoralis, de donat. cap. 1. & cap. tua. de his, quæ fiunt à Prælat. cap. vt super. §. fin. de rebus Eccles. non alienan.* præcipuè in alienatione bonorum mensæ Episcopalis separatæ à mensa Capituli, quia tunc requiritur consensus Capituli glos. *verbi defensore in fi. c, in c. 1. de rebus Eccles. non alien.* vbi Gemin. *n. 7 in fine*, & Franc. *n. 20.* Theodos. de Rubeis *in d. compendio alienat. n. 167.* Et sic omnes capitulares generaliter sunt citandi. Franc Marc. *dec. 779. n. 8 p. 1.* Azeued. *ad Curiam Pisan. lib. 2. c. 2. n. 6.* Et debet de hoc præcisè constare, non illatiuè, Roland *cons. 90. n. 37. & 38. lib. 1.* Surd. *cons. 431. n. 69* Castil, *quotid lib 4. c. 44. n. 30.* Et in huiusmodi congregationibus debent interuenire duæ partes saltem ex tribus Capitularium *il. nulli*, vbi DD *ff. quod cuiusque vniu. nom.* Rol. *d. cons. 90. n. 19.* Alex Trentacinq. *var. resol. lib. 1. tit. quod cuiusque vniu. num. resol. 1 n. 3.* Card. Mantic. *de tacitis & ambig conuent. lib. 4. tit. 7. n. 10.* Tertiò, vt Superioris adesset auctoritas, veluti Episcopi. *c. in venditionibus. 17. q. 4.* Archid. *in d. c. in venditionibus. 17. q. 4.* Imol. per tex. ibi *col. 8. in c. 1. de rebus Eccles. non alien.* Cou. *lib. 2. var. c. 17. n. 1.* Theodos. de Rubeis *vbi supr. §. 7.* intellige de Episcopo dicecesis in qua Ecclesia sita est, & non debet interuenire auctoritas Episcopi sub cuius territorio res sitæ sunt, ita contra plures à se relatos resoluit Hormosil. *in addit. ad Gregor. Lopes part. 5. tit. 5. l. 4. glos. 8. princ.* Cæterùm, si Ecclesiæ, cuius bona alienantur, fuerint iurispatronatus laicorum, eorumdem consensum exigendum esse in huiusmodi alienationibus, dicunt (licèt non probent, nec obseruetur in praxi) Ioan Andr. *in addit. ad Specul. tit. de empt. §. nunc videndum. vers. cæterum* Card. *in Clem. 1. col. 2. de decim.* Dec. *cons. 174. in fin.* Rebuff. *in comment. ad d. c. sine exception. in glos. verb. ad tractatum, pag. 112.* 9

In Regularibus autem non exemptis seruabitur idem, quod in Ecclesiis inferioribus, & satis significat *Clem. 1. de rebus Eccles. non alien*, dicens, quod sine Prælatus habeat Conuentum, siue non, nihilominus consensum sui Superioris exigere debet; tametsi aliter intelligatur illa verba à Doctoribus ibi. *Quod si sint exempti Prælati, immediati Superioris* (qualis Prouincialis, vel Minister aut Summus Pont.) *auctoritas requiritur:* succedit enim huiusmodi Prælatus immediatus loco Episcopi, secundùm Panor. *in Clem. ne in agro. §. ad hæc de statu monach.* Innoc. & Imol. *in c. statuimus, de transact* Cassan. *in consuet. Burgund. rub. 9. §. 9. n. 26* In alienatione bonorum monasterij requiruntur consensus Conuentus, vel Congregationis generalis, Bertachin. *de Episcopo lib. 4. p. 4. q. 39. num. 113* Rebuff. *de alienat. rerum Eccles. num. 82.* Roderic. *d. tit. de tractatu.* Et licèt eorum aliqui bona ex particularibus priuilegiis alienare possent, quæ referunt Fr. Emman. *in collect. priuil. p. 459.* Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori eccles. resol. 53. num. 3. & 4.* Tamen S Congr. Conc. *sub die 7. Septembris, 1624 iussu S. D. N. Vrbani VIII. illa prohibuit omnium rerum, & bonorum immobilium, & pretiosorum mobilium alienationem*, cuius decisionis meminit *d. alleg 95. post num. 60. in impress. Lugdunen.* Alienatio enim rei Ecclesiæ, vbi fit ex causa necessitatis, illi statur qualemcunque exitum habeat, dummodo sit vtiliter cœpta. *l. sed an vltro §. 1. ff. de negot. gestis.* Si verò fiat ex causa vtilitatis, non sufficit eam vtiliter cœptam sed requiritur Ecclesiam fieri locupletiorem, *l. si pupilli. in princ ff. de neg. gest.* Rota *decis. 65. num. 4. part. 2. diuers.* Theodos. de Rubeis *in d. compendio alienation. rerum ecclesiast. num. 90. & 91. pag. 249.* 10

Causæ autem, ex quibus possunt res Ecclesiæ alienari, quatuor à Doctoribus referuntur, videlicet, Ecclesiæ necessitas, & vtilitas, pietas quoque, 11

atque

atque incommoditas. In alienationibus bonorum ecclesiasticorum requiruntur duo copulatiuè, & solemnitas, nempe beneplacitum Apost. & causa nempè necessitas euidens ac indubitata, cap. 1. de rebus Eccles. non alien. libro 6. Donat. Anton. de Marinis resol. Iur. cap. 6. per tot. Castr. Palao. tract. 11. disp. vnic. §. 2. n. 1. & seqq. Surd. cons. 181. num. 14. Rot. dec. 160. n. 1. & decis. 178. num. 1. & 10. par. 2. diuers. & dec. 430. n. 1, & 10. par. 2. diuers. 178. num. 1. & 4. p. 2. recent.

12 De Iure alienari, possunt res Ecclesiæ, si vrgeat æs alienum, aut alia similis causa necessitatis extremæ, d. Auth. hoc ius porrectum, quæ habeatur etiam in cap. hoc ius 10. q. 2. cap. ad nostram, de rebus Eccles. non alien. Piasec. in praxi Episcop. p. 2. c. 5. n. 32 vers. esset item Quaranta in sum. Bullarij, verb. alienatio rerum Ecclesiæ, n. 42. Vgolin. de potest. Episcopi c. 14. §. 7. n. 5. vers. tertio.

13 Ita etiam propter vtilitatem potest fieri alienatio, vt scilicet, res melior, atque etiam vtilior habeatur, d. cap. hoc ius. nouissimè Theodos. de Rubeis vbi supra obseruat. 8 pag. 237. & infra de permutatione dicemus; & sic à simili, paterfam. bona aduentitia filiorum alienari prohibita, causa maioris vtilitatis distrahere potest, l. fin. §. pen. vers. non autem. C. de bonis, quæ lib. ibidem in prodigo, cui bonorum administratio interdicta est. lege is, cui bonis. ff. de verb. obligat. lege cui bonis, ff. de nouat. in tutore adest text. in l. si pupillorum. §. vlt. ff. de rebus cred. & in lib. res, quæ tutores. vers. iam. ergo. C. de admin. tutor. in bonis dotalibus est text. in lib. ita constante. & in l. mutus, vers. manente ff. de iure dot. Varia species in materia prosequuntur, Rodoan. d. tract. q. 19. numero 98. cum seqq. Tiraq. de iure mariti glos. 8. n. 57 Pinel. in l. p. 3. n. 31. C. de bonis mat. Couar. var. lib. 2. c. 26. n. 8 & c. 17. n. 2. Molin. de primog. lib. 4. c. 4. & c. 6 d. princ.

14 Amplia, resolutionem procedere, etiamsi res Ecclesiæ donata sit cum conditione ne alienetur: adhuc enim, siue prohibitio alienationis fiat à lege, siue ab homine, in dubio legitimus administrator, subsistente euidente vtilitate, rem potest alienare, vt tenent in specie Aretin. cons. 25. numero 5. Claud. in l. filiusfam. §. diui. col. 3. ff. de legat. 1. Bald. in Auth. res quæ num. 23. C. commun. de leg. Rodoan. vbi sup. etenim cùm alienatio in hac specie prohibita non censeatur, sed potiùs ex mente prohibentis permissa, nec defectus intentionis possit considerari, ratione cuius speciale mandatum requiratur, iuxta text. in l. transactionis, C. de transact. glos. recepta verb. mandato, in capite qui ad agendum, de procurator. in 6 rectè fit, vt si aliàs ritè celebretur hoc est, obseruatis solennitatibus iure requisitis, valida sit: iuuat reg. c. peruenit, il. 2. de iureiur. & in capite scriptura, de voto. insuper reg. glos. receptæ in libro tale pactum § fin ff. de pactis, scilicet id, quod disponens verisimiliter disponeret, si de eo cogitasset debet pro disposito haberi, quam in id expendit Mol. de primog. lib. 4 cap. 4 numer. 6. Quamuis glos. vlt. in fin. vers. alij dicunt, in cap. verum, de condit. appos. recepta ex Alex. in d. § Diuus, num. 11. teneat veriorem esse eorum sententiam, qui constituunt rem Ecclesiæ donatam, ne alienetur, non posse, etiam in casu alias permisso, alienari, quantumcumque necessitas vrgens, ac subinde euidens vtilitas occurrat.

15 Vtilitas Ecclesiæ debet esse manifesta, Giouagn. cons. 22. numer. 14. lib. 2. Ciarlin. contron. cap. 105. 48. itaut conditio Ecclesiæ patenter melior fiat & locupletior, Cæs. de Grassis decis. 4. numero 7. sub. hoc tit. Rot. 65. num. 48. 10 & 23. & decis. 367. num. 5. & 7. par. 5. diuers. & decis. 243. num. 5. apud Paul. de Rubeis tom. 3. diuers. 5. & tam plenè probari, vt non stetur assertioni alienantis, Bart. in l. si facto, ff. de castren. pecul. Feder. de Senis con. 143. circa fin. Alex. cons. 160. num. 5. lib. 6. Roland. cons. 15. num. 19. libro 1. Rot. decis. 181. numero 3. par. 1. & decis. 475. num. 1. ead. part. 1. diuers. nec sufficit, quòd negotium vtiliter sit receptum; sed requiritur Ecclesiam fieri locupletiorem. l. si pupilli. in fin. ff. de negot. gestis Archid. in d. cap. sine exceptione, numero 5. in gloss. sed nonne. 12. q. 2. & ibi Laurent. de Rodulph n. 14. & eam referunt. Laurent. de Peyrinis de priuil. Regul. ad constit. 8. Vrban VIII. pag. 35. nouissimè Ciarlin. controuersi forensium iudiciorum cap. 105. numero 119. & illius tenor talis est. *Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini interpretum rerum experimento edocta quantum Religiones accipiant detrimenti ex bonorum immobilium & pretiosorum mobilium detractionibus, quas crebro faciunt Regulares Apostolicis priuilegiis innixi, ac proinde operæpretium putans illorum facultatem aliqua ratione compescere: speciali Sanctissimi Domini nostri iussu Generalibus, & Prouincialibus Capitulis, vel Congregationibus, Abbatibus, Generalibus, & quibuscumque aliis Superioribus Regularibus cuiusuis Ordinis, Congregationis, Societatis, instituti intra fines Europæ existentibus omnium rerum & bonorum immobilium, ac pretiosorum mobilium alienationem, omneque pactum, per quod ipsorum dominium transfertur, census perpetuos, seu vitalitios, hypothecam, locationem, & cõductionẽ vltra triennium, concessionem in feudum, vel emphyteusim, præterquam in casibus à iure permissis, fieri perpetuò prohibet, atque interdicit, absque illius Congr. Concilij expressa licentia in scriptis & gratis concedenda sub pœna priuationis omnium officiorũ, quæ tunc obtinebunt, vocisq; actiuæ, & passiuæ, ac perpetuæ inhabilitatis ad illa in posterum obtinenda, quã ipso facto absq; alia declaratione incurrant, sublata etiã Generali & Protectori illã moderandi ac relaxandi facultate, pœnis nihilominus Apostolicarũ Constitutionum, & præsertim felicis recod. Pauli II. quæ incipit, Ambitiosæ, in suo robore permansuris. Alienationes verò, pacta, census, hypothecas, locationes, conductiones, & cõcessiones quascunq, contra huiusmodi prohibitionem faciendas, Sãctitatis suæ auctoritate ipso iura nullas atq; irritas decernit. Non obstãtibus Constitutionibus & Ordinationibus Apost. in fauorẽ quarumcunque personarum atque Ordinũ tam Mendicantium quam non Mendicantium, Militiarum etiã S. Ioannis Hierosolymitani, Congregationũ, Societatum, ac cuiusuis alterius instituti etiã necessario, & in indiuiduo exprimendi Monasteriorum, Conuentuum, Collegiorum, domorũ, ac locorum Regularium quorumcumq;, necnon illorum etiam iuramento, cõfirmatione Apost. vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, vel consuetudinibus, etiã immemorabilibus, exemptionib. quoque indultis, & priuilegiis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, & cum quibusuis etiã derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficaciorib. & insolitis clausulis, necnon irritantibus decretis etiam Motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolica potestatis plenitudine, aut alias quomodolibet, etiã per viam communicationis, seu extensionis concessis, & iteratis vicibus approbatis, & innouatis, etiãsi pro illorũ sufficienti derogatione de illis, eorumq; totis tenoribus, & formis specialis, & indiuidua, & de verbo ad verbũ nõ autem per clausulas generales idẽ importantes, mentio, seu quæuis alia expressio habẽda, & aliqua alia exquisita forma seruanda esset, tenores huiusmodi præsentibus pro expressis habentes, quibus quoad ea, quæ præsẽti decreto ac prohibitioni aduersantur, illis alias in suo*

robore permansuris, specialiter, & expresse Sanctitatis suæ auctoritate derogat, cæterisque contrariis quibuscunque. Datum Romæ die 7 Septembris 1614 Cosm. Card. de Torres, Locus † sigilli. Prosper Fagnanus sacræ Congr. Secret. *Cum post editum Decretum de rebus Regularium non alienandis compertum sit Regulares, qui eodem Decreto prohibentur census imponere super bonis ad eorum Monasteria pertinentibus, loco censuum huiusmodi pecunias ad cambium vel mutuo accipere cum solutione lucri cessantis, & damni emergentis. Cumque ex huiusmodi contractu eludatur mens sacra Congreg. cui imprimis in votis fuit consulere Religionum indemnitati, quæ ex impositione censuum huiusmodi plurimum læduntur. S. D. N. approbante dictauit, & declarauit huiusmodi contractum esse contra mentem Decreti vt supra editi; ideoque non licere Regularibus pecunias, vt proponitur, accipere, at si acceperint, in ipsius Decreti pœnas ipso facto incidere. Datum Romæ 21. Martij 1626.* Cosm. Card. de Torres. Locus † sigill. P. Fagnanus. Refert Nouar. *in sum. Bullarum tit. de alienat. rerum Regularium prohibita, numero 2. & 13.* vbi *num.* 9. addit sub his Decretis non comprehendi Clericorum Regularium Theatinorum Superiores, vt apparet ex sequenti declaratione. *Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Trid. interpretum censuit Religionem Clericorum Regularium Theatinorum quamdiu institutum superius propositum* (hoc est, non retinendi bona aliqua immobilia) *retineat quoad bona immobilia non comprehendi in prohibitione nuper edita de rebus Regularium non alienandis.* Cosmus Card. de Torres. Prosp. Fagnanus S. Congreg. Sec.

17 Et ista vtilitas de tempore alienationis debet probari euidens, id est, clara, & indubitata, Bald. *cons. 156. circa med. vers præterea,* Corn. *cons. 244. numero 3. lib 2.* Barbat. *cons. 4. in princ. lib. 1.* dummodo attendatur tempus vltimæ alienationis, non autem tempus alienationis antiquæ, Carol. de Grassis *dec. 3. num. 16. de rebus Eccles. non alien.* Quia etiam vtilitas in concessione emphyteusis bonorum Ecclesiæ consideratur de tempore vltimæ concessionis, Cæs. de Grass. *dec. 4. de reb. Eccles.* Stephan. Grat. *discept. forens. cap. 379. num. 21. & 22.* Rot. apud Paul. de Rubeis *decis. 252. num. 16. tom. 3. diuers.* aliàs *part. 7. recent.* Et propterea non sufficit, quòd Ecclesia non fuerit damnificata, sed requiritur lucrum de tempore alienationis, *dict. c. sine exceptione 12. quæst. 2.* vbi Bellam. *num. 1.* & Gemin. *n. 2. vers. in hac quæst.* Imol. *in c. ad aures, n. 1 de rebus Eccles. non alien.* Rot. *dict. decis. 252. num 23.* optimè Rot. *in Bonon. deuolutionis 16. Nouembris 1621. coram Reuerendissimo D. meo Coccino Decano.*

18 Ob pietatem quoque, veluti pro redemptione captiuorum, aut propter alimenta pauperum, vbi aliter prouideri non potest, res Ecclesiæ alienantur, *§ sacra Inst. de rerum diuis. l. sancimus. C. de sacros. Eccles. cap. & sacrorum. cum seq. & c aurum. 11. quæst. 2.* Niceph. *lib. 9 hist eccles. c. 46.* citati per me *de officio, & potest. Episcopi, p. 3 alleg. 95. num. 58.* quibus addo Hermosil. *ad Greg. lib. 15. glos. 1. num. 13. tit. 5. part. 5.* Sicut etiam propter necessitatem Ecclesiæ, ita etiam propter necessitatem pauperum res Ecclesiæ, quæ pro vtriusque commodo, ac sustentatione Ecclesiæ conferuntur, iustè pro vtrorunque necessitatibus alienantur, cuius rei doctrinam, atque exemplum B. Ambrosij *lib. 1. offic.* relati *in d. cap. aurum.* atque aliorum, præ oculis habemus, qui etiam sacra vasa pro huiusmodi causa confringebant, vt venderent, *d. cap. & sacrorum.*

Præterea, si res sit magis Ecclesiæ damnosa, quàm 19 vtilis, rectè alienatur, *d. cap. sine exceptione, cum seq. d. cap. non liceat Papæ,* ibi, *nisi tantummodo, 12.* etiam sine solennitate, dummodo id inuadeat necessitas, 10 qualis erit vitandi expensas, vt probat text. sic intelligendus *in d. cap. terrulas, 12. quæst. 2.* & tenent glos. *in l. nisi finita, in princ. ff. de tutel. & ration. distrah.* Bart. *in l. 1. C. de agricol. lib. 11.* Ias. *in libro 2. numero 10. ff. de officio eius,* Alciat. *in l. propriè. ff. de verbor. signif.* Hermosil. *in addit. ad Gregor. Lop. lib. 5. glos. 1. num. 29. tit. 5. part. 5.* vbi post Caualcan. *decis. 45. num. 34. part. 1.* P. Molin. *d. disp. 468.* cum aliis tenet id procedere quando bona essent aquosa, syluosa, sterilia, inundata, & infructuosa. Vnde in emphyteusim ab Ecclesia tantùm concedi possunt res solùm immobiles, quæ præcedente tractatu nullam afferre videntur Ecclesiæ vtilitatem, vt sunt ruinæ, quas Ecclesia restaurare non potest; inculti quoque agri, aut extirpatæ syluæ, aliaqua similia, *Auth. præterea, C de sacros. Eccles. cap. hoc ius. § perpetua, & cap. œconomus. 10. quæst. 2. d. cap. sine exceptione, & cap. terrulas. 12. quæst. 2. cap. 2. ad aures, de rebus Eccles. non alienan.* Cùm verò consueuerunt in emphyteusim dari, quando ad Ecclesiam reuertuntur, quamuis redactæ sint meliores, dari tamen alteri in similem emphyteusim non prohibentur, ad not. per Quarant. *d. verb. alienatio rerum Ecclesiæ, num. 39. & 40.* Zerol. *in praxi Episcop. verb. alienatio rerum Ecclesiæ, § 3.* Tambur. *d. tom. 3. disp. 14. quæst. 6. & 10.* me citato *in hoc loco* Ioseph. Vela *Hispan. differt. 15. num. 76.* & citatos per me *d. alleg. 95. num. 29.* Quòd si darentur aliter, quam dari consueuerant, in præiudicium Ecclesiæ, non valeret concessio, nisi eo modo, quo antea dari consueuerat, Ias. *in Auth. qui rem, num. 21. C. de sacros. Eccles.* nam ad hoc vt res solita alienari possit sine solemnitate concedi, requiritur vt duret eadem causa primæ concessionis, & res perseueret in statu primo, neque sit mutata, secus autem si cessauerit, & fuerit mutata. Borguin. *decis. 30. n. 8. 10. 48. 53. 85. & decis. 31. numero 113. cum seqq.* Schrader. *de feudis part. 4. cap. 2. num. 20.* Cæs. de Grass. *decis. 4. num. 17. de reb. Eccles. non alien.* Seraph. *decis. 1490. numero 7.* Rota apud Paul. de Rubeis *dec. 243 n. 17. tom. 3. diuers.* alias *p. 7. recent.* Vt autem 21 bona in emphyteusim concedi solita dicantur, sufficit vnica concessio, & esse elapsos 40. annos, Gam. *dec. 341. num. 4.* Cephal. *cons. 155. num. 30. cum seqq. lib. 2.* Card. Pereira *de renouat. emphyt. quæst. 16. n. vlt. post med. vers. consueta autem,* Camill. Borel. *in sum. omnium decis p. 1. tit. 33. n. 136* Piasec. *in praxi Episcop. p. 2. cap. 5. n. 32. vers secundus.* Mac. Anton. Genuens. *in praxi Arch. Neapol. c. 60. n. 5.* Rota tamen in pluribus causis amplexata est illam sententiam quòd alienari solitum probatur vel per duas alienationes cum cursu 40. annorum, vel per vnam solenniter factam, ita *dec. 160. num. 5. p. 2. diuers.* & in aliis citatis à Theodos. de Rubeis *d. loco obseru. 9. § 2. pag. 240. & in compendio alienationes rerum eccles. num. 22. pag. 245.*

Contractus emphyteuticus vt validè fiat, vtriusque partis consensus accedere debet, scilicet, Ecclesiæ dantis, & emphyteutæ accipientis. Ecclesiæ verò nomine intelligitur in hac re Prælatus ipsius, seu beneficiatus, aut Rector, de iis, videlicet, rebus quæ in emphyteusim aliàs dari consueuerunt, quas Rector ipse per se, cùm ad Ecclesiam reuertentur, alteri eodem modo, & non alio, nisi in maiorem Ecclesiæ vtilitatem concedere potest. Si verò sit res, quæ antè in emphyteusim non dabatur 22

requiri

requiritur Prælati maioris auctoritas, qui quidem hodie de iuris scripti rigore alius non est, quàm ipse Romanus Pont. *Extrauag. Ambitiosæ, de rebus Eccles. non alien.* Verùm in rebus modicis solet Pontifex id Episcoporum auctoritati dimittere, & Legatis etiam Apost. expressè concedere declarando de rebus, quæ vltra quinque, vel decem ad summum aureos de annuis redditibus præstare non soleant: in quibus etiam emphyteutico iure concedendis seruanda erit solemnitas, quam de rerum ecclesiasticarum alienatione demonstrauimus.

23 Quamuis quilibet priuatus possit rem suam perpetuò in emphyteusim dare, id est, donec aliquis de linea ipsius accipientis extiterit, & pensio debita persoluitur, *§. adeo, Institut. de loca. l. 1. C. de iure emph.* De re tamen ecclesiastica fuit olim constitutum, vt dari non possit, nisi pro ipso suscipiente, & filiis nepotibus eius: in perpetuum verò fieri omninò non poterat, *cap. Apostolicos, 12. quæst. 1. Auth. de non alienan. §. alienationis*; vbi gloss. *verb. in perpetuum.* Sed postea permissum fuit, vt res, vel loca destructa, & ex quibus nulli redditus percipiuntur, nec per Ecclesiam ipsam valent meliorari, possint perpetuò in emphyteusim concedi, *Auth. de alienat. & emphyt. §. si vero quadam, & §. licentiam. cap. hoc ius porrectum, §. perpetuum, & §. si quis verò 10. quæst. 2.* Sed tunc ea seruari debent, quæ in absoluta alienatione requiruntur, *d. c. sine exceptione 12. q. 2. de rebus Eccles. non alien. in 6.* Haud dubium igitur est, quòd res huiusmodi, quæ in perpetuum dari possunt, etiam in tertiam, & quartam generationem, aut aliud tempus dari poterunt, prout conuentum fuerit inter partes.

24 Cùm autem res datur in tertiam, vel quartam generationem, quæri solet, quomodo generationes huiusmodi intelligantur, an scilicet, primus, in cuius persona fit ipsa concessio, prima generatio intelligatur: an verò filius illius. Sicut in materia graduum primus gradus à patre intelligitur filius, cùm stipes gradum non faciat; Ad quod dicimus, veram esse, & communiter receptam distinctionem Bartol. relatam per Bald. *in Auth. si quas ruinas, num. 4. C. de sacros. Eccles.* quòd vbi emphyteusis vel feudū conceditur alicui vsque ad tertiam generationem, vnaquæque persona dicitur constituere vnam generationem, ita vt veniant solummodo & recipiens, & filius, & nepos: secùs autem, si addatur, ad eius, vel ad ipsius generationem, & hoc secundo casu veniunt recipiens, filius, nepos, & pronepos. Hanc distinctionem sequuntur Ias. *in libro 1. num. 166. C. de iure emphyt.* Alex. *in l. quod dicitur, 130. num. 23. circa fin. vers. item puto. ff. de verb. oblig.* Bellon. sen. *consil. 80. n. 7.* Cephal. *consil. 582. num. 24.* Hieron. Gabr. *cons. 90. in princ. l. 1.* Menoch. *cons. 115. num. 18. & consil. 883. num. 2. & consil. 1066. n. 10.* Honded. *cons. 54. num. 12. lib. 1. & cons. 30. num. 38. lib. 2.* Marescot, *var. resol. lib. 2. c. 53. num. 1.* Simon. de Prætis *cons. 88. per tot.* Hieron. Papon. *cons. 86. & 187.* Raudens. Pisana *dec. 42. n. 48. p. 1.* Rota apud Verall. *decis. 18. part. 2. & in Farsen. villa Caprolæ, 20. Maij, 1591. coram Penia, & in Bononien. bonorum, 18. Martij, 1611. coram R. D. meo Coccino,* quæ est *dec. 315. num. 1. part. 1. recent. & in Assisien. emphyteusis, 27. Iunij, 1629. coram. R. P. D. Merlino.* Ratio differentiæ assignati potest: qoia quando simpliciter dicitur ad tertiam generationem, dominus directus considerat generatinnes in abstracto, & absolute, non autem respectiuè, & tanquam generationes alicuius certæ personæ; & ideò tot terminos, & gradus constituit in concessore, quot sunt personæ, & sic in tertia persona terminatur concessio, veluti in tertia generatione, quoties enim apponit dictionem, *eius*, vel *ipsius*; tunc in concreto, & respectiuè considerat generationes tanquam prouenientes à primo receptore, & tunc benè intrat distinctio inter generantem, seu causam generationis, & ipsam generationem: & hoc casu debent dari eius successioni successores prouenientes à receptore, & ab eo distincti, & consequenter ad constituendam tertiam generationem comprehenduntur pronepotes, vt benè per Pap. *d. cons. 86. n. 14. cum seq.*

Contra Rosenth. *de feudis, c. 7. concl. 19. n. 16. & in schol. lit. H,* Mant. *de tacitis, & ambig. conuenit. l. 22. tit. 25. num. 23. cum seqq.* existimantes etiam in concessione facta alicui vsque in tertiam generationem, comprehendi pronepotes.

De feudo verò constituendo ex rebus Ecclesiæ, 25
est sciendum, quòd antiquitùs quidem licebat, Ecclesiarum Prælatis bona aliqua Ecclesiæ suæ alicui benemerenti in feudum concedere, *cap. per tuas, de donat.* attenta tamen rei quantitate, & consuetudine regionis; *d. c. per tuas, c. cæterùm, eod. tit.* Postea verò fuit constitutum, vt feuda tantummodo iam concessa legitimis successoribus traderentur: noua autem fieri omninò non possent, *c. 1. & 1. de feudis.* Sed nec Romanus Pont. ciuitates Ecclesiæ, aut castra, vel terras quascunque Ecclesiæ in nouum feudum concedere de potestate ordinaria valet, *d. c. non liceat Papæ, 12. quæst. 2. cap. ad audientiam,* cum *ibi* notatis, *de præscr.* vt hodie quoque statuerunt Pius V. Gregorius XIII. & S.D.N. Vrbanus VIII.

Et autem feudum, beneficium rei immobilis ali- 26
cui ex beneuolentia, aut propter benemerita concessum, cuius proprietas apud dantem remaneat: vsusfructus verò, atque possessio ad recipientem eiúsque legitimos successores pertranseat, sicut in concessione fuerit expressum, vt talis domino concedenti fidelitatem præstare teneatur, & eius linea deficiente, res illa libera ad dominum reuertatur.

Precariæ quoque, quæ emphyteusis naturam se- 27
qui videntur, de rebus Ecclesiæ fieri non possunt, nisi ad vitam accipientis, *cap. precaria, 10. quæst. 2.* & *ibi* gloss. & nihilominus debent de quinquennio in quinquennium renocari, *cap. 1. de precar.* Est autem vsusfructus, præstatio de Rebus Ecclesiæ in recompensationem alicuius rei, quæ iure proprietatis Ecclesiæ datur, glos. *in dicto cap. precaria.* Doctores *in dicto capit. 1.* Et potest pro ea re duplum, aut triplum de rebus Ecclesiæ fructuario vsu concedi, *in capit. precaria 10. quæstio 2.* si autem aliter contra formam præscriptam factæ fuerint, non tenentur successores promissa seruare, *cap. 2. de precar. ad. cap. precaria.*

Nam, neque fideiussores de rebus Ecclesiæ ab 28
antecessoribus factæ nisi de mandato Prælati, vel Capituli pro Ecclesiæ vtilitate factæ fuerint, aut pecunia mutuò accepta in Ecclesiæ commodo impensa probetur, non obligant successores, *capit. pen. de fideiuss.* vbi *in collect.* plura citauimus. Nemo enim grauare Ecclesiam suam pro alienis debitis potest, neque litteras, aut sigilla concedere, quibus Ecclesia valeat obligari, alioqnin non obligatur Ecclesia: tali verò suspensione mulctatur, *capit. 2. de solut. cap. veniens, de transact. cap. quod quibusdam. de fideiussoribus* nisi aliquid pro obsequiis Ecclesiæ præstitis promissum extiterit, *cap. quicunque suffragio, 12. quæst. 2.*

29 Sed neque pignori, aut hypothecæ bona Ecclesiæ obligari, nisi seruata prædicta forma non possunt, sed malè obligata repeti possunt, & restitui debent, *cap. nulli liceat. de rebus Ecclesi. non alien. cap.* 1. *de pignor.* dicens non licere sacra vasa Ecclesiæ pignori dare, nisi magna & vrgente necessitate: iustissimum namque est, vt si causa aliqua suadeat alienationem, ad alia mobilia priùs discurratur, quam distrahantur vasa diuino cultui destinata, vt satis explicarunt Doctores *in d. cap.* 1. Rip. *in l. obligationes, a numero* 54. *ff. de pignor.* text. optimus *in c. ea enim,* §. *hoc ius.* ibi, *superflua,* 10. *quæst.* 2. Nec obstant *cap. & sacrorum, & c. aurum,* 12. *quæst.* 2. quia sunt intelligenda, quando alio modo meliori non possunt in libertatem reuocari ab hostibus capti: tunc enim satis vrget necessitas.

30 Locari autem res Ecclesiæ in perpetuum, vel ad longum tempus non potest, *cap. ad audientiam, de rebus Eccles. non alien. cap. nulli, eod. tit. cap. querelam, ne Prælati vices suas.* Nec mirum: nam per has locationes vtile dominium conductori quærebatur, arg. text. *in l.* 1. §. *qui in perpetuum, iuncta l. pen. ff. si ager. vectig.* Olim vsque ad nouem annos fiebant huiusmodi locationes, gloss. *in cap. vestra, de locato. & in Clem.* 1. *de rebus Eccles. non alien.* Hodie verò vltra triennium fieri nequeunt, *Extrauag. Ambitiosæ, eod. tit.* Cou. *variar. lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 4. Redoan. *in tract. de rebus Eccles. non alien. q.* 58. *n.* 21. Cruc. *de locato, p.* 3. *sub tit. de rebus Eccles. locand. concl.* 5. 6. & 9. Scott. *in select. constit. theor.* 117. Bonacin. *tr.* 2. *de alienat. bonorum eccles. quæst. vnic. puncto* 2. *n.* 24. Theodos. de Rubeis *in d. compendio num.* 30. Tamb. *de iure Abbatum tom.* 3. *disp.* 14. *q.* 1. *cum seqq.* Ego ipse *d. alleg.* 95. *num.* 3. vbi *n.* 4. aduerto, triennium illud esse computandum ex tribus fructuum collectionibus, ita vt si ex quolibet triennio vnus tantùm fructus percipiatur, tunc triennium pro vno anno computari debet, & locatio fieri potest vsque ad nouennium: & *à num.* 5. latè disputo, an locatio facta vltra triennium, in totum vitietur, an quoad triennium sustineatur? & *à num.* 19. pariter disputo, an fructus rerum ecclesiasticarum possint etiam vltra triennium locari? de quibus vide Ciarlin. *controu. forens. cap.* 105. *à n.* 127. *cum seqq.*

31 Illæ verò locationes rerum ecclesiasticarum, quæ repræsentata pecunia, atque anticipatis solutionibus fiunt in præiudicium successorum, in beneficio fieri prohibentur, vt statuit Concil. Trid. *sess.* 25. *de reform c.* 11. Archiep. Bononien. *p.* 4. *sub tit. de locat. rerum eccles. pag.* 272. *cum seqq.* Bellet. *disquisit. cleric. p.* 1. *titul. de Clerico debitor.* §. 4. Piasec. *in praxi Episcop. part.* 2. *cap.* 4. *num.* 65. *in fine, vers. locationes,* Rebello *de obligat. instit p.* 2. *lib* 4. *quæst.* 5. *ex num.* 4. Marc. Anton. Genuens. *in practicab. Eccl. quæst.* 166. me citato *in hoc loco* Tambur. *d. disp* 14. *q.* 3. *num.* 2.

32 Probibet etiam idem Concil. Trid. *d. cap.* 11. iurisdictiones ecclesiasticas aliis locari, aut facultates nominandi: vel deputandi Vicarios in spiritualibus à conductoribus per se, vel per alios exerceri, vt docent Lancel. *in instit. Canon. sub tit. de simonia,* §. *demum,* Sbroz. *de officio Vicarij, lib.* 1. *quæst.* 54. Ludou. Beia *respons. casuum conscient. p.* 1. *casu* 37. Suarez *de*
33 *Relig. tom.* 1 *lib.* 4. *de simon. cap.* 20. *num.* 5. Tamburin. *d. quæst.* 3. *num.* 2. *in fine.* Vnde redditus Cancellariæ episcopalis locari non posse, sed debere per proprios Episcopis ministros exerceri, consuit S. Congreg. negotiis Episcop. & Regul præposita *sub die*
34 26. *Augusti* 1592. Sic etiam emolumenta tempore vacationis Sedis Episcopalis prouenientia ex iurisdictione, & sigillo, aut aliàs vndequaque, neque ad Vicarium, neque ad Capitulum spectant; sed debent futuro successori reseruari, si ad Episcopum Ecclesia non vacante peruenissent: ita Sancta Congreg. Concil. *in Agrigentina,* 17. *Aprilis,* 1627. Hinc quoque quartam funeralem locari non posse resoluit d. S. Congreg. negotiis Episcoporum, & Regularium præposita, *in Cusentina,* 14. *Decemb.* 1592. me citato *in loco isto* Tambur. *d. disputat.* 14. *quæst.* 3. *num.* 3.

Præterea, omne pactum in locationibus huius- 35
modi in præiudicium alterius Ecclesiæ appositum, nullius roboris, vel momenti existit, nullamque obligationem inducit, *c. plerique, de pactis.*

Decimarum autem fructus, quamuis Clericis po- 36
tius, quàm laicis locari debeant, tamen etiam laicis locari possunt, cum quibus Ecclesiæ conditio melior fieri potest, contrario etiam Episcopi statuto non obstante; ita tamen quòd locatio huiusmodi ad feudum, vel ad alienationem non videatur extendi. *cap.*
vestra, de locato Ecclesiæ vero ipsæ, laicis prohiben- 37
tur locari; quia nullam de rebus ecclesiasticis debent dispositionem habere, *cap. secundum in fine,* iuncta gloss. *ne Clerici, vel Mon.*

Quòd verò ad permutationem attinet, est scien- 38
dum, quòd potest Episcopus de Iure antiquo terras duarum Ecclesiarum suæ diœcesis inuicem ambarũ partium accedente consensu permutare, beneplacito Sedis Apost. accedente, *capit.* 1. *de rebus Eccles. non alien.* Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori eccles. decis.* 74. *in* 1. *edit. aliàs resol.* 611. *in* 2. *edit* Ego ipse *d. alleg.* 95. *numero* 57. & si alterius prædium valore præponderet, pecunia alterius partis compensare, *dict. capitulo hoc ius porrectum.* §. *sed & permutare, capitul. ad quæstiones de rerum permut.* Permissum est quoque Principi, rem suam maiorem, vel æqualem cum re Ecclesiæ permutare, si id rationabilis causa expostcat, *capitulo* 1. *de rerum permut.* Cæteris quoque laicis in euidentem Ecclesiæ vtilitatem bona sua cum bonis Ecclesiæ licitum est permutare, vt notatur *in d. capit. de rerum permutat. & in cap. insuper.* §. *fin. de*
rebus Eccles. non alien. Alioquin permutationes in 39
damnum Ecclesiæ, aut sine causa fieri omninò prohibentur, *cap. precariæ. in fine* 10. *quæst.* 2. *c. Diaconi, & capit. sine exceptione* 12. *quæst. secunda* præsertim verò, quæ vacante Sede, aut Ecclesia essent faciendæ, *dict. cap. precariæ, ead. causa, & quæst.* De temporalibus autem ad spiritualia permutatio fieri non permittitur; de spiritualibus verò ad spiritualia permittur, *cap. ad quæstiones, cap. exhibita, de rerum permutat.*

In transactione super re Ecclesiæ, aut minoris re- 40
qoiruntur eædem solemnitates, quæ in alienatione, Aym. *cons.* 323. *sub num.* 1. *vers. dico, quòd Prælatus.* Federic. de Senis *cons.* 94. Bartol. *in l. nulli.* vbi etiam Iason. *num.* 2. *ff. de transact.* Riminal. *cons.* 129. *n.* 3. *lib.* 5. Rebuff. *de alien. rerum Eccles. numero* 66. Redoan. *de reb. Eccles. non alien. c.* 1. *n.* 22. & 18. Theodos. de Rubeis *in d. compendio alienat. rerum Eccles. n.* 36. *pag.* 245. Rota apud Marchesan. *p.* 1. *pag.* 112. Stephan. Gratian. *disceptat. forens. tom.* 3. *cap.* 476. *num.* 16. *cum seqq.* & pleniùs *tom.* 5. *cap.* 846. *num.* 8. vbi de communi, & *num.* 13. allegat plures decisiones Rotales. Caputaq. *decis.* 106. *part.* 1. *decis.* 38. *part.* 2. Coccin. *decis.* 301. *num.* 1. Rot. *in Cenchen. decimarum de Belmonte,* 9. *May,* 1616. *coram bona me. Vbaldo,* Adden. *ad Gregor. XV. decis.* 418. *numer.* 17. Et quamuis ista conclusio non procedat, quando minor retinet, licèt aliquid det, vel faciat, Bartol.

vbi

vbi sup.num.2. Ias.*num.2.*Ruin. *cons.129.num.3.l.5.* attamen, si bona minoris sint penes aduersarium, & in transactione agatur, vt penes ipsum remaneant. transactio sine solemnitatibus non valet, Bart & Ias. *in d.l.nulli.num.2.*per glos.*in l.cum hi.§ si vni,in verb, transactionem.ff.de transaction.* Pinel.*in lib. 1. part. 3. post num.45. in fine, C. de bonis mater.* Rot.*in Bononien. transactionis, 14. Iunij, 1628. coram R.P.D. Ghislerio.*

41 Valet autem transactio de re Ecclesiæ, & minoris propter dubium litis euentum, etiam non probata Ecclesiæ vtilitate, Mohed. *decis.1. de transact. & decis.8.de locato.* Rot.*decis.582.sub numero 1.versic. minus obstat.p.1.diuers.* quod tamen procedit respectu causæ, nnn verò respectu solemnitatis, quæ omninò requiritur, cùm vnum sine alio minimè sufficiat. Doctores *in d.c.sine exceptione, 12.quæst.2.*vbi Laurent. de Rodulph. *num.17.* Dec. *in Auth. qui rem n.21. C de sacr. Eccl.*Cou.*var.lib.2.cap.17.n.2.* Rot.*dec.178. in princ.p.1.diuersor.& in d.Bononien. transactionis.*

42 In repudiatione, seu remissione legati, vel hæreditatis, aut rei Ecclesiæ non incorporatæ sufficere Prælatum, cùm ille, seu Beneficiarius, possit præiudicare Ecclesiæ in acquirendis, resoluunt Federic. de Senis *cons.9.* Panor. *in cap. tua, num.9.de his,quæ fiunt à Prælat.& in cap.... de dolo* Iason *in l. legatum, num.16.ff.de legat.1.*Præpos. *in cap.verum, num.13. de condit. appos.* Cagnol. *in l.non fraudatur,ff.de regul.iuris.*Lambert.*libro 3.de iurepatron.artic.9. quæstio 2. princ.* Rebuff. *in compend. alienat. numero 91.* Homobon. de Bonis *de examine eccles.tractat.9. capitulo 21. q.67. in fine,* Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori eccles.decis.96.in 1.edit aliàs resol.82. in 2. edit.* Scort. *in select. const. epic. 1. theor. 2.* Bonacin. *var. tract. 2. quæst. vnica, puncto 2. n.33. vers. sed mihi.* Facit *l.quæ autem. ff. quæ in fraudem credit.* dum explicat prohibita alienatione suorum bonorum debitori in fraudem creditoris non prohiberi repudiationem legati, quia inquit, non videtur alienare de suo patrimonio. Facit etiam *l. si sponsus, §. si maritus. ff. de donat. inter virum, & vxor.* quo loco probatur, quòd licèt viro prohibeatur suum profundere patri nonium donationibus in vxorem; tamen relicto legato à testatore, ea conditione, vt si maritus illud repudiauerit, ad vxorem deferatur, valet repudiatio mariti facta animo donandi vxori rem legatam; quia non minuitur patrimonium. Facit denique glos. celebris *verb. meliorem in cap. vltim.16. quæstio 6.*commendata à Felin.*in cap.verum num.12. de foro comp.*Roch.*in cap.vltim.num.268.de consuet.* Prob.*in centur rub.de in integ.restit.lib.6. numer.18.* Euerard.*in loco 58.* ad probandum, Prælatum posse in acquirendis præiudicare Ecclesiæ,vt etiam potest alieno nomine possidens suo dominio, iuxta text.*in l.ex libris Sabinianis.Cod.de acquir.possess.* Quamuis contrarium, imò solum Prælatum legatum suæ Ecclesiæ relictum repudiare non posse contra Federic. tenuerint Alexand. *in dict. l. legatum, numero 13.* Felin. si rectè expendatur *in cap. contingit. libro 1. numero 9. de sentent. excomm.* Andr. Sicul. *in capit. vt super. col.2. de rebus Eccles. non alien.* Socin. *regul.110.*Beroi.*in cap.1.num.115.de in integ.restitut.* Redoan. *de rebus Eccles.non alien.quæst. 2.cap.12. à princ.* Vnde posse solum Prælatum, seu Rectorem remittere caducitatem emphyteutæ Ecclesiæ, resoluunt Iason *in dict.l.legatum numero 18.* Quarant. *dict.verb.alienatio rerum Eccles. numero 44. limit.13.* Clar. *in §. emphyteusis,quæstione 10. versic. sed numquid.* Vgolin. *de officio Episcopi, cap.14. §. 7.num.5. versic. quinto, in fine,* Ego ipse *dict.alleg.95. numero 64.*

Et quod de rebus, aut prædiis Ecclesiæ non alienandis statuitur, idem quoque de seruis, seu mancipiis ab Ecclesia possessis est constitutum: nam, sicut minùs vtilia, & ita inutiles serui alienari permittuntur, qui, scilicet, sunt fugitiui, aut qui de fuga reuocati retineri non possunt.*cap. Abbati 54.dict. cap.terrulas, & cap seq.12. quæst. secunda,* cùm verò his de causis manumittuntur, debet patrocinium eorum penes Ecclesiam remanere, vt, scilicet sint liberti Ecclesiæ, *c.Episcopus qui, c.liberti, ead. causa, & quæst.*& hæc quidem omnia de iure antiquo fuerant constituta, quod nihilominùs, res omnes Ecclesiæ, tam mobiles quàm immobiles, corporales, & incorporales, sacras,& non sacras prohibuit alienari, cui etiam leges Imperatorum suffragantur *in Auth.hoc ius,& l sancimus.C.de sacros. Eccles.Auth. de non alienan.rebus Eccles.per tot.§ sacra.Inst.de rerum diuis.* 43

Nam præbendæ quoque, seu beneficia, & bona, quæ dicuntur de mensa, alienari expressè prohibentur, *cap.alienationes, vers.illud 12. quæst.2.cap.vt super, & cap. possessiones,de rebus Eccles.non alien.* Verùm magis immobilia videbantur alienari prohibita, & ea, quæ seruando seruari possunt, præsertim verò ad cultum diuinum deputata, Doctores *in dict. cap.nulli liceat.de rebus Eccles.non.alien.*exceptis pecoribus, & similibus, quæ sæpiùs solent in commercium venire,eò quòd vsui quotidiano hominum inseruiunt, quæ, etsi possint seruando seruari, non tamen alienari prohibentur, Alberic. *in d. Authent. Hoc ius porrectum:* quod verò seruari non potest, illud solet intelligi, quod ante triennium corrumpitur, gloss. *in l. vnic. Cod. si aduersùs vsumfr.* arg. *d. cap.terrulas, cum seqq. 12. quæst. 2.* Notandum est tamen, quòd si Ecclesia res tales possideat, præsertim pecora,& similia ex quibus fructus annui eliciuntur, non poterunt alienari, si ad Ecclesiæ redditus sint deputata; faciliùs tamen poterunt cum bonis stabilibus commutari. 44

Quoniam verò,vt superiùs diximus,propter alienationes huiusmodi grauia detrimenta Ecclesiæ patiebatur, & plerique ambitiosa cupiditate detenti immobilia & pretiosa mobilia Deo dicata, ex quibus Ecclesiæ, Monasteria, & pia loca reguntur, atque illustrantur, & eorum ministri aluntur profanis vsibus applicare, atque cum maximo illorum, ac diuini cultus detrimento exquisitis mediis vsurpare, aut alienare non verebantur propterea Romanus Pont. Paulus II. *in Extrau, Ambitiosæ de rebus Eccles. non alien.* expressè prohibuit omnium rerum, & bonorum ecclesiasticorum alienationem, aut omne pactum. per quod ipsorum dominium, transfertur, concessionem, hypothecam, locationem, & conductionem vltra triennium, nec non infeudationem, vel contractum emphyteuticum (præterquam in casibus à iure permissis, ac de rebus & bonis in emphyteusim ab antiquo concedi solitis, & tunc in Ecclesiarum euidenti vtilitate, ac de fructibus, quæ seruando seruari non possunt pro instantis temporis exigentia,) inconsulto scilicet, Romano Pontifice, Omnes nihilominus canones, & decreta antiquiora hac de re innouando & confirmando, qui & decretum edidit de Commissariorum officio, quibus Papa in concessionibus facultatum alienandi,aut permutandi cognitionen euidentis vtilitatis Ecclesiæ mandare consueuit. De 45

cuius

cuius materia vide Doctores citatos in collect. ad eundem, quibus addo Gabr. Pereira *de manu Regia part.2.c.27.n.33.*

46 Facta autem alienatio, vel permutatio, aut quælibet concessio, vel obligatio de rebus Ecclesiæ contra formam, aut prohibitionem, tam Canonum antiquorum, quam etiam huiusmodi nouarum Constitutionum, nulla est, atque irrita; quinimò præcipuè rescindenda, *cap.sine exceptione, vers tertia, cap. Diaconi, in fine* 11. *quæstio* 2. *cap.*2. *capit.ad audientiam, cap. ad nostram, de rebus Eccles.non alien.capitulo* 2. *eod.tit.in* 6. Marta *decis.*86. Anton. Nau. *in sum. Bullarij titulo de alienat. bonor.eccles.numero* 3. *pag.*95. Præsertim verò, si à Regibus, vel Principibus ad preces fortè aliquorum tale quid factum fuisset, & insuper talia præsumens, depositionis aut suspensionis, necnon excommunicationis pœna afficitur, *capit.Apostolicos, in fine, & cap.fin.*10.*quæstio* 2. *dict. capit.*2. *illo tit.in* 6. *Extrauag. Ambitiosæ.* Et præterea, is, qui Ecclesiæ damnum intulit alienando, aut permutando, seu quomodocunque concedendo, vel obligando bona ipsius, aut vsurpando, vel negligendo, compellitur ipsi Ecclesiæ satisfacere, & damna, quæ intulit, de bonis propriis resarcire, *dict.capit. fin.*10. *quæstio* 2. *cap.manifesta,* 12. *quæstio* 1. nisi fortè aliquid ipse de rebus propriis Ecclesiæ contulerit; quia poterit ratum haberi, quod de Ecclesia minuit, pro ea videlicet, quantitate, quam ipse Ecclesiæ contulit, *cap. etsi illi, & capit. si quis qualibet,* 12.*quæstio.*2. *& cap. si Episcopus,* 12. *quæst.*9.

CAPVT XXXI. & VLT.

De Bonis Ecclesiæ per successionem non deferendis.

SVMMARIVM.

1 *Monasterium in Regno non succedit.*

2 *Monasterium in Ducatu, Marchionatu, & similibus dignitatibus non succedit.*

3 *Monasterium in primogeniis etiam vasallos, & iurisdictionem habentibus, succedere potest.*

4 *Monasteria bonorum incapacia in maioratu succedere non possunt.*

5 *Monasterium bonorum capax succedit in maioratu, etiamsi illi annexa sit iurisdictio temporalis, dummodo per substitutum præstari possit, nisi expressè per institutorem appellatur.*

6 *Maioratus institutor potest, quem vellet, à sui maioratus successione omninò repellere, & quamlibet legem rebus suis imponere.*

7 *Maioratus institutor quomodo tacitè Monasteria repellere potest.*

8 *Monasterium non excludit substitutum, nec ad maioratus successionem admittendum, quoties per efficaces coniecturas ex mente testatoris deductas apparuerit, voluisse instituentem Monasterium repellere.*

9 *Monasterium bonorum capax, nisi ab instituente exclusum reperiatur, totam maioratus commoditatem, iterum dum Monachus viuit percipere poterit eo verò naturaliter mortuo, ad sequentem de familia maioratus transire debet.*

10 *Feudum, cuius seruitium reale est, personale, quod honestè per Monachum, seu per idoneum substitutum præstari possit, transit in Monasterium durante vita feudatarij professi.*

11 *Emphyteusis Ecclesiastica, & profana, an & quando in Monasterium transeat, ostenditur, & n.*12.*&* 13.

14 *Clericus in emphyteusi, Capella, Maioratu, Ducatu, atque etiam in Regno succedere potest, dummodo in institutione non reperiatur exclusus.*



ECCLESIA, Monasteria, & Clerici, an, & quando successionis capaces sint, in Regno, Ducatu, Marchionatu, Comitatu, Maioratu, feudo, & emphyteusi, est satis apud Doctores controuersum: sed, vt certa ab incertis separemus, quid in his tenendum sit, dilucidè ex dictis apparebit. 1

Quantum ad Regnum attinet, in confesso est apud omnes Monasterium in Regno non succedere, tum quia suprema dignitas est, à qua omnes temporales dignitates procedunt, vt post Bartol. & Platea. *in l.*1.*C. de dignit. lib.*12. tradit Cassan. *in catalogo gloriæ mundi, part.*5.*consid.*137. vnde valdè indecens videtur, vt per Monachum, seu potiùs per Monasterium regia dignitas, aut imperatoria Maiestas repræsentetur, arg. tex. *in cap.hoc nequaquam, in fine* 7.*quæst.*1. gloss.1. *in cap.scripsit* 27. *quæst.*2. recepta communiter, vt per Molin. *de primogen.lib.*1. *cap.*13. *numero* 80. Anton.Gom. *lib.*40. *Tauri, numero* 66. Pelaëz *de maioratu.*2.*par.quæstio tertia, numero* 17. Cald.Pereira *de nominat. emphyt.quæstio* 6. *num.*14. Fr.Emman.*quæst.regul.tom.*2.*quæst.*78. *artic.*12.*versic.ad argumenta.* Menoch.*de præsumpt.libro* 4.*præsumpt.*83. me citato *in hoc loco* Tambur. *de iure Abbatum tom.*3 *disputat.*11. *quæstio* 4. *num.*21. Deinde Rex habet aliqua onera, & ministeria personalia, quæ per se ipsum exequi tenetur, qualia sunt maiores Regni vrbes visitare, conuocare ad comitia, & eisdem interesse, vasallos defendere, & si opus fuerit, bellare, & plura alia de quibus *libro* 7. *tit.*1. *& l.*2. *titul.*15.*part.*2. fit mentio; & tamen certum est, Monasterium in his bonis succedere non posse, quæ personale ministerium prærequirunt, prout in feudo, vbi seruitia debita à vasallis per substitutos præstari nequeunt, probat *cap.*1.§.*si quis, versic.qui Clericus, si de feudo defuncti, & cap.*1. *de mil. vas. qui arma bellica.* tradunt post alios Molina *dict.lib.*1. *capitulo* 13. *numero* 48. Duen. *regul.*103. Roland. *cons.*23. *libro* 1. Molin.*de iustit.tract.*2.*disput.*140. *&* 623.*num.*3. Vnde, si in feudo, in quo personale seruitium requiritur, Monasterium repellitur, quantò magis in Regno, vbi proprij Regis præsentia necessaria est.

De Ducatu verò, Marchionatu, & similibus dignitatibus idem omninò videtur dicendum, tum propter personalia munera, quæ in Regia domo Regi seruiendo, quæ tamen per substitutos præstari nequeunt, vt aduertit Gregor. Lop.*lib.*11. *titul.*1.*parte* 2. Bard. *cons.*275. *lib.*2. Xuar. *in l.quoniam, limitat.* 11. *numero quarto*; tum, quia prædictæ dignitates ea mente, & tacita conditione à solo Rege creantur, vt sua præsentia & apparatu regiam 2

Maiestatem

Maieſtatem in publicis actibus condecorare poſſint, notauit gloſ. *verb. centum, in cap. quis ſi verò, de paco tenen.* Tandem ſufficit recepta conſuetudo, quæ Monaſterium ad ſucceſſionem Regni, Ducatus, Marchionatus, & ſimilium dignitatum, nunquam admiſit, de qua meminit Molin. *d. cap.* 13. *num.* 44. Auendan. *ad l.* 40. *Tauri gloſ.* 4. *n.* 45. me citato *in hoc loco* Tambur. *d. c.* 4. *n.* 22.

3 In reliquis autem primogeniis vaſallos, & iuriſdictionem habentibus maior eſt controuerſia; ſed communis obtinuit, Monaſterium in illis non ſuccedere ex veroſimili mente inſtituentium, qui nomen & familiam conſeruare intendunt, & aliis fundamentis adductis per Molin. *de capitulo* 13. *numero* 22. Anton. Gom. *dict. libro* 40. *Tauri, num.* 66. Matienſ. *libro* 1. *tit.* 7. *gloſ.* 1. *numero* 18. *libro* 5. *nouæ Recop.* Menoch. *de præſ.* 83. *numero* 45. P. Molin. *dict. diſp.* 625. Contrarium verò defendit Auendan. *dict. gl.* 4. *numero* 39. Fr. Emman. *dict. art.* 12. me citato *in hoc loco* Tambur. *dict. quæſt.* 4. *num.* 23. quod mihi in rigore iuris verius videtur; nec video vrgens fundamentum, aut efficacem rationem, quare Monaſterium ab iis patrimonialibus primogeniis vaſallos, & iuriſdictionem habentibus penitus excludatur: ad alia verò, quæ iuriſdictionem non habent, interim dum Monachus viuit, liberè admittatur, cùm vtroque caſu nominis, & familiæ conſeruatio requiratur, imò per Religioſum interim dum viuit, conſeruetur, vt communis opinionis fatentur Doctores. Deindè plurima, imò ferè omnia primogenia iuriſdictionem habentia habent illam bonis patrimonialibus annexam, non verò primo, & principaliter ſeparatam: vnde, ſi Monaſterium in bonis patrimonialibus ſuccedit, quare iuriſdictionem eiſdem acceſſoriam retinere non poteſt, cùm nulla ſpeciali lege talis ſucceſſionis incapax reddatur? Pro eadem tandem parte facit text. *in cap. cum dilectus, de ordine cognit. cap. Abbate, de ſent. & re iudic. in* 6. *cap. volentes,* per locum à ſpeciali, *de ſtatu Mon.* & alia iura quæ ponderat Fr. Emman. *citato loco,* quibus probatur, Monaſteria, tam virorum, quàm Monialium, vaſallos, & iuriſdictionem poſſidere: & quamuis officium iudicandi Monachis quoad actuale exercitium prohibitum eſſe videatur; non tamen prohibentur idoneos miniſtros eligere per quos iuſtitia partibus miniſtretur: quod text. *in capitulo vltimo ne Clerici, vel Mon.* expreſsè admittit, & ita nihil impedit, quominus Monaſterium iuriſdictionis ſit capax, eámque ſi non per Monachos propter negotiorum frequentiam; ſaltem per ſæculares miniſtros exercere poſſint.

4 De maioratu eſt magis dubium explicare, quid tenendum, in quo certum eſt, & indubitabile, Monaſteria bonorum incapacia, quæ ſunt Fratrum Minorum, iuxta text. *in Clem. Exiuit. de verbor. ſignif.* Domus inſuper, & Collegia Societatis, vt teſtatur P. Molin. *de iuſtit. tract.* 2. *diſput.* 159. *in princ. & diſput.* 623. *num.* 2. in maioratu ſuccedere non poſſe, ſed ad ſequentem vocatum maioratus bona pertinere, ac ſi primus vocatus non fuiſſet, iuxta text. *in l.* 1. *§. qui habebat. ff. de bon. poſſeſſ. contra tab.* cùm incapax ſucceſſionis pro mortuo naturaliter reputetur, *l.* 1. *§. ſed etſi patruus ff. coniung. cum emancip.* & ita primus hic caſus extra controuerſiam eſt, vt reſoluunt Molin. *d. l.* 1. *c.* 19. *num.* 64. Pelaes *d. p.* 2. *q.* 3. *num.* 6. Auendan. *d. gloſ.* 4. *n.* 10. P. Molin. *d. diſp.* 623. *num.* 2. Fr. Emman. *d. tom.* 2. *q.* 78. *in princ.* Carol. Tapia *in Auth. Ingreſſi. C. de ſacroſ. Eccleſ. verb. ſua c.* 16. *num.* 12.

Quando verò Monaſterium bonorum capax eſt in communi, eſt quoque certum illud eſſe capax ſucceſſionis maioratus, etiamſi maioratui annexa ſit iuriſdictio temporalis, dummodo per ſubſtitutum præſtari poſſit, ſicut ſupra de ſucceſſione primogeniorum vaſallos & iuriſdictionem habentium reſoluimus, & nouiſſimè tangit Hieronym. Roder. *in* 5
6
compendio quæſt. regul. reſolut. 72. *num.* 20. *in princ.* Valenzuela *conſ.* 13. *num.* 43. niſi Monaſterium per inſtituentem expreſsè à ſui maioratus ſucceſſione repellatur, potuit enim maioratus inſtitutor, quem vellet, omninò repellere, aut inſtituere, & quamlibet legem rebus ſuis imponere, iuxta *l.* 1. *C. de ſacroſ. Eccleſ.* vt expreſsè reſoluunt Couar. *lib.* 1. *var. cap.* 19. *num.* 10. & 11. Molin. *de primog. lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 54. Padil. *in l. cum acutiſſimi, num.* 45. *C. de fideicom.* Card. Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 11. *tit.* 7. *num.* 20. Spin. *in ſpeculo teſtam, gloſſ.* 12. *princ. n.* 33. Pelaes *d. p.* 2. *q.* 3. *num.* 4. Cald. Pereira *de nomin. emphyt. q.* 7. *num.* 11. Carol. de Tapia *in Auth. Ingreſſi, verb ſua, cap.* 16. *num.* 11. *C. de ſacroſ. Eccleſ.* Gutier. *canon. lib.* 1. *cap.* 25. *n.* 6. Cabed. *Luſit. deciſ.* 133. *n.* 6. & 91. *p.* 1. Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 15. *num.* 6. Hieron Roder. *d. num.* 20. Villalob. *in ſum. p.* 1. *tract.* 30. *diffic.* 30. *diffic.* 30. *num.* 7. me citato *in hoc loco* Trullench. *in præcepta Decal. lib.* 7. *c.* 16. *dub.* 9. *n.* 23. Non obſtat. tex. *in Auth. de ſanctiſſ. Epiſcopis §. ſed hoc præſenti collat.* 9. & *in Auth. niſi rogati C. ad Trebell.* & *in c. in præſentia, de probat.* vbi ſi inſtitutioni, vel ſubſtitutioni alicui factæ apponatur illa conditio, ſi ſine liberis deceſſerit, & grauatus Monaſterium ingrediatur, talis conditio inualida, & pro non ſcripta habetur, & Monaſterium excludit ſubſtitutum: quia reſpondetur hoc procedere in dubio; non tamen quando conſtat de voluntate diſponentis, qui Monaſterium voluit excludere, & ſubſtitutum præferre. Nec etiam obſtat, quòd, ſcilicet, prædicta conditio, ne, ſcilicet, Monaſterium in maioratu ſuccedat, pro non adiecta debet haberi, ne Religionis profeſſio impediatur: néve quis à vita monaſtica repellatur, imò ſicut illa reiicitur conditio, quæ à carnali matrimonio auertit, *l. ſi hoc* 62. *§. vlt. l. quoties* 22. *ff. de condit. & demonſt.* à fortiori reiicienda videtur illa, quæ à matrimonio ſpirituali deterret, vt reſoluunt Felin. *numero* 37. Pariſ. *numero* 137. *in dict. cap. in præſentia* Roland. *conſ.* 35. *numero* 25. *libro* 3. quia reſpondetur, non eſſe præſumendum, quemquam tam futili, & leui occaſione ab ingreſſu Monaſterij auertendum, cum Religionem ingredientes parum de bonis temporalibus ſint ſolliciti, quibus omninò renuntiant iuxta *cap. cum ad Monaſterium de ſtatu Mon.* nec paupertatem profitentibus hæc poſſunt eſſe impedimento, vt aduertit Gutier. *libro* 1. *canon. capitulo* 32. *numero* 57. eò maximè quia bona non à Monacho in particulari, ſed à Monaſterio poſſidentur, & illa, quæ in communi poſſidentur, facilius negliguntur.

Maioratus inſtitutor non ſolùm expreſsè Monaſteria repellere poteſt, prout ſuprà reſoluimus, 7
ſed etiam tacitè, quando ſcilicet, deſcendentes ex proprio corpore procreatos, vel filios legitimos & naturales ad ſui maioratus ſuſceptionem ſolùm vocauit, aut ſimiles vocationes appoſuit, ex quibus conſtet, voluiſſe inſtituentem de filiis tantùm naturalibus, & per naturalem generationem procreatis; non verò de interpretatiuis intelligere, & lege inductis, idque ex eo comprobatur quia text. *in dict. §. ſed hoc præſenti,* per interpretationem, & iuris fictionem procedit, quæ

tunc

tunc solùm locum habet, quando ex coniecturata mente testatoris colligitur voluntatem suam interpretationi subiicere voluisse: vbi verò verba disponentis clara sunt reg. illius text. locum habere non potest, vt docet Gutier. *d. capite* 32. *numero* 46.
8 Olasch. *decis. Pedem* 26. *num.* 11. *tom.* 1. Vnde communis, & magis recepta sententia obtinuit, Monasterium non excludere substitutum, nec ad maioratus successionem admittendum, quoties per efficaces coniecturas ex mente testatoris deductas apparuerit voluisse instituentem Monasterium repellere, vt post Dec. *cons.* 259. *num.* 3. resoluunt Couar. *lib.* 1. *var. capite* 19. *numero* 11. Mantic. *d. lib.* 11. *tit.* 7. *numero* 20. Gutier. *d. lib.* 1. *capite* 32 *numero* 27. Olasch *d. decis. Pedem,* 126. *num.* 24. Hieron. Roder. *in compendio quæst. regul. resolut.* 72. *num.* 4. Tamburin. me citato *in hoc loco, de Iure Abbatum to.* 3. *disp.* 11. *q.* 4. *num.* 16. & plures alij per me citati *in tractat. de appellatiua verborum vtriusque iuris signif.* 99. *n.* 146. idque multò planius procedit in successione maioratus, de qua agimus; tum propter perpetuam familiæ conseruationem, cui testator prouidere intendit, vnde efficacior coniectura excludendi Monasterium resultat, vt docet Padil. *in d. l. cum acutissimi. n* 44. Card. Mantic. *d. tit.* 7. *num.* 21. tum quia quoties testatoris filij aut descendentes substituuntur, tales substitutos Monasterium non excludit, cùm naturalis ratio, & paterna pietas auitam successione conseruet *l. rescripta ff. vnde liberis l. filio ff. de liber. & posth.* & est communis sententia, quam tenent propemodum infiniti a me citati *d. appell.* 99 *num...*

9 Monasterium bonorum capax, nisi ab instituente exclusum reperiatur, totam maioratus commoditatem, interim dum Monachus viuit, percipere poterit: eo vero naturaliter mortuo, ad sequentem de familia maioratus transire debet, nec perpetuò in Monasterio remanere poterit. Hæc resolutio, quo ad primam partem, comprobatur ex eo, quia huiusmodi Monasterium ratione sui Religiosi professi, successionis capax est, nec vlla sufficiens ratio assignari potest, quare etiam successionis maioratus quoad illius commoditates capax non sit; atque ita hanc priorem partem receptam fatentur Anton. Gom. *d. l* 40. *Tauri, n.* 66. Molin. *de primog. lib.* 1. *c.* 13. *numeo* 95. Valenzuel. *cons.* 295. *n.* 43. Gam. *Lusit. decis.* 6. P. Molin, *d. disp.* 623 *num.* 2. Matienf. *l.* 1. *tit.* 7 *glos.* 11. *n.* 16. *lib.* 5. *nouæ Recop.* Fr. Emman. *d. q.* 78. *art.* 12. *vers.* 4. Posterior verò pars, quòd, scilicet, Religioso naturaliter mortuo in sequentem vocatum maioratus transeat, facilè suadetur: quia maioratus successio ex primi instituentis vocatione vim habet, neque Religiosus sua professione cæteris successoribus in institutione vocatis præiudicare potuit, ac per consequens eo mortuo succedere debet is, qui aliàs successurus erat, si Religiosus in sæculo moreretur, vt *suprà* citati explicant: Quæ quidem resolutio procedit, etiamsi maioratus institutor expressisset, vt bona maioratus de familia nunquam egrediantur, aut quòd semper in sua generatione remaneant, quia non obstantibus prædictis clausulis Monasterium bona maioratus, & eius commoditates percipere potest: Ratio est: quia Monachus per professionem non desinit esse de familia & generatione instituentis, neque per professionem iura sanguinis amittit, vt colligitur *ex capite* 1. 18. *q.* 1. *l. vlt C. de. Episcop. & Cler.* notauit & gloss. 2. *in fine, in capite præsens* 20. *quæstione* 3. communiter recepta ex Tiraq. *de retractu, tit.* 1. §. 1. *glos.* 8. *n.* 19. *& de nobilit. cap.* 26. *n.* 8. Vnde cùm Monachus de familia sit, & iura omnia cognationis, & suitatis retineat, vt docet P. Molin. *d. sp.* 179. Gam *d. decis.* 6. *num.* 4. in eo clausulæ, & conditiones supradictæ verificantur, dummodo aliæ non proponantur, ex quibus appareat, instituentem voluisse Monasterium à suo maioratu penitus repellere, ita vt nec etiam ad vitam successoris Religionem profitentis maioratus bona, & commoditates ad Monasterium pertineant, sed statim ad proximiorem successorem transeant, vt docent plures citat à Gutier. *d. c.* 32. *num.* 30. P. Molin. *d. disp.* 623 *num.* 3.

De feudo, cuius seruitium reale est, aut personale, quòd honestè per Monachum, seu per idoneum substitutum præstari possit, tenendum in Monasterium transire, durante vita feudatarij professi, vt post Bald. & alios *in cap. qui Clericus, si de feudo fuerit controu.* tenent Afflict., *dec.* 320. *n.* 2. *& in cap.* 1. *n.* 2. *de milite vasallo,* Dec. *in cap. in præsentia, de probat.* Costa *in cap. si pater, verb. si absque liberis n.* 62. Tapia *in Auth. Ingressi verb. sua, cap.* 14. *per tot. C de sacros. Eccles.* Clar. §. *feudum q.* 78. *n.* 1. Card. Pereira *de nomin. emphyt. q.* 6. *num.* 2. Hieron. Roder. *in compendio quæst. regul. resol.* 66. *n.* 5. Tamburin. *d. q* 4. *n.* 24. & 25. *cum seqq.* quod declarandum, & ampliandum est, vt procedat, etiamsi feudum vasallos, & iurisdictionem annexam habeat, vt post Bald. *num.* 15. Salicet. *num vlt. in Auth. nisi rogati C ad Trebell* Syluan *cõs.* 3. *n* 59. *li.* 1. Capic *decis.* 10. *n.* 20. Gam. *d. decis.* 6. *num.* 1. Menoch. *cons.* 519. *n.* 3. Fr. Emman. *d. art.* 12. *vers. tertio,* Hier. Roder. *loco proximè citato*: quamuis contradicant Solorz. *d. tom.* 2. *lib.* 2. *c.* 17. Sãch. *d lib.* 7. *c.* 15 *n.* 42. 10

Et multipliciter principalem resolutionem limitãt Tamb. *d. q.* 4. *n.* 26. *cum seqq.* vt Tabia *vbi supra.* Et de clerico in minoribus Marc. Ant. Genuens. *in prælicabil. q.* 6. *&* 7. *cum seqq.* vbi de Monacho, Moniali, Episcopo, & Milite Hierosolymitano, de quo suprà *hoc lib. c.* 7. *n.* 46. De Cardinalibus, eo quod in materia feudorum non reperiantur priuilegiati negat, vna sententia posse succedere in feudis, vt per Barbat. *de Cardin. q.* 5. *n.* 13 Rimin. iun. *cons.* 527. *n.* 44. *lib.* 5. Menoch *cons.* 202. *n.* 140. Intrigl. *de feudis cent.* 2. *art.* 1. *n.* 161. *& seqq.* Contrarium verò certius, quia talis dignitas non debet eis detrimentum, sed potius incrementum afferre; & ideo in tali casu admittuntùr ad seruiendum per substitutum, Duen. *reg.* 103. *fallent.* 14. Anna *sing.* 70. Pancirol. *cons.* 111. *n.* 2. Anastal. Germ. *de sacor. immun. lib.* 3. *c.* 6. *n.* 66. Zech. *de Republ. Christ. tit.* 3. *de Cardinal. n.* 9. *priuil.* 11. Marta *de iurisd. p.* 4. *casu.* 97. *num.* 5.

De emphyteusi est distinguendum inter ecclesiasticam, & sæcularem, ita vt ecclesiastica durante vita Monachi in Monasterium transeat, nisi per dominum intra biennium reuocetur: sæcularis quoque in vita Monasterio acquiratur, neque ita per dominum reuocari possit. Prior pars huius resolutionis confirmatur ex eo, quia ea omnia in Monasterium transeunt, quæ si Monachus in sæculo remaneret, retineret, dummodo personale onus non exigant, sed tale, quod ab ipso Monasterio commode adimpleri possint, qualis est solutio pensionis, quam Monasterium præstare rectè potest: atque ita hanc resolutionem comprobare videtur glos. *in Auth, Ingressi. C. de sacrosanct. Eccles.* communiter recepta, vt per Mol. *de primogen. libro primo capit.* 13. *numero* 61. Pinella *in l.* 1 *Codic. de bonis mat. part.* 1. *num.* 46. Gam. *d. decis.* 6. *num.* 1. Valasc *cons.* 101. 11

conſ. 101. *num.* 7. Quod tamen limitatur, ſi Eccleſia emphyteuſim intra biennium à Monaſterio reuocauerit, quod efficere poteſt per tex. *in Auth. de alienat. & emphyteuſ.* §. 1. *verſ. ſi verò contingeret*, quem pro hac ſententia ponderat Bart. *in d. Auth. Ingreſſi num.* 36. communiter receptus ex Dec. *in d. cap. in præſentia, num.* 77. Iaſ. *in l.* 2. *num.* 200. *C. de emphyt.* Clar. §. *emphyteuſis q.* 33.

12 Poſterior verò pars ſupradictæ reſolutionis, quæ de profana agit emphyteuſi, facilè probatur: nam, licet duabus de cauſis ad emphyteuſim alienandam directi domini conſenſus requiratur: prima, vt dominus, ſi rem emere velit, cæteris emptoribus pro eodem pretio præferatur: ſecunda, vt videat, an nouus emphyteuta ſit de perſonis in contractu emphyteutico prohibitis, vt probat text. *in l. vltim. C. de iure emphyteut. & in cap. potuit, de locato*; in donationibus tamen ſolùm tenetur dominum requirere, vt donatarium agnoſcat emphyteutam, vel cauſam alleget, quare eum non admittat, vt poſt gloſ. Bart. & alios *in d. l. vltim.* tenent Cabed. *deciſ.* 103. *num.* 3. *& deciſ.* 104. *num.* 1. *part.* 1. Aliqui tamen reperiuntur caſus, in quibus emphyteuta non ſolùm alienare, ſed etiam rem ipſam irrequiſito domino tradere poteſt, de quibus Cabed. *d. deciſ.* 104. *num.* 4. Valaſc. *de iure emphyt. quæſt.* 14. *à num.* 10. *& conſ.* 113. *num.* 9. & Ego ipſe *in collect. ad dict. c. potuit.* Præcipuus autem caſus, in quo domini conſenſus non deſideratur, eſt in alienatione à lege inducta, qualis eſt illa quæ ex profeſſione reſultat, *Auth. Ingreſſi. C. de ſacroſ. Eccleſ.* & poſt gloſ. *in l. pater*, §. *Iulianus Agrippa, ff. de legat.* 3. reſoluit Bart. *in l. ſi ita* 95. § *ea lege. ff. de verb. oblig.* Iaſ. *in l. ſi filiusfam.* §. *diui. ff. de legat.* 1. Cald. Pereira *de renouat. emphit. quæſt.* 19. *num.* 12. atque ita emphyteuſis per profeſſionem in Monaſterium tranſit, neque poterit dominus directus illam durante vita Monachi à Monaſterio auferre, vt conſuluit Burſat. *conſ.* 47. *&* 97. *lib.* 1. me citato *in hoc loco* Tambur. *d. q.* 4. *n.* 39.

13 Obſtat tamen doctrina gloſ. *verb. prohibentur, in d. cap. potuit*, recepta communiter ex Imol, ibi, *numero* 24. Iaſ. *in d. l. vltim. num.* 90. & aliis, quos ſequitur Cald. Pereira *d. quæſt.* 19. *num.* 17. Clar. §. *emphyteuſis, quæſt.* 33. quæ inter aliquas perſonas prohibitas, ad quas emphyteuſis deuenire non poteſt, Eccleſiam, & Monaſterium enumerat propter ipſius potentiam, difficilem penſionis exactionem, incertam redditionis ſpem, & conſolationis emolumentum: vnde infert communis, emphyteuſim Eccleſiæ, aut Monaſterio abſque directi domini conſenſu, nec donari, nec legari poſſe, niſi ad effectum, vt pretium habeat, argum. *l. filiusfam.* §. *ſi quid alicui, ff. de legat.* 1. ac proinde conſuetudine introductum fuit vt intra annum talem rem vendere teneatur, ſecundùm Specul. Ioann. Andr. & alios, quos refert Imol. & Iaſ. *vbi ſupra.* Vnde concludit Clar. *qiſt. quæſtione* 33. Valaſc. *dict. conſult.* 101. *num. vltim.* nullam quoad hoc inter Eccleſiam, & ſæcularem emphyteuſim differentiam eſſe conſtituendam, cùm vtroque caſu emphyteuſis à Monaſterio reuocari poſſit. Verum, licet hæc opinio in praxi recepta, & in iudicando ſequenda ſit, vt teſtantur Cald. Pereira *dict. num.* 17. *cum ſeqq* Valaſc. *d. conſ* 101. *numero* 8. de ea tamen meritò dubitari poteſt: quia nullo iure cautum reperitur, Monaſterium eſſe prohibitum, durante vita Monachi, emphyteuſim retinere, neque per dominum reuocari poſſe: niſi de eo expreſsè in emphyteuſis ſcriptura caueatur: & ita intelligi poteſt tex. *in dict. l. vltim.* ibi, *his tamen perſonis, quæ non non ſolent in emphyteuticis contractibus vetari*, ita vt ſenſus ſit, poſſe dominum tempore contractus prohibere, ne ad Monaſterium, Clericum, militem, Capitaneum, aut ſimiles perſonas emphyteuſis perueniat; non tamen inde ſequitur, Monaſterium ipſo iure eſſe prohibitum, quod ſenſiſſe videtur Fulgoſ. *in dict. l. vltim.* & in eo inter Eccleſiaſticam, & ſecularem emphyteuſim differentia conſtituitur, quia in Eccleſiaſtica aliquæ perſonæ reperiuntur exceptæ, quæ talem emphiteuſim retinere non poſſunt, niſi Eccleſia conſentiat, iuxta text. *in d. Auth. de alienatione, verſ. ſi verò contigerit.* In ſeculari verò non ita, niſi de eo in contractu emphyteutico expreſsè caueatur. Incommoda autem, quæ Doctores, & communis conſiderant, per accidens contingunt, & in conſiderationem venire non debent, vt in ſimili aduertit Cabed. *Luſitan. deciſ.* 130. *num.* 1. *part.* 1. Deinde eſto, fateamur, Monaſterium à iure prohibitum cenſeri, vt communis exiſtimat, id ſolum concludit tacitè, aut ſaltem generaliter prohiberi, quod legalem alienationem non impedit, niſi expreſſa prohibitio adiecta ſit, vt docet Cald. Pereira *vbi ſuprà num.* 23. imò tentari poteſt, nullam in hoc caſu, nec legalem, nec conuentionalem alienationem reperiri, cùm interim dum Monachus viuit, ipſius perſona, non verò Monaſterium, tanquam diuerſa conſideretur: nec ex eo, quòd emphyteuta per Religionis ingreſſum potentior effectus ſit, amiſit ius, quod in emphyteuſi iam antea habebat.

De iurepatronatus quòd tranſeat in Monaſterium, reſoluunt Lambert. *de iurepatron. lib.* 1. *p.* 2. 2. *quæſt. princ. art.* 25. *n.* 4. Perez *l.* 1. *gloſ. deuan ſuceder, verſ. poſſum us, tit.* 6. *lib.* 1. *Ordin.* Cened. *ad Decretal. collect.* 5. *n.* 12. Valenzuela *conſ.* 135. *n.* 46. vbi *numeris ſeqq.* hoc multipliciter probat. Vtrùm autem Abbates, & cæteri Prælati Regulares poſſint ciuitates, oppida, caſtra, vaſallos, ac iuriſdictionem temporalem habere? vide Tambur. *de iure Abbatum tom.* 3 *diſp.* 12. *q.* 1. *&* 2.

Hucuſque egimus de Monaſterio, & in illo reſoluta ad Eccleſiam quoque trahi poſſunt: ſupereſt nunc, vt de Clerico agamus, in quo eſt aliter reſoluendum, videlicet, illum in emphyteuſi, capella, maioratu, Ducatu, atque etiam in Regno ſuccedere poſſe, dummodo in inſtitutione non reperiatur excluſus. Cuius rei ratio aſſignari poteſt, quia Clericus cuiuſcumque ſucceſſionis capax eſt, nec iuriſdictio, aut quæcunque temporalis poteſtas, etiam ſuprema, cum ſacerdotio repugnat, vt contra impium Caluinum, & alios Hæreticos reſoluit Cardin. Bellarmin. *in controuerſ. cathol. lib.* 5. *de Romano Pont. cap* 5. Molin. *de iuſtit. tom.* 2. *diſput.* 29. qui pluribus auctoritatibus, & rationibus oſtendunt non pugnare cum aliqua diuina, aut humana lege Romanum Pontif. & alios Eccleſiæ Prælatos, in locis ſibi quoad temporalia ſubiectis, vtramque, ſpiritualem ſcilicet, & temporalem poteſtatem exercere: quod apertè confirmatur ex tex. *in cap. per venerabilem, verſ. rationibus*, ibi, *in Eccleſiæ patrimonio, qui filij ſint leg. cap. vltim. ne Clerici, vel Mon. lib.* 6. *cap. inter dilectos, de fide inſtrum.* vt videre eſt in Primate Bracharenſi Bracharæ domino, & in Reuerendiſſimo Conimbricenſi, Arganili Comite, quorum meminit Molin. *vbi proximè*: debent tamen Sacerdotes huiuſmodi temporalia, quoad ea, quæ illis non decent, aut diſtractionem ſpiritualium ſibi afferre poſſunt, per miniſtros ſæculares exercere. Non obſtat text. *in cap. præſens* 20. *q.* 3. quia reſpondetur cum Abb. *in cap. inter dilectos* 14


dilectos, numero 5. de fide instr. Comitem illum filios habuisse, vt ex littera patet, quibus fortè Comitatum sponte renunciauit; seu, quod puto verius, Monachum esse, qui Comitatum retinere non potuit, vt colligitur ex littera tex. ibi, *vt filius suus nouus Monachus fieret, & in locum eius succederet*, atque ita prædictam resolutionem maioratu, emphyteusi capella, & cæteris bonis vinculatis obseruat communis sententia ex Abb. *in dict. cap. inter dilectos num.* 5. quem refert, & sequitur Ant. Gom. *l.* 40. *Tauri, num.* 66. Leciriel. *de primog. lib.* 1. *quæst.* 24. *num.* 16. Gregor. Lop. *l.* 2. *tit.* 15. *part.* 2. Molin. *de primog. lib.* 1. *c.* 13. *num.* 97. De Regno autem habemus nos Lusitani domesticum exemplum in Henrico, Presbytero Cardinalis qui Sebastiano Regi in Regno successit, cuius etiam meminit Molin. *d. disput.* 623. *num.* 6. Quæ omnia sunt intelligenda, nisi in creatione emphyteusis, maioratus, aut capellæ, apposita sit clausula quæ Clericos à successione repellat; quæ tamen in dubio præsumenda non est. Vnde infert Molin. *d. c.* 13. *n.* 100. Clericum non esse repellendum ab eo maioratu, de cuius institutione non constat, sed ex sola consuetudine, aut immemoriali præscriptione subsistit, nisi occurrente casu aliquis Clericus à tali maioratu iam fuisset exclusus per tempus ad præscribendum sufficiens; tunc enim seruandum erit, quod in aliis similibus casibus obseruatum fuit. In feudo denique idipsum, quod suprà de Monasterio bonorum capace, & Monacho diximus, de Clerico etiam dicendum puto, per text. *in c. qui Clericus, si de feudo fuerit controu. cap.* 1. *de vasallo mil.*

FINIS.

LAVS DEO.



SYLLOGE



SYLLOGE IVRIVM,

Quorum explanatio lucem accipit in hoc opere Iuris Ecclesiastici.

Ex Digestis.

Ad leg. Aquilam.

De collegiis illicitis.

De doli mali & met. except.

De fundo dotali.

De liber. leg.

Ex Codice.

De Episcopis, & Clericis.

De ord. iudic.

De rei vindic.

De sacros. Eccles.

De testibus.

Vbi in rem actio.

Ex Decreto.

De

Sylloge Iuriũm.

De Regularibus.

Ex sacra Scriptura.


Ex Matthæo.

Ex Luca,

Ad Titum.



INDEX



INDEX RERVM,

& Verborum notabilium.

Prior numerus Partem, alter Paginam notat, tertius est marginalis; vbi verò vnus solus est numerus, is de priori pagina esse intelligitur.

A

Abbas

Index Rerum.

Potest

Absolutio.

Index Rerum,

Index Rerum,

Archiepiscopatus, & Archiepiscopus.

Index Rerum.

Beneficiorum collatio, reseruatio.

Index Rerum,

Beneficiorum

Beneficiorum vacatio.

Beneficiorum collatio.

Beneficiorum permutatio. & renuntiatio.

Index Rerum,

De Bonis in genere.

Bona Ecclesiæ immobilia.

Bonorum Ecclesiasticorum vsurpatio, aut subtractio.

Crimen

Index Rerum.

De Canonica portione Episcopali.

De Canonicorum Capitulo.

Confes

Capitulum

Index Rerum.

Patronus

Cardinalium dignitas, priuilegium, officium

Index Rerum,

Index

Index Rerum,

Index Rerum.

Clericorum vita & honestas.

Index Rerum,

Cœmete

Index Rerum.

Communio.

Comœdia.

Confessio.

Episco

Consecratio, & Benedictio.

Index Rerum.

Consuetudo.

Conuiuium.

De personis quibus decimæ soluendæ sunt.

A quibus personis decimæ sint persoluendæ?

Clerici

Iudex competens in causa decimarum.

Index Rerum.

S. Demetrius.

Diaconi

De Dignitatibus Ecclesiasticis in genere.

Index Rerum,

Diœcesis

Distributiones

De Ecclesiis, & Ecclesiasticis in genere.

Ecclesiarum ædificatio, consecratis.

Ecclesiæ.

Ecclesiarum immunitas.

Expositos

Ecclesia

De Electione.

Electi

Index Rerum.

Index Rerum.

Episcopus

De Episcoporum electione.

Consecratos

De Episcoporum vita & moribus.

De Episcoporum officio, & potestate

De Episcoporum dignitate, & priuilegiis.

Index Rerum.

Index Rerum.

Fructus.

G

H.

Hispaniæ Rex.

I.

Immunitas.

Index Rerum,

vel

Legatum

De Locatione.

Ludus,

Index Rerum,

Monachi

Prælati,

N

Negotiatio

Nepos, & Neptis.

non

Optio.

De Ordine, & qualitate Ordinandorum.

Index Rerum,

Patrimona

Patriarcha

Patronus.

Postulatio

De Præceptorijs, & Commendis Ordinum Militarium.

De Prædicationis officio, & munere docendi.

Index Rerum,

Præſentatio.

Præſen

Index Rerum,

Index Rerum,

De Procuratoribus Ecclesiasticis.

Professio.

Professionis

Publicatio.

Q

Regularium status & vita.

Regulares

De Transeuntibus ad Religionem.

Asbitri

Renun

Index Rerum,

Sententia

Sepultura, & funera

Index Rerum,

Manus

Transactio.

Transitus à religione ad aliam,

Translatio de vna Ecclesia ad aliam.

Index Rerum,

Vicaria.

De Vicario Episcopi.

Vicarius



F I N I S.